BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXII
F
19
NAPOLI

XXII
F.
19.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IN AEMILII PAVLI

PAPINIANI

RESPONSVM LIB. IX.

Ad l. cum auus, de conditionib. & demonſtrationib.

COMMENTARIA,

In quibus perdifficiles Fideicommiſſorum atque Subſtitutionum Quæſtiones explicantur.

AD POTENTISS. ET GLORIOSISS.

DON PHILIPPVM III.

AVSTRIACVM,

HISPANIARVM, NEAPOLIS, ALIORVMQ. REGNORVM Catholicum Regem Maximum, Dominum ſuum.

IOSEPHO DE RVSTICIS

Patricio Aquilano, ac I. C. Celeberrimo Auctore.

Nobile quidem opus, et perualdè neceſſarium, nunc primum in lucem editum.

Cum Argumentis, Summarijs, & locupleti rerum, locorumq. Indice.

VENETIIS Apud Hæredem Damiani Zenarij M DC XIII.

Permiſſu Superiorum, & Priuilegijs.

Digitized by Google

Digitized by Google

DON PHILIPPO III.

AVSTRIACO

HISPANIARVM, NEAPOLIS, SICILIÆ,

ALIORVMQVE REGNORVM,

ATLANTICI MARIS, AC NOVI ORBIS

REGI CATHOLICO, MAXIMO,

Inuictiſs. Glorioſiſs. Potentiſsimoq. Domino ſuo.

IOSEPHVS DE RVSTICIS V. I. C.

FELICITATEM.

CVm nonnullis ab hinc annis PHILIPPO II. AVSTRIACO Glorioſiſsimo Hiſpaniarum REGI Parenti tuo tractationem quandam de poſitis liberis in conditione Typis tunc imprimendam ad meam obſeruantiam erga REGEM OPTIMVM ſignificandam dedicaſsem, tenuitatem rei poſtmodum conſiderans, in dies impellebar fortius, commouebar velocius, incendebar ardentius, vt denuò quid illi mitterem quo clarius, & efficacius animi mei propenſionem declararem. Quid enim tam magnum eſſe poterat, quod non apud AVGVSTISSIMAM MAIESTATEM puſillum, imò ferè nihil videretur? Decreueram ergo geminare vices, ac nouos quoſdam meos labores illi conſecrare, quibus in lucem ſub tanto nomine exeuntibus, vnuſquiſque perfectius perſpiceret fidelitatis meæ firmitatem, ſubiectionis obſequia, affectionis conſtantiam, quantum etiam lumen homines ab eo tanquam à ſupremo Sole, qui cuncta colluſtrauit mutuarentur. Cum autem conatum hunc meum MAXIMI PRINCIPIS acerbiſsimus ſanè interitus labefactaſſet, conſternatus ſplendoreque ful-

Digitized by Google

gentiſsimo orbatus, ſtatueram me ſtudijs omnibus abdicare, Apollinem, & Muſas deſerere, laboribus cedere. Quoniam verò tu POTENTISSIME REX poſt primum acceſſum ad gubernacula Imperij, immenſum, & acerbum dolorem deleuiſti, ad Orizontem nanque tuorum Regnorum veluti nouus Sol exurgens fulgentiſsimis radijs illa decoraſti, vt non mirum ſi nunc Tagus lucidiores aureas peruoluit arenas, illique Pactolus, & Ganges meritò cedere non dedignantur, Gemmæque Ceraunіæ ſplendidiores Pyropo coruſcant, vnde etiam non ſolum felices Hiſpaniæ fortiſsimis viris, & excelſis honoribus præpotentes, ſed non vnus Orbis exultat, Viribus reſumptis, lucubrationes meas quas aliquandiù ex egregio illo, atque aureo Papiniani Reſponſo lib. IX. erueram, Tibi qui ANTECESSORVM tuorum non tantum Regna, & Imperia, verum etiam parem animi magnitudinem, prudentiam, fortitudinem cæterarumque virtutum ornamenta quæ SERENISSIMVM REGEM conſpicuum reddunt, & admirabilem, proprio iure obtinuiſti, humiliter dedicare. Neque enim modo poſſum REX CATHOLICE aliud præter hoſce paucos labores animi addictiſsimi ſignum offerre MAIESTATI tuæ, quæ ſicuti aliqua licet non ſuperba munera benigne recipit, ita qualemcunque deuotum offerentis animum pluris æſtimat. Itaque ne graueris ea (quæ verum Principem decet) benignitate munus hoc accipere, in quo multa ad tuum maximum Imperium ſpectantia breui verborum ſerie opportunè conſcripta exiſtunt, quæ ſi ſemel reſpicere dignaberis, illa tibi grata fuiſſe clementer oſtendes; quod mirum in modum augebit animum, & vires, vt nouas lucubrationes aliquas in meæ fidelitatis longo ordine, vetuſtaque ſucceſsione perductæ, certum teſtimonium, tibi excogitem offerendas. DEVS OPTIM. MAX. Te Chriſtianæ Fidei Defenſorem inclytum perpetuo feliciſsimum, ac victorioſiſsimum ſeruet. Ex tua fideliſsima Vrbe AQVILA Samnitum.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO,
AC EXCELLENTISSIMO
DOMINO
DON PETRO FERNANDEZ
DE CASTRO,

Comiti de Lemos, Marchioni Sarriæ, Comiti Andradæ & Villaluæ,
Ordinis Militiæ Alcantharæ, Commendatario Sarzæ,

Vni ex Regijs Cubiculi Clauis Aureæ Sacræ Catholicæ Maiestatis Præfectis,
in Regno Neapolis Viceregi Locumtenenti, Generaliq. Capitaneo.

Ioſephus de Ruſticis Iuriſconſultus Aquilanus P.

QVi vnquam dubium eſſe poterit præſtantes veteresque Philoſophos, atque Poetas ſub variarum fabularum velaminibus ingeniosisque coloribus res non vulgares imo ſerias, & ſublimes documentaq. ſatis illuſtria recondiſſe, quæ ad vitę inſtitutionem, animorum recreationem ſolatiumque prodeſſent? nulli certè qui polleat ingenio quive virtute clareat: Quod tibi Muſarum eminentiſſimo alumno obſcurum non erit, cum etſi negociorum mole, & quidem grauiſſimorum onuſtus exiſtas, tempus tamen aliquod nanciſceris quo cum Muſis ipſis pertractes, veterum, ac recentium Philoſophorum volumina peruoluas, præclaraque ſtudia ſcientiarum quæ Principe digna noſcuntur amplectaris, & admireris: Hinc mihi ſæpe cogitanti, quam dirum, ac deteſtandum vitium ſit ocio, & ſecordia tabeſcere, illud factum in mentem venit quo antiqui fabulantur Phryxum Nephælei filium, vt nouercæ inſidias euaderet, Ariete aurei velleris ab eius patre habito cum Helle ſorore aquis per pontum Colchidem verſus ſe commiſiſſe, Helle autem ſubmerſa Colchidem adueniſſe, aureumque vellus Iouis templo affixum reliquiſſe, æſtimans nullam aliam Pryxo nouercam fuiſſe quàm ocium, quod vt effugeret altum pelagus (arduum ſanè opus) tranare curaſſe, Hellem ſecum ducendo quæ laborem referre videtur, licetque laborans ſæpè deficiat, æternitatem nihilominus ſibi parat, vt non ab re perpetuum Helleſponto nomen indiderit. Cum autem, & iuris ego operam nauare cœpiſſem, quod magnum, ac ſpacioſum mare ſe oſtendit, ſcopulis, & ſyrtibus plenum, Sirenarum cantu, imbribus, tempeſtatibus, ventorumque flatibus vndique periculoſum, quodque non ſine aſſiduo labore percurri poteſt, vt ocium fugerem, Papinianum

Digitized by Google

assumpsi Iurisconsultum, tanquam alterum aurei velleris Arietem, eius nanque ingenium, adeo omnium Iurisconsultorum acumen superauit, vt totum quod in eo legere fas sit, purum, & detersum aurum appareat, eiusque intelligentijs iuris ciuilis obscurum pelagus persecarem, vigilijs etiam multa quæ ius ipsum profitentibus acriter resistunt retunderem, atque comprimerem; cum verò ceù in Colchidem insulam me tandem contulissem, interque canonici, & ciuilis iuris Doctores Cælorum fauore REGISQVE munere à diù fuissem ascitus, vellus quoddam quod ex Papiniano desumpsi REGI ipsi velut alteri excelso numini offerre, consecrareq. minime dubitaui, in eiusque sacram Aulam Ἄφθιτον, ἀείρρυτα, μετὰ πρέπε ἀθανάτοισι. tanquam in alterum templum Iouis inferre apud eius CATHOLICAM MAIESTATEM pro meæ seruitutis, & obseruantiæ perpetuo monumento mansurum, prę se ferunt huius velleris imaginem Commentaria quæ ad Papiniani responsum libro IX. ad meam exercitationem honoremque REGIS POTENTISSIMI cuius vices tu Prorex iustissime in hoc felicissimo Regno summa cum dignitate sustines aliquando componebam, quicquid enim ex Æmilij Papiniani mente profluit, quicquid inde decerpitur ingens, ac glorioſum dici potest. Quia autem Argonautæ Heroes illi magno ausu è templo Iouis aureum vellus abstulerunt, ne idem mihi contingat, sed Commentaria hæc nullo vnquam tempore ex VICTORIOSISSIMI REGIS auspicijs aliquorum fortasse velut Argonautarum aggressu dilabantur, te Principem Nobilissimum, ac Sapientissimum meritissimò Patronum deligere concupiui, vt hoc meum Opus ipsi REGI HISPANIARVM offerre dignareris, sic enim illud tantæ MAIESTATI gratum fore existimo, ita pariter à quibusuis seueris censoribus omni æuo tutum, nec dubitandum fore quòd à REGIS OPTIMI gratia modo aliquo decidat, nec vnus, nec decem, nec quinquaginta, imo longe plures illud surripiant, dum sub tuo Illustrissimo, Excellentissimoque nomine (eris etenim tu mihi solus pro omnibus) supremum Principem SACRATISSIMVM inquam REGEM DON PHILIPPVM III. AVSTRIACVM adibit, is nanque animi tui altitudinem, cordis generositatem, morum præstantiam, vitæ innocentiam, cæterasque virtutes, & potissimum ad Regna gubernandum prudentiam, dexteritatem, integritatemque apprimè nouit, vt optimo iure Indiarum, Nouique Orbis imperium, tibi maxima cum fiducia commiserit, quòd illic eius authoritatem gereres, eius personam summo cum fastigio sustineres, hincque Populi illi degustarent subiectionis dulcedinem, REGIS clementiam, pietatis officia, imperandi meritum, quo in Gubernio te alterum Numam Pompilium, aut Ancum Marcium verè ostendisti, omnia nanque prospera, & ex GLORIOSISSIMI REGIS voto tibi contigere, laudibus excelsis de tua integritate, iustitia, atque magninimitate exurgentibus, cunctisque acclamantibus, vere Sol iustitiæ nobis illuxit. Cæterum cum præsens hoc fidelissimum Neapolis Regnum, ob temporum acerbitatem, optimo, iustissimoque Moderatore indigeret, illico AVGVSTISSIMVS REX noster qui summopere suorum Vasallorum tranquillitatem, ac tuitionem desiderat, & quòd sub eius ditione, atque amplissimo imperio omni cum rectitudine viuatur, pondus hoc tuis humeris dignissime imposuit, teque Proregem nostrum elegit summa populorum omnium cum hilaritate, ac totius floridissimi Regni huius applausu, vt cum illa Iouis, ac Themidos filia felicia etiam regna redierint, & vbique gentes REGIS altissimum propositum, tuamque prudentiam, sapientiam, moderationemque concelebrent θαῦμα ἰδέσθαι. Sed cur admirationi locus erit, si tu ex illa Progenie de Castro descendis, vnde semper viri ad omnia fortia, & excelsa prodiere? vestrum enim est grauia moliri, ac perficere, æternitati incumbere, rerum bene gestarum memoriam relinquere, præclaris virtutibus excellere, iure

etiam

Digitized by Google

etiam nuper ipſe INVICTISSIMVS REX noſter legationem apud Romanum Pontificem (dignitatem certè ſupremam) confidentiſſimè Don Franciſco de Caſtro Illuſtriſſimo, ac Excellentiſſimo fratri tuo demandauit, quid enim præclarius quid illuſtrius, quam cum Dei Vicario ardua negocia quæ ad fidei defenſionem, Sacroſanctæ Eccleſiæ decus, & ſublimitatem, quæve ad totius Orbis optimum ſtatum pertinent, quotidie ferè pro CATHOLICO REGE Hiſpaniarum fidei defenſore pertractare, reſoluere, prouidere, cum Illuſtriſſimis, ac Reuerendiſſimis Dominis Cardinalibus conuenire, colloqui, diffinire? Hæc autem, ſimilia, & altiora cum à me fuſius dicenda non ſint, nunquam enim valerem illorum amplitudinem oratione comprehendere, eſſet namque veluti maria omnia manus parua concauitate recludere, illa famæ muneri conſultò dimittam, quæ iam purpureis, deauratisq. pennis per totum terrarum orbem diſcurrens, per maria ipſa velociſſimè peruolitans Heroum de Caſtro magnanima facta, ſtirpis antiquiſſimæ Nobilitatem ſublimiſſimam, claritatem, atque præſtantiam, vbique locorum argentea tuba reſonare fecit, præſertim'que viros omnes qui ſcientijs incumbunt fauoribus ingentibus proſequi Vos profiteri. Quamuis igitur nil prorſus egiſſe videam, vt tuis auxilijs, tuis gratijs Princeps Illuſtriſſime, & Excellentiſſime dignum me exiſtimem, ad tuam nihilominus Clementiam confugere, tanquam ad ſacram (vt dicunt) Anchoram non ſum veritus, vnde te ſupplex obteſtor, vt tui ſemper obſequentiſſimi Commentaria hæc REGIAE MAIESTATI offerre velis, illaque ſuaui tua gratia digna reddere, vt te fauente ab omnium veluti Argonautarum incurſibus tuta reddantur, ſuppremique REGIS fulgoribus, benignisque influxibus, tanquam cæleſtibus emicantia à cunctis legum peritis æquo animo legantur, ſerenaque fronte conſpiciantur, quod ſi proſequi annueris, ſcias me tibi omni tempore humillimè, arctiſſimeque deuinctum remanſurum, vt cogitaro hic diù, noctuque ſim obſtrictus, quid in tuum decus, meæque obſeruantiæ certum teſtimonium aggredi debeam, ſis ſemper incolumis, ſis verè felix. AQVILAE Samnitum.

Digitized by Google

ILLVSTISS. D. FVLVIO CONSTANTIO
EQVITI NOBILISSIMO,
PATRICIOQVE VIRO NEAPOLITANO,
MARCHIONI CORLETI,

Regiam Cancellariam pro Sacra Catholica Maiestate Regenti Integerrimo, Eminentissimo, atque Clarissimo Iurisconsulto.

Iosephus de Rusticis Iurisconsultus Aquilanus S.



ERVNT antiquarum rerum scriptores Apellem illustrem Græciæ pictorem consueuisse perfecta opera transeuntibus proponere, seq. latentem vitia quæ notarentur auscultare, sed tamen perfectionem artis certius assequi potuisse, si effictas miro artificio Tabulas non vulgi, Protogenis verò alterius ve tempestate illa insignis picturæ opificis censuræ commisisset, vulgus enim insipiens frequenter falli, temereque iudicare solere compertum est. Quod illimet contigisse subdunt, dum à sutore reprehensus, quòd intus crepidam ansas feciſſet pauciores, eodem deinde superbo emendatione pristinæ admonitionis cauillante, indignans denunciantem prospexit, & redarguit, ne supra crepidam iudicaret. Hoc ego admonitus exemplo, cum vt in lucem hæc Commentaria mittam nonnullorum hortatu compellar, & ὄφρα τάχιστα τριδιτήσω τάδε ἴρδα, in ijsque iudicandis alicuius iudicio indigeam, non vulgus, non alium quempiam eligere sum arbitratus à quo meorum operum defectus notarentur, sed Iurisconsultum præstantem ingenio, ac doctrina, qui suo grauissimo iudicio illa digna redderet, quæ AVGVSTISSIMO DON PHILIPPO AVSTRIACO IIII. HISPANIARVM REGI CATHOLICO ad meam deuotionem significandam offerentur. Te igitur Fului Constanti omnium iudicio reque ipsa permaximum iurisprudentiæ cultorem aduoco patronum, vt mihi pro tua generositate indicare velis, quid in his Commentarijs sit, quod tantæ MAIESTATIS oculis indignum appareat, meque à proposito reuocet. Sin autem eadem digna dixeris, vt INVICTISSIMI PRINCIPIS Regiam introire valeant, eiusque Augustissimam præsentiam conuenire, ne graueris pro tui animi præstantia Proregi Illustrissimo, atque Excellentissimo tuum iudicium de illis REGI transmittendis insinuare. Quippe qui ob tuam tuorumque maiorum Constantium erga Aragoneos, & AVSTRIACOS supremos Principes fidem gratissimus es, atque charissimus, vt non mirum si ad tui sanguinis illustrissimi splendorem altissimum dignitatis gradum quem summa gloria in hoc Regno obtines adiunxerint, maiores tibi vniuersus Orbis honores indies auspicatur, pollicentur etiam grauissima munera quibus ex nostri REGIS imperio functus honestissimè gloriam immortalem retulisti. Quid enim pro Regno Neapolitano conseruando, ac tuendo auctoritas tua, consilium, virtus intentatum reliquit? viderunt quotquot Moderatores supremi ad huius Regni Regimen à PRINCIPE nostro destinati fuere, periculumq. tuæ fidei, prudentiæ, iustitiæ fecerunt, Egregium de te, de tua integritate, constantia, fortitudine testimonium apud REGEM optimum retulerunt. Quapropter merito summam alteram dignitatem tuæ sapientiæ debitam, Nobilitati similem, Virtuti parem consecutus es. Itaque oro, atque obsecro te præclarissime Fului, vt onus hoc suscipias fretus ea humanitate, quam in te singularem perspexi, & summa gratia qua spero mea Commentaria à te recognita non ingrata fore. Indulgeas quæso fiduciæ meæ, si te Nobilissimum, atque Illustrissimum Virum negocijs grauissimis occupatum interpello, meque inter tui obsequentissimos velim numeres. Vale Iurisprudentiæ excelsum decus, κύδιστε γαίων. AQVILAE Samnitum.

Digitized by Goog

AD PERILLVSTREM, ET PRÆCLARISS. I. C. D. IOSEPHVM DE RVSTICIS, Operis Auctorem.

MERCVRII FONTIS I.V.DOCT. Abbatis S. Silueſtri de Aquila.

PROMINET *immenſo in ſpatio, tamen vndique ſepe*
Cinctus odorifero flore refertus ager.
Hoc in agro veterum reſponſa hic ordine certo
Integra quid cedant iura negent ve legis.
Hunc genere, & nulli ſtudiorum laude ſecundus
RVSTICVS *ingreſſus, pinguius excoluit.*
Infima deſpiciens perrexit ad ardua. nempe
Longius à facili culmen honoris abeſt.

AD PERILLVSTREM VIRVM D. IOSEPHVM DE RVSTICIS, V. I. Conſultum præſtantiſſimum, Patricium Aquilanum.

HIERONYMI BRANCONII I.V.D. Abbatis S. Clementis in Piſcaria.

LAVDIS *inacceſſa Macedum Rex Dedala Apellis*
Paſſus ſe pingi dicitur eſſe manu.
Gemma hunc Pyrgoteles pario, vel marmore finxit,
Dijs genitus, reliquos reſpuit artifices.
Pellæo non Rege minor ter magne PHILIPPE
Te decet Arpinas pagina, & eloquium.
RVSTICVS *hæc æquat ſcribit te digna* PHILIPPE
Hic fueris tanto pondere dignus Atlas.

ODE IN LAVDEM AVCTORIS.

Aternus Fluuius in agro Amiternino.

HIERONYMI RIVERII è Societate IESV.

EX *quo Veline frater es Tybris comes,*
Vrbisque felici meres
Solo frui, non amplius noſtri memor
Affinitatem prodere
Vereris, obſcurum genus ducens meum.
An marmoreis pallatium
Lyguſtici ex laterculis altiſſimum,
Quod fluctuanti margine
Tingis ſuperbo flumine elatus meas
Faſtidit vndas nomine
Vix praditas? an Martyrum fuſus cruor,
Qui ſæpe currens alueo
Mixtus tuos dinos honores præſtitit?
An ciuium pomaria
Beata, qua tuos amœnos riuulos,
Cum Sol perurit faucibus
Exhauriunt, tumere plus æquo ſinunt?
Fratremque diſcunt ſpernere?
Intelligo: portenta doctrina ſinu
Nutris beato: ad ſydera
Te fert eorum nomen, ò ter, & quater
Felix Veline, ò flumina
Cedatis huic, quod artium æternum decus
Cum Tybri amœno prodidit.
Cedas tibi Sebethus illuſtris parens
Muſarum, & vna Mincius,
Padusque notus, Adriæ qui murmurans
Erumpit atro gurgite.
Labor Sophorum nobilis tollit tuas
Ad cælum aquas: illuſtrior
Legum peritia, & lingua facundia es.
Quis Tullios, Hortenſios,
Quis Cæſares, & Ennios vnquam dedit?
Quis Mucium, Manilium
Iuris decus? quis Adrianum principem
Doctiſſimum fouit ſinu?
Parens es omnium Veline cum Tybri.
Obe mei faſtidium
Superbe pones frater, obe iam ſatis.
Depreſſus hucuſque alueo
Obſcurus, & ſolum tibi inuiſus ſuo:
At nunc Aluminus clarior
Legumque ſplendor editus Samnitibus
Plagis meum cælo extulit
Caput, mihique priſtinum te reddidit
Amabilem, mitem, pium.
Videtis? an me luditis fallacia
Spectra? en ſuperbi fluminis
Cerno tumorem pœni, & imum per vadum
Ferri Velinum, alio ingo
Commune vtrique decidentem leniter.
Hoc ille præſtat RVSTICVS
Samnis, decus ſcientiæ, puriſſimus
Autor Latini nominis.
Salue genus Samnitum alumne nobilis,
Præſentis, ò lux ſæculi.
Te tollet vltimos ad Indos; & truces
Bactros: meas ignobiles
Aquas ad aſtra cum Pado notiſſimo
Fers hoc Minerua munere.

IN

Digitized by Google

IN PRAECLARISSIMVM IVRISCONSVLTVM

DOMINVM IOSEPHVM DE RVSTICIS,

ALEXANDRI PERELLAE
Archipresbyteri S. Pauli.

RVSTICE *quid ceſſas doctas emittere cartas,*
Nullum crede mihi clarius extat opus.
Aurea Iuridica ſunt hæc monumenta Minerua,
Queis poterit doctis clarius eſſe nihil.
Te fora mirentur, teque ipſa palatia laudent,
Extollant nomen ſæcula cana tuum.
Heſperius REX *mole grauis, terraque, marisque*
Sceptrorum, ſcriptis annuit ecce tuis.
Sceptra, licet geſtent populis funeſta Tyranni,
Et ſanctis euertat iura Megera foris.
Cedat inops Aſtrea dolis. Tu Maxime Regum
Iura PHILIPPE *tuo protegis imperio.*
Hinc merito, magnus tot legum arcana recludens
RVSTICVS, *hæc voluit numine tuta tuo.*

AD CONSVLTISSIMVM I. V. DOCT.

D. IOSEPHVM DE RVSTICIS,

Aquilanum Virum Patricium,

HORATII PERELLAE
Inclitæ Velatorum Aquilanæ Academiæ
PRINCIPIS.

CVIVS *ego dicam te* RVSTICE *ruris alumnum*
Stemmata qui priſca Nobilitatis habes?
Omnes qui ingenio ſuperas, & pectora geſtas
Quæ Gaticas vincant candiditate nives.
Reddentem videat quis iura, videbitur illi
Iudicijs Minos cadere poſſe tuis.
Romani Imperij faſces tua rexit anita
Progenies, quæ pars magna Senatus erat.
Quis cunctos veſtros memoret tu RVSTICVS *ille es*
Caſtalij fontis qui ſacra rura colis.
Ingenij hæc monimenta tui ſint RVSTICE *imago,*
Quæ ſeros vincent poſteritate dies.

AD PERILLVSTREM VIRVM

D. IOSEPHVM DE RVSTICIS,
Iuriſconſultum Celeberrimum.

IOANNIS CAROLI HVGOLINI
de Simeonibus Archipresb. Caſinenſis.

QVID *te plena iuuant præclaris ſcrinia libris,*
Quid ve tua in tenebris docta Minerua latet?
Tu ſi lanificas valeas placare ſorores
Poſſes quæ ſcribis latior ore loqui.
Sed quia Perſephone infauſto nos proterit vngue,
Non exorato ſtant adamante fores.
Te viuente tua incipiant, & viuere carta,
Serior eſt paulo gloria poſt cineres.
Sed monumenta tua æterno ſint rapta ſepulchro,
Nec tua Lethæis fama feretur aquis.

IN ERVDITISSIMVM,
ac ſubtiliſs. LL. Interpretem

DOMINVM IOSEPHVM DE RVSTICIS.

PAVLI DE ROSIS
Archipresbyteri S. Quintiani.

AD *ſuperos rediens, Vrbes Aſtrea relinquens*
Agreſtes inter rure morata diu eſt.
RVSTICE *tunc tibi Permeſſi per rura vaganti*
Iura dedit, leges perdocuitque ſuas.

SVBTILISSIMO OPERIS AVCTORI.

DANIEL CINCINNATVS
Doctor, ac Philoſophus Fonticulanus.

QVIDAM *cum legeret dicanda prælo*
Scripta hæc, & cupidus magis legendi
Obnixè rogat, ecquod hoc opus ſit?
Doctum inquam, vtque vides ſatis venuſtum.
Ille, Imo Erigones ſapit Minervam,
Vt credas veterem loqui Solonem.
Sed quis te rogo ſcriptor eſt libelli?
Extremis lege nomen in tabellis
Dixi, RVSTICVS *auctor, vt videt relatum*
Inquit, Certè ego Bartoli putani.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

CVM *in ſalebroſa Subſtitutionum tractatione, Si ſine liberis deceſſerit, ſubintellectam conditionem controuerſam, intricatamque perſpexiſſem, acutis ſtimulis, atque ſolicitis de conditionis ratione ipſa ad ſcribendum euocabar: in eum tamen metum incideram, ne magnum quid aggredi, & multæ cogitationis, ociique viderer, quod cum à me velut ex Socratico ſpeculo perſpectum fuiſſet, adeo in limine dubius conſederam, vt mei animi elicere ſententiam non valerem: dum ſiquidem mentis acie Æmilij Pauli Papiniani ſuboſcura reſponſa, non ſecus, ac Getula Onix caniculam orientemque intuebar, ſubſiſtebam tanquam omnis ad illam mihi aditus, qui paucis patuit abſtruſus redderetur: ineſt certè in illis vis, & ſine vllo fuco iuris ciuilis color, verborum ambitu ſi ſic periodum appellare licet, contracto admodum ac preſſo, ita enim morientium pietatem, & exquiſitas adiectas ſententias molli, pellucentique Romana veſtit oratione, vt nihil tam tenerum illius comprehenſione verborum, nihil tam flexibile, nihil quod magis ipſius arbitrio ſanciretur: dumque ex penetralibus animorum diſpoſitionem eruere coniecturis aggreditur, non facilem, tenebricoſam autem inuolutamque rem indicat. Et quanquam iſtius conditionis in vniuerſum varietas, ac magnitudo, ſingulari me admiratione, leni potius confuſione retineret, difficultatem augebant, vt vetuſtos Iuriſconſultos poſt primum illum, & vetuſtiorem ordinem ſileam, quorum non contemnendus numerus plurima huc pertinentia non ſolum illuſtrauit, ſed etiam genuit, proximarum ætatum Doctores, quibus vberrimus ipſorum fœtus fuit, ad legum memoriam comprehendendam eorundemque ſenſum & intelligentiam reſtituendam incenſus: extitere enim Ioannes Baptiſta Caccialupus, Andreas Barbatia, & Bartholomæus Socinus, qui tanto pondere, & auctoritate multa de huiuſmodi ratione tradidere, quod ipſorum ingenium, vt Phidiæ ſignum ſimul aſpectum, & probatum fuerit, & ſicut haſtæ velitibus amentatæ in ipſorum quæſtionibus apta quædam, & parata ſingulis cauſarum generibus argumenta tradantur, vt diſertiſſimam Stoicorum prudentiam ſuperarint: Hos proximo tempore Andreas Alciatus inſecutus eſt, cuius ſcripta ad fideicommiſſorum interpretationem vice Myronis operis delectant, non equidem illa, barbaries aliqua inſuſcauit, ſed ex eius lucubrationibus redolere Latini ſermonis puritas videtur, cum verborum ſic ſplendore elegans, compoſitione aptus, facultateque copioſus, ac ita libere eius dicta fluunt, vt nuſquam adhæreſcant, vere in Alciati lingua Deam quæ in Periclis labris, vt ſcripſit Eupolis, ſeſſitauiſſe dicendum eſt, itemque credendum. Accedit denique ne omnes memorem, Caroli Ruini Regienſis celebre nomen, is eo acumine præſtitit, vt Theopompi acerrimum ingenium contemnas, quod inter ſubſtitutionum gradus conditionem iſtam commiſcendo intorquet, plura, & prorſus ingentia, excelſaque poſteritati de ipſo eſſent demandanda, cum tamen nominis æternitatem monumenta eius teſtentur, tantum dixerim, Q. Ennij florem delibatum populo, pulchrumque amaranthum æuo fuiſſe redditum. Illud tamen in tanta dimicatione mihi inter ſpem, & metum dubio occurrit, ardua moliri rectum, glorioſumque cenſeri, ſed rectum magis cum ad ſcribendum me non tam fructus, & gloria, quam ſtudium ipſum exercitatioque incitarit, quod mihi nulla res eripiet:*

piet : Latiasque Muſas non ſolos aditis ſuis Accium, & Virgilium recepiſſe, ſed eorum, & proximos, & procul à ſecundis conceſſiſſe ſedes, nec pulchritudine Iouis Olympij, ſequentis ætatis exterritos piguiſſe Lyſippum, Briaxim, & cæteros experiri, quid ſcalpere, quid effingere, aut quouſque progredi poſſent : vtque exempla perſtringam, principem illum Peripateticorum labores, ſtudiaque non deſtituiſſe, quin Naturæ primordia, rerum cauſas, cælorum motus, ac animæ vim pertingeret, mores etiam, quòd ſuauiloquentem Platonem, & non intelligendi ſolum, ſed etiam dicendi diuinum auctorem fulminantem, tonantemque inſpexerit, idipſumque carminibus illis ad M. Lollium perbelle ſuadebat Q. Horatius, lib. iiij.

Non, ſi priores Mæonius tenet
Sedeis Homerus: Pindaricæ latent,
Cææque, & Alcæi minaces,
Steſichorique graues camenæ.

An opinandum eſſet, genitricem, altricemque Naturam ſterilem ſuiſſe redditam, ſuamque amiſſiſſe fœcunditatem, vt non illa inſita vi, atque potentia, ferat ad liberales ſcientias ingenia? an ne impoſſibile nunc putemus, artis illa itidem miniſterio, exercitationeque expoliri, deſidiæ, ac torporis intemperie depulſa? Excreſcente itaque in dies animo, conditioni iſti incumbere, & eo vnde diſcedere non oportuerat reuerti, præclarum ſanè, ac ſplendidum exiſtimaui, habuit enim à primæuo naturali iure ortum, atque principium, quo procreandi appetitus, & in liberos ſtudium gignitur, cum nullum animal tam ferox ſit, vel alpeſtre, quo non illius iuris peritia cenſeatur, benefactoribus etiam ijdem naturæ inſtitutis benefacimus, & noſtra elargimur : hinc tot teſtandi formulæ antiquo iure Romanorum adimuentæ, ne inuita pietate, alienam ſobolem ciues præferrent, ac ſimul populo bonorum, filiorumque rationem redderent : hinc aliæ ſubſequutæ, inter quas iſta, vt liberis deficientibus, amicorum omniumque quorum opera aucti aliquando fuiſſent, reminiſcerentur : antecellit huiuſmodi recordatio, naturale ſimplex gignendi ſtudium, nobiliorique iure cenſetur, quòd naturali, ac rationali commixta prudentia, gingant homines, & diſponant, mente concipiant, & communicent, præſentia cernant, & rationis munere, ſpecialique applauſu futura præuideant, res denique ad vitam degendam præpararent neceſſarias : in tantumque præpotens eſt, vt ſi nulla eius mentio facta ſit, coniecturata pietate ſuppleatur: Cumque non minori deſiderio flagrent homines, præclarum aliquid efficere quo non ſemper obdormiſſe teſtentur, nam illos vixiſſe non pœnitet, qui ita vixere, vt non fruſtra ſe natos exiſtiment : vnde Platonis authoritate, id non eſt negligendum à nobis, ſed cura habenda temporis ſubſequentis, vt cum mortui fuerimus, de nobis homines non ſileant : fit enim natura quadam, vt ignauiſſimi nihil curent quæ ſit de ipſis futura opinio, probatiſſimi autem viri cuncta faciant, vt ad futura ſæcula bene ab hominibus audiant : quod apud Homerum Neſtor ſapienter Thelemacho inſinuabat.

Καικτφιλος ἰώυλα ἰούρω καλόντι μίγαντι
Ἀλκιος ἴας, ἵνα τὶς σι καὶ ὀπιγόνων δὶ ἔπτι.

Quando à ſolitis horis ſtudiorum pro ſpirituum recreatione receſſurus eſſem, cum ociari ab ijſdemque ſtudijs quaſi remedium petere, nemo improbet : reminiſcendumque ſit, noſtram omnem vitam in remiſſionem, ac ſtudium eſſe diuiſam : plantarumque exemplo, quæ cum modicis alantur aquis, quam multis ſuffocentur : ſic animus, cum mediocri vegetetur labore, ſub nimio demerſus opprimatur : & veluti corpus indigentia, & replemento, ita animus remiſſione, atque labore conſeruetur : conditionem iſtam latinè, dilucidè, & enucleatè interpretari omninò ſtatui : & tanquam Ruſticus olitor, vt placidos hortulos ad dulcem quandam, & honeſtam exercitationem, placuit enim Zenoni eiusque auditori Ariſtoni, bonum eſſe ſolum quod honeſtum eſſet, illorum Alcinoi, Heſperidumque vice excolere: eſt AMITERNINVS *ager fertilibus, clariſſimisque* ATERNI *vndis irriguus, felicissimo ſiderum cardine, aere temperato, neque æſtate feruido, neque hieme non aprico : ipſam igitur ſæpè viſere non peperci, & ſub radice montis Appennini in meridiem ſpectantem, non ſatis habui ſemel circumire, veritatis radium colluſtrantem primum exoptans:*

nec in

Digitized

nec in ea aliquid ſplendere contingere, niſi Iuriſconſultorum fulgore clarum enucleatumque, ut mihi vnus eſſet Juriſconſultus pro centum millibus : diuerſas inſuper arbores certa ſerie ſupplantaui, tum ad pomum, tum ad nucem legendam, cumq. nucleum prius fracta nuce deguſtandum ſit, exinde plantanda, itaque poſt Iuriſconſultorum meridiem, ex aliorum dictis certum conſilium non cepi, niſi veritatis ſapore conſtitiſſent, aliter non conſerendas, ſed excidendas potius credidi, ne falſa opinio iuris ſinceritatem eluderet : & quamuis alienam diſciplinam contemnere M. Catonis præcepto cauendum ſit, id ſi temere fiat, cum eiuſdem auctoritate, frons prior ſit occipitio, opinioni igitur quam aliqui per multos annos pernicioſe aluerunt, ſero, & haud humili animo reſtituere, & cum bene parato etiam pugnandum, nec calamitoſe ſeruiendum, ſaluberrimum dijudicans : vetus enim, & Socratica fuit ratio, contra alterius opinionem diſſerendi, nam ita facillimè quid veriſimillimum inueniri poſſe, Socrates ipſe arbitrabatur : proprio igitur quodam iure, virtutes illas quaſi miniſtras comitesque ſapientiæ antiqui effinxere, quarum altera quæ ſint in diſputando vera, atque falſa, quibusque poſitis quid ſequatur diſtinguit, & iudicat, quæ virtus omnis in ratione ſcientiaque diſputandi ſita eſt : meritò Q. Scæuolæ Seruium Sulpitium antepoſuerunt, cum etſi iuris ciuilis magnum vſum, & apud Scæuolam, & apud multos fuiſſe tradant, artem in hoc vno, quod nunquam effeciſſet ipſa iuris ſcientia, niſi eam præterea didiciſſet artem, quæ doceret res in vniuerſum tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obſcuram explanare interpretando, ambiguam primum videre, deinde diſtinguere : & ſi raros admodum hac tempeſtate inuenire fas ſit, qui non auctoribus quod ſentiunt putent concedendum potius quam depugnandum : ſed proh dolor, cum qui hac arte caruerit, id ei quod maximum fuerit, deſuiſſe videatur : omne tamen æquo animo gerendum fuit, vt in conditionis quæſtionibus diluci-
dandis, diſſerendisque, argumentationes modeſtè obijcere, acutasque vepres recidere propoſuerim : fuit mihi ſemper ſumma veneratione antiquorum in iure ciuili illuſtris Senatus, apud quos longe plura reperiuntur, quæ probanda ſunt, quam quæ repudianda : eamque viam rectiſſimam duxi, quam veteres maioresque tritam nobis reliquerunt, nec præ antiquis iſtis poſteriores quiſquam agreſtes exiſtimet : vtrorumque complura recenſentur, inuentæ etenim quæſtiones explicantur, & quid tam remotum in iure eſt, ne id complures ſciant ? multa quoque Terentius in Andriam, ex Menandri Perinthya tranſtulit, atque vſum pro ſuis fatetur, inque Neuij, & Plauti exemplum ſequutum eſſe ait, multa Solinus in eius Polyſtore, quæ ex Plinio deſumpſit, conſuit, vt retextis ſertis nouas ſubindè coronas concinnaret : ſicut, nec Maroni dandum crimini, quòd toties veterum Poetarum, Homeri, Pindari, ac Heſiodi verſus, in ſuum opus conuerterit : ſed quid externis opus eſt, ſi Bartolum legum iubar, ex Dyno Mugellano, Petro à Bellapertica, Cyno Piſtorienſi, Iacobo Arena, alijsque ciuilis ſapientiæ magiſtris, fortes legum neruos fuiſſe mutuatum paſſim comperimus ? idipſumque ego ingenuè aſſero, exiſtimans ſumere ſi fatear, nam ſi negarem ſurriperem : Cumque olitoris ſit varias inſitiones facere, duros ſurculos illosque peracutos, variarum quæſtionum præciſis ramis inſerui, vt in huiuſmodi explanatione proprio ex ingenio inſitiones non deeſſent, ne ſi volumen deprehenderint iſtud antiqui auctores, & ſuum quiſque de libris ſuis tulerit, nihil mihi relinqueretur : cumque quod laborioſum, nec artificioſum eſt, non ſtatim præclarum ſit, etenim ſi de tragedijs Ennij velit quis ſententias eligere, aut de Pacuuianis periodos, quia planè rudis id facere nemo poterit, cum fecerit ſe litteratiſſimum putet, ineptus eſt, propterea quòd id facile faciat quimis mediocriter litteris tinctus : is ergo qui intelligit, & idonea maximè eligit, & omnia in arte maximè ſcribenda redigit in ſingulas rationes præceptionis, neceſſe eſt, eius rei artifex ſit, dicere enim nemo benè poteſt, niſi qui rectè intelligit. Has autem inſitiones eo ordine diſpoſui, vt præcidendo librum non conuellerim, argillam coaddiderim, arenæ paululum, ſciſſa ſalice circumligauerim, ne liber frangeretur, lingua bubula obtegerim, ſi plueret ne aqua in librum permanaret, ſtramentis denique circundauerim, ne gelu noceret, vt ſecurius pullularent, quæ enim proprijs extricare viribus propoſui, diſtinctione primum præcidi, definitione obtegi, rationibus circumligani, legum denique auctoritate præmunimi, ne quod aliud confirmare deberet, & ipſum (vt crebro fit) egeret confirmatione : illud ſummopere animaduer-

tens,

tens, variarum herbarum, quæ flores, salubria folia, semina, succumque præberent, cælo libero seminarium præparare, vt humi pallerent violæ & quæ frondibus purpurant auro redolerent, interque virentia lilia, cæruleos hyacinthos, pudoris nimium plenas rosas, ac tortos acanthos, candidus Zephyrus aprica spiraret aura, alijs etiam virentibus herbis florida tellus crisparetur: continet equidem Conditionis hæc tractatio, pro floribus exempla, pro frondibus illationes, terminorum distinctiones pro seminibus, pro succo autem claras quæstionum decisiones: accessit purus fons ad irrigandum, atque irrorandum, cum quæ tradidi, qua potui linguæ puritate conscripserim, non barbarico idiomate, nec materno, tam vetusto exoletoque, vt obscuram vetustatis effigiem præ se ferat: vtputa si quis Falerno vino delectetur, eo nec ita nouo, vt proximis Consulibus natum velit, nec rursus ita vetere quòd Opimium, aut Anitium Consulem quærat: confert quàm maximè, Iurisprudentiam candido, proprioque sermone irrigari, cum & ipsam, aut in æqui, prauique discrimine, aut in verborum proprietate constitutam agnouerim, & tum videtur, tanquam tabulas bene pictas, collocari in bono lumine: agrum deinde totum viarum ordine in partes distinxi, postea recidi, angustisque quasi semitis subdistinxi, ad margines certa serie addita supplantatione, vt in partes cuncta diuisa se præberent, nam primum id omnem rationem vitæ, non solum agricolationis, sed cuiusque disciplinæ, prudentem delectant impensius ea, quæ proprijs generibus distinguuntur, quam quæ passim, & velut abiecta, quodam acerno sunt confusa, partitioneque aperitur, quid conueniat, & quid in controuersia sit, & per quam exponitur quibus de rebus simus dicturi. Præfationem quoque necessariam apposui, in qua nonnulla velut agrestia instrumenta in agri porticu reconderentur, vt explicata serie, omnia diuersi generis videre liceret, vno corpore breuiter complexa, non ergo pluribus, non paucioribus, quam res ipsa postularet, quemadmodum nanque corporis alimentum, si immodicum euacuationem efflagitat, sin minus, quàm natura ferat macilentiam conciliat, moderatum verò bonam corporis habitudinem inducit, non secus doctrina animi cibus paucioribus verbis, quàm opus sit tradita parum erudit, pluribus implicat, arcet, & deterret, mediocribus autem rectè instituit: pro mirtillorum demum ordinibus, summas rerum singulis adieci capitibus substantiam compendio orationis demonstrantes. Sed cum nocentes herbæ sua sponte crescentes sedulo bonas obruant, seminaque perurant, ac manu electæ, & auulsæ reuiuiscant, gramina, helleboros, noxia galbana, horridum ruscum, indomitasque bionias sæpè conuellere, ac malè crescentes succidere non duxi contemnendum, vt cuncta peræquata cylindro, fulgentique selecta sarculo cernerentur, Homerique carmina congruerent,

Ὦ γέρον, ἦ ἀδαήμονι σ' ἰχ' ἀμφὶ πολῆϊ
Ὄρχατος ὀλλὸς τοι κοπίδι ἰχ ὑδιπτάμενα
Οὐ φυτὸν ἰσυκῆ ὲν ἄμπελος, ἠμὲ ἐλαίη.

Hæc autem à me prolixius dicenda non sunt, ne nimis multa de me videar, industriamque iactitare, cum tractationem hanc mihi ipsi, non Antigenidæ, aut Musis nedum omnibus composuerim, quam hodie iam canescentem, suamque maturitatem quandam, & quasi senectutem adeptam in medio positam, si metiri cæperis animumque proprius intenderis, plura fortè inuenies quæ erunt, aut voluptati legendo, aut vsui legisse, aut cultui meminisse, vt vetustum illud prouerbij vice concelebratum, concini fortasse possit,

Πολλάκι καὶ κίπτωρος μάλα καιρὸν ἔπιεν,

At si non omnia in tanta obscuritate rerum, recondita multiplicique Conditione, in qua fas est obrepere somnum, nec omnem eius vim, materiamque cognitione sim consequutus, nec ipsam penitus posteritati profuturam inspexeris, quid tum? non enim omnes possunt Scipiones esse, aut Maximi, vt vrbium expugnatores, vt pedestres nauales ve pugnas, vt bella à se gesta recordentur, vtque Vlisses inclytus Eurialo dicebat:

Οὔτως ὐ πάντων δῖος χαρίεντα ἰδοῖν
Ἀνδράσιν, ὔτι φιλὶη ὔτ' ἀρφρίτας ὔτὰ γορητύς,

Nec propositum est cuncta me dicturum, sed plurima, quemadmodum qui terrarum orbem vnius tabulæ ambitu circumscribunt, aliquanto detrimento magnitudinis nullo dispendio veritatis, cum

enim

enim terram pingunt, & montes, flumina, ſiluas, cælumque omne, quæ ve circa cælum conſiſtunt, & quæ vagantur, primum quidem ſatis putamus factum, ſi quis, vel exiguam quandam referre poſſit earum rerum imaginem, vnde, & quicunque ſunt habiti mortalium ſapientiſſimi multa ſciße dicuntur non omnia. Quapropter, vt in magna ſilua boni venatoris eſt indaganter feras quam plurimas capere, nec vnquam culpæ fuit non omnes cæpiſſe, ita ſatis mihi ſit, tam diffuſæ materiæ, quam ſuſcepi, quanta induſtria valui Iuriſconſultorum ſenſum ſequutus maximam partem tradidiſſe: Athenienſium quoque plus interfuit firma tecta in domicilijs habere, quàm Mineruæ ſignum ex ebore pulcherrimum, tamen me Phydiam eſſe mallem, quam vel optimum fabrum tignarium: non itaque quantum quiſque proſit, ſed quantum quiſque ſit, ponderandum eſt: Perlege qualiacunque ſint edita, quæ velut adminicula ſtudioſis non profutura per ſe ſola, nec conſumatura ſcientiam, ſed adiutura promittuntur, nulla nanque eſt diſciplina, aut ars quæ ſingulari conſumata ſit ingenio, proinde Eracleotes Zeuſis non putauit omnia quæ quæreret ad venuſtatem vno in corpore ſe reperere poſſe, ideo quòd nihil ſimplici in genere, omni ex parte perfectum Natura expoliuit, vt dum pingeret ex virginibus formoſiſſimas peteret, mutumque in ſimulachrum ex ſpirabili exemplo veritatem transferret: & ne Lector tua diutius deſideria morer, quæ me velut ex fluctibus emergentem, quaſi in portum quendam pleno curſu deducunt, ſed omnis ſubintellectæ Conditionis inſtitutio tibi quam primum perſoluatur, vtque paucis rationem mei conſilij oſtendam, hæc prætermittens ad vlteriora propero.

COPIA.

Gli Eccellentiſſimi Signori Capi dell'Eccelſo Conſeglio di X. infraſcritti, hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoua, per relatione à loro fatta dalli due à queſto deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquiſitor, & del Circ. Secretario del Senato Gio. Maraueglia con giuramento, che nel Libro intitolato, *In Æmilij Pauli Papiniani Reſponſum ad l. cum auus, de conditionibus & demonſtrationibus, Commentaria, Ioſepho de Ruſticis Patricio Aquilano Auctore,* non ſi troua coſa contra le leggi, & è degno di ſtampa, concedono licentia, che poſſi eſſer ſtampato in queſta Città. Dat. die 27. Martij 1612.

D. Marco Triuiſan
D. Andrea Contarini
D. Giuſt'Antonio Belegno
} Capi dell'Eccelſo Conſeglio di X.

Illuſtriſs. Conſilij X. Secret.
Bartholomæus Cominus.

1612. Adi 29. Marzo.

Regiſtrato in Libro à carte 202.

Antonius Lauredanus Officij
contra Blaſph. Not.

Digitized by Google

Papinianus Lib. 1x. Reſponſ.

CVM auus filium, ac nepotem ex altero filio hæredes inſtituiſſet, à nepote petijt, vt ſi intra annum trigeſimum moreretur, hæreditatem patruo ſuo reſtitueret: nepos liberis relictis intra ætatem ſupraſcriptam vita deceſſit: FIDEICOMMISSI CONDITIONEM, CONIECTVRA PIETATIS RESPONDI DEFECISSE, QVOD MINVS SCRIPTVM QVAM DICTVM FVERAT INVENIRETVR.

L. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit.

CVM autem inuenimus, excelſi ingenij Papinianum in huiuſmodi caſu, in quo pater filijs ſuis ſubſtituit, nulla liberorum ex his procreandorum adiectione habita, optimo intellectu diſpoſuiſſe, euaneſcere ſubſtitutionem, ſi is qui ſubſtitutione prægrauatus eſt, pater efficiatur, & liberos ſuſtulerit: & intelligentem NON ESSE VERISIMILE PATREM SI DE NEPOTIBVS COGITAVERIT, TALEM FECISSE SVBSTITVTIONEM: humanitatis intuitu hoc & latius, & pinguius interpretandum eſſe credidimus: vt ſi quis naturales filios habeat, & partem eis reliquerit, vel dederit vſque ad modum quem nos ſtatuimus, & ſubſtitutioni eos ſubiugauerit, nulla liberorum eorum mentione facta: & hic intelligi euaneſcere ſubſtitutionem, liberis eam excludentibus, & intellectu optimo ijs qui ad ſubſtitutionem vocantur obſiſtente, & non concedente ad eos eam partem venire, ſed ad filios, vel filias, nepotes, vel neptes, pronepotes, vel proneptes morientis tranſmittent, & non aliter ſubſtitutione locum accipiente, niſi ipſi liberi ſine iuſta ſobole deceſſerint: vt quod inter iuſtos liberos ſancitum eſt, hoc & in naturales liberos extendatur. Quæ omnia, & in legatis, & fideicommiſſis ſpecialibus locum habere ſancimus.

Dat. x1. Calend. Auguſti Conſtantinopol. Lampadio, & Oreſte VV. CC. CONSVL.

L. cum acutiſsimi, C. de fideicommiſs.

CVM acutiſſimi ingenij vir, & merito ante alios excellens Papinianus in ſuis ſtatuit reſponſis, ſi quis filium ſuum hæredem inſtituit, & reſtituens poſt mortem oneri ſubegit: non aliter hoc videri diſpoſuiſſe, niſi cum filius eius ſine ſobole vitam ſuam reliquerit. Nos huius ſenſum meritò mirati, pleniſſimum ei donauimus euentum: vt ſi quis hæc diſpoſuerit, non tantum filium hæredem inſtituens, ſed etiam filiam, vel ab initio nepotem, vel neptem, pronepotem, vel proneptem, vel aliam deinceps poſteritatem, & eam reſtitutionis poſt obitum grauamini ſubiugauerit: non aliter hoc ſenſiſſe videatur, niſi ij qui reſtitutione onerati ſunt, ſine filijs, vel filiabus, nepotibus, vel neptibus, pronepotibus, vel proneptibus fuerint defuncti: NE VIDEATVR TESTATOR ALIENAS SVCCESSIONES PROPRIIS ANTEPONERE.

Recitata ſeptimo in nouo Conciſtorio Palatij Iuſtiniani
Data 111. Cal. Nouembr. Decio. V. C. Conſ.

VT promptè Papiniani reſponſum perſpicacibus tuis oculis Lector ſubiaceat, in fronte horum Commentariorum illud appoſui, ne oporteat dum eius veram intelligentiam perquiris, ad Pandectas recurrere: geminas etiam Imperatorias interpretationes eidem non fortuitu addidi, cum præcellentes ſint, cæterisque anteferendæ; in quibus omnis ferè propoſitæ diſputationis vis, atque facultas reſidere dignoſcitur; vt ipſarum veloci collatione, ingenium ad veras quæſtionum reſolutiones facilè conuertas.

Digitized by Google

HYPOTHESES QVAESTIONVM COMMENTARIORVM QVOLIBET CAPITE TRACTATARVM

Ad l. cum auus, de conditionib. & demonſtrationib.

IN CAPVT I. PROOEMII.

PARENTVM amorem erga filios naturalem eſſe, & maximum, Iuriſconſultorum atque aliorum autoritatibus, varijque exemplis explicari. Inde etiam plures notabiles effectus conſurgere. Paternamque pietatem naturali vi in parentes ipſos reflecti, nec minori ardore filios ad illam exercendam incendi.

IN CAPVT II.

Veriſimilium in iure ciuili efficaciã non leuis eſſe momenti. Deque extenſione de perſona ad perſonam in fideicõmiſſis, & quid cum variatur perſona cui ſubſtitutio facta eſt, nonnulla afferri. Quid inſuper vbi dictiones tunc, & eo caſu, adeſſent. Et nunquid caſus omiſſus in militis teſtamento pro omiſſo habeatur, coniecturiſque locus in eo ſit. Proindeque l. 1. & l. ſi duobus, ff. de milit. teſtam. interpretari. Diuerſitatiſque rationem inter l. quærebatur, §. fin. dicto titulo, & l. licet Imperator, ff. de legatis primo, inſinuari, eundemque text. in l. licet, nouiter intelligi.

IN CAPVT III.

Definitiones multipliceſque differentias conditionis enarrari. Dictiones pariter ipſam importantes nuncupatimque, Si, dictionis ſignificationes exprimi, ac incertum diem à conditione differre. Modi etiam definitionem & à conditione differentiam, nec non inter pœnam conditionemque diſcrimen oſtendi. Cauſam vlterius ex Bartolo, Baldo, & Luca de Penna definiri, interque cauſam, & occaſionem differentiam, deque cauſis multa conſtitui. Demonſtrationis quoque definitionem, naturam, atque virtutem, & ex quibus verbis ſignificetur, deque ipſa demonſtratione complura proferri. Dictionis, Sine, naturam demum indicari.

IN CAPVT I. LIB. I.

Reſponſum hoc Papiniani ex l. cum auus, enitens, Imperatorijs ſanctionibus declaratum, aliorum Iuriſcõſultorum reſponſis fulciri, ex quibus in liberos patris pietas circa ſucceſſiones demonſtratur, nuncupatimque ex l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. è medullis oſſibuſque dicti reſponſi deprompta: nõnullaque de coniectura ex affectione, ac de ordine ſucceſſiuo, deque Auth. ex cauſa, C. de liber. præterit. inter alia declarari.

IN CAPVT II.

An vna aut plures iſtius in l. cum auus, fuerint rationes diſtiniri, Deque Imperatore Iuſtiniano multa recenſeri, exemplaque inſuper quibus Iuriſconſulti coniectura illa vtuntur vt plus dictum & minus ſcriptum ſit cenſendum, oſtendi.

IN CAPVT III.

Nunquid per fictionem, vel præſumptionem l. cum auus, procedat, deque ipſis fictione ac præſumptione complura: Diſcrimen etiam inter coniecturam præſumptionem, & argumentum, ex Baldo indicari.

IN CAPVT IV.

Contrarijs præſumptionibus & coniecturis an ex l. cum auus, præſumptio tollatur, deque præſumptionum conflictu: Coniecturaſque ad tollendu eiuſdem l. cum auus, diſpoſitionem, ex aliqua lege approbatas eſſe nequaquam requiri.

IN CAPVT V.

Tacita vtrum ſit l. cum auus, conditio, vel potius præſumpta, & quid de iure accreſcẽdi, deque vulgari tacita ſubſtitutione in expreſſa pupillari contenta, quæve præſumpta ſubſtitutio ex Lancelloto Polito

Digitized by Google

lito dicatur, & an exẽplaris ſubſtitutio melius quaſi pupillaris cum Franciſco Duareno nuncupetur.

IN CAPVT VI.

L.cum auus, conditionem in deſcendentibus per aſcendentes grauatis intelligi, ſecus in tranſuerſalibus,& ſic in tratre grauante fratrem.

IN CAPVT VII.

An in amico maxima coniuncto amicitia l. cum auus procedat exacte admodum perquiri, & de amicitia aliquid tangi: Ac l. Pamphylo, §. propoſitum, ff. de leg. 3. enodari.

IN CAPVT VIII.

Quid in vxore ſit dicendum, an ſcilicet illa inſtituta deque reſtituendo grauata hæc l. cum auus, locum habeat, & non eſſe illi locum concludi: Hocque verum eſſe etiam ſi filio vxor ſubſtituatur, vbi de fiduciario hærede, ac de fiduciarijs diſpoſitionibus non nihil dicitur, deque venditione filiorũ ter patri conceſſa, ac de coniugali amore, Quibuſque modis vxor antiquitus haberetur quædam valde præclara.

IN CAPVT IX.

Conditionem tacitam ſi ſine liberis deceſſerit ex hac l. cum auus, parẽtibus inſtitutis deque reſtituendo grauatis non ſubintelligi, & nu. 12. communem ac veram opinionem eſſe, contrariumque aſſerentes ibi allegari.

IN CAPVT X.

Si ſine parentibus deceſſerit cõditionem ex l. cum auus, non ſubintelligi. Nec etiam in naſcituris prodeſſe: Neque ſi teſtator qui viuum parẽtem habebat filium aut alium deſcendẽtem inſtituat grauetque; De tranſmiſſione aliquid, De extenſione quoque vbi dictiones taxatiuæ adeſſent diſcurri.

IN CAPVT XI.

In fideicommiſſaria ſubſtitutione hanc l. cũ auus, verificari; Etiam in fideicommiſſaria à milite facta: Non autem in directa vulgari: Deque iſtis ſubſtitutionibus, atque de verbis reſtituere & ſubſtituere, de directiſque verbis cõminiſci: Et l. ex facto, in princ. ff. de vulg. & pupill. explicari.

IN CAPVT XII.

Subſtitutionem cõpendioſam multas ſubſtitutiones complecti, de eaque late tractari. Et l. cũ auus, in vulgari ſub ipſa compendioſa comprehenſa ceſſare. Multoque minus intelligi ſi ſubſtitutio vulgariter & per fideicommiſſum facta eſſet: Sique cum non in hæreditate, ſed in fideicommiſſo ſubſtitutio cõcepta reperiretur: Adhuc l. ſi legatarius. §. fin. de leg. 3. enucleari: Atque de vi æqualis determinationis, Et de ſubſtitutionum vnitarum efficacia diſputari.

IN CAPVT XIII.

Diſpoſitio d. l. cum auus, an in directa pupillari procedat diſtingui ac reſolui, Et quid in pupillo malitia ſupplente ætatem? Rurſus textum etiam in d. l. ex facto, ff. d. tit. de vulg. & pupill. interpretari, Necnon l. credendum. §. ſi vero maritus, ff. qui pet. tut. ad mentem Bart. explicari; multaque de proximo pubertati, ac de pupillari natiuitatem liberorũ rupta malitia ætatem ſupplente, vel poſthumi natiuitate enarrari, Compendioſamque cum clauſula ſi ſine liberis deceſſerit, conceptam continere pupillarem, aliaque ſubtiliter explanari.

IN CAPVT XIV.

In directa militari ſubſtitutionem l. cum auus, locum non habere: Sed in fideicommiſſaria militari ſecus eſſe, Idẽ in exemplari: Militiſque teſtamentum coniecturalem interpretationem non abijcere: Ac de verbo militis etymologia, necnon de militibus.

IN CAPVT XV.

Deſcendente inſtituto in vita tantum, illique altero directè hærede inſtituto, huic l. cum auus, locum non eſſe: Ipſamque extenſionem non recipere: Nec etiam l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. vti exorbitantem & ex medullis ac oſſibus iſtius legis excerptam: Pariterque l. Titiam cum teſtamento, §. Titia cum nuberet. ff. de leg. 2. declarari: Atque Raphaelis Cumani intricatã quęſtionẽ de qua is nu. 3. hic reſolui.

IN CAPVT XVI.

Dilucidius ac aliquanto prolixius tertium Socini Corollarium nunquid inſtitutione in vita tãtum facta, l. cum auus, ſibi locum vendicet, illaque verba in vita tantum, vel finita vita enarrari; & plures circa eandem legem limitationes ad caſum propoſitum conferentes, necnon multa de ordine ſucceſſiuo, deque celebri Oldradi conſ. 211. inter alia proferri.

IN CAPVT XVII.

Concluſionem huius contextus vbi ſubſtitutio poſt mortem inſtituti fieret validam eſſe, ſecus ergo in fideicommiſſo pure iniuncto. Item ſi filius in vita puta poſt annum reſtituere rogaretur, Nec in fideicommiſſo conditionali vbi conditio in vita purificari poſſet. Minus in caſu Bart. in l. 1. num. 9. ff. de iur. codicill. Vlterius dictam l. ſi vnquam, ſi donans de liberis cogitauerit conquieſcere. Denique l. ſi is qui ducenta, §. item ſi pater, ff. de reb. dub. ac d. l. generaliter, §. cum autem, ſuis ſenſibus reſtitui.

IN CAPVT XVIII.

Ad particularia legata filijs relicta text. hunc l. cum auus, extenſum fuiſſe. Et ſic cum filius hæres vniuerſaliter vel in quota inſtitutus aliquod prædium poſt eius mortem reſtituere grauaretur, Materiamque eandem diligenter expoliri, Atque l. ſi vnquam, ſimile afferri. Et nunquid prælegata maiorem hæreditatis partem abſorbentia in fideicommiſſi reſtitutione veniant.

IN CAPVT XIX.

Extenſionem tacitæ conditionis ex l. cum auus, ad particularia legata cum teſtamenti tempore grauatus

itized by Google

tus liberos non habebat intelligi, ſecus ſi illos habuiſſet. Ipſamque ac ſimiles generaliter ex Ioanne Baptiſta Caccialupo aſſumi oportere. Et num particularia legata ex auth.ex cauſa, conſeruentur ſi teſtator qui filios non habebat de filijs non cogitauit. Deque alternatiuæ ſubſtitutionis verificatione, & an in coniunctam ex ratione d. l. cum acutiſſimi reſoluatur. Eiuſdemque legis ratio, an in iure quærendo procedat, Diſpoſitionem etiam l. penult. C. de impub. in ratione d. l. cum acutiſſimi fundari. Et an ſubſtitutio tacita pupillaris filio emancipato, facta nepoti, contra patrem nepotis admittatur, & an contra matrem, & an contra patruum.

IN CAPVT XX.

Si præſumptionibus aliud de voluntate teſtatoris conſtiterit, textum hunc in particularibus legatis ſilere. Coniecturamque illam nuncupatim quam tradidit Petr.de Anchar. conſil.46. recenſeri ac diſtingui, pluribuſque concluſionibus diſtinctionem ipſam fulciri.

IN CAPVT XXI.

Limitationem ad Ancharani præcitatum conſil. 46. per Socinum traditam diſcuti. Ac de Bononia Vrbe Illuſtriſſima, & Inclyta, deque Petro Ancharano aliqua, ſed exigua pro rei altitudine enunciari.

IN CAPVT XXII.

Appendicem Quæſtionem in qua Socinus inter conſilia Curtij ſenioris conſuluit pluribus diſcuſſis conſideratiſque terminari, ac ipſam vti Raphaelis Cumani originariam comprobari.

IN CAP. I. LIB. II.

Cum alter ex filijs reſtituere alteri teſtatoris filio grauaretur, l.cum auus ex crebriori opinione ſubintrare. Hoc autē vbi filio inſtituto vniuerſaliter alter filius in legitima eſſet ſubſtitutus ex Socini æquiori aſſertione limitari. Et niſi contrarium ex mente coniecturata teſtatoris appareret. Et quæ propria ſit ſucceſſio in l.cum acutiſſimi aperiri. Interque liberos æqualitatem ſeruandam fore.

IN CAPVT II.

Pia cauſa ſubſtituta tacitam adhuc ſi ſine liberis conditionem ſubaudiri, idque exacta diſputatione firmari, diſtinctione nihilominus adiecta, Ac veras coniunctim intelligentias ad l. ſi quis in principio teſtamenti, ff. de leg.3. & l. pen. C. de impub. & al. ſubſtit. exhiberi.

IN CAPVT III.

Quicquid de pia cauſa dictum fuerit, eandemmet l. cum auus, in relictis pro male ablatis recipiendam non fore. Hincque ad plurima præſertim de paupertate inferri.

IN CAPVT IV.

In fœminis quoque earumque deſcēdentibus grauatis textum iſtum loqui, idque ampliari ac limitari. Et l.fin. C. de indict. vid. ſuo ſenſu ornari.

IN CAPVT V.

Non ſolum nepote vel filio à patre grauatis, ſed alijs deſcendentibus in infinitum cōditionem iſtam tacitam verificari. Et de appellatione poſterorum, poſteritatis, familiæ, deſcendentium, ac lineę maſculinæ, aliqua inſinuari.

IN CAPVT VI.

Conditionem huiuſmodi tacitam ex ipſa l.cum auus, ſubintellectam ad omnes ex rogato deſcendentes quoſcunque in infinitum remotiſſimo gradu protendi. Ibidēque de infinitate reſecanda, ac de dictione perpetuo. Et de verbis ſobolis, prolis, progeniei, atque ſtirpis, & nunquid pro Synonymis cēſeantur.

IN CAPVT VII.

Cum deſcendens ab aſcendente per lineam maternam grauatur, hunc tex. ſuam vim operari. Et vehementem in liberos matris amorem atque pietatem concelebrari.

IN CAPVT VIII.

In emancipatis filijs de reſtituendo grauatis non ideo minus eidem conditioni locum tribui. Atque de ijſdem quædam fortè haud inutilia conſtringi.

IN CAPVT IX.

Extraneo grauato ſubintellectam hanc conditionem non opitulari. Et communem ad text.in d l.generaliter, §.cum autem, intelligentiam controuerti, ac nouiter eundem textum interpretari.

IN CAPVT X.

Filio & extraneo poſt eorum mortem grauatis textum in hac l. cum auus, efficaciam non habere. Hinc de æquali determinatione plurium determinabilium. Ac ſubinde de reciproca ſubſtitutione impuberibus ac puberi. Item impuberibus filijs, & extraneo facta, quando pupillarem contineat inquiri. Et l.ſi ita ſcriptum, ff.de milit.teſtam.declarari. Ipſamque l. cum auus, in deſcendente, ac aſcendente grauatis ceſsare.

IN CAPVT XI.

Legem iſtam in nepotibus naturalibus grauatis ex filio legitimo naturalique ſuſceptis ac in pronepotibus etiam naturalibus ex legitimo naturalique patre progenitis ſecundum Socini veram opinionem procedere.

IN CAPVT XII.

Filij ab extrano adoptati ſi inſtituantur & grauentur nunquid huius legis diſpoſitione potiantur, ſerioſe diſceptari, nec ipſis prodeſſe concludi. Idemque in filijs adoptiuis grauatorum verum eſſe. Et quid de expreſſa, Si, ſine liberis deceſſerit conditione. In filijs autem ab aliquo aſcendente adoptatis.

Digitized by Google

Index Hypotheſium:

Atque etiam in filijs à grauatis inſtante teſtatore receptis, vel ab ipſomet teſtatore in locum nepotum habitis legem iſtam verificari.

IN CAPVT XIII.

In arrogatis filijs tam expreſſam quam tacitam ſiue ſubintellectam, ſi ſine liberis deceſſerit, cõditionem nequaquam militare, Et quantum ad tacitam in arrogato ab auo materno id limitari.

IN CAPVT XIV.

Spirituales filios à comprehenſione ſub hac l. cum auus, ex vera opinione Interptetum omnino arceri.

IN CAPVT XV.

Ex legitimatis per reſcriptum Principis an ſubſtitutus tam in expreſſa quam in hac ſubintellecta conditione Si ſine liberis deceſſerit, excludatur, Et hinc acceſſorias perdifficiles quæſtiones diſputatiue reſolui. Plurimarumque legum intelligentias nempe l. Mœuius, l. qui hæredi, & l. fideicommiſſum, hoc tit. l. qui habebat tutorem, in princ. ff. de tutel. l. fin. C. de his qui ven. ætat. impetr. & l. filium eum definimus, ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. atque aliorum iurium vltra alios dilucidari.

IN CAPVT XVI.

Legitimati per ſubſequens matrimonium quibus in caſibus ſubſtitutum excludant, perſcrutari. Et l. filiæ meæ emancipatæ, ff. ſol. matrim. c. ſi te, de renunc. in 6. l. Imperialis §. fin. C. de nupt. §. ſed & aliud, & §. ſi igitur licentia, auth. quib. mod. natural. effic. legitim. §. fin. auth. de trien. & ſemiſſ. §. ſi quis autem, vt liber. de cætero. l. qui libertinus, §. poſthumus, ff. de operis libert l. 1. §. cęterum, ff. de acq. poſſ. l. ſi filius, in 2. reſpon. ff. de gradib. & l. Celſus, in princ. ff. de arbitr. germanis interpretationibus nouiter inſigniri.

IN CAPVT XVII.

Per curiæ oblationem legitimati an ex hac l. cum auus, & expreſſa etiam ſi ſine liberis deceſſerit conditione, ſubſtitutum excludere valeant. Antiquitatis præterea non parum interijci.

IN CAPVT XVIII.

Conceptionis tempus an vero natiuitatis circa validitatem legitimationis per ſubſequens matrimonium ſpectetur diligenter perquiri.

IN CAPVT XIX.

In filiis tantum in conditione poſitis non grauatis hunc textum non procedere aſſeuerari. Ac textui in l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad S.C. Trebell. deterſum ſenſum tribui.

IN CAPVT I. LIB. III.

Quando naturales liberi grauati in expreſsa tacitaque ex hac lege conditione includantur. Et quid de ſpurijs ſtatuendum ſit explicari. Atque dictam l. generaliter, §. cũ autem, ac l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il 1. l. Lucius, §. fi. ff. de leg. 2. l. fin. ff. de natur. lib. & l. ſi qua illuſtris, C. ad Orfic. præter alios extricari.

IN CAPVT II.

Filij tam in expreſsa quam in ſubintellecta conditione an requiratur quod ſuccedant explorari. Et l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupill. l. Statius Florus, §. Cornelio Felici. ff. de iur. fiſci, ac l. 1. C. de condit. inſert. proprio nitore exornari.

IN CAPVT III.

In fideicommiſſis hæredis verbum quibus in caſibus ad hæredem ſanguinis referatur. Et quid in feudis, reſolui.

IN CAPVT IV.

Deſcendentibus ſub conditione, ſi ſine filijs maſculis deceiserint grauatis, fœminas ſubſtitutum non excludere, hoc tamen declarari. Deque diſpoſitione auth. res quæ, C. commun. de legat. ſubſidiaria. Mulierique contra quos eadem auth. competat, an contra tertios poſſeſſores bonorũ legitimæ, ac Trebellianicæ alienatorum, an verò aduerſus fideicommiſſarios quibus alia bona fideicommiſſo ſubiecta obuenerunt inueſtigari.

IN CAPVT V.

Illam conditionem ſi filius ſine filijs maſculis deceſſerit, ſcilicet relictis fœminis de reſtituendo hæreditatem, ſique maſculos tantum habuerit de reddendo centum, ſi grauatus cum maſculis, & fœminis deceſſerit euaneſcere. Et textum in l. ſi ita ſcriptum, ff. de liber. & poſthum. ac l. ſi ita, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. declarari. Alienaque ſtudia vſurpantes, ingratos etiam proinde redargui.

IN CAPVT VI.

Quæſtionem nunquid lex iſta in nepotibus ex grauato teſtamenti tempore progenitis, quos teſtator inſtitutum habere ſciebat latiſſime diſputari, & denique ad nepotum fauorem ipſam terminari. Multaſque leges, ac nuncupatim d. l. generaliter, §. cum autem, & l. ſicut certi. l. ſi cum vel in vtero, C. de teſtam. milit. dictamque l. cum acutiſſimi, necnon textum hunc nouiter enodari.

IN CAPVT VII.

Nunquid iam nati nepotes quibus legati iure teſtator aliquid reliquit, virtute huius cõtextus fideicõmiſſum deficere faciant perquiri. Et adhuc d. l. ſi cũ vel in vtero, ſenſũ aperiri. Et l. fin, C. de inſtit. & ſubſtit. & §. poſthumi quoque, verſ. Sed fęminini quidẽ ſexus perſonæ, Inſtit. de ex hæred. liber. explicari.

IN CAPVT VIII.

Naſcituros nepotes de quibus teſtator in genere cogitauit, vtrũ ex huiuſmodi reſponſo excludãt ſubſtitutũ, Affirmatiuamque opinionẽ comprobari. Ac dictam l. generaliter, §. cum autẽ, intimius intelligi.

IN

Digitized by Google

Index Hypotheſium.

IN CAPVT IX.

Si teſtator certũ quid pro dotibus filiæ reliquit, filioſque de reſtituẽdo inuicem grauauit ſi quis eorum ſine filijs moreretur, ſi alter filiorum maſculorum filiabus fœminis relictis decedat, ad fideicommiſsum neptes non admitti. Et l. ſi viua matre, §. in nepotibus, C. de bonis matern. dilucidari.

IN CAPVT X.

Pauli Caſtrenſis arduam Quæſtionem conſ. 409. Caſus iſte frequenter contingit, lib. 2. ſuper qua Florentię tempore quo ibi Martinus V. Pontifex Maximus permanebat acerrime diſputatum fuit, omneſque circa eam Socini caſus examinari ac vere reſolui. Et dictam l. ſi viua matre, iterum reaſsumi, ac l. 1. C. de condit. inſert. l. Publius, §. Titia codicillis, hoc tit. l. ſi quis filio, in princ. ff. de iniuſt. rupt. teſtam. & l. vnic. §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen. iuſtis intelligentijs inſigniri.

IN CAPVT XI.

Quęſtionem in qua Bartolomęus Socinus Mediolani Orator conſuluit, & per Curtium iuniorem tractam conſil. 35. Ser Benedictus, columna tertia, ante num. 2. verſic. Hanc etiam differentiam, breuiter reſolui.

IN CAPVT XII.

Statuto exiſtente, teſtamentorum verba ad literam prout iacent intelligi, vtrum diſpoſitioni huius textus locus detur, & pro parte affirmatiua concludi. Et l. 1. ff. de his quæ in teſtam. delen. ſuo nitori reſtitui.

IN CAPVT XIII.

Aliam Quæſtionem Pauli Caſtrenſis in d. l. cum acutiſſimi, col. 2. num. 6. verſic. Pone quod inſtituo meum filium, C. de fideicom. caſuſque per ipſum atque exinde Socinum ſeniorem hic diſtinctos, admodum perpendi, ac denique diffiniri.

IN CAPVT XIV.

Si quis duobus ſuis filijs inſtitutis extraneum aliquem poſt mortem illis ſubſtituerit, primo ſine filijs decedente, nunquid ſubſtitutus quaſi ceſsante ratione d. l. cum acutiſſimi, admittatur, Socini hic diſtinctione diligenter inſpecta tute reſolui.

IN CAPVT XV.

Nunquid filia excluſa per ſtatutum cenſeatur ad ſubſtituti excluſionem in conditione poſita, & negatiuam opinionem velut communem ſtabiliri. Coniunctimque textum in l. filiusfamilias, §. cum quis, ff. de leg. 1. & l. ſi is qui hæres, ff. de vulg. & pupill. interpretatione fulciri.

IN CAPVT XVI.

Per ſtatutum filia excluſa, ſi ab eius patre grauato hæres inſtituatur, an per ipſam ſubſtitutus excludatur, indagari. Et l. iure ciuili receptum eſt, hoc tit. intelligi.

IN CAPVT XVII.

Vtrum filia ex ſtatuto nequaquam excluſa, ſed tamen in conditione non comprehenſa ob maſculinitatis qualitatem, vel ob propriarum filiarum excluſionem, filio grauato cum filijs maſculis & fœminis decedente, ſi fideicommiſsum propter maſculos expirauerit, beneficio fauoreque ipſorum maſculorum admittatur admodum perquiri. Et l. 2. §. ſi ſit conſanguinea, ff. ad Tertull. ac l. nam & ſi ſub conditione, §. fin. ff. de iniuſt. rupt. teſtam. clariſſimis ſenſibus nunc emicare.

IN CAPVT XVIII.

In contractibus vtriuſque gratia à principio celebratis an lex iſta locum habeat. Et quid in donatione ſub conditione facta iuxta terminos l. quoties, C. de donat. quæ ſub mod. Et an in mortis cauſa donatione. Et an in feudis reſolui. Pariter etiam textum in capitulo primo, de duobus fratribus à Capit. inuelt. & dicta l. generaliter, §. cum autem, elucidari.

IN CAPVT XIX.

Exorbitãtem legem iſtam eſſe omnium ferè conſenſu concludi. Succeſſiuè etiam de eius extenſione tractari.

IN CAPVT I. LIB. IV.

Liberis in conditione poſitis in vita grauati decedentibus, conditionem ſi ſine liberis deceſserit, non deficere. Deque conditione ſi liberos habuerit, vel non habuerit, diſceptari. & denique l. hæredibus, ff. ad Trebell. l. cum vxore, C. quand. dies leg. ced. & l. ſi quis hæredem, C. de inſtitut. & ſubſtitut. intelligi.

IN CAPVT II.

Celebre Oldradi conſ. 21. Thema tale eſt teſtator, declarari, diligentiſſimeque limitari, & de pluribus coniecturis ad iſtud propoſitum agi.

IN CAPVT III.

Momento tantum patri ſuperſtites filij nunquid extinctionem conditionis tacitę ex hoc contextu vel expreſſæ inducant, & affirmatiuam opinionem attendi, ac textum in l. poſthumus præteritus, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. ſenſu donari.

IN CAPVT IV.

Sedulo hic inſpici, patre inſimul cum filio ruina, naufragio, aut aggreſſu moriẽtibus, vter eorum præmortuus fuerit. Duoque iura, nempe textum in l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell. & l. qui duos, §. cum in bello, ff. de reb. dub. diſcuſſis aliorum intelligentijs demum inuicem conciliari.

Digitized by Google

Index Hypotheſium.

IN CAPVT V.

Deceſſiſſe aliquem ſine liberis alleganti an onus probandi incumbat. Et denuo d.l.ex facto, 9.ſi quis autem, ff. ad Trebell. necnon c.in præſentia,extr. de probat.explicari.

IN CAPVT VI.

De octimeſtri partu complura afferri, & an pro abortiuo, octauo menſe natus ſit habendus, eiuſque natiuitate,an fideicommiſſi conditio deficiat explicari,l.quod certatum eſt,C.de poſthum.hæredib.inſtit.l.vxoris abortu, eo.tit.l.qui in vtero,ff.de ſtat.homin.l.ſeptimo menſe, eod.tit.& l.Diuus,ff.de extraordin.crimin.proprijs intelligentijs exornari.

IN CAPVT VII.

Partum decimeſtrem legitimum eſſe Scæuolæ Iuriſconſulti teſtimonio, multiſque aſſertionibus clariſſimorum auctorum probari. Et an natus vltra menſem decimum per paucos tamen dies legitimus ſit inquiri.l.ſi ita quis,ff.de vulg. & pupill. ſubſtitut. declarari. Deque menſibus aliqua afferri. Ac l.inteſtato, ff.de ſuis, & legitim. ad mentem Doctorum interpretari.

IN CAPVT VIII.

Ancipitem illam quæſtionẽ de progenito ex muliere quæ ſtatim priore viro defuncto ad ſecundas tranſuolet nuptias,& nono menſe pariat, cuius præſumatur filius,& ſubindè hæres,& relatis varijs opinionibus tandem reſolui. Ac l.duo ſunt Titij, ff.de hæred.inſtit.l.ſi ita fuerit,ff.de reb.dub.& l.ſi duo patroni, in princ. ff.de iur.iur.explicari. De ſimilitudine partus, De peritis in arte, nuncupatimque de Phyſicis, Chirurgis & Obſtetricibus multa afferri, aliaque varia huc ſpectantia.

IN CAPVT IX.

Signa tam abortus quàm vitalis partus, ipſorumque coniecturalem vim conſiderari, & nuncupatim ſimilitudinis coniecturam aliquanto ſerioſius hic reaſſumi.

IN CAPVT X.

De matris teſtimonio circa tempus partus multa tractari, deque legis fiducia pro matre erga filium, de onere legitimum eſſe partum probandi cui incumbat. Deque menſibus in partus materia aliquid diſcuti.

IN CAPVT XI.

Licet natus ex quinquagenaria muliere rarus partus videatur, legitimum tamen partum cenſeri, ex eo conditionem, ſi ſine liberis deceſſerit, euaneſcere, ſubſtitutumque excluſum remanere.

IN CAPVT XII.

Generandi tempus in maribus quouſque ad effectum excludendi ſubſtitutum huiuſque conditionis extinctionem ſiue defectum protendatur.

IN CAPVT XIII.

In tacita ex hac l. cum auus, conditione liberos poſitos ex teſtamento vocatos minimè cenſeri, Indeque plures effectus reſultare. Ipſamque l. cum auus, ac l.ſi vnquam, C. de reuoc. donat. necnon l. cum acutiſſimi,C.de fideicom. intelligi. Eandemque l. cum auus, non procedere ſi teſtator diſpoſuiſſet ſucceſſioni ab inteſtato locũ non fore. Nec etiam vbi abſurdum illud ſequeretur,quod minus dilectus magis dilecto præferretur.

IN CAPVT XIIII.

Exciſo materno vtero extractum ad defectum dictæ conditionis prodeſſe. Multa de monſtroſis partubus enarrari. Et intellectum ad l.quod certatum eſt, C. de poſthum.hæredib.inſtit.ventilari.

IN CAPVT XV.

Liberorum nomine Ventrẽ includi ad extinguendam ſi ſine liberis deceſſerit conditionem, & ſubſtitutum excludendum. Ac de Ventre complura annotari. Textum etiam in l.ſi quis prægnantem,ff.de reg. iur. intelligi, aliumque text. in l.fin. C. de poſthum. hæred. inſtit.declarari.

IN CAP. I. LIB. V.

Quando clarè manifeſteque conſtare dicatur teſtatorem voluiſſe Monaſterium excludere admiſſo ſubſtituto, & Primum quæſtionem iliam, an aliquis ita teſtari diſponereque poſſit,vt filij ſuccedãt deſcendenteſque ſuorum hæredũ excluſo Monaſterio, vel eccleſia explicari,indeque ad nonnullas coniecturas deueniri,vt puta,ſi ſit dictum,ſi ſine liberis ex ſuo corpore, & de legitimo corpore procreatis deceſſerit. Vel ſi ſine liberis legitimis, & naturalibus. Et quid altero filio teſtatori ſubſtituto. Quid etiam ſubſtituto aliquo de familia adiecta cauſa quia vult bona in familia ſiue agnatione conſeruari. Quid pia cauſa ſubſtituta. Et quid ſtante ſtatuto, vt verba teſtamenti ad literam,& prout iacẽt intelligãtur.Quid etiam ſi ſtet ſtatutum,vt Eccleſia vel Monaſterium non ſuccedat. Et quid dicendum ſit in filio in ſacris ordinibus conſtituto, & per patrem hærede inſtituto. Et denique quid erit ſi teſtator dixerit,ſi ſine hęredibus maſculis deceſſerit.

IN CAPVT II.

Monaſterium, ſi hæres grauatus ſi ſine liberis deceſſerit,religionem ingrediatur,nũquid ſubſtitutum excludat latè declarari, Ampliationes quoque, ac reſtrictiones complures ad idem afferri. Et 6.ſed & hoc præſenti, in authen.de ſanctiſſim. Epiſc. necnon textum in l. filiæ meæ, ff. ſol. matrim. rectis legitimiſque interpretationibus exornari.

IN CAPVT III.

Monaſterium in communi & particulari incapax ad retinendum bona, ſi grauatus ſub conditione Si ſine liberis deceſſerit illud ingrediatur, nunquid ſubſtitutum excludat perquiri. Et de fratribus Minoribus primùm agi, nonnullamque de huiu.modi

Reli-

Digitized by Google

Index Hypotheſium.

Religione deque Tertiarijs, necnon de S. Bernardino Senenſi Aquilæ Vrbis Patrono deuote tractari.

IN CAPVT IV.

Nonnulla de Religionibus iſtis, ſcilicet Fratrum Prædicatorum, Eremitarum S. Auguſtini, S. Mariæ Seruorum, Carmelitanum, Canonicorum Regularium, Monachorum, Cæleſtinorum deque S. Petro Cæleſtino, S. Maximo Martyre, & S. Aequitio Abbate in Valeria Prouincia, alijs Patronis Aquilæ Vrbis, ac de Iurconenſi Epiſcopatu Aquilenſi vnito inſinuari, & an dictorum monaſteria ſubſtitutum excludant.

IN CAPVT V.

Militum multarum Militiarum regulas explicari, & an ſubſtitutum excludat ſi habitum ipſarum quis ſuſceperit & Eques efficiatur. Proindeque de fratribus S. Ioannis Hieroſolimitani, ſeu Melitenſibus, de Militibus Sanctorum Mauritij & Lazari, de Militibus S. Stephani, de Militibus S. Iacobi de Spata, de Militibus Calatrauæ, ac de alijs Alcantharæ, de Militibus S. Mariæ Redemptionis & Monteſiæ, tandemque de Militibus Aurei Velleris, deque Militibus Periſcelides diſtinctè agi.

IN CAPVT VI.

Quæritur an ſi grauatus Monaſterium non intret, ſed relicto filio monacho decedat, ſubſtitutus tunc excludatur, & concluditur Monaſterium excludere ſubſtitutum. Et quid cum de tacita conditione ex hac l. cum auus, ſubintellecta loquimur? Et circa ipſam duos caſus conſiderari oportere.

IN CAPVT VII.

Ciuilis mors an idem operetur quod naturalis circa fideicommiſſi reſtitutionem per grauatum, vt quia religionem fratrum Minorum eſſet ingreſſus. Deque ſenſu l. Deo nobis, C. de Epiſc. & cleric. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il 2. ff. ad Trebell. l. Starius Florus, §. Cornelio Felici. ff. de iur. fiſci, ac etiam l. ex ea parte, §. inſulam, ff. de verbor. obligat. nonnihil tractari.

IN CAPVT VIII.

Deportationis materiam in quantum ad conditionem Si ſine liberis deceſſerit, viſum eſt pertinere, ſubindeque text. in d. l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebell. diligenter extricari.

IN CAPVT IX.

In metallum damnati vtrum ad defectum condinis fideicommiſſi, excluſionemque ſubſtituti prodeſſe dicantur. Intelligentiamque textus in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il 2. d. tit. ad Trebell. diſcuti.

IN CAPVT X.

Quid de Bannitis noſtri temporis circa defectum iſtius conditionis fideicommiſſi, ſubſtitutique excluſionem dicendum ſit, inueſtigari.

IN CAPVT XI.

De damnatis ad perpetuos carceres verba fieri, an inquam ad defectum conditionis tacitæ, vel expreſſæ ſi ſine liberis deceſſerit concurrant, ſubſtitutumque excludant, & de hac perpetui carceris pœna quamplurima perſtringi.

IN CAPVT XII.

Ad defectum tacitæ cõditionis ex l. cum auus, vel aliàs expreſſæ, nunquid excommunicati proſint, indagari, affirmatiueque difficultatem reſolui, Et aliqua non inutilia de excommunicationis pœna, deque vſuraria prauitate prænoſci.

IN CAPVT XIII.

Quantæ impietatis ſit hæreſis, & quam graue ac deteſtandum ſit crimen elucidari, &c. ſtatutum, il ſecondo, §. fin. de hæretic. in 6. necnon l. quiſquis, C. ad l. Iul. maieſt. l. 2. C. de liber. & eor. liber. ac l. Senatoris filius, ff. de Senat. veris intelligentijs reſtitui.

IN CAPVT I. LIB. VI.

In iure quærendo eiuſdem l. cum auus, diſpoſitio vtrum locum habeat diſceptari, affirmatiuamque ſententiam claris legibus & firmis rationibus ſtabiliri.

IN CAPVT II.

Super tranſmiſſione fideicommiſſi conditionalis, an cum filij ex primo ſubſtituto tacitè in conditione ex iſtius l. cum auus, & aliorum iurium diſpoſitione exiſtunt, ex coniecturis tranſmittatur, non ab re heſitari. Iſtudque iuxta Petri Ancharani & Rubei Alexandrini opinionem enodari.

IN CAPVT III.

Dictiones reſtrictiuas tunc, & eo caſu, iſtius l. cum auus diſpoſitionem tollere ſecundum Hieronymi Albani opinionem, ſed contra eũdem Albanum tandem concludi.

IN CAPVT IV.

Si maior natu per teſtatorem inſtitueretur, poſtque eius mortem deſcendens qui maior natu fuerit vocaretur, hanc l. cum auus, ſibi locum ex Alexandro Imolenſi non vendicare, ipſiuſque Alexandri ſententiam expendi. Et quid ſi filius vocatus fuiſſet ſub qualitate aliqua quæ in nepotibus ceſſaret?

IN CAPVT V.

Diſpoſitionem huius l. cum auus, cõquieſcere vbicunque grauatus ob non impletam conditionem à teſtatore appoſitam hæreditate priuatus remaneret. Et in expreſſa conditione, ſi ſine liberis, hoc idem verum eſse. Deque priuationis hæreditatis pœna ob non impletam conditionem à teſtatore appoſitam multa proferri.

IN

Digitized by Google

Index Hypotheſium.

IN CAPVT VI.

Vnum tantum filium ad defectum conditionis liberorum & ſic in numero plurali conceptæ ſubſtitutique excluſionem ſufficere.

IN CAPVT VII.

Quod in liberis dictum eſt,an in verbo filiorũ procedat, vt inquam ſub plurali numero vnus tantum filius ad defectum conditionis includatur, & quòd ſic verius eſſe. Idem è contra ſi huiuſmodi vox in ſingulari proferatur. Et pluralis numerus quando plurium cõcurſum requirat, ſingularis etiam quando ad pluralem trahatur diſtingui. Ac demum vtrum facilius ſubſtitutus excludatur eo quòd militet huius contex. in L.cum auus, coniectura,quam excludatur eo quòd pluralitas in ſingularitates non reſoluatur.

IN CAPVT VIII.

De liberorum etymo ac eorundem vocis comprehenſione,& quando fœminæ includantur, ac quouſque ſecundum proprietatem vox eadem protendatur, & in quibus caſibus ad filios primi gradus reſtringatur.

IN CAPVT IX.

Poſterorum verbi comprehenſionem declarari, & quando fœminæ includantur, potiſſimum in emphyteuſi. Interque poſteros ac poſteritatem differentiam aſſerri.

IN CAPVT X.

Quando filioru m verbo fœminæ includantur diſtinctè tractari. Deque maſculinitatis repetitione aliqua denuo aſſerri.

IN CAPVT XI.

Abunde in ſubſequẽti capite diſputari ac perquiri vtrum nepotes appellatione filiorum includantur in vltimis voluntatibus. Multaſque leges ad id reſoluendum nouiter interpretari, vt infraſcriptum ſummarium indicabit.

IN CAPVT XII.

Quibus caſibus nepotes appellatione filiorum facilius includantur enarrari. Et textum in l.Lucius Titius, 2.ff.de hæred.inſtit.necnon l.cum pater,§.hęreditatem, ff.de leg.2. interpretari.

IN CAPVT XIII.

Nonnullas afferri ampliationes ad principalem concluſionem qua aſſeritur filiorum appellatione contineri nepotes. Et l.Lucius Titius,2.d.tit.de hæred. inſtit. iterum ex Baldo, & Petro Philippo Corneo declarari. Necnon textui in §.cum autem,Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. congruum reſponſum adijci,ad ſciendum, an nepotes appellatione filiorum primi gradus includantur.

IN CAPVT XIV.

Explicationem primo vniuerſalem quãdam, deinde quamplures poni ad principalem cõcluſionem antedictam limitationes, quibus conſtat multis in caſibus filiorum appellatione non comprehendi nepotes,& d.l.cum pater, §.hæreditatem, de leg.2.rurſus interpretari,Raphaelis Cumani etiam conſil.13. Titius inſtituit Seium, quibus in terminis proprie loquatur, demonſtrari.

IN CAPVT XV.

Nepotes ex fratre nunquid nepotum appellationi comprehendantur. Et an eadem nepotum appellatione pronepotes veniant dilucidè declarari atque reſolui.

IN CAPVT XVI.

Filiorum maſculorum ſi mentio fiat,nepotem maſculum ex filia non comprehendi, idque inſigniter explicari. Pluresque interpretum autoritates circa hoc aperiri. Textumque in l.1. §.fin. ff.de iur.immunit.nouo ſenſu exornari.

IN CAPVT XVII.

Differentia quam inter verbum liberos, & filios Interpretes faciunt, an in diſpoſitione idiotæ ſit conſiderabilis, perquiri.

IN CAPVT XVIII.

Late excuti an fructus in Trebellianicam in nepotibus primi gradus ſubducto patre imputẽtur. Differentiæ rationem inter liberos primi gradus atque nepotes prædictos excogitari. Textumque in l.iubemus, §.fin. C.ad Trebell.nouo intellectu ornari.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX RERVM OMNIVM LOCORVMQVE INSIGNIVM QVAE IN HISCE COMMENTARIIS CONTINENTVR.

A

ABIGERE *verbum, ex Budæo quid significet, lib.4.cap.6.nu.24*

Ablatiuos absolutos conditionem importare, lib.1.cap.16.nu.4

Abortiuum partum præsumi, si statim decesserit, item nullis partēdi signis demonstratis, & proinde alternis doloribus cessantibus, sed continuis cruciatibus per multos dies accedentibus, aliaque signa explicari, lib.4.cap.9.nu.2

Absolutionem à iuramento ei non opitulari qui nimium prope terminum ad soluendū se arctauit, lib.2.cap.16.nu.57

Absurdi vitandi gratia verba ad arbitrium boni viri reduci, lib.6.cap.12.nu.58

Absurdum sine autoritate sicut verisimile probari, sufficereque illud allegari, cum iudicio intellectus percipiatur, lib.6.cap.12.nu.60

Absurdum cum mediante interpretatione vitamus, interpretationem intrinsecam ex mente neque censeri, lib.3.cap.12.nu.21

Absurdum à statuto remouendum esse, quod vt reijciatur, interpretationem etiam extensiuam permitti quæ aliàs non admitteretur, lib.3.cap.12.nu.19

Abundantiem cautelam non nocere, lib.1.cap.15.nu.12

Achaz vndecimo ætatis anno Ezechiam generasse, lib.1.cap.13.nu.22

Actionem ex donatione causa mortis competentem licet stricti iuris, bonæ fidei tamen naturam retinere, lib.3.cap.18.num.61

Actum non vitiari, si post eius perfectionem res ad illum casum deueniat à quo incipere non potuit, lib.1.cap.11.num.32. Idipsumque nu.33. declarari.

Actum per quem alter excluditur, in articulo mortis celebratum, in fraudem præsumi, lib.2.cap.16.nu.42

Actum purum, de iure communi, diem non recipere nec conditionem, lib.3.cap.19.nu.4

Actum simpliciter factum, purum ac sine die & conditione censeri, lib.3.cap.18.nu.25

Actus agentium vltra intentionem non operari, lib.5.cap.2.num.43

Actus communis appellatione, testandi ius comprehendi, lib.5.cap.12.nu.33. Idque declarari nu.34.& 35

Accursium in L. Titius, in princ.ff.de liber.& posthum. communiter reprehendi, in Proem.cap.2.nu.68

Ad, dictionem, modum significare quando per illam adijcitur aliquid explicandum per honoratum, secus si per granatum. Hanc tamen distinctionem ex Carolo Ruino ratione carere, in Proem.cap.3.nu.75

Aditione hæreditatis quasi contrahi, in Proem.cap.2.nu.92

Adoptantis propositum esse, vt hæredem nominis sibi faciat, lib.2.cap.2.nu.46

Adoptare facilius esse quàm legitimare, lib.2.cap.15.nu.26

Adoptasse censebatur, cum testator aliquem hæredem instituisset cum onere nomen ferendi, lib.2.cap.12.nu.45

Adoptatos filios ab aliquo ascendente, ad exclusionem substituti ex dispositione l. cum auus prodesse, lib.2.cap.12.num.55

Adoptatos cum licentia Principis in feudo succedendi, non succedere in feudo, si filiæ quæ in feudo ex pacto possent succedere adfuerint, lib.2.cap.13.nu.62

Adoptionem ab extraneo factam fragilem censeri, lib.2.cap.12.nu.43

Adoptionis arrogationisque originem afferri, in Proem.cap.1.num.21

Adoptionem in solatium illorum qui liberis carent introductam esse, lib.2.cap.12.nn.44

Adoptionem naturæ similem censeri, vt inquam aliquis filium habere possit quem nō genera uit, lib.2.cap.12.nu.19

Adoptiuorum legitimam hodie auctam, vt in legitimis & naturalibus non reperiri, lib.2.cap.12.nu.4

Adoptiuos appellatione filiorum in legis dispositione non cōprehendi, vbi eadē ratio non adest, lib.2.cap.12.nn.58

Adoptiuos filios ad emphyteusim nequaquam admitti, lib.2.cap.12.nu.31

Adoptiuos filios antiquitus aliquod suæ gentis nomen cum nomine adoptiuo inseruisse, lib.2.cap.12.nu.47

Adoptiuos filios ex expressa conditione si sine liberis decesserit, substitutum minime excludere, lib.2.cap.12.nu.57

Adoptiuos filios ex L. si vnquam, C.de reuoc. donat. donata non reuocare, lib.3.cap.12.nu.59

Adoptiuos filios extranei institutos & granatos in coniecturali subintellecta conditione ex l. cum auus, non comprehendi, lib.2.cap.12.nu.1. & nu.10.ac 42.

Adoptiuos à filijs granatis in adoptionem receptos ad instantiam testatoris vel ab eodem testatore in locum nepotum, ex l. cum auus, substitutum iuxta Socini sententiam excludere, lib.2.cap.13.nu.60

Adoptiuos filios in feudo non succedere, lib.2.cap.12.nu.28

Adoptiuos filios granatorum liberorum, ex dispositione eiusdem l. cum auus, substitutum non excludere, lib.2.cap.12.nu.56

Ado-

Index rerum memorabilium.

Adoptiuos filios legitimos tantum esse, lib.2,cap.12.nu.11

Adoptiuos filios, pro se, hæredibus & successoribus in feudo recepto, succedere, lib.2.cap.12.nu.30

Adoptiuos filios sub Statuto fœminarum exclusiuo stantibus masculis non comprehendi, lib.2. cap.12.nu.32

Adoptiuos filios succedere in feudo non habente naturam feudi, veluti in feudo emptitio, lib.2.cap.12.nu.29

Adoptiuos minus legitimis ac naturalibus diligi, lib.2.cap. 12.num.5

Adoptiuos pro immunitate ex numero liberorum obtinenda, non prodesse, lib.2. cap.12.nu.21

Adoptiuos succedere cum legitimis & naturalibus, suosque hæredes esse etiam proprie, lib.2.cap.12.nu.20

Adoptiui nunquid per omnia legitimis & naturalibus similes existant, lib.2.cap.12.nu.2

Adoptiui patris testamentum, contrarium remedium non recipere, & tamen adoptiuum filium institutum, vt suum succedere, lib.3.cap.16.nu.3

Adoptiuum filium alendum esse, lib.2.cap.14.nu.16

Adoptiuum filium per fictionem dici, lib.2. cap.12. numero 13

Aedificia antiqua citius corruere præsumi, libro 4. cap.4. numero 4

Aegidium Romanum Bituricensem Archiepiscopum Ordinis S. Augustini, ac plures alios eiusdem Ordinis Sacræ Theologiæ Magistros recenseri, lib.5. cap.4.nu.17

Aeneam pietatis paternæ imaginem ferre, in Proœm.cap.1. num.60

Æqualis determinationis regulam, in ijs quæ ex iure communi proueniunt, non autem speciali attendi, lib.1. cap. 12. num.15

Æqualis determinationis regulam, ad literas quæ legi possunt referri, lib.1.cap.12.nu.24

Æqualitatem inter liberos seruandam esse, indeque ad plura inferri, lib.3.cap.13.nu.22

Æqualitatis seruandæ inter liberos causa aliquid in dispositione includi, quod alias non includeretur, lib.2. cap.1. num.23

Æqualitatis inter liberos seruandæ causa, à verborum proprietate recedi, lib.2.cap.1.nu.11

Æquiparatorum argumentum, in casu tantum æquiparato non in alijs procedere, lib.2. cap.13.nu.52

Æquiparatorum propositionem veram esse, vbi æquiparatio per viam regulæ processit, lib.2.cap.13.nu.51

Æquitatem cum sumus in aliquo introducendo, fictionem inducere, lib.1.cap.3.nu.9

Aetatem legitimam proprie ad legis dispositionem, non ad Principis declarationem referri, lib.2.cap.15.nu.20

Aetatis maioris qualitatem, ad hæredes transmissibilem non esse, lib.6.cap.4.nu.2

Affectionem ascendentium in suos descendentes plenariam esse, lib.1.cap.1.nu.37

Affectionem descendentium & transuersalium æquabilem non videri, lib.1.cap.1.nu.38

Affectionem erga filios maiorem præsumi quam erga nepotes, lib.1.cap.19.nu.8

Affectionem testatoris grauantis & non grauati in coniecturanda mente circa personarum successionem spectari, lib. 3.cap.10.nu.31. & nu.124

Affectionem testatoris in fideicommissaria substitutione attendi, & sic affectionem grauantis non autem grauati; Idemque in vulgari ac pupillari substitutione contingere, lib.2.cap.17.nu.51

Agnationem & familiam per masculos non per fœminas conseruari, per quas potius memoria agnationis finitur, idque ex Luca de Penna explicari, lib.4. cap.2.nu.23

Agnationem ex virili linea non ex sexus qualitate dignosci, lib.6.cap.16.nu.8

Agnationem, familiamque per legitimatos conseruari, lib. 2.cap.15.nu.188

Agnationem per masculos stare non per fœminas, iterum proferri, lib.3.cap.10.nu.26

Agnationis conseruandæ rationem ex adiecta qualitate masculinitatis deduci, lib.6.cap.16.nu.10

Agnationi ac masculis variis modis ad antiquam reducendo prudentiam, consultum fuisse, lib.3. cap.17. nu.13

Alberici Rosati Bergomensis in iure ciuili claritatem indicari, lib.1.cap.18

Alexandro autoritatem Ioannis Croti opponendam ex Andrea Alciato non esse, ipsumque ardentem lucernam in cathedris iuris ciuilis ex Felino, imò aureum ac illustrem Doctorem videri, lib.1.cap.9.nu.18

Alienationis de turri prohibitionem filijs factam, nepotibus etiam censeri factam, si turris esset veluti totius familiæ testatoris securitas, lib.6.cap.11.nu.20

Alienationis prohibitionem ad nepotes protendi, si liberis prohibitio fieret, lib.6.cap.11. nu.28

Alienationis prohibitionem etiam si esset dictum in perpetuum secundum aliquos vltra quartum gradum non extendi, lib.6. cap.11. nu.23. Sed contrariam verius esse, nu.24. Quinimò aliquos voluisse quartum gradum non egredi, etiam si esset dictum de descendentibus, num.25. Sed horum opinionem periculosam esse, & contrariam videri veriorem ac receptiorem, nu.27

Alienationis prohibitionem extra familiam, ad quartum vsque gradum limitari, lib.2. cap.5.nu.6

Alienationis prohibitionem factam filijs, includere nepotes, vbi eadem vel maior prohibendi ratio in nepotibus militat, vt puta, si esset dictum, vt bona in agnatione remaneant, lib.6.cap.11.nu.19

Alienationis prohibitionem fauorem agnationis continentem, ex receptiori opinione de personali in realem transire, lib.6. cap.12.nu.45

Alienationis prohibitionem filijs factam, non censeri factam nepotibus, lib.6.cap.11.nu.17

Alienationis prohibitionem filijs nominatim factam, dubio procul nepotibus factam non intelligi, lib.6.c.11.nu.18

Alienationis prohibitionem quæ ex §. nos igitur. auth.de restit. fideicom. quartum gradum non excedit, illum excedere & perpetuam reddi, si ex mente testantis id constiterit, lib.6.cap.11.nu.22

Alfonsum Trentacinquium Iurisconsultum Aquilanum, necnon Fabritium eius patruum pariter Iurisconsl. laudari, lib.5.cap.6.nu.8

Alimentis ex contractu mihi debitis, ex mea sententia posse super ijs transigere, secus si ex vltima voluntate cum Prætoris decreto opus sit, lib.2.cap.2.nu.72

Alimenta legata ex generali diminutione nequaquam diminui, lib.2, cap.2.nu.43

Alimenta iure naturæ spectare ad filios, lib.3.cap.9. nu.9

Alimenta sumptusque litis illi qui de vniuersali iure agit & experitur, lite pendente deberi, lib.5.cap.6.nu.21

ALOYSII SOLTIAE *Iurisconsulti Bergomensis laudes asserti, lib.1.cap.16.nu.41*

Alternatiuam qualitatem similitudinem arguere, lib.4. cap.6.nu.19

Alternatiuæ alteram partem veram esse sufficere, libro 1. cap.17.nu.13

Alternatiuæ naturam in vno verificari, sed ex ratione d. l. cum acutissimi, in coniunctam resolui, lib.1. cap.19. numero 15

Ambigue aut perperam scriptum, benignè interpretari, & secundùm id quod credibile est cogitatum, in Proœm.cap. 2. num.57

Amicitiam habitum virtutis esse, proindeque extensionem non recipere, lib.1. cap.16. nu.2

Amicitiam

Index rerum memorabilium.

Amicitiam morum paritate coniungi, lib. 2. cap. 16. nu. 68

Amicitiam ſpecialem nominis obſcuritatem in teſtamentis declarare, lib. 1. cap. 7. nu. 21

Amicitiam operari expenſas nequaquam repeti per amicum patris pupilli in lite ipſius pupilli factas, lib. 1. cap. 7. num. 18

Amicorum ex Andrea Alciato raritatem oſtendi, lib. 1. cap. 7. nu. 5. & nu. 39

Amicorum in teſtificando vim explicari, lib. 1. c. 7. nu. 16

Amicorum præſentiam doli præſumptionem tollere, lib. 1. cap. 7. nu. 15

Amico ſat eſſe in aliquibus ſubuenire, lib. 1. cap. 7. nu. 28

Amicos delata hæreditate infanti tutorem non habenti, bonorum poſſeſſionem decernendam petere poſſe, libro 1. cap. 7. nu. 10

Amicos vocari, cum contra abſentem proceditur, libro 1. cap. 7. nu. 14

Amicum animi cuſtodem eſſe, lib. 1. cap. 7. nu. 4

Amicum caſualiter non ex dolo ab amico interfectum præſumi, lib. 1. cap. 7. nu. 19

Amicum fratri comparari, quinimo anteponi, lib. 1. cap. 7. nu. 12. vide tamen nu. 26.

Amicum inimici mei, inimicũ meum eſſe, lib. 1. cap. 7. nu. 20

Amicum maxima coniunctum amicitia, ſuorum appellatione contineri, lib. 1. cap. 7. nu. 6

Amicum proſequi iniuriam alteri amico illatam, lib. 1. cap. 7. num. 2

Amicum ſine mandato ad agendum admitti, lib. 1. cap. 7. num. 8

Amicum ſingularem coniuncto ſanguinis paſſim comparari, lib. 1. cap. 7. nu. 7. ſed vide nu. 24

Amorem facilius deſcendere quam aſcendere, lib. 1. cap. 9. num. 8

Amorem, vt dicebam, non ſic in adoptiuos filios, vt in filios ſanguinis tranſire, lib. 2. cap. 12. nu. 34

Ampliari ac reſtringi diſpoſitionem, vbi ratio expreſſa reperitur ad terminos expreſſæ rationis, & vbi vnica tantum ratio reddi poteſt, illam expreſſam cenſeri, lib. 3. cap. 10. nu. 40

Ancillam inter humiles mulieres connumerari, lib. 2. cap. 16. num. 79

Andream Barbatiam communes, ac veras opiniones ſæpe impugnaſſe, & nouas quæſtiones adinueniſſe, lib. 2. cap. 14. nu. 1. & 28

Andream Barbatiam Doctorem alioqui non obſcurum in materia, l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. iſtiuſque contextus, plures opiniones parum conſtanter edidiſſe, lib. 6. cap. 1. nu. 6.

Andream Barbatiam in rep. d. l. cum acutiſſimi, opiniones Saturninas, nec aliter receptas attuliſſe, lib. 1. cap. 22. num. 6

Andream Barbatiam multas opiniones contradicendi ſolo ſtudio ſcripſiſſe, quas Socinus iunior Saturninas appellauit, eius tamen excellentiam adhuc enarrari, lib. 3. cap. 8. num. 10

Andream Barbatiam ſæpe reprehendi ſolere, lib. 1. cap. 9. num. 21

Andream de Iſernia maximum Doctorem teſte Angelo de Vbaldis fuiſſe, lib. 3. cap. 1. nu. 36

Andreæ de Iſernia Regij Conſiliarij ac ſupremi Iuriſcõſulti mortem pro crimine læſæ maieſtatis habitam fuiſſe, lib. 3. cap. 1. nu. 105

Andream Tiraquellum Pariſienſem eminentiſſimum Iuriſconſultum ſupplendi occaſionem auferre poſteris ſtuduiſſe, in proœm. cap. 1. nu. 71

Angeli ac Imolæ doctrinam in l. ſi quis mihi bona, §. ſi fiſci ſeruus, ff. de acq. hæredit. declarari, lib. 5. cap. 11. nu. 6

Angeli diſtinctionem de filijs natis ex eodem matrimonio quo teſtator, & ex altero matrimonio progenitis, vt in primis conditio, l. cum auus, ſubintelligatur, in alijs ſecus, Ac etiam Decij, & Barbatia aliam diſtinctionem reſpectu natorum ex matrimonio contracto de filij conſenſu, ad hoc propoſitum reprobari, lib. 1. cap. 9. nu. 13

Animam cunctis eſſe rebus præferendã, lib. 1. cap. 20. nu. 4

Animum & propoſitum maleficia diſtinguere, lib. 5. cap. 2. num. 71

Antipelargia, in proœm. cap. 1. nu. 57

Antiquioribus maiorem ſapientiam rerumque experiẽtiam ineſſe præſumi, lib. 6. cap. 3. nu. 4

Antonium de Alexandro Iuriſconſultum Neapolitanum ſua tempeſtate floruiſſe ingenio, & autoritate, lib. 4. cap. 8. num. 57

Antonium de Alexandro Regni Protbonotarium, & Logothetam pluries ex voto duorum Inſignium Conſiliariorum ſententias proferri vidiſſe, multorum non ita Inſignium votis prætermiſſis, lib. 4 cap. 8. nu. 56

ANTONIVM DE PADVA *Fratrum Minorum Religionem valdè, immo maxime Theologica veritate, vita ſanctitate ac virtute illuſtraſſe, lib. 5. cap. 3. nu. 12*

Antonium Teſſaurum Foſſanum, Octavianumque Catheranum Oſaſcum Senatores Pedemontanos, totumque ipſum Senatum laudibus efferri, lib 3. cap. 17. nu. 31

Annuos reditus non minus inter immobilia cõputari, quamuis redimi poſſint, dummodo in perpetuum conſtituantur, lib. 5. cap. 3. nu. 9

Annuos reditus inter immobilia computari, etiamſi non in perpetuum, ſed ad longum tempus conſtituti ſint, lib. 5. cap. 3. nu. 10

Appellationem coram honeſtis publiciſque perſonis interponendam, ſatis eſſe coram vna tantum interponi, lib. 6. cap. 6. num. 7

Appellationi quamuis per actum affirmatiuum coram iudice à quo renunciatum videatur, & ab ea receſſum, ſecus tamen eſſe per actum in pati ſonantem, lib. 5. cap. 10. num. 70

Apes in progeniem dulcedine niti, in proœm. cap. 1. nu. 8

Aquilanam Ciuitatem omni tempore felicia ingenia produxiſſe, lib. 4. cap. 11. nu. 6

Aquilanum Epiſcopum aliquem Metropolitanum non recognoſcere nec vnquã recognouiſſe, ſed immediatè Summo Pontifici ſubiacere, nihilque commune habuiſſe, vel habere cum Archiepiſcopo Theatino. Fuiſſe tamen eſſeque de iure patronatus Regio POTENSSIMI *ſemperque* GLORIOSISSIMI REGIS HISPANIARVM *Domini noſtri, lib. 5. cap. 4. nu. 43*

Architæ Tarentini, Antiſthenis aliorumque de amicitia ſententias aſſerri, lib. 1. cap. 7. nu. 3

Argumentari à ſtatuto ad legis diſpoſitionem licere, lib. 5. cap. 1. nu. 35

Argumentationem ab vnica ratione etiam in diſpoſitione teſtatoris conſiderata, valide ſumi, lib. 3. cap. 10. nu. 123

Argumentationem à ſimili fortem eſſe rectè aſſumptam, aliàs autem fragilem, & claudicantem, lib. 2. cap. 13. num. 46

Argumentationem à veriſimili affirmatiuè, vel negatiuè deſumptam in qualibet materia validam eſſe, in proœm. cap. 2. num. 2

Argumentationem de rebus ad perſonas efficacem cenſeri, lib. 3. cap. 10. nu. 20

Argumentationem de l. ſi vnquam, ad l. cum auus, & ſimiles, valide deduci, lib. 1. cap. 1. nu. 10

Argumentationem in partus tempore à communiter accidentibus vtiliſſimam, licetque non neceſſariam, probabilem tamen eſſe, lib. 4. cap. 8. nu. 36

Argui ex ratione generali in lege expreſſa etiam in exorbitantibus licere, lib. 1. cap. 16. nu. 28

Index rerum memorabilium.

Argumentum ab æquiparatis nõ tenere ſi caſu aliquo æquiparatio ceſſare poſſit, & data inſtantia cõſequentiam corruere, lib. 2. cap. 13. nu. 50

Argumentum ab abſurdo vitando fortiſſimum eſſe, lib. 3. cap. 10. nu. 7

Argumentum à contrario ſenſu ad correctionem alterius legis nequaquam reſultare, lib. 2. cap. 18. nu. 5

Argumentum à contrario ſenſu deſumi ad iuris antiqui correctionem, ne aliàs verba ſuperflua ſint & nihil operentur, lib. 6. cap. 13. nu. 7

Argumentum à contrario ſenſu deſumi non poſſe, ſi abſurdum ſequeretur, lib. 4. cap. 13. nu. 14

Argumentum à contrario ſenſu ex cauſa impulſiua non finali deſumptum minime valere, lib. 2. cap. 19. nu. 14

Argumentum à contrario ſenſu ex verbis legis ſeu canonis potiſſimum deſumi poſſe, lib. 2. cap. 18. nu. 4

Argumentum à contrario ſenſu in iure fortiſſimum eſſe, lib. 3. cap. 1. nu. 166

Argumentum à contrario ſenſu in numeris negatiue nõ concipi, lib. 4. cap. 7. nu. 16

Argumentum à contrario ſenſu non deſumi ad legum correctionem inducendam, lib. 5. cap. 8. nu. 6

Argumentum à ſenſu cõtrario vbi abſurdum reſultaret non deſumi, lib. 5. cap. 1. nu. 136

Argumentum à generali expreſſa ratione etiam incluſiue & in exorbitantibus licitum eſſe, lib. 2. cap. 5. nu. 8

Argumentum à naturali ratione deſumptum valere, lib. 5. cap. 13. nu. 50

Argumentum à ſimili data inſtantia diſſimilitudinis ac differentiæ circa illum actum ad quem fit collatio, corruere. lib. 2. cap. 17. nu. 38

Argumentum à ſimili data etiã modica diſſimilitudine corruere, lib. 2. cap. 13. nu. 47

Argumentum à ſimili per coniecturam deduci, & in caſu non dubio ceſſare, lib. 2. cap. 13. nu. 49

Argumentum à ſimili ita demum procedere, ſi ſimilitudo in eo ad quod fit comparatio verſetur, ſecus ſi ſint ſimilia ſecundum quid, & non ſimpliciter, lib. 2. cap. 13. nu. 43

Argumentum à ſimili non procedere vbicunque ius naturale in aliquo læderetur, lib. 2. cap. 13. nu. 48

Argumentum à minori quando id quod minus videtur eſſi in veritate maius, eo reſpectu quo ius illi plus ex cauſa reſiſtit, non procedere, lib. 2. cap. 16. nu. 85

Argumentum de arrogatione ad legitimationem validum eſſe, lib. 2. cap. 13. nu. 34

Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale validum videri, lib. 5. cap. 1. nu. 28

Argumentum de minori ad maius affirmatiue validum non eſſe, lib. 6. cap. 18. nu. 14

Argumentum de fiſco ad dotem validum eſſe, lib. 3. cap. 4. nu. 15. Et an dotis cauſa fauorabilior fiſco exiſtat. nu. 16

Argumentum de fructuum imputatione in Trebellianicam, ad eius prohibitionem non concurrere, libro 6. cap. 18. num. 13

Argumentum de legatis ad dotem validum eſſe, lib. 2. cap. 2. num. 44

Argumentum ex L. tale pactum, §. fin. deſumptum, non ſemper procedere, lib. 3. cap. 6. nu. 31

Argumentum ex vi adæquationis ſubſiſtere, lib. 2. cap. 15. num. 54

Argumentum de legitimatione ad adoptionem non procedere, lib. 2. cap. 15. nu. 29

Argumentum de ſtatuto ad conſuetudinem valere, indeque inferri, lib. 3. cap. 12. nu. 31

Argumentum de teſtatore ad legem validum eſſe, lib. 2. cap. 2. num. 18

Argumentum validum eſſe dum dicitur, hoc lege cautum nõ reperitur, ergo opponi non poteſt, lib. 2. cap. 2. nu. 86

Argumentum vt de toto quo ad totum quod de parte quo ad partem iudicium idem ſit, validum eſſe, lib. 3. cap. 4. nu. 2. Hancque regulam in terminis etiam conditionalibus procedere, nu. 3. Limitari autem vbi diuerſa vigeret ratio, nu. 4. In conditioneque etiam indiuidua, vt nu. 5

Arma gentilitiaque inſignia familiæ de Carolis ac etiam familiæ de Ruſticis indicari, lib. 3. cap. 1. nu. 103

Arma atque gentilitia inſignia materna, filio gerere vetitum eſſe, id tamen in multis partibus non ſeruari, ſed paterna ac materna gentilitia inſignia inſimul colligari geſtarique, lib. 3. cap. 1. nu. 102

Arrogare & filios legitimare eſſe de reſeruatis Principi, cap. 13. nu. 13

Arrogationem à iudice arrogantis ſolemnizandam eſſe, non autem arrogati, lib. 2. cap. 13. nu. 23

Arrogationem impuberis, cauſa cognita fieri, lib. 2. cap. 13. num. 17

Arrogationem puberis, cognitionem etiam expetere, lib. 2. cap. 13. nu. 20. Sed aliqualem, imò leuiſſimam, vt nu. 21

Arrogationem impuberis, inquiſitionem cognitionemque requirere, etiam ſi coram Principe fiat, niſi aliud velle exprimat: Vel niſi Princeps ex certa ſcientia decretum interponat, lib. 2. cap. 13. nu. 19

Arrogationem impuberis inquiſitionem expoſcere, & qua inquirenda ſint afferri, lib. 2. cap. 13. nu. 18

Arrogationem in quantum poteſt naturam imitari, lib. 2. cap. 13. nu. 27

Arrogationem legitimationi ſimilem rurſus indicari, lib. 2. cap. 13. nu. 31

Arrogationem naturam imitari, alibi etiam induci, nempe. lib. 4. cap. 12. nu. 7

Arrogationem non niſi cum cauſa cognitione fieri, denuo afferri, lib. 4. cap. 12. nu. 6

Arrogationem per procuratorem arrogantis confici non poſſe, lib. 2. cap. 13. nu. 22

Arrogatione non ſic de facili ſubſtitutos, vt adoptione eludi poſſe, lib. 2. cap. 13. nu. 12

Arrogatione veram legitimitatem induci, libro 2. cap. 13. num. 36

Arrogationis & legitimationis ſimilitudinem in aliquibus verſari, lib. 2. cap. 13. nu. 37

Arrogatis iura ciuilia vere, naturalia ficte concurrere, lib. 2. cap. 13. nu. 26

Arrogatos ab extraneo ſub Statuto fœminarum excluſiuo ſtantibus maſculis non includi, lib. 2. cap. 13. nu. 55

Arrogatos effici filios arrogantis: ſuorum hæredum iura adipiſci: In poteſtatem patris arrogantis tranſire: In alienamque patris arrogantis familiam trapsferri: Inter arrogatos arrogantemque cognationem aſcendẽtium deſcendentiumque conſiderari: Legem punientem filium ſine venia patrem in ius vocantem in arrogatis etiam procedere: Arrogatos denique eiuſdem iuris eſſe cuius legitimi & naturales filij exiſtunt, lib. 2. cap. 3. nu. 6

Arrogatos expreſſa conditionis ſi ſine liberis deceſſerit, defectum non inducere, lib. 2. cap. 13. nu. 54

Arrogatos imaginem filiorum gerere, veritatem autem naturæ non retinere, lib. 2. cap. 13. nu. 28

Arrogatos in emphyteuſi pro ſe, & filijs legitimis ac naturalibus recepta, non ſuccedere, lib. 2. cap. 13. nu. 16

Arrogatos nec in feudo ſuccedere, libro 2. cap. 13. numero 57

Reciprocam substitutionem non continere pupillarem, si impuberibus & puberi facta fuerit; idque limitari, lib. 2. cap. 10. nu. 6

REGEM HISPANIARVM *in eius Regno Siciliæ Monarcham esse, nec quicquam facere cum Imperio habere, lib. 5. cap. 10. nu. 33*

REGEM HISPANIARVM *superiorem non recognoscere, nec Imperatori subesse, lib. 5. cap. 10. nu. 34*

REGEM FRANCORVM *superiorem non recognoscere, lib. 5. cap. 10. nu. 40*

Regem in suo regno plus esse, quam lex communis & consuetudo, lib. 2. cap. 15. nu. 56

Regem

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

Regem in ſuo Regno tantum & plus iuris habere, quantum Imperator in Imperio, cum is Regnum ad hæredes tranſmittat, non ſic Imperator, lib. 5. cap 10. nu. 38

Regem in ſuo Regno Monarchum eſſe, lib. 5. cap. 10. nu. 37. & num. 45

Regem in ſuo Regno animatam legem eſſe, iurique communi derogare poſſe, lib. 5. cap. 10. nu. 36

Reges Angliæ Procerum ſodalium cohortem Periſcelide donare, lib. 5. cap. 5. nu. 77

REGIS CATHOLICI GLORIOSISSIMIQVE HISPANIARVM DON PHILIPPI III. AVSTRIACI EIVSQVE ANTECESSORVM *felicißimam gloriam, & eminentiam memorari, lib. 5. cap. 5. nu. 67*

Regulam l. ſi vina matre, C. de bonis matern. aperiri, lib. 3. cap. 10. nu. 18

Regum ac principum vſque ad pubertatem tutoribus vniuerſalem adminiſtrationem ſpectare? idque ex Oldrado explicari, lib. 6. cap. 4. nu. 11

Reipublicæ expedire ſordidas ſtirpes ſplendidis ingenuiſque natalibus nequaquam ſubrogari, & partus non ſupponi, vt ordinum familiarumque ſalua ſit dignitas, lib. 4. cap. 9. num. 10

Reipublicæ expedit familias conſeruari, quæ ſine diuitijs ſordeſcunt, lib. 4. cap. 2. nu. 26

Relegatum reſtrictu certi loci relegari, libro 5. cap. 12. numero 18

Relicta pro male ablatis perſoluendis ad conſcientiam exonerandam cæteris pijs relictis fauorabiliora eſſe, lib. 2. cap. 3. nu. 9

Relictum in vita tantum alicui, ipſum non teneri poſt mortem illud reſtituere, ſed huiuſmodi relictum reſolui, lib. 1. cap. 15. nu. 4

Relictum pro dote inſtitutionis iure factum cenſeri, lib. 3. cap. 9. nu. 12

Religionem S. Stephani à Sereniſſimo Coſmo Mediceo Magno Hetruriæ Duce erectam fuiſſe, à Sereniſſimo Francisco Mediceo eius ſucceſſore ampliatam, & à Sereniſſimo FERDINANDO *Coſmi filio, & Franciſci fratre fauoribus ac privilegijs pleniſſime adauctam, lib. 5. cap. 5. num. 52*

Religionem Sancti Stephani equites Milites ingreſſuros veram Nobilitatem formiter probari teneri, lib. 5. cap. 5. num. 54

Religionem S. Stephani in vetuſtiſſima Piſarum Ciuitate Conuentum habere, ibique Milites reſidere, lib. 5. cap. 5. num. 53

Religionem S. Stephani ſub regula S. Benedicti, ſubque dedicatione S. Stephani Papæ ad Maris Mediterranei tuitionem & infidelium hoſtium expulſionem atque euerſionem ad inſtar Militiarum Hiſpaniæ inſtitutam fuiſſe, lib. 5. cap. 5. nu. 52

Religionem Santi Stephani à Pio IV. Summo Pontifice approbatam fuiſſe, lib. 5. cap. 5. nu. 53

Religionem Sanctorum Mauritij, & Lazari ſub Ioannotto Caſtelionco Magno Magiſtro priuilegijs decoratum fuiſſe, tuncque verè nobiles in ea receptos fuiſſe, libro 5. cap. 5. num. 44

Religiones atque Ordines Sancti Iacobi, Calatreuæ, & Alcantharæ in maximo Nobilitatis gradu apud omnes gentes exiſtimari, cum à Regali Culmine INVICTISSIMI REGIS HISPANIARVM DON PHILIPPI TERTII AVSTRIACI *pendeant, lib. 5. cap. 5. num. 66*

Religioſos, & clericos vti diuerſos aſſumi, dum enunciantur, lib. 5. cap. 2. nu. 19

Relinqui hæredi à legatario licere, libro 1. cap. 15. numero 10

Reliquerit, verbum, vltimas voluntates, dederit autem contractus reſtringere, libro 3. cap. 18. numero 43

Rem de facili ad priſtinum Statum reuerti, lib. 3. cap. 16 num. 13

Rem habere intelligi qui actionem habet, libro 3. cap. 4. numero 14

Rem de facili ad ſuam naturam redire, lib. 2. cap. 15. numero 70

Remotiorem aliquando melioris conditionis exiſtere, quàm proximiorem, inconueniens non eſſe, lib. 4. cap. 2. numero 55

Remotiorem quandoque melioris conditionis eſſe quàm proximiorem, lib. 5. cap. 1. nu. 66

Renunciationem exceptioni non numeratæ pecuniæ præſumptionem iuris, & de iure contra renunciantem inducere, ipſam tamen præſumptionem admittere probationem per confeſſionem partis, lib. 1. cap. 3. nu. 32

Renunciationem in articulo mortis factam, in fraudem expectantis cenſeri, lib. 2. cap. 16. nu. 44

Renunciationem iuramento firmatam per matrem factam adhuc viuente patre prædefunctam, nepotibus non nocere, etiam ſi eius matris hæredes fuerint, lib. 3. cap. 10. num. 75

Reo licere contrarijs exceptionibus vti, idque declarari, lib. 4. cap. 8. nu. 26.

Repetita in lege interpretanda, quæ in lege ſunt interpretante cenſeri, lib. 2. cap. 1. nu. 4

Repetitionem ceſſare vbi de contraria voluntate diſponentis appareret, lib. 3. cap. 10. nu. 156

Repetitionem qualitatis numquam locum habere, quando ex repetitione aliquid contra ius commune induceretur, lib 3. cap. 10. nu. 155

Repetitionem qualitatis in fauorabilibus procedere, non autem in odioſis, lib. 3. cap. 10. nu. 154

Repetitionem tacitam inducendi, cauſas in triplici differentia conſiſtentes, totidemque ipſam excludendi ex Baldo notabiliter aſſerri, lib. 3. cap. 10. nu. 172

Repetitum in alio capitulo legis, vel ſtatui illud, quod in vno tacite intelligitur non cenſeri, libro 1. cap. 12. numero 25

Repræſentationem gradus de filio in nepotem ex iure quodam ſpeciali induci, lib. 6. cap. 18. nu. 7

Repulſam teſtium in atrociſſimo hæreſis crimine admitti, lib. 5. cap. 13. nu. 27

Reſcriptum ad hoc vt altero prius conceſſum videatur, per horæ tempus diſtingui, lib. 4. cap. 3. nu. 7

Reſcriptum ad hoc vt altero prius conceſſum videatur ratione horæ, vtriuſque reſcripti horarum probationem requiri, idque ex Philippo Decio diſtingui, lib. 4. cap. 3. num. 11

Reſponſa omnia Iuriſconſultorum in libris Digeſtorum incerta non fuiſſe, ſed ex multis pauca, libro 3. cap. 6. num. 7

Reſponſionem caſus propoſitioni aptandam eſſe, lib. 5. cap. 9. num. 51

Reſtituere, verbum, ad teſtatorem relatum directam ſubſtitutionem importare, lib. 1. cap. 1. nu. 3

Reſtituere, verbum, ad directi ſignificationem aliquando applicari, lib. 1. cap. 11. nu. 5

Reſtituere, verbum, ad hæredem relatum, directam ſubſtitutionem inducere, lib. 1. cap. 11. nu. 6

Reſtituere, verbum, ſubſtitutionem fideicommiſſariam ſignificare, lib. 1. cap. 11. nu. 2

Reſtitutionem in integrum quamuis ſpeciali iure introductam difficilius tolli, quam appellatio, lib. 3. cap. 1. numero 44

Reſtitutionem in integrum contra præſumptionem iuris & de iure concedi, lib. 1. cap. 3. nu. 36

Reſti-

Index rerum memorabilium.

Reſtitutum à Principe, primum ſtatum recuperare, libro 5. cap.8.num.17

Reſtrictionem verborum dupliciter conſiderari, lib.3. cap. 10.num.23

Reſtrictiuas dictiones fauorabilem etiam diſpoſitionem reſtringere, lib.6.cap.3.nu.7

Retentionem in fideicommiſſaria ſubſtitutione, fauorabiliorem eſſe noua acquiſitione, reſpectu vulgaris ſubſtitutionis, lib.1. cap.11.nu.34

Reuerentiam diſſoluta etiam affinitate perdurare, lib.2.cap. 14.num.23

Rem onere aliquid probandi quod ad fauorem actoris tendat prægrauari non debere, lib.4. cap.5.nu.5

Rhodum inſulam à Turcarum imperio per Fratres Rhodienſes vindicatam, deque eadem inſula nonnulla, lib.5.cap.5. num.10

Richardum de Saliceto celeberrimum Doctorem fuiſſe, lib. 2.cap.10.nu.5

Robuſtiorem ex Baldo prius natum cenſeri, ad obtinendum ius primogenituræ; hanc tamen opinionem contradictores habere, vt Andr. Tiraquell. teſtatur: remque ex Ioanne Baptiſta Palomba diſtingui, & denique loca indicari, lib.4.cap.4.num.9

Robuſtiorem ad pugnam prouocaſſe cenſeri, lib.4. cap.4.nu. 6. Etiam ſi interfectus in pugna remanſerit, num.7

Robuſtiorem prius naſci præſumi, lib.4.cap.4.num.8

Romanam Eccleſiam ſuper cognatione ſpirituali nunquam diſpenſaſſe, lib.2.cap.14.nu.9

Romanis nomina aliter maribus, aliter fœminis imponi ſolita fuiſſe, maribus nono, fœminis verò octauo die, lib.4. cap.3.nu.23

ROTAE FLORENTINAE *celebritatem permaximam eſſe, lib.2.cap.18.nu.15.& 16*

ROTAE ROMANAE *excellentiam indicari, lib.3.cap. 17. nu.29*

Rotæ Romanæ autoritatem eminentiſſimam eſſe, lib.6.cap.3. num.17

Ruſtici contractum vſurarium ex duobus illis, ſcilicet pacto de retrouendendo, ac modicitate pretij non præſumi, lib.5. cap.12.nu.84

Ruſtici ſagaces aut ſimplices quinam ſint, Iudicis arbitrio relinqui, lib.5.cap.12.nu.88

Ruſticum ob iuris ignorantiam à præſumpta fraude excuſari, lib.5.cap.12.nu.85

Ruſticum ſagacem à iuris ignorantia non excuſari, libro 5. cap.12.num.87

S

SAEPE, *dictio, quid ſignificet indicari, lib.6.cap.11. num.35*

Salutis æternæ memorem quempiam in mortis articulo præſumi, lib.2.cap.16.nu.54

Salutis æternæ immemorem neminem præſumi, præſertim in extremis laborantem, in proœm.cap.2.nu.43

Salutis propriæ immemorem, neminem præſumi, lib.1.cap. 20. num.6

S. Acquitium Abbatem in Valeria, & Patronum Vrbis Aquilæ miraculis, doctrina, ſanctitateque eximia præfulxiſſe, de eoque plura & quidem inſignia Sanctum Gregorium & Andream Eborenſem ſcripſiſſe, lib.5.cap.4. numero 44

SANCTVM MAXIMVM *Martyrem*, SANCTVMQVE AEVQVITIVM *Abbatem in Valeria Prouincia alios inter Patronos Vrbis Aquilæ conſtitutos dignè reperiri, lib.5.cap.4.nu.40.& 44*

SANCTI PETRI CAELESTINI *laudes enarrari, lib.5.cap.4.nu.30*

S. Petrum Cæleſtinum Iſernie Samnitum ex nobilibus genitoribus fuiſſe natum, de eoque plura commemorari, lib. 5.cap.4.nu.35

Sanctum Petrum Cæleſtinum miraculosè Aquilam veniſſe, & in inſigni Eccleſia S. Mariæ Collis Madij eius reliquias venerari, ibique de eius apparitione Aquilano Populo facta, lib.5.cap.4.nu.36

Sanctum Petrum Cæleſtinum merito iure ab Aquila Vrbe Patronum fuiſſe electum, lib.5.cap.4.nu.39

S. THOMAM *ex Nobiliſſima Comitum de Aquino proſapia veluti Heſperum in Religione Prædicatorum ſplendeſcere, lib.5. cap.4. nu.12*

Sapientem virum ad bene Rempub. gubernandam ex M. Cicerone in lib. de Finib. vxore indigere, lib 5.cap.1.nu.33

Scientiam partis, ſcientiam totius inferre, lib.3. cap.4. numero 7

Scriptum id eſſe intelligi, quod legi poteſt, lib.3.cap.12.numero 15

Scriptum non minus intelligi quod ex vi literæ intrinſecus colligitur, quam quod expreſſim ſiue extrinſecus ſcriptum reperitur, lib.3.cap.12.nu.34

Secundogenito vitam militiam à primogenito petenti, lite pendente alimenta deberi, lib.5. cap.6.nu.20

Secundo nubentes, pœnas effugere ſi matrimonium de filiorum conſenſu contraxerint, lib.1.cap.9.nu.14

Secundum, ſicut, prout, & ſimiles in actibus diſpoſitiuis conditionem inducere, in proœm.cap.3.nu.35

Semiſſem filijs primi matrimonij ex lege debitum à matre ad ſecundas nuptias infra tempora luctus conuolante ad pœnas legales effugiendas, poſt filiorum obitum ad matrem reuerti, niſi filij cum liberis moriantur, lib.1. cap. 1. numero 15

Senarum Ciuitatem ſuam libertatem etiam vti Rempublicam retinuiſſe, lib. 5.cap.10.nu.53

Senatoris filios adoptiuos etiam non ſecus ac naturales appellari, lib.2.cap.12.nu.7

Senatoris filium dici qui nondum finita per patrem Senatoria dignitate conceptus fuerit, Sacerdotis autem filium non dici ante ſacerdotium conceptum, lib.5. cap.8. nu.2

Senectuti paternæ prolem ſolatio remanere, in proœm.cap. 1.nu.53

Senem citius mori, præſumendum eſſe, lib.4.cap.4.nu.3

Senem quo ad actum generandi ſexaginta annorum cenſeri, lib.4 cap.12.nu.11

Senem vario modo ſecundum ſubiectam materiam reſpectu ætatis & annorum intelligi, lib.4. cap.12.nu.10

Senum ſemen infecundum, & nequaquam prolificum, & quare, lib.4.cap.12.nu.9

SENENSES *Iuriſconſultos in ſubſtitutionum interpretatione claruiſſe, lib.1.cap.11.nu.9*

Seniorem iuniori præmoriturum veriſimile eſſe, lib.1. cap. 10. num.8

Sententiæ appellatione ſententia etiam interlocutoria comprehenditur, quando in vna parte diſpoſitionis de ſententia diffinitiua mentio facta eſſet, lib.3.cap.10.nu.149

Sententiam conditionalem ſuum effectum in euentum conditionis ſuſpendere, lib.5.cap.10.nu.27

Sententiam damnationis ad perpetuos carceres, in libero homine ipſo iure nullam eſſe, lib.5.cap.11. nu.4

Sententiam ex præſumptionibus latam per alias iuris præſumptiones fortiores ſuperuenientes reuocari, lib.1.cap. 4.nu.13

Sermones veros rebus ſenſatis ac veriſimilibus conſonare, in proœm.cap.2.nu.11

Seruitutis ſpeciem eſſe, dum recedendi facultas non datur, lib.5.cap.6.nu.24

Seruorum ciuitatem prouerbio dici, cum aliquid non eſſe prætendimus, lib.5.cap.6.nu.12

Index rerum memorabilium.

Seruos inuicem cum ritu ac conſortio coeuntes, filios naturales gignere poſſe, lib.3.cap.1.nu.240

Seruos ita dominis ſubeſſe vt omne eorum ius ad dominos ſit referendum. lib.5.cap.6.nu.23

Seruos nec ſtatum, nec caput habere, lib.5. cap.6. nu.11

Seruis apud Græcos vetitum fuiſſe, ne ingenuis artibus incumberent, lib.6.cap.8. nu.2

Sfortiam Oddum Iuriſconſultum Peruſinum laudari, lib.3. cap.8.nu.8. & eod. lib. cap.10. ſub num.61

Si,dictionem ad tempus præſens relatam,non ſignificare conditionem, lib.4.cap.15.nu.19

Si,dictionem aliquando modificatiuè, aliquãdo negatiuè,aliquando diſiunctiuè ſumi, aliquando ſuperuacaneam eſſe & non proficuam, quandoque demonſtratiuè, aliquando impropriari pro quia,quandoque pro quatenus, in proœm. cap.3.nu.24. Doctores autem de eius natura pertractantes indicari, nu.27

Si,dictionem, conditionem importare, lib.4.cap.15.nu.38

Si, dictionem importare formalem conditionem, & formalem cauſam inducere, in proœm.cap.3.nu.23

Si, dictionem importare conditionem, & etiam cauſam finalem, lib.4. cap.6.nu.26.& 27

Signa vitæ aut mortis extracti infantis ex vtero matris exciſo, remiſſiue indicari, lib.4. cap.14. nu.26

Simile & idem diuerſa eſſe, & quod loco alterius eſt, illud idem non eſſe, lib.6.cap.2.nu.20

Simile eſſe diſsimile, quomodo accipiendum ſit, lib.1. cap. 13. num.17

Similitudinem eſſe rectam adaptationem quando fit proceſſus ab vno particulari ad aliud per aliquod vtrique commune, lib.2.cap.13.nu.45

Similitudinem eſſe rerum differentium eandem comparationem, ſeu qualitatem, lib.2. cap.13.num.44

Similitudinis materiam exactiori propoſito indaginequerere aſſumi, plurimumque ad partus cognitionem probationemque ſi aliis argumentis coniungatur valere, autoritateſque ac exempla nonnulla recenſeri, lib.4.cap.9.num.9

Similitudinis partus argumentum ex Aemilio Feretto lubricum cenſeri, lib.4.cap.8.nu.14

Simulatam venditionem præſumi de maiori parte bonorum alicui factam,quæ iure legati emptor poſtmodum filio venditoris reliquit, proprijs liberis prætermiſſis,lib.1.cap. 1. num.24

Simulationem, veriſimilibus indicari, in proœm. cap.2. numero 37

Simulationis ac fraudis exceptionem contra emancipationem obijci poſſe, lib.2. cap.8.num.4

Simul dictionem, robur coniunctiuæ dictioni, cum, adijcere; ſimultaneum actum oſtendendo, lib.4.cap.4. nu.17

Sine, dictionem aliquando includere,interdum verò pro contra poni, in proœm. cap.3.nu.98

Sine, dictionem argumentum à contrario ſenſu ſolere importare, in proœm.cap.3.nu.97

Sine,dictionem ex Laurentio Valla nunquam compoſitionem admittere, in proœm. cap.3.nu.99

Sine, dictionem,omnimodam carentiam ſine ſeparationem ſignificare, lib.6.cap.7.nu.20

Sine,dictionem poſitam poſt negatiuam, inducere affirmatiuam in ſenſu contrario, & dictioni, Niſi æquiparari, in proœm.cap.3.nu.102

Sine, dictionem quandoque ſeparationem,negationem,excluſionemque non autem priuationem importare, in proœm. cap.3.num.96

Sine, dictionem verbis futuri temporis adiectam, conditionem ſignificare, ipſamque conditionis inductiuam eſſe, ex Baldo deduci, in proœm.cap.3.nu.100

Singulare certamen pro honore tuendo inire licebit. De iure autẽ canonico in omni caſu duellũ ꝓhiberi, li.3.c.1.n.134

Singulare pro plurali elegantioris eloquutionis gratia in vſu fuiſſe, lib.6.cap.7.nu.5

Singularem legem ratione perſonæ circa tria verſari, lib.6 cap.2.nu.3

Singularem numerum ad pluralem trahi, & quando, lib.6. cap.7.nu.32

Singularem numerum etiam pluralem ex mente diſponentis plerunque ſignificare, lib.6.cap.12. num.28

Singularitates plures ad eundem effectum cauſandum non concurrere, lib.2. cap.18.num.18

Si quis, dictionem, tam maſculum quàm fœminam comprehendere, lib.2. cap.7.num.2. Idemque in Statutis pariter verum eſſe, num.3

Sobolem iniuſtam de natis ex damnato coitu intelligi. Naturalem verò ſobolem inutilem dici, lib.3.cap.1.nu.51

Sobolem iuſtam ex iuſtis nuptijs prouenientem intelligi,lib.3. cap.1.num.2

Sobolis appellatione liberos, nepotes, pronepotes,& vlteriores deinceps includi, lib.2.cap.5.nu.14

Sobolis appellatione tam ex filio, quàm ex filia deſcendentes comprehendi,lib.2.cap.6.nu.15. Et quid de naturalibus, num.16. Quid verò de legitimatis per oblationem Curiæ, num.17

Socerum & ſocrum diſſoluta eius affinitate in ius ſine venia vocari non poſſe, lib.2.cap.14.

Socinum ſeniorem in iure explicando admirabile ingenium oſtendiſſe. lib.3. cap.4.nu.19

Socium criminis vltra alia adminicula & coniecturas, veriſimilitudine indigere,vt ei credatur, ipſamque vel ex numero teſtium, vel ex qualitate deponentium, vel ex perſonis eorum contra quos deponitur coxigi, in proœm. cap.2. num.24

Solomonem decennem Roboam genuiſſe, lib.1. cap.13. numero 21

Sophiæ templum apud Byzantium à Iuſtiniano erectum, lib. 1. cap.2.num.10

Sororem, fratris appellatione contineri, lib.1.cap.6. nu.15

Speciale dictum ex generali ratione ampliari incertum non videri, lib.6.cap.11.nu.2

Speciale illud dici, cuius contrarium generale eſt, lib.5.cap. 12.num.55

Specialia duo circa idem concurrere ex odio vel fauore, abſurdum non eſſe, lib.6. cap.2.nu.5

Specialia duo circa idem non concurrere, lib.4.cap.13.nu.3. idque nu.8. declarari.

Specialia duo circa idem poſſe concurrere,cum vnum in alterius conſequentiam procedit, lib.3.cap.1.nu.56.& an fauore piæ cauſæ, nu.58

Specialia duo ne circa idem concurrant regulam, fauore vel odio ſæpius vulnerari, lib.3.cap.1.nu.57

Specialia duo,vt circa idem concurrant, non adeo durum videri, Et in l.1.C.de dot.promiſſ.dictam regulam non probari, lib.3. cap.1.nu.59

Specialitatem circa res, vel perſonas generi derogare, lib.6. cap.14.nu.45

Spiritualem filium, compatremque recuſare poſſe, ſi ex his aliquis Iudex exiſtat, lib.2. cap.14.num.17

Spiritualt cognatione perſonas coniunctas ſine mandato pro coniunctis non admitti, lib.2.cap.14.nu.33

Spiritualis cognatio nũquid in baptiſmatis reiteratione contrabatur, remiſſiue, lib.2.cap.14. nu.37

Spurij an ſub lege Pompeia de parricidijs includantur explicari, lib.3.cap.1.num.206

Spurij nomen in genere & in ſpecie accipi, alioſque ex damnato coitu, alios verò ex improbato concubitu eſſe, lib.3. cap.1.nu.190.& 191

Spurijs alimenta nõ ſplendidè deberi, ſed ſecundũ educationẽ de iure naturæ,ad quã ius canonicũ reſpexit,li.3.c.1.n.121

Spurijs

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

Spurijs filiorum nomen non congruere, nec ex ipſis conditione liberorum impleri, lib.3.cap.1.nu.153

Spurijs in tantum alimenta deberi, vt non poſſint à patre in teſtamento prohiberi, lib.3.cap.1.nu.218

Spurijs ipſis non ſolum alimenta deberi, ſed nepotibus, pronepotibus, & alijs deinceps, lib.3.cap.1.nu.217

Spurijs pro alimentis, patri legare donareque licere, lib.3. cap.1.nu.219

Spurijs relictum in alimentorum cauſam cedere, lib.3. cap. 1.nu.220

Spurijs ſi à patre magnum podere relinquatur, valere relictum vſque ad modum alimentorum, reliquum verò haeredibus teſtatoris applicari, dummodo reliquum vltra alimenta modicum non fuerit, lib.3.cap.1.nu.223

Spurios ab honoribus propter ipſorum infamiam repelli, Idque circa Doctoratum ex Bartolo non ſeruari, lib.3.cap. 1.nu.194

Spurios à ferendo teſtimonio ſaltim in cauſis criminalibus vel ciuilibus arduis vbi teſtes omni exceptione maiores exiguntur, repelli, lib.3.cap.1.nu.105

Spurios à ſucceſſione aſcendentium tam ex linea maſculina quam fœminina excluſos remanere, lib.3.cap.1.nu.210. Hoc tamen in complexu neceſſario, ac violento non procedere, num.211. Vel ſi mulier ab eo cognita fuiſſet quem virum putabat, nu.212

Spurios cautionem de reſtituendo legata vel donata in cauſam alimentorum poſt mortem teneri praeſtare, lib.3.cap. 1.nu.221

Spurios de caſata ſiue de domo non eſſe, lib.3.cap.1.nu.202. Idque in ſpuriorum filijs magis verificari, & ampliari, num.204

Spurios ex coitu non punibili genitos, aſcendentibus per lineam maternam iure ciuili inſpecto ſuccedere, matri inquam non illuſtri, matri identidem illuſtri legitimis non exiſtentibus, lib.3.cap.1.nu.232

Spurios ex damnato coitu ſuſceptos, deplorati ſtatus, abominabiles & valde exoſos eſſe, lib.3.cap.1.nu.193

Spurios ex punibili coitu ortos, non ſolum omnis ſucceſſionis, ſiue paternae ſiue maternae tam ex teſtamento quam ab inteſtato incapaces eſſe, ſed etiam nec ius vllum agnationis, aut cognationis cum patre, matreve, nec inter ſeipſos ſeruare, ſecundum vnam opinionem, lib.3.cap.1.num.226. In hoc tamen opinionem Sacri Conſilij Neapolitani veriorem eſſe, num.227

Spurios inſignia gentilitia ſiue arma legitimorum, aut familiae ferre non poſſe, niſi cum quadam ſbarra tranſuerſa incipiente à ſiniſtra & tendente ad dexteram. Hoc tamen non vbique locorum ſeruari, de conſuetudineque quid ſeruetur enarrari, lib.3.cap.1.num.203

Spurios in ſtatu ſpurietatis exiſtentes odibiles eſſe, non autem legitimatione ſubſequuta, lib.2.cap.15.nu.49

Spurios in ſubintellecta, ſi ſine liberis deceſſerit, conditione ex hac l.cum auus, cum ſimilibus, non comprehendi, lib.3. cap.1.nu.236

Spurios nobilitate patris non praefulgere, ſed ipſos licet ex patre nobili ortos ignobiles remanere, lib.3.cap.1.numero 199

Spurios non gaudere beneficio l.hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam. lib.3.cap.1.nu.198

Spurios non poſſe praeſcribere ex illa praeſcriptione in qua titulus requiritur, prout eſt vſucapio, decemque annorum praeſcriptio inter praeſentes, ac viginti inter abſentes, ſed bene longiſſimo tempore concurrente bona fide, etiam ex errore iuris cauſata, lib.3.cap.1.nu.209

Spurios non ſolum ſucceſſione, ſed etiam alimentis indignos eſſe, lib.3.cap.1.nu.213. Sed contrarium ex aequitate iuris canonici inductum videri, nu.214. Eandemque aequitatem in terris etiam Imperij ſeruari, num.215. Et iſtam aequitatem non ſolum in ſpurijs, verumetiam in nepharijs, inceſtuoſis, & ex quocunque coitu progenitis attendi, quicquid Baldus crediderit, nu.216

Spurios quaſi ſine patre filios vocitari, lib.4. cap.8. numero 24

Spurio ſi nobilis mulier nupſerit eius nobilitatem obumbrari, lib.3.cap.1.nu.201

Spurios ſub cautione de non offendendo ex forma ſtatuti pro ſe, filijs, & affinibus praeſtanda, non complecti, lib.3. cap.1.nu.207

Spurios ſub Regia Pragmatica, Odia quae inter coniunctos, non venire, lib.3.cap.1.nu.208

Spurium infamia iuris & facti infamem eſſe, lib.2. cap.15. num.94

Spurium infamia iuris etiam ſecundum aliquos reputari infamem, lib.2.cap.15.nu.95

Spurium neceſſitatis cauſa decurionem effici poſſe: non tamen per oblationem curiae legitimari, lib.2.cap.17.nu.18

Spurium poſſe citra fraudis ſuſpicionem ab eo emere cui pater aliquid vendidit, lib.3.cap.1.nu.224

Spurium per legitimationem renaſci videri, lib.2. cap.15. num.154

Spurium poſſe ab eo quem pater haeredem inſtituerit citra ſuſpicionem fraudis inſtitui, lib.3.cap.1.nu.225

Sp. Carbilium primum Romanorum omnium vxorem repudiaſſe, lib.1.cap.8.nu.35

Statuta fœminas propter maſculos excludentia, abuſiuam quandam aequitatem continere, & propterea reſtringenda eſſe, lib.3.cap.10.nu.32

Statuta interpretationem quemadmodum teſtantium voluntates recipere, & ſimilem coniecturalem admittere declarationem, lib.6.cap.14.nu.11

Statuta propriam verborum ſignificationem recipere, vt abſurdum euitetur. Nam à ſtatutis abſurdum eſſe remouendum, lib.6.cap.12.nu.57

Statuta ſecundum ius commune intelligi, paſſiuamque ab eo interpretationem recipere, lib.6.cap.14.nu.12

Statuta ſic intelligi oportere, ne à ſapientibus valeant reprehendi, lib.6.cap.14.nu.10

Stututa ſic interpretanda eſſe, ne à ſapiente valeant reprehendi, lib.2.cap.12.nu.25

Statuta ſtrictam recipere interpretationem, lib.6. cap.7. num.13

Statuti dictantis, quòd verba ad literam intelligãtur, ſenſum aperiri, lib.3.cap.12.nu.6

Statuti intrinſecam interpretationem tanquam ſubſtantialem & inſeparabilem, idem quod ſtatutum eſſe, lib.3.cap. 12.num.12

Statuto dictante, quòd filia dotata à patre ſtantibus maſculis, nec patri, nec matri ſuccedat, filiam iſtam à patre relictam per maſculos ex ſecundis nuptijs à matre inuitis ſuſceptos, non excludi, lib.1.cap.1.nu.17

Statuto dictante aliquem pro ciue haberi, vere illum ciuem eſſe, lib.2.cap.15.nu.40

Statuto dictante bannitum poſſe impune occidi, de patre bannito non intelligi, in proaem.cap.1.nu.66

Statuto dictante, vt verba ad literam intelligantur, ſub ſimplicibus caſum mixtum non contineri, lib.3.cap.12.nu.3

Statuto diſponente verba ad literam debere intelligi, argumentũ à contrario ſenſu deſumi non poſſe, lib.3.c.12.nu.4

Statutorum intelligentiam in ſubſtantia rationis conſiſtere, lib.3.cap.12.nu.14

Statutum de dote tradita loquens, non habere locum in dote praeſumpta, ſtante alio ſtatuto verba ad literam intelligi oportere, lib.6.cap.14.nu.63

Statutum de lucranda dote vxore in matrimonio praedecedente, etiam ſi matrimonium momento perdurauerit, lucrum deferre, lib.4.cap.3.nu.5

Index rerum memorabilium.

Statutum dictans verba ſtatutorum debere ad litteram intelligi, non tollere quin vnum ſtatutum per aliud impleatur, lib.3.cap.12.num.32

Statutum dictans, vt ſtatuta municipij ruditer & ad litteram intelligantur, idem ex Petro Anchar ano operari, quod clauſula appellatione remota, lib.3. cap.12.num.26

Statutum dictans verba teſtamenti ad litteram debere intelligi, friuolam tantum interpretationem reijcere, lib. 6. cap.14. num.65

Statutum dictans extante maſculo fœminas non ſuccedere, idem importare ac ſi dixiſſet, maſculis extantibus, lib.6. cap.12. nu.29

Statutum diſponens, quòd bona omnia ciuium collectari ſemper poſſint, etiam quòd in Eccleſiam tranſeant, validum eſſe, lib. 5.cap.1.num. 14

Statutum diſponens vt muliere decedente ſine filijs vir etiam dotis partem lucretur, ex vnius filij ſuperexiſtentia virum excludi, lib.6.cap.7.num.16

Statutum diſponens de legatis gabellam ſolui oportere, in legatis male ablatorum ceſſare, lib.2. cap.3. num.6

Statutum excludens filias propter maſculos, multo magis neptes excludere, lib.3.cap.10. nu.35

Statutum excludens fœminas à ſucceſſione aſcendentium propter maſculos, nepotem ex fœmina non excludere, iuxta opinionem Franciſci Tigrini de Piſis, lib. 6. cap. 16. num.11. Sed iſtam opinionem communiter reprobari, nu. 12. Et quantumuis Baldus circa hoc diſtinxerit, nihilominus eius diſtinctionem ab omnibus non recipi, nu.13

Statutum fœminarum excluſiuum ex parte fœminarum, odium implicare, & ſtrictè interpretandum eſſe, ex parte autem maſculorum fauorabile videri, lib.6. cap.7. nu. 14. & in fin.

Statutum fœminarum excluſiuum non ſolo patris fauore, ſed etiam agnationis inductum exiſtimari, lib.3.cap.15. numero 25

Statutum fœminarum excluſiuum propter maſculos, vti fauorabile extendi, lib.6.cap.14.nu.8.& 13

Statutum fœminarum excluſiuum propter maſculos, fauorabile cenſeri, lib.6. cap.14. nu.6

Statutum fœminarum excluſiuum ad agnationem cõſeruandam inductum intelligi, lib.3.cap.10.nu.3

Statutum fœminarum excluſiuum, etiam ſi maſculi momento temporis ſuperuixerint, excludere, lib.4. cap.3. numero 4

Statutum iſtud fœminarum excluſiuum, vno tantum maſculo ſuperexiſtente verificari, lib.6. cap.7. nu.15

Statutum mandans verba teſtamentorum ad litteram debere intelligi, interpretationem illam non auferre, qua ſi non fieret abſurdus intellectus reſultaret, lib.3.cap.12. numero 22

Statutum mandans verba ad litteram debere intelligi, vbi mens certa eſt, non operari, lib.1.cap.12.nu.24

Statutum mandans teſtamenti verba ad litteram debere intelligi, omnem extenſionem reijcere, diſpoſitionemque ad benignum intellectum tunc maxime trahi, lib.3. cap.12. numero 2

Statutum non valere, vbi conſuetudo valere non poteſt, lib.5. cap.1.num.109

Statutum municipale loci, poſſe derogare etiam iuri communi in loco, lib.5. cap.10. nu.26

Statutum propter conſuetudinem interpretatiuam contra ius valere, lib.5.cap.1.num.110

Statutum quòd ingrediens Religionem non ſuccedat, non valere, lib.5.cap.1 nu.36

Statutum quod ſpurius ab inteſtato, vel ex teſtamento ſuccedat, nunquid valeat, controuerſi iuris eſſe, lib.2. cap. 15. num.98

Statutum quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, ex parte fœminarum odioſum eſſe, libro ſecundo, cap. 12. numero 39

Statutum quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, ſuper agnationis fauore radicari, rationemque iſtam pro expreſſa cenſeri, lib.6.cap.7.nu.12

Statutum quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, in ſpurijs legitimatis etiam locum habere, lib.2. cap.15. num.183

Statutum quòd Sulmonenſes ſint originarij ciues Aquilani, exponi, ideſt eſſe fingantur, lib.1. cap.3.nu.15

Statutum reijciens interpretationem non tollere interpretationem legalem & intrinſecam, lib.3.cap.12.num.10

Statutum reſpuens interpretationem, gloſſationem vel extraneum intellectum, friuolam tantum interpretationem remouere, non autem iuſtam ac naturaliter neceſſariam, lib.3.cap.12.nu.8

Statutum ſi appellationem tollat, non cenſeri ex eo ſublatam in integrum reſtitutionem, lib.3.cap.1. nu.45

Statutum, ſeu legem generaliter loquentem, dotis cauſam quoque comprehendere, niſi expreſſe in caſu ſtatuti priuilegiata reperiatur, lib.2.cap.2.num.41. Contrarium tamen nu.42. demonſtrari.

Statutum, ſine legem non poſſe Eccleſiam ad eius præiudicium ligare, poſſe tamen Eccleſiam, vel piam cauſam à lucro originaliter ex lege, vel ſtatuto illo proueniente excludere, lib.2.cap.2.nu.30. & 85

Statutum ſoluendi vectigal de relictis, pro male ablatis relicta non includere; dummodo de male ablatis appareat, lib.2.cap.3.nu.15

Statutum vocans parentes maſculos vſque ad certum gradum, de maſculis ex maſculis, fauore agnationis debere intelligi, lib.6.cap.16.num.33

Stipulationes licet ſtrictè intelligendas, illam interpretationem recipere, vt ad caſum trahantur ſuper quo contrahentes interrogati idem reſpondiſſent, lib.3.cap.12.num.17

Studia aliena vſurpantes grauiſſime argui, ac multiplici vitio ingratitudinis, inuidiæ, impietatiſque notari, libro 3. cap.5.num.4

Subiecta talia eſſe qualia prædicata demonſtrant, lib.1. cap. 13.num.35

Subreptionem & obreptionem omnia priuilegia infirmare, præſertim priuilegium legitimationis, atque legitimationis diſpenſationem, lib.2.cap.15.num.128

Subrogatum naturam ſubrogãtis ſapere, lib.5.cap.1.nu.75. Hoc autem limitari vbicunque in ſubrogato diuerſa qualitas adeſſet, nu.77. ac etiam ſi res ſubrogata vice alterius in omnibus non fungeretur, nu. 78

Subrogatum naturam eius in cuius locum ſubrogatur ſapere, lib.5. cap.11.nu.15

Subſtitui pupillariter etiam intra decimum annum poſſe, lib. 1.cap.13.nu.4

Subſtitui vulgariter, & per fideicõmiſſum, in donatione cauſa mortis poſſe, lib.3.cap.18.nu.56

Subſtituo verbum, ob adiectionem verbi hæredis directum reddi, lib.1.cap.11.nu.19

Subſtituo verbum, nunquid commune ſit, lib.1.cap.11.numero 23

Subſtituo verbum, quando in perſonam eiuſdem ſubſtituti concurrit cum verbo, inſtituo, ad ſuperfluitatem tollendam, verbum ſubſtituo tanquam commune fideicommiſſariam ſubſtitutionem importare, lib.1. cap.11.nu.26

Subſtituo verbum, proprie directum eſſe, lib.1.cap.11.nu. 15. Sed limitari ex qualitate actus, ac vt actus ipſe juſtineatur, nu.18. aliterque hoc nu.25. declarari.

Subſtituo verbum, de vulgari in dubio prædicari, lib.1.cap. 11.num.20

Subſtitutionem compendioſam factam per verba communia ſine temporum dinumeratione, intra pupillarem ætatem

ex

ex Bartoli opinione directam esse, ab ea tamen ex lenibus extrinsecis coniecturis recedi Corneum asseueraſſe, lib. 6. cap. 11. nu. 47

Subſtitutionem compendioſam communibus verbis factam, matre in medio exiſtente, pupillarem non continere, lib. 4. cap. 4. nu. 27

Subſtitutionem conceptam, ſi mihi filius aut filia natus, natave non erit, altero tantum nato locum in parte deficiente non habere, lib. 1. cap. 19. nu. 14

Subſtitutionem de perſona ad perſonam regulariter non extendi, lib. 1. cap. 10. nu. 19

Subſtitutionem directam coniecturas non reſpuere, illas tamen in fideicommiſſaria efficacius operari, lib. 1. cap. 13. num. 29

Subſtitutionem directam per verba mere obliqua induci poſſe, exemplumque afferri, lib. 1. cap. 11. nu. 4

Subſtitutionem & reſtitutionem inuicem differre, lib. 1. cap. 11. num. 16

Subſtitutum ex defectu conditionis aliquo iure non priuari, ſed pro non ſcripto haberi, lib. 3. cap. 6. nu. 5

Subſtitutionem ex reſcripto Principis muto impuberi factam, conditione liberorum non expreſſa, natiuitate filij rumpi, ne contra mentem Principis & aui exheredatus nepos remaneat, lib. 1. cap. 1. nu. 13

Subſtitutionem expreſſam vulgarem non continere tacitam pupillarem vbi in loco ſtatutum vigeret, verba teſtamenti debere ad literam, & vt iacent aſſumi, lib. 6. cap. 14. num. 61

Subſtitutionem expreſſam pupillarem matrem excludere, ſecus tacitam in vulgari comprehenſam, aliquos tamen contradixiſſe, lib. 3. cap. 1. nu. 21. & 25

Subſtitutionem fideicommiſſariam ab alijs potius regulari, cum vna ſubſtitutio ab alia regulari contingeret, quàm è contra, lib. 1. cap. 12. nu. 18

Subſtitutionem fideicommiſſariam de perſona ad perſonam non extendi, licet eadem adſit ratio, idque non ſolum procedere cum de perſona ſubſtituti agitur, ſed etiam ſi varietur perſona eius cui ſubſtitutio facta reperitur. Etiam in materia fauorabili. Concurrentibus adhuc coniecturis & mente præſumpta teſtatoris, in proœm. cap. 2. nu. 63. Reſolutionem tamen ex traditis nu. 64. & infra pendere, vt extenſio de perſona ad perſonam permittatur.

Subſtitutionem fideicommiſſariam propriè ſubſtitutionem eſſe, lib. 1. cap. 11. nu. 24

Subſtitutionem in dubio directam interpretari, dummodo verba & perſonæ id patiantur, & niſi teſtantis voluntas repugnet, aut impugnetur, lib. 1. cap. 11. nu. 28

Subſtitutionem in dubio directam magis quam fideicommiſſariam cenſeri, lib. 1. cap. 11. num. 21. Hocque ampliari, num. 22

Subſtitutionem poſt mortem plurium factam, quorum ſuperſtes ex mente præſumpta teſtatoris ſubſtitutum excluderet, reciprocum fideicommiſſum ob mixturam extranei, non inducere, lib. 2. cap. 10. nu. 9

Subſtitutionem pupillarem matrem excludere, cum pia cauſa pro conſcientiæ exoneratione ex male ablatis ſubſtituta reperiretur, lib. 2. cap. 3. nu. 8

Subſtitutionem pupillarem impuberibus malitia ætate ſupplente fieri, ex Petri Anchorani opinione, lib. 1. cap. 13. num. 6. veriorem tamen Bartoli ſententiam cenſeri, vt num. 2. ac 7

Subſtitutionem pupillarem malitia ſupplente ætatem, ſuſceptis filijs legitimis & naturalibus, ſecus naturalibus tantum ex Baldo finiri, lib. 1. cap. 13. nu. 8. & 40

Subſtitutionem pupillarem in vulgari facta vni filio impuberi, comprehendi etiam quòd alteri ſubſtitutum fuiſſet, iuxta Gulielmi de Cuneo opinionem, quæ tamen à multis improbatur, lib. 3. cap. 6. num. 10

Subſtitutionem pupillarem ex communi opinione, pupilli cum liberis decedente ob malitiam ſupplentem ætatem, etiam ſi pupillus teſtari non poſſit finitam cenſeri, lib. 1. cap. 13. nu. 2. & 7

Subſtitutionem pupillarem contra iuris regulas introductam fuiſſe, lib. 4. cap. 4. nu. 14

Subſtitutionem pupillarem poſthumi natiuitate rumpi, lib. 1. cap. 13. num. 9

Subſtitutionem pupillarem adueniente pubertate expirare. An autem in ea procedat d. l. cum auus, diſtingui, lib. 1. cap. 13. nu. 1. & nu. 27. affirmatiuam opinionem firmari.

Subſtitutionem reciprocam factam à milite perſonis imparibus, nõ continere pupillarem, quæ vtrique conuenire non poteſt, niſi aliud militem ſenſiſſe probetur, in proœm. cap. 2. num. 97

Subſtitutionem reciprocam ex compendioſa, vel fideicommiſſaria in tota hæreditate induci poſt mortem vltimi vocatorum, ſecus in conditione poſitorum, lib. 4. cap. 13. numero 25

Subſtitutionem reciprocam per compendioſam, vel fideicommiſſariam vltimo morienti & in tota hæreditate factam induci, lib. 4. cap. 13. nu. 24

Subſtitutionem tacitam pupillarem in expreſſa comprehenſam, filio emancipato, nepoti factam, contra patrem nepotis non admitti, ſicut nec contra matrem admitteretur, idemque in fratre pupilli verum eſſe, ſecus in fratre teſtatoris ac pupillo patruo, lib. 1. cap. 19. nu. 17

Subſtitutionem tacitam pupillarem ſub expreſſa vulgari non comprehendi, ſtante ſtatuto verba teſtamenti ad literam debere aſſumi. Ex dictoque ſtatuto omnem interpretationem actiuam, paſſiuam, & extenſiuam ceſſare, lib. 5. cap. 1. num. 104

Subſtitutionem tacitam pupillarem matrem excludere, ſi præſumpta mens teſtantis ex coniecturis concurrat, lib. 3. cap. 1. nu. 26

Subſtitutionem tacitam vulgarem in expreſſa pupillari comprehenſam, præſumptam potius eſſe, lib. 1. cap. 5. nu. 4

Subſtitutionem, ſecundam ſubſtitutionem eſſe, lib. 3. cap. 18. num. 44

Subſtitutionem vulgarem non continere tacitam pupillarem, ex appoſitione illorum verborum, tunc & eo caſu, lib. 6. cap. 3. nu. 6

Subſtitutionem vulgarem tacitam, non ſolum expreſſam additione euaneſcere, lib. 1. cap. 11. num. 11

Subſtitutionem vulgarem cum fideicommiſſaria vnionem quandam retinere, lib. 1. cap. 12. nu. 20

Subſtitutionem vulgarem additione hæreditatis expirare, lib. 1. cap. 11. nu. 10

Subſtitutionem vulgarem ad alium caſum vbicunque teſtator verbis, tunc & eo caſu, vſus fuiſſet, non extendi, lib. 6. cap. 3. nu. 4. idemque in fideicommiſſaria contingere, numero 5

Subſtitutionem vulgarem, non ſolum additione hæreditatis, ſed per defectum alterius adiectæ conditionis deficere, lib. 1. cap. 11. nu. 12

Subſtitutionem vulgarem filio ac filiæ factam, ſi filius aut filia hæres non erit, altero exiſtente hærede, non admitti, lib. 1. cap. 17. nu. 12

Subſtitutione fideicommiſſaria duobus filijs inſtitutis diſtincte facta, ſi in vno grauamine conditio liberorum ſit expreſſa, in alio prætermiſſa, in ſecũda ipſam ex l. cum auus, non ſubaudiri, lib. 1. cap. 22. nu. 4

Subſtitutione vulgariter & per fideicommiſſum facta, ſubſtitutum electionem habere, vt valeat ex vulgari vel fideicommiſſaria ſuccedere, lib. 1. cap. 12. nu. 28

Subſtitutiones plures cum ab eodem verbo regantur ab eademque oratione, illud quod vnam qualificat, aliam etiam qualificare, lib. 3. cap. 10. nu. 167

Index rerum memorabilium.

Subſtitutionis conditionem in fideicommiſſaria pluribus ſimpliciter facta regulariter deficere, locũque ipſi ſubſtitutioni fieri in cuiuſcumque perſona conditio exiſtat, niſi ſuperſit perſona quæ ex mente præſumpta teſtatoris fideicommiſſarium excludat, lib. 3. cap. 14. nu. 2

Subſtituti citationem non requiri, ſi de voluntate Principis conſtiterit præiudicandi ſubſtituto per clauſulam, De plenitudine poteſtatis, motu proprio, vel ex certa ſcientia, lib. 2. cap. 15. nu. 140

Subſtitutioni citationem ad validitatem legitimationis requiri, ſi legitimatio poſt mortem teſtatoris fiat, ſecus ſi in vita: Quod procedit etiam in legitimatione poſt mortem, facta ex patris tamen præordinatione, lib. 2. cap. 15. nume. 139

Subſtitutionum verba vt verificentur in materia diſpenſatiua intelligi non debere, lib. 3. cap. 1. nu. 175

Subſtituto ob ſpem probabilem ius quæſitum cenſeri, Decium atque Ruinum tenuiſſe, lib. 2. cap. 16. nu. 165

Subſtitutos reciproce ſpecialiter, alijs cohæredibus datis expleto aſſe, non comprehendi in ſubſtitutione concepta ſub illa verborum formula, hos omnes inuicem ſubſtituo, in præm. cap. 2. nu. 56

Subſtitutus quamuis coniuncto præferatur, tamen ex mente teſtatoris præſumpta coniunctum ſubſtituto præferri, lib. 3. cap. 10. nu. 107

Subſtitutum ex præſumpta teſtantis voluntate excludens, vt ſuccedat ex Nicolao de Mattarellis opus eſſe, lib. 1. cap. 10. num. 12

Subſtitutum, ſecundum hæredem dici, lib. 1. cap. 11. nu. 17

Subſtitutum maius ius in hæreditate habere, quam filium uiuente patre, lib. 2. cap. 15. nu. 130

Succedendi ac excludendi ius ſine potentiam tranſmiſſibilem eſſe, lib. 6. cap. 4. nu. 6

Succedendi ius ex filiatione proficiſci, licet illud ius à filiatione ſeparatum ſit, lib. 2. cap. 16. nu. 33

Succeſſionem ab inteſtato ad fiſcum excludendum non ſolum vxori, ſed etiam legitimæ concubinæ competere, lib. 2. cap. 19. num. 9

Succeſſionem de eſſentia ſubſtantiali legitimationis non eſſe, lib. 2. cap. 16. num. 31

Succeſſionem olim natis ex matrimonio ſine conſenſu patris contracto, ius ciuile interdixiſſe, illudque hodie correctum reperiri, lib. 2. cap. 16. nu. 15

Succeſſionem propriam de grauati ſucceſſione in l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. intelligi, lib. 6. cap. 4. nu. 5

Succeſſiones pro ſobole interpretari, lib. 4. cap. 13. nu. 5

Succeſſionis dubium futurum euentum in iure plurimum conſiderari, lib. 3. cap. 10. nu. 13

Succeſſionis gradum ad decimum coarctari, lib. 2. cap. 6. nu. 5

Succeſſionis iure vel hereditario bona deferri multum intereſſe, lib. 5. cap. 8. nu. 13

Succeſſionis ius ex ſuperuenienti qualitate etiam in eadem perſona mutari, lib. 6. cap. 16. nu. 4

Succeſſionis verbum, de ſanguinis ſucceſſoribus intelligi, idque dupliciter contingere, ad l. cum acutiſſimi, exponi, lib. 1. cap. 6. nu. 10

Suitatis effectus per compendioſam in qua fideicommiſſaria continetur non impediri, lib. 1. cap. 12. nu. 32

Superfluitatem ad maiorem dilucidationem adiectam tolerari, lib. 1. cap. 16. nu. 25

Superfluum magis, quam abſurdum tolerari, lib. 3. cap. 12. num. 20

Superfluum non dici, quod cauſa tollendæ dubitationis expreſſum eſt, lib. 4. cap. 15. nu. 37

Suppoſiti partus coniecturam ex menſtruorum ceſſatione deſumi poſſe, lib. 4. cap. 11. nu. 11

Superſtites vel ſuperuiuentes, verba, ſortiri effectum, etiam ſi vnus ſuperſit ac ſuperuiuat, lib. 6. cap. 14. nu. 71

Superſtites vel ſuperuiuentes vocando teſtator, nominatim illos vocaſſe cenſeri, lib. 6. cap. 14. nu. 72

Superſtitibus & ſuperuiuentibus geminate ſic ſubſtitutis, nepotes ex alio filio prædefuncto non includi, lib. 6. cap. 14. num. 75

Superſtitibus vel ſuperuiuentibus filijs ſubſtitutis, nepotes non comprehendi, lib. 6. cap. 14. nu. 77

Superſtitibus vel ſuperuiuentibus vocatis, nepotes nihilominus includi, quos teſtator ſuiſſet ſolitus filios appellare, lib. 6. cap. 14. nu. 78

Superſtitibus vel ſuperuiuentibus vocatis, ſi alia clauſula, vt puta, Et eorum hæredibus, vel eorum filijs, ſi vnus decedat cum filijs, & alius ſine filijs, ad huius portionem nepotes ſuperuiuentes ex alio fratre admitti, lib. 6. cap. 14. nu. 79

Suppoſiti partus nonnullas coniecturas afferri, & quo caſu procedant declarari, lib. 4. cap. 11. nu. 17

Suppoſiti partus rationem in difficili probatione verſari, lib. 4. cap. 11. nu. 16

Superuinentibus quod deueniat decedentis portio, ſalua gradus prærogatiua intelligi, lib. 6. cap. 14. nu. 73

Superuinentis verbum, interpretari, lib. 6. cap. 14. nu. 70

T

TACITAM mentem teſtatoris, non ex legis diſpoſitione, ſed ex diſpoſitis in teſtamento colligi debere, lib. 3. cap. 1. nu. 62. Idque declarari, nu. 64

Tacitam voluntatem in vltimis voluntatibus veluti expreſſam operari, lib. 3. cap. 10. nu. 10

Tacita ſi exprimantur, non facere rem conditionalem, lib. 5. cap. 1. nu. 49. Sed videndum nu. 56

Tacitum appellari etiam poſſe, quod præſumptum eſt, lib. 1. cap. 5. nu. 6

Tacitum Cornelium, ætate ſua ſexcenteſimo plus minus anno poſt L. L. XII. *tabul. in Germania non minima parte orbis, nulla fuiſſe teſtamenta aſſerere, lib. 2. cap. 2. nume. 23*

Tacitum & expreſſum regulariter à pari procedere, ibique hoc explicari, lib. 3. cap. 1. nu. 20

Tacitum in vno capitulo legis vel ſtatuti comprehenſum, nunquam in alio capitulo eiuſdem legis vel ſtatuti repetitum videri, lib. 3. cap. 1. nu. 23

Tantum, dictionem, in ſe negatiuam quo ad alios caſus includere, tantumque in l. quod certatum eſt, tit. de poſſib. hæred. inſtit. explicari: Et quid integrum, perfectumque importent, lib. 4. cap. 6. nu. 5

Tarquinium Demarati nepotem & Arunti filium extitiſſe, lib. 6. cap. 11. nu. 43

Taxatiuas dictiones per legem extenſionem recipere, lib. 6. cap. 3. num. 14

Taxatiuas dictiones non excludere caſus ſimiles, lib. 6. cap. 3. num. 9

Tempore certo prohibitum, eo elapſo admiſſum cenſeri, lib. 4. cap. 12. nu. 5

Tempus præcisè probandum eſſe, vbi quis in certo tempore ſe fundat, lib. 4. cap. 3. nu. 12

Terminum referentem, dicta in termino relato continere, lib. 1. cap. 3. nu. 21

Terminus ſi certus ſit, quicquid poſtea fit inane eſſe, lib. 4. cap. 7. nu. 4

Teſtamentariam diſpoſitionem, fauorabiliorem diſpoſitione contractuum eſſe, lib. 2. cap. 2. nu. 26

Teſtamenti factionem libero homini ſanæ mentis auferri, iniquum eſſe, lib. 1. cap. 13. nu. 3

Teſtamenti factionẽ non priuati ſed publici iuris eſſe; ideoque eius formam pactis priuatorum læsi non poſſe, lib. 5. cap. 1. num. 24

Teſtamenti factionem ex cauſa facile tolli poſſe, lib.5.cap.12.num.43
Teſtamenti formulam, quæ in l. Lucius Titius, §. Lucius Titius, ff. de leg.2. continetur, laudari, in præm. cap.2.nu.81
Teſtamenti inter liberos priuilegia ad aſcendentes inſtitutos non porrigi, lib.1.cap.10.nu.17
Teſtamenti verba ſecundum caſuum contingentiam diuerſimode à Doctoribus interpretari, lib.3.cap.16.nu.7
Teſtamentum ad mortem damnati licet pro male ablatis teneat, adhuc tamen opus eſſe de male ablatis conſtare, lib.2.cap.3.num.14
Teſtamentum ad mortem damnati ac etiam deportati, licet nullum ſit, ijque teſtari prohibeantur, pro male ablatis tamen teſtari poſſe, lib.2.cap.3.nu.4.& 5
Teſtamentum vſurarij ſine cautione, ſi poſtea ipſa ex interuallo præſtetur, reconualeſcere, lib.5.cap.12.nu.72
Teſtamentum in ſolenni excommunicatione decedentis non irritari, hæredibus excommunicati ſuſpicionem ab hæreſi purgantibus, ſi Epiſcopus illi purgationem conceſſerit, lib.5.cap.12.nu.65
Teſtamentum iuri gentium adiici, lib.2.cap.2.nu.20
Teſtamentũ morte perfectionẽ recipere, lib.4.ca.15.nu.35
Teſtamentum nutu factum fauore piæ cauſæ ſuſtineri; quicquid de teſtamento inter liberos nutu conditio contingat, lib.2.cap.2.num.53
Teſtamentum nutu factum inter liberos non ualere, lib.2.ca.2.num.52
Teſtamentum vſurarij reconualeſcere per cautionem ex interuallo præſtitam, etiam ſi teſtator procuratorem reliquerit cum ſpeciali mãdato ad dictam cautionem poſt eius mortem præſtandam, lib.5.cap.12.nu.73. Hocque declarari num.74
Teſtandi facultatem ex gratia conceſſam eſſe, licet aliqui de rigore iuris ipſam procedere autumauerint, lib.5.cap.12.num.44
Teſtandi facultatem iuris ciuilis exiſtimari, lib.5.cap.12.nu.50.& 51
Teſtandi facultatem ſiue licentiam profeſſis in quacunque Religione per Summum Pontificem concedi poſſe, etiam ſi per additionem hæredi ius fuiſſet quæſitum, lib.5.cap.5.num.21
Teſtandi facultate per ſummum Pontificem conceſſa, ſecundum ius canonicum intelligi, lib.6.cap.8.nu.30
Teſtandi diſpenſationem obtentam vti odioſam ad primam vicem reſtringi, lib.5.cap.5.nu.23
Teſtandi licentiam à Pontifice obtentam ſecundum aliquos de prima uice intelligi, Contrarium autem verius eſſe, lib.5.cap.5.nu.22.
Teſtandi licentia obtenta, an ad condicillandum extendatur, diſtingui, lib.5.cap.5.nu.24
Teſtantes ad pias cauſas ſpiritu Dei moueri, lib.2.ca.2.n.93
Teſtari aliquem ſic poſſe, vt ſuccedant filij deſcendentesque hæredis ſui excluſa eccleſia uel monaſterio, quod ob ingreſſum hæredis grauati aliàs ſuccederet, ſecundum vnam opinionem, lib.5.cap.1.nu.1. Sed contrariam tenentes nu.21. inueniri, priorem autem ſententiam vti magis communem ac veriorem, vſu etiam receptiorem & æquiorem, nu.40. comprobari, & iuxta eandem pluries fuiſſe deciſum.
Teſtari aliquem poſſe conditione adiecta, ne res eccleſiæ relicta apud eam permaneat ſi adiectum modum non impleuerit, lib.5.cap.1.nu.12. hocque nu.16. intelligi.
Teſtari aliquem liberius ſic poſſe, vt dictum ſuit quod ſuccedant filij deſcendentesque hæredis ſui monaſterio excluſo, ſi declaraſſet teſtator ſe non principaliter animo monaſterium excludendi ita prouidiſſe, ſed ſua bona in agnatione conſeruandi, lib.5.cap.1.nu.42
Teſtari quẽcumque poſſe non expreſſe prohibitum, lib.5.cap.12.nu.41
Teſtari quemcunque poſſe, libertatem, ciuitatem, familiam & bona retinentem, niſi expreſſe prohibitus reperiatur, lib.5.cap.12.nu.45
Teſtati ſucceſſioni vbi locus eſſe poteſt, ab inteſtato ſucceſſionem ceſſare, lib.3.cap.3.nu.17
Teſtatorem aliud uel non præſumi quam quod exprimit, propoſitumque in mente retentum non operari, ac omiſſum caſum pro omiſſo haberi. Sed infra id ob pietatem in fideicommiſſis non procedere, lib.1.cap.9.nu.6
Teſtatorem in dubio præſumi ſuam diſpoſitionem iuri communi conformem uelle reddere, lib.6.cap.12. numero 62
Teſtatorem magis animam quam poſteros diligere, lib.2.cap.2.nu.74
Teſtatorem noluiſſe illud cenſeri, quod non expreſſit, lib.3.cap.4.nu.9
Teſtatorem non præſumi ſe conformare in eo quod de iure erat, ſed quod de iure putabat, lib.2.cap.15.nu.81. id tamen nu.82. explicari.
Teſtatorem non præſumi vt eius hæres monaſterium ingrediatur cogitaſſe, lib.5.cap.2.nu.2
Teſtatorem præſumi id in ſua diſpoſitione uelle, quod ius commune diſponit, lib.2.cap.15.nu 80
Teſtator duos filios inſtituendo, poſt eorum mortem extraneum quendam ipſis ſubſtituit, primo ſine filijs deceadente; quæritur nunquid ſubſtitutus quaſi ceſſante ratione l. cum acutiſſimi, admittatur; & deſuper duorum caſuum diſtinctio affertur: Primus eſt, an frater ſubſtitutum ex mente tacita excludat, lib.3.cap.14.nu.1. Secundus, an per ſuperexiſtentiam fratris ex defectu tacitæ conditionis a lege ſubintellectæ, fideicommiſſum deficiat, n.4. & hoc ſecundo caſu ſubſtitutum non excludi concluditur, nu.7
Teſtatorẽ eandem continuatam charitatem ad nepotem habuiſſe præſumi, quam ad filium grauatum habuit, lib.5.cap.1.nu.67
Teſtator filium inſtituit, & poſt mortem Titium nepotem ex ipſo filio inſtituto grauatoque ſubſtituit; deceſſit filius relicto Titio aliiſque filijs eiuſdem Titij germanis; Titius ſubſtitutus bona anita iure fideicommiſſi habere ualet quæ reſtituenda veniunt, dimidiam ſcilicet hæreditatis, in alia inſuper dimidia quæ ad filios & hæredes grauati peruenire debet vigore legitimæ grauato debitæ ac Trebellianicæ quæ dimidium faciunt concurrere intendit; alij nepotes germani dicti Titij ſubſtitutioni locum non eſſe dicunt, quaritur quid iuris? lib.3.cap.13.nu.1. Super quo Socinus ſenior nonnulla primum præmittendo, vt numero 2. tres caſus conſideraut. Primum, quando teſtamenti tempore ſolus Titius progenitus eſſet, deindeque omnes alij nepotes naſcerentur, tuncque ſubſtitutionem expirare concluditur, omnesque pariter admitti, nu.13. & 22. Secundum, quando omnes tempore teſtamenti nati eſſent, & tũc alios debere excludi, nu.24. Tertium, cum aliqui eſſent nati teſtamenti tempore, aliqui autem poſtea naſcerentur, fideicommiſſumque tunc deficere, nu.26. Eiuſdemque Socini quandam aliam diſtinctionem reijci, nu.20. Primique caſus concluſionem ampliari, etiam ſi grauatus vxorem iuuenem & fœcundam haberet, vt facile poſſet conſiderare plures filios pariturum, nu.23
Teſtator ne ſibiipſi contrarius reddatur, interpretationem fieri, lib.5.cap.1.nu.87
Teſtator præſumitur ſe voluiſſe cum diſpoſitione ſtatuti conformare, lib.3.cap.10.nu.27.& 28
Teſtator præſumitur ſuos deſcedentes tam maſculos quam fœminas tranſuerſalibus & extraneis præferre voluiſſe, lib.1.cap.16.nu.1
Teſtator ſi interrogatus fuiſſet, idẽ ne, an aliud diſpoſuiſſet, ab arbitrio iudicis ex allegatis & probatis pendere, lib.1.cap.1.nu.7

Digitized

Index rerum memorabilium.

Teſtatorie diſpoſitionem ad omnes caſus in quibus ſi interrogatus fuiſſet idem veriſimiliter reſpondiſſet, extendi, lib. 1. cap. 22. nu. 2

Teſtatoris diſpoſitionem ſic debemus interpretari, ne poſſit à ſapientibus reprehendi, lib. 2. cap. 2. nu. 47

Teſtatoris mentem ſtatuto conformem cenſeri, lib. 3. cap. 15. nu. 2. Regulamque iſtam ſemper veram non eſſe, num. 6. Ipſamque de facili ob aliam coniecturam, vel præſumptionem tolli, num. 8

Teſtatoris voluntatem non adimplentem puniri, lib. 5. cap. 12. num. 42

Teſtatoris voluntati non reſiſtere, iure communi & ſuo utentem, lib. 3. cap. 16. nu. 16

Teſtem in teſtamento eſſe poſſe qui teſtamentum condere poteſt, ſed non è contrario, lib. 5. cap. 12. nu. 62

Teſtes aliàs non idoneos, veriſimilia tamen deponentes, idoneos cenſeri, in proœm. cap. 2. nu. 22

Teſtes debere dum diſputatur an aſſertio ſit hæretica, de verbis formalibus deponere, lib. 5. cap. 13. nu. 29

Teſtes in crimine hæreſis conteſtes inxta l. ſi. C. famil. erciſc. eſſe oportere, lib. 5. cap. 13. nu. 23

Teſtes ſingulares ad hæreſis crimen in genere probandum ſufficere, lib. 5. cap. 13. nu. 19

Teſtes qui aliàs repellerentur in hoc hæreſis crimine admitti, ipſiſque quando credatur indicari, lib. 5. cap. 13. nu. 24

Teſtibus nullam eſſe dandam fidem, niſi veriſimilia atteſtentur, etiam ſi de falſo non conuincantur, in proœm. cap. 2. num. 23

Teſtibus veriſimiliora deponentibus in conflictu ipſorum credendum eſſe, etiam ſi ſuper negatiua atteſtarentur, cum in materia probationum veriſimilitudini acquieſcamus, in proœm. cap. 2. nu. 19

Teſti licet vni de facto ſuo deponenti credendum ſecundum vnam opinionem; ſed alteram ex Alexandro communem eſſe; Saliceto tamen diferendum in hoc videri, lib. 4. cap. 10. num. 3

Teſtis primam depoſitionem iuratam, atteſtationi non iuratæ præferendam eſſe, non exiſtentibus veriſimilitudinibus pro ſecunda ſine iuramento, tunc enim poſteriori ſtaretur, in proœm. cap. 2. nu. 10

Teſtis dictum parte non citata apud graues viros concludere, ſi veriſimilitudinem continet, in proœm. cap. 2. nu. 11

Theodoſium cura Cyri Præfecti Orientis Conſtantinopoleos protuliſſe pomœrium, lib. 2. cap. 17. nu. 12

Theodoſium Imp. conſobrinarum nuptias tanquam ſororum vetuiſſe, lib. 2. cap. 17. nu. 11

Tiberium Gracchum vxoris ſalutem propriæ protuliſſe, lib. 1. cap. 8. nu. 30

Tyrannum aduerſus hæreticos, legitimè iuriſdictionem exercere, lib. 5. cap. 13. nu. 32

Tituli ac cauſa præſumptionem ex longa præſtatione oriri, ipſam tamen præſumptionem in contrarium admittere probationem ex efficacioribus præſumptionibus, lib. 1. cap. 4. num. 11

Titulum ex diſpoſitione l. cum de in rem verſo, ff. de vſur. non probari, lib. 1. cap. 4. nu. 12

Tolli vnumquodque eo via qua conſtitutũ eſt, lib. 1. c. 4. nu. 5

Tranſmiſſionem ex l. ſi quis filium, C. de inoffic. teſtam. in aſcendentem non fieri, lib. 1. cap. 10. nu. 16

Tranſmiſſionem ex tacita conditione ex lege loco expreſſæ ſubrogata non impediri, lib. 6. cap. 2. nu. 9

Tranſmiſſionem in deſcendentes non fieri, ſi tranſmittens de deſcendentibus non ſit, ex capite inquam l. vnic. C. de his qui ante apert. tab. lib. 1. cap. 10. nu. 21

Tranſmiſſionem iure ſanguinis, non ſolum de liberis ad liberos, ſed etiam ad deſcendentes fieri, ex Gloſ. in d. l. vnic. C. de his qui ante apert. tab. Sed tamen ipſum Accurſium communiter reprobari, lib. 1. cap. 10. nu. 15

Tranſmiſſionem tacita conditione ex lege impediri, ſi ipſa tacita conditio poteſtatiua fuerit, lib. 6. cap. 2. num. 10

Tranſmiſſione grauato ſuccedi, lib. 4. cap. 13. nu. 9. Hocque num. 10. enarrari.

Tranſmiſſionem tacita conditione per legem loco expreſſæ ſubrogata, non impediri, lib. 6. cap. 2. nu. 9

Tranſmiſſioni vltimæ voluntatis ante conditionis euentum locum non eſſe, licet conditionalis ſtipulatio ad hæredes tranſeat, lib. 2. cap. 2. nu. 73

Trebellianicam contra voluntatem teſtatoris hodie etiam detrahi, lib. 6. cap. 18. nu. 19

Trebellianica quòd filijs primi gradus non poſſit prohiberi, quid maius eſſe, quàm quòd fructus in ipſam Trebellianicam imputentur, lib. 6. cap. 18. nu. 10

Trebellianicam non detrahi ab hærede priuato hæreditate, ac per fideicommiſſum illam poſt additionem reſtituente, lib. 6. cap. 5. num. 4

Trebellianicæ prohibitionem inductam fuiſſe, vbicunque dixiſſet teſtator, volo bona mea omnia ad talem peruenire, lib. 3. cap. 3. nu. 30

Triremes deferentes ab ijſque aufugientes in priſtinam redire cauſam, niſi Iudex in ſententia mortis naturalis pœnam fuerit comminatus. Sed ex Aegidio Boſſio iſtis refugis pœnam duplicari. Et quomodo tempus ſit duplicandum. Sed an decennio damnatis tempus ſit perpetuandum, vel duplicandum diſtingui, lib. 5. cap. 9. nu. 10

Triremium pœnam ignobilibus atque plebeis hominibus irrogari, lib. 5. cap. 9. nu. 9

Triremium pœnam vitandam eſſe, vbi alia pœna irrogari poteſt, lib. 5. cap. 8. nu. 37

Triumphorum primum inuẽtorem Dionyſium fuiſſe qui Liber dictus eſt, & Tarquinium Priſcum primum fuiſſe qui triumphum in curru ordinauit, lib. 6. cap. 11. nu. 44

Tuberonis Iuriſcõſulti libros tanquam antiquo ſermone conſcriptos parum gratos fuiſſe, lib. 6. cap. 10. nu. 17

Tunc, dictionem, non habere naturam reſtrictiuam, ſine taxatiuam ratione inclusionis vnius caſus & excluſionis alterius, ſed tantum ratione extremitatis temporis, lib. 6. cap. 3. num. 11

Tunc & eo caſu, dictiones, non excludere extenſionem de caſu ad caſum ex coniecturata teſtantis mente, ſecundum veriorem receptiorem que ſententiam, lib. 6. cap. 3. num. 10. & 16

Tunc, dictionem, reſtrictiuam eſſe, temporiſque extremitatem ſignificare, lib. 6. cap. 3. nu. 2

Tunc & eo caſu, reſtrictiua verba eſſe, lib. 6. cap. 3. nu. 3

Tunc, dictionem, extremitatem temporis denotare, lib. 4. cap. 2. num. 5

Tutelam ex parte tutoris qui inuitus conſtituitur, onus eſſe, lib. 6. cap. 11. num. 5

Tutelam legitimam onus non eſſe, lib. 2. cap. 12. nu. 24

Tutoris dationem ſtrictam interpretationem recipere, in proœm. cap. 2. nu. 67

V

VASALLVM feudo priuari non ſolum vitam, verum etiam bonorem ac famam domini ſui non defendendo, lib. 3. cap. 1. nu. 133

Vbi tu Caius ego Caia, antiquos ſponſam introducentes dicere conſueuiſſe, lib. 1. cap. 8. nu. 24

Veneris, Cupidinis, & Anterotis, necnon Themidis de æmulatione fabellam enarrari, lib. 3. cap. 1. nu. 243

Venetiarum Ciuitatem vt Rempublicam & ſuperiorem non recognoſcentem ſua libertate potiri, lib. 5. cap. 10. numero 50

Venetiarum Ciuitatem naturali ratione vti, & communem patriam hodie appellari, lib. 5. cap. 10. nu. 51

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

Venter nunquid veniat ſub conditione, ſi ſine liberis ex ſe legitimè natis deceſſerit, tuncque inter grauatum & tertium diſtingui, lib.4.cap.15.nu.13

Ventre vxoris inſtituto quem peperiſſet, poſthumum etiam alio tempore natum, ex aliaque vxore inſtitutum cenſeri, lib.4.cap.15.nu.45

Ventre vxoris indefinitè inſtituto, non ſolum illum ventrem, ſed alium ex eadem vxore inſtitutum intelligi, lib.4.cap. 15.num.25

Ventre vxoris inſtituto ſi prægnans eſſet, poſthumum ex eadem & alia vxore inſtitutum cenſeri, lib.4.cap.15.nu. 32.& 41

Ventre vxoris inſtituto ſi prægnans fuerit, de quolibet poſthumo inſtitutionem factam intelligi, libro4. cap.15. num.44

Ventre vxoris inſtituto, teſtatorem inſtituiſſe non ſolum naſcituros ex eadem vxore, ſed etiam ex alia præſumi, lib.4. cap.15.nu.27.& 31.

Ventrem, ſi ſine liberis deceſſerit, conditionem extinguere, ad ſubſtitutique excluſionem prodeſſe, lib.4.cap.15.num.1. idque extendi, num.8. declarari autem, nu.10

Ventrem ſine poſthumum inſtituere paria eſſe, lib.4.cap.15. nu.26. Sed nu.28. id in dubium reuocari.

Ventre vxoris inſtituto, ſi prægnans eſſet, poſthumum non ſolum ex eadem, verum etiam ex alia vxore inſtitutum cenſeri, etiam ſi teſtator grauiter fuiſſe infirmus, lib.4. cap.15.num.42

Ventris appellationem ad prægnantem referri, & quando. lib.4.cap.15.nu.30

Ventris dictionem generaliter ſumptam varias ſignificationes ex Andrea Alciato recipere, lib.4.cap.15.nu.36

Ventri in diuiſione hæreditatis tres partes aſſignari, lib.4. cap.15.num.22

Verba ab homine prolata ad iuris communis intelligentiam referenda eſſe, lib.3.cap.10.nu.52

Verba ad cogitatum reſtringenda eſſe, lib.5.cap.1.nu.105

Verba addita non ſemper ſenſum augere, lib.5.cap.1.nu.50

Verba aliàs fictionem denotantia, in ijs quæ iuris ſunt, veritatem ſignificare, lib.2.cap.16.nu.135

Verba aliàs improprietatem denotantia, in ijs quæ iuris ſunt veritatem oſtendere, lib.4.cap.15.nu.5

Verba aſſertiua partium in lege poſita diſpoſitionem non inducere, idque declarari, lib.5.cap.1.num.11

Verba à vulgaribus prolata debere groſſo modo intelligi, lib. 6.cap.17.nu.11

Verba directa ad ſenſum obliquum trahi, ſi de voluntate teſtatoris appareat, lib.1.cap.11.nu.19

Verba dubia per ſequentia & antecedentia declarari, lib.3. cap.10.nu.168

Verba generalia teſtatoris, ex veriſimili, Ne cenſeatur teſtator alienam agnationem propriæ anteponere, diſtingui, interpretarique, lib.1. cap.13. num.33

Verba iactatoria non diſponere, & nunquid fauore libertatis diſpoſitionem inducant, lib.1.cap.7.nu.23

Verba legis magis ad iuris ſignificationem, verba hominis magis ad factum, naturalemque rei ſtatum referri, lib.3. cap.1. num.66

Verba illa, in vita tantum, vel finita linea, verbis poſt mortem æquipollere, lib.1.cap.16.nu.24

Verba illa, donec caſtè vixerit, ex communi vſu loquendi interpretari, donec ad ſecunda vota non tranſierit, lib.3. cap.3.num.7

Verba in dubio in ſenſu naturali non ciuili fore intelligenda, lib.5.cap.7.nu.11

Verba in plurali dicta, ſi ex ijs abſurditas aliqua non reſultat, ſeu contrarium aliquod naturali, vel ciuili rationi, vel menti proferentis, vel iniuſtum, in ſingularem numerum ex Baldo reſolui, lib.6.cap.6.nu.9

Verba, in vita tantum, vel finita vita eorum, vt ſupra nominatorum, fauore ſubſtitutorum adiecta cenſeri, lib.1. cap.16.nu.37

Verba in teſtamentis, naturaliter ac propriè, non autem ficte aſſumenda eſſe, lib.2.cap.14.nu.34

Verba naturaliter, non autem ciuiliter aſſumenda eſſe, lib.2. cap.15.nu.17. Idque nu.21. ex Franciſco Aretino ac crebriori opinione intelligi.

Verba naturaliter non ciuiliter aſſumenda eſſe, lib.2.cap.12. num.48

Verba non tantum naturaliter, ſed etiam ciuiliter eſſe intelligenda; cum ciuiliter ſumpta eundem effectum habere videntur, lib.2.cap.16.nu.133

Verba per notarium in Latinum ſermonem redacta, vt vulgariter ruditerque ſumuntur, non debere interpretari atque accipi, ſed vt in Latino ſermone ſignificant, lib.6. cap.17.nu.13

Verba per teſtatorem vulgariter prolata, & à tabellione Latine conſcripta, quando ex communi loquendi vſu interpretationem recipiant, lib.2.cap.15.nu.44

Verba proprie accipienda eſſe niſi teſtantis voluntas repugnet, voluntatemque repugnare ex tribus colligi, lib.6. cap.12.num.56

Verba, ſine filijs legitimè natis, & de legitimo matrimonio deſcendentibus, idem importare, lib.2.cap.16.nu.181

Verba, ſine filijs, ex Baldo verbis, ſine liberis, æquipollere, lib.3.cap.10.nu.48

Verba ſecundum qualitatem perſonæ intelligenda eſſe, lib.3. cap.10.num.77

Verba teſtatoris ex communi vſu loquendi interpretari, lib. 2.cap.15. nu.43. Idque nu.44. diſtingui.

Verba teſtatoris in aliqua teſtamenti parte poſita, maximè in præcedenti, verba dubia in alia parte dubia eiuſdem teſtatoris enucleare, lib.3.cap.3.nu.12

Verba teſtatoris quemadmodum de iure communi intelligantur, debere intelligi: Hincque ad quæſtionem Pauli Caſtrenſis inferri, lib.2.cap.16.nu.154

Verba teſtatoris interpretari debere, vt naturalis ratio & ſanguinis neceſſitudo dictant, lib.1. cap.16. nu.2

Verba teſtatoris ſecundum communem vſum loquendi eſſe intelligenda, lib.3.cap.3.nu.8

Verborum diuerſitatem vbi idem eſt effectus aliquid operari non debere, lib.5.cap.1.num.51

Verborum ſonum in omni materia etiam ſtrictè interpretanda, non tantum valere vt melior ſenſu exiſtat, lib.6.cap. 14.num.9

Verbum commune in præcedentibus pro directo à teſtatore acceptum, in ſequentibus pro directo pariter eſſe accipiendum, lib.6.cap.14.nu.43

Verbum idem ad diuerſos relatum, diuerſimode interpretari: ſi illud uniformiter aſſumendo iuri communi derogetur, lib.2.cap.10.nu.10

Verbum nullum adeo vniuerſale, vel indiſtinctum eſſe, quin ex conſideratione debitarum circumſtantiarum debeat ciuiliter intelligi, lib.2.cap.16.nu.106

Verbum præteriti imperfecti, non ſolum præteritum, ſed futurum etiam comprehendere, idque explicari, lib.4. cap. 15.num.33

Verbum quod in pluribus temporibus verificari poteſt, in dubio ſecundum quòd caſus attulerit debere intelligi, lib.1. cap.12.nu.13

Veriſimile ex pluribus aſſumi, in proœm.cap.2.num.13. & nu.15. id ex Cicerone inſignius declarari.

Veriſimile in vltimis voluntatibus interpretandis admitti, lib.1. cap.13.nu.31

Veriſimile ita eſſe oportere pro eius validitate, vt nemo credere contrarium poſſit, in proœm.cap.2. nu.106

Veriſimile non eſſe, patris aſcendentem ipſius patris hæreditatem

itized by Google

Index rerum memorabilium.

ditatem fore conſequuturum, libro primo, cap. 10. numero 5

Veriſimile pro expreſſo haberi, lib. 1. cap. 13. nu. 32

Veriſimile vnum, pluribus veriſimilibus additum, plenam probationem conſtituere, in proœm. cap. 2. nu. 18

Veriſimilitudini eſſe ſtandum, in proœm. cap. 2. nu. 10

Veriſimilitudinem in cõtractibus attendi oportere, in proœm. cap. 2. num. 48

Veriſimilitudinem in obſcuris quæſtionibus pro veritate attendi, in proœm. cap. 2. nu. 1. Ex veriſimilique interpretationem præferri, nu. 16

Veriſimilitudinem magis quàm potentiam conſiderari, in proœm. cap. 2. nu. 5

Veriſimilitudinem naturæ amicam cognatamq. eſſe, in proœ. cap. 2. num. 6

Veriſimilitudinem pro lege haberi, in proœm. cap. 2. nu. 8

Veriſimilitudinis definitionem attendi, in proœm. cap. 2. numero 12

Veriſimilitudinum gradus conſiderari, maioremque minorem tollere, ac illud veriſimilius dici, quod magis iuri conſonet & rationi, in proœm. cap. 2. nu. 17

Veriſimilium cognitionem arbitrio Iudicis relinqui, ipſumque veriſimilia iuri communi magis conſona ſequi debere, in proœm. cap. 2. nu. 34

Veritati præſumptionem cedere, lib. 2. cap. 16. nu. 96

Veritatis viam ex fictione non deleri, lib. 2. cap. 15. nu. 8

Verò, dictionem, aduerſari eadem qualitate attenta, lib. 4. cap. 6. nu. 2. Idque nu. 4. declarari.

Videtur, verbum, in definitionibus appoſitum non reperiri, lib. 4. cap. 15. nu. 3

Videtur, verbum, improprietatem denotare, lib. 4. cap. 15. num. 2. Sed ſecundum ſubiectam materiam proprietatem quoque ſignificare poſſe, nu. 4

Videtur, verbum, præſumptionem quoque demonſtrare, lib. 1. cap. 3. nu. 8

Videtur, verbum, præſumptionem ſæpe ſignificare, lib. 4. cap. 15. nu. 6

Viduam etiam propter oſculum luxurioſum dote priuari, lib. 5. cap. 13. nu. 75. Et quamuis multi contradixerint, primam tamen ſententiam crebriorem eſſe, vt nu. 76. opinionemque diſtinguentem non admitti.

Vincentium de Franchis Sacri Regij Neapolitani Conſilij Præſidentem laudari, lib. 3. cap. 10. nu. 90

Viri & vxoris nexum inextricabilem oſtendi, lib. 3. cap. 10. num. 36

Virtutem nihil imperfecti tolerare, lib. 5. cap. 5. nu. 45

Viuere centum annis quemuis non præſumi: Sed tempus centum annorum longiſſimum vitæ hominis ſpacium eſſe, lib. 4. cap. 5. nu. 17. & 18

Vitam alleganti agendo, vel excipiendo, onus probandi ſpectare, lib. 4. cap. 5. nu. 20

Vitam communem cum alijs dicentem, ſentire eandem in legibus debere diſciplinam, lib. 5. cap. 10. nu. 62

Vitam contemplatiuam actiua celſiorem eſſe, lib. 5. cap. 1. num. 23

Vitam militiam omnis eſſe feudi ac loco portionis, lib. 5. cap. 6. num. 19

Vitam ſine filijs orbitati comparari, in proœm. cap. 1. nu. 28

Vlpianum Iuriſconſultum in militis etymologia à Franciſco Connano notari, lib. 1. cap. 14. nu. 9

Vtinam diſpoſitionem ad caſum omiſſum porrigi, de quo ſi teſtator interrogatus fuiſſet, idem veriſimiliter diſpoſuiſſet, in proœm. cap. 2. nu. 58

Vnam eandemque rem diuerſo iure cenſeri abſurdum non eſſe, quando diuerſa eſt ſubiectorum ratio & qualitas, tunc que vnam determinationem, prout vnicuique competit determinare, lib. 3. cap. 1. nu. 181

Vnionis ratione, vnum alterius naturam de iure communi, non autem ſpeciali & extraordinario impreſſam aſſumere, lib. 1. cap. 12. nu. 21

Vnitatem ſermonis aliquando præſumptæ menti teſtatoris præferri, lib. 3. cap. 10. nu. 169

Vniuerſalem propoſitionem per vnum tantum falſificari. lib. 6. cap. 7. nu. 10

Vnum determinabile plura determinabilia reſpiciens debere illa pariformiter determinare, lib. 1. cap. 12. nu. 14

Vocatum cenſeri per ius accreſcendi venientem, non minus ac ſi charactere litterarum ſcriptus eſſet, lib. 3. cap. 12. num. 35

Volo, verbum, cum ad fauorem perſonæ veriſimiliter dilectæ profertur, diſpoſitionem inducere, lib. 1. cap. 7. nu. 13

Volucres nidos ſuos tanquam genitales toros concorditer defendere, in proœm. cap. 1. num. 4

Voluntate hominis obſcurius reperiri nihil, in proœm. cap. 2. num. 61

Voluntatem mentemque teſtatoris tripliciter à lege ſecundum Ioannem Petrutium de Monte Sperello, & Benedictum Capram illuſtres Doctores Peruſinos interpretari, lib. 3. cap. 6. nu. 21

Voluntatem teſtatoris ex propria verborum ſignificatione decerpi, lib. 2. cap. 16. nu. 127

Voluntatem teſtantis in ſpecie habens, illam in genere habenti præferri, etiam ſi poſterior gradu exiſtat, lib. 3. cap. 3. nu. 11

Voluntatem teſtantis in mente retentam, attendendam non eſſe, diſpoſitiueque non apparentem, lib. 3. cap. 10. nu. 9

Voluntatem teſtantis plurimũ ex veriſimili diſtingui, exemplaque afferri, in proœm. cap. 2. nu. 54

Voluntatem teſtantis ob eius negligentiam non ſuppleri, lib. 3. cap. 6. num. 25

Voluntatem teſtatoris conditiones moderari, lib. 2. cap. 1. num. 11

Voluntatem teſtatoris in dubio ſic interpretari, vt eius animæ ſaluti propitia ſit, lib. 1. cap. 20. nu. 5

Voluntatem teſtatoris circa principaliter ac directe ordinata ſpectari, nec culpam emergentem nocere, lib. 3. cap. 16. num. 15

Voluntatem teſtatoris duobus modis interpretari poſſe, vno modo quòd ita ſenſerit, altero quòd ſi cogitaſſet ita veriſimiliter diſpoſuiſſet, lib. 3. cap. 1. num. 141

Voluntatem teſtantis in fideicommiſſis dominari, legemque teſtantis mentem proſequi, non è conuerſo, lib. 3. cap. 1. num. 27

Voluntatem teſtantis pro lege ſeruandam eſſe, lib. 2. cap. 2. num. 16

Voluntatem tacitam ex coniecturis elicitam in vltimis voluntatibus ſicut expreſſam obſeruandam fore, lib. 3. cap. 1. num. 28. & 30

Voluntate teſtantis inſpecta à verborum proprietate recedi, voluntateque ceſſante ad ipſam verborum proprietatem recurri, lib. 6. cap. 7. nn. 19

Voluntatis mutationem non ſolum incontinenti, ſed nec ex interuallo temporis præſumi, lib. 5. cap. 2. nu. 74

Voluntatis, verbo, libram voluntatem ſignificari, lib. 2. cap. 16. num. 75

Votum parentum erga liberos non minus erga naturales accendi, lib. 1. cap. 10. nu. 13

Vouentem ingredi Religionem, ſi ante profeſſionem exeat, voto nequaquam liberari, lib. 5. cap. 2. nu. 37

Vrſas cerua ſq. prudentes ad ſobolem tuendam eſſe, in proœm. cap. 1. num. 5

Vſumfructum bonorum aduentitiorum adoptiui filij, non ad extraneum adoptiuum patrem, ſed naturalem ſpectare, lib. 2. cap. 12. num. 54

Vſufructu fundi vxori relicto, ſi caſte & vidua vixerit, poſtque eius mortem fundo Titio relicto, vxore ſecundo nubente,

Digitized by Google

Index rerum memorabilium.

bente, morte aliter non expectata fundum Titio ex mente verisimili deberi, in proœm. cap. 2. nu. 59

Vsuram durius in datione in solutum, quàm in contractu in quo pecunia numerata intervenerit exerceri, lib. 5. cap. 12. nu. 89. & 90

Vsurarium contractum ex duobus, modicitate inquam pretij & pacto de retrouendendo argui multos censuisse, lib. 5. cap. 12. num. 79. Alios autem duo non sufficere, sed tria requiri pactum, modicitatem, fœnerandique consuetudinem, nu. 80. Sed nec tria sufficere, plerosque opinatos fuisse, borumque opinionem à Corneo acerrimè impugnari, num. 82. Negocium que istud Iudicis arbitrio relinqui, quarto loco Doctores credidisse, nu. 83. Sed resolutionem afferri, nu. 91. ibique distingui.

Vsurarium contractum ex pacto de retrouendendo & modicitate pretij non præsumi, vbicunque tempore celebrati contractus actum non fuisset expressè, nec tacite de retrouendendo, sed deinde ex intervallo, lib. 5. cap. 12. nu. 92. Sed hanc opinionem tutam non esse aliquos existimare, nu. 93. & proinde aliam coniecturam requiri, nu. 94

Vsurarium contractum ex coniecturis argui, coniecturasque remissiue indicari, lib. 5. cap. 12. nu. 77

Vsurarium manifestum sine cautione de qua in cap. quamuis, de vsur. in 6. testari non posse, lib. 5. cap. 12. num. 69. Nec etiam codicillari, vt ibi.

Vsurarium manifestum sine dicta cautione, nec ad pias causas testari posse, lib. 5. cap. 12. nu. 70. Hoc tamen nu. 71. declarari.

Vsurarius manifestus quis dicatur varie explicari, lib. 5. cap. 12. nu. 75. sed nu. 76. firmam resolutionem afferri.

Vterum ad sui fauorem pro nato haberi, lib. 2. cap. 18. nu. 13. Idque ex æquitate intelligi, nu. 14

Vterum, suum non dici, neque hominem antequam nascatur, lib. 4. cap. 15. nu. 17

Vulgarem substitutionem effectus suitatis quo ad transmissionem non tollere, si cum fideicommissaria vnita reperiatur, lib. 3. cap. 12. nu. 31

Vulgarem substitutionem expresso vno casu, ad alios non porrigi, quando in illo casu dictio tunc expresse apponeretur, lib. 4. cap. 2. nu. 6

Vulgarem substitutionem instituti suitatem quo ad transmissionem aliosque suitatis effectus enervare, lib. 1. cap. 12. num. 30

Vulgarem substitutionem vti directam, fideicommissaria digniorem esse, lib. 1. cap. 12. nu. 17

Vulgarem tacitam substitutionem in pupillari comprehensam ex coniectura voluntatis tolli, lib. 1. cap. 4. nu. 8

Vulgariter, verbum, ab imperito substituente prolatum, non debere intelligi prout speciem dicit substitutionis ab alijs distinctam, lib. 6. cap. 7. nu. 8

Vulgo conceptos in tantum ex subsequenti matrimonio non legitimari, vt procedat etiam sequuta parentum certioratione, lib. 2. cap. 16. nu. 109

Vulgo conceptos ex subsequenti matrimonio non legitimari: Idque iure canonico inspecto adhuc verum esse, lib. 2. cap. 16. nu. 106. & 107

Vulgo conceptos quantumuis legitimatos substitutum non excludere, lib. 2. cap. 16. nu. 108

Vulgo quæsitis parentum certiorationem ad substituti præiudicium non prodesse, sed ad parentum solum præiudicium, non cessante, respectu substitutorum, fraudis commento, lib. 2. cap. 16. nu. 110

Vulneratum & ad mediam inde horam mortuum, sanæ mentis non fuisse ad testamentum conficiendum, in conflictu testium Medicis excellentibus fore credendum, lib. 4. cap. 8. num. 47

Vt, dictionem, modificatiuam vel exemplicatiuam esse, lib. 1. cap. 6. num. 6

Vt & donec, dictiones, interdum conditionem ostendere, in proœm. cap. 3. nu. 31

Vt supra, verba, esse repetitiua præcedentium cum omnibus suis qualitatibus, lib. 1. cap. 16. nu. 6

Vxore domina & vsufructuaria relicta filijs extraneisque institutis, in parte extranei esse mulierem ipsam vsufructuariam, à filijs autem alimenta tantum habere, lib. 1. cap. 12. nu. 16

Vxorem ad fiscum excludendum vbi omnis parentum, liberorumque, seu propinquorum legitima ac naturalis successio deficit, succedere, lib. 2. cap. 19. nu. 6

Vxorem cum viro propinquitatem aut affinitatem propriè non habere, licet de viri familia sit, in eiusque potestatem quo ad debitum carnis tantum transire, lib. 6. cap. 19. nu. 7

Vxorem de viri familia censeri etiam dissoluto matrimonio viduitate perdurante, radijsque mariti coruscare, lib. 3. cap. 1. num. 200

Vxorem eandem carnem cum viro cẽseri, inter eos etiam copulationem Diuini ac humani iuris esse, verioremque & indissolubilem, ac maiorem quàm ecclesiæ ad alteram ecclesiam, lib. 2. cap. 19. nu. 3

Vxore fiduciaria hærede instituta, dispositionem l. cum auus, procedere, lib. 1. cap. 8. nu. 2

Vxore filio substituta, conditionem ex l. cum auus, adhuc subintelligi, lib. 1. cap. 8. nu. 20. & 32

Vxore instituta deque restituendo grauata, l. cum auus, conditionem non subintelligi, lib. 1. cap. 8. nu. 1

Vxorem in viri personam ius quoddam habere, lib. 2. cap. 19. num. 5

Vxorem iugalem dici, interque coniuges commixtam familiam ac vnam domum esse: vxoremque à testimonio contra virum repelli, lib. 2. cap. 19. nu. 4

Vxorem maritumq. ab intestato inuicem antiquo iure succedere, parentum, liberorum, seu propinquorum omni legitima, vel naturali successione deficiente, fisco excluso, lib. 1. cap. 8. num. 34

Vxorem nõ magis filijs à testatore diligi, lib. 1. cap. 8. nu. 31

Vxore relicta domina & vsufructuaria, licet descendentibus institutis ex Bulgari consuetudine alimenta tantum debeantur, ascendentibus tamen institutis secus iudicari, lib. 1. cap. 9. nu. 26

Vxore relicta vsufructuaria, instituto filio & extraneo, respectu filij legatum ad alimenta restringi; quo verò ad extraneum totum vsumfructum deberi, lib. 2. cap. 10. nu. 18

Vxorem trib. modis antiquitus fuisse habitã, lib. 1. c. 8. nu. 27

Vxori cum viro litiganti & suas dotes repetenti, alimenta lite pendente deberi, lib. 5. cap. 6. nu. 18

X

XENOPHONTIS *ac Platonis æmulationem indicari, lib. 3. cap. 5. num. 8*

FINIS.

Digitized by Googl

COMMENTARIORVM
PRAECLARISSIMI
IVRISCONSVLTI
D. IOSEPHI DE RVSTICIS
PATRICII AQVILANI,

Ad l. cum auus, de conditionibus & demonſtrationibus.

PROOEMIVM.

HYPOTHESIS.

Parentum amorem erga filios naturalem eſſe & maximum, Iuriſconſultorum atque aliorum autoritatibus, variisque exemplis explicari, inde etiam plures notabiles effectus conſurgere: paternamque pietatem naturali vi in parentes ipſos reflecti, nec minori ardore filios ad illam exercendam incendi.

SVMMARIVM.

1 *Immortalitatis deſiderium hominibus inſitum, prolis ſubrogatione propagationeque leniri.*
2 *Natura nihil aquè inſitum haberi, quàm aliud quale eſt parere.*
3 *Bruta ſobolis ſtudio amoreque cruciari.*
4 *Volucres, nidos ſuos tanquam genitales toros eam corditer defendere.*
5 *Urſas, ceruasque prudẽtes ad ſobolem tuendã eſſe.*
6 *Canes erga natos, amore ardentes videri.*
7 *Perdices ac coturnices in pullis cuſtodiendis magna vigilantia vti.*
8 *Apes in progeniem dulcedine niti.*
9 *Philomela planctũ, Tigridisque rigorem ob amiſſos filios indicari.*
10 *Parentes amare filios, tanquam aliquid ſui exiſtentes.*
11 *Filiorum amorem nauſeam non inferre neque ſatietatem, ſanitatique in hoc comparari.*
12 *Filiorum amorem ſuaui quadam dulcedine conſiſtere.*
13 *Patrem dulcedine filiorum ad pietatem inflecti.*
14 *Filiorum abſentiam grauem eſſe, reditum verò ſuauem.*
15 *Patrem aduẽtu filij ob nimiam latitiã occubuiſſe.*
16 *Cohabitationem inter patrem & filium praſumi.*
17 *Patris effigiem, filij etiam cenſeri.*
18 *Patris vocem, filij eſſe arbitrari.*
19 *Patris & filij perſonam, eandem exiſtimari.*
20 *Errare in nomine filij, vt in nomine proprio abſurdum eſſe.*
21 *Adoptionis arrogationisque originem afferri.*
22 *Patrem vigilem eſſe vt filij gloria ac honori incumbant.*
23 *Maiorum virtutes filijs parentes inſinuare vt ad gloriam accendantur.*
24 *Prolem ſequi genitorem, & ſimiles eſſe.*
25 *Prolis vultatem à matribus ſapè generari.*
26 *Manſuetudinem & pietatem, effectus paterni amoris dijudicari.*
27 *Patrem odio propriam vitam propter filios habere.*
28 *Vitam ſine filijs orbitati comparari.*
29 *Ciuem filios habentem, diligere ciuitatem praſumi, alijsque decurionibus filios non habentibus preferri.*
30 *Filios habentem praſumi in patria remanſurum, filiosque pro patria procreare.*
31 *Patrem in filium magis quàm in ſe ipſum terreri.*
32 *Filios ob felloniam patris puniri, vt hoc exemplo pœnaque formidine in filios, patres ſcelus hoc nõ incurrant.*
33 *Filiorum defenſionem neceſſariam cenſeri: proque eorum ſalute patrem precioſiora erogaturum.*

Digitized by Google

34 *Patrem pro liberis verum consilium capere.*
35 *Patrem solicitum esse de filiorum salute.*
36 *Leges omnem patris atrocitatem erga filium execrari.*
37 *Patrem non excusari ne filijs curator detur.*
38 *Patrem administrantem & transigentem cum filia, ipsam exceptione aduersus pactum insurgentem submoueri.*
39 *Interpretationem latam fieri in patris liberationem.*
40 *Praterem ad consentiendum patri proniorem esse debere.*
41 *Filium à patre castigari posse iure patriæ potestatis, si pietatem debitam non agnoscat, interdictumque ei competere pro filio exhibendo deducendoque.*
42 *Patrem propria autoritate, fugientem filium capere.*
43 *Filijs honores paternos dignitatesque transferri.*
44 *Liberis omnia quæ nostra sunt nos ex voto parare.*
45 *Patrem usufructu uentem, votum habere ad filios suas res peruenturas fore.*
46 *Episcopos suis liberis, bona quæ pro animarum salute ecclesijs offeruntur, non posse transferre.*
47 *Patrem abominari, filios ac nepotes sibi non succedere.*
48 *Hæreditatem parentum liberis naturali ratione legem adjicere, eosque uelut ad debitam successionem uocare.*
49 *Dominij continuationem in liberos appellari.*
50 *Hæredem habuisse intelligi, qui suum hæredem licet abstinentem reliquit.*
51 *Patri filiũ successisse præsumi, in eaque successione creditorem uocari.*
52 *Nobilitatem inopia sordescere, & propterea testatores suæ agnationi prouidere.*
53 *Senectuti paternæ prolem solatio remanere.*
54 *Patrem de pietate filij certum esse.*
55 *Crasi filij exemplum amoris erga patrem.*
56 *Ciconiam senio confectos parentes alere, alisque fouere.*
57 *Antipelargia.*
58 *Pelargici nomi.*
59 *Ciconiam in regijs sceptris sculptam in summo fuisse, in infimo Hippopotamum.*
60 *Aeneam pietatis paternæ imaginem ferre.*
61 *Paternum honorem religione fundari.*
62 *Patrum conscriptorum originem ostendi.*
63 *Patrem tria filijs tribuere.*
64 *Parentibus magis quàm dominis obediendum.*
65 *Parentes alere quibus ex causis teneamur.*
66 *Statuto dictante bannitum posse impunè occidi, de patre bannito non intelligi.*
67 *Parricidij crimen nefarium esse atque horrendũ.*
68 *Parricidarum supplicium.*
69 *Orestis gloriam exprimi, Aegisti patris mortem ulciscentis.*
70 *Paternam pietatem naturali ui resilli.*
71 *Andream Tiraquellum Parisiensem eminentissimum Iurisconsultum supplendi occasionem auferre posteris studuisse.*

CAP. I.

ALIORVM exemplo, qui nostræ similem finitimamque materiam pertractarunt, de parentum in liberos amore multa præfari cõpellerer, licetque ex meo genio, omnis prologi ornatus veluti superfluus contemnendus foret, ne in re suapte natura hominibus insita demonstranda, contercre tempus viderer, receptum tamen institutum penitus non abhorrens, non multa sed pauca de paterna pietate exordiar: Summis itaque viribus, Themistio authore lib. 2. de anima, cap. 14. natura nititur, vt se ad effigiem quandã, imaginemque immortalitatis & diuinitatis componat, atque in hanc curam & quantum potest, & qua ratione potest, semper
1 incumbit: valet autem † vno tantum genere, quod in propagatione subrogationeque sobolis continetur: vt quando nullum caducũ & dissipabile, idẽ numero subsistere obmanereque semper potest, ortu vicario mortalitati succurrat, nec quicquam ipsum perpetuò stat, sed viuit æuumque protendit in simili, nec idem numero cernitur sed specie, tanquam subcenturiãte reficiẽteque aliud ex alio semper natura, nascentiumque forte obitorum sedes explẽte; viuis omnibus istud maximè conueniens natu-
2 raleque est, nihil enim natura æquè insitũ † habetur, quàm aliud quale est parere, vt animans animantem procreet, procreando perennet, perennando Diuinæ naturæ particeps fiat: cuius desiderio tenentur omnia quantum cuique
3 est satis, hoc bruta studio † anguntur, labores & pericula subeũt, sobolisque amore quasi insaniunt, dum procreationi incumbunt, custodiæ ac defensioni inuigilant, educationi insudant, l. 1. de iustit. & iur. ante fin. quod nobis Cicero lib. 2. de natur. Deorum clarius ostendit. Quid dicam quantus amor bestiarum sit in educãdis custodiendisque ijs quæ procreauerunt, vsque ad eum finem dum possint se ipsa defendere? & si pisces (vt aiunt) oua cum genuerunt relinquunt, facilè enim illa aqua & sustinentur & fœtum fundunt: testudines autem & crocodilos, dicunt cum in terra partum ediderint, obruere oua, deinde discedere, ita & nascuntur & educantur ipsa per sese: iam gallinæ auesque reliquæ & quietum requirunt ad pariendum locum, eumque quàm possunt mol

lissimè

liſſimè ſubſternunt, vt quàm facillimè oua ſeruentur, ex quibus pullos cũ excluſerint ita tuentur, vt pennis foueant ne frigore lædantur, & ſi eſt calor à ſole ſe opponant, cum autem pulli pinnulis vti poſſunt, tum volatus eorum matres proſequuntur, reliqua cura liberantur. idemque naturale in brutis ſtudiũ alibi ipſe Cicero in lib. de Amicitia exprimit, Quod quidem, inquit, quale ſit, etiam in beſtijs quibuſdam animaduerti poteſt, quæ ex ſe natos ita amant ad quoddam tempus, & ab eis ita amantur, vt facilè appareat ſenſus. & pro Sexto Roſcio Amerino, Cum etiam feras inter ſeſe partus, atque educatio, & natura ipſa conciliet. vnde Lactantius, Volucres penè omnes faciunt
4 matrimonia, & paria iungũt, & nidos ſuos † tanquam genitales toros concordi mente defendunt, fœtus qui certi ſunt, amant, ſi alienos obieceris abigunt. Vrſæ igitur, vt Ariſtoteles de hiſtor. animal. lib. 9. cap. 6. ſcribit, cũ fugiunt,
5 ſuos catulos † propellũt, ſuſceptosque portant, nec minori prudentia in pullis edendis tuendisque cerua vtitur, vt Ariſt. eod. lib. c. 5. meminit. Ferarum quadrupedum Cerua maximè præſtare prudentia videtur, tum quia circa ſemitas pariat, quo ſcilicet beluæ propter homines minus accedunt, tum etiam quia cum pepererit inuolucrum primũ exedit, mox ſeſelim herbam petit, quam cum ederit, redit ad prolem: præterea hinnulum ducens in ſtabula, aſſuefacit quo refugere debeat, ſaxum hoc eſt abruptum vno aditu, quo loco eam ſi quis inuadit expectare repugnareque affirmant, de eadẽ Homerus Iliad. lib. 11. ſic loquitur.

Ὡ̓ς δ̓ ἢ λέων ἰλαφοιο ταχείης νήπια τέκνα
Ρ̓ηϊδίως ξυνάιξε, λαβὼν κρατεροῖσιν ὀδοῦσιν
Ἐλθὼν ἐξ ὀνύχων, ἀπαλὸν τέρεν ἦτορ ἀπηύρα.
Ἠ δ̓ ἢ τ̓ἐν τρητῷ τύχησι μάλα σχεδόν, ἠ δυναταίσφιν
Χραισμεῖν αὐτῇ ἀμῦναι ὑπερφόιος ἀνὸς ἱκάνει.
Καρπαλίμως δ̓ ἤϊξε διὰ ῥωμὴν πυκνὰ ἔ ὕλην
Σπεύδουσ̓, ἱδρώουσα κραταιῇ θηρὸς ὑφ̓ ὁρμῇς.

Sicut autem Leo Cernæ velocis parvulos catulos
Facilè confregit, arripiens ſolidis dentibus,
Veniens ad luſtrum, teneramque ipſis cor abſtulit:
Illa verò quamuis adſit valdè propè, non poteſt ipſis
Opitulari: ipſammet enim tremor vehemens ſubit:
Confeſtim autem ruit per querceta denſa & ſylvam.
Feſtinans, ſudans, potentis fera ab impetu.

6 qui canis amorem in eius prolem, verius † ardorem, hoc modo alibi Odiſſeæ lib. 20. indicauit,

Ὡ̓ς δ̓ ἢ τε κύων ἀμαλῆσι περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα
Ἀνδῤ ἀγνοιήσασ̓ ὑλάει μίμονέ τε μάχεσθαι.

Sicut autem canis teneros circum catulos iens,
Virũ ignorans latrat, & eſt prompta ad pugnandũ.

de volucribus etiam ad Mecœnatem Horatius

Vt aſſidens implumibus pullis auis,
Serpentium allapſus timet,
Magis relictis, non vt ſit auxilij
Latura plus præſentibus.

7 ipſarum perdicem in pullis vigilem † eſſe affirmat Ariſtoteles d. lib. 9. de hiſtor. animal. cap. 8. Cum enim ad nidum quis venando acceſſerit, prouoluit ſeſe perdix ante pedes venantis, quaſi iam poſſit capi, atque ita allicit ad ſe capiendum hominem, eo vſque dum pulli effugiant, tum ipſa auolat & reuocat prolem. Nec minori verſutia in ouis præſeruandis perdicem ipſam vti, d. cap. 8. teſtatur, Et ſi ab homine, inquit, viſa eſt, ita ſe ab ouis aſtutè quemadmodum à pullis ſubtrahit, labans ante hominis pedes dum dimoueat. Coturnices etiam & perdices nec eodem in loco & pariunt & incubant, ne quis locũ percipiat longioris temporis mo-
8 ra; & de Apibus † ſic Virgil. lib. 4. Georgic.

Hinc neſcio qua dulcedine late,
Progeniem nidosque fouent, hinc arte recentes
Excudunt ceras, & mella tenacia fingunt.

ſic etiam de turture, Dauid rex inclytus Pſalm. 83. canebat, Etenim paſſer inuenit ſibi domũ, & turtur nidum ſibi, vbi reponat pullos ſuos. quàm autem ingenti dolore volucrum aliquæ raptis pullis crucientur, apud eundem Virgi-
9 lium d. lib. 4. Georgic. Philomelæ † pulchrum extat exemplum,

Qualis populea mœrens Philomela ſub umbra,
Amiſſos queritur fœtus, quos durus arator,
Obſeruans nido implumes detraxit, at illa
Flet noctem, ramisque ſedens miſerabile carmen
Integrat, & mœſtis latè loca quæſtibus implet.

de Tigrideque ita Claudianus de raptu Proſerpinæ ait,

Ardnus Hyrcana quatitur ſic matre Nyphates,
Cuius Achemonio Regi Indibria natos
Auexit tremebundus eques, fremit illa marito,
Mobilior Zephyro, totamque virentibus iram
Diſperſit maculis, nimiumque hauſtura profundo
Ore virum, vitreæ tardatur imagine formæ.

vt Statij de leena raptis filijs carmina prætereã, quem Ludouicus Areoſtus imitatus ad furentem vrſam leenæ exemplum vertit. Sed quamuis cæteris animantibus ſimplici quodam naturæ inſtinctu in prolem affectio inſit, homini cui immortalitatis deſiderium firmiter ac tenaciter infixum eſt, nihil ei vnquam filiorum propagatione & amore fuit proprius, aut delectabilius, d. l. 1. de iuſtit. & iur. ante fin. ſpiritali nanque potentia, vt Leo in dialogis de Amore, 1. & 3. inquit, principalique delectatione ſimplicem appetitum tranſcendente filios optat, quodque phãtaſia ac cogitatione reuoluit, voluntate rationalis mentis vt naturæ non errantis regimine ſuffulta, ſui ſimilem ſucceſſionem obtinet, hocque Ariſt. Ethic. 8. breuibus illis
10 verbis conſtrinxit, Parentes † amant filios, tanquam aliquid ſui exiſtentes, filij verò parentes,

tes,vt ab illis aliquid exiſtẽtes. licetque prolis amor & ſtudium in brutis, certo tantum tempore vigeat ac terminetur, hominis in liberos amor immẽſus, admirabilis,continuoque ſubcreſcens eſt, ex eiuſdem Ariſtotelis lib. 3. de generatione animal. cap. 2. ſententia, Amor, & charitas, in prolem etiam adultam ſeruatur ab homine. cum etenim in liberos hominis delectatio ab alijs rebus delectabilibus valdè diſtet,
11 cum ſuſcipiuntur † faſtidium, exoſamque ſatietatem nõ inferunt,in hocque ſanitati comparãtur: ipſis ergo progenitis amantur, efficacique cura ac diligẽtia,ob inſiſtens & propriũ immortalitatis deſiderium conſeruantur: quod Calliſtratus lib. ij. Quæſt. in l. liberorum, §. fin. de verb. ſign. his verbis prodidit, Præter hæc omnia, natura nos quoque docet parentes pios, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt, filiorum appellatione omnes qui ex nobis deſcendunt contineri,neque enim dulciori nomine poſſumus nepotes noſtros quàm filij appellare, etenim idcirco filios filias ve concipimus atque edimus, vt ex prole eorũ carumve, diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus. cui non immeritò Andr. de Iſern. in cap. 1. §. & ſi libellus, ante num. 15. tit. de alien.feud. paterni,& Stephan. Forcat. in auiar. iuris. cap. 2. nume. 1. aſſentiuntur. Cumque erga filios delectatio honeſta ſit, cõtinui amoris proprietatem habet, quæ in rebus honeſtis inuenitur, vnde Cicero in Oratione poſt reditum ad Quirites, Tamen ſi mihi tranquilla & pacata omnia fuiſſent, incredibili quadam & penè diuina, qua nunc veſtro beneficio fruor, lætitiæ uoluptate caruiſſem, quid dul-
12 cius † hominũ generi à natura datũ eſt, quàm ſui cuique liberi? mihi verò & propter indulgẽtiam meam, & propter excellens eorum ingenium uita ſunt mea chariores. & Macrobius in procem. Saturn. Multas uariasque res Euſthati fili in hac uita nobis natura conciliauit, ſed nulla nos magis, quàm eorũ qui è nobis eſſent procreati charitate deuinxit; ſique ſoboles brutis animantibus dulcis eſt, ut ijs Vergilij lib.3. Georgic. uerſibus comprobatur

Nec tibi fœta,
More patrum, niuea implebunt mulctralia vacca
Sed tota in dulces conſument vbera natos.

rurſus idem Georgic. lib. 1.

Tum liquidas corui preſſo ter gutture voces,
Aut quater ingeminant: & ſæpè cubilibus altis,
Neſcio qua prater ſolitum dulcedine læti,
Inter ſe ſolijs ſtrepitant, imbresque ſequaces,
Progeniem paruam, dulcesque reuiſere nidos.

quanto hominibus dulciores ſunt,ſuauiores,& amabiliores? nulla certè maior ſuauitas, ipſorum dulcedine reperitur, qua iram temperãt homines, eiusque efficaci virtute mites efficiũtur atque flectuntur: hinc Auguſt. medit. c. 5. Quid dulcius,quàm genitorem in nomine vni-
13 geniti inuocare, patrem † in recordatione filij ad pietatem inflectere,reges chariſſimæ ſobolis recordatione mitigari? ſic enim ſolent rei carceribus eripi,ſic commancipati vinculis liberari, ſic triſtem accipientem ſententiam capitis, non ſolum abſolui, ſed inſuper nanciſci inſolitam gratiam, dummodo iratis principibus dilectæ prolis intimauerint charitatem: ſic delinquentes ſeruuli euadunt ſupplicia,dum pro eis interuenit dulcedo filiorum. & Criſpus Saluſtius Amiterninus, in epiſt. Catilinæ ad Q. Catulum, Nunc Oreſtillam tibi commendo, tuæque fidei trado,eam ab iniuria defendas per filios tuos rogatus. & alibi de Bello Iugurt. in Adherbalis peroratione, Nunc quoniã neque viuere libet, neque mori licet ſine dedecore, P. C. oro vos, per liberos atque parentes veſtros, per maieſtatem Populi Romani, ſubuenite mihi miſero. ob ipſorumque abſentiã, vt langue-
14 mus, † ac cruciamur, quod experientia ſatis compertũ eſt,& in Andria Terentius explicat,

Nam mihi quidem augeſcit magis
De filio ægritudo, & quanto diutius
Abeſt, magis cupio tanto, & magis deſidero.

ita ex aduentu animus exultat, ac reuiuiſcit, proinde Homerus Odiſſeæ lib. 16.

Ὡς δὲ πατὴρ ὃν παῖδα φιλοφρονέων ἀγαπάζει
Ἐλθόντ' ἐξ ἀπίνης γαίης δεκάτῳ ἐνιαυτῷ,
Sicut autẽ pater ſuum filiũ benevolus amplectitur,
Venientem ex longinqua terra decimo anno.

& iterum Odiſſeæ lib. 17.

Δεξάμενος δέ μ' ἐπεῖνος ἐν ὑψηλοῖσι δόμοισιν,
Ἐνδυκέως ἐφίλει ὡσεί τε πατὴρ ἑὸν υἱὸν
Ἐλθόντα χρόνιον νίον ἄλλοθεν, ὃς ἐμὶ κεῖνος
Ἐνδυκέως ἐκόμιζε σινὴ ἀσι κυδάλιμοισι.

Suſceptum autem me ille in altis domibus,
Accuratè dilexit, tanquam pater ſuum filium,
Venientẽ longo poſt tẽpore nuper aliũde, ſic me ille,
Studioſè curauit cum filijs glorioſis.

cõtigiſſeque fertur,in reditu filij,patrem ob ni-
15 miam lætitiam † occubuiſſe, vtque multorum exempla prætereã, illud ex Paulo Iouio lib. hiſtor. 45. oſtendam, Recepto, inquit,adoleſcente Barbaruſſa filio Sinæ fortiſſimi viri Solimani præfecti triremium ab Appiano in captiuitatem detento,cum adoleſcentem honoris cauſa ſeptem triremibus præfeciſſet, ſic vt poſtea mitteretur tanquam poſtliminio redditus ad patrem Sinam, vſque ad Suetiam, rubri maris portum Memphi vrbi propinquiſſimum, qui antiquitus Arſinoes fuit, ibi enim Sinas propter naualis diſciplinæ peritiam, magnumque vſum in re militari, ædificandæ adducendæque in Indiã claſſi aduerſus Luſitanos à Solimano fuerat præpoſitus; Verum ſenex inexpectatã ſingularemque ex recepto filio lætitiam

diù

diù ſuſtinere non potuit,quum præ gaudio,ſupremum animæ deliquium incurriſſet. cui ſimile eſt ab Aulo Gell. noct. Attic. lib. 3. cap. 15. ex Romanorum annalibus traditum,qua enim tempeſtate apud Cannas exercitus Pop.Rom. cæſus eſt, anum matrem nuntio de morte filij allato, luctu atque mœrore affectam fuiſſe, ſed is nuntius mendax fuit, atque is adoleſcens nõ diù poſt ex ea pugna in Vrbem redijt, anus repente filio viſo, copia atque turba,& quaſi ruina incidentis inopinati gaudij oppreſſa, exanimataque eſt; vbi Rhodij etiam Diagoræ celebre aliud exemplum recenſet,is enim tres filios adoleſcentes habens, vnum pugilem, alterum pancratiaſtem, tertium luctatorẽ, eosque omnes cum vidiſſet vincere, cononarique eodẽ olympiæ die, cumque ibi eum tres adoleſcentes amplexi coronis ſuis in caput patris poſitis ſuauiarentur, cumque populus gratulabundus flores vndique in eum iaceret, ibi in ſtadio inſpectante populo, in oculis atque in manibus filiorum animam efflauit.Nimirum ſi inter patrem
16 & filium † cohabitatio præſumatur, Car. Rui. conſil. 50. In quæſtione, num. 17. lib. 1. vtque ad Ariſtotelem redeam, qui rationabile paterni amoris fundamentum, ſui exiſtentiam eſſe
17 concludit: filium, patris effigiem † hinc cenſemus,Cicero pro Cecinna, Interea tibi abſenti, & huic qui adeſt, imagini, cum & corporis tui amantiſſimo atque optimo filio, ſtudium,officium, laborem meum iampridem pollicitus ſum,& detuli; vnde Minerua ita fatur Telemacho, apud Homerum Odiſſeæ lib. 1.

Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
Εἰ δὴ ὄξ αὐτοῖς πόσος παὶς εἶς Ὀδυσῆος.
Αἰνῶς γὰρ ἐοικὼς τύ γ', ὄμμα τε καλὰ ἔοικας
Κείνῳ ἐπεὶ θαμὰ τοῖον ὑμοιόμεν ἀλλήλοισι
Sed age mihi hoc dic, & verè enarrato,
Si certè ex ipſo tanto filius es Vlyſſe,
Vehementer enim & capite & oculis pulchris ſimilis es
Illi, quoniam frequenter ad eum modũ verſabamur inuicem.

& alio in loco apud eundem Odiſſ. lib. 2. ipſi Telemacho Minerua.

Τηλέμαχ' οὐδ' ὄπιθεν κακὸς ἔσσεαι, οὐδ' ἀνόητος
Εἰδή τοι σῦ πατρὸς ἐπίσπορος υἱὸς ἐμεῖο.
Οἷος ἐκεῖνος ἴλαο τελέσσαι ἐργόπτ' ἔπος τε,
Telemache, neque in poſterum ignarus eris, neque ſtolidus.
Siquidem tui patris inſtillata eſt indoles bona,
Qualis ille erat, ad perficiendum opus, dictumque.

per filios itaque iterum in cunis vagire, repueraſcere, adoleſcere, & decurſo vitæ noſtræ ſpacio iterum ad vitã reuocari videmur: vt quemadmodum nauim qua Theſeus ad domandum Minotaurum Cretam nauigauit, ob excellentiſſimi facti memoriam ad multos annos ab Athenienſibus religioſiſſime ſeruatam, repoſitis identidẽ ſuffectisque nouis tabulis, tamen eandem nauem eſſe ſuis diſputationibus inuenere philoſophi:& Alphenus eundem populum conſeri dicat, qui abhinc annis centũ fuiſſet,quanquam ex illa memoria nullus ſupereſſet: ita filiorum aliorum, ex alijs æterna ſucceſſione immortales eſſe, aut renaſcendo æternum viuere exiſtimamur; Quo fit, vt multi filiorum mortem(vt Franciſcus Connanus ait) quàm ſuam grauius ferant, quòd in ſe breuem vitæ ſpem eſſe videant, ætate iam decreſcente, quàm ſibi longiſſimam in iuuẽta filiorum propoſuerant; Ergo cum ea de cauſa iungantur animantes, vt ex ipſis alter idem naſcatur, id cum aſſecutæ fuerint, mirandum non eſt ſi tantopere foueãt, tueantur, ament id, in quo ſe tanquam renatas
18 arbitrantur. Patris etiam † vocem, filij eſſe ſcribunt, cum vt Paulus lib. octauodecimo ad edictum dixit, in l. qui iuraſſe, ff. de iureiur. Si pater filium dare non oportere iurauerit, Caſſius reſpondit, & patri & filio dandã eſſe exceptionem iuriſiurandi. Hermogenianusque lib. 6. iuris epit. in l. fin. ff. de except. breui hoc ſermone conſenſiſſe videtur, Filiusfamilias exceptionem iuriſiurandi patri quærit, ſi eum dare non oportere iurauerit; vt ſermonis ſimilitudinem patris & filij, admirationi eſſe, Homerus Odiſſeæ lib. 3. deſcripſerit, dum filium ex ſermone dignoſci vult,

Ἔνθ' ἔπος ποτὲ μῦτον ὑμοιωθῆμεναι αὐτῷ
Ἤθελ', ἐπεὶ μάλα πολλὸν ἐνίκα δῖος Ὀδυσεύς
Παντοίοισι δόλοισι, πατὴρ τεός· εἰ ἐτεόν γε
Κεῖνος ἐκγεγόνασι, σάφας μάλ' εἰσορόωντα.
Ἦ τοι γὰρ μῦθοί γε ἐοικότες, οὐδέ τι φαίης
Ἄνδρα νεώτερον ὧδε ἐοικότα μυθήσασθαι.
Ibi nullus vnquam prudentia ſimilis eſſe palam
Voluit, nam valde multum vincebat diuus Vlyſſes
Omnimodis dolis pater tuus, ſiquidem tu verè
Illius filius es, admiratio me tenet aſpicientem,
Profectò enim ſermones ſimiles neque tu diceres,
Virum iuniorem vſque adeo ſimilia loqui.

19 quinimo vnam † candemque eſſe perſonam, ſæpè circumfertur, vulgareque eſt, l. fin. C. de impub. & al. ſubſtit. proinde vt fatuum videtur, in nomine proprio errore labi, l. fin. C. de
20 hæred. inſtit. ita † abſurdum eſt, errare in nomine filij, Bald. in d. l. fin. Ludouic. Roman. in l. ſi in nomine, C. de teſtam. ſi domi fuerit educatus filius, ſecus aliàs. Alexan. in l. ſi quis in fundi vocabulo, in princ. verſic. Quod vltimum, vbi Gulielm. Pontan. num. 1. de leg. 1. quod apud Virgilium lib. 4. Aeneid. Dido flebili carmine expreſſit.

Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet
Ante fugam ſoboles, ſi quis mihi parvulus aula
Luderet Aeneas, qui te tamen ore referret,
Non equidem omnino capta, ac deſerta viderer.

hanc ſui ipſius repręſentationem, cum homines naturæ beneficio non conſequuntur, imaginarijs modis à iure adinuentis conſtituunt, adeo enim ſtimulus immortalitatis iſte mentes inuadit, vt natura deficiente, artis opus per-
21 quirant: itaque adoptio, & arrogatio † in vſum venit, vt filijs naturalibus deficientibus, ne inſimul memoriæ interitus contingat, immortalitatisque imaginem in ſpecie mortales rationi inſeruiẽtes deperdant, adoptiuos filios in poteſtatem, aut principali reſcripto, aut Imperatoris authoritate redigunt, inſtit. de adopt. in princ. vnde in Adelphis Terentius,

Tuum filium dediſti adoptandum mihi,
Is meus eſt factus, ſi quid peccat Demea
Mihi peccat.

ibidemque ſic ſcribit,

Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi
Eduxi, à parulo habui, amaui pro meo,
In eo me oblectõ, ſolum id eſt charum mihi.

alijsque remedijs æternitati nominis cõſulunt, vt ſi innatum hoc deſiderium ab hominum animis eripere velimus, omnem animorum præſtantiam eripiemus: nam quanto cæteris animantibus præſtamus, ab illisque dictare cupimus, tanto memoriæ perpetuitati rerum benè geſtarum recordatione, filiorumque propagatione, virtute ac bonis moribus inſtituta incumbimus: cum non corporis ſolum, ſed animi effigiem per filios noſtros relinquere credamus, dũ egregia parentũ ſuorum facta imitaturos ar-
22 bitramur; quis obſecro † patris vigilãtiam delineare audeat, qua eius ſobolem ad benè viuẽdum inſtruit? cum diè noctuque propenſiſſima hac cogitatione agitetur, propterea Cicero de Oratore lib. 1. Hortemur, inquit, potius liberos noſtros, cæterosque quorum gloria nobis & dignitas chara eſt. & Iuuenal. ſatyra 14.

At nunc,
Poſt finem autumni media nocte ſupinum
Clamoſus iuuenem pater excitat, accipe ceras,
Scribe puer, vigila, cauſas age, perlege rubras
Maiorum leges, aut vitem poſce libello.

ſicque Homerus Iliad. lib. 6. gloriæ filiorum, paternum deſiderium, Hectoris fortiſſimi, voto concepto, aperit,

Ζεῦ ἄλλοι τε θεοὶ, δότε δὴ καὶ τόνδε γενέσθαι
Παῖδ' ἐμὸν, ὡς καὶ ἐγὼ περ, ἀριπρεπέα Τρώεσσιν,
Ὧδε βίην τ' ἀγαθὸν, καὶ Ἰλιος ἷφι ἀνάσσειν.
Καί ποτέ τις εἴπῃσι, πατρὸς δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων,
Ἐκ πολέμου ἀνιόντα· φέροι δ' ἔναρα βροτόεντα,
Κτείνας δήιον ἄνδρα, χαρείη δὲ φρένα μήτηρ.

Iuppiter, alijque dij date iam & hunc fieri,
Filiũ meũ, ſicut et ego valde clarũ inter Troianos,
Sic viribus valentem, & in Troia fortiter regnare,
Et olim quis dicat, Patre autem hic multo melior:
Quum viderit ex bello redeuntem: & referat ſpolia cruenta,
Interfecto inimico uiro: gaudeat antẽ animo mater.

his igniculis optimi parentes accenſi, vt iuuenum pectoribus ardentius gloriæ flãmam inij-
23 ciant, maiorum † heroica ſæpè reuoluunt, proprijs etiã exemplis vtuntur, ex hac enim recordatione, vis animorum creſcit, ſtatimque homines ſibi conſulunt, ne à progenitoribus degenerent, ſed vel ab illis geſta ęquent, vel ſuperent, hinc Virg. lib. 12. Aeneid.

Diſce puer virtutem ex me, verumque laborem,
Fortunam ex alijs, nunc te mea dextera bello
Defenſum dabit, & magna inter pralia ducet:
Tu facito mox, cum matura adoleuerit aetas,
Sis memor, & te animo repetẽtem exempla tuorũ,
Et pater Aeneas, & auunculus excitet Hector.

vnde Plutarchus in lib. de amore parent. Ante omnia, inquit, opus eſt, vt patres non ſolũ nihil peccando, verũ etiã honeſte ſingula peragendo, manifeſtum ſeſe filijs exhibeant exemplar, vt in eorum vitam ſe, vt in ſpeculo intueantur. & Saluſtius in Catilin. Nã ſępè audiui ego Q. Maximum, L. Scipiõnem præterea noſtræ ciuitatis præclaros viros, ſolitos ita dicere, cum maiorum imagines intuerentur, vehementiſſimè ſibi animum ad virtutem accendi, ſcilicet non ceram illam, tantam vim ſeſe habere, ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregijs viris in pectore creſcere, neque prius ſedari, quàm eorum famam adęquauerint. Pro modulo enim, ex Anſelmo in epiſt. Pauli ad Romanos, cap. 8. parentum virtutem, bonitatemque ſequimur: vt filius patrem, eiusque facta imitaturus præſumatur, Specul. in proœm. verſic. Cæterum, Bald. in l. liberti, colum. 2. C. de oper. libert. & Quintiliano authore, lib. 1. de
24 pręcept. Genitorem † ſua proles ſequitur; hinc Horatius de laudibus Druſi,

Senſere quid mens rite, quid indoles
Nutrita faſtis ſub penetralibus
Poſſet, quid Auguſti paternus
In pueros animus Nerones,
Fortes creantur fortibus, & bonis.

quod ſi in brutis perſpicitur, vt eiuſdem Flacci ſubſequentia carmina exprimunt, & apud Lucretium lib. 3. rer. natu. non minus illuſtria carmina, nec multum diſſimilia extant,

Denique cur acris violentia triſte leonum
Seminium ſequitur, vulpes dolus, & fuga cernis
A patribus datur, & patrius pauor incitat artus?

id maximè hominibus proprium eſt, reque ipſa cernitur, propterea Dido Aeneam vt Virg. Aeneid. lib. 1. cecinit, ita alloquebatur.

Qua te tam lata tulerunt
Secula, qui tanti talem genuere parentes?

licet experientia aliquando moneamur, ex inſignibus parẽtibus ſordidos coinquinatosque gigni filios, quod vidit antiquitas, vt Pelopidæ exemplum adeſt, is enim virtute clarus improbum

bum genuit filium, cuius non leui infortunio Epaminondas Thebanus Dux deteritus, vxorem ducere renuit, ne filiũ procrearet: rationemque apud Platonem lib. 4. de legibus ſciſcitatur Protagoras, ſique Socrati aſſentiendum erit, eam labem indulgentię matris † acceptam refert, cui Tẽrentius in Heutontimor. conſentit.

Non, ſed quod magis credendum ſiet,
Id quod eſt conſimilis moribus,
Conuinces facile ex te natũ, nã tui ſimilis eſt probe.
Tum praterea talem niſi tu, nulla pareret filium.

vt autem paterni amoris efficaciam, ac effectus proſequar, patris proprium eſt, manſuetudine † omnem iracundiam coercere, Homerus igitur Odiſſeę lib. 2. Vlyſſem veluti patrem, reddit manſuetum,

Ὡς ἔπις μίμνεται Ὀδυσῆος θείοιο
Λαῶν αἶσα ἄνασσε, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν.
Vt nullus recordetur Vlyſſis diuini,
Populorum quibus præfuit, & velut pater manſuetus erat.

miſericordia etiam prælucere, qua Peripateticis nulla gratior eſt virtus. vnde Dauid Rex Pſalm. 102. Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe. ac Salomon Sapient. 10. Et in filijs miſericordiã fortè cuſtodiuit. Lenitate fouere, Cicero ad Atticum lib. 10. epiſt. 4. Patris autem, inquit, lenitas amanda potius ab illo, quàm tam crudeliter negligenda; & eodem lib. epiſt. 5. Pater enim nimis indulgens, quicquid ego aſtrinxi relaxat, ſi ſine illo poſſem, regerem quod tu potes, ſed ignoſco, magnum inquam opus eſt. Pietate inſuper exornari, cum vt Accurſio placuit in l. officium, C. de negoc. geſt. prout officium inter hominem & hominem, obſequiũ inter patronum & libertum, ſic pietas inter patrem & filium verſatur: quæ tanta eſt, vt filiorum, interitum quemadmodum ex Franciſco Connano lib. 1. commentar. iur. ciuil. cap. 4. num. 6. dicebam, adeo abominetur, vt propriã † vitam exitio habeat, l. fin. §. videri autem, ff. de bon. eor. qui mor. ſibi conſciu. illudque Vergil. Aeneid. lib. 5. ſanè congruit,

Nate, mihi vita quondam dum vita manebat,
Care magis.

& aliud apud Valerium Catullum in Argonautica non abſimile,

Gnate, mihi longa iucundior vnice vita.

ſine filijs itaque vita, orbitas † cenſetur, quod Poſidippi, ſiue Cratetis Cinici illo epigrammate oſtenditur, Neminem vitæ iter poſſe ingredi non pœnitendum, Quandoquidem in foro lites ſunt, atque ardua negocia, domi curæ, ſat laborum in agris, in mari metus, timori ſi quid habeas in aliena terra, triſte ſi indigeas, vxores non ſine ſolicitudine, deſolatior cælebs vita, labores filij, orbitas ſine liberis vita, inſipientiæ obnoxij iuuenes, imbecillitati ſenes. Eligendũ fuiſſe itaque de duobus alterum, aut natum eſſe nunquam, aut quàm ociſſimè vita fungi. cui aliud Metrodori certe lepidius, Mariangelus Accurſius vir antiquitatis, multarumque ſcientiarum fulgentiſſimus, in Diatrib. ad Auſoniũ, annectit, *ἐν τῷ ἐκκτίον πιθανὰ*, Variã, inquit, vitę viam arripias, In foro enim gloria eſt prudentesque actiones, quies domi, in agris autem naturæ gratia, in mari lucrum, gloria ſi quid habeas in aliena terra, ſi indigeas ſolus noſti, optima cum coniuge domus, cælibatus leuior, amori ſunt filij, citra curam ſine pignoribus vita, robuſti iuuenes, pij ſenes. Non erat igitur alterutrum eligendum, vel natum eſſe nunquam, aut emori ſtatim natum. Ad effectus nunc paterni amoris deſcendendo, licet per Scribentes ſparſim, numeroſeque ij recitentur, clariores tamẽ hic inferam; Pater ergo filios habens, ciuitatem † diligere præſumitur, quinimo Decurionibus illos non habentibus præfertur, l. in albo, C. de decur. lib. 10. præſumiturque in patria † romanſurus, arg. l. ad ſubeunda, C. qui num. liber. d. lib. 10. l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. cog. cum vt Auguſtinus ait, lib. 9. de ciuit. Dei, quẽ refert Luc. de Pen. in l. nepotes, in fin. d. tit. qui num. liber. Pertinet ad virtutis officium, & viuere patriæ, & propter patriam liberos procreare; vt nõ immerito nulla vnquam res maiori curæ fuerit ſapientiſſimis quibusque Reipub. gubernatoribus, quàm liberorum quibus repleatur ciuitas procreatio, & educatio, vt Franc. Duaren. diſput. anniuerſ. lib. 1. cap. 40. feliciter annotauit: præſumitur etiam † in filios magis, quàm in ſe ipſum terreri, Pauli Iuriſconſ. ſententia ad Edictum lib. 11. in l. iſti quidẽ, in fin. ff. de eo quod met. cauſ. eſtque §. fin. inſtit. de noxal. Hæc quę diximus, ait Paulus, ad edictum pertinere, nihil intereſt in ſe quis veritus ſit, an in liberis ſuis, cum pro affectu parentes magis in liberos terreantur, magisque periclitentur; & ex ſuperioribus liquido apparet. qua ratione introductum Andreas Alciatus arbitratur in l. aliud eſt fraus, ff. de verb. ſignif. cum quis in Principem † violentas manus infert, filios etiam puniri, l. quisquis, C. ad l. Iul. maieſt. veriſimile enim eſt, plerosque fore, qui vel liberorum ſuorum charitate, ab huiuſmodi conſilijs abſtineant; vt neceſſariam ipſorum defenſionem eſſe, Bartol. dixerit † in l. vt vim, colum. penult. numero ſeptimo, ff. de iuſt. & iur. quem ſequitur Dec. conſilio 459. Viſo eleganti conſilio, numero 3. Quod Homerus Iliad. lib. 8. hiſce verſibus explicabat,

Τρῶες δ' αὖ ἐπρώθεον ἀνὰ πτόλιν αἰπύ λόωντο
Παυρότεροι μίμασαν δὴ γὰρ ὃς νωΐν μαχήσεσθαι
Χρειὼ αἰσχύνειν, πρόσθεν παίδων τε γυναικῶν.

Troiani

Troiani autem rursus ex altera parte in ciuitate armabantur

Pauciores: prompti autem erant, & sic pugna certare

Necessitate necessaria, proque liberis, & pro vxoribus.

34 atque pro filijs consilium † capere, pariter præsumi asserunt, quod Papiniano placuit in l. nec in ea, ff. de adulter. Ideo patri non marito mulierem, & omnem adulterum remissum est occidere, quòd plerunque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit. cumque non præsumatur dolosè egisse, iure illi ignoscitur, vnde Iulianus lib. 21. Digest. tractat, in l. pen. §. Iulianus, ff. quod falsi tut. an etiã in patrem, quod falso tutore actio dari debeat, qui filiam minorem duodecim annis nuptui dedit, & magis probat, patri ignoscendum esse, qui filiam suã maturius in familiam sponsi perducere voluit, affectu enim propensiore magis, quàm dolo malo
35 id videri fecisse. Solicitumque esse † pro filiorũ salute eiusdẽ Papiani assertione lib. 8. Respons. constat, in l. cum pater, §. mando, ff. de leg. 2. Mando, inquit, filiæ meę pro salute solicitus ipsius, vt quod liberos tollat, testamentum non faciat, ita enim poterit sine periculo viuere. est patris verum consilium, & illi standum, l. si furioso puberi, in fin. ff. de curat. fur. proinde quẽ pater prodigum credidit, eum Magistratus propter aliquod fortè suum vitium idoneum non putabit. Lex vlterius omnem patris atrocita-
36 tem † erga filium execratur: hinc Imperator Adrianus in l. Diuus, ff. ad l. Pomp. de parricid. cum in venatione filium suum quidam necauerat, qui nouercam adulterabat, in insulam eum deportasse fertur, quòd latronis magis quàm patris iure eum interfecit: nam patria potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere. Hæc pietas patrem incitat vt precioſiores res soluat pro filij incolumitate, vt ijs carminibus Adrestus apud Homerum Iliad. lib. 6. alloquẽs Menelaum enarrat.

Ἀδρηστος δ' ἀρ' ἔπειτα λαβὼν ἰλίαστο γυίων,
Ζώγρει Ἀτρέος υἱὲ, συδ' ἄξια δέξαι ἄποινα.
Πολλὰ δ' ἐν αὐθεύτῳ πατρὸς κειμήλια κεῖται,
Χαλκός τε, χρυσός τε, πολύμητός τε σίδηρος,
Τῶν κέν τοι χαρίσαιτο πατὴρ ἀπερείσι' ἄποινα
Αἴ κεν ἐμὲ ζωὸν πεπύθοιτ' ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.

Adrestus autem deinde amplexis supplicauit illi genibus:

Viuũ seruа Atrei fili: tu autẽ digna accipe pramia.
Multa autem in diuitijs patris domo res preciosa recondita iacent,
Aesque, aurumque elaboratumque ferrum:
Ex his tibi largietur pater infinita dona,
Si me viuum esse audierit ad naues Achiuorum.

ipsumque eadem pietas ad liberorum educationem hortatur, ob quos retentio silet, ex naturali parentum stimulo ad filiorum suorum educationem, l. 1. §. taceat, C. de rei vxor. act.
37 qui non excusantur, nec curatores † filijs dẽtur, quamuis præmium propter numerum liberorum aliàs iplis denegandum non sit, vt Paulus lib. 9. respondit, in l. amiciſſimos, §. Lucius, in fin. ff. de excus. tut. Pater etiam filiæ administrator, si cum ea transigat, quia pactum tantum fa
38 ctum sit, exceptione filia † summouetur, l. si superstite, C. de dolo. in patris q. liberationem lata fit interpretatio, nam vt Scæuola lib. 16. Digest. ait, in l. Aurelius Symphorus, §. Titius testamento, ff. de liber. leg. Filij verba, Seium patrem meum liberatum esse volo ab actione tute
39 læ, interpretantur † vt pecuniæ ex venditionibus rerum factæ, aut ex nominibus exactæ, in suos vsus conuersæ, vel suo nomine fœneratæ, concessæ videantur, præsumptio enim propter naturalem affectũ facit, omnia patri videri concessa, nisi aliud sensisse testatorem ab hæredi-
40 bus eius probetur. Sicut etiam Prætor † ad patri consentiendum, pronior esse debet, l. si pupillorum, §. si pater, ff. de reb. eor. ei insuper è conuerso expensarum repetitio in remouendis suspectis tutoribus, alijsque petendis factarũ non datur, munere nanque pietatis fungitur, l. 1. C. de negot. gest. merito in potestate filios retinemus, nec ipsos emancipare cogimur, cum potestas patria inæstimabilis sit, l. filiusfamilias, §.
41 sed si liberos, ff. de leg. 1. vnde si pietatem † debitam filius non agnoscit, castigare ipsum iure patriæ potestatis pater non prohibetur, l. si filius, C. de patr. pot. sique filius in potestate patris se esse neget, Prætor cognoscit vt prior doceat filius, quia & pro pietate quam patri præstare debet, hoc statuendum est, l. si filius, ff. de probat. Ideoque ei pro filio exhibẽdo, deducẽdoque interdictũ competit, iuris sui tuendi causa, l. 2. §. hominũ causa, de interdict. licetque rei vendicatione liberæ personæ quæ sunt iuris nostri, vt puta liberi qui in potestate habentur, nõ petãtur, sed aut præiudicijs, aut interdictis, aut cognitione prætoria, & ita Pomponius lib. 37. scripserit, adiecta tamen causa quis vindicabit: si quis ita petat filium suum vel in potestate ex iure Romano, Vlpianus enim Pomponio consentiente rectè eũ egisse, adiectaque causa ex lege Quiritum vindicari posse inquit, l. 1. §. per hanc, ff. de rei vendic. Nec prohibetur pater fu
42 gientem filium † propria authoritate capere, Io. de Plat. in l. in generali, C. de decur. lib. 10. Hoc denique amore filijs honores transferi-
43 mus, ac dignitatum paternarum participes † efficimus, vnde Cicero pro Murena, Aut cum sedere in equis triumphantium prætextati potis-
44 simum filij soleant; ac reliqua omnia † quæ nostra sunt, liberis nostris ex voto paramus, l. nihil interest, §. sed nunquid, ff. de bonis libert. hinc

lib.

lib.29. Quæſt. Papinianus in l.ſcripto hærede, ff.ſi tab.teſtam.null.extab.vnd. liberi. Non ſic (ait) parentibus liberorum, vt liberis parentũ debetur hæreditas, parentes ad bona liberorũ ratio miſerationis admittit, liberos naturæ ſimul,& parentium communc votum. Pater ita-
45 que cum vſufructu † vtitur, & votum eius eſt, ad alios filios ſuas res peruenire,l.de emancipatis,C.de legitim.hæredib.rurſus lib.14.Quæſt. Papinianus, in l.nam etſi parentibus, in princ. ff.de inoffic. teſtam. Nam etſi parentibus non debetur filiorum hæreditas propter votum parentũ,& naturalem erga filios charitatem, turbato tamen ordine mortalitatis,non minus parentibus, quàm liberis piè relinqui poteſt, & lib.16.in l.Iulianus ſcribit,in fi.ff. ſi quis omiſ. cauſ.teſtam.Quia nemo filijs patrem contra votum parentum ſubſtituere videtur. Propterea pater qui non expectata morte ſua, fideicommiſſum hæreditatis maternæ filio ſoluto poteſtate reſtituit, omiſſa ratione Falcidiæ, plenam fidem ac debitam pietatem ſequutus exhibitionis, lib. reſponſ. 11. in l.patrẽ, ff.quæ in fraud. credit. reſpondit idem Papinianus, non creditores fraudaſſe. Vt nõ ab re Iuſtinianus in Græca Conſtit. Iuliani, incip. Nos ſemper, §. cum enim, Arabio Præfecto prætorio ſcripſerit, Quòd cum quidam adducti ſpe, quam in Deo poſitam & conſtitutam habent, tum autem vt ſuarum animarum ſaluti conſulant, ad ſanctiſſimas Eccleſias confugiunt, ſuasque opes ac facultates ob eã cauſam ijs offerant,& relinquãt, vt in pauperes & egenos, aliosq. præterea pios vſus impendantur, abſurdum eſſe minimèque conueniens ſi Epiſcopi in proprium lucrum, prædamque eas pecunias reuocarẽt, aut in pro-
46 prios † liberos, & conſanguineos impenderẽt: oportet enim Epiſcopum nulla erga eos liberos qui carne,& corpore parantur affectione,& ſtudio præpeditum omnium fidelium animos parentis charitate,& benevolentia comprehendere. His igitur de cauſis eos qui liberos, & poſteros habent, creari Epiſcopos prohibet. Plu-
47 rimũ ergo abhorret † pater, filios nepotesque ſibi non ſuccedere,l. Lucius Titius,§.filiam, ff. de leg.2. votumque iſtud ac naturalis ſtimulus eo vſque protenditur, vt bona non ad filios tantum, ſed ad nepotes poſterioresque peruenire concupiſcat,ideo Vlpianus in l.fideicommiſſa, §.hæc verba,de leg.3.verba illa, Te fili rogo,vt prædia quæ ad te peruenerint, pro tua diligentia diligas, & curam eorum agas, vt poſſint ad filios tuos peruenire, licet non ſatis fideicommiſſum exprimant, ſed magis conſilium,quam neceſſitatem relinquendi,fideicommiſſi vim in nepotibus videntur continere. Cumque natu-
48 ralis ratio,quaſi lex quædam † tacita,liberis parentum hæreditatem adijceret, velut ad debitã ſucceſſionem eos vocando,propterea in iure ciuili ſuorum hæredum nomen eis inditum eſt, l.cum ratio,ff.de bon.damn.in quibus,vt Paulus Iuriſconſ.lib. 2.ad Sabinum exprimit, in l. in ſuis, ff. de liber.& poſthum. dominij conti-
49 nuatio † id efficit, vt nulla videatur hæreditas fuiſſe,quaſi domini olim eſſent; vt filijfamilias, ſicut & patres familias nuncuparẽtur; proinde non hæreditatem percipere videntur, ſed bonorum adminiſtrationem continuare,licetque hæredes inſtituti non ſint,domini tamen ſunt, Oldrad.conſil.94.Eleganter,colum.4. poſt nu.8. Quinimo ſine hærede non eſt, qui ſuum hære-
50 dem † habet, quamuis abſtinentem ſe, l. cum quaſi,§.ſed & ſi ſuus,ff.de fideicom.liber.quod & Vlpiano etiam arriſit lib.50.ad Edictum, in l.1.§.qui ſunt in poteſtate,ff.ſi quis omiſſ.cauſ. teſtam.Qui,inquit, ſunt in poteſtate,ſtatim hæredes ſunt ex teſtamento,nec quòd ſe abſtinere poſſunt quicquam faciunt, quòd ſi poſtea miſcuerunt,ex teſtamento videntur hæredes; niſi ſi abſtinuerint quidem ſe teſtamẽto, verum ab inteſtato petierint bonorũ poſſeſſionem, hinc enim incident in edictum; vt Accurſius in §. 1. in verb. Parentes, auth. vt hi qui ſe hab. perh. res min.ac Bald.in l.apud hoſtes,colum.fin.C.
51 de ſuis,& legitim. patri filium † ſucceſſiſſe,iure præſumi tradiderint; in qua quidem ſucceſſione creditor eſſe dicitur, And.Alciat. reſpon. 2.Verba,num.3.lib.9. nedum probabilem ſuccedendi ſpem habere,Pariſ.conſil.69. D. Ambroſius,nu.80. lib.3. Cæterum bona quæ filijs relinquuntur innatum immortalitatis deſiderium concomitari videntur, cum ex ipſis ordo familiarum, atque dignitas ſeruetur, ſæpèque
52 augeatur,inopia verò † nobilitas,quod durum eſt,ſordeſcat: Hinc teſtatores rebus quas relinquunt legem imponunt,ne de nomine exeant, cuius exempla in iure paſſim reperire fas eſt; quemadmodum enim liberorum propagationem conſpicere exoptant, vt perſæpè paruulos
53 nepotes † prædiligere videantur, qui ipſorum ſenectuti ſolatio ſint,nec tædeat ob nimium affectum incommoda multa ſufferre,vnde Valer. Catull. eleg.5.

Et fœtus matrona dabit, natusque parenti
Oſcula compreſſis auribus eripiet,
Nec tadebit anum paruo adnigilare nepoti,
Balbaque cum puero dicere verba ſenem.

illudque vſurpari poſſit, αἱ παῖδες οἱ γέροντες. plerique enim nepotum gratia,ex nouoque iuę ſobolis ſtudio ea facere non verentur quæ ſibi dulcia, lucundaque ſint, alijs verò ad inſaniam vergere videantur,probroque notentur; oſtendit autem hoc vel Symmachus qui ait: Dum filius meus Græcis literis initiatur,ego me denuo ſtudijs eius velut æqualis adiunxi, repueraſcere quidem nos pietas iubet; hinc & in arundi-

nibus

nibus obcquitantes cum filijs Philoſophos legimus. Sic vt ad rem redeam, bonorum diuitiarumque ampliationem coniunctim deſiderãt, d. §. hæc verba, ad dignitates familiarum illuſtrius propagandas; In iure ciuili itaque teſtantium mentem coniecturamus, quòd ad eorum filios, nepotesque propria bona hæreditatesque ex voto tacitè deuoluantur, etiam vbi minus ſcriptum reperitur, tanquam plus dictum de nepotibus fuerit. Pietas hæc non minor erga parentes eſſe debet, vt nõ dubitet pater † de filij pietate: quod Scæuola lib. octauodecimo Digeſtorum probat, in l. cum quis decedens, §. pater de leg. 2. Lucio Titio filio ſuo ſalutẽ, certũs (ait) de tua pietate, fidei tuæ committo. celebreque timoris, ac amoris erga patrem nobis exemplum † Cræſi filius affert, is enim mutus, & elinguis diu habitus, cum in patrem eius bello magno victum, & vrbe in qua erat capta, hoſtis gladio deducto Regem eſſe ignorans inuaderet, diduxit adoleſcens os clamare nitens, coque nixu atque impetu ſpiritus, vitium nodũque linguæ rupit, in hoſtẽ clamans ne Rex Cræſus occideretur, vt Solin. cap. 4. Gell. lib. 5. cap. 9. & Valer. Max. lib. 5. cap. 4. teſtãtur: verba autem primum erupta Herodotus in Clio refert, ὦνθρωπε μὴ κτεῖνε κροῖσον. ſique à feris naturale exemplum ſumere licet, Ciconiam † imitari expedit, quæ parentes ſenio confectos alere exiſtimatur, infantiæ ſuæ vices rependens, vt meminit Ariſt. de hiſtor. animal. lib. 9. cap. 13. vnde ἀντιπελαργεῖν verbum, pro eo quod eſt promerentibus gratiam in tempore referre, & Antipelargia, † huiuſmodi gratiarum relatio à Ciconia dicta, quæ Græcè πέλαργος dicitur, inde Pelargici † nomi ab Ariſtophane dicti, quaſi Ciconiarię leges, quibus liberi parentes alere iubentur, id quod iure cautum eſt, Ariſtophanes in auibus, Δεῖ τοὺς νεοττεῖους τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν. quem Forcatulus in auiar. iuris ciuil. cap. 2. num. 2. ad hoc propoſitum refert: ideò vt Gulielm. Budęus Iuriſconſ. eruditiſſimus, ac eloquentia nitidus ad Pandect. in l. 1. de iuſt. & iur. inquit, in ſceptris Regijs † antiqui Ciconiã ſculpere ſolebant in ſummo, in infimo autem Hippopotamum animal improbiſſimum, ſignificare volentes, iuſtitiæ obnoxiam eſſe violentiam, cuius iuſtitiæ ſymbolum eſt Ciconia, quæ parentes ſenes (vt dicebam) alere, humerisque geſtare in volatu creditur, vt Aeneas † Anchiſen per flammas, & mille ſequẽtia tela, humeriſ geſtauit, eripuit, ac medijs ex hoſtibus piẽtiſſimè recepit, in hæc verba, vt Virg. Aeneid. lib. 2. ſcribit, prorumpens.

Ergo age chare pater, cernici imponere noſtræ,
Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte grauabit,
Quo res cunque cadẽt, vnũ & commune periclũ,
Vna ſalus ambobus erit.

canoram meritò ſublimemque Virgilianam tubam inuenit, eius pietatem heroico concentu dulciter canentem. Incredibili certè paternus honor † religione fertur, Ciceronis teſtimonio, Sic (inquit) ſe res habet iudices, magnam vim, magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religionem paternus maternusque ſanguis. Patris proindè nomen quia religionis habebatur ac reuerentiæ, idcirco Romulus † cum iam virium haud pœniteret, cõſilium deinde viribus parauit, centum creauit Senatores, ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue quia ſoli centum erant qui creari patres poſſent. Patres certè ab honore, Patricijque progenies eorum appellati. Hęc Liuius lib. 1. ad vrb. cond. de Romulo loquẽs, & Gulielm. Budæus in Pandect. ad l. fin. de Senat. vnde Plutarchus, Ipſi autem Romani patres conſcriptos ad collegium appellant, quod nomen & dignitatis plurimum, & inuidiæ minimum præ ſe ferret. Reuerentiam itaque parentibus filij præſtare tenentur, cum illis † tria tribuant. Primò ſtabilimentum quo ad eſſe, iuxta illud Eccleſ. cap. 7. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris, memẽto quoniam niſi per illos natus non fuiſſes, & retribue illis quomodo illi tibi. Secundo nutrimentum, ſiue fulcimẽtum quo ad neceſſaria vitæ, nudus enim, vt Iob. 1. intrat filius in hunc mundum, à parentibus autem alitur, ac nutritur. Tertio documẽtum, cum vt Hebręor. 12. Patres quidem carnis noſtræ eruditores habuimus; cumque ſubſtantiam, ac formã à parentibus conſequamur, ipſos magis † quàm dominos reuereri tenemur: vt Rayner. de Forliu. in l. qui cum vno, §. fin. ff. de re milit. & Luc. de Penn. in l. in filijs, C. de decur. lib. 10. in l. quicunque, C. de cohortal. lib. 12. dixerint, patre ac Principe diuerſa iubentibus, patri magis eſſe parendum; cum etiã in pueritia † nutrimẽtum exhibeant, debemus idem illis in ſenectute conferre. propterea Imper. in l. 1. C. de alen. liberis. Parentum (ait) neceſſitatibus liberos ſuccurrere iuſtum eſt; homines igitur parentes nutriunt, tum naturæ, tum æquitatis conſilio, & miſerationis cauſa, l. nam etſi, ff. de inoffic. teſtam. l. ſi quis à liberis, §. 1. ff. de liber. agnoſc. tum etiam præceptis iuriſgentium, l. veluti, ff. de iuſtit. & iur. præceptis inſuper ciuilibus, l. filia, C. de patr. poteſt. ne mirum ſit, cum tot iura ad alimenta parentibus pręſtanda concurrant, ſi filius actione eos alere cogatur, Stephan. Forcatul. in auiar. iur. d. cap. 2. num. 3. congruitque illud Eccleſiaſtici, Fili ſuſcipe ſenectam patris tui, & ne contriſtes eum in vita illius. Denique cum filios doceant, debent illis parere, hinc Apoſtolus ad Coloſſenſ. epiſt. c. 3. Filij obedite parẽtibus veſtris per omnia. & Salomon Prouerb. cap. 23. Audi patrem tuũ qui genuit te, & ne contemnas cum ſenuerit

rit mater tua. Moyſes etiam dixit, Honora patrem tuum, & matrem tuã, qui maledixerit patri, vel matri morte moriatur. vt Marc. cap. 7. & 10. Matth. cap. 15. & 19. Luc. 18. alibique legitur, Qui affligit patrem, & fugit matrem ignominioſus eſt, & infelix; & Prouerb. cap. 20. Qui maledicit patri ſuo & matri, extinguetur lucerna eius in medijs tenebris; adhuc Salomon c. 28. Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo, & à matre, & dicit hoc nõ eſſe peccatũ, particeps homicidæ eſt. iure igitur conſtitutũ videtur, lege mu
66 nicipali † dictante, bannitum poſſe impune occidi, ne de patre intelligatur, ſequuta nanque banniti patris occiſione, parricidium incurſum eſſet, Dyn. in l. ſi adulterium cum inceſtu, §. liberto. ff. de adulter. vbi etiam Ang. & quamuis ibidem Bartol. in princ. ac plures relati per Iul. Clar. in §. homicidium, verſic. Sed hic quæro, inter quos Franciſc. Viuius de magis communi opin. atteſtans, aliosque citans, contrarium velint, Dyni tamen ſentẽtia humanior, & æquior videtur, quam ſequitur Carol. Ruin. conſil. 4. Proponitur in themate, num. 7. poſt Angel. & Iac. de Beluiſ. lib. 5. proinde Clarus idem concludens, cõmunis opin. aſperitatem temperat, ipſamque procedere in patre bannito bellum actualiter patriæ indicente, armaque inferẽte, vt per eum, rationibus Bartoli concluſionem confutantem, ſicque declarantem tradita per Claud. Seyſellum in l. 1. §. ius gentium, num. 13. ff. de iuſtit. & iur. idemque dicere fortaſſe intendebat Ang. in auth. de inceſt. nupt. in prin. verſic. Et hoc credo verum. Eſt ſiquidem parri-
67 cidij crimen † nefarium & horrẽdum, quo omnia Diuina & humana iura polluũtur, quinimo portentum atque monſtrum dici poteſt reclamitante natura; Prudentiſſimam ciuitatem Athenienſiũ, dum rerũ ſumma potiebatur, fuiſſe tradũt. eius porrò ciuitatis ſapientiſſimum Solonem extitiſſe, eum qui leges ſcripſerit; is cum interrogaretur, cur nullum ſupplicium conſtituiſſet in eum qui parentem necaſſet, reſpondit, ſe id neminem facturum putaſſe: ſapienter feciſſe dicitur, cũ de eo nihil ſanxerit quod antea commiſſum non erat, ne non tam prohibere quàm admonere videretur. Quanto maiores noſtri, inquit Cicero pro Roſcio Amerino, qui cum intelligerent, nihil eſſe tam ſanctum quod non aliquando violaret audacia, ſupplicium
68 † in parricidas ſingulare excogitauerunt, vt quos natura ipſa retinere in officio non potuiſſet, ij magnitudine pœnæ à maleficio ſummouerentur. Quæ more maiorum Modeſtino Iuriſc. referente, lib. 12. Pandect. in l. pœna parricidij, ff. ad l. Pomp. de parricid. ſic conſtituta fuerat, vt parricida virgis ſanguineis verberatus, deinde in culeo inſueretur cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & ſimia: deinde in mare profundũ culeus iactaretur, hoc ita ſi proximum eſſet, alioquin beſtijs ſecundum Adriani conſtitutionem ſubijceretur. omiſſisque verbis Conſtantini in l. vnic. C. de his qui paren. vel libe. occid. & Theodoſij lib. 9. cap. 12. Ciceronis verba ſubnectam, O ſingularem ſapientiam iudices, non ne videntur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe & eripuiſſe? cui repente cælum, ſolem, aquã, terramque ademerunt, vt qui eum necaſſet, vnde ipſe natus eſſet, careret ijs rebus omnibus ex quibus omnia nata eſſe dicuntur: nolucrunt feris corpus abijcere, ne beſtijs quoque quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus vteremur: non ſic nudos in flumen deijcere, ne cum delati eſſent in mare, ipſum polluerẽt, quo cetera cum violata ſunt expiari putantur: denique nihil tam vile neque tam vulgare eſt, cuius partem vllam reliquerint, etenim quid eſt tam commune quàm ſpiritus viuis? ita viuunt dum poſſunt, vt ducere animam de cælo nõ queant: ita moriuntur vt eorum oſſa terra non tangat: ita iactantur fluctibus, vt nunquam abluantur; ita poſtremo eijciuntur, vt ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant. hactenus pro Roſcio Cicero: deque parricida ſic Quintilianus, Culeo (ait) & ſerpẽtibus expianda feritas. cumque ad pœnæ huiuſmodi parricidarum interpretationem aliqui complura eleganter ſcripſerint, ſcilicet Io. Coraſ. lib. Miſcell. 1. cap. 5. & Hieron. Magius itidem Miſcell. lib. 4. cap. 8. poſt Cœlium, Forcatulum, & Balduinum, non ſunt hic vlterius euoluenda: vt verbi etiam parricidij declarationem præteream, cum ipſam Budæus in Pandect. ad poſteriorem l. de orig. iur. doctiſſime ex Suetonio, Feſtoque afferat, lege Numæ illa nequaquam omiſſa, Siquis hominem liberum morti ſciens duit, parricida eſto. vbi de parricidij Quæſtoribus. Sed quemadmodum parricida omnem prorſus infamiam conſequitur, inſigneque ſupplicium, ſic apud Homerum O-
69 diſſeæ lib. 1. maximam gloriam Oreſtes † patricidæ Aegiſti interfector.

Η' οὐκ ἄϊες οἱ κλέος ἔσλον ἐφέπει δῖος Ὀρέστης
Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ἐπεὶ ἔκτανε πατροφόνηα
Αἴγισθον δολόμητιν, ὃς οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα,

An non audiſti qualem gloriam conſecutus fuerit dius Oreſtes,

Omnes per homines poſtquam interfecit patricidã Aegiſthũ doloſum, qui illi patrẽ inclytũ interemit?

rectè ergo Iuriſprudentia ſtuduit omnem penitus occaſionem tollere, ne filij contra parentes accederent, aut proterui eſſent, naturæque iniuriarentur leges, §. optimè verò, circ. fin. auth. de nupt. Ex his Lector clarè elucet patris amorẽ
70 † erga filios naturali quadam vi dulciter reflectẽti, de quo alia ſcriberem, ſed vereor ne aut tibi moleſtus ſim, aut ne de tui ingenij acumine videar diffidere, ſi ſuper tam perſpicuis rebus amplius

plius infiſtam; præſertim cum Andreas Tiraquellus Pariſienſis Iuriſconſ. eminentiſſimus negocium iſtud alibi cumulatiſſima interpretatione ad l.ſi vnquam, C. de reuoc.donat.tractauerit. id autem docere libet, orationis curſum, carmina quædam interrupiſſe, quæ hic crebro adſcripſi, ne ab eodem Tiraquello tradita, quaſi transferrem, ſed aliqua diuerſa inſinuarem: quamuis celeberrimus ille Senator, ſupplendi
71 †occaſionem, exemplis ſuis varijs, Doctorum innumeris ferè nominibus, illationum fluminibus, vberrimisque commentarijs, auferre poſteritati molitus fuerit.

HYPOTHESIS.

Veriſimilium in iure ciuili efficaciam non leuis eſſe momenti: deque extenſione de perſona ad perſonam in fideicommiſſis, & quid cum variatur perſona cui ſubſtitutio facta eſt, nonnulla afferri: quid inſuper vbi dictiones, Tunc & eo caſu, adeſſent: Et nunquid caſus omiſſus in militis teſtamento pro omiſſo habeatur, conie cturisque locus in eo ſit: Proindeque l. 1. & l. ſi duobus, ff. de milit. teſtam. interpretari: Diuerſitatisque rationem inter l. quærebatur, §. fin. d. tit. & l. licet Imperator, ff. de leg. 1. inſinuari, eundemque text. in l. licet, nomiter intelligi.

SVMMARIVM.

1 *Veriſimilitudinem in obſcuris quæſtionibus pro veritate attendi; Ex veriſimilique interpretationem præferri, nu. 16.*
2 *Argumentationem à veriſimili affirmatiuè vel negatiuè deſumptam in qualibet materia validam eſſe.*
3 *Falſitatis imaginem præferre quod à veriſimili diſtat.*
4 *Inueriſimile in genere non præſumi.*
5 *Veriſimilitudinem magis quàm potentiam conſiderari.*
6 *Veriſimilitudinem naturæ amicam, cognatamque eſſe.*
7 *Interpretationem vel iuxta naturam rei, vel iuxta veriſimilitudinem fieri.*
8 *Veriſimilitudinem pro lege haberi.*
9 *Labeonem Veriſimilium libros ſcripſiſſe.*
10 *Veriſimilitudini eſſe ſtandum.*
11 *Sermones veros rebus ſenſatis ac veriſimilibus conſonare.*
12 *Veriſimilitudinis diffinitionem afferri.*
13 *Veriſimile ex pluribus aſſumi. Et nu. 15. id ex Ciceronе inſignius declarari.*
14 *Legatum ſigni eccleſiæ factum, de argentea non accipi intelligi ob legatarij dignitatem.*
17 *Veriſimilitudinum gradus conſiderari, maiorem que minorem tollere, ac illud veriſimilius dici quod magis iuri conſonat & rationi.*
18 *Veriſimile vnum, pluribus veriſimilibus additũ, plenam probationem conſtituere.*
19 *Teſtibus veriſimiliora deponentibus in conflictu ipſorum credendum eſſe, etiam ſi ſuper negatiua atteſtarentur, cum in materia probationum veriſimilitudini acquieſcamus.*
20 *Teſtis primam depoſitionem iuratã, atteſtationi non iuratæ præferendam eſſe, non exiſtentibus veriſimilitudinibus pro ſecunda ſine iuramento, tunc enim poſteriori ſtaretur.*
21 *Teſtis dictum parte non citata, apud graues viros concludere ſi veriſimilitudinem contineat.*
22 *Teſtes aliàs non idoneos veriſimilia tamen deponentes, idoneos cenſeri.*
23 *Teſtibus nullam eſſe dandam fidem, niſi veriſimilia atteſtentur: Etiam ſi de falſo non conuincantur.*
24 *Socium criminis vltra alia admìcula & coniecturas, veriſimilitudine indigere vt ei credatur, ipſamque vel ex numero teſtiũ, vel ex qualitate deponentium, vel ex perſonis eorum contra quos deponitur colligi.*
25 *Inſtrumenta licet poſſibile contineant ſed non veriſimile, ſuſpecta plurimum reddi.*
26 *Librum ſociorum veriſimilia continentem ad fauorem ſcribentis etiam probare.*
27 *Probationes leuiores requiri in probando id quod veriſimile eſt, è diuerſo autem arctioribus opus eſſe in probando quod non eſt veriſimile.*
28 *Confeſſionem inueriſimilem non nocere, è contra autem veriſimilem attendi.*
29 *Marito bona emiſſe de pecunia vxoris confitenti, ad præiudiciũ tertij etiam ſtari oportere, ſi confeſſio veriſimilis fuerit.*
30 *Patri confitenti pecunias à filio habuiſſe, ſi veriſimile erit, credendum eſſe.*
31 *Iudicis aſſertioni ſtari debere concurrente veriſimilitudine, etiam vbi ei non ſtaretur.*
32 *Iudices veriſimilitudinem reſpicere.*
33 *Exceptionem inueriſimilem a iudice reſpuendam eſſe.*
34 *Veriſimilium cognitionem arbitrio iudicis relinqui, ipſumque veriſimilia iuri communi magis conſona ſequi debere.*
35 *Iudices inueriſimilia nullatenus credere.*
36 *Metus cognitionem, veriſimilibus definiri.*
37 *Simulationem, veriſimilibus indicari.*
38 *Famam, veriſimile quoddam conſtituere, à præſumptaque calumnia excuſare.*
39 *Calumniam repellere excipientem, niſi probationes ſuperabundantes aliud ſuadeant.*
40 *Credulitatem, veriſimilibus induci.*
41 *Maiorem inferiori parciſſe ſine expreſſo mandato, inueriſimile videri.*

Mentiri

42 *Mentiri in mortis articulo, inuerisimile esse.*
43 *Salutis aeterna immemorem neminem praesumi, praesertim in extremis laborantem.*
44 *Meritorum probationem in donatione remuneratoria aliàs requisitam, inter personas prohibitas non requiri, cum assertio verisimilis esset, vel aliam iuris praesumptionem pro se haberet.*
45 *Confinium ac iurisdictionum contentiones ex verisimili terminari, saltem in locis incultis & inhabitatis.*
46 *Iuramentum praeter verisimilem iurantis mentē non ligare.*
47 *Iuramētum super negocio inuerisimili, alicui deferendum non esse.*
48 *Verisimilitudinem in contractibus attendi oportere.*
49 *Interpretationem verisimilem fieri vbi error notarij adest.*
50 *Interpretationem verisimilem assumi, regulare esse.*
51 *Articulos inuerisimilia cōtinentes recipi non debere.*
52 *Praelati verisimilem assertionem de meritis alicuius erga ecclesiam admitti.*
53 *Dispositionem omnem quantumuis generalem, à verisimili regulari.*
54 *Voluntatem testantis plurimum ex verisimili distingui, exemplaque afferri.*
55 *Praestationem rei quae alibi esse quam vbi peteretur, vbi testator voluit, vel vbi verisimile est eā voluisse, fieri.*
56 *Substitutos reciproce specialiter, alijs coheredibus datis expleto asse, non comprehendi in substitutione, concepta sub illa verborum formula, hos omnes innicem substituo.*
57 *Ambigue aut perperam scriptum, benigne interpretari, et secundum id quod credibile est cogitatum.*
58 *Vltimam dispositionē ad casum emissum porrigi, de quo si testator interrogatus fuisset, idem verisimiliter disposuisset.*
59 *Usufructu fundi uxori relicto si caste et vidua vixerit, postque eius mortē fundo Titio relicto uxore secundo nubente, morte aliter non expectata fundū Titio ex mente verisimili deberi.*
60 *Conditiones si effectu compleantur, verba non spectari.*
61 *Voluntate hominis obscurius reperiri nihil.*
62 *Extensionem de persona ad personam non fieri etiam ex tacita ac verisimili intentione testatoris, Sed ex veriori ac crebriori opinione aequitate suffulta reiici, nu. 64. & 65.*
63 *Substitutionem fideicommissariam de persona ad personam non extendi licet eadem adsit ratio, idque non solum procedere cum de persona substituti agitur, sed etiam si varietur persona eius cui substitutio facta reperitur. Etiam in materia favorabili. Concurrentibus adhuc coniecturis & mente praesumpta testatoris. Resolutionem tamen extraditis d. nu. 64. & infra pendere, vt extensio de persona ad personam in fideicommissis permittatur.*
66 *L. si quis ita, §. pen. ff. de testam. tut. rationem afferri.*
67 *Tutoris dationem strictam interpretationem recipere.*
68 *Accursium in l. Titius, in princ. ff. de liber. & posthum. communiter reprehendi.*
69 *Extensionem de persona ad personam libere fieri, si persona ad quam fit extensio sub verbis, & mente disponentis ob aliquam qualitatem sibi inherentem comprehenderetur.*
70 *Extensionē de persona ad personā proculdubio procedere si extensione cessante absurdum sequeretur vt minus dilectus magis dilecto praferatur.*
71 *Extensionem de persona ad personam fieri, si extensione cessante prouisio elusoria redderetur.*
72 *Extensionem de persona ad personam fieri, vbi testator de illa persona saltē generaliter cogitasset.*
73 *Extensionem de persona ad personam procedere, pia causa fauore, legitimis tamen coniecturis concurrentibus; Istudque adhuc declarari nisi in poenam haeredis substitutio fieret.*
74 *Ecclesiam Dei cultricem esse iustitiae, omnemque iniquitatem respuere.*
75 *Extensionem de persona ad personam laxius in legatis & fideicommissis particularibus oriri.*
76 *Extensionem istam fieri, cum lato sumpto vocabulo alia persona comprehēderetur, in materia quantumuis odiosa.*
77 *Extensionem personalem procedere eadem ratione militante.*
78 *Casum omissum pro omisso haberi in militis testamento, in eoque coniecturis locum nō esse: quicquid aliter in testamento pagani contingat, iuxta opinionem aliquorum: ipsam tamen nu. 81. & infra improbari, contrariamque veriorem esse ostendi.*
79 *L. 1. ff. de milit. testam. interpretari.*
80 *Diligentiam, ad solennitatem referri.*
81 *Testamenti formulam, quae in l. Lucius Titius, §. Lucius Titius, ff. de leg. 2. continetur, laudari.*
82 *Legum diligentiam non prodesse si obseruantiam auferemus.*
83 *Geminationem verborum ad omnē dubitationem eliminandam aliquando fieri.*
84 *Epinalepsis effectus plures esse, remissiuè.*
85 *Militare testamentum ad iuris gentium aequitatem fuisse redactum.*
86 *Ius accrescendi ex tacita voluntate testatoris introduci.*
87 *Ius accrescendi in militum testamentis locum non habere.*
88 *Militibus pro parte testatis & pro parte intestatis decedere licere.*
89 *L. si duobus, ff. de milit. testam. explicari.*

Digitized by Google

90 *Legata ab inteſtato relicta ex coniectura voluntatis licet aliàs à ſubſtituto repetita cenſeantur, in militis teſtamento repetita non cenſeri.*

91 *L.quærebatur, §.fin.ff.de milit.teſtam. & l. licet Imperator, ff.de leg.1.diuerſitatis rationem conſiderari.*

92 *Aditione hæreditatis quaſi contrahi.*

93 *L.licet Imperator,d.tit. nouiter intelligi.& n.94.*

95 *Militare teſtamentum ſui hæredis agnatione non rumpi.*

96 *Fideicommiſſariam hæreditatem manumiſſo ſeruo relictam à milite cùm non poſſet effectum ſortiri ob caſum mortis primi vel ſecundi hæredis, ex coniectura ad directam inſtitutionẽ vel ſubſtitutionem trahi.*

97 *Subſtitutionem reciprocam factam à milite perſonis imparibus, non continere pupillarem quæ vtrique conuenire non poteſt, niſi militem aliud ſenſiſſe probetur.*

98 *Militaris teſtamenti interpretationem iudicis arbitrio etiam committi.*

99 *Militem non præſumi genus teſtandi ad eius iudicia impugnanda elegiſſe.*

100 *Militem ſui iuris dubium teſtari poſſe.*

101 *Militum teſtamenta æquitate, ac humanitate iuris metiri.*

102 *Extenſionem ſublatam videri, cùm in ſubſtitutione vulgari, tunc & eo caſu diceretur, de quo tamen latius infrà.*

103 *Extenſionem in alijs etiam ſubſtitutionibus vltrà vulgarem non fieri ob adiectionem illorum verborum, tũc & eo caſu; Quinimò extenſionem fieri ſi de mente ex coniecturis conſtiterit, vt nume.104.*

105 *Extenſionem in ſubſtitutionibus non fieri ſi vltra dictiones, tunc & eo caſu, teſtator, & non aliter, dixiſſet.*

106 *Veriſimile ita eſſe oportere pro eius validitate, vt nemo credere contrarium poſſit.*

CAP. II.

VERI cognitionem natura duce adeo menti infixam habere tenemur, vt dum aliquid diligenter inueſtigando veri lumine deſtituimur, eius ſimilitudine, & quaſi imagine, in obſcuris quæſtionibus
1 † non iniuria delectemur, cap. inſpicimus. de regul. iur. in 6. l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati. eſt ſiquidem a veriſimili argumen-
2 tatio frequens in iure ciuili † ac neceſſaria, l.nuptura,ff.de iur.dot. Corn. conſil.205. Videtur num.9.lib.2. affirmatiuè vel negatiuè in qualibet materia deſumatur,l.ob carmen,§.fin.ff.de teſtib.c.in noſtra eod.tit.l.fi.ff.quod met.cauſ. Pariſ.conſ.8.Ex lectura,num.7.lib.4.Rolan.de Vall.conſil.25.Primo quidem aſpectu,num.3.
3 lib.4.cum quod ſimilitudinem † veri nõ habet, falſitatis effigiem præferat,l.milites, §. oportet, C.de quæſtion. Bald.in l.1.nu.9.C.de ſeru. fugitiu.Aym. Crauett. conſil. 28. Aſſertum teſtamentum,num.1. conſil.134. Scripſi,nu.36. Curt.iun.conſil.17.Licet,nu.6. conſil.178. Habita diligenti,num.5.& 10. Aſflict. deciſ. 345. Sunt anni 40.num.14.Hieronym.Cagnol.conſil.20. Dolui,num.4. inter conſil. Portij,lib.1. Albenſ.conſil.8. Pro reſolutione, nu.14. Grat. conſil.25. Videtur,num.21.lib.2.Cephal. conſil.85.Anno,nu.38.lib.1. conſil.287. Cum D. Ioannes,nu.21.lib.2. Natt. conſil. 443. Super
4 caſu,num.11.lib. 2. vt inueriſimile † in genere non præſumamus, Bald.in l.fin.nu.9.C.de hær. inſtit.veriſimilitudinem etiam magis,quàm po
5 tentiam † conſideremus, Abb.in cap.quia veri ſimile,de præſumpt.Grat.conſil.51. Nobiliſſimus,num.14.lib.1.eſtque(vt paſſim circumfer
6 tur)amica,& cognata † naturæ, Bald. conſ.130. Mortuo filio,lib.3.Aym.conſil.75. Accuſatur, num.24.Cephal.d.conſil.85.num.39.Roland. d.conſil.25.num.14.Franciſc. Becc. conſil.94. Cum anno, num. 13. interpretationem igitur
7 † aut ſecundum naturam rei, aut inſpecta veriſimilitudine fieri oportere,cõcludit Bald.conſ. 343.Examinanda ſunt,in princ. lib.1. ſciteque
8 ipſam † pro lege haberi autumarũt, Oldr.conſ. 13.Cum quæſtio.in fin.Aym.Crauet. in tract. de antiq.temp.1.part.in 4.limit.nu.43.d.conſ. 75.Accuſatur,num.24.conſ.135.Verba decreti,num.33.& conſ.61.D.Antonius,col.3.verſ. Tertiò in materia,Io.Cephal. conſ. 603. Cum nobilis,nu.27.lib.4.Riminal.iun.conſ.708. In cauſa,num. 73. inter conſ.eius genitoris,lib.5. Vincent.de Franch.in aureis ac doctiſſimis Sacri Regij Cõſilij deciſionibus, quas nuper ſummo ingenio edidit, deciſ. 153. Spectabilis Comitiſſa,nu.6. Neceſſitatem proinde iſtam, frequẽtiamque Labeo Iuriſconſultus animaduer
9 tens,*περὶ ἀναῶν* libros † cõſcripſit,vt Pomponius lib.6. Epiſtolarum in l. apud Labeonem, ff. de verb.ſign.teſtatur: quos ſi præ manibus haberemus,nec cum alijs antiquorum libris, potius iuris ciuilis ſolidiſſimis columnis miſere corruiſſent,ſecuriori tramite obſcura hominũ elogia interpretaremur, aliosque humanos actus obſcuritate deterſa, iuris clara certaque ratione intueremur: de Veriſimilitudine etiam ſcribendi moleſtia careremus: iſte ergo interitus, monumentis de veriſimili cõplura demandandi occaſionẽ nonnullis præbuit,quæ mihi nunc ex Papiniani celeberrimo reſponſo congruẽter offertur:ipſam tamẽ reſpuere potius,quàm amplecti cuperẽ, niſi principia huius tractationis abijcere coniunctim viderer: pauca itaque vt Aemilio Papiniano morem geram, eiuſque reſponſi lectoribus, circa veriſimilitudinis materiam

10 riam,quæ attendi † debet,Socin.iun. conſ.97. Pro reſolutione,nu.8.conſ.98.Dubia profecto nu.12.conſ.120.Circa,nu.27.lib.1.Natt.conſ. 94. Nobilis Io.Maria, lib. 1. quàm breuiſſimè
11 attingam.Cumque veri ſermones† illi ſint,qui rebus ſenſatis ac veriſimilibus conſonant, Bal. in rub.num.1.C.de probat.Cur.iun.conſ.178. Habita diligenti,nu.6.vt vera exprimam,à diffinitione & eſſentia miſcellanea hæc exordiar;
12 Vnde veriſimile † ex ipſo Papiniano lib. ſing. de adult.in l.miles,§.mulier,ff.eod.tit.eſt,quod vero videtur ſimile, nõ veriſimile autem quod à vero diſſimile apparet,vt Vlpian. lib. 5. Opinionum in d. l. fin. ff. quod met.cauſ.teſtatur; Sed licet vtranque diffinitionem Bald. in l. ea quidem,num. 11.C.de accuſat.admiſerit,ethymum magis, quàm diffiniti ſubſtantiam reſpicit,vt Ciceroni in Oratorijs Partitionibus deferendum ſit, dum Veriſimile illud eſſe explicat, quod plerunque ita fiat,vt adoleſcentiam procliuiorem eſſe ad libidinem: cui Aemil.Ferrett. in l.pen.num.2.ff.de probat.aſſentitur,cũ probabile iſtud eodem modo deſcribat,metum patris pro filio,ex l.iſti quidem, d. tit. quod met. cauſ. inducens: ſcientiam etiam vicinorum & cognatorum in his quæ vicini, & cognati veriſimiliter ſciunt,l.octaui,ff.vnd.cogn.l. de tutela, C.de in integr.reſtit. Id ipſumque ex pluribus
13 † aſſumi incertum non eſt,aliquando ex rerum adinuicem comparatione,l.1.l.vtrum,§. quæſitum,ff.de reb. dub. quãdoque ex ſcripturarum vicinitate,l.qui filiabus,in princ.de leg.1.l.hæredes palam,§.ſed ſi notam, ff. de teſtam. ſæpè ex conſuetudine loquendi,l. liborum, §. quod tamen Caſſius,de leg.3.l.pen.ff.de alimen.& cibar.leg.ac ex ipſa conſuetudine,d.l.pen.l.Mella,§.1.eod.tit.interdum ex charitate & facultatibus, ead. l. pen. & l.ſi ſeruus plurium, in fin. pluries ex regionis ſenſu quo abundat, l. ſemper in ſtipulationibus, de reg. iur. paſſim denique ex perſonarum dignitate, vt ſi Dei templo
14 ſignum † legetur de argenteo,non æneo intelligitur, ob legatarij dignitatem qui eſt Deus, l. Titia,in fin.iunct.gloſſ.ff.de aur. &argen. leg.l. cum alimenta,d.tit.de alim.& cibar.leg. quemadmodum Socin.in l.cum teſtaméto,ff. de reb. dub.Philipp.Franc.in d.cap.inſpicimus, in gl. vnic.ac Petr.Andr.Gambarus in Dialect. legali in loco à veriſimili aduertunt: ſed cum Cicero in dictis Partitionib. Oratorijs rem hanc clarius extricauerit, eius verba ſubijciam, Veriſi-
15 milia(inquit)reperiuntur † ex partibus & quaſi membris narrationis, ea ſunt in perſonis, in locis,in temporibus, in factis, in euentibus, in rerum ipſarum negotiorumque naturis: in perſonis naturæ primum ſpectantur, valetudinis, figuræ, virium, ætatis, marium, fęminarum, atque hæc quidem in corpore: animi autem, aut quemadmodum affecti ſunt, virtutibus, vitijs, artibus, inertijs; aut quemadmodũ commoti, cupiditate, metu, voluptate, moleſtia, atque hæc quidem in natura ſpectantur; in fortuna, genus, amicitiæ, liberi, propinqui, affines, opes, honores, poteſtas, diuitiæ, libertas, & ea quæ ſunt ijs contraria; in locis autem, & illa naturalia, maritimi, an remoti à mari, plani, an montuoſi, leues, an aſperi, ſalubres an peſtilentes, opaci, an aprici, & illa fortuita,culti, an inculti, celebres an deſerti, coædificati, an vaſti, obſcuri, an rerum geſtarum veſtigijs nobilitati, conſecrati an profani; in temporibus autem, præſentia, & præterita, & futura cernuntur: in his ipſis vetuſta, recentia, inſtantia, paulo poſt, aut aliquando futura:inſunt etiam in temporibus illa, quæ temporis quaſi naturam notant, vt hiems, ver, æſtas, autumnus, aut anni tempora, vt menſis, vt dies, vt nox, hora, tempeſtas, quæ ſunt naturalia: fortuita autem quæ ſunt ſacrificia, feſti dies, nuptiæ, iam facta & euentus, aut conſilij ſunt, aut imprudentiæ, quæ eſt aut in caſu, aut in quadam animi permotione. cum aut obliuio, aut error, aut metus, aut aliqua cupiditatis cauſa permouit, eſt etiam in imprudentia neceſſitas ponenda. Rerum autem bonarum & malarum tria ſunt genera, nam aut in animis, aut in corporibus,aut extra eſſe poſſunt: huius igitur materiæ ad argumentum ſubiectæ perluſtrandæ animo partes erunt omnes, & ad id quod agetur, ex ſingulis coniectura capienda; Eſt etiam genus argumentorũ, aliud quod ex facti veſtigijs ſumitur, vt telum, cruor, clamor editus, titubatio, permutatio coloris, oratio inconſtans, tremor, & eorum aliquid quod ſenſu percipi poſſit, etiam ſi præparatum aliquid, ſi communicatum cum aliquo, ſi poſtea viſum, auditum. Hactenus Cicero, ex quo ſanè intelliges vnde veriſimilitudines haurire poſſis ad res dubias interpretandas, ſi ex Accurſio in l. veteribus, vbi Bartol. numero quinto, Bald. in addit. & Angel. ff. de
16 pactis, veriſimilis interpretatio † præfertur.
17 Dantur etiam † veriſimilitudinum gradus, & maior tollit minorem, Bald. in l. ſiue poſſidetis, ad fin. verſ. Item nota, C. de probat. Hieronym. Gabriel. conſil. 159. Cogor, numero vndecimo, illudque veriſimilius dicitur quod magis iuri conſonat, & rationi. Innoc. in cap. auditis, poſt med. de præſcript. Ioan. Andr.& Anton. de Butr. in capit. in noſtra, de teſtib. Dec. conſ.448. Vis tota, num. 11. vnum quo-
18 que veriſimile, † additum pluribus veriſimilibus,plenam probationem facit,Bald. in l.ſi creditoris, in lect. antiqua, C. de fideicommiſſ. Marſil. ſing.396. Veriſimilitudo, hinc in Oratorijs Partitionib. Cicero, Veriſimilia(inquit)

partim ſingula mouent ſuo pondere, partim etiam ſi videntur exigua per ſe, inſimul tamen cum ſunt coaceruata proficiunt. Attenditur primò in materia probationum plurimum veriſimilitudo, Bald. in l. ſcripturæ, colum. 2. nume. 5. C. de fid.inſtrum. Aretin. conſil.9. Eleganter,colum. 2. Dec.conſ.272. Viſo proceſſu, num.50. Curt.iun.conſil.17. Licet, nu.6. conſ. 178. Habita diligenti, nume.11. Franc. Becc. conſ.94.Cum anno,num.14. vt in conflictu te
19 ſtium, veriſimiliora deponentibus † credendū ſit, Bald.in l.teſtium,colum.pen.num.21.C.de teſtib. Curt.iun.d.conſil.17.col.2.ad fin. Etiam ſi ſuper negatiua deponerent, And. Barbat.conſil.29. Illud afferam in medium,verſic. Et facit ratio,lib.1.conſil.7.Sapienter ni fallor, colum. 4.verſic. Et multum egregie, lib.2. Socin. iun. conſil. 183. Licet, num.13. lib.2. Et quamuis teſte,vnum cum iuramento atteſtante, ſine iu-
20 reiurando aliud, atteſtationi † iuratæ ſit ſtandum, Abb. in cap. per tuas, de probat. Bald.in l.fin.num. 6. C.de re iudic. quando tamen pro ſecundo dicto abſque iuramento veriſimilitudines adſunt, & à primo recedunt, dicto non iurato acquieſcimus, Bald. & Abb. in dicto cap. per tuas. proinde ſit etiam,quòd teſtis dictum parte non citata licet nullum ſit, ſi tamen
21 eius depoſitio † veriſimilis exiſtat,apud bonos & graues viros qui ſola veritate inſpecta procedunt, rectè concludit, Bald. in l. ſolam, circ. fin. num.13.C. de teſtib.Aretin.conſil.127. In cauſa,colum. ſecunda, verſic. Nam probatio, Dec. conſil. 54. In cauſa, colum. 2. nu. 2. ita
22 teſtes aliàs non idonei † ſi veriſimilia teſtificẽtur, & pro ſe præſumptionem habeant, idonei cenſentur,Angel.conſil. 367. In quæſtione vertente, nume. 12. verſic. Et ſecundum ea quæ vidi, Alexand.in l.ſi duo patroni; in princip. ff. de iureiuran. Aym. Crauett. conſil. 75. Accuſatur, nume. 23. exploratumque eſt, teſtibus
23 † nullam eſſe dandam fidem, niſi veriſimilia deponant,l.3.§.ideoque Diuus. & infra, ff. de teſtib. Albenſ. conſil.70. Quia copioſe,num.8. Hieronym. Gabr. conſil.159. Cogor. num.14. conſil.178.Vt facilius, num. etiam 14. & ſi de falſo non conuincantur, Bar.in l. Lucius, in fin. num.3.ff.de infamib. quem ſic declarat Alben.
24 in citato loco. Socio inſuper criminis † vt credatur in criminibus quoque exceptis,vltra alia adminicula & coniecturas,requiritur quòd vel ex numero teſtium, vel ex qualitate deponentium, aut ex perſonis eorum contra quos depo nitur, veriſimile ſit ipſum non mentiri,Aretin. in cap.cum P. Manconella,col.5.num.23. verſic.In ſocio autem criminis,extr.de accuſat. In-
25 ſtrumenta pariter † non nihil ſuſpecta reddun tur,licet poſſibile contineant, ſed non veriſimile,adeo quòd cum ipſis motus iudicis non concurrat, Bald.in d.l.ſcripturæ,nume.5.C. de fid. inſtrum. Abb.conſil.99. Illud,in fin.lib.1. Cur. iun.d.conſil.17.nume.6.conſil.178.nume.11. Aym.Crauett.plures allegans,conſil.134.Scripſi,num.36.Socin.iun.conſil.41.Circa propoſi tam conſultationem,num.2.& infra, lib.1. Cephal.conſ.287.Cum D.Io.Marcus,nu.25.lib. 2.conſ.454.Cauſa iſta,nu.10.lib.4. Sociorum-
26 que liber † in fauorem ſcribẽtis etiam probat, cum veriſimilia continet, Bald. in rubr. nu. 35. C.de fid.inſtrum. Pet. de Anchar.in Clem.1.§. cæterum,colum.3.verſic.Subſequenter quærit gloſſ.de vſur.Alex.conſ.54.Circa id, colum.2. verſic.Confirmo,lib.2.conſ.186.Viſis, in prin. eod.volum.Aretin.conſil.160.longa eſt,colum. 2.Dec.conſil.596.Ad dubia,num.9.Vt in pro-
27 bando illud † quod eſt veriſimile, leuiores probationes recipiantur Dec.loco proximo, num. 7. è diuerſo autem in eo quod veriſimile nõ eſt arctiores clarioresque exigãtur,d.l.fin.ff.quod met.cauſſ. Dec.conſil.175. In cauſa,numero 5. conſil.438.Accuratè, circa princ. Cephal.conſil. 85. Anno, nume. 40. lib.1.conſil.631. Illuſtris, num.ſimiliter 40. lib. 5. Operatur ſecundò in confeſſionibus valde admodum quod eſt
28 veriſimile, cum confeſſio † inueriſimilis non noceat, neque attendatur, Bald. in l. ſi quis in hoc genus,in princ. num. 3. C. de epiſc. & cleric. Ancharan.conſil.24. Viſa inquiſitione, colum.1.verſic.Item ratio, Dec.conſil.644. Viſo, num.4.ſicut è contra veriſimilis confeſſio attenditur,Aym. Crauett.conſil.134.Scripſi, nume.
29 38.vnde quemadmodum † marito bona emiſſe de pecunia mulieris confitenti, in præiudicium creditorum adhuc ſtaretur, ſi veriſimilis eſſet confeſſio, vt quia vxor aliunde bona retineret, Salycet. in l.ſi mater,verſic.Et vltra videas, C. de contrahen. empt. ita pariter patri confiten-
30 ti † pecunias à filio habuiſſe, licet enim multum ſuſpecta confeſſio videatur, attenditur tamen ſi veriſimilis fuerit, quia filius in aliquo exercitio reperiretur, vt poſt Angel. tradit Alexand. conſil. 18. Conſideratis his, nume. 4. lib. 3. Regulare hoc tertiò eſt in iudicijs, aſſer-
31 tioni propterea iudicis † ita demum ſtandum arbitrantur, cum rationis veriſimilitudo concurrit,illoque caſu quo aliàs non ſtaretur,Petr. de Ancharan.conſil.277.Ex prædicta facti narratione,colum.fin.conſ.436.In his dubijs, col. 2.verſic.Quorum dicto,Aym.conſil.54.Quæri
32 tur,num.13. iudices † nanque veriſimilitudinẽ omnino debent conſiderare,Aretin. conſ.9.Eleganter,col.2.verſic. Vnde patet,Rol.de Vall. conſ.25.Primo quidem aſpectu,num.15. conſ. 81.Stante firma,nu.9.lib.4.ideo inueriſimilem
33 † exceptionem non tenentur admittere ſed reſpuere, Anton. de Butr.in cap.ſuper hoc, de re
34 nunc.merito veriſimiliũ cognitionem † iudicis

arbitrio

arbitrio relinquendam esse nostrates autumarunt, Cardinal. in Clem. causam, 1. not. versic. Verum, de elect. Bald. in l. 1. num. 21. vers. Istud est etiam, C. de confess. Ias. in rep. l. admonendi, num. 121. ff. de iur. iur. is autem ea verisimilia debet iudicare, quæ iuri communi magis conueniunt, Carol. Ruin. cons. 12. Viso & discusso, num. 3. lib. 5. Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 1. casu 85. num. 5. nec debet crede
35 re † quæ inuerisimilia existunt, d. l. fin. ff. quod met. caus. Anchar. cons. 330. Visis, col. 4. cons. 257. Si prædicta sentētia, col. pen. vers. Ex quibus. Io. Bapt. Cephal. cons. 678. Sacrum Collegium, num. 88. lib. 5. Quartò idem in materia
36 metus constituunt, vt verisimile multum † valeat, Paris. cons. 139. Stante facti narratione, num. 7. lib. 4. Rol. de Vall. cons. 100. Multiplici ex capite, nu. 116. & is lib. 4. Quintò in casibus
37 simulationis à verisimili, † Petr. Anchar. cons. 257. Si prædicta sententia, colum. 2. & Dec. consil. 644. Viso, num. 6. argumentantur. Sextò verisimilitudo famæ à præsumpta calumnia
38 † excusat, fama nanque verisimile facit, quod aliàs inuerisimile esset, Felyn. per illum text. in cap. quia verisimile, num. 4. extr. de præsumpt. remittens se ad Bartol. in l. athletas, §. calumniator, num. 3. ff. de ijs qui not. infam. in l. 1. §. primo, num. 6. ff. ad Turpill. & in l. 2. num. 4. C. si seru. vel libert. ad decur. aspir. lib. 10. Ioan. de Anan. in cap. 2. col. 6. de calumn. Septimò, licet præsumpta calumnia excipientem repellat, Innoc. in cap. post electionem, in fin.
39 de concess. præben. limitatur tamen † cum probationes superabundantes aliud suaderent, Felyn. in dicto cap. quia verisimile, ante numerū quintū. Octauò in materia credulitatis verisi-
40 mile operatur, vt inuerisimile credibile † non sit, nec considerabile, l. qui habebat, ff. de leg. tertio, Ruin. consil. primo, Reuocatur in dubium, num. 2. lib. quinto, Cephal. consil. 86. Illustris D. num. 52. lib. primo. Nonò circa obedientiam, inuerisimile enim est, quòd maior
41 † sine expressa commissione inferiori paruerit, Cephal. in citato consil. num. 4. prout inuerisimile quoque videtur, quòd inferior superiori iusserit, Bald. in l. 1. nume. 9. C. de seru. fugit. quemadmodum verisimile non est, seruum aliquid sine domini consensu facturum, cap. constitutus, extr. de testib. meminit Bart. in l. de pupillo, §. si quis ipsi prætori, num. 19. ff. de nou. oper. nunc. Decimò ex Petro Anchar. ait Tho. Grammatic. decis. 34. In præsenti, nume. 3. decis. 42. Angelus, num. 8. cum seq. 56. Andreas, num. 12. asserentem in mortis articulo constitu
42 tum † mentiri, contra verisimile videri, adeo quòd audiendus non esset, in mortis nanque articulo constitutus mentiri non præsumitur, Bal. cons. 25. Casus super quo, col. 2. lib. 1. licetque dici soleat quòd non omnis moriens est Ioannes Euangelista, Bald. in tit. de pace Constant. in verb. Vasalli. Ex hoc tamen non tolli, maximam morientium partem, conscientiæ timore incendi, desiderioque ad cælum iter arripiendi flagrare, vbi æterna requies inuenitur, summoque bono anima fruitur: nemo itaque salutis
43 † æternæ immemor præsumitur, l. fin. C. ad l. Iul. repetund. cap. sancimus, 1. quæst. 7. præsertim dum in extremis laborat, Felyn. in cap. in præsentia, nume. 13. de prob. ibique Dec. col. 31. vertic. Quid autem. Vndecimò quamuis in donatione remuneratoria cum inter personas prohibitas, vtputa patrem, & filium, versamur, ad eius efficaciam, de meritis omnino constare debeat, Bart. in l. si tibi, §. si pactus, num. 6. ff. de pact. in l. si donatione, num. 2. vbi Dec. col. 3. dicit esse communem opin. C. de collat. id quidē
44 intelligi oportet, nisi meritorum assertio † verisimilis esset, vel aliā iuris præsumptionem pro se haberet, tūc enim ei staretur, absque alia meritorum probatione, vt post Angel. Alexand. & Decium tradit Hipp. Riminald. in princ. Instit. de donat. num. 88. Duodecimò, in confinium
45 materia † ac iurisdictionum, in locis saltem incultis, ac sine ædificijs verisimilitudo confert, authore Phillipp. Corn. cons. 48. Præsupponitur, num. 2. versic. Et maximè, lib. 4. Tertiodeci
46 mò circa iuramentum, quod non ligat † præter verisimilem iurantis voluntatem, Corn. consil. 134. Placet mihi, col. 2. num. 2. versic. Nec obstat iuramentum, lib. secundo, ipsumque iusiu-
47 randum minimè defertur, quādo illud † quod quis iurare intendit, verisimile non est, gloss. valde not. in l. 1. C. qui & aduers. quos. vt illam ibi ponderat Bald. colum. 4. Alexand. consil. 71. Clarissime Domine, num. 14. vers. Item respōdeo, li. 3. Quartodecimò, militat verisimile
48 † in cōtractibus, l. si debitor, §. verisimile, ff. de contrah. empt. & post Castrensem tradit Mandell. Albens. cons. 1. Secundum ea, nu. 4. Quintodecimò, verisimilis interpretatio fit, vbi er-
49 ror † notarij adest, Ias. in auth. nouissima, num. 30. C. de inoffic. testam. idem Albens. cons. 24. Præsens casus, num. 11. sicut regulare est, vt ve
50 risimilior † interpretatio assumatur, vt dicit D. Salust. de Peruf. cons. 76. Viso themate, col. 1. inter cons. Alexandri, lib. 4. Sextodecimò, veri similitudo circa articulos cōsideratur, qui qui-
51 dem † recipiendi nō sunt, si verisimilia nō contineant, Rot. decis. 630. Articuli, in antiq. Decimoseptimò, licet simplici assertioni prælati super benemeritis nō stetur, quando aliquem vti de ecclesia benemeritum remunerare vult, sal-
52 lit tamen, quando talis assertio † verisimilis ex coniecturis redderetur, Bald. in l. iubemus, 2. in fin. princ. C. de sacros. Eccles. Dec. in cap. quoniam contra, col. 21. in fin. vers. Sed responderi

poteſt, extr. de prob. Denique vt cætera infinita penè in tam ampla veriſimilium mole conſulto præteream, cum nulla in effectu vſque
53 adeo generalis ſit † diſpoſitio quæ à veriſimili ſenſum, interpretationemque non aſſumat, Iaſ. in l. ſi extraneus, nume. 13. ff. de condict. cauſſ. data, concludendum eſt, veriſimilitudinem ip-
54 ſam in teſtatoris voluntate † aperienda, declarandaque præcipuam virtutem, atque mirificam vim habere, Mandell. Albenſ. conſil. 51. Deceſſit, num. 17. quod Vlpianus lib. 21. ad Sabinum in l. cum res, in princ. de legat. 1. ex Iuliani ſententia tradidit, rem ſcilicet quæ alibi
55 eſſet, quam vbi peteretur, præſtandam † eſſe vbi teſtator voluit, vel vbi veriſimile eſt eum voluiſſe. & Papin. lib. 6. Reſponſ. in l. cohæredi, §. qui patrem, ff. de vulg. & pupill. ſub-
56 ſtit. Qui patrem (inquit) & filium † pro parte hæredes inſtituerat, & inuicem ſubſtituerat, reliquis cohæredibus datis, poſt completum aſſem ita ſcripſit, hos omnes inuicem ſubſtituo; voluntatis fuit quæſtio an commemoratione omnium, patrem & filium ſubſtitutioni cohæredum immiſcuiſſet, an eam ſcripturam ad cæteros omnes tranſtuliſſet? quod magis veriſimile videtur, propter ſpecialem inter patrem & filium ſubſtitutionem. Egregiè hinc Marcellus lib. 18. Digeſt. in l. cum teſtamento, ff. de reb. dub. Cum teſtamento, ait, ambigue aut
57 etiam perperam † ſcriptum eſt, benigne interpretari, & ſecundum id quod credibile eſt cogitatum, credendum eſt; proinde Paulus lib. 12. Reſponſ. in l. Titius teſtamento, §. Lucius Titius, ff. de liber. & poſthum. benigne ſuper pulcherrima dubitatione reſpondit, Ex Mæuia filia ruri agente, eodem die albeſcente cælo natum nepotem, quo teſtator hora diei ſexta in ciuitate teſtamentum ordinauit, quodque in vtero Mæuia haberet ſcribendo hæredem, rectè inſtitutum cenſeri, vt Diui Marci iudicium in adiutorio Braſida Lacedæmonio viro Prætorio occaſionem dante omittam, alibi à Scæuola in l. mulier, in princip. ff. ad Trebellian. elegantiſſimè relatum, necnon quæ in l. Titia cum teſtamento, §. qui inuita, verſic. Non eſt veriſimile, ff. de legat. 2. leguntur. omnes nanque vnanimiter conueniunt, vltimam diſpoſitionem
58 † ad caſum omiſſum porrigi, ſi de eo teſtator interrogatus fuiſſet, veriſimiliter idem reſpondiſſet, Hieronym. Grat. conſil. 21. Eximius, nume. 74. lib. 2. quem ſenſum *ἐκ τῆς ἐπιεικείας*, id eſt ex bono & æquo accipi Ariſtoteles lib. 5. Ethicor. cap. 10. auctor eſt; Hinc Doctores arduam illam quæſtionem controuertunt, deciduntque quam Ricchardus Malumbri in diſput. incip. Quidam in teſtamento ſuo ſic dixit, ſubtiliſſima diſceptatione perſtrinxit, Si teſta-
59 tor † vſumfructū certi fundi illa cōditione vxori reliquerit, ſi caſtè & vidua vixerit, poſtque eius mortem eundem fundum Titio legauerit, ſi vxor poſtea ſecundas nuptias contraxerit, vſusfructusque extinguatur, pleno iure debeat fundus ſtatim ad Titium pertinere? quòd ſcilicet ex veriſimili teſtantis voluntate morte aliter vxoris non expectata poſt contractas ſecundas nuptias fundus protinus debeat ad Titium tranſire, & ita de iure reſpondendum, iudicandumque eſſe tanquam ex communi opinione affirmant, Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de ſecund. nupt. Bartol. in authen. hoc locum, num. 10. vbi Alberic. C. ſi ſecun. nupſ. mul. & de communi atteſtatur Iaſ. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nume. 33. vbi Lancellot. Galiaul. num. 16. Fortun. Garz. num. 73. & Socin. iun. num. 62. ff. de liber. & poſthum. Curt. iun. conſil. 19. Viſo, num. 15. deducta argumentatione quòd diſpoſitio in vnum caſum facta, ad alium ex mente veriſimili porrigatur: vt tempus mortis expreſſerit, quòd ſic vſusfructus finiretur, ſed & ſi alio modo celerius, ac velocius extingueretur, non aliud ſit dicendum teſtatorem voluiſſe, nempè fundum pleno iure ad Titiū ſpectare, argum. l. ſi mater, C. de inſtit. & ſubſtit. & l. mulieri, in princip. ff. ad Trebell. ſi enim vſumfructum alio modo extinctum iri putaſſet, idem certè iuſſiſſet, l. fundus detracto vſufructu, ff. ſi vſufruct. petat. Cæterum & in
60 conditionibus † à verbis recedi, cum effectus conſideratus extitit, incertum non eſt, d. l. ſi mater, & l. mulieri, Socin. ſen. in d. §. & quid ſi tantum, in vltim. notab. Sed quia vt Cicero pro Murena teſtatur, nihil incertius eſt vulgo,
61 nihil obſcurius † voluntate hominum: ad conciliandum dum de veriſimili interpretatione agitur nonnullas contrarietates, illorumque nimis aſperam opinionem temperandam, molliendamque, verbis tantum inhærentium dum de hominum elogijs interpretandis diſceptamus, qui ſcænam competitricem habuerunt, inſpiciendum eſt, nunquid huiuſmodi extenſio de perſona ad perſonam procedat, & plures quidem ſenſere caſum omiſſum pro omiſſo haberi, ita vt extenſio de vna perſona ad aliam
62 † non fiat, ex mente tacita ac veriſimili teſtatoris, quorum anteſignanus videtur Franc. Aretin. in dicto §. & quid ſi tantum, columna tertia, verſic. Secundò adde. cenſuitque hoc Bartol. in eadem l. Gallus, in princip. num. 9. ac Ioan. de Imol. in l. commodiſſimè, num. 2. ipſomet tit. Dec. conſil. 211. Subtilis eſt, num. 5. & alibi. ſuamque regulam, ex l. ſi quis ita, §. pen. ff. de teſtam. tut. autoritateque gloſſ. in l. Titius, in princip. dicto titu. de liber. & poſthum. ſtabilire Aretinus profitetur. Proinde-
63 que fideicommiſſariam ſubſtitutionem † de vna ad aliam perſonam non extendi, licet eadem

dem ratio adfit, affirmarunt Petr. de Anchar. conſ.356.Ex ſerie,col.2.nu.3.verſic. Secundò hoc probat. Imol.in d.l. commodiſſime, nu.2. Roman.conſ.131.Prima dubitatio,nu.1.Abb. conſ.57.Attingam,col.pen.verſic.Nam reſcriptum Gregorij,lib.1.Iaſ.in l.cum res, col.6.in 3.not.de leg.1.conſ.220.Teſtator,col.4. verſic. In primis ergò,lib.2. conſ. 228. In iſto themate, col.4. eod.vol.Dec. conſ. 63. Et pro tenui, nu.2.& 3.conſ.287.In ciuitate Placentię,nu.8. & 11.conſ.315.De viribus,num. 3. Socin. ſen. conſ.259.Viſis & conſideratis,nu.3.lib.2.Gozadin.conſ.59.Prima facie,num.4. Aym.Crauett.conſ.98. Nobilis, nu.5. conſ.161. Verba ſubſtitutionis,nu.11.& conſ.26. In cauſa,num. 34. Hieronym. Grat.conſ.26. Videtur,nu.32. conſ.80.In præſenti ardua cauſa, num.8.conſ. 122.In cauſa,nu.8.lib. 1. Curt. iun. conſ. 113. Pro reſolutione,nu.10.Carol.Ruin. conſ.153. Viſo vtroque teſtamento,nu.2.conſ.177. Proponitur,nu.10.lib.2.Rub.Alexandrin.conſ.31. Præſupponitur,col.2.nu.5.Soc. iun.conſ.186. Perſpectis,num.12.lib.2. Hieronym.Torniell. conſ.43.Ad hoc,nu.37.inter cõſil.Portij,lib.1. Rol.de Vall.conſ.56. Quoniam ex facto, num. 24.lib.3.conſ.43. Negari non poteſt,num.49. lib.4. Natt.conſ. 678. In cauſa,nu.6. 7. & 29. lib.4.Andr.Alciat.lib.3. de verb. ſign. fol.131. verſic. At ſi alia perſona ſit.Zanch. in rep.l.hæredes mei,§.cum ita,nu.222.ff.ad Trebell.Lancell.Galian.in d.§.& quid ſi tantum,nu.22.dicens male Angelum ibi ſentire,Io.Cephal.conſil.107.Magnificus D.Cæſar,nu.19.lib.1.conſ. 210. Vogoniæ, nu.49.lib.2. conſ.620. Series, nu.73.conſ.729.Accipio prius,nu.9.lib.5.Hieronym.Gabr.conſ.111. Stante teſtamento, nu. 13.de communi opin.atteſtans, nec aliud in citato loco ſenſit ipſe Frãciſcus Aretinus. Idque non ſolum procedere cum de perſona ſubſtituti agitur. Sed etiam ſi varietur perſona eius cui ſubſtitutio facta reperitur. Rip.in l.1.num.92. verſic.Attẽde ſi vis intelligere,ff.de vulg.& pupill. Hieronym. Gabr. ſi varietur perſona grauati,conſ.95.Laurentius,num. 13. & ante eum idem voluit Socin.ſen. conſ. 77. Viſis, nu.5.in fin.verſic.Et ſi dicatur.Prædictam inſuper opinionem veram eſſe,ſi coniecturę concurrerent, ac præſumpta mens teſtatoris, Dec.d.cõſ.211. Subtilis eſt caſus, num.5.conſ.287. In ciuitate Placentiæ,num.8.verſic. Secus dicit Aretinus. conſ.314. Pro reſolutione,nu.5.conſ.394. Pro vera,nu.8.verſic.Sexto & vltimo.Rol. de Vall. d.conſ.56.Quoniam ex facto,nu.24.lib.3. cõſ. 43.Quoniam,nu.49.lib.4.Hipp.Riminal.conſil.243. Cum vigeat, nu.50.verſic.Sed vt concedamus, ſub verbo forte magis communem opin. coniecturis adhuc ſtantibus, eſſe dicens, lib.3.conſ. 334. Et quo ad Margaritam, nu.7. eod.vol.Etiam ſi materia ſit fauorabilis,vt poſt Aretinum, & Soc. ſen. tradit Andr. Tiraquell. in rep.l.ſi vnquàm,in verb.Libertis, nu.30.verſic. Ex quo illud fit,C. de reuoc. donat. quem refert Cephal.conſ.114. Magnificus D.Bartholomeus,nu.7.lib.1. Tanta autem interpretationis eſt benignitas, legumque fauor in vltimis diſpoſitionibus adeo potens cõſpicitur, vt mul
64 ti è diuerſo cenſuerint,extenſionem† de perſona ad aliam perſonam in fideicommiſſis fieri, dummodo mentis veriſimilitudo cõcurrat, rationisque virtus non recedat, Franciſcumque Aretinum ſubtiliſſimum quidem ſuę tempeſtatis Iuriſconſultum,veluti illius rigoroſæ ac duræ ſententiæ quaſi auctorem,atque eius ſequaces audacter improbauerint, tanquam mentis teſtantium ipſi diligẽtes fautores, perſpicaceſque obſeruatores extiterint,Ang.in d.l.Gallus. §. & quid ſi tantum, col.3. vbi Fortun. Garz. nu.56.& Io. Crot. nu.27.Iaſ.in l. Titius,§.Lucius,nu.3.& 7.d.tit.de liber.& poſthum.& cõſil.148.Aggredior,col.3.verſ. Quartò facit, lib. 2.conſ.154.Viſo teſtamẽto,col.4.lib.4. Corn. conſ.146.In hac cõſultatione,col.2.lib.2. Cur. ſen. conſ.75.D.Ludouicus Rhotarius,col.10. nu.14.poſt Iacob.Butrig.Paul.de Caſt.& alios plures Dec. ſibi contrarius conſ. 227. In caſu, nu.8.& infra iunct. princ. Gozad. conſ.64.Teſtator, in fin. Mant. conſ. 22. In præſenti caſu, nu.72.Socin. iun.conſ.1.Prſentis conſultatio-
nis reſol.nu.70.lib.1.conſ.129. In præſenti conſultatione,nu.35.dicens hanc opin.ſibi veriſſimam videri,lib.3.Pariſ.conſ.50. Ex teſtamento condito,nu.55.& 60.vbi inquit eandem ſententiam crebriorem,humaniorem,& veriorem eſſe,lib.2.conſ.14.Petrus iſte,num.10.conſ.66. Nobilis Silueſter,nu.66.& 68. aſſerens veriſſimam eſſe opin.lib.3. Cephal.conſ.114. Magnificus D.Bartholomeus,nu.30.vbi multos allegat, Aretini deciſionem tutam non eſſe atteſtans, Angeli autem opinionem crebriorem, lib.1.vt dicit etiam conſ.252. Scripſi, num.21. lib.2.conſ.433.Magnificus D.Gabriel,num.4. lib.3.Franciſc.Marzar. conſ.6. Lecto conſilio, nu.9.verſic.Item præmiſſę concluſioni,conſ.7. Requiſitus,nu.8.verſ. Rurſus præmiſſę limitationi. æquum ſatis,congruumque hoc videtur, quippe quia ius ipſum menti,ac volũtati inhæreat, ſcrupuloſis figmentis verborum prætermiſſis,cum verba ceù pro vehiculo deſeruiant, vt mentem ex ijs per veras ac rationabiles coniecturas, præſumptiones, & veriſimilitudines conſequamur, vt non quantum verbis ſit expreſſum, ſed quãtum ex ipſorum etiam coniecturali veriſimilique ſenſu colligi poſſit,teſtantis vlterius affectione perpenſa, omiſſum cogitetur,ſpectandum ſit. Cumque vltra prędcitatos
65 † Scribentes Angeli opinionem magis communem

munem esse, duo insignes moderni Iurisconsulti testentur, scilicet Francisc. Mantic. in trac. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 19. nu. 9. vers. Tertiò puto, & Iacob. Menoch. cons. 173. Respondi, nu. 93. lib. 2. cons. 117. Neque noua, nu. 25. eod. vol. non arbitror ab ipsa recedendum
66 fore, nam Martiani † lib. 39. ad Sabin. sententia in d. l. si quis ita. §. pen. ex onere, ac proinde odio regulatur, quod tutoris datio secum fert, l. tria onera, ff. de excus. tut. licet ex parte pupillorum fauorem implicet, vt non ab re strictam
67 † interpretationem recipiat, l. quòd si nepotes, ff. de testam. tut. Vel ex intentione Aretini, in tutelæ datione solus ibi filij fauor versatur, in institutionibus autẽ & filij ac testatoris, vt eius testamentum valeat, tunc enim testamentum ipsum sustineretur, tutelæque datio quo ad filios. Non obstat quod aliquando ad Pauli responsum in d. l. Titius, in princ. Accursius arbitratus est, vt filiorum in genere facta institutio, ad filium quem testator habere ignorabat non trahatur, & tamen præsumpta mens testatoris est, vt si illum habere sciuisset, ex naturali charitate instituturus fuisset, l. 3. C. de inoffic. test.
68 cum communiter † reprobetur, eiusque opinio explodatur, Io. de Imol. & Paul. de Castr. ibi, idem Castrens. in l. sicut certi, C. de testam. milit. Paris. de communi opin. attestans. d. cõs. 66. Nobilis Siluester. nu. 70. lib. 3. cons. 50. Ex testamento, nu. 57. eod. vol. Ias. d. cons. 148. Aggredior, col. 3. versic. Quartò facit, lib. 2. cons. 154. Viso testamento, col. 4. versic. Confirmãtur, lib. 4. quanquam plures cum ipso transierint, Dyn. ibi, Nicol. de Neap. Ang. & Raph. Cuman. Cyn. in l. si pater, C. de hæred. instit. Dyn. & Bar. in d. l. si quis ita. Contraque opinionem Francisci Ripæ, Socini sen. & Gabrielij, quòd imò extensio fiat si persona grauati varietur, & non substituti, tenuerunt, Bart. in d. l. Gallus, in princ. num. 9. versic. Præterea illud, Imol. in l. si pater filium, per illum tex. ff. de vulgar. & pupill. Ang. in d. §. & quid si tantum, colum. 3. vbi Cuman. col. 2. Alex. in d. l. 1. num. 11. & Socin. num. 22. d. tit. de vulg. & pupill. substit. Gulielm. de Benedict. in c. Raynutius, in verb. Si absque liberis, 2. num. 26. versic. Vel possit alio modo, extr. de testam. Socin. in l. Paulus, col. 1. in 2. glos. ff. de reb. dub. Carol. Ruin. cons. 177. Proponitur quòd testator, col. 4. nu. 10. lib. 2. Hieronym. Zanch. in rep. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 122. versic. Quod nota contra Ripam, ff. ad Trebell. Hipp. Riminald. consil. 390. Post transmissum consilium, nu. 3. inducens ad hoc Salyc. in l. fin. C. de posthum. hæred. instit. Guidonem Pap. & Curtium, vt per eum, lib. 4. Sique Aretino nos subscripserimus, multis modis eius conclusio declarari po-
69 test. Primò si persona † ad quam extensio fieret, sub verbis menteque disponentis ob qualitatem sibi inhærentem posset modo aliquo comprehendi, tunc quidem personalis hæc extensio dubio procul procederet, ita se ipsum limitat in d. §. & quid si tantum, col. 4. versic. Secundò adde, iunct. versic. Fallit, dicens sic loqui textum in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. idemque sequuntur, Curt. iun. cons. 121. Præsupponitur, nu. 14. uersic. Nec obstat præmissis, Hieronym. Grat. d. consil. 5. Et si hoc responsum, num. 46. Paris. d. cons. 50. Ex testamento, nu. 55. lib. 3. Socin. iun. cons. 129. In præsenti consultatione, num. 36. & is lib. 3. Alciat. lib. 3. de uerb. sign. fol. 133. uersic. Tertius est. Hipp. Riminald. consil. 173. Respondi, num. 39. lib. 2. Quod etiam in fideicommissis locum sibi uendicat, Gozad. consil. 59. Prima facie, num. 22. iunct. num. 4. Marian. Socin. in præcitato consil. num. 35. & Francisc. Mantic. in d. tract. de coniect. ultim. uol. lib. 3. tit. 19. ante num. 9. uersic. Vnde etiam fideicommissum. Secundò, si
70 extensione non facta † absurdum emergeret, puta quòd minus dilectus magis dilecto præferreretur, meliorisque cõditionis redderetur, Carol. Ruin. cons. 168. Viso ac perlecto, nu. 19. & 20. lib. 3. Socin. iun. d. cons. 129. nu. 37. lib. 3. Cephal. d. cons. 114. Magnificus D. Bartholom. num. 30. lib. 1. cons. 251. Quoniam, nu. 30. & 31. ac cons. seq. nu. 20. lib. 2. cons. 383. Viso, num. 17. cons. 433. Magnificus D. Gabriel, nu. 3. lib. 3. Riminald. iun. cons. 243. Cum uigeat, num. 50. uersic. Primus est, lib. 3. Sicut extensio de casu ad casum minimè fit, ne dictum absurdum sequatur, Bart. in l. si mater, §. 1. nu. 3. ubi Io. de Imol. Castrens. Alex. Ias. & Socin. in 2. q. ff. de uulg. & pupill. Socin. cons. 76. Visis, col. 4. uers. Secundò principaliter, lib. 3. Ruin. consil. 154. Cum aliter, num. 2. lib. 2. Cephal. cons. 252. Scripsi, num. 20. cons. 251. Quoniam, nu. 32. lib. 2. Tertiò, si uetita extensione
71 † prouisio eluforia fieret, ne enim id contingat, extensionem etiam in pœnalibus procedere tradiderunt, ut per Aym. Crauet. cons. 135. Verba decreti, n. 25. post Gemin. & alios quos allegat Marian. iun. d. cons. 129. nu. 37. lib. 3. Hipp. Riminald. d. cons. 243. Cum uigeat, nu. 55. lib. 3. Quartò, Martianus Iurisconsul. personalem extensionem respicit, ubi testator de ea non cogitauit, nec sensit: secus uero esset, si testator saltẽ
72 generaliter † cogitasset aut sensisset, ueluti si omnes masculos legitimos & naturales ex proximioribus descendentes admitti usquè in infinitum disposuisset, Mantic. d. tit. 19. nu. 8. uersic. sed hoc loco, lib. 3. Riminald. iun. d. consil. 243. nume. 56. 57. & infra, hoc latè declarans,
73 lib. 3. Quintò, fauore piæ causæ † extẽsionem de persona ad personam fieri facilius concludunt, Ludouic. Roman. in auth. similiter, in 14.

Speciali

Speciali piæ cauſæ ad vltim. voluntates,C. ad l. Falcid. Alex. in l. ſi duobus,§. 1. verſic. Item vidētur,vbi Iaſ.nu. 14.de leg. 1.& in l. licet Imperator,nu.38.cod. tit. Dec. conſ.182. In caſu occurrenti,num.4.Grat.d.conſ.5. Et ſi hoc reſponſum,nu.74.lib. 2. Quod tamen intelligendum eſt,ſi coniecturæ legitimæ adfuerint,aliter enim nec fauore piæ cauſæ à iuris tramite declinare liceret,Mantic.d.lib.3.tit.19. nu. 10.fauorabilibus etenim pijsque cauſis ita fauor exhibetur,vt alijs iniuria non fiat,c.ex tenore, de for.compet.c.nuper, de donat. inter vir. & vx. proindè Ang. Vbaldus ſemel cōſulendo dixit, conſ.328. Anaſtaſius,nu.5.verſic. Nunc ad ſecundum, piam diſpoſitionem iuxta pium propoſitum teſtatoris ſeruandam eſſe, non autem vt ad id trahatur de quo teſtator non ſenſit; Pariter etiam niſi ſubſtitutio in pœnam hæredis non pro ſalute animæ facta piæ cauſæ reperiretur,tunc enim cum fauorabilis minime cenſeatur,ſed odioſa,extenſio reijceretur, Dec.cōſil.273.In caſu propoſito,nu. 1.vſque ad 3.verſic.Non obſtant allegata. eſt Eccleſia Dei cul-
74 trix † iuſtitiæ, omnemque iniquitatem reſpuit c. 1.§.Sed diuerſum,de alien. feud. Bald. in auth.niſi rogati,nu.55.C.ad Trebell.Sextò,in le-
75 gatis & fideicommiſſis particularibus † extenſio huiuſmodi lenius permittitur, in quibus nō ſolum is cuius nomen in teſtamento ſcriptum eſt,legatarius cenſetur, ſed is etiam cuius contemplatione relinquitur, quod Iuliano placuit in l.4.§.fin.ff.de liber.leg. Mantic.d.tit. 19.nu. 9. Septimò, Aretini concluſio non procedit,
76 quando late ſumpto vocabulo † alia perſona comprehenderetur in materia quantumuis odioſa, tunc enim omnino omiſſa nō diceretur, l.filium habeo,ff.ad Maced. Grat.d.conſ.5.nu. 44.lib.2.Alciat.in præcitato loco,verſic. Cęterum & caſus ille. Octauò extenſio fit de perſo-
77 na ad perſonam eadem † ratione militante,d.l. Titius,§.Lucius,ff.de liber.& poſthum.l.fi.C. de poſthum.hæred.inſtit.Mandell.Albenſ.conſil.52.Legauit teſtator, nu.11. verſic. Quia reſpondetur, tunc nanque extenſio non dicitur, ſed magis intenſio & comprehenſio,Grat.conſil.91.In cauſa,nu.18.lib.2.& ante eum Bald.in auth.poſt fratres,verſic. Item frater,C.de legitim.hæred.dicens, quòd ratio authenticæ præcedentis debet attendi tanquàm virtus intrinſeca legis, & tanquam genus prædicans de ſuis ſingulis ſpeciebus,citansque tex.Inſtit.de legitim.patron.tut.in princ.Cæterum caſum omiſ-
78 ſum pro omiſſo haberi † in militis teſtamento, quicquid fit in teſtaméto pagani Cato Saccus cenſuit, quem Andreas Alciatus vir grauiſſimus referebat, ac ſequebatur, in l. Centurio, nu.10.ff.de vulg. & pupill.in l. Lucius, nu.20. & in l.1.nu.142.verſic.Addidit,eod.tit.quibus Vacon.lib.4.declar.54.Quęri ſolitum eſt,nu.1. aſſentitur, vt ab eo coniecturæ ſint penitus eliminandæ, quod Vlpiani authoritate lib.45.ad edict.in l.1.ff. de teſtam. milit. primò comprobant,dum ibi dicitur,teſtamenta à commilitonibus relicta, poſſe in controuerſiam deduci ſi ad diligentiam legum, & obſeruantiam reuocentur:diligentiam nanque pro legis coniectu-
79 ra † interpretantur, ne alioquin verbum iſtud ſuperfluò appoſitum ſit, cum obſeruantiam ad ſolennitatem referant:maximè quia ſolennitas ſatis ſuperque remiſſa cenſetur ex ſubſequentibus verbis, quibus nudam militis ſufficere voluntatem aperitur: de vtraque igitur remiſſione textus intelligendus eſt, ſolēnitatis & interpretationis, ad vitium ſuperfluitatis euitandū, l.1. ff. quod met. cauſ. l. 3. in princ.ibi, fruſtrà adijcitur,ff.de iur.iur.accedente natura copulę quæ diuerſitatem copulatorum oſtendit, gloſ. in c.quærelam, de ſimo. & in rubr.ff. de iur. & fac.ignor. Sed ſi ſuperfluitatis vitium tollemus
80 non inconuenit diligētiam pro ſolēnitate † interpretari, quæ regulariter à legibus deſideratur,in paganorumque teſtamētis obſeruari debet, vt Scæuolæ authoritate oſtenditur,in l.Lucius Titius,§.Lucius Titius,de leg. 2.dum pul-
81 cherrimum quidem teſtamentum † recenſet, Lucius Titius hoc meum teſtamentum ſcripſi, ſine vllo Iuriſperito, rationem animi mei potius ſecutus,quàm miſeram, & nimiam diligentiam; & ſi minus aliquid legitimè,minusve peritè fecero, pro iure legitimo haberi debet hominis ſani voluntas. idipſum Imperatoris teſtimonio patet,dum in princ. Inſtit.de milit.teſt. inquit, Supradicta diligens obſeruatio in ordinandis teſtamentis, militibus propter nimiam imperitiam eorum conſtitutionibus principa-
82 libus remiſſa eſt. cumque parum legum † diligentia prodeſſet, niſi poſt ipſarum promulgationem obſeruentur,l. 2.§. poſt originem,ff. de orig.iur.l.leges.1.C. de legib. optima igitur ratione vtrunque verbum Vlpianus ibi coniūxit. Nunc vt vitium prædictum ſubmoueatur,inciuile non videtur,geminatis verbis idem expri-
83 mi † ad omnem dubitationem auferendam,l.1. §. ſed ſciendum, verſic. Ego puto,ff. de ædilit. edict. Imperatoris enim reſcriptum ibi verbis prægnans eſt & copioſum,vt fauoribus milites proſequeretur, eius ſanctionem adeò clare exprimendo, vt in dubium reuocari nullo modo poſſet: dixerim denique epinalepſi quadam, non periſſologia, ſeu conculcatione, Iuriſcon-
84 ſultū vſum fuiſſe,cuius plurimi † effectus ſunt, vt Alciatus admonet: hocque primis verbis illis demonſtratur, Militibus liberam teſtamenti factionem primus quidem Iulius Cæſar conceſſit, liberam ſane à ſolennitatum anguſtijs, cum in cæteris pagano etiam libertas de ſuis

fortunis

fortunis disponendi concedatur,& vltimis ferè alijs verbis concluditur, Faciant igitur testamẽta quomodo volent, quomodo poterint, sufficiatque ad bonorum suorum diuisionem faciẽdam nuda voluntas testatoris. nuda inquam à solennitatum inuolucro,cum de ipsa testamenti factione, caput quod mandatis inseri iussit Traianus, loquatur; & alibi idem Vlpian. lib. 44. ad Edictum, in l. in fraudem,ff. de testam. milit.latius expressit, Sicut autem hæreditatem miles nuda voluntate dare potest, ita & adimere potest, denique si cãcellauerit testamentum suum, vel inciderit nullius erit momenti: si tamen testamentum cancellauerit, & mox valere voluerit,valebit ex suprema voluntate; & ideo cum miles induxisset testamentum suum, mox anulo suo signasset, qui super ea re cogniturus erit, considerabit quo proposito id fecerit. ex quibus verbis colligitur nudam voluntatem, à solennitatibus intelligi, & nihilominus militis propositum considerari, ac coniecturari posse, imò oportere. Imperatorum itaque decretisibi militis testamentum,vt Francisci Connani viri clarissimi vtar verbis, ad iurisgentium æquita-
85 tem † redactum extitit, vt qualitercunque fiat ratum sit. Hac alia ratione Vaconius eius opinionem confirmabat, ius nanque accrescendi
86 † ex tacita voluntate, siue mente testatoris coniecturis inducitur,l. si Titio & Mæuio, §. Iulianus,de leg.2.Bart.in l.si in testamento, nu.3.ff. de vulg.& pupill.quod cum in militis testamen
87 to locum † nõ habeat,l.si duobus,ff.de testam. milit.l. 1.& 2.C.eod.tit.consequens est, coniecturalem interpretationem militare testamentum non admittere. Sed neque hæc ratio stringit, cum non ex eo, quòd in huiusmodi militaribus testamentis,non coniecturis vtamur, ius
88 accrescendi cesset,sed quia licet militibus † decedere pro parte testatis, & pro parte non,l.miles ita,in prin.d.tit. ff. de testam. milit. istamq. rationem Paulus lib.7.Quæst.in d.l.si duobus, & Vlpian.lib.4.ad Sabin.in l.si miles vnũ,eod. tit.dilucide afferebant,vt non sit alia declaratio perquirẽda,ne extricatam rem,& facilem, obscurare videar, sunt enim aliqui, qui vbi opus non est, ingenij acumen effundere moliuntur, in rebus vero difficilibus deficiũt, vt corruptores iuris ciuilis, non explanatores se reddant; Sed si aliquid vlterius attentandum foret,posset aliter, concludenter responderi, quòd non
89 ex eo † in responso Pauli lib. 7. Quæstionum cessat ius accrescendi,quia in testamento militis sibi locum non vendicet, sed quia cessat ratio inductiua ipsius iuris, quæ est coniunctio rationem voluntatis ostendẽs in militis etiam testamento, hocque illis verbis Iurisconsultus explicauit, Nisi si hæc voluntas defuncti probata fuerit,vt omittente altero,ad alterum vellet totam redire hæreditatem; scilicet per coniecturam coniunctionis iuris accrescendi inductiuã & extinctiuã,coniungendo enim testator, ostẽdit illos præferre,ac prædiligere,l. si ita quis,ff. de hæred.instit.l.cohęredi,§.qui discretas,ff.de vulg.& pupill.quia facit vnum corpus, arg.l. 1. §.his ita, in fin.C.de caduc.toll. Vltimò Vlpiani lib.4.Disput. geminum contextum allegãt, in l.quærebatur,§.fin.d.tit.de test. milit. iunct. l.licet Imperator,ff.de leg. 1.legata nanque, ex primo contextu,ab instituto relicta, per coniecturam voluntatis repetita à substituto censentur,ab eoque præstari debent:ex secundo,illud
90 in substitutione † à milite facta,sibi locum non vendicat,vt hinc sequatur,coniecturam à militari testamento reijciendam fore: quòd autem repetitio per coniecturam eo in loco fiat, dum Iurisconsultus inquit, Videri ex voluntate testatoris repetita à substituto,manifeste quidem colligitur, Denique leges prædictæ adhuc non videntur Catonis Sacci, aliorumque intentio-
91 nem roborare, cum vnum responsum † in d.l. quærebatur,§. fin. de directa militari substitutione loquatur: in vulgari alterum in d. l. licet Imperator,ratio autem differentię inter vtrunque illa est,nam vulgaris substitutio (ut vulgare nimis) ante aditam hæreditatem locum habet, post uerò expirat,l. 1. de vulg. & pupill. l. post aditam,C.de impub.& al. substit. unde cũ hæres institutus in primo gradu hæreditatem non adiuerit, & consequenter legata non præstiterit,coniecturata uoluntate censentur à substituto repetita,ab ipsoque præstari debent;directa uero militaris post aditam hæreditatem, uigorem accipit,l. miles ita, in princ. l. milites etiam ijs,ff.de testam.milit.cum itaque primus à quo legata fuerant relicta hæreditatem adeũ-
92 do,ex quasi contractu fuerit † obligatus, & ab eo præstari debeant,l. si ex maleficijs, §. hæres, ff.de act.& oblig.l.apud Iulianum,§.fin. in fin. quib. ex caus. in poss. eatur,§. hæres, instit. de oblig.quæ ex quasi contract. nimirum si à substituto post certum tempus succedente, legata repetita minime videantur, nisi alia militis voluntas probetur,d.l.quærebatur,§.fin. in fin.vt ex Modernioribus interpretibus nonnulli grauissimi egregie explicarunt,Ias. scilicet in rubr. de vulg.& pupill.substit.nu.7.Francis. Rip.nu. 6.& Soc.iun.in l.centurio,nu.13.vers. Non obstat,eod.tit. quibus tamen in Racemationibus Iuris ciuilis contradicebam, alia enim ratione
93 † legata ab instituto à milite ibi non censeri repetita in substituto, nam cum testamentum illud quo ad primum gradum, ad tẽpus iure militari valeat, & ex speciali militum prærogatiua,§.pure,Instit. de hæred. instit.d.l.in fraudẽ, §.pen. de testam. milit. quæ iuri communi opponitur,De militum enim testamẽtis,vt inquit

Caius

Digitized by Google

Caius lib.15.ad edict. Prouinciale in l.2.d.tit. ideo ſeparatim Proconſul edicit,quòd optime nouit ex Conſtitutionibus principalibus propria atque ſingularia iura in teſtamẽtis eorum conſeruari; & per ſecundum gradum quo ex tẽpore ſubſtituit militis voluntas iuri communi conueniat,ad eiusque regulas reuertatur,optima ratione fit, vt diſpoſitum in actu contrario, non cenſeatur repetitum in alio actu pariter cõtrario,qualis eſt ſubſtitutio illa,reſpectu primæ militaris ad tempus inſtitutionis;rationẽ hanc,
94 ſiue † intelligentiã,indicaſſe ſufficiat,quam alibi non inutilibus fundamentis, neceſſarijsque auxilijs corroborare ſtudui,vt viribus conſiſteret. Submotis ergo Vaconij aliorumque præcitatorum argumentationibus, contrariam opinionem veriorem eſſe arbitror, in teſtamentis inquam militum coniecturis firmiter locum eſſe, quod multi vti abſolutum non tetigerunt, nec de eo dubitarũt, aliqui autem id expreſſim teſtati ſunt,vt Iaſ.in l.2.in princ.nu. 32. verſic. Recolo,ff.de vulg.& pupill. ſubſtit. Mantic. in tract.de coniect.vlt.vol.lib.6.tit.1.nu.6.verſic. Sed & ſi iura, & Franciſc. Connan. elegantiſſimus Iuriſconſ.in Commentar.iuris ciuilis, lib. 9.cap.5.nu. 7. Florentini nanque exemplo lib. inſtit.10.vllorum magis non intereſt, quam ipſorum militum,quibus tot priuilegia data ſunt, eiuſmodi coniecturalem voluntatis interpretationem admitti, vera enim iudicia militum alitèr ſubuerterentur;Quod & ſi pluribus poſſem demonſtrare,pauca tamen ſufficiant: vtque retorquutionẽ ſententiæ Vlpiani lib.44.ad edict. præteream. Primò allegatur Marcelli authoritas lib.ſing.Reſponſ. in l.Titius,§. ſed plane,d. tit.de teſtam.milit.vbi Titius antequam Tribunus legionis factus eſſet, teſtamentum fecerat, & poſtea cinctus,manente eodem, deceſſerat: quærebatur an militis teſtamentum videretur? Marcellus cenſuit,niſi conſtitiſſet dictum ab eo teſtamentum ante Tribunatum factum valere voluiſſe,ad commune ius pertinere. Sed planè feciſſe teſtamentum eum interpretandum eſt, qui ſe velle teſtamentum quod ante fecerat valere aliquo modo declarauerit.ecce cõſtat hinc apertiſſime coniecturis, & interpretationibus in militis teſtamẽto agi,nõ enim dilucide aperteque id declaratum fuiſſe textus præſupponit, ſed aliquo modo, vt interpretatione opus fuerit. Secundò facit,nam militare teſtamẽtum ſui
95 hæredis agnatione † non rumpitur, vt cætera paganorum teſtamẽta,vnde Vlpianus, in l.qui iure militari,præalleg.tit. Qui iure(inquit)militari teſtatur,ſi ignorauerit prægnantem vxorẽ, vel non fuit prægnans,hoc tamen animo fuit,vt vellet quisquis ſibi naſceretur exhæredem eſſe, teſtamentum non rumpitur: ſatis enim eſt,eum ſuæ opinionis voluntatem dediſſe, vt noluerit filium ſi quem haberet ſibi eſſe hæredem;in paganis autem ſecus eſt, qui filios ſuos debẽt aut inſtituere nominatim, aut exhæredare: neque quicquam prodeſt,dicit Connanus,tacita mentis eorum coniectura, ſi qua de eo capi poteſt, in hocque ſolo differre videtur procinctum, & militare teſtamentum,quod procinctum nõ valebat in quo filius præteritus reperiebatur, ſed agnatione ſui hæredis,vt cætera teſtamenta rũpebatur; Prædictis inſuper proximum eſt,quòd non ſolum coniecturæ animi in teſtamento militis conſiderantur, ſed diligẽtius quàm in alijs teſtamentis animum teſtatoris lex interpretatur,verbis etiam deficientibus. Tertiò affertur eiuſdem Vlpiani in l.neque enim,§.fin.d.tit.au
96 thoritas,vult enim † manumiſſo ſeruo fideicõmiſſariam hæreditatem relictam, ex coniectura voluntatis, legisque interpretatione ad directã hæredis inſtitutionem, vel ſubſtitutionem trahi,cum ſeruus propter caſum mortis primi, & ſecundi hæredis non poſſet admitti,directaque libertas teſtamento relicta, ex ſtricto iure non poſſet effectum ſortiri,iuxta l.1.§.1.ff.de leg.3. l.ſi nemo,ff.de teſtam.tut. & l.ſi nemo,ff.de regul.iur.vt inficiari nequeat,coniecturam volũtatis,interpretationemque in militis teſtamento locum retinere,imò magis, vt dicebam,cum de teſtamento pagani,vt Frãciſcus Mantica inquit,dubitetur,diſtinctioque adhibeatur,l.tractabatur d.tit.de milit.teſtam.licet in militis teſtamento indiſtincte id receptum ſit. Quartò Imperiali ſanctione illa confirmatur in l. in teſtamento,1. in fin. C. eod. tit. qua reciprocam
97 ſubſtitutionem † factam à milite perſonis imparibus non continere pupillarem,quæ non poteſt vtrique conuenire ſtatuitur: niſi probetur militem aliud ſenſiſſe; colligitur ex hoc coniecturis etiam militis voluntatem probari poſſe, cum ſatis euidenter expreſſum dicatur, quod coniecturis probabilibus deduci poteſt,l. licet Imperator,de leg.1.Afflict.deciſ.44. De tribus, nu.14.Cumque conſtans ſit opinio,rationabiliter circa militis teſtamentum iudex conſiderabit, quo propoſito miles teſtamentum induxerit,& poſtea ſuo anulo ſignauerit d.l.in fraudem,§.1.vt ad iudicem pertinere ambiguæ vo-
98 luntatis militis † interpretationem firmandum ſit,ſicuti generaliter hoc cõſtitutum in iure eſt, l.voluntatis quæſtio, C. de fideicom. congruit præcedentibus illa interpretatio,vt non præſu-
99 matur † militem genus teſtãdi elegiſſe, ad eius iudicia impugnanda, d.l. ſi miles,ff. de teſtam. milit.ſed magis vtrunque genus propter fortuitos caſus, quemadmodum plerique pagani ſolent, cum teſtamentum faciunt per ſcripturam adijcere velle illud etiam vice codicillorum valere: merito idem Vlpianus in d.l. quærebatur, §. ſecundum hæc, ſuper dubitatione duorum teſtamen-

teſtamentorum à milite factorum, ad primi validitatem, animum militis conſiderandum eſſe referebat; vtque controuerſiam iſtam perſtringam, illa denique ratione vtar, quòd nõ ita certam voluntatem in militis teſtamento leges exquirant, quam in paganorum elogijs appetũt, nimirum ſi coniecturali quadam certitudine ſe oblectent; Vnde quamuis antiquo more teſtari non liceret ei qui ſui iuris eſſet dubius, id iam
100 militi † permittitur, vt Vlpian. in l. ex militari, d.tit. reſpondit, Si miles incertus an ſui iuris ſit, teſtamentum fecerit, teſtamentum eius valet, hoc in paganis prohibetur, quòd certa debet eſſe eorum voluntas, at militum non omnino certa, ſed veriſimilibus coniecturis perſpecta, pro iuſto teſtamento habetur. Huc pertinet quòd leges æquitatem atque humanitatẽ quan
101 dam † in militum etiam teſtamentis exquirunt, exercentque, proinde teſtamentum à milite factum, illo deinde militia non ignominioſe miſſo, rurſumque cincto in alia militia, iure militari factum cenſetur, humanius enim eſt dicere valere teſtamentum quaſi coniuncto munere militiæ, l. quod dicitur, præalleg. tit. Nõ aliud certè, vt idem non ab re quaſi repetam, dici poteſt, militum nanque illa ſimplicitas tanta eſt, vt ipſorum teſtamenta non ſolum à iure Quiritum exemerit, occaſionemque legibus præbuerit vt varijs priuilegijs quę paſſim inueniuntur, teſtando vterentur: verum etiam ipſorum mentem, atque animum coniecturis, ac veriſimilibus elicere, declarareque valeremus: ſi enim ius ciuile debilibus & infirmis, omni id æquitate ſuadente, ſuccurrere ſtuduit, cur nõ dixerimus fortiſſimis alioqui viris militię dignitate ac ſplẽdore fulgentiſſimis, in dicendo autem, ipſorũque voluntatem declarando, vt plurimum imperitis & rudibus, qui patriam intrepide vitam mortemque vouentes, ſeruauere pij incolumẽ, in eorundem mentis interpretatione coniecturis ſubueniendum fore, imò magis, ſi maiori auxilio egere cęteris fateri compellimur? impium profectò eſſet ab ipſorum diſpoſitionibus coniecturas remouere, interirent enim animi ſenſa ruditer, & inconcinne expreſſa, niſi accurate legum fauore intelligantur, & veluti benignè ſuppleantur: ſi itaque gentes ipſi tuentur, vigiliq. cura regnorum ſecuritati incumbunt, vt alienã potius, quam propriam ſalutem perquirãt, tot pericula ſubeundo, vt fortunatos ſæpe mercatores, graues ipſi annis, & multo iam fracti mẽbra labore appellent, propriique iure ex militia obuenta, mere ex labore obtigiſſe dicantur, quod Iuuenalis Satyra vltima oſtendit.

Solis præterea teſtandi militibus ius
Viuo patre datur, nam quæ ſunt parta labore
Militiæ, placuit non eſſe in corpore cenſus,
Omne tenet cuius regimen pater.

cur militum teſtamenta coniecturis non interpretabimur, dum ipſi fortitudine animi ac corporis potius, quam delicijs, atque ambagibus nobis auxiliantur? Sed cum extenſionis fines latiſſime protendantur, vt breui præfatione explicari, concludique nequeant, alibi de extenſionis generibus diſputare licebit: quæ quidem difficilius de perſona ad perſonam permittitur quam de caſu ad caſum, Gaſpar Fabianus, conſil. 54. Præſuppoſitis, nu. 31. inter conſil. Portij, lib. 1. Mandell. Albenſ. conſ. 74. Diſtinctio Baldi, nu. 2. Io. Cephal. conſil. 2. Illuſtris Comes, nu. 22. lib. 1. conſ. 616. D. Gaſparinus, nu. 109. lib. 5. Illudque hic non omiſerim, quòd ſi fuiſ-
102 ſet dictum † tunc & eo caſu, cum huiuſmodi verba ſint reſtrictiua ac taxatiua, temporisque extremitatem ſignificent, l. 4. §. fi. ff. de condit. & dem. l. in ſubſtitutione, ff. de vulg. & pupill. l. huiuſmodi, ff. de verb. oblig. complures voluere extenſionem omnino prohiberi: licet enim quando in ſubſtitutione vulgari vnus caſus exprimitur, ad alios caſus regulariter porrigatur, l. cum proponas, C. de hæred. inſtit. hoc tamen fallit cum expreſſe in vno caſu, verba prædicta eſſent appoſita tunc & eo caſu, Petr. de Anch. d. conſil. 356. Ex ſerie teſtamenti, col. 2. verſic. Pondero verba illa. Dec. in l. quamuis, col. 2. nu. 2. verſ. Et quod dictum eſt, C. de impub. & al. ſubſtit. conſ. 89. Viſo puncto, nu. 3. conſ. 315. Superioribus diebus, nu. 4. & 5. dicens Ancharanum non habere contradictorem qui ei comparari poſſit, Ludouic. Gomeſ. in §. rurſus, nu. 16. verſic. Tamen vltra omnia, Natt. conſ. 678. In cauſa agitanda, nu. 7. lib. 4. conſ. 667. De viribus ſubſtitutionis, nu. 5. cod. vol. Et in alijs ca-
103 ſibus † vltra vulgarem ſubſtitutionem, quòd ex his dictionibus, tũc & eo caſu, ſubſtitutiones non extendantur, cum natura ipſarum ſit alios caſus excludere præter incluſum, concludunt Bal. conſ. 57. Item inſtituo mihi hæredem, col. 2. lib. 2. Roman. conſ. 131. Prima dubitatio, verſic. Secundò iſtud idem probatur, & conſ. 138. Noua ſuperuenit, verſ. Secunda, quia teſtator. Io. de Anan. conſ. 66. Viſis his, col. 3. verſic. Et hoc expreſſe, Soc. conſ. 259. Viſis & conſideratis, col. 3. verſic. Confirmantur præmiſſa, lib. 2. conſ. 5. In primo conſultationis artic. nu. 7. lib. 3. Dec. conſ. 63. Et pro tenui, num. 2. & 3. conſ. 314. Pro reſolutione, nu. 4. & 5. conſ. 332. Viſis conſilijs, nu. 1. conſ. 433. Viſa copia, nu. 8. conſ. 523. Aliàs ſcripſi, nu. 5. Aym. Crauet. conſ. 98. Nobilis & potens, nu. 5. ubi multa Decij conſilia adducit, Rub. Alexandrin. conſ. 31. Præſupponitur in facto, nu. 5. Pariſ. conſ. 73. Iſta ſubſtitutio, nu. 31. lib. 2. Carol. Ruin. conſ. 200. Viſo themate, nu. 9. lib. 2. Alex. de Neuo, conſ. 81. Viſo ſupraſcripto puncto, nu. 5. Hieronym. Gabriel. conſ. 111. Stante teſtamento, nu. 14. Natt. conſ.

conſ.676.In cauſa,nu.3.conſ. 667. De viribus ſubſtitutionis,nu.4.& conſ. 678. In cauſa agitanda,num.6.lib.4.Rolan.de Vall.conſ. 38. In præſenti,num.39.lib.4.Cephal.conſ.196.Subſtitutionum,num.7.lib.2.conſ.175. In hac conſultatione,num.15.eod. vol. Gaſpar Fabian.d. conſil.54. Præſuppoſitis, num.39.inter conſil. Portij lib.1. Menoch.conſil. 152. Reſpondendum videbatur,num.41.lib.2. conſil.243. Diſputationis huius,num.35. & infra,vbi de communi opin.teſtatur latiſſime inſiſtens,lib.3.conſil.393. Reſpondi, num.47. & 48.magis communem eſſe dicens,lib.4.Riminald. iun.conſil. 412. Teſtatrix quædam, num.68.& 69. lib. 4. Simon de Pret.in tract.de intepr.vlt. vol.lib.1. Dubit.1.fol.12.num.3.& 4. & lib.2.interpr.4. Dubit. 2. fol. 3. num. 66. Sed quòd dictiones
104 † tunc & eo caſu, non impediãt extenſionem fieri in fideicommiſſis, & ſubſtitutionibus ſi de mente ex coniecturis conſtet, alij numero authoritateque non inferiores tenuerunt. Andr. Barbat.conſ.21.Præclare dixit,col.2.verſic. Et ſi dicatur,lib.2.Curt.ſen.conſ.75. D. Ludouicus,num.14.Dec.conſ.227.In caſu,nu.6. prope fin. Pariſ.conſ.92. Prima dubitatio, nu.60. cum ſeq.lib.2. & inſignius conſil. 50. Ex teſtamento condito,num.52.& 53.lib.3. citans Bartol.in d.l.Gallus,§.& quid ſi tantum, quem vt ipſe inquit omnes ſequuntur, vbi Lancell. Galiaul.num.14.ſpecifice Ancharanum, Deciumque reprehendit,& conſ.66. Nobilis Silueſter, num.65.eod.vol. Soc. iun. conſ. 106. Pulchra profectò,nu.30.conſ.114.Viſis,num.29.lib.1. conſ.145. Viſo teſtamẽto,nu.29.lib.3.Rot.Roman.vt per Caſſad.tit.de teſt.q.1.& Rotam refert,ac ſequitur Duran.in trac.de art.teſtan.de ſubſtit.caut.5.nu.5.And. Alciat.lib.3.de verb. ſign.fol.147.verſic.Sed quid ſi limitatiua,vt ita dicam dictione. Franciſc. Rip. in l.1. num.169. ff.de vulg.& pupill. Ludouic. Gozad. conſ.64. Teſtator,in fin. Hieronym.Zanch. in rep.l. hæredes mei,§.cum ita,num.1049.verſ.Qua opinione retenta,ff.ad Trebel. Natt.conſ.675. Habito ſæpius colloquio,nu.13. lib.3.vbi præclarè loquitur,citatq. doctrinam Alex. conſ. 130. In cauſa,num.6.lib.4.Rolan.de Vall. conſ.70. Quoniam,nu.49.lib.3.Cephal. conſ.478.Nobilibus,nu.52.lib.4. Franciſc. Marzar.in tract. de fideicom.q.24.allegans Nicol. Bellon. ſupput.lib.1.cap.17.dicensque ſe iſtã partem ſemper ſequutum fuiſſe, pro eaque conſuluiſſe ſuper fideicommiſſo D. Simeonis de Portis ſenioris, & Comitis Franciſci de Seſſio, vt verè conſuluit conſ.4. Viſo & perlecto, nu.19.conſ. 6. Lecto teſtamento,nu.12.conſ.7. Requiſitus, nu.11. Aym. Crauett.conſ. 5. De anno, nu.57. verſ.Quartum denique, inter conſilia eiuſdem Marzarij, Riminald.iun.conſ.291. D. Thomas, nu.65.lib.3. Iacob.Mandell. conſ.51. Deceſſit, nu.19.& 20.Franciſc.Mant.in tract.de coniect. vlt.vol.lib.3.tit.14. nu. 10. verſ. Sed tamen aduertendum,& Menoch. conſ. 220. Perplexa & difficilis,num.38.lib.3.hæcque opinio æquior, probabilior, crebriorique calculo recepta vide
105 tur; licet aliud † eſſet, ſi teſtator dixiſſet, tunc & eo caſu,& non aliter, Duran. Gualdenſ.in d. tract.tit.de ſubſtit.caut.5.fol.47.Mantic. d.tit. 14. ante nu.11.verſic. Tunc autem, Vel aliam ſimilem taxatiuam dictionem adieciſſet, vt ſcribit Riminald.iun.conſ.291. D.Thomas, num. 66.lib.3. vbi aderant dictiones ſic tamen: Habent enim hæ dictiones non aliter,naturam præciſam, vt modificationem aliquam, vel interpretationem à verbis ſeparatam non admittant, Dec. conſ.61. Et pro tenui, num.2. verſic. Et illa clauſula, Pariſ. conſil. 19. Ad reſolutionem, num. 15. verſic. Præterea illa verba,lib.2. vt formam inducant, Bart. in l. fin. C. de vendit. rer.ciuil.lib.11. num.4. & in l.de his, col.2. verſic. Præterea iſta lex,ff.de tranſact. Dec.conſil. 528. Pro reſolutione, num.10. in fin. Pariſ. in citato conſil. num.20. Carol. Ruin.conſ.92. De duobus principaliter, num.25.libr. 3. Rol. de Vall.conſ.43.In præſenti conſultatione,nu. 12.lib. 2. Multoque magis ſi dixiſſet tunc & eo caſu,& non aliter,nec alio modo, iuxta tradita per gloſ. in l. ſiquidem, vbi Bald. num.3.C.de except.Alexand.conſil.111.Perſpectis,in fin.nu. 25.lib.6. Socin.conſ.251. Quoniam in præſenti,col.5.num.4.verſic.Poſtremò,lib.2.Gozad. conſ.3.In cauſa,nu.23.Aliud etiam circa obſeruationem veriſimilis prætereundum non duxi,
106 vt veriſimile ita ſit,quòd contrarium † ab aliquo credi nequeat, alias attendi non deberet, vt tradit Hieronym.Gabr.conſ.111.Stante teſtamento,num.12.verſic. Idque ſine dubitatione, poſt Socinum, quem allegat, & hoc Ariſtotelis authoritate lib. 1. art. rhet. comprobari poteſt, dum enthymema ex veriſimilibus, & ſignis conſtare, & quid eorum vtrumque ſit, interpretatur.

HYPOTHESIS.

Definitiones, multiplicesque differentias conditionis enarrari: Dictiones pariter ipſam importantes, nuncupatimque Si, dictionis ſignificationes exprimi, ac incertum diem à conditione differre: Modi etiam definitionem,& à conditione differentiam,necnon inter pœnam conditionemque diſcrimen oſtendi: Cauſam vlterius ex Bartolo, Baldo, & Luca de Penna definiri: interque cauſam & occaſionem differentiam, deque cauſis multa conſtitui: De-

monſtrationis quoque definitionem, naturam: atque virtutem, & ex quibus verbis ſignificetur, deque ipſa demonſtratione complura proferri: Dictionis Sine, naturam demum indicari.

SVMMARIVM.

1 *Conditionis primam definitionem ex Azone afferri: Secundã ex Bartolo: Tertiã ex Baldo: Quartam ex Cardinali: Quintam ex Anton. Gomeſio Hiſpano: Sextam ex Signorolo de Homodeis: Septimam ex eodem Baldo: Octauam ex Vbertino Zuccardo: Nonam denique ex Iacobo Cuiacio; Sed Secundam Bartoli vti communem confirmari, nu. 2.*

3 *Conditionem poteſtatiuam explicari.*

4 *Conditionem poteſtatiuam elegantius arbitrariã appellari poſſe.*

5 *Conditionum poteſtatiuarum diſtinctionem apud Petrum Stellam inueniri.*

6 *Conditionis poteſtatiua ius ad haredẽ non tranſire: idque declarari.*

7 *Conditionem poteſtatiuam tam in reali quàm in perſonali actione, curſum præſcriptionis non impedire.*

8 *Conditionem caſualem declarari atque diſtingui.*

9 *Conditio poteſtatiua ſi non poteſt in vltimo vitæ ſpiritu adimpleri, quid dicendum?*

10 *Conditionem mixtã declarari & diſtingui in conditionem ex voluntate mea & alterius pendentem, & aliam ex poteſtate mea & arbitrio fortunæ.*

11 *Conditionem mixtam, ſi facilis fuerit, vim poteſtatiua habere.*

12 *Conditionem poteſtatiuam ex Iacobo Cuiacio promiſcuam appellari ſolere, caſualem autem non promiſcuam.*

13 *Conditionem mixtam perperam promiſcuam appellari, ſed potius communem ex eodem Cuiacio ex Emanuele Coſta dici debere.*

14 *Conditionem ſi Capitolium aſcenderis, veterum auctoritatibus ex Franciſco Duareno enucleari.*

15 *Conditionem contigibilem definiri.*

16 *Conditionem neceſſariam aperiri, ipſamque actũ conditionalem non reddere, nec ſuſpendere virtutem & effectum actus, ſed pro pura haberi.*

17 *Conditionem neceſſariam, ad aliũ caſum, non autem ad aliud tempus extendi.*

18 *Conditionem neceſſariam à voluntaria differre, & quomodo id contingat.*

19 *Conditionum aliam de præſenti, aliam de præterito, aliam verò de futuro eſſe: & exempla ac regulam oſtendi.*

20 *Conditionem ad futurum relatam ſuſpẽdere præſentemque conditionem eſſe.*

21 *Conditionum quæ in futurum conferuntur, triplicem eſſe naturam ex Azone qui exempla ponit.*

22 *Conditionem expreſſam ex, Si, dictione vel alia ſimili ſignificari: nihilque referre quibus verbis conditio exprimatur.*

23 *Si, dictionem importare formalem conditionem, & formalem cauſam inducere.*

24 *Si, dictionem aliquando modificatiuè, aliquando negatiuè, aliquando diſiunctiuè ſumi, aliquando ſupernacaneam eſſe & non proficuam quandoque demonſtratiuè, aliquãdo impropriari pro quia, quandoque pro quatenus, Doctores autem de eius natura pertractantes indicari, nu. 27.*

25 *Dictiones omnes aliquando proprie, aliquando vero improprie ſecundum ſubiectam materiam aſſumi, & vnam pro alia.*

26 *Dictiones huiuſmodi ex mente proferentis vt abſurdum euitetur, in legibus, ſtatutis, vltimis voluntatibus, atque iudicijs intelligi, in contractibus verò ſecus.*

28 *Cum, dictionem, importare conditionem, differentiamque inter ſi, & cum afferri.*

29 *Dum, dictionem, interdum conditionem importare: item verba illa Quo ad, interdum etiam dictionem In, conditionem ſignificare: item dictionem Ad, licet propriè modum faciat.*

30 *Pronomina demonſtratiua iuncta cum relatiuo quis vel qui, conditionem importare, vt ſi diceretur caſu quo.*

31 *Vt, & donec, dictiones interdum conditionem oſtendere.*

32 *Dummodo dictionem ad conditionem referri ſecundum vnam opinionem, ad modum autem ſecundum aliam, ſed diſtinguentem opinionẽ amplectandam fore.*

33 *Dũmodo, dum tamẽ, ita vt, pro Synonymis accipi.*

34 *Nec aliter nec alio modo verba præciſæ conditionis vim habere, formamque importare.*

35 *Secundum, ſicut, prout, & ſimiles in actibus diſpoſitiuis conditionem inducere.*

36 *Conditionis tacitæ exempla afferri.*

37 *Conditionem regulariter tacitè non ſubintelligi.*

38 *Conditionem tacitam multifariam dignoſci.*

39 *Conditionem tacitam non reddere actum conditionalem, vbi ipſa tacita conditio exprimitur.*

40 *Conditionem tacitam nunquam actus geſti annullationem ex eius emiſſione operari, ſed ſolum ad eiuſdem implementum aſtringere.*

41 *Conditionem aliam in dando, aliam in faciendo reperiri.*

42 *Conditionem aliam poſſibilem aliam vero impoſſibilem eſſe.*

43 *Conditiones impoſſibiles in vltimis voluntatibus in legatis è medio tolli: idque nu. 44. dupliciter declarari. ſecus tamen in contractibus, in quibus contractum cuiuſcumque forma naturaque vitiare, exploratum eſſe.*

45 *Gratiam ſub impoſſibili conditione conceſſam non vitiari præſertim ſi motu proprio concederetur.*

Conditio-

Digitized by Google

46 *Conditionem etiam inter impoſsibilem & difficilem diſtingui, difficilisque conditionis remiſsionem declarari, & eius exemplum oſtendi.*

47 *Conditionem aliã ſuſpenſiuam aliam reſolutiuam inueniri: ſuſpenſiuaque definitionem afferri, deque ſuſpenſiuis poteſtatiuis conditionibus affirmatiuè vel negatiuè conceptis regulã aſsignari.*

48 *Conditionis reſolutiuæ definitionem demonſtrari.*

49 *Diem incertum à conditione differre.*

50 *Legatum extingui per mortem prioris legatarij.*

51 *Catonianam regulam ad ea legata quibus dies incertus adijcitur, non pertinere.*

52 *Legatarium conditionalem, creditorem non eſſe.*

53 *Conditionem omnem diem incertum eſſe, ſed omnem diem incertum non eſſe conditionem.*

54 *Modum ex Baldo, item ex Bartolo, & ex Signorolo de Homodeis, ac denique ex Iacobo Menochio, Peregrinoque definiri.*

55 *Modum, per vt, dictionem propriè induci.*

56 *Modum à conditione differre, cum natura conditionis ſit ante actus executionem impleri ac purificari, modi autem natura illa ſit, vt poſt actus executionem aliquid impleatur.*

57 *Modum reſpectu exitus à conditione differre, non verò reſpectu finis.*

58 *Conditionis negatiuæ item modi negatiui diſcrimen per Iacobum Menochium afferri.*

59 *Modum dici omnem qualitatem adiectam principali diſpoſitioni perfectæ quamuis per verba conditionem ſignificantia concipiatur, & proinde effectum tali caſu conſiderandum eſſe.*

60 *Cum pacto & conditione, vel cum hac conditione & onere verba huiuſmodi modũ importare, & quamuis aliqui contrarium voluerint, Thobiaſque Nonius diſtinxerit, dicta cõcluſioni vti recepta fore acquieſcendum.*

61 *Modum large conditionem dici.*

62 *Modum ineſſe potius quam conditionem in dubio dicendum fore: Verbaque cum ad modum & conditionem referri poſſunt, in dubio modum importare.*

63 *Modum impoſsibilem, contractum minime vitiare: quicquid de conditione contrarium aſſeratur.*

64 *Iuramentum de conditione implenda quamuis reijciatur, non tamen iuramentum reijci de modo implendo.*

65 *Iuramento precedente in voluntarijs non poſſe quempiam ad implementum aſtringi, ſecus in neceſſarijs.*

66 *Oblationis de modo implendo, materiam declarari.*

67 *Modi ante implementum actionis exercitiũ ſuſpendi, nec agi antea poſſe, quomodo ex Hieronymo Gabrielio accipiendum ſit.*

68 *Modi nõ impleti exceptionem interdum ſilere: & quibus in caſibus contingat.*

69 *Modum non impletum, tranſmiſsionem legati vel fideicomiſsi non impedire.*

70 *Pœnam à conditione vel modo ex veriſimili mente teſtatoris diſtingui.*

71 *Conditionem magis quam pœnam in dubio preſumi.*

72 *Pro, dictionem, modum importare, & quando: eandemque dictionem Pro, cauſam finalem arguere.*

73 *Ad, dictionem modum ſignificare, quando per illam adijcitur aliquid explicandum per honoratum, ſecus ſi per grauatum. Hanc tamen diſtinctionem ex Carolo Ruino ratione carere.*

74 *Ita tamen, modum importare, dictionesque reſtrictiuas & limitatiuas ex Franciſco Aretino & alijs cenſeri: Sed aliquando conditionem, aliquando admonitionem, interdum reſtrictionem, quandoque modum, ſæpe etiam precedẽtium dilatationem, ac declarationem ſignificare, ex Luca de Penna concludi.*

75 *Conditionem & formam indiuiduas eſſe: adinſtarque modi implementum eſſe indiuiduum.*

76 *Fideicommiſſum totum proprie conditionem dici.*

77 *Cauſam primò ex Baldo definiri, ſecundò ex Bartolo, tertiò ex dicto Luca de Penna Aprutino.*

78 *Cauſam adiectam, teſtatoris mentem declarare.*

79 *Cauſam finalem aliarum cauſarum ex Ariſtotele cauſam eſſe.*

80 *Cauſam in dubio impulſiuam non finalem preſumi: idque late diſtingui.*

81 *Cauſam & occaſionem, inuicem differre.*

82 *Cauſam multum remotam potius occaſionem eſſe, quam cauſam.*

83 *Cauſam quanto proximiorem, tanto efficacius influere ſupra cauſatum, proximamque cuiuſque rei cauſam potiſsime attendi: idque ex Claudio Seyſſello Aquenſi declarandum fore.*

84 *Cauſam immediatã in feudis attendendam eſſe.*

85 *Demonſtrationem ex Baldo definiri, pariter etiã ſed diuerſimode ex Bartolo.*

86 *Demonſtrationem induci per relatiuum iunctum verbo præteriti vel preſentis temporis: Siquæ relatiuum quis, vel qui, verbo futuri temporis coniungatur demonſtrationem tunc etiam induci, ſi incerto corpori adijciatur, ſed ſi certo conditionem importare.*

87 *Demonſtrationem ex adiectiuis ſignificantibus officium, artificium, vel conſanguinitatem, vel aliquid aliud ſimile induci: itẽ per genitiuum: item per cognomina & pronomina.*

88 *Demonſtrationem per coniunctiones & aduerbia non inferri: per prapoſitiones autem induci demonſtrationem, incertum non eſſe.*

89 *Demonſtrationis illã virtutem eſſe, vt cum vera eſt, diſpoſitionem liquidam reddat ac ſtatim certam, ſi rei iam factæ adijciatur, ſin fiendæ et futuræ, tunc demum cum facta eſt.*

90 *Demonſtrationem incerto corpori adiectam, pro conditione eſſe.*

Digitized by Google

91 *Demonſtratio ſi ad oculum fiat, vt multo certius de corpore conſtare videatur efficere.*

92 *Demonſtrare ſpecialiter aliud eſſe, aliud verò ſingulariter.*

93 *Demonſtrationem veram preſumi, ipſamque non eſſe diſpoſitionem, ſed qualitatem ad diſpoſitionem.*

94 *Demonſtratiue vt verba ſtent potius quàm conditionaliter in dubio interpretandum eſſe.*

95 *Demonſtrationes dignitati conuenientes quando dignitatem, & quando perſonam demonſtrent ex Carolo Ruino declarari.*

96 *Sine, dictionem quandoque ſeparationem, negationem, excluſionemque non autem priuationẽ importare.*

97 *Sine, dictionem argumentum à contrario ſenſu ſolere importare.*

98 *Sine, dictionem aliquando includere. interdũ verò pro contra poni.*

99 *Sine, dictionem ex Laurentio Valla nunquã compoſitionem admittere.*

100 *Sine, dictionẽ verbis futuri temporis adiectam, conditionem ſignificare: ipſamque conditionis inductiuam eſſe, ex Baldo deduci.*

101 *Excluſiuarum taxatiuarumque dictionum materiam ex eodem Baldo declarandam eſſe, ſed latius ex Alberico de Roſate id aſſequi poſſe.*

102 *Sine, dictionem poſitam poſt negatiuam, inducere affirmatiuam in ſenſu contrario, & dictionem Niſi, equiparari.*

CAP. III.

VLTRA iam dicta de parentũ in liberos amore, deque verisimili ad omnium dicendorum clariorem explicationem, de conditione aliqua generice veluti per Satyram adhuc præfari inſtitui, quæ ad nonnullarum quæſtionum reſolutionẽ maximopere fortaſſe conferent: eſt nanque conditionis materia difficilis ac multiplex, circa quam Interpretes varijs in locis non ſecus ac labyrinthis peruagãtur ancipites, ſępeq. terminos, magis legentium mentes confundunt, vt exitum filo Theſei repe rire, pedemque inde retrahere nequaquam valeant, quod equidem in iure ciuili frequentiſſimum eſt, atque perniciosiſſimũ: ad cõditionis ergo definitionem deueniã, & Primam, quòd
1 †cõditio, legati quædam ſuſpenſio ſit, cuius de futuro defectus ſeu confirmatio pendeat, attulit Accurſius in rub. ff. de condit. & dem. quam originaliter poſuit Azo in Summ. C. de condit. inſert. col. 1. n. 1. Sed cum eam reprobet Bar. ibi, fundamentis & rationibus non ſpernendis, quẽ communiter alij Doct. ſequũtur, propterea Secũdam definitionem Bar. idem in l. 1. d. tit. col. 1. circa med. effinxit, quòd conditio ſit quidam futurus euentus in quem diſpoſitio ſuſpenditur, quam Scribentes crebriori calculo comprobant, & Soc. ſen. ab aliorum impugnationibus nc riter tuetur, receptioremq. eſſe teſtatur Ant. Gomeſ. in tract. var. reſol. iuris ciuil. tom. 1. ca. 12. tit. de legat. ſub nu. 19. communiterque ſuſceptam eſſe inquit, And. Alciat. in l. Stichum, nu. 9. verſ. Vti quiſque legaſſet, de leg. 1. & Illuſtriſs. D. Card. Mantic. in tract. de cõiect. vltim. volun. lib. 10. tit. 5. nu. 2. verſ. Proinde cõditio, poſtque Sebaſtianum Medices, Simon de Pretis in trac. de interpr. vlt. volun. lib. 3. fol. 10. nu. 2. fol. 267. col. 4. Sed tamen nõ defuere alij qui ſecundæ huic definitioni non acquieſcẽtes, Tertiam excogitauerint, quòd cõditio ſit dictio per quam diſpoſitum habet in ſuo eſſe dependentiam, exiſtentiam, vel defectum, vt per Bald. in rubr. præalleg. de cond. & dem. Quartam etiam adinuenit Card. in c. verum, extr. de cond. appoſit. quòd conditio eſt adiectio appoſita vel ſubintellecta in diſpoſitione, ſuſpendens vęl ſoluẽs ipſam diſpoſitionem, quam non reſpuit Abb. in rub. eiuſdem tit. Quintam ſcripſit Gomeſ. d. tit. de legat. c. 12. ante nu. 60. quod conditio eſt quidam actus vel euentus futurus in quem diſpoſitio confertur validanda vel infirmanda. Sextam ſubdebat Signorol. de Homod. in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. nu. 11. quòd conditio ſit ſuſpenſio eius de quo agitur. Septimam tradidit Bal. ipſe in rubr. præalleg. tit. Conditionem eſſe adiectionem quę dum pendet, diei ceſſionẽ impedit, l. cedere diem, de verb. ſign. quem refert Simon de Pretis in d. tract. lib. 3. dubit. 3. ſol. 2. nu. 2. fol. 309. col. 4. Octauã addidit Vbertin. Zuccard. in l. 1. in princ. C. de pact. quòd cõditio propriè ea eſt, cuius euentus dubius eſt, l. ex facto, & ibi Bar. d. tit. de condit. & dem. hinc dies incertus cõditionem facit, l. dies incertus, eod. tit. l. talis ſcriptura, ff. de leg. 1. ibi, Quia dies incertus appellatur conditio. Nonam denique adiunxit Iacobus Cuiacius inſignis Iuriſconſultus, quòd conditio eſt modus qui ſuſpendit id quod agitur, quoad ex poſt facto confirmetur, Vel eſt euentus futurus qui in dubio eſt, ſit an non ſit, ita in eius Paraticlis in libros Digeſtorum tit. 7. de cond. inſtit. Cum verò Anton. Gomeſius in ſubſtantia omnes ad eundem effectum reduci crediderit, non recederem ab illa
2 definitione quam crebrior † Doctorum calculus voluit, quam etiam Socinus (vt dicebam) ab nonnullorum morſibus eripuit, ac ſecuritati reſtituit. Diſtinguitur in ſpecies conditio, alia etenim poteſtatiua eſt, alia caſualis, mixta alia. l. vnic. §. ſin autem, C. de caduc. tollen. Poteſtatiua illa dicitur, quæ † ita facilis eſt, vt eius impleמ
3 mentum in poteſtate facultateque implere debẽtis ſit, vt dare, vel facere quid tam leue quòd in mera voluntate ſua ſit illud adimplere, l. ſuus

quoque,

quoque,§.puto,ff.de hęred.inſtit.& ibi gloſ.ordin.communiter recepta,l.Cornelius,eod.tit.l. verba hęc,ff.de condit.inſtit. Mantic.d.trac.de coniect.vlt.volun.lib.11.tit.17.nu.8.& Connanus commentar.iur.ciuil.lib.10.c.2. ante nu.5. Hinc conditionem ſerendi nomen & inſignia alicuius voluntariam eſſe dixit Decian.conſ.2. Quæritur,nu.59.lib.2. hanc autem conditionẽ
4 antiqui,& qui latinè locuti ſunt arbitrariam†& in poteſtate noſtra vel in nobis ſitam appellaſſent,vereor ego nedum hæc profero aliqui oſcitanter inculcẽt, cum antiquis & cum Muſis id-eſt cum humanitate,& doctrine lepore nullum commercium Iuriſperitis eſſe,dum non florem ſed frugem ſcientiæ conſectandam autumant, verborum etiam nullam habendam eſſe rationem dummodo ſenſus aſſequamur, atque hæc ita effundunt quaſi verba rerũ imagines eſſe ne ſciant & ſenſuũ inuolucra, quæ quam maxime congruenter effingi aptariq. rebus ipſis debẽt, nec viderint quid Fabius Quintil.quid Cicero, quid Gellius & ante iſtos Homerus hac de re ſenſerint, ideo poteſtatiuã conditionem dicere nunc placebit, ipſorumque temeritatem & inſcitiam refellendam Guliel. Budæo viro omniũ leporum & gratiarũ ornatiſſimo in ſuis ad Pandectas annot.in princ.relinquere, qui eorundẽ arrogantem ſuperbiam tãquam piaculũ quoddam execratur, Sed ſi Iuriſconſultorum verba hæc ſunt,cur illa proprietatem Romani ſermonis nos attendentes eodem ſtylo ac paribus curis non proferemus? Vlpian. enim in l.4. ff.de hæred.inſtit.ita inquit,Suus quoque hæres ſub omni conditione poteſt inſtitui,ſed excipiẽdus eſt filius quia non ſub omni cõditione inſtitui poteſt, Et quidem ſub ea conditione quæ eſt in poteſtate ipſius poteſt, de hoc enim inter omnes conſtat, Sed vtrum ita demum inſtitutio effectum habeat ſi paruerit conditioni an etſi nõ paruerit & deceſſerit? Iulianus putat filium ſub huiuſmodi conditione inſtitutum licet conditioni non paruerit ſummotum eſſe:& ideo ſi cohæredem habeat ita inſtitutus non debere eum expectare donec conditioni pareat filius, cum etſi patrem inteſtatum faciet non parendo conditioni proculdubio expectare deberet: Quæ ſententia probabilis mihi videtur vt ſi ſub ea conditione inſtitutus eſt quę in arbitrio eius ſit patrem inteſtatum nõ faciet, & rurſus ibidem, Puto rectè generaliter definiri vtrum in poteſtate fuerit conditio an non fuerit facti poteſtas eſt,poteſt enim & hæc, Si Alexandriam peruenerit non eſſe in arbitrio propter hiemis conditionem, vt alia exempla apud Iuriſconſultos huiuſcemodi elocutionis prętermittam,cum & illa Imperator etiam in l.4. C.de inſtit.& ſubſt. eleganter vſus fuerit;quoniam vero breuiter talia principia afferre propoſui, Poteſtatiuarum
5 conditionum diſtinctionem † inuenire expedit apud Petrum Stellam in l.qui Romæ,§.Augerius,nu.41.vſque ad num.43,ff. de verb.oblig. quem indicaſſe ſufficiat, ne ex profeſſo hunc in locum omnem conditionum materiam conferre exacte videar, illud tamen ſilentio non inuo-
6 luam,quòd etſi ius implendi† poteſtatiuam cõditionem ad hæredem non tranſeat,l. ſi decem cum petiero,vbi poſt Bal. in 3. col. Iaſ.rationẽ aſſignat,d.tit.tamen quando ex conditionis implemento aliquid eſt peruenturum tunc ad hæredem adimplere debentis necnon hæredem illius cui implendum eſt, ius adimplendi conditionem tranſit,l.2.C.de pact.int.empt.& vend. vbi Hieronym.Cagnol. nu.3.citans alium tex. in l.ſi prædio,in prin.ff. de in diem addict. vt in d.l.ſi decem cum petiero Bald.& Iaſ. in vlt.col. declarant. Quid dicendum ſi conditio poteſtatiua in voluntatem alterius quàm legatarij conferatur,explicant Mich. Craſſ. in §.legatum,q. 46.nu.4.Gomeſ.variar.reſol.tom.1.cap.12.nu. 47.& Emanuel Coſta interpr.lib.1.cap.21.nu. 7.Sed priusquam caſualem conditionem attin-
7 gam, conditioni poteſtatiuæ † nunquam curſu temporis præſcribi, videtur deduci ex dicto tex.in l.ſuus quoque,§.fin.Contrarium autem tenet Bald.in l.2.C. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. qui poſt Guliel. de Cun. ſcripſit conditionem poteſtatiuam non impedire curſum præſcriptionis tam in reali quam perſonali actione, licet maius tempus in tollenda reali actione quã perſonali requiratur,idem Bal.in l.1.§. qui ſub conditione,ff.ſi quis omiſſ. cauſ.teſtam. Felin. in c.de quarta,num.22.in fin.de præſcrip. & in c.ex tranſmiſſa,col.1.eod.tit. iterum Bald. in l. cum notiſſimi,in fin.princ.C. de præſcript. 30. ann.vbi Ang.pariter in fin.princ.idem aſſeruit, Ludouic. Roman.conſil.84. Circa id de quo quæritur, col. 1. in fin. verſic. Secundò per id quod dicimus in ſimili, vbi hoc notanter declarat, Franciſc. Balb. in tract. de præſcript. in 4. part.4.part.princ.q.19.nu.4.in fin.12.q.princ. & in eadem 4.part.princ.q.3.princ.nu.7. Ang. Aretin.in §.actionum, nu. 54. verſic. Non obſtat argumentum Bartoli, Inſtit. de act. Iacob. Menoch.conſil.201. Non dubito equidem,nu. 94.& 95.lib.3. Illud etiam omittendum non eſt,minime poſſe adeo certam regulam conſtitui,vt ſciamus quæ ſit poteſtatiua conditio,magis enim facti eſſe quam iuris exploratum eſt, vt ex Vlpiano,in d.l.ſuus quoque,§.puto,Frãciſc.Sarmient.lib.2.ſelect. interpr.cap.2. num. 14.verſic.Sed vt veritas,fol.197. deducit. Ca-
8 ſualis conditio † eſt quæ pendet à uiribus & contingentia fortunæ, vt ſi nauis ex Aſia uenerit. ſi Titius conſul factus fuerit,caſualium conditionum aut aliqua ſe habet ad alterum neceſſarium caſum, & tunc pro pura habebitur, ut

si Sol orietur,l.si pupillus,§. qui sub conditione,ff.de nouat. aut ad alterutrum casum, & tũc institutus hæres non nisi existente conditione adire poterit,l.is qui,ff.de acquir.hæredit. licet petat secundum tabulas bonorum possessionẽ, l.2.§.si sub conditione,ff.de bonor.poss.secun.tabul. si potuit ab intestato succedere secundũ omnes, vel secundum Azonem etiam si non potuit: Excipitur filius qui sub potestatiua tantum conditione potuit institui, & quidem sub ea institutus patrem non facit institutum si cohæredem vel substitutum habeat, tuncque cohæres statim adire poterit, substitutus verò non nisi post mortem filij, si ea potestatiua conditio fuit quæ etiam vltimo momento vitæ filij potest adimpleri, puta si decem Titio dederis hæres esto: Sed quid si conditio potestatiua † non potest vltimo vitę spiritu adimpleri, prosequere vt per Azon. in Sum.rub.25.C.de instit.& substit.sub n.8. Mixta dicitur quę pẽdet ex facto † implere debentis & uiribus fortunę, ut facere cõtractum uel negotium cum aliquo, contrahere matrimonium cum tali persona,ultra mare uel in longinquas partes ire, uel nauigare, vel quid simile facere, d.leg.suus quoque,§.puto,ff.de hæred.instit.& d.l.4.C.de instit. & substit. Mixta hæc conditio potest duobus modis intelligi,primò quando ex voluntate mea & alterius pendet: secundò quando ex potestate mea & arbitrio fortunæ,vt in d.l.1.de instit.& substit. Bar.explicat,ac in l.in testamento,la.2.col.2.vers. Sed contra istud oppono,de cond.& dem. illa igitur mixta est conditio quæ ex facto honorati pendet & alterius,veluti si Titius adoptauerit,l.si quis testamẽto, & ibi Bar. de condit.instit. illa est mixta pendens ex facto honorati & arbitrio fortunæ, Si in Alexandriã ierit,Salyc.in d.l.4.nu.1. Vlterius si mixta conditio facilis fuerit, † vim potestatiuæ habebit, Paul.de Cast.in d.l.1.nu.7.C. de instit. & substit.& sic mixta differt à potestatiua, nam facile potestatiua impleri ac præstari potest,mixta autem cum magna difficultate, d.l.suus quoque, §.puto,Petr.Stell.in d.l.qui Romę,§.Augerius nu.40. Denique vt quid de istis conditionibus Iacobus Cuiacius senserit hic exprimam,Conditio(inquit)potestatiua promiscua † appellari solet in l.si quis,quæ est,xj.ff.de condit.& dem. casualis nõ promiscua,an quia potestatiuæ sint in facili, casuales in difficili? vt promiscuę sint ἐυχερεῖς & prõptæ, quod satis est probabile, sed potestatiuas promiscuas appellari subdit,quòd nulla fere sit potestatiua,quę non possit esse nõ potestatiua,d.l.4.§.puto, Casualis autem quæ est, non potest esse potestatiua,veluti si fulserit cras,si tonuerit: est & tertium genus mixta conditio,d.l.vnic.§.sin autem aliquid,C.de caduc. tollen.quam vulgo male † accipiũt pro promiscua, cum ea potius sit cuius euentus pẽdet partim ex casu; veluti si Titio reuerso ab hostibus decem dederis,si Titio Consule Capitoliũ ascẽderis,communis igitur non promiscua, Iacob. Cuiac.obseruat.lib.14.c.2. quodq. promiscua conditio à mixta differat, sitque illa quæ facile iteratur,non promiscua quæ facile nõ iteratur, vltra Cuiacium tradit aduersus Arretinũ & Decium præclaros alioqui Iurisconsultos Emanuel Costa in l.cum tale,§.si arbitratu,nu.30. in vlt. ampl.hoc tit. Sed antequam ad alia progrediar cum crebra sit apud Iurisconsultos mentio huius conditionis,Si Titio consule Capitoliũ ascẽderit, eoque exemplo ferè semper vtuntur quoties de conditionibus concertant, ideo ipsam interpretari † expedit, Arcis igitur Capitolinæ quæ in Saturnio monte à Tarquinio Superbo extructa fuit solum pręaltum erat, adeo vt præcaturi in eo vel sacrificaturi ascendere cogerentur,vt Tacitus lib.14.admonet,Exin lęti Capitolium scandunt Deosque tandem venerãtur, & lib.19.Nec sisti poterant scandentes per coniuncta ædificia, quæ vt in multa pace in altum edita solum Capitolij ęquabant. Sueton.in C. Iulio,Ascendit Capitolium ad lumina quadraginta elephantis dextra atque siniſtra lychnuchos gestantibus.& Dion Cassius in Nerua, Quare cum ob senectutem omnibus contẽptui quodammodo esset,in Capitolium ascẽdit, atque quòd felix fauſtumque S.P.Q.R. & mihi ipsi sit, sic præfatus Marcum Vlpium Traianũ adoptauit.Id ipsum ex Horatio Carmin. lib.3. ad Melpomenen,Nõ omnis moriar, multaque pars mei Vitabit Libithinã vsque ego postera Crescam laude recens,dum Capitolium Scandet cum tacita virgine Pontifex. hoc etiam ex Plinio in Paneg.ac Lampridio in Alexãdro cõprobat Franciscus Duarenus veterum lectionũ obseruantissimus,& qui Grȩcas atq. Latinas literas eximio studio excoluit, iurisprudentiam verò omnibus numeris cõplexus fuit,lib.1.Disput.Anniuers.c.15.in quem tamen notam scribere molitus est Frãcis.Sarmien.select.interp. lib.2.c.1.nu.7.volens huius conditionis exemplum nullam religionis rationem cõtinere, sed Duarenus rectè inspectus noluit exemplũ hoc siue conditionem religioni referre,sed veterum authoritates quibus Capitolij Arx describitur indicare, vt antiquitatis nihil penitus ignoretur,quemadmodũ ipse inquit, eam scilicet suæ declarationis ibi esse rationem,vt nihil reperiri in Romanis antiquitatibus existimet,quod ius Romanum interpretantibus quandoque vsui esse non possit: Conditionum alia distinctio afferri potest,nam quædam cõtingibilis est,quædam verò necessaria, contingibilis illa dicitur quæ † habet se ad esse & non esse, & potest impleri vel non, cuiuscunque naturæ vel qualitatis sit

tis sit vt superiores: Necessaria vero appellatur
16 quæ omnino secundum cursum naturę † debet impleri, & ista actum conditionalem nõ reddit nec suspendit virtutem & effectum eius sed pro pura habetur, l. si pupillus, §. qui sunt sub cõditione, ff. de nouat. vbi Iurisc on. inquit, Qui sub conditione stipulatur quę omnino extitura est, pure videtur stipulari, vbi glos. & communiter Interpretes, tex. est etiam in l. in illa stipulatione si calendis, ff. de verb. oblig. in l. impossibilis, in fi. eod. tit. Conditio necessaria ad aliũ casum
17 † extenditur, sed non ad aliud tempus, l. si ita quis, l. qui plures, in prin. de vulg. & pupill. Carol. Ruin. in l. Gallus, §. & quid si tantum, n. 23. vers. Potest ergo dici, de liber. & posth. Condi-
18 tio necessaria † differt à voluntaria, nam hęc in dubio debet impleri in forma specifica si adimpleri potest, conditio autem necessaria potest impleri per æquipollens dato quòd posset impleri in forma specifica, Lancel. Galiaul. in d. §. & quid si tantum, vbi Io. Crott. num. 41. versic. Secunda sit conclusio, sed de hoc infra latius
19 differemus. Vlterius quædam conditio est † de præsenti, quædam de præterito, quædam verò de futuro, vt si hoc fiat vel tale, quid contingat, & primæ duæ si veræ sunt & ita se habẽt, statim obligant, nec actum aut dispositionem suspendunt, aliàs vero si ita non se habent nec sunt necessariæ statim annullatur actus & dispositio, text. est in l. cum ad præsens, cum seq. ff. si cert. pet. vbi Iurisconsul. inquit, Cum ad præsens tempus conditio confertur, dispositio non suspenditur, eadem sunt & cum in præteritum conditio confertur, itaque tunc potestatem conditio
20 nis obtinet cum in futurum † confertur, l. conditio in præteritum, ff. de verb. oblig. l. institutio talis, in fin. ff. de condit. instit. l. eas causas, hoc tit. §. conditionales, Instit. d. tit. de verbor. oblig. Anton. Gomes. variar. quæst. tom. 1. cap. 12. de legat. num. 64. Hæcque propriè conditio est, l. nominatim, in fin. eod. tit. de condit. & demonst. Conditionum autem quæ in futurum
21 conferuntur triplex † est natura, quædam enim ad id tempus quo testator viuat, quædam ad id quod post eius mortem futurum sit, quædam ad alterutrum pertinent, tempus vero vel certũ vel incertum comprehendant, l. conditionum, d. tit. exempla ponit Azo. in rubric. C. de cond. insert. num. 4. Alia est conditionum distinctio. nam quædam expressæ sunt, quædam autem tacitæ, expressæ sunt illæ quæ ore proprio & verbis testatoris positæ & adiectæ sunt, Primò per
22 dictionem, Si, vel aliam † similem, nihil nanque interest quibus verbis conditio exprimatur, l. quibus diebus, §. quidam Titio, circ. fin. isto tit. l. si Titio, in prin. ff. quand. dies leg. ced. Quòdque huiusmodi dictio, si, regulariter conditionem denotet incertum non est, vt inquit post glos. Bart. in l. 1. colum. 1. hoc eod. tit. ac sæpè alibi, l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verbor. oblig. iunct. tex. in d. l. cum ad præsens, ff. si cert. pet. Paris. consil. 18. Consideratis, nu. 1. lib. 2. consil. 17. Potuit, num. 25. lib. 1. Ioan. Cephal. consil. 89. Originalis scriptura, num. 54. lib. 1. Rimin. iun. quib. alien. lic. vel non, nume. 221. fol. 468. Carol. Ruin. consil. 181. Pro clara resolutione, num. 1. & 54. lib. 1. Augustin. Bero. consil. 51. In causa, colum. 6. num. 12. versic. Quia verba illa, lib. 2. Hieronym. Verius in rep. rubric. de verb. oblig. num. 30. Franciscus Becius consil. 41. Visis allegationibus, col. pen. nume. 26. Quinimo
23 formalem † dicitur conditionẽ importare, Paris. consil. 8. Attingendo, num. 28. lib. 2. & finalem causam inducere cum à lege profertur, vt per Ludouic. Gozadin. consil. 51. In hac causa, num. 10. versic. Et maximè, post Bart. in l. 1. ff. de donat. & Ias. in l. 2. §. quòd si in patris, ff. sol. matrim. Sumitur etiam aliquando dicta dictio,
24 si, in alia significatione, scilicet † modificatiuè, l. muto, §. sub conditione, ff. de tutel. l. si decem, ff. de verb. oblig. aliquando negatiuè, vt in Psalm. Si introibit in requiem meam, necnon disiunctiuè, idest pro quamuis, l. 2. C. de condit. insert. Socin. iun. consil. 131. Videamus, num. 8. lib. 2. interdum est superuacanea & non proficua, l. si Titio, ff. quand. dies leg. ced. quãdoque ponitur demonstratiuè, l. in conditionibus, §. hæc scriptura, isto tit. quòd etiã improprietur pro quia, est tex. in l. videamus, in princ. versic. Si impubes, iunct. gl. ff. de in lit. iur. Socin. iun. in l. 3. num. 23. de leg. 1. vbi latè, Vlterius assumitur pro quatenus, l. Stricum qui meus erit, de leg. 1. Corn. consil. 133. Quamuis videatur, col. 5. num. 16. versic. Et dictio, lib. 2. consil. 245. Licet in hac consultatione, nume. 4. col. 2. versic. Non enim obstat, lib. 3. consil. 178. Videtur, nume. 3. col. 2. lib. 4. Carol. Ruin. consil. 190. Pro resolutione dubiorum, num. 7. lib. 2. Quod mirum sanè nõ videbitur, cum vnaqueque dictio
25 † aliquando propriè aliquando impropriè & secundum subiectam materiam assumatur, frequentissimumque sit vt vna pro alia ponatur, gloss. est ordinaria in l. eas causas, vbi Barto. & Paul. de Castr. ff. eod. tit. de condit. & demonst. faciunt tradita per Iacob. Butrig. & Bart. in l. sed & possessori, §. 1. ff. de iu. iur. & per eundem Bart. in l. si olei, C. locat. in l. Lucius, num. 14. ff. de vulg. & pupill. Ias. in l. si filius qui in potestate, nu. 3. & intr. ff. de liber. & posthum. taleśque
26 dictiones † ex mente proferentis vt absurdum euitetur in legibus, statutis, vltimis voluntatib. atque iudicijs; intelliguntur, licet in contractibus secus sit, Bart. in l. sæpè, num. 6. ff. de verb. signific. qui idem sensit in l. alienationis, in fin. eod. tit. dum ad dicta in l. sæpè se remittit, Alex. consil. 81. Lecto & discusso, colum. 3. nume. 5.

versic.

verſic. Et ad dictam interpretationem, lib. 3. Hieronym. Gabriel. conſil. 90. Anno 1504. nume. 36. verſic. Et regulariter, lib. 1. Et quamuis de ipſa dictione, ſi, poſſem alia hic ſcribere, cum
27 tamen † Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, poſt præfationem in verb. ſi, fol. 38. vſque ad num. 4. C. de reuoc. donat. loca indicauerit, in quibus de natura huius dictionis Scribẽtes pertractant, remiſiſſe ſufficiat, addam tantum Angel. Aretin. in §. longè, nume. 4. Inſtit. de legat. Dec. in rubric. C. qui admitt. nume. 81. Nicol. Bellon. in §. 1. num. 19. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. Andr. Alciat. in l. 1. §. ſed ſi mihi, nu. 48. ff. de verbor. oblig. Tancred. de Corneto in ſua Summa, in fi. tit. de cautel. & denique Luc. de Penn. de eadem dictione plura afferentem in l. uacantia, colum. 1. C. de bon. uacan. lib. 10. Ad conditionisque materiam redeundo ipſam
28 inſuper ex dictione † cum, ſignificari, probat tex. in l. qui promiſit, ff. de condict. indeb. & in l. quodcunque, §. fin. d. tit. de verb. obligat. Sed eſt differẽtia inter conditionem ex dictione, ſi, inductam & dictione, cum, vt notant Doct. & nuncupatim declarat Petr. de Bellapertic. in d. l. qui promiſit. Sciendumque eſt quòd per, ſi, monoſyllabam fit conditio & per cõditionem tempus demonſtratur, ſed per monoſyllabam, cum, nõ demonſtratur tempus, vt not. in l. ſi Titio, ff. quand. dies leg. ced. Præterea per, ſi, diſpoſitio incerta eſt, vtrum, & quando, ſed per, cum, eſt incerta, quandò, ſed non, vtrum, cum diſtinctione tamen de qua in l. centeſimis, ff. de verb. oblig. & quod not. in l. hæc conditio, ff. de contrah. empt. & in l. in vendentis, C. eod. titu.
29 Interdum fit conditio † per dum, vt l. qui concubinam, §. vxori, ff. de leg. 3. & l. ſi ita legauerit, hoc tit. interdum etiam fit per verba quoad, l. Gaia, §. Imperator, ff. de alim. & cib. leg. quandoque inducitur per, in, vt l. ſolemus, l. in annos, prælleg. tit. de condit. & demon. Franc. Becius d. conſil. 41. col. pen. num. 26. dicens naturam præpoſitionis, in, eam eſſe vt conditionem inducat quando ſuſpenditur diſpoſitio in aliquem futurum euentum, poſt Bart. Bald. Corneum & Aymonem Crauet. quos ibi refert. Ali quando fit per ad, vt l. ſi vir, eod. tit. propriè autem facit modum aliàs facit conditionem, vt l. quibus diebus, §. Termilius, d. tit. interdum fit
30 conditio expreſſa † per pronomina demonſtratiua iuncta cum relatiuo quis vel qui, vt puta ſi diceretur, caſu quo, l. Stichum qui meus erit, ff. de le. 1. Corn. cõſ. 187. Circa hãc cõſultationẽ, col. 2. in fin. num. 7. verſic. Iſta enim verba, lib. 2. poſt Bald. in conſil. incip. In teſtamento ſolemni, vt per eum, Interdum per monoſyllabã
31 † vt, à teſtatore, hoc tit. & l. nuper, ff. de legat. 3. ſed tamen iſto modo impropriè, vt tradit Signorol. de Homod. in l. cum auum, nu. 15, in fi. C. de inſtitut. & ſubſtit. Aliquando ex dictione donec, conditio ſignificatur, l. pater Seuerinã, §. fin. vbi Bart. iſto titu. Dec. conſil. 537. Caſus de quo quæritur, num. 5. Io. Cephal. conſil. 71. Ad fauorem, nu. 17. lib. 1. Sed quid de dictione dummodo, nunquid & ipſa conditionẽ importare dicemus? & Doctores aliqui crediderunt
32 † conditionem inducere inter quos Guid. Pap. conſ. 205. Circa proceſſum, col. antepen. n. 23. verſ. Secundò eſt dictum, Franc. Rip. lib. 2. reſponſ. cap. 9. Princeps, col. 1. num. 2. Sed contrarium vt non conditionem, ſed modum ſignificet, obligetque ad ſic faciendum, tenuit Bart. in d. l. quibus diebus, §. Termilius, nu. 4. & eſt glo. in c. nõ poteſt, §. illud, in verb. Retinere, de præben. in 6. Corn. conſil. 130. Viſo dicto puncto, num. 7. verſ. Poteſt. lib. 3. conſ. 162. Primo aſpectu, num. 17. lib. 2. Bald. in cap. dudum, il 2. col. 6. verſ. Et hæc faciunt ad q. extr. de elect. Dec. conſil. 327. Viſo caſu, colum. 2. nume. 3. verſic. Nec prædictæ, Andr. Tiraquell. in tract. de vtroque retract. titu. de retract. lign. §. 8. gloſſ. 8. fol. 355. & eſt text. in l. cum ab eo, ff. de contrahen. empt. Auguſtin. Bero. conſil. 55. Titia filiafamilias, nume. 6. lib. primo. Videtur in hoc opinionem diſtinguentem ſore ſequendam, quòd aut dictio dummodo, actui perfecto adijcitur, & modum importet, aut adijcitur actui imperfecto, & importet conditionem, Philipp. Franc. poſt Paul. de Eleaz. & Dominic. de S. Gemin. in dicto cap. non poteſt, §. illud, nume. 6. Stephan. Bertrand. conſil. 201. Chriſti, colum. 3. nume. 5. lib. primo, Carol. Ruin. cõſ. 43. Viſo ac perlecto teſtamento, n. 7. verſic. Illa enim dictio, lib. ſecundo, Tiraquell. vbi ſupra, & Ludouic. de Molin. in tractat. de Hiſpan. Primogen. lib. ſecundo, cap. 15. num. 29. Sed vberius iſtius dictionis Dummodo,
33 vim † explicat Hieronym. Gabriel. conſil. 5. Statutum diſponit, nume. 1. vſque ad 5. lib. 1. vbi dicit in princip. dictionis dummodo, dumtaxat, ita vt, pro ſynonimis accipi, & quando dictio dummodo, ad modum vel conditionem referri poſſit ibidem eruditè declarat, ad quem remiſiſſe expediat, & conſil. 65. Non eſt dubium, in princ. eod. vol. Conditionem etiam hæc dictio dummodo, ſignificat, quando adijcitur ijs quæ de neceſſitate actui non inſunt, vt poſt Barbat. & Corſett. tradit Socin. iun. conſil. 149. In cauſa hæredum Alexandri de Nerlis, nume. 46. in fin. lib. primo. Verba autem illa
34 Nec aliter nec alio modo † præcisè conditionem vim habent, Bald. in Authen. ingreſſi, colum. 4. nume. 4. verſic. Idem ſi proteſtor, C. de Sacroſanct. Eccleſ. Iaſ. conſil. 86. In cauſa R. D. Gentilis, num. 16. col. fin. verſic. Item prædicta verba, lib. 3. conſil. 162. In cauſa contradictionis, colum. 4. num. 5. verſic. Secundò quòd

dicta

dicta electio,lib.2.Iac.Menoch.consil.38. Hac in proposita facti specie,nu.22.lib.1. formamque inducunt,glos.in l. siquidem,in glos. magna,vers.Et maximè,C.de except. & ibi Doct. Paris.consil.19.Ad resolutionem, nume.13. & 15.versic.Præterea illa verba,& num.20.lib.2. vbi latissimè de istis verbis pertractat,Menoch. in prælleg.cons.38.num.23.Quid de dictione
35 † secundum? dictiones sicut,secundum, prout & similes in actibus dispositiuis non faciunt dispositionem, siue in statutis siue in contractibus siue in priuilegijs siue rescriptis versemur, glos.& Doctor.in cap. quoniam Abbas, extr. de offic. delegat. Ioan. Andr. in addit.ad Specul. tit. de feud. §. sic igitur, in princip. & post Castrensem tradit Francisc. Curt. in l. admonendi, nume. 54. ff. de iure iuran. quod sic est accipiendum, si Princeps causa cognita processerit, aliàs secus, vt per Curtium vbi supra, num.57. quæ ad ablatiuos absolutos pertinent respectu conditionis inducendæ cum alibi serioſe differuerim repetitione aliqua non indi-
36 gent. Tacita est conditio † quæ aliquo in actu vel dispositione subintelligitur à iure, vt puta, Primò quando quis legat vel promittit partũ ancillæ vel fructus alicuius rei, quia subintelligitur si nascantur,l.1.in fin.hoc tit.de condit.& demon.l.interdum,l.inter stipulantem,§.sacrã, ff.de verb.oblig.l.cum certus,ff.de tritic.vin.& ol.leg.l.si debitor,§.1.ff.de contrah. empt. Secundò quando quis grauatur hęreditatem restituere,quia intelligitur si sine liberis decesserit, vt in isto contextu,& l.generaliter,§.cum autẽ, C.de instit.& substit.l.cum acutissimi,C. de fideicom. Tertiò vbicunque fuit posita conditio instituto, quia tacitè videtur repetita in substituto,l. licet, ff. de leg. 1. Quartò quando alicui annuum legatum relinquitur,conditio enim intelligitur si vixerit,& eo mortuo legatum ad hæredes non tranfit,l.cum in annos,ff.quand.dies leg.ced. & de istis conditionibus loquitur Azo in Summ.C.in princ. num. 6. versic. Interpretantur conditionem; Sciendumque est,regula-
37 riter † conditionem non esse subintelligendam l.omnia,in prin.ff.de leg.2.l.1.isto tit.cum multis concordantibus adductis ab Andr. Tiraq. in rep.l.si vnquam, in verb.libertis, nume. 19. versic.Similiter statuit ius commune, C. de reuoc.donat. Tacita cõditio multis modis dignoscitur, † Primò ex qualitate rei, vt in l.interdũ, ff.de verbor.oblig.& in d.l.1. hoc eodem tit. & ista suspendit etiam quoad transmissionem,Secundò propter naturam rei de qua agitur,l.hęc verba,ff.de leg.1. & ista nõ suspendit transmissionem, vt l. conditiones quæ extrinsecus, hoc tit. Tertiò fit conditio tacita per modum ademptionis,vt l.si legatum purè,ff.de adim.legat.& l.si pecuniam,ff.si cert. pet. Quartò fit tacitè ex vi petitionis,vt l.auia,hoc nostro tit.Quintò ex vi restitutionis taliter faciendæ, l. vbi purè, ff. ad Trebell. Sextò inest tacita conditio interdũ causa pietatis,& ex casu fauorabili propter fauorabilem interpretationem, & indistinctè, vt not.in d.l.generaliter, & in d.l.cum acutissimi, omnesque istos casus tradit Signorol. de Homod.in l.1.nu.12.& 13. præcitato tit. C. de instit. & substit. Animaduertẽdumque existimo,
39 quòd conditio † quę tacitè inest si exprimatur, actum conditionalem non facit, l. in conditionibus,§.1.d.tit. de cond.& demon.l.hęc verba, ff.de leg.1.l.si Titia,§.quædã,ff. quãd. dies leg. ced.Alexand.in l.1.nume.8. ff. ad l. Falcid. vbi Vincent.Hercul.colum.4. Vlterius quòd conditio tacita nunquam actus facti annullationẽ
40 † ex eius omissione operatur,sed solum ad eiusdem implemẽtum astringit, Bald.in l. epistola, §. inter, per tex. ibi, ff. de pact.vbi Ias.nume.1. Ludou.de Molin.in d.tract.de Hispan. primogen.lib.2.cap.15.nu.32. Conditionum etiam
41 quædam in dando † consistunt quædam verò in faciendo,in dando vt si dederit Titio vel alteri personæ,vel loco, decem vel centum, vel aliam quantitatem,vel rem,in faciendo,vt si fecerit tale factum negocium vel ædificium, l.huiusmodi,ff.de leg.1.l.2.ff.de verb.oblig. Quædam
42 insuper possibiles sunt † quędam impossibiles, possibiles quæ de facto, natura, & de iure fieri possunt, impossibiles quæ de facto vel natura vel de iure fieri non possunt, de facto vt si digito cælum tetigeris, de natura vt si ignis frigescat, si lapis sursum ascendat, de iure quia turpis vt si filium,patrem,vel matrem egenos non alat nec eis alimenta præstet, vt si quis in vxorem ducat quam de iure non potest, l.1. l. conditiones,1.& 2.& l.obtinuit, hocmet.tit.§. impossibilis, de hæredib. instit. quæ ipso iure de medio tolluntur in vltimis voluntatibus, in le-
43 gatis, secus tamen in contractibus † accidit, quia in ijs impossibilis conditio contractum cu iuscunque formæ, & naturæ sit siue bonæfidei siue stricti iuris vitiat & annullat, l. impossibilis,ff.de verbor. oblig.l. non solum,ff.de act.& oblig.l.certi condictio,§.quoniam,versic.Item quęri potest,ff.si cert.pet.§.impossibilis, Instit. de inutil. stipul. & declarat Azo in Summ. C. de instit. & substit. num.3. versic. Nec est prætermittendum,vbi num.5.inquit,quòd illud vt impossibilis conditio pro nõ scripta habeatur, in institutionibus legatis, & fideicommissis ita
44 accipiendum est, † si apponatur ei cui relinquitur,secus si apponatur ei à quo relinquitur, vel qui iubet hæreditatem restitui, vt in §. vlt. Instit. de legat. item vera sunt hæc in conditione impossibili de iure vel natura,nam si impossibilis sit conditio propter perplexitatem verborum non habebitur (dicit Azo)pro non scripta,

pta,imò reddit inutilem inſtitutionem, l. ſi Titius hæres erit,ff.de hered.inſtit.vbi exemplificát; Sed an gratia † cõceſſa ſub impoſſibili conditione vitietur ? & ipſam non vitiari tradit Franc.Aretin.in d.l. impoſſibilis, col. fin. circ. med. verſic. Adde breuiter, cum quo ſentiunt Ludouic. Roman.conſil.348.Quæritur, in fin. verſic.Igitur dicendum,citans gloſſam ſing. in cap.fin.de conceſſ.præben.in 6.Dec.conſ.405. Videbatur primo motu, num.2. Emanuel Coſta lib.ſelect.interpr.cap.8.ad l.cum hæres,§.1. ff.de ſtat.liber.num.4.Quod magis verum eſſe ſcribit in præcitato loco Romanus quando gratia motu proprio eſſet cõceſſa, quæ amplè & fauorabiliter eſt intelligenda, vt ibi in finalibus verbis. Diſtinguitur etiã conditio inter impoſſibilẽ,& difficilẽ: † nam licet impoſſibilis vel quę pro impoſſibili habetur veluti turpis aut illicita conditio expleri nõ poſſit,difficilis expleri põt, nõ eſt igitur impoſſibilis ſed penè impoſſibilis, vt tradit Vlpian.in l.ſi familia,56.ff.fam.erciſc. l.4.§.1.ff.d.tit.de ſtat.lib. impoſſibilis ipſo iure remittitur, difficilis neque ipſo iure neque decreto prætoris, quod intelligendum de conditionibus eſt, quæ hæredum inſtitutionibus vel legatis vel fideicommiſſis vel libertatibus aſcribuntur, ſuntque in poteſtate hæredis vel legatarij vel ſerui ſub cõditione manumiſſi,explenda ergo ſunt, ſiquidem hæres hæreditatem, legatarius legatum, ſeruus libertatem conſequi velit,verum alterius gratia veluti fideicommiſſarij cui hæres rogatus eſt hæreditatem reſtituere ſub conditione difficili: apertè iniquum eſt hæredem ipſum cogi eam explere, l. facta, §. ſi ſub conditione,ff.ad Trebell.additur autem in eodẽ §. ſed & remitti eam ab initio viſum eſt, vbi pro Ab initio, ſequentia verba oſtendunt eſſe legendum Abſurdum, cum ſi per fideicommiſſarium impleri poſſit, à fideicõmiſſario implenda eſt, l.ſi cui,§.fin.eod.tit. d. l. facta, §. ſi in danda, Sed non niſi per hæredem, vt conditio certi nominis ferendi,nec velit nomen illud hæres ferre quantumuis bonum ſit & honeſtũ (liber homo inuitus non mutat nomen) hoc ſanè caſu remittenda eſt decreto prætoris,Conditio aliàs edicto remittitur,vt cõditio Iuriſiurandi,aut quæ repugnat publicæ vtilitati aliàs edicto prætoris: Difficilis verò conditionis exemplum vnum extat in d. l. 4. §. 1. Si ſeruo teſtamento ita data ſit libertas, liber eſto ſi hæredi millies dederit, quam ita male Baſ. interpretatur, Si hæredi centum myriadas numum dederit,& peius Dorothæus Si chiliadas,nam chiliades ſunt inferiores myriadibus, & illa Si centum myriadas, non eſt adeo difficilis, quippe cum centum myriades efficiunt dumtaxat decies centena millia, ſicut ducentum vicies centena & trecentæ in Conſtitutione Græca Iuſtiniani de confirmatione Digeſtorum, hæcque de difficili ac impoſſibili conditione tradita Iacobo Cuiacio nonnihil arriſere. Quædam ſu-
47 ſpenſiua eſt, quædam autem † reſolutiua, ſuſpenſiua dicitur conditio quæ diſpoſitionis effectum in aliquem futurum euentum confert, ſiue ſit caſualis,poteſtatiua,uel mixta, ueluti ſi Imperator uenerit in Italiam, ſi decem dederis Titio, in poteſtatiuis tamen hoc intereſt, quia ſi affirmatiuè conceptæ ſint implementum omnino præcedere debet vti relicto locus ſit. Si vero negatiuè ſiquidem implementum ante ultimum uitæ ſpiritum contingere poſſit, ſimiliter exitus expectatur, ſi uerè non niſi in ultimo uitæ ſpiritu,tunc ne relictum euaneſcat,cautione præſtita implentur,& idem quoque eſt in conditione poteſtatiua affirmatiua,quæ actus perſeuerantiam requirit, & ſi conditioni paritum non fuerit res cum fructibus perceptis reſtituitur,text. eſt in l.Mutianæ, hoc tit. Authen. cui relictum, C. de indict. uid. tollen. Niſi conditio plura annua relicta faceret,nam pro quibus paritum fuit fructus non reſtituerentur. Peregrin. de fideicommiſſ.artic.63. num.20. in fin.
48 Reſolutiua autem conditio † eſt, quia non ſuſpendit actum & illius executionẽ, ſed per eius euentum reſoluit actum, gloſſ. & Alberic. de Roſat. in l. 2. ff. de in diem addict. Socin. ſen. conſil.ult.quod eſt 128. Duo uidebatur, num. 2.uerſic.Secundo reſolutiua,lib.3. Pariſ. conſ. 92. Angelus,num.2.uerſic.Et quoniam, lib.3. Thom. Grammatic. deciſ.58. Magnifica Margarita Caracciula, nume.10. uerſic. Nam talis ſententia, Tiber. Decian.conſil.8.Grauia ſunt profecto,num.78.uerſic.Atque ideo concluditur, lib. 1. Andr. Tiraquell. in tract.de retract. conuent.§.2.gloſſ.1. num.74. & in rep. l. ſi unquam,in uerb. Reuertatur,nu.283. Iacob. Menoch.alios allegans conſil.262. Exiſtimauerã, num.10.uerſic.Et propterea noſtri,lib.3. & nume.12.uerſic.Reſolutiua uerò,conſ.388.Conſultatio hæc,num.16.lib.4. & fuſius conſ.494. Cum doctè & acutè,num.2.& 3.lib.5. Peregr. d.artic.63. num. 21. fol. 349. Auguſtin. Bero. conſil.60. Viſo proceſſu,num.16.uerſic.Et dato,lib.1. Hieronym. Cagnol. in l.is damnum, §.quod pendet. nume.7. & 8. ff.de reg.iur.qui optimè enucleat. Sed contra facit,quia in ultimis uoluntatibus ſi quid purè datum ſub conditione adimatur,totũ relictũ facit cõditionale L.aliquando,hoc tit.glo.in d.l. 2. ubi diſtinguit inter contractus & ultimas uoluntates,reſoluti ua igitur hoc operatur ut ſi poteſtatiua ſit conditio impleatur per cautionẽ ſi negatiuè ſit concepta aut affirmatiue cũ perſeuerantia,veluti ſi vidua permanſerit, ſuſpẽſiua autẽ cautionibus non impletur. Sed omiſſis alijs diſtinctionibus vt finiam,videndum eſt quid ſit inter diem incertum

49 certum & cõditionem, Et diem incertum † adijcit legato qui Titio legat cum pubes erit, vel cum inierit conſulatum, fieri enim poteſt vt Titius ante pubertatem decedat, vel ante adeptũ conſulatum, l. ſi hæres, ff. quand. dies leg. ced. vel qui hoc modo legat, Hæres meus cum morietur Titio centum dato, quia fieri poteſt vt is dies non cedat viuo legatario, puta ſi prior lega
50 tarius moriatur, quo caſu † legatum extinguitur, l. 1. l. hæres, §. 1. iſto tit. l. ſi pecunia, §. fin. ff. de leg. 2. l. vltim. in fin. C. de contrah. ſtipul. propterea legatum huiuſmodi quaſi conditionale eſt, & hoc eſt quod dicitur diem incertum facere conditionem, Quamobrem ad ea legata quibus dies incertus adijcitur regula Catoniana
51 † non pertinet, l. cætera, §. 1. ff. de leg. 1. & eorũ dies non cedit à morte teſtatoris, ſed cum extiterit conditio vel dies, l. vnic. §. ſin autem, C. de caduc. tollen. Denique ſi legatarius ante deceſſerit, ad hæredem ſuum legatum non tranſmittit, d. l. 1. l. 4. ff. quand. dies leg. ced. nec interim id alij delegari ideſt cedi poteſt, l. legata ſub cõditione, hoc tit. quia nondum debetur, & lega-
52 tarius conditionalis † creditor non eſt, l. is cui, de act. & oblig. ergo diem incertum (cum effectu ipſo conditio ſit) etiam non male conditionem dicemus, l. 1. §. vltim. ff. vt leg. nom. cau. l. ſi dies, §. 1. ff. quand. dies leg. ced. ibi, Tempus cõditione, nam & è contrario conditio appellatur dies incertus, l. talis ſcriptura, ff. de leg. 1. Sed
53 hoc intereſt, quòd omnis conditio † eſt dies incertus, omnis dies incertus non eſt conditio, Si poſſit non cedere, vt cum relictum proponitur legatum, cum morietur hæres, cõditio eſt, quia non cedere poteſt viuo hærede legatario mortuo, Si non poſſit non cedere, conditio non eſt, vt ſi cum morietur Titius ei legauero purum eſt legatum, quia fieri non poteſt vt non moriatur Titius, Nec dicas quia etſi prior hæres moriatur, hęredis hęres Titij tenetur, d. l. 4. quand. dies leg. ced. l. hæres, hoc tit. quia & idem eſt in legato conditionali, l. legato ſub conditione, eod. Et ita ſi cum moriar promiſero dies incertus eſt non conditio, & quod interim ſoluitur repeti non poteſt, quod tamen repeteretur ſi conditio eſſet, l. ſub conditione, & l. ſeq. ff. de cõdict. indeb. & recte, l. dies, iſto tit. diem incertũ conditionem facere in teſtamento. Nec enim idem eſt in ſtipulatione, vt conſtat, & inter legata conditionalia, & ſtipulationes innumeras differentias eſſe, nec item teſtamento quoque ita eſt, niſi dies legati poſſit non cedere. Modus au-
54 tem eſt adiacens † rei determinatio ſeu grauaminis cuiuſdam impoſitio ex conſequentia captati emolumenti diei ceſſionem non impediens, l. ſi pure, ff. de leg. 3. l. cum eorum, C. de ſenten. & interloc. omn. iudic. l. prætor, in prin. ff. de collat. bon. l. quibus diebus, §. fin. l. Titio centum, §. ante nuptias, l. cum tale, §. Titius, ibi Modus adhibitus, hoc tit. ita definit Bald. in rubric. C. de inſtit. & ſubſtit. poſt princ. Vel modus eſt moderatio quædam diſpoſitioni adiecta in eum qui honoratur aggrauans in tempus diſpoſitionis perfectæ, ſecundum Bart. in d. l. quibus diebus, §. Termilius, nu. 1. verſ. Dic ergo, vbi Soc. nu. 7. Franciſc. Aretin. conſ. 93. Viſo legato facto, in fi. verſic. Forte etiam dici poſſet, & conſ. 150. Viſis diligenter, col. 1. in fin. verſic. Modus autem eſt quædam ſpecies, Iacob. Menoch. conſ. præalleg. 494. nu. 6. lib. 4. Corn. conſ. 126. In præſenti conſultatione, nu. 8. lib. 3. Io. Crot. conſ. 65. Teſtator, nu. 9. lib. 1. Hieronym. Grat. conſ. 102. Viſo teſtamento, num. 41. lib. 2. & de alia definitione, Signorol. de Ho mod. in l. 1. num. 11. d. tit. C. de inſtit. & ſubſtit. Aut modus eſt quædam in futurum reſolutiua conditio, Menoch. conſ. 262. Exiſtimaueram, nu. 9. lib. 3. Peregrin. artic. 63. nu. 14. Et quemadmodum conditio per, ſi, dictionem, ita mo-
55 dus † per dictionem, vt, propriè inducitur, Socin. ſen. poſt Bart. in d. l. quibus diebus, §. Termilius, nu. 8. Alex. conſ. 119. Viſo proceſſu, col. 1. conſ. 102. Viſis & ponderatis, col. 2. lib. 1. Bal. in l. quoniam, per illum text. C. de rer. permut. Anton. Corſett. in verb. Manumiſſio, Iaſ. in l. ſi Titio, nu. 9. & 15. de leg. 1. Nicol. Bellon. in §. ſub cõditione, nu. 2. Inſtit. de verb. oblig. Alex. de Neuo conſ. 81. Viſo, nu. 7. Hieronym. Grat. conſ. 102. Viſo teſtamento, nu. 30. & infra, lib. 2. Io. Cephal. & is conſ. 81. Teſtator, nu. 10. lib. 1. Tob. Non. conſ. 38. Cum D. Pantaſilea, nu. 10. Modus etiam à conditione diſtat, cum natu
56 ra conditionis ſit † vt ante actus executionem impleatur purificeturque, quemadmodum ex mente Baldi dicebam, & eſt tex. in l. filiusfamilias, hoc tit. quando enim poſt actus executionem aliquid implendum venit, modus dicitur non conditio, Bar. in d. l. quibus diebus, §. Termilius, ſub nu. 15. verſic. Natura enim, Bal. conſil. 219. Petrus Nicolutij, circ. fin. lib. 2. Anton. de Butr. conſ. 43. Abſque diffuſione, in princ. Paul. de Caſtr. conſ. 5. Quicquid dicatur, col. 1. lib. 1. conſ. 292. Circa primum dubium videtur, col. 1. & 2. lib. 2. Alex. d. conſ. 102. ante nu. 3. verſic. Sed ita eſt, vol. 1. Aretin. d. conſ. 93. ante fin. verſic. Si tamen, Carol. Ruin. conſil. 60. Poſtquam D. Richa, num. 5. lib. 2. Aym. Crauett. conſ. 59. Petrus Pollardi, nu. 1. lib. 1. Iacob. Menoch. conſ. 78. Hæc quæ proponitur, num. 16. lib. 1. conſ. 134. Inter multa, num. 31. lib. 2. conſ. 262. Exiſtimauerim, num. 7. 8. & 9. lib. 3. Auguſtin. Bero. conſil. 153. Quamuis fuerim, num. 2. lib. 3. Natta conſil. 373. Quoniam, nu. 28. lib. 2. Decian. conſil. 2. Quæritur modo, nu. 111. pariter vol. 2. Hinc dicunt aliqui, modum
57 † reſpectu exitus à conditione non differre, ſed

reſpectu

reſpectu Initij,vt per Hieronym. Gabriel.conſ. 5.Statutum diſponit,nu.9.verſ. Vel loquũtur, lib.1.Interque conditionem negatiuam,& mo-
58 dum negatiuum † diſcrimen affert Menoch. d. conſ.494.num.13.verſ.Extat & alia,omnis itaque qualitas adiecta diſpoſitioni principali perfectę, dicitur modus,etſi cõcipiatur per ver-
59 ba denotantia † conditionem, l. cum ab eo, ff. de contrah.empt.l.ex conditiones,C.de reſcin. vendit.l.Mæuia,ff. de manumiſ. teſtam.l. 3.C. de fideicom.libert.Ludouic.de Molin. in tract. de Hiſpan.primogen.lib.2.cap.15.nu.30. verſic.Præterea id ipſum; Debet nanque conſiderari effectus non autem verba, vt dicit ad hoc propoſitum Aym.d.conſ. 59.in princ.poſt Ale-
60 xan.& alios vt ibi: Proinde verba illa† cum pacto & conditione, vel cum hac conditione & onere, important modum nõ autem conditionem,Alex.d. conſ.102. Viſis & ponderatis his, col.2.ſub num. 2. verſ. Nam dicta verba, lib.1. Aretin.d.conſ. 150. in princ. verſic. Et pro declaratione,Crauett.vbi ſupra in princ.Ruin.cõ ſil.127.Proponitur quòd Antonius, nu. 2.verſic.Quoniam diuiſio,lib.1.conſ.26. Ex themate propoſito,nu.8, lib. 2. cum alijs plene adductis ab Andr. Tiraquell.in tract.de retract.conuent.§.2.gloſ.1.& vnic.nu.76.verſ. Nec his obſtat. Porrò contrarium ex eodem Alex. conſil. 150.In cauſa appellationis,col.1.num.2.lib.6. Alberic. in l. Mæuia,ff. de manumiſ. teſtam. & Hieronym.Grat.conſ.102.Viſo teſtamento,nume.25.lib. 2. ex profeſſo alij concludunt, ſcilicet quòd niſi verbum conditio improprietur propter alia verba, vel propter voluntatem teſtatoris repugnantem,ſtet in proprio eius ſignificatu nempe pro conditione, ſecus ſi improprietur, vel repugnet voluntas, tunc enim pro modo caperetur, Vnde Tob. Nonius d. conſ. 38.nu.6.tres caſus conſiderabat,Primus eſt cũ verba ſignificãt ante legatum præſtandum quã id quod illis verbis Cum hac conditione ſignificatur, & tunc importent modum, & ita loquantur,l.1.§.fin.ff.de donat.l.Mçuia,ff.de manumiſ.teſtam.l. ea conditione, vbi Salic.declarat,C. de reſcind. vendit. Secundus eſt, quando id quod ſignificatur illis verbis, cum hac cõditione, ante implendum eſt ex expreſſa vel tacita teſtatoris voluntate,& tunc ſine dubio conditionem ſignificat,l.Thais ancilla,§. Sthicus, ff.de fideicom.libert.l. quæſitum, hoc tit. Tertius eſt, quando id quod ſignificatur ijs verbis, cum hac conditione poteſt ad vtrunque tempus referri,& ante cõſecutionem legati & poſt, & tunc in dubio potius illis verbis conditionẽ propriè ſignificari,& modum improprie dicendum eſt, ita Tobias, ex cuius dictis communis opinio poſſet procedere quando ad vtrunque verba proprie poſſent referri, ſecus ſi ad conditionem proprie, ad modum verò improprie, & in dubio à proprietate non eſſet recedendum,l.non aliter,ff.de leg.3. Sed quicquid Gratus & Nonius ſibi voluerint, ego non declinarem ab opinione Cyni, & aliorum cum eo ſentientium, iudicando & conſulendo, Nam plus vitiat conditio,quam modus Alex.in l.impoſſibilis,num.2.ff.de verb.obligat. Auguſtin. Bero.conſ.28.Ludouicus de Faba,num. 52.libro 2. & cum opinione Alexandri & Franciſci Aretini pertranſeunt Carol. Ruin.d.conſ.127. num.2.verſic.Quoniam diuiſio,lib.1. & Natta præcitato conſ.373.num. 26. lib. 2. Vt vera ſit
61 concluſio † quòd vbi verba poſſunt ſe habere ad modum & cõditionem,in dubio ad modum magis ſint referenda, ſcilicet vt in dubio inſit potius modus quam conditio, ita Cynus de Piſtorio prędictus,in l.cum quis,C.de iur. & fact. ignor. Bart. Bald. & Alex. in l. cum mota, circa princ.C.de tranſact.per text.in l.quæro,§.inter locatorem,ff.loc.idem Bald. in l. & ſi poſt tres, num.7.ff.ſi quis caut. Dec.in l. debitori, col.2. num.13.ff.ſi cert.pet.& ipſe Alex.d. conſ. 102. col.2.verſic.Confirmo, communem opinionẽ eſſe teſtatur, & ibidem Nouiſſ. Pariſienſes, in verb.Modum, lib.1. conſ. 113.Perſpectis his, col.3.num.19.verſ. Et in dubio diſpoſitio, lib. 6.& conſ. 150. In cauſa appellationis, num.2. eod.vol.Carol. Ruin.conſil. 215. Quia in hac cauſa,num.10.verſ.Et in dubio, lib.1. isque receptam ſententiam eſſe ſcribit d.conſ.26.num. 19.vol.2. Quintilian. Mandoſ. de eadem communi in addit.ad Lapum,alleg.87.in vlt.addit. Franciſc.Mantic. in tract. de coniect. vltim.volun.lib.10.tit.5.num.13. Andream Alciatum ac Petrum Paulum Pariſium reprehendens,communemque eſſe affirmans,Hieronym.Gabriel. conſ. 5.Statutum diſponit,num.4. lib.1. Iacob. Menoch.d.conſ.494.nu.18.lib.4. Iacob.Mandell.Alba,conſ.4. Caſus iſte,nu.34. verſ. Item dici poteſt, lib. 1. Et licet modus à conditione
62 differat, non proinde eſt, quin modus † large conditio dicatur,Anton. de Butr. d. conſil. 43. per text.in c.cum Ioannes, de fid. inſtr. Corn. conſ.102. Viſis,col.4.lib.2.Hinc de conditione ad modum argumentamur,vt per text.in l.1.& 2.C. de his quæ ſub mod. tradit Iaſ. in l. ſi Titio,num.8.ff.de leg.1.& Ruin. conſil. 20. Viſo teſtamento, num.3.lib.2. Ad Cynique concluſionem rurſus redeundo, ipſam vltra iam dictos comprobarunt,Menochius alibi ideſt conſil.262. Exiſtimauerim,col.3.num.6.lib.3.Hieronym.Grat.conſ. 81. Viſo legato,nu. 77. lib. 2. Bero.d. conſ.153. num. 1. lib. 3. & Natta in prælleg.conſ. 373. num. 26. lib. 2. ita vt Pariſio contrarium aſſerenti, & à communi tot prę-ſtãtium Interpretum authoritate roborata deuianti inhærendum aut aſſentiendum nequa-

quam

quam exiſtimem. Prænarratis addendum vlterius erit Primò quòd etſi conditio impoſſibilis contractum vitiet, dict. l. non ſolum, de act. & obligat. & l. impoſſibilis, de verbor. obligat. & ſupra extitit dictum, modus tamen impoſſi-
63 bilis non vitiat † contractum, gloſſ. in l. cum donationis, vbi Bald. Paul. de Caſtr. nume. 5. Alexand. num. 3. Iaſ. num. 5. & plures alij quos eo loci recenſet Anton. de Padill. num. 8. C. de tranſact. eamque ſequuntur Ludouic. Roman. num. 11. Alex. num. 2. Iaſ. num. 3. & 4. Vdalric. Zaſ. num. 9. & communiter Scribentes, in d.l. impoſſibilis, Didac. Couar. in c. cum tibi, de teſtam. nume. 13. hocque ab omnibus receptum eſſe fatetur Ludouic. de Molin. in tract. de Hiſpan. Primogen. lib. 2. cap. 12. nume. 42. verſic. In qua ſpecie, Alexand. d. conſil. 113. num. 19. verſic. Secundò poteſt reſponderi lib. 6. Franc. Sarmient. lib. 2. ſelect. interpr. c. 3. nu. 6. & inf. Secundò quòd licet iuramẽtum de conditione
64 implenda † reijciatur, iuramentum attamen de modo implendo non reijcitur, prout nuncupatim dixit Bart. in l. quæ ſub conditione, in prin. num. 1. verſic. Item aduerte, ff. de condit. inſtit. & probatur ex tex. in Auth. cui relictum, C. de indict. vid. tollen. vbi de modo implendo iuramentum non reijci conſpicitur. ratio autem diſcriminis inter modum & conditionem illa eſt, cum implementũ conditionis ex voluntate implere debentis pendeat, nõ enim poteſt ad conditionem implendam compelli cum nõ habeat aliquod ius ad id quod ſibi eſt relictum niſi impleta conditione, & in conditionis euentum diſpoſitionis effectus ſuſpendatur, l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. implementum verò modi voluntarium non eſt, ſed neceſſarium, cum poſſit quis ad modi implemẽ tũ compelli, l. 1. C. de donat. quæ ſub mod. Iaſ. in l. ſi quis cũ debitore, nu. 4. ff. de iur. iur. ideoque ſuccedit regula quòd licet in voluntarijs
65 † non poſſit quis iuramento præcedente ad implementum aſtringi, in ijs quæ neceſſaria ſunt iuramento aſtringi poſſit, l. ſi quis maior, C. de tranſact. l. præſenti, §. planè, C. de his qui ad eccleſ. confug. Bart. ead. l. ſi quis ſub conditione, nume. 1. in princ. & ita ex communi opinione Scribentium reſoluit Molin. d. lib. 2. cap. 12. num. 47. verſic. Si verò leges, fol. 298. Tertiò licet pro obſeruantia modi obligatio & actio ei competant ad cuius vtilitatem modus fuit adiectus, l. 2. vbi plenè not. C. de donat. quæ ſub mod. Alexan. d. conſil. 113. colum. 3. nume. 6. verſic. Tamen ſi hæres, lib. 6. Corn. conſil. 311. Quoniam præſens conſultatio, colum. 2. in fin. verſ. Tertiò quòd non implens, lib. 1. nihilomi-
66 nus tamen oblatio † non requiritur, quia actio iam nata eſt, niſi petatur vel excipiatur, quia in modo oblatio vim replicationis obtinet, vt declarat Bal. in l. 1. C. de his quæ ſub mod. in fin. Car. Ruin. conſil. 33. Quæſtio iſta, col. 3. nu. 7. verſ. Et clarius, lib. 3. ideoque oblatio non eſt neceſſaria, nec etiã ad hoc vt agere quis poſſit, nec poſſit exceptione repelli, vt Doct. in dict. §. Termilius declarant, Bart. col. pen. nu. 15. Caſtrenſ. col. fin. Iaſ. in l. ſiue apud acta, col. 4. nu. 13. C. de tranſact. & poſt Bart. tradit Alexand. in l. Iulianus, §. offerri, de act. empt. & in l. filiæ licet, C. de collat. ideoque omnes leges, & Interpretes dicentes in modo ante implemen-
67 tum † ſuſpendi exercitium actionis nec agi antea poſſe, l. inſulam, §. fi. ff. locati, d.l. Iulianus, §. offerri, d.l. quibus diebus, §. Termilius, Bar. Paul. Alexan. & Iaſ. in l. huiuſmodi, in princ. de leg. 1. intelliguntur de executione efficaci ita vt exceptione repelli actor nequeat, ſed nec etiã executio ſuſpenditur ſi non excipiatur, l. ſi cui, iſto tit. l. cum in teſtamento, de fideicommiſſ. libert. gloſſ. in l. 1. in verb. Petitio, ad Maced. Iaſ. in l. vniuerſa, colum. 2. C. de precib. imper. offer. & poſt Affict. deciſ. 370. Tria dubia, nume. 8. & 9. Hieronym. Gabriel. d. conſil. 5. ante nume. 15. lib. 1. & conſil. 4. Quod attinet, colum. 2. nume. 8. lib. 2. Tamen modi non imple-
68 ti exceptio † quandoque ſilet. Primò, cum modus ſiue eius implementum concernit merum hæredis fauorem, l. Titio centum, in princ. hoc titu. l. 2. §. fin. ff. de donat. Alexand. conſil. 127. Viſo proceſſu cauſæ, colum. 1. poſt med. verſic. Nec dicatur, lib. 7. Dec. conſil. 452. Viſa inſtructione, colum. 2. circ. med. poſt Bal. conſil. 127. Quidam nobiles receperunt, lib. 1. Secundò, quando modus non eſt cauſa finalis inſtitutionis, tunc enim eo non impleto non priuatur hæres, Bald. conſil. 219. Pepus Nicolutij, colum. 2. lib. 2. finalisque cauſa conſideratur quando reſpicit aut teſtatoris aut alterius tertij fauorẽ, Ang. conſ. 124. Iolus D. Dalmatij, col. pen. circa med. verſi. Circa quod conſidero, Socin. conſil. 26. In præſenti conſultatione, col. 3. ſub num. 3. verſ. Igitur cauſa finalis, lib. 3. Corn. conſ. 101. Viſis actis, col. pen. ſub nu. 7. in fi. verſ. Sed cauſæ finalis, lib. 1. vbi latè explicat, Dec. conſ. 238. Proponitur in fin. nu. 6. Tertiò, defectus modi non impleti non inducit hæreditatis priuationem quando apparet teſtatorem aliàs omnino fuiſſe relicturum, Franc. Aretin. in fortioribus terminis conſil. 94. Cõſideratis, colum. 4. verſ. Pro his facit. Quartò modi non impleti oppoſitio recedit, cum nunquam fuit petitum vt impleretur, neque per hæredes legitimos, neque per aliam perſonam, quòd inducatur tunc remiſſio, vt poſt Cornetum tradit Aym. d. conſil. 59. nu. 7. verſic. Quintò non videtur, vbi etiam dicit nõ obſtare appoſitionẽ termini à teſtatore, quia eo nõ obſtante requiritur iudicis monitio vbi teſtator pœnã nõ appoſuit, §. ſi quis aũt,

Auth.de Eccleſiaſtic.tit. allegat Paul.de Caſtr. conſil.292. Circa primum dubium videtur, in 8.dub.nume.9. verſic. In caſibus ergo,lib.2. & conſil.371. Viſo puncto,col.2.poſt med. nu.5. eod.vol.& Gozad.conſ.34. Circa primum dubium,nu.6.circ. med. verſic. Non obſtat quod voluit. Sextò ſi hæres dum vixit moleſtatus nõ fuerit vt hæreditate tanquam indignus priuare tur nõ impleto modo per teſtatorem appoſito, remiſſa cenſetur omnis indignitas ita vt contra eius ſucceſſores agi non poſſit,gloſſ.in c.fi.in fi. de donat.& in l.fin. C. de reuoc. donat. & poſt Abb.atque Alex.tradit Crauett. in præallegat. conſil.59.num.8.in fin. verſic. Sextò ex quo hęres, dicens Bartolum tenentem contrarium in eius conſilio ibidem citato, in additionibus reprehendi, & de his hactenus. Quartò videndũ
69 eſt,an modus † non impletus tranſmiſſionem legati vel fideicommiſſi impediat, videtur concludi poſſe audacter non impedire tranſmiſſionem,vt inquit Bart.in d.§.Termilius,num.13. dum de effectu modi diſſerit,per tex.cum gl. in l.à teſtatore,hoc ti.& l.ſi poſt diem,§.ijſdem,ff. quand.dies leg. ced.concludens iſtam eſſe veritatem, niſi modus eſſet talis qui non poſſit impleri per hæredem,tunc enim hæres excluderetur tanquam non implens modum ſicut defunctus voluit,d.l.Titio centum,§.Titio genero,& cum Bartoli diſtinctione pertranſit Bald. in l.ſi plures,num.25.verſic. Inſuper quærit Petrus, C.de condit. inſert. indiſtinctè tamen idem tradunt Alex.in l.huiuſmodi,in princ. col. 2. circ. med.verſic.Tamen ſecundum eum videtur, ff. de leg.1.Hieronym. Zanch.in l.hæredes mei,§. cum ita,nu. 338. verſic. Poſtremò illud etiam. ſed Bart.diſtinctionem amplexus eſt Emanuel Coſta ſelect.interp.lib.2.cap.22.ad l.Titio centum,§.Titio genero,col.fin.ſub num.11.verſic. Hoc manifeſtè ſenſit Bart.fol.203.Hieron. Gabriel.conſil.4.Quod attinet,nu.10.lib.2.Quin-
70 tò eſt indagandum quomodo pœna † a conditione vel modo diſcernatur, cum id Doctores difficile exiſtiment, propè enim ſimilibus verbis apponi ſolent, quod ſic reſoluendum eſt, prædicta diſtingui,nempè conditionem,modũ, & pœnam ex veriſimili teſtatoris voluntate, vt inquit Iuriſconſ.in l.2.ff.de his quę pœn.nom. idque ex rei qualitate atque verborum conceptione comprehenditur, vt explicat Paul. de Caſt.in l.vnic.num.8.C.d.tit. de his quæ pœn. nom.Ioan.de Imol.in l.Titia,col.3.ff. de verb. obli. & exactè admodũ Emanuel Coſta in rep. l.cum tale,§.ſi quis arbitratu,iſto tit.ampl. vlt. nu.37.quos ſequitur Lud.de Molin. d. lib.2.c. 12.nu.33.verſ.In hoc tamen conſiderandũ eſt,
71 fol.297.Et 9 in dubio conditio † magis quàm pœna præſumatur.Emanuel vbi ſupra, in 5.limit.nu.6.Ex quibus autem dictionibus modus ſignificetur addendum eſſet, ſed nõn omnes, paucas tamen ſubijciam,de dictione Vt,iam eſt
72 expreſſum,quid de dictione,Pro,† Bar.in d.§. Termilius, dicit modum importare, idem aſſeruere Corn.conſ. 229.Licet clarã arbitrer,in princ.lib.4.Curt.iun.conſ. 38. Præſupponitur in facto,col.1.nu.1. Quod procedit quando alteri relinquitur quàm creditori,& per illam dictionem adijcitur aliquid extrinſecum tendens ad moderationem legati, puta ſi diceretur pro redemptione captiuorum,uel pro capella conſtruenda,l.ſi quis pro redemptione, C.de don. quæ ſub mod. Sed quando relinquitur creditori pro eo quod eſt ſibi debitum, tũc talis dictio importat comparationem,vt eſt tex. & ibi not. Bald.in l.vnic.§.primum, C.de rei uxor. act. & per Alex.in d.l.huiuſmodi, §. cum pater, ff. de le.1.qui pro hoc allegat etiã tex.in l.Titia,§.qui in uita,de leg.2.& explicat Carol.Ruin. conſil. 60.Poſtquam Richa,nu.6. & 7. lib.3. Et quòd eadem prępoſitio,Pro,cauſam finalem arguat, poſt Bal.in l.1.col.fi.nu.16.C.per quas perſon. tradit Hier. Gabr. conſ.132. Tiberius Narius, q.3.nu.22.lib.1.ex l.pen.§.fin.ff.de adim.lega. ubi circa illud de Socino meminit, denique de ſignificatione huius præpoſitionis,Pro, latè habetur apud Michaelem Lochmayer in ſuo Parochiali curat.tit.de ſepul.cap.3.fol.90. Dictio
73 Ad † etiam modum ſignificat, quando per illã adijcitur aliquid explicandum per honoratum, d.l.quibus diebus,§.Termilius,& ibi per Bart. in uerſ.Nunc quæro quid de præpoſitionibus, Bero.conſ.28.Ludouicus de Faba,nu.11.lib.2. Rui. conſ.26. Ex themate propoſito,col.3.nu. 7.uerſ.Quia teſtator,li.2.conſ.70. Viſo ac perlecto teſtamento,col.3.nu.8.uerſ.Secundò iſta opinio,eod.uol.profuſeque declarat idẽ Ruin. conſ.42.Proponitur, nu.25.uerſ. Secundò reſpõdetur,lib.1.ubi diſtinctionẽ Bar. in d. §. Termilius, ſi adijciatur talis dictio honorato uel grauato,ratione carere ſcribit,& aliam melioręm adijcit,ut per eum,de eademque dictione idem Car.Ruin.conſ.177. Viſis & intellectis his, n.7.
74 & 12.eod.uol.Ita tamen †modum important, ut ſcribit Iac. Menoch. conſ. 134. Inter multa, nu.4.lib.2.& ſunt dictiones reſtrictiuæ,ac limitatiuæ,l.ita tamen,ff.ad Treb.l.ubi adhuc,uerſ. Ita tamen,C.de iur.dot.Aretin.in l.magiſterię, in fi.C.de iuriſd.omn.iud.in l.ſi pecuniam,nu. 6.ff.de cond.ob cauſ.& in l.ſi pluribus,nu.4.ff. de leg.1.Pariſ.cõſ.17.Potuit abſque dubio, nu. 19.& 20.lib.1.& 9 declarent præcedentia,& reſtringant ſubſequentia,Aretin. in l. ita ſtipulatus,uerſ.Sabinus,nu.7.de uerb.oblig.Dec.cõſ. 227.In caſu ad me tranſmiſſo,col.3.nu.6.uerſ. Nã iſta uerba,Luc.de Pen.in l.1.n.2.C.de collat.fund.fiſcal.lib.11. ubi latè huiuſmodi dictionis ſignificationẽ declarat,ſcilicet quando conditionem,

ditionem,quando admonitionē,quando reſtri
ctionē,& quando modum importet,& quando
præcedentia dilatet & aperiat.Cumque Bar.in
d.§.Termilius,à nu.2. vſque ad 13. dictionum
ſignificationes modum inducentium magiſtra
liter more ſuo proſequatur,amplius nō inſiſtā.
Sextò in id conditio & modus conueniunt, nā
75 ſicut conditio † indiuidua eſt,l.ſi cui,hoc tit.ſi-
cut etiam forma indiuidua eſt,l.ſi is, qui ducen
ta,§.quædam,ff.ad l.Falcid. & vtrunque tradit
Andr.Alciat.in l.4.§.Cato,nu.147.verſ. Eſt ra
tio fundamentalis,ff.de verb.oblig. Hermādo-
ctius Detus ibidem nu.40.ita pariter modi im-
plementum dicitur indiuiduum,l. qui duobus,
& l.cui fundus,ac l.pen. hocmet.tit. & notatur
in l.ſi plures,C.de cond.inſer. Car.Ruin. conſ.
43.Viſo ac perlecto teſtamēto,col.2.in fin. ſub
nu.8.verſ.Et propterea,lib.2. Aug. Bero.conſ.
30.Viſis ac conſideratis,nu.15.& 16.iſque lib.
2. circa quod diſtinguendum eſt, vt per Natt.
conſ.677.De viribus ſubſtitutionis,nu.11.li.4.
conſ.173.Accedo ſententię,nu.7.lib.1.Omiſſis
etiam varijs ſignificationibus quas verbū con-
ditio,recipit non reticuerim totū fideicōmiſsū
76 † propriè conditionem dici,vt not.Bart. in l.1.
in prin.C.de pact. & ibi Raph. Fulgoſ. & Paul.
de Caſtr.ac alij ipſum ſequuntur etiam in quæ-
ſtione deciſa ibi per Bar. & in l.ſi quis ſeruum,
iſto tit.Hier.Zanch.in d.rep.l.hæredes mei, §.
cum ita,nu.128.ad Trebell.Simon de Pretis in
tract.de interpr.vlt.volun.lib.3. dubit.3. ſol.2.
nu.2.Emanuel Coſta lib.1.ſelect.interpr.c.14.
ad l.qui duos,§.1.nu.2.ff.de manumiſſ. teſtam.
Subijciam nunc & non impertinenter,Cauſam
77 † adiectionem eſſe motiuum finale vel impulſi
uum teſtatoris oſtendens,ita ex l. Titio centū,
in princ.l.demonſtratio,hoc tit.& l.fin.ff.de do
nat. ipſam Baldus definiuit in rubric. C. de in-
ſtit.& ſubſtit.poſt princ.verſ. Cauſa verò, Sed
aliam elegantiorem attulit Bart.in d.l. demon-
ſtratio,§.quod autem,colum.1.dicens cauſam
eſſe quid præteritum vel inſtans quo impelli-
mur, vt ita diſponamus, Cæterum Lucas de
Penna in l.1. colum.3. nume.14. verſic. Item
nota, C. de his qui impl. ſtipend. lib.10. cau-
ſam ſic diffiniuit, Cauſa eſt impulſus animi ad
aliquid agendum, ratio autem eſt agendorum
ex cauſa venientium ordo, ſecundum Philoſo-
phum, & colligitur ex l. nunquam, in princip.
ff. de acquiren. rer. domin. Et quòd cauſa adie
78 &a † mentem teſtatoris declaret, Hieronym.
Gabriel. conſil. 132. quæſt. 3. nume.19.lib.1.
& quamuis de cauſis poſſem plura hic ſcribe-
re, ſufficiat tantum indicare Bald. in l. genera-
liter, 2. C. de Epiſc. & cleric. nume. 3. vſque
ad num. 6. vbi optimè ac eruditè nuncupatim-
79 que de finali cauſa loquitur, quæ † ſecundum
Ariſtot.cauſa eſt aliarum cauſarum vt ibi,Fran
ciſc.Mantic. de coniect.vltim.volunt. lib.6.tit.
14.num.7.verſic. Cum autem,in dubio autem
80 cauſa præſumitur impulſiua † non finalis, glo.
in l.2.§.fin.in verb. cauſa, ff. de donat. Bald.in
d.l.generaliter, nu.3.Corn.conſil.153.In præ-
ſenti conſulatione,num.12.verſic.In donatio-
ne enim, lib. 2. Et text. in dict. §. fin. loquitur
quando cauſa appoſita reperitur ab homine,
tūc enim impulſiua præſumitur, Simon de Pre
tis in dict.tract. lib.4.dubitat. 6. nume. 21. fol.
384.Socin.iun.conſil.1.licet ex prædictis, nu-
me.55.lib.4.Sed quando cauſa imponitur à le-
ge aut inuenitur maior vel melior ratio & talis
cauſa præſumitur impulſiua, vt l.1. §.ſexum, ff.
de poſtul.ibi enim maior ratio eſt pudicitię mu
lieribus congruens, ſi verò non reperitur me-
lior ratio, tunc præſumitur finalis, l. cum tale,
§. penult. iſto titu. in gloſſ. ordinar. vel aliter,
Aut ratio eſt ſpecialis & lex generalis, & tunc
præſumitur impulſiua, ratio nanque improbi
tatis Calphurniæ erat ſpecialis, tamen conſti-
tutio erat generalis, l.1.ff. de poſtul. & ideo il-
la cauſa eſt impulſiua quæ totum cauſatum nō
reſpicit, ſed certam perſonam de vniuerſis,ſed
quando ratio eſt generalis, & lex generalis in
legibus cauſa finalis præſumitur, vt not.in dict.
§. penult.facit etiam quod ſcribunt Oldrad. ac
Rayner. de Forliu. in l.1.ff.ſol.matrim.ita Bal.
in d.l.generaliter, ante num. 4. Paul. de Caſtr.
conſil. 314. Super eo quod quæritur, nume.2.
lib.1.Ioan.Cephal.conſil.81.Teſtator,colum.
81 2.num.9.lib.1.Cauſa inſuper † & occaſio diffe
runt vt per Bart. in d.l. demonſtratio, §. quod
autem,num.5.cap.ſolitæ,extr.de maiorit. & o-
bed.l.non dubium, C. de legib. & occaſionem
non eſſe propriè cauſam,Corn.d.conſ.153. nu-
me.6.lib. 2. vbi cauſam multum remotam po-
82 tius occaſionem † eſſe quàm cauſam ſcribit,
poſt Bar.in l.vxori,ff.de aur.& argen.leg.num.
2.l.cū de lanionis, §. aſinā,ff.de fund.inſtruct.
l.fin.§.ſed cum in ſecunda,C. de furt. & de du-
plici cauſa finali, idem Corn.conſil.311. Quo-
niam præſens conſultatio,nume.4.verſic.Aliàs
pro concordia,lib.1.deque differentia inter cau
ſam & occaſionem,Franciſc. Marzar. conſ.29.
Caſu,nume.12.Et cauſa quanto eſt proximior
83 † tanto magis influit & poteſt ſupra cauſatum,
vnde Iuriſconſulti proximam cuiuſque rei po-
tiſſimè cauſam attendunt, l.cum de hoc, de ex-
cept.rei iudic.l.penul.de condict.ob turp.cauſ.
Oldrad.conſil.25.Quòd D.vſufructuario, nu-
me.3.verſic.Præterea,l.ſi mulier, cum gloſſ. ff.
rer.amot.Anton.Rub.conſil.144. Viſo & dili-
genter conſiderato,num.2.Et quòd cauſa pro-
xima attendatur nō autem remota, Pariſ.conſ.
127.Lucrum dotis,n.4.lib.1.conſ.41.Ioannes
teſtator,n.7.lib.3.Curt.iun.in l.more,n.3.ff.de
iuriſdict.omn.iudic.Socin.iun.conſil.128.Præ

ſentis conſultationis,num.66. verſic. Secundò quia,lib.1.Aym.Crauett.conſil.8.Aymo Leyrandi,num.24.lib.1.conſil.163. Videndum eſt, num.4.cod.volum.Ioan.Crot.conſil.132.Sępè num.5.lib.1. Rolan.de Vall.conſ.48. Magnificus D.num.31.lib.2.conſ.5. Præſens articulus num.31.lib.4.Iacob.Mandell.Alba. conſil.60. Habet præſens caſus,num.7.lib.1.Iac.Philipp. Portius conſ.21.Nobilis quidam,nu.93.lib.1. conſ.167.Contingit,n.96.lib.2.Bero.conſ.185. Stantibus ijs,nu.19.lib.3.rurſus Soc.iun.conſ. 123.Viſo themate,n.13.lib.3. quod egregiè declarat Claud.Seyſel.in l.Gallus,§.ille caſus,nu. 7.ff.de liber.& poſthum.immediatamque cau-
84 ſam potius in feudalibus† reſpici,tradit Io. Vincent.de Anna.alleg.45.In hac cauſa, n.8. lib.1. poſt Bart.Camer.in rep.c.Imperialem, fol.73. col.2.litera H. allegãtem tex.in l.ex placito,vbi Bald.num.1.& 2.C.de rer.permut.quibus congruunt Soc.in l.1.num.10.de verb.oblig.& Cephal.conſ.46.Ad hoc vt,num.22.conſ.59. Statuto Papiæ,num.20. lib.1. Porrò cauſam talem demonſtrari, qualis per effectum demõſtratur dixit Bald.in l.ſi certis annis, col. 3. verſic.Aut non conſtat,vbi Ang.col.5.C. de pact. Anton. Rub.conſ.75. Præſupponitur in facto,n.2. De-
85 monſtratio autem † ex eodem Bald.in d.rubr. eſt adiectio per quam res vel perſona redditur certa,vt l.certũ,ff.ſi cert.pet.l.quoties,§. ſi quis nomen,ff.de hæred.inſt.l.hac conſultiſſima,C. qui teſtam.fac.poſſ.& l.1.in fin.ff. de dot. præleg. Vel aliter ex Bartolo vbi ſupra col.1.quem Doct.communiter ibi ſequuntur,quòd demonſtratio eſt illud quod perſonam diſponentem reſpicit vel eius in quem diſpoſitio confertur, velrem ipſam ſuper qua diſponitur, quam ſecundam diffinitionem ſequitur Anton. Gomeſius in lib. variar. quæſt. iur. ciuil. to.1.cap.12. ante num.75.tit.de legat. Induiturque demon
86 ſtratio per relatiuum † iunctum verbo præteriti vel præſentis temporis,vt in d.l.demõſtratio, & §.huic,de legat. l.Stichum qui meus erit, de leg.1.Simon de Pretis conſ.142. Vt clarius,nu. 36. Si verò relatiuum quis vel qui,verbo futuri temporis iungatur, demonſtrationem quoque inducit ſi adijciatur corpori incerto, ſed ſi corpori certo conditionẽ facit,Emanuel Coſt. li.1. interp.ſelect.cap.6.ad l.ſcribit,§.ſi. verſ. Quod ſi ita,nu.1.ff.de aur.& argen.leg.item per adie-
87 ctiua † ſignificantia officium, artificium, vel conſanguinitatem, vel aliquid aliud propter quod res magis certa demonſtraretur, d. l. demõſtratio,& l.ſi nominatim,hoc tit.& d.§.huic item per genitiuum ſignificantem patrem,vel per alia nomina ſignificantia patriam, l.his verbis,in fin.ff.de hæred.inſtit. item autumat Bar. cognomina & pronomina inducere demonſtrationem, §. ſi quis in nomine,& §.ſeq. Inſtit. de legat.l.ſi quis in fundi vocabulo,eod.tit.Per cõ-
88 iunctiones verò & aduerbia † nõ exiſtimat demonſtrationem inferri, coniunctiones enim & aduerbia de ſui natura actum verbi reſpiciunt, & ideo non inducitur demonſtratio, ſed conditio cauſa vel modus,Sed ꝑ prępoſitiones quãdoque inducitur demonſtratio per prępoſitionem,ex,vt l.cum tale,in princ.& §.fin.iſto titu.
89 Virtus inſuper & efficacia demõſtrationis† maxima videtur, nam cum vera eſt demonſtratio reddit diſpoſitionem liquidam,ut per Bar.in d. l.demonſtratio,num.3.uerſ. Quæro de effectu, uimque habet ſpecialis nominationis rẽ certã reddendo,d.l. ſi nominatim, ubi idem Bart. in ult.not. rem inquam certam reddit ſtatim ſi rei iam factæ adijciatur,ſin faciendæ & futurę tunc demum quando facta eſt,l.ſcribit,in fin.de aur. & argen.leg.& poſt Bart.in d.l. demonſtratio, col.2.uerſ.Sed dices tu breuiter,Hieron.Gabr. conſ.168.quod reddidit in cauſa Cardinalis S. Georgij cum Tiberio & Dominico Capiteferreis,q.3.nu.32.uerſ.Nec enim dubiũ eſt, lib.1.
90 Quando autem demonſtratio incerto † corpori adijcitur, pro cõditione eſt,ut ex Pomponio in l.nuper,ff.de leg.3.ſcribit Emanuel Coſta ſelect.interpr.circa conditiones lib.1.c.1. ad l.inſtitutio talis,§.fin.num.7.uerſic.Is tradit,ff.de condit.inſtit.fol.141.& cap.4.ad l. Quintus Mutius,nu.2.ff. de aur. & argen. leg. quæ quidem
91 demonſtratio ſi ad oculum fiat,† ut multo certius de corpore cõſtare uideatur, dubio procul efficit, ut per eundem d.lib.1.ad l.ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam, num.2. ff. de uerbor.
92 oblig.& aliud eſſe † demonſtrare ſpecialiter,aliud uerò ſingulariter, declarat Alex. conſ. 63. Diligenter inſpectis,num.2.lib.6.ubi exempla affert. Cumque demonſtrationes pluribus ſubiectis conueniunt res obſcuras reddunt,ut inquit Corn.relato Bart.conſ.157. Viſo libello,
93 nu.6.lib.3. Et quòd demonſtratio † uera præſumatur,Laur.Syluan.conſ.81. Quoniã abſolutiſſimum eſt,nu.20.inſuper quòd demonſtratio non ſit diſpoſitio ſed qualitas ad diſpoſitionem Hier.Grat.conſ.81.Viſo legato facto,n.74 lib.2.Non omiſerim in dubio illam eſſe facien-
94 dam interpretationem ut uerba † potius ſtent demonſtratiuè quàm conditionaliter,l.in conditionibus,§.1.hoc tit.Bar.in l.centurio,col.11. nu.31.uerſic.Sed quid ſi dixi,ff.de uulg.& pup. & in l.cum pater,§.menſe,nu.8.ff.de leg.2. Auguſt.Bero.conſ.17.Viſa ac diligenter conſidera ta,nu.17.lib.1.Demonſtrationes conuenientes
95 † dignitati quando demõſtrent dignitatem, & quando perſonã,explicat Car.Ruin. conſ.104. Quæſtio quæ proponitur,nu.11.lib.5.Et ut tan-
96 dem concludã,dictio Sine,ſeparationẽ † ſignificat,l.ſi ſine,ff.rem rat.hab.l.ſi ſine hærede,ff. de admin.tut.Bar.in l.ſi eum, §. qui iniuriarũ,

num.

num.6.ff.ſi quis caut.& propterea negationem excluſionemque vt eſt gloſſ.in l.1.in verb. Stellionatum, verſic. Ecce iſtud,ff.de pign. act. Cicero pro ſe, Omnes certatim de mea ſalute ſine vlla varietate dixerũt, & de Oratore.Hæc enim ars ſine controuerſia magna eſt. Tiber. Decia. conſil.111. Deceſſit maritus,num.3.lib.3.Hip. Riminal.conſil.657. D.Catharina, num.5.lib. 6. Sed vt ſimplicem abnegationem non autem priuationẽ denotet, Lancellotus Galiaul. credidit in d. l.Centurio, nume.311.ff.de vulg.& pupill.ex l. ſi mandauero,§.fugitiuus,ff. mand. ſed de hoc textu alibi, ſolet etiam argumentum
97 à contrario † ſenſu importare, vt in cap. cum Apoſtolica,§. fin. extr.de his quæ fiunt à præl. ſine conſen. cap. quòdque Sine, dictio verbis futuri temporis adiecta, vt puta non dentur, conditionem inducat, ex ſententia Papiniani, lib.14. Reſponſ.in l.teſtamento centurio, in fi. ff.de manumiſſ.teſtam.aſſeruit Ludouic.Rom. conſil. 353. Quoad primum,n.9.verſ. Certum
98 eſt autem. Aliquando eadem dictio † Sine, includit cap. nec Epiſcopi, iunct. gloſſ. in verb. Sine tribus,de temp.ordin.Aliquando pro contra,aſſumitur,l.ſi ex ſtipulatione,ff.de acq.poſſ.
99 Sed quòd nunquam compoſitionem † admittat, Laurent.Vall.lib.6.Elegant.cap.31.in Donatum de Syncerum, enarrat,Et quòd verba illa ſine mora,latæ ſint ſententiæ, ex Franc. Aretino in l.1.§.qui præſens, colum.1. in fin. ff. de verbor. oblig. tradit Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam,in verb.Reuertatur, ante num.129. C.de reuoc.donat. Quantum verò ad conditionem ex eadem dictione. Sine, inducendam attinet, vltra Pontanum in præcitato loco, idem
100 teſtatus † eſt Bald.conſ.264. Statuto cauetur quòd ſi qua perſona deceſſerit ſine filijs, col. fin. nume. 3. verſic. Nam hæc dictio ſine,lib.1.
101 deque excluſiuis ac taxatiuis † dictionibus,inſpiciendus eſt Bal. ipſe in l.1.nume.2.C. de teſtib.vbi ante num.3.dicit,Tu legiſta non debes multum curare niſi de effectu verbi, & in l.ob æs alienum tantum,C.de præd. min. ſed prolixius Albericus de Roſate in Auth. quod ius, col.4. verſ. De dictionibus de conſilio, & ſine cõſilio & infra verſ.Quid ergo de ſignificatu dictorũ vocabulorũ, C.de proc.vſque ad ver. Et prædicta ſunt vtilia, earundem dictionum vim attingit. Vltimò addiderim, dictionem ſine, poſitam poſt negatiuam, inducere affirmati-
102 uam † (vt dicebam) in ſenſu contrario, ideſt æquiparari dictioni niſi,vt not.in l.1.§.præter, ff.de pignor.act.& in d.l.ſi eum,in fin.ff. ſi quis caut.vltra d.cap.cum Apoſtolica, §. fin. verſic. Nec in Lateranenſi, Tiber. Decian. conſil. 22. Illuſtriſſimus Dux Mantuæ, num.39.verſ.Notum eſt enim,lib.4.Hæc præfationum vice curſim tradita ſufficiant ad dicẽdorum faciliorem intelligentiam,cum ut Caius Iuriſcon. lib.1.ad legem xij. Tabul. admonuit, ſi in foro cauſas dicentibus nefas uidetur eſſe,nulla præfatione facta iudici rem exponere, quanto magis interpretationem promittentibus inconueniẽs erit omiſſis initijs atque origine nõ repetita (illotis quod aiunt manibus) protinus materiam interpretationis tractare, nanque ipſæ præfationes nonnihil conferunt ut clarior illuſtriorque explicatio reddatur.

Digitized by Google

COMMENTARIORVM
PRAECLARISSIMI
IVRISCONSVLTI
D. IOSEPHI DE RVSTICIS
PATRICII AQVILANI,
Ad l. cum auus, de conditionibus & demonſtrationibus.
LIBER PRIMVS.

HYPOTHESIS.

Reſponſum hoc Papiniani ex l. cum auus, enitens Imperatorijs ſanctionibus declaratum, aliorum Iuriſconſultorum reſponſis fulciri, ex quibus in liberos patris pietas circa ſucceßiones demonſtratur, nuncupatimque ex l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. è medullis oſſibusque dicti reſponſi deprompta: nonnullaque de coniectura ex affectione, ac de ordine ſucceſſiuo, deque Authen. ex cauſa, C. de liber. præter. inter alia declarari.

SVMMARIVM.

1 *Papinianum, citra controuerſiam in voluntatis interpretatione gloriosè prafulſiſſe.*
2 *Coniecturis defuncti mentem atque animum perquirere, difficillimum cenſeri.*
3 *Coniecturis ac præſumptionibus, verborum cortice neglecta aſſentiendum eſſe, iura vndique conclamare.*
4 *Papinianum ſe ipſum ſuperaſſe, omnemque Iuriſprudentiam perfeciſſe celebri illo reſponſo, quo liberorum omiſſam conditionem in teſtatoris deſcendentibus reſtituere rogatis, coniecturata pietate ad ſubſtituti excluſionem intelligit, quòd minus ſcriptum quàm dictum fuerat inueniretur, Imperatorijs encomijs illuſtrato.*
5 *Pactum cum patre initum, de dotis parte poſt mortem filia in matrimonio ſine liberis fratri reſtituenda, ſuſceptis per patrem liberis, fratri non prodeſſe, ſed ipſis liberis dotis partem deberi.*
6 *Diſpoſitum id habendum eße, quod teſtator ſi de eo interrogatus fuiſſet, veriſimiliter diſpoſuiſſet.*
7 *Teſtator ſi interrogatus fuiſſet, idem ne an aliud diſpoſuiſſet, ab arbitrio iudicis ex allegatis & probatis pendere.*
8 *Filiam renunciantem cum iuramẽto paterna ſucceßioni, tempore quo pater alios filios maſculos habebat, qui poſt eo adhuc viuente deceſſere, liberè patri ſuo ab intestato poſſe ſuccedere.*
9 *L. ſi vnquam, C. de reuocan. donat. ex medullis oßibusque d. l. cum auus, & l. cum acutißimi, prorupiſſe: quinimo ex intimis præcordijs eruta fuiſſe.*
10 *Argumentationem de l. ſi vnquam, ad l. cũ auus, & ſimiles, validè deduci.*
11 *Proſpexiſſe ſibi ſuisque haredibus vnumquemque videri.*
12 *Poſthumum matre in puerperio decedente inſtitutis antea filijs, nec valente ob repentini caſus iniquitatem mutare teſtamentum, inſtitutum intelligi.*
13 *Subſtitutionem ex reſcripto Principis muto impuberi factam, conditione liberorum non expreſſa, natiuitate filij rumpi, ne contra mentem Principis, & aui exheredatus nepos remaneat.*
14 *Prateritionem filij à milite ignoranter factam, cum filium falſo rumore mortuum putaſſet, aut vxorem pragnantem neſciuiſſet, pro exheredatione non eſſe: quicquid aliter de prateritione poſthumi, vel iam nati ſcienter à milite facta dicendum ſit.*
15 *Semiſſem filijs primi matrimonij ex lege debitum à matre ad ſecundas nuptias infra tempora luctus connolante, ad pœnas legales effugiendas, poſt filiorum obitum ad matrem ipſam reuerti, niſi filij cum liberis moriantur.*
16 *Legatum fundi vxori factum in tempus liberorum, etiam quandocunque, de communibus liberis intelligi, non alterius matrimonij per vxorem contracti.*
17 *Statuto dictante, quòd filia dotata à patre ſtantibus maſculis, nec patri, nec matri ſuccedat, filiam iſtam à patre relictam, per maſculos ex ſecundis nuptijs à matre initis ſuſceptos, non excludi.*
18 *Exheredando filios, parentes vincere naturam, & pa-*

Digitized by Google

& patres ſeſe eſſe obliuiſci: exheredationemque ſine magnis cauſis, vitijs, atque filiorum peccatis, Ciceronis teſtimonio accidere nequaquam poſſe.

19 *Auth. ex cauſa, C. de liber. preterit. non procedere, rupto teſtamento natiuitate poſthumi ignoranter preteriti.*

20 *Auth. ex cauſa, diſpoſitionem conquieſcere, rupto teſtamento natiuitate poſthumi ignoranter preteriti per adiectionem etiam clauſulæ codicillaris.*

21 *Auth. ex cauſa, diſpoſitionem non procedere, filio ignoranter preterito, etiam ſi clauſula codicillaris per verba futuri temporis, ſi non valet vel valebit, concepta fuiſſet. Quod num. 22. ex crebriori opin. reprobatur.*

23 *Auth. ex cauſa, diſpoſitionem, operari filio ignoranter preterito, ſi adſit clauſula codicillaris concepta non ſolum per verba futuri temporis, ſed etiam per verba quæ poſſint ad futurum trahi.*

24 *Simulatam venditionem præſumi de maiori parte bonorum alicui factam, quæ iure legati emptor poſtmodum filio venditoris reliquit, proprijs liberis prætermiſſis.*

25 *Legatum omnium mobilium vxori factum animo compenſandi cum ſeruitijs receptis & alijs iuſtis cauſis, compenſari etiam cum fructibus per maritum habitis rerum vxoris per ipſum adminiſtratarum, fratribus in quibuſdam bonis ſtabilibus hæredibus inſtitutis.*

26 *Coniecturam voluntatis ex affectione teſtatoris, ad intelligendum ambiguam ſubſtitutionem, potiſſimum aſſumi.*

27 *Coniecturam ex affectione deſumptam, cæteris coniecturis non ſolum præponderare, ſed etiam verbis, dummodo verba aliquam dubitationem contineant.*

28 *Filium & nepotem, ordine ſucceſſiuo per hæredis inſtitutionem de ipſis copulatiuè factam vocari.*

29 *Filium & nepotem, ordine prædicto per vulgarem non autem fideicommiſſariam ſubſtitutionem admitti.*

30 *Filium & nepotem, ſucceſſorio ordine vocari, etiã ſi ſcripturæ ordo inuerſus fuerit.*

31 *Filium & nepotem, ordine ſucceſſiuo admitti, hæredis inſtitutione in plurali quoque numero concepta.*

32 *Filium ac deſcendentes, vti collectiuè vocatos, ordine ſucceſſiuo intelligi.*

33 *Filium & hæredes, ordine ſucceſſiuo per fideicommiſſum admitti.*

34 *Fratrem ac eius filios hæredes inſtitutos, ſimul vocari non ſucceſſiuè.*

35 *Filium & ex altero filio nepotem hæredes inſtitutos, ſimul concurrere.*

36 *Fratrẽ & eius liberos, ſucceſſorio ordine vocari.*

37 *Affectionem aſcendentium in ſuos deſcendentes plenariam eſſe.*

38 *Affectionem deſcendentium, & tranſuerſalium æquabilem non videri.*

39 *Pupillari tacita ſubſtitutione matrem nõ excludi.*

40 *Pupillari tacita ſubſtitutione matrem in medio exiſtentem excludi, ſubſtituto filio teſtatoris pupilli fratre.*

41 *Pupillari tacita matrem excludi, ſubſtituto etiã fratre pupilli conſanguineo.*

CAP. I.

QVÒD acutis, ingenioſisque ſenſibus, teſtãtium voluntates vt exitum habeant, antiqui Iuriſconſulti interpretentur, in iureque ciuili id molian tur, & exoluant, Aemilij Pauli Papiniani reſponſa non ſolum nobis hoc inſtitutum indicãt, ſed eius verum, apertumque reddũt teſtimonium: in celebri enim ac florenti omnium procerum theatro, qui in legibus promulgandis, fanciendisque claruere, Aemilium principem illuxiſ-
1 ſe, in voluntatis autem interpretatione † citra omnem controuerſiam gloriosè præfulſiſſe cõſtat; hocque quanto difficilius, tanto inſignius & præclarius ſemper viſum fuit; cum coniecturis defuncti mentem atque animum perquiren do, quis tam oculatus iudex fuerit, vt quaſi in denſa caligine, ne dicam turbulenta obſcuritate veritatis lumen †
2 audeat perſpicere? dicentis nanque animus non videtur, mentisque humanæ imbecillitate ſi aliquando ad verum ducimur, perſæpe in contraria trahimur; vndique tamen iura conclamare, ſonoroque concentu reſonare intelligimus, coniecturis, præſumptio
3 nibus ac menti verborum † cortice prætermiſſa atque neglecta aſſentiendum eſſe: in quo ne decipiamur, vt multa deſiderari contingunt, ſic illa Papiniani animo perfectiſſimè inhęſiſſe credendum eſt, nullibi autem magis ac melius naturalem eius humanitatem clarumque ingeniũ in voluntate coniecturanda oſtendiſſe, omnem etiam Iurisprudentiam perfeciſſe, ſeque ipſum
4 † ſuperaſſe, quam prudenti perſpicacique illo reſponſo, quo liberorum omiſſam cõditionem in teſtatoris deſcendentibus reſtituere rogatis, cõiecturata pietate, quòd minus ſcriptum quã dictum fuerit inueniretur, maximo iuris ſapore atque miniſterio ad ſubſtituti excluſionem intelligit, hac l. cum auus, ff. de condit. & dem. vt illius ſenſum Imperator merito miratus, pleniſſimum ei donauerit euentum, cum non ſit veriſimile patrem ſi de nepotibus cogitaſſet talem feciſſe ſubſtitutionem, l. generaliter, §. cum autem,

Digitized by Google

tem,C. de inſtit. & ſubſtit. ne videatur alienas ſucceſſiones proprijs anteponere,l.cum acutiſſimi,C.de fideicom.Id ipſum in vulgari ſubſtitutione Vlpianum in l.ſi is qui ducenta,§. fi.ff. de reb.dub, & in pupillari Sabinum, referente Imper.in l.pen.C.de impub. & al.ſubſtit.imitatos fuiſſe apparet, vt vtrumque caſum conſiderat Carol.Ruin. cõſ.2. Quæſtio propoſita,poſt num.2.lib.3. Sed naturalibus his intelligentijs quæ ex Aemilij acumine promanarunt,nõ prædictorum tantum, ſed aliorum complurium Iuriſconſultorum,ac ipſiusmet Papiniani, Imperatorisque exempla coniungi poſſunt,quę eius quaſi Delphicum reſponſum ſtabilire illuſtrareque videntur.

Et primum quidem eſt, in l. tale pactum,§. fin.ff.de pact. ex eiuſdem Iuriſconſulti officina lib.5.Reſponſ.deſumptum, vbi fratri inſtituto hæredi,dotis portionem reſtitui mortua filia in matrimonio ſine liberis pater pactus fuerat, ſu
5 ſceptis tamen † à patre liberis, non fratri dotis portionem, ſed hæredibus inſtitutis liberis deberi, reſpondetur: cum inter contrahentes id actum ſit,vt hæredibus conſulatur, & illo tempore quo pater alios filios non habuit in fratrẽ ſuum iudicium contuliſſe videatur:textumque iſtum animaduertũt ibi, Gloſ. ordinaria atque ſingularis,Odofred. Bald.Ang. Alberic. Paul. Caſtrenſ.Fulgoſ.Iaſ.& Iacobin.de S.Georg.vt id pro diſpoſito ſit habendum, quod teſtator ſi
6 de eo interrogatus fuiſſet veriſimiliter † diſpoſuiſſet: hocque arbitrio iudicis, ex allegatis &
7 probatis explicandum † eſt, teſtator fuerit ne idem an aliud diſpoſiturus, teſtãte Hieronym. Gabrielio conſ.113.Bartholomeus Papius,nume.31.vltra alios quos allegat, quum enim iudicis arbitrio aliquid ſimpliciter committitur, id non in meram volũtatem collatum, ſed quaſi viro bono potius ei commiſſum eſſe intelligitur,l.ſi ſic legatum, de leg. 1.l. ſi libertus,ff. de oper.libert. quamquam aliud dicendum videtur,quum lex iudicem aliquid poſſe ait, l. non quicquid,ff. de iudic. vt aliquibus Imperatorũ reſcriptis continetur,l.ſæpe,ff. de offic. præſid. l.1.C.quom.& quan.iud.arbitrio ſiquidem iudicis ea ex Franciſco Duareno viro eruditiſſimo in commentar.de in lit.iur. nu. 29. in verb. Licuit enim, relinquuntur, quæ in facto conſiſtunt, quæque propter varietatẽ τῶν πτριςάσεων non ſic commode poſſunt legibus definiri. Per eundemque tex.& legem iſtam cum ſimil.con-
Azonis, Gloſſæ, & Bartoli ſententia adhuc magis communis eſt, vt dicit Laſ. in d. l. moribus, numero 42. verſic. Tu teneas, qui ipſam ſequitur, & Alexand. ibi num. 35. dicit iudicando & conſulendo non eſſe à communi opinione recedendum, non obſtante diſtinctione quam ipſe afferebat, idemque Paulus de Caſtr. affirmat; Eandem vlterius ſententiam comprobant Ioan. Dilect. in tract. de arte teſtandi titul. 5. de ſubſtitut. caut. 7. numero 2. plurimumque videri conſonam voluntati teſtantis, ait Bartol. in d. l. moribus, vbi Alexand. & Franciſcus Aretin. quibus aſſentitur Andr. Alciat. numero 67. verſic. Quartus caſus, Baldo ac Imolæ reſpondens, Raph. Fulgoſ. conſil. 33. Titius in teſtamento ſuo, colum. fin. poſt verſic. Porrò & eadem verba, vbi inquit Doctores concorditer ſequi opinionem dictæ Gloſſæ, Marian. Socin. ſen. conſil. 23. Circa prædictam conſultationem, numero 8. verſic. Et hinc eſt, libro 1. Vdalric. Zaſius in tract. ſubſtit. titul. de effectibus pupill. ſubſtit. verſic. Vltima coniectura ſumitur numer. 29. dicens male Baldum, & Ioan. de Imola contrarium ſenſiſſe, Gulielm. de Benedict. in rep. cap. Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur, 2. num. 97. & 98. communem eſſe opinionem perhibens, ipſamque ſemper tenuiſſe, Anton. Gomeſ. in tract. variarum reſolut. iuris ciuil. tomo 1. cap. quarto de pupill. ſubſtitut. numero 10. verſic. Quartò ex conditione & qualitate, Franciſcus Rip. in d. l. moribus, Lancell. Galiaul. in rep. l. centurio, numero 86. verſic. Igitur ſicut frater, & numero 87. verſic. Et illud quod vult Bartol. communemque opin. eſſe dicit Emanuel Coſta in rep. cap. ſi pater, in 2. part. in verb. Superſtite matre, numer. 10. & in 3. part. in verb. Et è contra, numero 1. verſic. Vnde dicimus, rurſus de communi atteſtãs extr. de teſtam. Stephan. Bertrand. conſil. 134. Ponitur in facto, numero 8. libro 1. Angelus Aretin. in §. 1. num. 16. Inſtit. de pupill. ſubſtit. vbi de veriori opin. contra Io. de Imola teſtificatur, Aym. Crauett. conſil. 141. Iacobus, numero 7. magis communem eſſe dicens, Hieronym. Gabriel. conſilio 113. Bartholomeus Papius, numero 25. verſic. Vbi notatur, Carolus Ruin. conſ. 203. De duobus principaliter, nu. 5. verſic. Et tenendo ſecundum Gulielm. lib. 2.

41 Quæ concluſio † non ſolum procedit in fratre pupilli vtrinque coniuncto, ſed etiam in fratre conſanguineo tantum, in quo eadem ratio d.l. cum acutiſſimi, militat, vt dicit Bartol. in d. l. 2. ante numer. 37. declarans dicta per Rayne-rium de Forliuio contrarium aſſerentis, vt procedant in fratre vterino, & Bartolum ſequitur Socin. ibi colum. 12. num. 20. verſic. Circa quæſtionem, idemque voluere Zanch. in d. §. cum ita, numer. 1028. & Ruin. d. conſil. 203. numero quinto, & 21. verſic. Non obſtat, d. lib. 2.

HYPOTHESIS.

An vna aut plures iſtius l. cum auus, fuerint rationes, diffiniri: deque Imperatore Iuſtiniano multa recenſeri: exemplaque inſuper quibus Iuriſconſulti coniectura illa vtuntur, vt plus dictum, & minus ſcriptum ſit cenſendum, oſtendi.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, plures fuiſſe rationes Thomam Doccium credidiſſe; Sed Antonium de Malegonnellis finalem rationem eſſe in d. l. cum acutiſſimi expreſſam, num. 2. Socinum denique ac Raphael. Cuman. rationem finalem, ac proximam vnam eſſe coniecturatam ſcilicet pietatem cenſuiſſe, nu. 3. & 4.*

5 *C. Iulium Cæſarem ius ciuile in pauca conferre libros deſtinaſſe, morte autem præuentum laudabile hoc propoſitum exequi non valuiſſe.*

6 *Iuſtinianum Imp. Latinas litteras neſciuiſſe.*

7 *Iuſtinianum maximis encomijs efferendum fore eius glorioſo facto, cum commentariorum ſylua primus ſecurim iniecerit.*

8 *Io. Fabrum de Iuſtiniano aliqua tradidiſſe: ſed longè plura, & quidem illuſtria Volaterranum, Procopium, Paulum Diaconum, Nycephorumque, vſque ad num. 12.*

9 *Iuſtinianum feliciter Perſicum, Africanum, Italicumque bellum confeciſſe.*

10 *Sophia templum apud Byzantium à Iuſtiniano erectum.*

11 *Iuſtiniani religionis, præclarum ſignum aſſeri: multisque nominibus optimum Imperatorem fuiſſe.*

12 *Iuſtinum Imperatorem Iuſtiniani ex ſorore nepotem in imperioque ſucceſſorem, nihil dignum Imperatore geſsiſſe.*

13 *Coniecturam illam, vt plus dictum & minus ſcriptum cenſeatur, Iuriſconſultos ſæpe induxiſſe, exemplaque aſſerri.*

CAP. II.

CVM inter Doctores altercatio aliquando oriatur, quænam huius ſubintellectæ conditionis vera, finalisque ſit ratio, illam proinde perueſtigare aggrediar; Qua
1 in re Thomas † Doccius Senenſis clariſſimus Doctor, iudicijque integritate inſignis, prout ipſum referendo ſequitur D. Ioan. Baptiſta Caccialupus de S. Seuerino, & is maxime authoritatis Iuriſconſultus, vt teſtatur Carolus Ruin. conſil. 3. De duobus, num. 18. verſ. Quinimo, lib. 2. in eius rep. l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit. tres fuiſſe rationes huius conditionis præſumptæ, atque omnes finales, quas paulò ante ex tribus illis iuribus retuli, arbitrabatur, & conſequenter ad ſubſtituti excluſionem vnam tantum concurrere ſat eſſe, l. liberorum, §. notantur, ff. de his qui not. infam. §. affinitatis, Inſtit. de nupt. ſique ipſarum aliquam vti impulſiuam admiſcrimus, illam certè eſſe, quæ in d. §. cum autem, exprimitur. Sed Dom. Antonius de Malegonnellis eximius legum Doctor, & Aduocatus Florentinus in quibuſdam allegationibus, quæ ad manus Socini peruenerunt, aliter dicebat, fina-
2 lem inquam † in propoſito rationem eſſe quã Imperator in d. l. cum acutiſſimi, ſcripſit, ne videatur teſtator alienas ſucceſſiones proprijs anteponere: aliter enim contra præſumptam teſtantis mentem eſſet iuris præſumptione non autem iuris, & de iure, ex Iacob. Butrigar. Cyno, & Bald. ibi, reliquas vero rationes, vt plus dictum, & minus ſcriptum præſumatur, ac etiam quòd ex obliuione, & incuria teſtatoris omiſſum fuerit, finales rationes non videri, ſed potius excuſationes ab omiſſione, ſeu colores modique vt defectui prouideretur, ſic conſiderando, Aut enim non conſtat teſtatorem nihil dixiſſe, & prouidendo minus ſcriptum præſumitur, & plus dictum, Aut apparet teſtatorem nihil dixiſſe, tuncque lex fingit dictum ea ratione, quia præſumitur dicturus, ſi cogitaſſet, vt per eum ſubtiliter loquentem. Socinus vero in eius ſubtiliſſima, ac magiſtrali repetitione ad præſentem text. colum. 39. in fin. verſic. Puto veritatem, Raphaelis Cumani com-
3 probando ſententiam, vnam † tantum proximam fuiſſe rationem concludit, pietatem ſcilicet ab Aemilio Paulo Papiniano coniecturatam, cum autem per Iuriſconſultum non aliter declaretur, vnde pietatis hæc coniectura oriatur, propterea in d. §. cum autem, Imperator ad reſponſi prædicti interpretationem procedens, erga nepotes obliuionem teſtantis inducit, ſi enim de ipſis cogitaſſet non ita profectò ſubſtituiſſet: ex coniecturata itaque parentis in-

Digitized by Google

tis intentione pietatis ratio excerpitur communi parentum voto inſpecto hæreditatem ad deſcendentes tranſmittendi, dict. l. ſcripto. Enimuerò ſi cogitaſſet conditionem hanc adieciſſet, ideo vult eandem pro appoſita haberi; Sed cum poſſet adhuc contingere, teſtatorem de nepotibus cogitaſſe mortis verò anguſtijs turbatum conditionem adijcere omiſiſſe, l. hac conſultiſſima, §. at cum humana fragilitas, C. de teſtamen. vel etiam ſanæ mentis errore aut obliuione defeciſſe, Imperator itaque illam ex obliuione aut errore prætermiſiſſe eadem pietatis coniectura inde ſumpta arbitratur, cum non ſit indubio cenſendum alienas ſucceſſiones proprijs anteferre voluiſſe; & ſic in dict. l. cum acutiſſimi. quia inſtitutum filium ſubſtitutis prætulit, pari ratione omnem eius poſteritatem ex Gloſſ. ibi communiter approbata prætuliſſe cenſetur; proximam ergo immediatamque rationem vnam eſſe, pietatis coniecturam concludit, in diuerſis caſibus ab Imper. ibi, & in dict. l. generaliter, §. cum autem, conſidera tam: in eademque opinione reſident Marian. Socin. ſen. conſil. 23. Circa præſentem conſultationem, nume. 4. lib. primo, & Marian. iun. conſil. 128. Præſentis conſultationis reſolutio, nume. 38. in 4. concluſ. libro primo, & nu. 102. cum Raphaele Cumano eiuſque patruo pertranſcundo: quæ etiam placuit Hieronymo Zancho in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 1003. verſic. Omnes reincidunt, ff. ad Trebell. Eſt-
4 que vera opinio, vt vna † pietatis tantum ratio finalis, proximaque ſit, ab Aemilio Papiniano optimo intellectu animaduerſa atque perpenſa; Sed cum dubitari potuiſſet nunquid eius virtus, & efficacia ad naturales filios porrigeretur, propterea in d. §. cum autem. in ipſis naturalibus filijs, legatis pariter, fideicommiſſisque particularibus ſibi locum vendicare decreuit, ex quadam pietatis in hoc contextu, coniecturatæ effuſione & quaſi fœcunditate, quam etiam Marian. Socin. dicto conſil. 23. numero quarto, libro primo, acutè conſiderabat, adeo nanque Imperatoris mentem reſponſi celebritas inuaſit, vt veluti ab oraculo quodam compendioſè prodiens, Aemilij intellectum confirmet, ſcilicet non eſſe veriſimile patrem ſi de nepotibus cogitauerit, talem feciſſe ſubſtitutionem; ad Papinianique mentem arctè omnia reflectuntur, indeque interpretationes Imperatoriæ vt ex fonte riuuli ſcaturierint; Quod denique in d. l. cum acutiſſimi, explicatur, Ne alienas ſucceſſiones proprijs anteponere videatur, nil aliud eſſe conſtat, quàm illam coniecturatã pietatem veluti baſim quandam, ſeu rationis, vt ita dixerim, rationẽ, huius l. cum auus, in eius pleniſſimo euentu ad filiam omnemque deinceps poſteritatem propaga-

tam, vt firmandum ſit, vnam tantum, finalemque huius ſubintellectæ conditionis eſſe rationem, iura etenim quæ ſuperuenerunt ad vnum Aemilij reſponſum miro applauſu comprobatum reuoluuntur: niſi repugnantiam, aut perplexitatem Iuſtinianum inducere voluiſſe crediderimus, quòd ſanè abſurdum ac inſolens videtur, cum claritatem tribuere, non obſcuritatem inijcere legibus profiteatur, l. vnic. C. de emend. Codic. Sed ſi C. Iulius Cæſar ius ciuile
5 totum † ad certum modum redegiſſet, ex immẽſa nanque ac diffuſa legum copia, vt Suetonius inquit optima quęque ac neceſſaria in pauciſſimos cõferre libros deſtinauerat, quod tam laudabile eius conſilium intempeſtiua mors intercidit, feliciori tramite fulgentiorique lumine in ius ciuile incumberemus cum Iuſtinianũ Latinas litteras ſciſſe neget Laurent. Valla lib. elegant. 6. c. 36. tum quia ſemper in Græcia vixit, tum quia ſe Dominum Iuſtinianum vt ex numiſmate eius, & ex alijs monumentis appareret, dici voluit, vt quidam alij Cæſares fecerũt quod à viro Romano eſt alieniſſimum, characterq. ipſe litterarum ac figurarũ illorum temporum numiſmatis Gothicum magis quàm Latinum redolet; Sed Valla illuc ab Andrea Alciato iuris ciuilis illuſtratore egregio, ſic ipſum vocat Vdalric. Zaſius, in reliquis reprehenſus validioribus rationibus, ne dicam morſibus aduerſus Iuſtinianum vti potuiſſet, quas nunc re-
6 ferre non expedit, licet enim † vt Suidas ſcribit ἀναλφάβητος Iuſtinianus fuerit, magnis tamen laudibus dignus eſſe videtur hoc tam glorioſo facto cum ſqualenti commentariorum ſylue
7 primus ſecurim † iniecerit: ſi quid igitur maiorem fortaſſe induſtriam deſiderat, non Imperatori aſcribendum, ſed ijs videtur quibus tam arduum opus, prudentes ipſe appellat perficiendum dedit, qui niſi veterum Iuriſconſultorum infinitis penè commentarijs in eam quam nunc habemus epitomen reductis quod ſupereſſet reliquiarum ſuppreſſiſſent, redargui nullo modo poſſent, cum nullius certè artis facilior eſſet cognitio ſiue methodus; de Iuſtinia-
8 no multa non obſcurè † dixit Ioan. Faber in prin. Imper. Inſtit. ſed quædam illuſtria retulit, Raph. Volaterranus dum ad Marium fratrem ſcribit, in eiusque Antropologia lib. 23. Iuſtinianũ ſcilicet Principem Iuſtini ex ſorore adoptiuum filium annos xxxix. imperaſſe, eiuſque ingentem gloriam domi foriſque vulgatã fuiſſe, cuius ex ocio leges foro quas in epitomen redegit, ac mores populis perpetuo manauerunt, ex negocio verò res Chriſtiana incolumis ſeruata, quo ſine fruſtra iamdudum Apoſtolica fundamenta fuiſſent, quemadmodum ex eius in totidem orbis partibus oſtẽditur bel-
9 lis † Perſico, Africano, & Italico per vnum Beliſarium

lisarium Ducem religiosè ac feliciter confecisse in primo siquidem Orientem Persarum regibus assiduè tumultuantibus lacessitum qui Romanos limites prætergressi fuerant vltra etiam Tigrim & Eufratem pacatum reddidit his etiã auxilia præstantes Hunnorum indomitam gentem, & Saracenorum exercitus Alamandaro Duce ferociſſimos compescuit: in secundo Vandalos ex Aquilone Africam petentes ac nonaginta quinque annorum præscriptione possidentes penitus expulit: in tertio Gothos ex Italiæ finibus disiecit, & in Dalmatia Salona vrbe per Mondum Ducem recepta, pro quibus gestis nobile Sophiæ templum † Constantinopoli extruxit, vt nulli priorum vel posteriorum Imperatorum posthabito Cõstantino illo Magno qui primus libertati trepidam religionem restituit, inferior gloria sit censendus; de quó Procopius lib.4.de bello Vandalico scribit, Gilimeri Vandalorum Regi loca quædam in Gallia non admodum contemnenda ad habitandũ simul cum suis omnibus propinquis dedisse, inter patricios autem eum † referre non licuisse quòd à secta nollet Ariana discedere; de eodem Iustiniano nonnulla etiam recenset Ioan. Ferrarius Montanus in annot. ad quattuor Instit.libros, qui eum cum Paulo Diacono lib.18 rerum Roman. ad Eutropium multis nominibus bonum Imperatorem appellat; Anno salutis 527. indictione 15. moritur Iustinus mense Augusto cum iam ante quartum mensem, ideſt Kalendis Aprilis Iustinianus declaratus esset Augustus ab eodem Iustino patre adoptivo auunculoque, vt Nicephor. lib. Eccles. Histor. 13.cap.7.testatur: moritur Iustinianus anno salutis 564. cum trigintaocto annos & octo menses regnasset, post cum imperium tenuit Iustinus iunior eius ex sorore nepos qui nihil dignũ Imperatore egit, vt idem Nicephor. lib. 17. cap.31. auctor est. Sed vt ad Aemilium Papinianum tandem reuertar, quod ex pietate in hac ipsa lege statuit, vt minus scriptum quàm dictum fuerit præsumatur, alijs exemplis varijs confirmare valerem, ex multis tamen pauca referam, Sæpè enim hac coniectura † Iurisconsulti vtuntur, vt in l.cum proponebatur, ff. de leg. 2. vbi lex substitutionem non aliter scriptã supplet, simileque in l.iam hoc iure, ff.de vulg. & pupill. legitur; è contra autem in l. hæredes mei, §.cum ita, ff.ad Trebell. licet testatoris verba duorum copulatorum concursum requirerent, l.si hæredi plures, ff.de condit.instit. l. si is qui ducenta, §. vtrum, ff.de reb. dub. ob coniecturatam tamen testatoris voluntatem ex eius naturali affectione in vno verificantur: pariter adhuc directum verbum ex eadem mente obliquatur in l.Scæuola, & l.ex facto, in princ.d.tit. ad Trebell. l.filiusfamil.§.cum quis, ff.de legat. primo, vt Socin.sen.consil.26. Cum super, colum.2.num.5.versic. Necest nouum, lib.4. eruditè animaduertit; idem Aemilius Paulus etiã in l.vnum ex familia, §. penult. ff.de legat. secundo. Si omissa, inquit, fideicommissi verba sint, & cætera quæ leguntur cum ijs quæ scribi debuerunt congruant, rectè datum, & minus scriptum exemplo institutionis, legatorumque intelligi; ibidemque, §. fin. Cum fideicommissi verba cessare Princeps animaduertisset, eum sermonem non dubitare se, &c. pro fideicommisso rescripsit accipiendum. Diuersum non est quod Vlpianus annotauit in l. fideicommissa, §. hæc verba, ff.de legat. tertio, vt verba quæ non satis fideicommissa exprimunt, sed magis consilium quàm necessitatem relinquendi ad fideicommissum trahantur; Vnde Papinianus voluntatis præcellens interpres pietatisque paternæ admirabilis, acerque inuestigator lib.xv. Quæstionum, mutuam substitutionẽ per errorem in scriptura fideicommissi omissam ex coniectura secundarum tabularum admittit.

HYPOTHESIS.

Nunquid per fictionem vel præsumptionem l. cum auus, procedat: deque ipsis fictione ac præsumptione complura: discrimen etiam inter coniecturam præsumptionem & argumentum, ex Baldo indicari.

SVMMARIVM.

1 *L.cum auus, dispositionem ex iuris fictione procedere, Raphaelem Cumanum dixisse, sed num.* 11. *ex præsumptione iuris intelligi, crebriori sententia retenta concludi: & num.* 13.
2 *Interpretationem imperatoriam necessariam esse.*
3 *Fictionem definiri, ac num.*29.
4 *Fictionem & præsumptionem inter se differre, & num.*25.
5 *Præsumptionem iuris super verisimili fundari: illamque efficaciorem esse, quæ verisimilior sit.*
6 *Intelligi verbum, non minus veritatem, quàm fictionem inducere, ac etiam præsumptionem, num.*8.
7 *Præsumptionem iuris liquidissimam probationem censeri.*
9 *Videtur verbum, præsumptionem quoque demonstrare.*
10 *Æquitatem quum sumus in aliquo introducendo, fictionem inducere.*
12 *Coniecturam, significare præsumptionem ex Accursio: & num argumentum à contrario sensu inducat.*

Coniectu-

13 *Coniecturam, præſumptionem atque argumẽtum ex Baldo definiri.*

14 *Fuerat, verbi ſubſtantiui ſignificationem oſtendi.*

15 *Statutum quòd Sulmonenſes ſint originarij ciues Aquilani exponi, id eſt eſſe fingantur.*

16 *Fictionem, contra ſe probationem reijcere, & nume.24.*

17 *Coniecturam à pietate deſumptam, probationem contrariam non reſpuere, ac l.3.C.de inoffic. teſtam. interpretari.*

18 *Iuriſconſultos fictionem induxiſſe.*

19 *Noſtra cenſeri quibus auctoritatem impartimur.*

20 *Papinianum ſui recitationem Imperatoris decreto prabuiſſe.*

21 *Terminum referentem, dicta in termino relato continere.*

22 *Legem interpretantem, continere dicta in lege interpretata.*

26 *Fictionem ex lege non induci contra iuris diſpoſitionem.*

27 *Fictionem recedere aquitate ceſſante.*

28 *Fictionem non pati indirectam probationem, & num.29.*

30 *Præſumptionem iuris & de iure probationem contra ſe reſpuere directam ſcilicet, non autem indirectam, & num.31.*

31 *Præſumptionem iuris & de iure probationem ex partis confeſſione recipere: ac etiam ex qualitate honeſtatis perſonarum, num.37.*

32 *Renunciationem exceptioni non numerata pecuniæ, præſumptionem iuris & de iure contra renunciantem inducere; ipſam tamen præſumptionem admittere probationem per confeſſionem partis.*

33 *Præſumptionem iuris & de iure, admittere probationem contra ſe, non ſolum ex vera, ſed etiam ex ficta confeſſione, Niſi aliud ſubiecta materia ſuaderet, nu.34.*

35 *Præſumptionem iuris & de iure ex notorio facti permanentis elidi.*

36 *Reſtitutionem in integrum contra præſumptionẽ iuris & de iure concedi.*

37 *Fictionem inducere non declarare, fictionemque declaratoriam propriè fictionem non eſſe.*

CAP. III.

CONTROVERSIAE quam breui ſermone abſolui, alia difficilior & antiquo certamine notior adijcitur, nunquid diſpoſitio iſtius l. cum auus, ex iuris fictione, aut præſumptione inducatur: tendunt hæc quæ primum aggredior ad dicendorum claritatem, vt ad particularia lenitate quadam tutius atque apertius deuoluamur; Sunt vtrinque Scribentium opiniones, dumque Raph. Cuman. ſuper hac eadem lege difficultatem tangit, reſponſum Papiniani ex iuris fictione
1 † procedere opinatur, eſſque fictionis huius tenax argumentum text. in dict. l. generaliter, §.cum autem, dupliciter ipſum inducendo. Primò nam Iuſtinianus excelſi ingenij Papinianum, eo caſu quo pater filijs ſuis ſubſtituit nulla liberorum ex ipſis procreandorum adiectione habita, optimo intellectu diſpoſuiſſe, euaneſcere ſubſtitutionem inquit: & ſic (vt Socinus dicebat) Imperator cuius interpretatio ne
2 ceſſaria † cenſetur l.prima, cũ ibi not. C. de legib. id induci declarat, quum nihil de liberis dictum fuerat, vt clarè ex dictis verbis colligitur, & tamen in iſto reſponſo dictum fuiſſe, & non ſcriptum quod dictum fuerat concluditur, proindeque per viam fictionis, eius attenta definitione quam tradit Bartol. in l. ſi is qui pro
3 emptore, nume. 21. ff. de vſucap. vt ſit † in re certa eius quod eſt poſſibile, contra veritatem pro veritate facta aſſumptio, ac etiam Corn. conſil. 328. Videtur, numero quinto, lib. primo, conſil. 305. In hac conſultatione, numero 14. lib.quarto. Secundò dum ibi dicitur, non eſſe veriſimile patrem ſi de nepotibus cogitaſſet talem feciſſe ſubſtitutionem, præſupponitur de nepotibus non cogitaſſe, non itaque de eis quicquam potuit fuiſſe dictum, & tamen lex vult, quòd plus fuerit dictum quam ſcriptum, & conſequenter per aſſumptionem pro veritate contra veritatem, quæ iuris fictio eſt. His potiſſimis inductionibus Socinus reſpondere non curauit, poſſet tamen diſputando conſiderari, quòd fictio abſoluta propriaque virtute abſque alio adminiculo procedit & ope
4 ratur, à præſumptioneque † differre dicitur, cum ſuper falſo & certo fingatur, ſuper incerto autem ac vero præſumatur, Gloſſ. in l.vnic. §.accedit, C. de rei vxor. actio. Corn. conſil. 99. Magnum dubium, numero primo, libro quarto, quia ergo non ſimpliciter contra veritatem aſſumitur, ſed quia teſtator dixerit, ex ipſiusque mente præſumpta, meritò non ex fictione prouenit, cum lex hoc introducens, & ſi verum non ſit tanquam ſcriptum, ſe tamen fundat in mente præſumpta teſtatoris vt dictum ſit, quod explicant verba textus ibi, Non eſſe veriſimile patrem ſi de nepotibus cogitauerit talem feciſſe ſubſtitutionem: quæ in contrarium adducuntur, cum in veriſimilitudine
5 † omnis præſumptio legis radicetur, cap. quia veriſimile, de præſumpt. Corn. conſil. 51. In hac conſultatione, num. octauo, lib. primo, & facit quod not. Bald. in l. fin. per illum text. in vltim.not.& in 20.oppoſit. C.de hæred. inſtit. vt præſumptiones legum non aptentur niſi ſuper veriſimilibus; illaque præſumptio efficacior ſit, quæ veriſimilior videtur, Pariſ. conſil.

decimo,

decimo, Aduerſus D. Bart. nume. 79. lib. ſecundo, conſil. 157. In cauſa iſta, nume. 33. lib. quarto, & poſt Bal. idem declarat And. Alciat. in tract. de præſumpt. in 3. part. princ. nume. 1. multaque adducit Franc. Mantic. in tractat. de coniect. vltim. volun. lib. 12. tit. 17. num. 7. circ. med. verſic. Et ideo ſtandum eſt. vnde Bald. alibi, nume. 4. in rubr. C. de prob. præſumptionem iuris definiebat, vt ſit animi Legislatoris ad veriſimile applicatio, onus probandi transferens. Fictio autem non in veriſimilitudine reſidet, ſed in ſimplici contra veritatem aſſumptione.

Non obſtat in eodem §. verbum illud, intel-
6 ligi, cuius natura † eſt fictionem ſignificare, l. oſſa, §. fin. ff. de relig. & ſumpt. funer. l. vnic. in princ. iunct. gloſſ. in verb. ſubſecuta, C. de rei vxor. actio. l. hæres quandoque, ff. de acquir. hæredit. l. quoniam, vbi Bal. in 6. not. ff. de his qui not. infam. §. ſed in bello, cum gloſſ. Inſtitut. de excuſ. tut. Bart. in d. l. ſi is qui pro emptore, nume. 5. Ludouic. Roman. conſil. 405. Præſuppoſitis, nume. 2. Abb. conſil. 20. Caſus in effectu, colum. 2. verſic. Nec deficiunt, lib. ſecũdo, cum etſi fictionem aliquando inducat, non eſt, quin veritatem etiam importet, l. ſi tibi homo, §. cũ ſeruus, de legat. 1. l. qui ſolidum, in princ. de legat. 2. l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poſſeſſ. l. communis ſeruus, ff. de acquir. hæred. §. naturalem, §. illud, cum ſequen. Inſtit. de rer. diuiſ. Corn. conſil. 108. In præſenti conſultatione, colum. penult. nume. 8. lib. 3. conſil. 322. eiuſdem initij, num. 6. lib. 4. Vlterius tunc uerbum intelligi improprietatem ſignificare, quum in ijs quæ iuris non ſunt verſaremur, vt not. Bald. in cap. bonæ, colum. ſecunda, de appellat. & eſt text. in l. penult. C. de donat. ante nupt.

Et ſi diceretur huiuſmodi reſponſionem nõ eneruare difficultatem, non enim quærimus vtrum proprietatem ſignificet, ſed cum in propoſito fictionem minimè inducere velimus, an præſumptionem arguat, probabiliter dici poteſt, quòd licet de præſumptione diſceptemus, non ſit abſurdum de proprietate agere, ſi ex mente aliquorum præſumptionem iſtam iuris & de iure eſſe affirmauerimus quę veritati æqui pollet, in contrariumque, vt inferius dicetur, probationem non admittit: Sique iuris tantum præſumptionem cenſeri conceſſerimus, liqui-
7 diſſima probatio † diceretur, Gloſſ. in l. tutor, C. de peric. tut. & in l. licet Imperator, ff. de leg. 1. l. ſi quis locuples, ff. de manumiſſ. teſta. Dec. in l. ſi bonorum, nume. 7. C. qui admitt. in l. 1. num. 63. in vlt. lect. ff. ſi cert. petat. conſil. 222. Viſo puncto, colum. 4. Corn. conſil. 202. Pluries, colum. 3. in princ. lib. 3. Vdalric. Zaſ. conſil. 9. Tameti, nume. 33. Socin. iun. conſil. 67. Pro reſolutione, nume. 6. lib. primo, conſil. primo eiuſdem initij, colum. 3. num. 17. conſil. 3. Viſa, num. 35. conſil. 26. Quatenus, nume. 14. lib. 2. Andr. Alciat. conſil. 5. Viſo proceſſu, nume. 31. lib. 1. Ioan. Crot. conſil. 110. Magnifice D. Prætor, num. 4. tantumque operatur, quantum veritas, vt tradit Abb. in 1. not. quem alij ſequuntur in cap. is qui fidem, de ſponſal. Soc. iun. dicto conſil. 3. nume. 35. Alciat. conſil. 52. Quia num. 6. lib. 5. Denique præſumptionem
8 etiam † ſignificat, text. eſt, & ibi gloſ. in l. nec emptio, §. fin. ff. de contrah. empt. c. ex ſtudijs, vbi gloſ. extr. de præſumpt. l. fin. in princ. ff. de iniur.

Neque refragatur verbum videtur, in d. l. cum acutiſſimi, ad improprietatem fictionemque inducendam, l. 1. §. deieciſſe, ff. de vi & vi arm. l. in ſuis, ff. de lib. & poſthum. nam omiſſis ijs quæ circa eius naturam, ſiue ſignificationem afferri poſſent, & quòd ſæpè proprietatem inducat, præſertim in iure conſiſtentibus, nulli
9 dubium eſt, præſumptionem etiam † demonſtrare, l. ſciendum, vbi notatur, ff. de verbor. obligat.

Vltimò qui Raphaelem Cumanum ſequuntur, ex eo mouentur, nam vbi æquitas adeſt, & ſumus in aliquo introducendo, tum illud per fi-
10 ctionem † dicitur contingere, l. poſtliminium, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. l. ſciendum, l. denique, l. nec vtilem, ff. ex quib. cauſ. maiores, Ial. in d. l. ſi is qui pro emptore, num. 158. And. Tiraquell. in tract. de iur. primogen. quæſt. 40. num. 218. fol. 310. ſed hoc pietatis intuitu, coniecturaque diſponitur, ex quadam ſcilicet benignitate d. l. cum auus, per fictionem ergo introductum dicitur.

Cæterum & hæc ratio ſubuertitur, Primò textum in d. l. poſtliminium, concludere, vt vbi fictio eſt & ibi æquitas inueniatur, non è conuerſo, vbi eſt æquitas ibi fictio neceſsario adſit: & quemadmodum verum non eſt, coniecturam illam pietatis pro æquitate accipi, ita inſulſum eſt credere, fictionem ſine æquitate non reperiri, vt deducitur ex l. 4. §. Cato, vbi not. Ial. num. 5. ff. de verbor. oblig. Vlterius poteſt fictio iuxta iuris communis regulas procedere, cap. ratihabitionem, de reg. iur. in 6. & l. qui in vtero, ff. de ſtat. homin.

Altera proinde opinio eſt ſuperiori repugnans, vt non ex fictione, ſed iuris præſumptio-
11 ne † liberorum hæc conditio intelligatur, & ita opinantur Cyn. in l. precibus, C. de impub. & al. ſubſtit. & in l. in teſtamento, C. de teſtamen. milit. Bartol. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ante nume. 2. ff. ad Trebellian. Bald. in dict. l. cum acutiſſimi, num. primo, vbi Andr. Barbat. colum. quarta, Dyn. apoſtillãdo ſiue interlineando eandem hanc legem, ibique Paul. de Caſtr.

& So-

& Socin. de communi opinion. atteſtans, nume. 70. rurſus Barbat. in rep. capit. in præſentia, columna 37. in princip. verſic. Reſpondeo negando iſtud, extr. de probat. Pet. de Ancharan. conſil. 46. Prima facie, columna prima, Ludouic. Roman. dicto conſil. 26. Pro deciſione, columna tertia, verſic. Primo quia, conſil. 370. In propoſita conſultatione, colum. prima, ante fin. Corn. conſil. 197. Non alienam, num. ſeptimo, libro tertio, & in d.l. generaliter, §. cum autem, Socin. ſen. conſil. 182. Licet filia, colum. penult. verſic. Confirmatur tertio, conſ. 191. Licet difficultates, colum. prima, verſic. Si verò dicamus, lib. ſecundo, Curt. iun. conſil. 33. Præſupponitur, num. 8. Socin. iun. conſil. 125. Viſis, num. quarto, lib. primo, conſil. 128. Præſentis conſultationis, colum. ſeptima. num. 32. eod. volum. Lancellot. Polit. in eius ſubſcript. 13. ad d. conſ. Socini nepotis 128. quæ incipit, Cum à clariſſimis, num. 260. in princ. ipſarum allegationum, magis communem opinion. eſſe atteſtans, rurſus Corn. conſil. 91. Viſa facti narratione, colum. ſecunda, in fin. verſic. Eſt enim præſumptio, lib. primo, And. Alcia. in trac. præſumpt. reg. 1. præſumpt. 9. Iacob. Menoch. conſil. 95. Et ſi doctè, num. 25. lib. primo, Ant. Gabr. Roman. lib. quarto, commun. concluſ. tit. de fideicommiſſ. concluſ. ſecunda, numero 84. verſic. Contrarium autem, Emanuel Coſta in rep. cap. ſi pater, in prima part. in verb. Si abſque liberis, num. quarto, verſic. Hæc autem, de teſtam. vbi magis communem opinio. eſſe dicit, ex ijs quos congerit Gregor. Lup. in l. 10. tit. 4. partic. 6. in gloſſ. ſuper verb. Siempre ſe entiende, Franc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. volun. lib. decimo, cap. octauo, nume. 16. verſic. Vndecimò generaliter, Simon de Pretis in tract. de interpret. vltim. volun. lib. primo, dubit. 1. ſolut. 5. num. 8. fol. 53. Anton. de Malegonnell. in conſil. incip. Viſo puncto, fol. 5. verſ. Et dicit quod reddidit communicatione habita cũ Antonio de Stroczis, Hieronym. Magon. in deciſ. Florent. 52. Raynaldus de Rondinellis nume. 7. & 8.

Plures ab eodem Socino rationes recenſentur, quibus hanc concluſionem comprobantes vtuntur, & Prima eſt cum Aemilius Paulus in eius reſponſo coniecturæ pietatis innitatur, ver
12 bum coniectura præſumptionem † ſignificat, vt eſt caſus cum gloſſ. in l. vnic. ff. ſi tabul. teſtamen. extab. Huic tamen inductioni ſi Raphaeli Cumano inhærere vellemus, poſſet negari, quicquid Accurſius dixerit, coniecturam ibi pro præſumptione intelligi, cum quemadmodum alibi in l. apud antiquos, C. de furt. ita in dicta l. vnic. verbum coniectura, à contrario ſenſu argumentum importet: eſt ſiquidem coniectura, vt gloſſ. ibi interpretatur cum ſenſus tacitè ex littera elicitur, nec eſt in littera expreſſum, & ſic eſt argumentum tacitè reſultans; quamuis ex Bald. in dicta l. ea quidem, nume. decimo, C. de accuſ. aliter definiatur, vt Coniec-
13 tura † ſit acceptio ſeu reputatio veri ex aliquo alio ſic verilimiliter ordinato, ſicut per circulum coniecturamur tabernam, per habitum meretricem, l. item apud Labeonem, §. ſi quis virgines, ff. de iniur. Præſumptio verò ſimilitudo ſit quædam ſufficiens ad rem dubiã, de qua creduntur credenda, l. prima, ff. de contrahen. & committ. ſtipulat. l. iuriſgentium, §. quod ferè, ff. de pact. Argumentum denique propoſitio ſit ex aliquibus exiſtentibus reſultans, ad propoſitum oſtendendum ſeu concludendum, vt ipſe Bald. in citato loco inquit, qui ab Aemilio Ferretto in rubr. ff. de prob. num. 31. in definitione præſumptionis improbatur, alio modo ipſam definiente, vt ſit coniectura legitimè ducta ex rebus certis, atque inde afferens fidē rebus dubijs, quæ definitio, ab illa quam And. Alciat. in dicto tract. de præſumpt. in tertia parte princ. numero primo, fol. 39. afferebat, virtualiter diſtare non videtur, dum dicit, Præſumptionem probabilem coniecturam eſſe ex certo ſigno prouenientem, quæ alio non deducto pro veritate habetur, vbi Baldi definitionem, magis deſcriptionem eſſe arbitratur, idē quoque Bald. poſt Azonem in l. voluntatis, penult. quæſt. nume. decimo, C. de fidcicommiſſ. Coniecturam, propoſitionem eſſe hypotheticam dicit, vt ſcilicet ſi hoc eſt, veriſimiliter eſt, & quòd illud ſit, l. quæſitum, ff. de acquir. rer. domin.

Sed huiuſmodi reſponſione prætermiſſa, aliter reſponderi adhuc poſſet, non ſimpliciter textum reſidere in pietatis coniectura, ſed diſponendo vlterius progredi, nempè quòd minus ſcriptum quàm dictum fuerat inueniretur, licet nihil dictum fuiſſet, dicto §. cum autem, hæcque interpretatio non magiſtralis eſt, ſed Imperatoria, vt inquit Socin. ſen. dicto conſil. 191. Licet difficultas, colum. ſecunda, lib. ſecundo, & affirmat Socin. nepos, dicto conſil. 128. colum. 8. num. 38. libro primo, & conſequenter per fictionem in re poſſibili pro veritate, ex iuſta cauſa contra ueritatem. Secunda affertur, quia in præſenti l. cum auus, inter cætera Iuriſconſultus illa uerba protulit, Quòd minus ſcriptum quàm dictum fuerat inuenire-
14 tur, eſt uerbum fuerat † ſubſtantiuum, proprietatem ſignificans, Bart. in l. ſi maritus, §. legis Iuliæ, ff. de adulter. Bald. in l. quæ fortuitis, colum. tertia, C. de pignor. actio. in l. cætera, §. item quæri, ff. de legat. primo, Alexand. in l. ſi patroni, §. actiones, colum. quarta, num. quinto, ff. ad Trebell. Iaſ. in l. ſcire debemus, nume. quarto, ff. de uerbor. obligat. in l. ſciendum,

num.

num. quinto, ff. de legat. primo, ſi itaque hoc verbum ſubſtantiam proprietatemque exprimit, præſumptionem magis quàm fictionem importare videtur, imo quam iuris & de iure appellant, ex Dyni ac Pauli Caſtrenſis ibi ſententia.

Hæc tamen conſideratio debilis infirmaque conſpicitur, cum verbum iſtud improprietatis notã exprimere expreſſim probetur, in l. quod Nerua, ibi, latam culpam dolum eſſe, ff. depoſ. quæ culpa propriè dolus non eſt, l. prima, §. primo, ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. l. ſi fideiuſſor. ibi diſſoluta diligentia propè dolum eſſe, ff. mand. & quòd ita ſit, tradit Bald. in dicta l. quæ fortuitis, numero nono, dicens ſtatuto † dictante, quòd Sulmonenſes ſint originarij ciues Aquilani, exponitur ſint, id eſt eſſe fingantur, cum autoritas ſtatuentium naturalem veritatem nõ poſſit à ſubiecto remouere, l. prima, & ſecunda, ff. de vſucap. ear. rer. quæ vſu conſum. eſtque text. in l. tertia, §. genera, ff. de acquiren. poſſeſſ. §. fuerat, ibi bonæ fidei ſit, Inſtitut. de actio. Accedentibus præſertim Imperatorijs interpretationibus (vt dicebam) neceſſarijs in fictioneque reſidentibus, cum improprietatis vtantur periodis non veritatis, dicta l. cum acutiſſimi, & l. generaliter, §. cum autem.

Tertia eſt ratio, nam ſi ex fictione, in hac ipſa lege, conditionem liberorum induci Papinianus decreuiſſet, in contrarium † probatio reijceretur, iuxta not. per gloſſ. in l. ſi duo, ff. de acquiren. hæreditat. Corn. conſil. 185. Tria principaliter, numero ſeptimo, libro ſecundo, conſilio 99. Magnum dubium, numero primo, lib. quarto, cum fictio ſit ſuper certo aſſumptio, gloſſ. in dicta l. vnic. §. accedit, & tamen vbi lex in coniectura pietatis parentis reſidet, probationem † in contrarium admittit, vt dicunt Gulielm. de Cun. & Barto. in d. l. 3. C. de in offic. teſt. in incertis enim non certis locus eſt coniecturis vulg. d. l. continuus. Sed Corneo qui in dicto §. cum autem, ita argumentabatur, poſſet negari hic admitti probationem in contrarium, nec obſtat dicta l. tertia, cum ibi not. per Doctor. nam coniectura maternæ pietatis poterat ibi debilitari, ne poſthumus matre in puerperio decedente pro inſtituto haberetur, cum mater ipſa ſciens ſe prægnantem teſtamentum prius factum non mutauerit, vt ventrem ex certa ſcientia præterijſſe videretur, in illaque voluntate perduraſſe: ideoque coniecturari non poſſe quòd cum in orbem editum inſtituiſſet hæredem; Replicare tamen non incongruè ipſe Corn. valeret, matrem ibi condito teſtamento prægnantem deinde effectam, nec teſtamentum commutantem, non ob hoc negligentem conuinci, cenſerique, præſumit enim lex vel ob grauitatem non immutaſſe teſtamentum, vel quia in lucem prius edi partum volebat, aut copiam tabellionis vel teſtium non habuit, vbi autem prægnans fuiſſet, vti negligens & reſupina redargui fortè potuiſſet: pro hacque ſolutione videtur eſſe text. ibi in princip. Poſt teſtamentum ſuſcepto. Nõ ab re igitur ex prædictis magiſtraliter Salycet. inferebat, contra iſtam coniecturam diuerſæ voluntatis probationem, vt dicti Scribentes arbitrantur admitti: Quicquid autem ſit præcitatę conſiderationes circa emendationem repentini caſus ob maternæ pietatis coniecturam, contrariam ſugerentes probationem, diſpoſitioni textus noſtri minimè congruunt, vt ceſſet illatio quam ex illis aſſumunt; Sique in eadem l. ſi mater, Bald. inſpiciatur in ſecundo not. ante num. ſecundum, in hęc verba prorumpit, Secundò not. quòd poſthumus præteritus à matre quæ deceſſit in puerperio fingitur inſtitutus viriliter vna cum fratribus inſtitutis, & non rumpitur teſtamentum; cuius certè aſſertio ex textu ibi corroborari prima fronte videtur, Quare filio tuo cui nihil præter maternum factum imputari poteſt, perinde virilem portionem tribuendam eſſe cenſemus, ac ſi omnes filios hæredes inſtituiſſet. dictio nanque perinde, fictionem denotat, l. iure ciuili, ff. de condit. & demonſtrat. Bart. in dicta l. ſi quis pro emptore, numero quinto, Andr. Tiraquell. de retract. conuent. §. primo, gloſſ. quinta, numero 27. Niſi dixerimus dictionem iſtam regularem naturam fingendi immutare, quum in ijs quæ iuris ſunt ponitur, tunc enim veritatem denotat, vt per Alexand. in l. ſi quis vi, in princip. ff. de acquiren. poſſeſſ. & Hieronym. Cagnol. in l. omnia ferè, numero primo, ff. de regul. iur. Eſto tamen dictæ l. ſi mater, diſpoſitionem ex ſimplici coniectura roborari, nullum adhuc contrariæ probationis impedimentum inde ſumi poteſt, in dicta enim l. cum auus, ſola pietatis coniectura non apponitur, ſed vltra progredimur quòd minus ſcriptum, quàm dictum fuerat inueniretur: quàm maximè igitur iura prædicta ad inducendam fictionem, vel præſumptionem in modis introductiuis, & diſpoſitiuis differre videntur; Cæterum præſumptione admiſſa, ſi Dyni, atque Caſtrenſis ſententiam ſemel receperimus, qui iuris, & de iure illam eſſe arbitrantur, vt etiam cenſuit Socin. ſen. conſil. 23. Circa prædictam conſultationem, num. 15. libro primo, reſpuenda etiam probatio in contrarium foret, qua de re ſtatim dicetur.

Quarta inductio ex eodem P. Philippo Corneo in dicto §. cum autem, columna tertia, verſic. Et facit, in manuſcriptis codicibus, & conſil. 197. Non alienam, numero ſeptimo, libro tertio, per Socinum recenſetur, quia raro aut nunquam reperiri contingit Iuriſconſultos fictionem

ctionem induxiſſe, propoſitis enim reſpondebant dubitationibus, non autem ſtatuebant, §. reſponſa prudentum, vbi Marius Salamonius Inſtitut. de iure naturali gentium, & ciuili, lege ſecunda, §. poſt hos, ff. de origine iuris, aliudque eſt Iurislatorem quæſtionibus reſpondere, aliud de nouo ſtatuere, vt notatur per gl. in verbo Reſpondemus, in capit. finali, de verborum ſignificatione, in Sexto, quod etiam Laurent. Valla lib. quarto Elegant. capite quadrageſimooctauo, his verbis declarabat, Ius ciuile dicimus tam Leges quàm Plebiſcita, Senatuſconſulta, Decreta Principum, Reſponſa prudentum: quod vltimum velut interpretatio eſt ſuperiorum, quod qui profitentur Iuriſconſulti nominantur: hactenus Valla.

Compoſitis itaque Duodecim tabulis, ſecutæ ſunt earum interpretationes, quæ Reſponſa prudentum à Iuris coriphæis paſſim vocantur, Pomponius maximi nominis & antiquitatis venerandæ Iuriſconſultus, fori interpretationes appellat: rectè vtrunque. Nam Romani veteres Reipublicæ tempore de iure ſuo prudentes viros Iuris ſcientia præclariſsimos ſemper conſulebant, eorumque prolata reſponſa iuri dicundo præpoſitis iudicibus ſuggerebant, & quod ſemel atque iterum fuerat de prudentum conſilio iudicatum, id ſolebat valere in ſimilibus cauſis; Quia verò id autoritatis, & gratię habebat plurimum in Populo, & quæſtum præterea non paruum, ſummi quoque viri cęperunt de iure ciuibus reſpondere, in quibus numerantur primi fuiſſe Appius Claudius Decemvir, Appius Claudius Cæcus, Sempronius quidam quem σοφὸν appellarunt, Scipio Naſica, Q. Fabius, T. Coruncanus, & inde innumerabiles alij qui cum ingenio auctore magnas ſibi opes, honores, & dignitatem peperiſſent, tandem perfecerunt (inquit Tullius) vt in reſpondendo iure autoritate plus quam ingenio valerēt, haberenturque reſponſa eorum penè legis loco, ex quo ius ciuile vocatum eſt; quod ipſorum reſponſis conſtaret, dicendum tamen ab ipſis, quandoquidem id ſcripto non traderent, vt Pomponius refert.

Socinus nihil affert, ſed iudicio meo, ni fallor, hæc ratio apparens potius quàm concludens deprehenditur, cum reſponſa prudentum, ſententiæ ac opiniones illorum ſint, quibus permiſſum erat iura condere, antiquitus enim conſtitutum erat, vt eſſent qui iura publicè interpretarentur, quibus ab Auguſto ius reſpondendi datum erat, qui Iuriſconſulti appellabantur, quorum omnium ſententiæ, & opiniones eam autoritatem habebant, vt iudici recedere à reſponſis eorum non liceret, dicto §. reſponſa prudentum, quæ in Digeſtorum, ſiue Pandectarum quinquaginta libris clauduntur, in quibus omne ius antiquum Triboniani excelſi viri cæterorumque illuſtrium labore collectum ferè eſt, §. igitur, in proœmio Inſtitutionum. Quis ergo dixerit, Iuriſconſultos de iure reſpondendo, ipſumque admirabiliter interpretando,
18 toties † fictione vſos non fuiſſe, quoties illam certa iuris ratio æquitate ſubſiſtente expoſtulare videbatur? vt ſi leges hic ex fictione procedentes, ex Iuriſconſultorumque ſententijs ac reſponſis (quorum prima volumina interiere) excerptas, inſerere vellem, laborioſam ſed vulgarem prouinciam aggrederer, vt eis nihil deſit, Imperatoria autoritate compro
19 batis, ea enim noſtra facimus † quibus autoritatem impartimur, l. 1. §. & ideo, l. 2. §. tanta autem, C. de veteri iure enucleando. Vnde Imperatoris applauſu acutiſsimi ingenij Papinianus, vt reliquos taceam, non ſolum ex reſponſis quæ in decem, & nouem libros compoſita fuerant, ſed etiam ex libris ſeptem & triginta Quęſtionum, geminoque volumine definitionum, necnon de adulterijs, & penè omni eius expoſitione, Digeſtorum ordinatione præſul-
20 gens, proprijs partibus præclaram † ſui recitationem prębuit, §. vobis autem, in proœmio Digeſtorum. Et quid aliud lex eſt, quàm commune præceptum virorum prudentium conſultum? vt non immeritò in vetere iure enucleando Imperator iniunxerit, antiquorum prudentium quibus autoritatem conſcribendarum interpretandarumque legum ſacratiſſimi Principes præbuerant, volumina ad ius Romanorum pertinentia & legerentur, & elimarentur, vt ex his omnibus materia colligeretur nulla neque ſimilitudine, neque diſcordia derelicta; Sed hæc alibi poſt Ioannem Coraſium in Epiſtolicis quæſtionibus cap. quarto, & ſexto, explicanda ſunt; deque reſponſis & autoritate prudentum plura eleganti ſtylo ſcripſit Franciſcus Connan. lib. primo Commentariorum iuris Ciuilis, cap. decimoquinto, numero tertio, & quarto, verſiculo Quod non ſic accipiendum eſt.

Haſce opiniones inuicem diſſidentes Corneus ipſe Peruſinus diſtinctione quadam conciliare nitebatur; Quòd aliquando teſtator de nepotibus ſuis non cogitauit, idque maximè contingeret, quum licet concepti, adhuc tamen nati non eſſent, & fortius ſublata non ſolum natiuitate, verum etiam ipſorum conceptione, iſtoque caſu procedat text. in dicto §. cum autem, dum præſumptiuè inquit, quòd ſi de liberis cogitaſſet; & facit dicta l. ſi vnquam, cum ibi notatis. Aliquando de nepotibus cogitauit, tuncque dictum præ-

ſumatur, & non ſcriptum, iſtoque caſu procedat ipſa l. cum auus, ex præſumptione iuris & de iure contra quam probatio in contrarium non admittitur.

Hæc tamen diſtinctio à Socino impugnatur. Primò per textum in dicto §. cum autem, qui refert caſum eiuſdem l. cum auus, quæ enim ſunt in termino ad quem fit relatio, ſunt
21 in † termino referente l. aſſe toto, ff. de hæredi bus inſtituendis, vt non detur horum iurium diuerſitas.

Secundò reſtringere l. cum auus, ad caſum quando de nepotibus cogitaſſet, contra mentem Papiniani & textus generalitatem videtur: huiuſmodique intelligentia Imperatoris interpretationi in dicto §. cum autem, reſiſtit.

Tertiò, nam rationem illam, quòd minus ſcriptum quàm dictum fuerat inueniretur, non intelligere in dicto §. cum autem, abſurdum ſanè eſt, & contra regulam, vt dicta in le-
22 ge interpretata cenſeantur repetita † in lege interpretante, l. nihil, vbi Bart. ff. de coniung. cum emancipatione liber. authentica de filijs ante dotalia inſtrumenta natis, poſt principium.

Quartò vltra Socini conſiderationes, circa dictam reſtrictionem quæ ſubuerti poſſet, cum in dicto §. cum autem, Imperator latius interpretatus fuerit, nolueritque limitibus noſtræ legis conſtringi: eſt dicendum, Corneum verbis illis etiam contrariari; Et intelligentem: ad Papinianum in huiuſmodi lege relatis, quibus ſtatim ratio ſubnectitur, Non eſſe veriſimile patrem ſi de nepotibus cogitauerit talem feciſſe ſubſtitutionem; vt vna diſpoſitio ac vna intelligentia amborum iurium ſuper vna facti ſpecie principaliter videatur.

Quintò, quod etſi admiſerimus eadem in lege teſtatorem de liberis cogitaſſe, non inde aſſumi ad illum caſum congruam particularemque rationem, nec ad illam deciſionem, Quòd minus ſcriptum, quàm dictum fuerat inueniretur: data nanque cogitatione, non ſequitur illo tantum caſu per Corneum conjecturata prolatio, vt non ideo minus eadem ratio in dicto §. cum autem, intelligatur: adeo quòd verè effectus cauſæ conjecturalis reſultet, data (vt dicebam) cogitatione eademque remota.

Et propterea Socinus diſtinctione Philippi Cornei exploſa, duplici ipſe diſtinctione vti molitur, ſed cum vtraque inconſtans ſit, & infirma, ne tempus fruſtra conteram, obiectiones præteream, ſuper intelligentia nanque textus in l. tale pactum, §. finali, aptiori nec multum diſtanti loco diſcutiendum eſt, id tamen dixerim, Socinum omni caſu concludere ex præſumptione dictam diſpoſitionem l. cum auus, intelligi; Quantum autem eius intentioni l. quoties, §. primo, ff. de hæredibus inſtituendis, congruat, eadem lex oſtendit, cum contrarium manifeſtiſſimè probet, nedum eiuſdem Socini aſſumptum confirmet.

Concludendum itaque videtur per fictionem iuris, diſpoſitionem iſtius l. cum auus,
23 procedere, Cumanique † opinionem in puncto iuris veriorem eſſe, vbi enim æquitas adeſt, & in aliquo quod non eſt introducendo verſamur, illud fictione introducitur l. poſtliminium, ff. de captiuis, & poſtliminio reuerſis, l. denique, l. nec vtile, ff. ex quibus cauſ. maiores, Iaſon in l. non dubium, numero quinquageſimo, C. de legib. quæ duo an hic concurrant inane eſſet repetere; Accedente fictionis definitione quæ ſicut dictæ aſſumptioni competit, ita & definitum competere debet, l. prima, §. dolum, ff. de dolo. Et cum Raphaele Cumano ſentiunt, alter Raphael Fulgoſius in dicta l. cum acutiſſimi, Matthæus de Afflictis in celeberrimis deciſionib. Sacri Regij Neapolitani Conſilij, deciſione quadrageſimaquarta, De tribus, numero vigeſimoſexto, in decimo fundamento, & Puccius Antonij de Puccis de Florentia in eius conſilio incipiente, In propoſita conſultatione, fol. vndecimo, verſiculo Sextò probatur. Conſulendo tamen, & iudicando non eſſet ab opinione Socini tanquam communi imò crebriori calculo recepta, vt ex præſumptione Papinianus reſponderit, recedendum.

Ea eſt huius dubitationis ius, atque vtilitas, data enim iuris fictione, probationem
24 contra † ſe reijceret, gloſ. in l. ſi duo ſint hæredes, in verb. Videtur, ff. de acquirenda hæreditate, in cap. is qui fidem, de ſponſalibus, Bald. in authentica, ſed iam neceſſe, columna ſecunda, in quarta quæſtione, C. de donationibus ante nuptias, Iaſon in l. ſciendum, numero ſeptimo, ff. de verborum obligatione, & ita animaduertebat Domin. Philippus de Corn.

Sed Andreas Barbat. in dicta l. cum acutiſſimi, peracutè aſſerebat, contra fictionem etiam probationem admitti in caſu dictę l. tertiæ, C. de inoffic. teſtamento, vbi filius non inſtitutus ac ſi fuiſſet inſtitutus fingitur, & tamen ibi in cõtrarium probatio aſſumi poteſt, vt Gulielmus de Cuneo, Bartolus, Baldus, Salycetus, ac cæteri teſtantur; Vnde noua declaratio oritur, verum eſſe fictionem reſpuere cõtrariam probationem, niſi alia lege probaretur, rationemque illam eſſe Barbatia affirmat, cum lex ſuper incerto fingat, ſecus ſi ſupercerto fingeret, tunc enim contraria probationon admit-

ed by Google

admitteretur, & ita Raphaelij aſſumptum procedere.

Vt autem Soc. conſiderat, Andreas Siculus
25 miſerè decipitur, cum fictio † ſuper certo fundetur, Bartol. in l.ſi filiusfamil. num.2. C. de pet. hæred. in d.l.ſi is qui pro emptore, nu.26. ff. de vſucap. ſed in incerto lex præſumit, differentiaque hæc ex definitionibus ſatis colligitur, aſſeruntque Iaſon. in l. talis ſcriptura, num. 31. ff. de leg. 1. in dicta L ſi is qui pro emptore, num.191. Alexan. conſil. 158. In cauſa, num.7. lib.2. Corn. conſil.135. Viſis articulis, num.2.lib.1. in incertiſque non certis locus eſt coniecturis dicta l.continuus, vt fruſtra de contraria probatione agatur: abſurdumque
26 penitus ſit † dicere fictionem ex probatione alicuius legis elidi contrarium diſponentis, & ſic legem vno in loco fingere, & alibi contrarium diſponere, iuxt.not.per Franciſcum Aretinum in rubrica, ff.de verborum obligatione, §. quibus, in 1.conſtitut. C. Et quòd lex nunquam fingat cõtra iuris diſpoſitionem eſt text. vbi Bart. Bald. & Ioan.de Imol. in l. lex Cornelia, ibique Alexand. num. 2. ff. de vulg. & pupill. Corn. conſil. 81. Primus conſultationis articulus, num.15. lib.1. conſil.185. Tria principaliter, num. 7. lib. 2. Sumpta hinc occaſione Socinus conſiderabat, quòd licet per fictionem diſpoſitio eiuſdem l. cum auus, procederet, probationem in contrarium admitteret, cum fictio ſemper in aliqua æquitate conſiſtat, vt declarat Bart. in dicta l. ſi is qui pro emptore, num.67. vbi Iaſon. num. 72. & 157. & in l. non dubium, num.5. C. de legib.
27 Vndè æquitate recedente † fictio ceſſat, Bart. in l.nec vtilem, num.1. ff. ex quibus cauſ. ma. Corn. dicto conſil. 305. In hac conſultatione, num.11. lib.4. & conſil.81. Primus conſult. artic. num. 15. lib.1. Socin. ſen. conſil. 207. In cauſa, num.7.lib.2. conſil.41. In præſenti conſultatione, num. 32. lib. 4. cum igitur æquitas quæ in propoſito allegari poteſt, vti fictionis huius fundamentum, coniectura pietatis parentum erga ſuos deſcendentes dicatur, ob quam non eſt cenſendum voluiſſe nepotes excludere: ſi itaque aliqua iuſta cauſa probaretur vt præſumi poſſit teſtatorem illos potius excludere voluiſſe, ceſſaret tunc pietatis ratio, & conſequenter æquitas ſuper qua fictio fundatur, pariter etiam ipſa fictio: iſtudque probari dicebat ex not. per Bart. in dicta l. 3. C. de inoff. teſtam. vbi concludit probari poſſe, matrem inſtituere noluiſſe poſthumum, quo caſu pietatis ceſſaret illa coniectura quia in incertis non certis locus eſt coniecturis, & ſic quamuis directò aduerſus fictionem non probetur, per indirectum vtique contra æquitatem, ſcilicet in qua reſidet.

Sed tamen vt Cornei, ac Siculi fundamenta à Socino conuelluntur, ita eius conſideratio poſſet ſubmoueri, cum non ſit verum contra fictionem indirectam, quam vocat proba-
28 tionem † eliſa æquitate admitti, eo enim ipſo quòd præſupponimus aliquid eſſe fictum, præſupponimus veritatem in contrarium adeſſe, vt not. in dicta l. ſiue poſſidetis, & in l. final. quod met. cauſ. conſtatque in fictione poſtliminij, ac in omni alia iuris fictione, & ideò Bald. in dicta l.ea quidem, num.7. C. de accuſation. fictionem definiuit, vt ſit falſitas pro veritate accepta ex ſpecialiſſima, ac iuſtiſſima cauſa in iure expreſſa; præſuppoſita ergo veritate congrua probatione in contrarium, fictio ſemper eluſoria redderetur, vt dicit Corn. conſil.17. licet, num.4.lib.3. Et cum ſuper certo fingamus, quemadmodum fictio certa eſt, ita & eius cauſa, naturalis inquam æquitas quæ immutari non poteſt; Et ſi diceretur ad eſſe fictionis æquitatem requiri, eaque recedente fictionem ſubmoueri, non eſt cur poſſit indirecta probatio appellari, ex quo ſubſtantiam formalemque cauſam infringit, vt non ab re Socinus ipſe cogitandum reliquerit, cum
29 non ſit verum † fictionem contra ſe aliquam admittere probationem, Corn. conſ.135. Viſis, num.3. lib.1. d.conſ.17. num.4. conſ.197. Non alienam, nu.66.lib.3. conſ.99. Magnum, num.1. lib.4.

Nec obſtat ſi illud ſimile præſumptionis iuris, & de iure induceretur, quæ etſi probatio-
30 nem in contrarium † non recipiat l. antiquæ, C. ad Velleian. l.final. C. ad Macedon. l.final. C. arbitr. tutel. l. à diuo Pio, §. ſi pignora, ff. de re iudic. Azo in ſumm. C. de donat. ante nupt. Cyn. & Bartol. in dicta auth. ſed iam neceſſe, eodem tit. Ludouicus Gozadin. conſil.13. In hac cauſa, num. 25. Curt. iun. conſil. 50. Præſupponitur num. 5. Andr. Alciat. in l.1. num.14. ff. de verborum obligatione in tractat. præſumpt. in princ. in 2.par. num. 4.
31 Admittit tamen † indirectam probationem, gloſ. quam ponderat ibi Antonius de Butr. in Clement. 1. de probat. Alexand. in dicto §. ſi pignora. num.4. Felin.in cap. quanto, num.4. verſic. Fallit ſecundò, Afflict. deciſ.13. Vertitur, num. 26. circa fin. illud enim ex eo contingit, cum lex requirat certas qualitates in actu ſuper quo talem præſumptionem inducit, ideoque ſemper admittuntur probationes, ne quis in eo caſu verſetur, vel quòd aliqua ex requiſitis qualitatibus non concurrat, vt huius rei rationem reddendo, tradit Alciat. in d. 2. par. num.13. poſt Bart.in l.1.§. & parui, num.3. ff. quod vi aut clam. ex l.4. §.condemnatum, ff. de re iudic. vbi Doct. quod quidem in fictione non procedit, cum data æquitate lex

obsistente veritate fingat, nec aliud requirat, cumq; ipsius veritatis fulgorem nõ timeat, sed ab eius fortitudine quæ obijci posset tuta sit, omnes alias obiectiones, ac probationes contemnit.

Inuehitur insuper Socinus aduersus Com. dicentem à dispositione huius textus non omnem probationem contrariam remoueri: etiam si ipsam ex præsumptione iuris, & de iure regulari dixerimus, illam enim respuere non poterit, quæ contingit ex partis confessione, Glos. in auth. de æqual. dot. §. aliud, & in l. in contractibus, in verb. Nullo modo, vbi Bald. num. 7. C. de non nu. pecun. Cyn. Bart. Bald. & Salycet. in dicta auth. sed iam necesse, Bart. in l. absentem, num. 4. versic. Præterea, ff. de pœn. in l. 1. num. 6. C. plus val. quod agitur, Innoc. in cap. quia plerique de immun. Eccles. vbi Anton. de Butr. Bald. in l. non ignorat, colum. 2. C. qui accus. non poss. Salycet. in dicta l. siue possidetis, Abb. in cap. is qui fidem, de sponsal. in cap. nouit. colum. 15. de iudic. Ioan. de Imol. in cap. cum dilecta, colum. fin. extr. de rescript. idem Imol. in cap. quanto, & ibi Abb. ac Felyn. num. 3. de præsumpt. Ludouic. Roman. in l. stipulatio ista, §. si quis fortè, colum. 4. de verb. obligat. Imol. in l. si duo num. 3. vbi Francisc. Aretin. num. 5. ff. de acquir. hæred. Alexand. in l. admonendi, num. 18. de iur. iuran. Iason. in l. cum te, num. 7. C. de transact. Francisc. Rip. in cap. cum M, num. 95. de constitut. Andr. Alciat. in tract. præsumpt. in 2. par. num. 4. Paul. de Castr. consil. 115. Super primo, num. 3. in fin. & 4. lib. 1. cons. 26. Visis, num. 2. lib. 2. consil. 360. Circa primum, num. 4. eodem volum. Raph. Cuman. consil. 177. Suppositis statutis, num. 5. Raph. Fulgos. consil. 190. Visis, num. 2. versic. Et apertius, Roman. cons. 350. In casu, colum. penult. versic. Primò nisi. Alexand. consil. 114. In causa, num. 4. versic. Quia videmus, lib. 4. repetitur cons. 47. lib. 6. Corn. cons. 55. Visis, num. 22. circa med. lib. 3. cons. 39. Adeo clara, num. 9. lib. 4. Socin. sen. consil. 23. Circa prædictam consult. num. 15. lib. 1. Carol. Ruin. consil. 128. Factum, num. 9. lib. 2. consil. 122. Matrimonium, in final. verb. versic. Sed contra prædicta, lib. 4. cons. 143. Viso instrumento, num. 12. eodem volum. Paris. consil. 96. In præsenti causa, num. 107. lib. 1. cons. 121. Primò aduertendum, num. 31. eodem volum. consil. 10. Aduersus, num. 84. lib. 2. Rol. de Vall. cons. 88. Visis, num. 9. lib. 3. Io. Cephal. cons. 101. Anno 1548. num. 27. lib. 1. Bald. Nouell. in tract. de dote, in 6. part. princ. in 2. priuileg. ante num. 7. versic. Benè tamen, idemque voluit magnus ille Azo in Summa, C. de donat. ante nupt.

Hinc fit, quòd quamuis per renunciationem
32 exceptioni † non numeratæ pecuniæ, a recipiẽte mutuum factam, talis præsumptio iuris & de iure oriatur, Bald. consil. 452. Duo rei, lib. 1. Hipp. not. 222. Exceptio. contra dictam præsumptionem adhuc per confessionem partis aduersæ agentis probabitur, vt dicunt Bald. & Marsil. in citatis locis, ipseque Hipp. remittit se ad cons. 89. In causa & lite, num. 20. & 21. in eius Vol. consiliorum.

Hocque de partis confessione ad tollendam iuris, & de iure præsumptionem, est verum
33 etiam † in ficta confessione, Bart. in cons. incip. A domino Cyno de Bononia, quod refert in d. l. absentem, in fin. ff. de pœn. Petr. de Ancharan. in cap. 1. 14. quæst. princ. col. 126. de constitut. Felyn. in cap. quoniam contra, colum. 16. versic. Fallit ergo quintò, de probat. Alciat. in d. tractat. de præsumpt. part. 2. num. 6. Corn. consil. 235. Videtur, num. 5.
34 lib. 3. Nisi aliud subiecta materia suaderet † nõ stari confessioni, cap. super eo, de eo qui cogn. consanguin. vx. suæ, Dominic. in cap. ferrum, 50. distinct. Abb. in d. cap. is qui fidem, de sponsal. Felyn. in d. cap. quanto, ante numer. 4. versic. Sed hanc fallentiam. Quæ confessio an debeat esse iudicialis, quòd sic, concludit Alciat. d. part. 2. num. 8. versic. Nam deberet, & tradit egregiè, ac notabiliter Bald. in d. auth. Sed iam necesse, colum. 2. versic. Secundo casu, C. de donat. ante nupt.

Notorium etiã facti permanentis aduersus
35 istam præsumptionem † operaretur, Ludou. Roman. d. consil. 350. In casu, colum. 7. versic. Secundò fallit, post Innoc. quem ibi allegat. dummodo in actis proponatur, Alexand. in l. vnic. num. 4. C. vt quæ desunt aduocat. adestque glos. in Clemen. appellanti, in verb. Aliàs, & ibi Ioan. de Lign. Cardin. Floren. Imol. & Panormit. de appellat. Cur. iun. consil. 61. Habita diligenti, num. 7. Stephan. Bertrand. consil. 173. Pro faciliori, num. 7. lib. 1. Cels. Hug. consil. 28. Viso puncto, numer. 6. Nicol. Bellon. consil. 57. Exhibentur, num. 15. Rol. de Vall. consil. 99. Pro fundamento, numer. 14. lib. 1. vt alias probationes omittam per Felyn. in dicto cap. quanto, & Alciat. in dicta 2. part. relatas, vbi numer. 19. inquit, contra istam præsumptionem in integrum etiam re-
36 stitutionem † admitti, si iusta causa subsit, id deducens ex not. per Bartol. ac cæteros in l. Inter stipulantem, §. 1. ff. de verb. oblig. Et quòd ratione honestatis personarũ contra huiusmodi iuris, & de iure præsumptionẽ probatio reciatur, post Ant. de Butr. in cap. vidua, in fin. de regular. tradit Dec. cons. 575. In casu, nu. 6. Redeundo nunc denique ad Socinum irruentem aduersus Philippum Corneum dum prædictam

dictam ex confeſſione partis probationem ad iſtos terminos adijcere molitur, omittendoque impugnationem quam affert, poſſet etiam in contrarium, nec impertinenter fortaſsè diſtinctio illa allegari, quæ à Bald. in d.auth. ſed iam neceſſe, colum. 2. verſic. Quartò quæritur, C. de donat. ante nupt. breuiter recenſetur, Quòd aut lex fingit diſponendo, aut fingit probationem inducendo, vt primo caſu probatio in contrarium non admittatur, quia lex fingit ſuper certo; ſecundo caſu recipiatur non per teſtes aut inſtrumenta, ſed per legitimam confeſſionem apud acta; vndè cum in propoſito lex fingat diſponendo d.l.generaliter, §. cum autem, ibi, optimo intellectu diſpoſuiſſe, & d.l. cum acutiſſimi. meritò probatio per confeſſionem ceſſare deberet.

Vltimò ad tollendam fictionem, ac pro confirmatione communioris opinionis quæ iuris tantum præſumptione contenta eſt, poſſet conſiderari, quòd de natura fictionis eſt inducere
37 non declarare, fictioque declaratoria † non dicitur propriè fictio, vt eſt text. not. in l. ſed & ſi quis ſtipuletur, §. 1. verſic. Quid ergo, & ibi Bald. not. ff. de vſufr. quem referendo ſequitur Franciſc. Aretin. in l. 1. §. ſi quis ita, col. 6. ff. de verb. oblig. cum igitur iſta l. cum auus, declarando procedat, non videtur fictionem inducere, præſertim in fideicommiſſis in quibus de voluntate coniecturanda agitur, & ita in terminis argumentatur Iaſ. in l. ſi quis in fundi vocabulo, num. 53. verſic. Et iſta valdè differunt, ff. de leg. 1.

HYPOTHESIS.

Contrarijs præſumptionibus & coniecturis an ex l. cum auus, præſumptio tollatur: deque præſumptionum conflictu: coniecturaſque ad tollendum eiuſdem l. cum auus, diſpoſitionem, ex aliqua lege approbatas eſſe, nequaquam requiri.

SVMMARIVM.

1 *Præſumptionem l. cum auus, contrarijs præſumptionibus, & coniecturis ſubmoueri poſſe: deque crebriori opinione, num. 13.*
2 *Præſumptionem, aliam præſumptionem tollere.*
3 *Præſumptiones duas, vnam eneruare.*
4 *Præſumptionem ſpecialem generali præferri.*
5 *Tolli vnumquodque ea via, qua conſtitutum eſt.*
6 *l. 3. C. de inoffic. teſtam. præſumptionem, alia præſumptione tolli poſſe.*
7 *Matrem per tacitam pupillarem ſubſtitutionem non excludi, niſi contraria mentis coniectura reſiſtat.*
8 *Vulgarem tacitam ſubſtitutionem in pupillari comprehenſam ex coniectura voluntatis tolli.*
9 *Ceſſionem ſimulatam præſumi, titulo vel cauſa cedendi non expreſſa: præſumptionemq; iſtam contra ſe probationem recipere.*
10 *Ceſſionem actionis inter coniunctas perſonas abſque tituli vel cauſæ expreſſione valere.*
11 *Tituli ac cauſæ præſumptionem ex longa præſtatione oriri: ipſam tamen præſumptionem in contrarium admittere probationem ex efficacioribus præſumptionibus.*
12 *Titulum ex diſpoſitione l. cum de in rem verſo, ff. de vſur. non probari.*
13 *Sententiam ex præſumptionibus latam, per alias iuris præſumptiones fortiores ſuperuenientes reuocari.*
14 *Coniecturas ad tollendum diſpoſitionem l. cum auus, non requiri ex aliqua lege approbatas eſſe.*

CAP. IIII.

EX PRAEDICTIS reſultat concluſio, præſumptionem l. cum auus, vti iuris tantum contrarijs præſumptionibus & coniecturis ſubmoueri † ac tolli poſſe, Gloſ. in d.l. cum acutiſſimi, in verb. vitam ſuam, Petr. de Anchar. d.conſ. 46. Prima facie, in princ. Ludouic. Roman. conſ. 370. In propoſita conſultatione, col. 2. Andr. Barbat. in rep. cap. in præſentia, col. 73. in princ. verſic. Et ideo ſi apparere poteſt, extr. de probat. Iaſ. cōſ. 140. Nodoſa admodum, col. pen. ante fin. verſic. In primis enim, & conſ. 141. In iſta difficultate, col. 12. verſic. Succeſſiuè non obſtat, lib. 2. Curt. iun. conſ. 33. Præſupponitur, nu. 8. verſic. Item cum ſit fundata, Socin. in eadem l. cum auus, col. 41. Socin. iun. conſ. 100. Præſupponitur in facto, col. 4. nu. 10. conſ. 125. Viſis puncto, & teſtamento, nu. 4. & 5. de communi opinione atteſtans, conſ. 128. Nobilis, col. 7. nu. 32. lib. 1. conſ. 69. Iam annus eſt, col. pen. num. 37. lib. 3. Andr. Alciat. in tract. præſūpt. reg. 1. præſūpt. 9. nu. 2. Hieron. Grat. conſ. 111. Caſus talis eſt, nu. 45. lib. 2. Pariſ. conſ. 19. Ad reſolutionem, num. 95. lib. 2. conſ. 20. In hac conſultatione, num. 53. lib. 3. conſ. 53. D. Hieronymus, n. 49. cod. Vol. Carol. Ruin. conſ. 161. Viſo themate cum dubijs, col. 5. ante nu. 10. verſic. Non obſtat dum dicebatur, lib. 2. conſ. 121. Viſo ac perlecto, col. 2. num. 1. & 4. conſ. 126. Circa duq, num. 9. lib. 3. Hieron. Alban. conſil. 26. Vidi, num. 6. Auguſt. Bero. conſ. 116. Coram R. D. nu. 5. dicens Gloſſ. in d.l. cum acutiſſimi, Eſſe communiter approbatā, lib. 2. Iacob. Menoch. conſ. 95. Etſi doctè, nu. 26. verſic. Ab hac præſumptione, lib. 1. Hier. Gabr. conſ. 97. Ioan. Leonardius, nu. 11. verſic. Nec refert.

2 Vna nãque fortior præsũptio elidit † tollitq; aliam, l. Diuus, vbi Bart. not. ff. de in integr. reſtit. cap. litteras, de præſumpt. Azo. in ſumma, C. de prob. Anchar. conſ. 209. Facit dubium, in princ. Paul. de Caſtr. conſ. 26. Viſis, num. 3. lib. 2. Alex. conſ. 54. In caſu, num. 11. lib. 7. Iaſ. in l. iam hoc iure, col. 2. num. 3. ff. de vulg. & pupill. Dec. conſ. 479. In controuerſia, nu. 6. conſil. 470. Duo, num. 10. conſ. 575. In caſu, nu. 5. & in c. quoniam Abbas, num. 8. extr. de offic. deleg. Socin. iun. conſ. 36. Ex proceſſu, num. 7. conſ. 61. Reperitur, nu. 45. lib. 2. conſ. 26. Conſiderato teſtamento, nu. 13. lib. 4. Franciſc. Burſat. conſ. 15. Viſo, num. 22. faciuntque tradita per Bart. in l. is poteſt, col. 6. num. 18. ff. de acquir. hæred.

3 Et duæ præſumptiones † tollunt vnam, §. 1. Auth. de conſang. & vterin. fratr. c. 1. de tregu. & pace, Natt. conſ. 29. licet, num. 14. lib. 1. conſil. 31. Non videbatur, nu. 9. eod. vol. poſt Oldr. cuius dicta reaſſumit Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de accuſ. §. 1. verſic. Sed pone quòd obijciens, Aym. Crauett. conſ. 250. Iam reuocatur, num. 2. Et in terminis iſtis tradit Carol. Ruin. conſ. 3. De pluribus, nu. 17. lib. 2. Præſumptio-
4 nique generali † præfertur ſpecialis, Dec. in d. c. quoniam abbas, col. 4. Aym. d. conſ. 250. n. 2. Io. Cephal. conſ. 306. Conſultatio frequẽs eſt, num. 41. lib. 3. eſt etiam ſecundum naturam, vt
5 quod vna via eſt introductum † eadem via tollatur, l. nihil tam naturale, ff. de regul. iur. l. prout quiſque, ff. de ſolut.

Huc pertinet quod in l. 3. C. de inoffic. teſtam. Scribentes aſſerunt, præſumptionem inquam eiuſdem legis ad poſthumi fauorem, ab huius legis præſumptione parum diſtantem,
6 contraria præsũptione † tolli ſubuertique poſſe, ita Bart. ibi nu. 5. poſt Gulielm. de Cuneo, verſic. Quæro extra gloſſam, Bald. num. 5. verſic. Tertiò quæro, Saly c. num. 3. verſic. Ex prędictis infero, Paul. de Caſtr. num. 4. verſic. Item pone, Iaſ. num. 7. verſic. Secũda quia, dicitque Caſtrenſis illam iuris præſumptionẽ eſſe, non iuris & de iure, ideoque in incertis non certis locum eſſe coniecturis, quicquid Alberic. de Roſate, fictionem eſſe voluerit; Iaſ. verò omnes cum Gulielmo Cuneo, & Bart. ſentire teſtatur;

Hinc eſt etiam, quòd licet per tacitam pu-
7 pillarem ex coniecturata voluntate † mater nõ excludatur, fallit tamen ſi alia mentis coniectura reſiſtat, Bart. nu. 40. & alij cõmuniter in l. 2. ff. de vulg. & pupill. Cephal. d. conſ. 306. Conſultatio frequens, num. 42. lib. 3. Congruitque quod de tacita uulgari ſubſtitutione in pupillari comprehenſa ſtatuitur, ut ex voluntatis con-
8 iectura pariter tollatur † atque ceſſet, Bart. in l. 1. num. 34. d. tit. de uulg. & pupill. Bald. in l. quamuis, in 1. not. poſt Oldrad. C. de impub. & al. ſubſtit. Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. ultim. uol. lib. 5. tit. 4. num. 1.

Induci ulterius poteſt, quòd quamuis ceſsio
9 ſimulata † pręſumatur, titulo uel cauſa cedendi non expreſſa, l. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio, C. mand. ex alijſque rationibus ibi poſitis, cum tamen dictæ leges in præſumptione fundentur ut omnes Doct. utrobique fatentur, ideo contrariam probationẽ recipiunt, ut dicunt, Cyn. in d. l. per diuerſas, ubi Alberic. n. 1. uerſic. Cõtra hanc tamen præſumptionem, Ang. col. 2. Paul. de Caſtr. col. 1. num. 2. uerſic. Si autẽ ſubſit, Bald. in l. 2. col. 1. n. 5. C. ne lic. potent. & in l. qui ſtipendia. num. 3. C. de procur. Rota deciſ. 177. incip. Ceſsio facta, tit. de alien. iudic. uel de ceſſ. act. in nouis. Abb. in c. fin. col. 2. eod. tit. Anton. Gabr. lib. 2. de act. concl. 5. nu. 51. limit. 18. Cepoll. in tract. de Simulat. contract. in 7. præſumpt. col. 12. circa med. uerſic. Præſumitur ergo dicta donatio.

Vnde ceſsio actionis inter coniunctas perſo-
10 nas ualet † ſine tituli uel cauſæ expreſsione, quia pręſumptus titulus donationis ineſt, Andr. de Iſern. in c. 1. §. Etſi libellus, n. 8. de alien. feud. paterni. Dyn. & Rayner. de Forliu. in l. patrem, ubi Alberic. nu. 3. ff. quæ in fraud. credit. Bal. in d. c. litteras, n. 13. ubi Felyn. n. 20. uerſic. Et refert Dynum dicentem, extr. de pręſumpt. Carol. Ruin. conſ. 126. Circa duo, nu. 18. uerſic. Et iſtud etiam, lib. 3. Hieron. Gabriel. conſ. 67. Ceſsio. n. 6. Andr. Tiraquell. de retract. in præfat. nu. 54. uerſic. Sed utcunque ſit, Rot. d. deciſ. 177. uerſic. Aut per fraudem Io. de Amic. conſ. 24. Exceptiones, num. 8. uerſic. Et tanto magis, rurſus Bald. in l. 2. nu. 4. uerſic. Tertiò præſumitur ſimulatio, ubi Saly c. col. 2. num. 3. uerſic. Tertiò ſi titulus, & Iacobin. de S. Georg. num. 17. C. ne lic. potent.

Affertur etiã, quòd licet ex longa præſtatione oriatur cauſæ uel tituli pręſumptio, l. cũ de in rem uerſo, ff. de uſur. tamen contra iſtã præ-
11 ſumptionẽ † cum iuris & de iure nõ ſit, probatio in contrariũ admittitur, Petr. & Cyn. in l. ſi certis annis, in 10. q. C. de tranſact. Bald. in l. 2. circa fin. nu. 4. uerſic. In contrarium, dicens nõ eſſe præſumptionẽ iuris & de iure, nec fictionẽ, C. de dot. promiſſ. & in l. fin. num. 1. uerſic. Niſi appareat, C. ne de ſtat. defunct. Io. And. in cap. fin. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Anton. de Butr. in c. peruenit, col. 18. de cenſib. gloſ. & Archid. in cap. ſeruitium, circa fin. 18. q. 2. iterum gloſſ. in cap. fin. in gloſſ. magna, ultra med. de conſuet. ubi Anton. de Butr. Iaſ. col. fin. in 3. limit. num. 15. & Dec. num. 16. in d. l. ſi certis annis, Abb. conſ. 61. In cauſa, col. fin. uerſic. Item antiquitas, lib. 1. Alexan. conſ. 113. Super primo dubio, nu. 4. lib. 1. conſ. 190. Maturè digeſtis,

geſtis,num.24.in fin.lib.2.Franciſ.Balb. in tractat.de præſcript.in 2.part.3.partis princ.q.10. nu.21.& num.25.fol.36. Cepoll.in tract.de ſeruit.vrban.præd.cap.19.col.3.verſi. Et ideo credo,quòd ſit præſumptio iuris, Dec. conſ. 409. Viſo conſilio,num.12.Soc.conſ.46.Eleganter col.9.num.41.lib.4.Rol.de Vall.conſ.2. In cauſa,num.132.conſ.99. Viſo ſtatuto, nu.30.verſic. Nec obſtat, lib. 1. Et ſic probationem recipit ex contrarijs efficacioribus præſumptionibus,vt dicit Franciſc.Balb.d. nu.21. conſentitque Alciat.in d.l.ſi certis annis,verſ. Idem quũ non probatio.

12 Propterea ſi aliquis donationis titulũ † prætendere velit,non probabit ipſum ex diſpoſitione d.l.cum de in rem verſo,quia præſumptio iuris adeſt in contrarium, quòd nemo velit ordinarie donare,& iactare ſuum,vulg.l.cum de indebito,ff. de prob. ita concludunt Bald. in d.l. fin.C.ne de ſtatu defunct.per gloſ. ordinariam in l.ſolent,§.fin.in gloſ.fin.ff.de offic. proconſ. Iaſ.in d.l. ſi certis annis,colum.fin.in 12.limit. Franciſc.Balb.d.num.21.verſic. Vnde ſi quis. Quicquid contradixerit Dec. in d.l.ſi certis annis,nu.19.fretus authoritate Salyc. in l.filiæ cuius,col.5.verſic. Sed tunc quæro, C. famil. erciſc. dicens veriorem eſſe opinionem. Sententia pariter ex præſumptionibus lata, per alias
13 iuris præſumptiones fortiores † ſuperuenientes reuocari poteſt,vt eſt caſus not.in l.ſi qui adulterij,C. de adulter. vbi de adulterio accuſati ſi obtentu proximitatis intentata depulerint, per commemorationem neceſſitudinis crimini derogando,hi ſi poſtmodum in nuptias ſuas, conſortiumq.conuenerint,facinus illud in quo fuerant accuſati manifeſta fide atque indicijs euidentibus publicabunt: vnde pro confeſſis, & conuictis punientur; hocque notat & ponderat ibi Bald.ſed Salyc.melius,& apertius num. 1.& 5.Io.de Amic.conſ.102. Super dubio,prope fin.num.21. verſic. Et quòd ſententia lata. Patet ex his perperam etiam ſenſiſſe Socinus d.conſ. 23. Circa prædictam conſultationem, num.15.lib.1. vbi conſuluit Papinianum in ſuo reſponſo,iuris & de iure præſumptionem induxiſſe, & contra eam non admitti probationem niſi per confeſſionem,cum ex crebriori opinione dicta præſumptio vti iuris tantum contrarijs præſumptionibus ſubmoueatur: quod etiam poſt Anchar.Roman.Curtium, Soc.iun.& Pariſium quos ſolos allegat, nouiſſime concludit Franciſc.Mantic.in tract. de coniect. vltim.volunt.lib.10.tit.8.num.16. verſic. Vndecimò generaliter, idemque tenet Andr. Barbat. in rep. d.l.cum acutiſſimi,col. 5. verſic. Vndecimò faciat,& col.6.ante fin.verſic. Cum ergo illa lex, C.de fideicom.vbi rationem reddit. Hipp.Riminald.conſ.357. Et quòd illi, num.26.col.5. lib.5.& D.Petr.Caball. conſ.48. Maturè conſideratis,num.20.verſic.Non nocet. Nec prætermittam Socinum in hac l. cum auus, col. 38. verſic.Conſiderata etiam,& Socin.iun.d.conſ. 128.num.33.libr. 1.atteſtari, Ancharanum,& Romanum allegaſſe ad hoc propoſitum autoritatem Cyni,in l.precibus,C.de impub.& alt. ſubſtit.& in l.in teſtamento,C.de teſtam.milit. neutrum tamen de Cyno meminiſſe,ſolum Ancharanum allegare notata in ſimili ſuper iuribus prędictis,vt liquido apud ipſum videre eſt: licet Cynus in dictis locis rectè citetur.

14 Sed quæro,quales † debeãt eſſe coniecturæ, ad tollendum diſpoſitionem,l.cum auus, & ſimilium,nunquid opus ſit illas aliqua particulari lege approbatas eſſe? Reſpondeo aliter non requiri, vt aliqua lege expreſſe approbatæ reperiantur, teſte Socino in ipſa l.cum auus,col. 39.ipſumque ſequitur Hieronym. Gabriel. d. conſ.97. Ioannes Leonardius,nu.11.verſ.Etiã nulla lege expreſſe comprobatis.

HYPOTHESIS.

Tacita vtrum ſit l. cum auus, conditio, vel potius præſumpta, & quid de iure accreſcendi, deque vulgari tacita ſubſtitutione in expreſſa pupillari contenta: quæve præſumpta ſubſtitutio ex Lancelloto Polito dicatur, & an exemplaris ſubſtitutio melius quaſi pupillaris cum Franciſco Duareno nuncupetur.

SVMMARIVM.

1 *Conditionem l.cum auus,tacitam propriè non eſſe,ſed præſumptam.*
2 *Ius accreſcendi tacitam legis diſpoſitionem cenſeri.*
3 *Ius accreſcendi ſubſtitutioni ſimile eſſe.*
4 *Subſtitutionem tacitam vulgarem in expreſſa pupillari comprehenſam, præſumptam potius eſſe.*
5 *L.Titius,§.Lucius,ff.de liber.& poſthum.intelligentiam ex Aemilio Ferretto afferri.*
6 *Tacitum appellari ẽt poſſe quod præſumptum eſt.*
7 *Præſumptam ſubſtitutionem,ad mentem Lancelotti Politi demonſtrari.*
8 *Exemplarem ſubſtitutionem melius ex Franciſco Duareno quaſi papillarem appellari, quaſi caſtrenſis peculij exemplo.*
9 *Franciſcum Duarenum laudari.*

CAP. V.

APPARET coniunctim, conditionem
1 l.cum auus, non dici propriè tacitam † cum ſit præſumpta, vt conſtat ibi, fideicommiſſi conditionem coniectura pietatis reſpondi

reſpõdi defeciſſe, quòd minus ſcriptum quàm dictum fuerat inueniretur; nam præſumptum id propriè appellatur quod lex à partibus actũ ſuſpicatur non quòd acturas fuiſſe credat, vndè ſimplex præſumptio ſecundum hominum actus cẽſetur, l.cum quid, ff.ſi cert.pet. Si enim tacita eſſet, potius autoritati legis aſcriberetur: quemadmodum ius accreſcendi † tacita legis diſpoſitio eſt, l.4. ff. de vulg. & pupill. & licet volũtatis quædam ſignificatio adſit, tenuis admodum † & obſcura videtur, vt meritò totum hoc ius legi plerunque attribuamus, quod Frãciſco Duareno de iure accreſc. lib.1.cap.1. verſic. Verùm hoc ius, eleganter explicat; & vt id quod intereſt in obligationibus facti pręſtetur, non partium, ſed legis prouiſioni tribuitur, Bart. in l.cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo, num.4. ff. de verb. oblig. legatum etiam ſeruo factum ad dominum non iudicio teſtatoris, ſed legis iuſſu pertinet, l.qui liberis, in fin.d.tit. de vulg. & pupill.l.3. §.hoc autem, ff. de leg. præſtan. quadrans denique ex Senatuſcõſulto Trebelleiano hæredi debetur non ex teſtatoris voluntate, quamuis hodie eam deductionẽ prohibere poſſit, cap. Raynaldus, in fin.extr. de teſtam. Idem de tacita vulgari ſubſtitutione in pupillari † comprehenſa dicebat Andr. Alciat. in l.1. num.14. d.tit. de vulg. & pupill. quamuis præſumptam eſſe tandem ex diuerſa ratione concludat, id ipſumque comprobarunt Gulielm. de Cun. Alberic. Ang. & Iaſ. num.2. in l.quamuis, C.de impub. & al.ſubſtit. præſumptam etiam eſſe crediderunt, Cyn. in l. precibus, num. 10.eod.tit. Bart.in l.3.n.5. de leg.1. Lancell. Polit. in tract. ſubſtit.tit.de vulg. ſubſtit.in 1.par. in fin. Franciſc. Mantic. optimus Iuriſconſ. tergeminisque dignus honoribus in tract.de coniect.vltim.vol. lib.5.tit.3. de tacita vulg. ſubſtit. poſt nu.4. verſic. Cæterum cum hæc tacita ſubſtitutio. Vdalric. Zaſius, & is in eius celebri tract.ſubſtit.in diuiſ.ſubſtit.verſic. Sed magis propriè, & in 6. effectu, verſic. Et licet vulgò, poſt Crot. & Politum quos ibi refert Simon de Pretis, in tract. de interpr. vlt. vol.lib.3.ſol.5.num.51. verſic. Quintò principali modo, veriſimile enim eſt ſi teſtator de altero caſu cogitaſſet, eundẽ ſubſtituturum fuiſſe, inducuntque in argumentum l. Titius, §. Lucius, de liber.& poſthum. licet in eo textu mentio nulla veriſimilitudinis, & coniecturæ ſed vis tota in modico interuallo cõſiſtat, ait enim lex, Cum ipſa die, vt Aemil. Ferrett. diſertiſſimus Doctor † iuriumque Interpres eloquẽtiſſimus, in d.l.1.num.19. de vulg.& pupill. accuratè cõſiderat; Sed de tacita vulgari tacitus hic pertranſeam cum alibi explicauerim; ad materiamque ſubintellectæ conditionis redeundo ipſam præſumptam magis quàm tacitam eſſe,

Franciſco Manticæ d.lib.5.tit.3.num.4. arriſiſſe videtur, ipſe enim ad oſtendendum vulgarẽ in pupillari comprehenſam præſumptam cenſeri ſubſtitutionem, cum ex coniecturata veriſimilique teſtatoris voluntate à lege inducatur, d.l.iam hoc iure, de vulg. & pupill. non videtur cur etiam præſumpta dici non poſſit, Quoniã inquit, lex ipſa quandoque factum præſumit, interdum verò exiſtimat aliquem ita facturum fuiſſe ſi cogitaſſet, d.l.Titius, §.Lucius, ſicut ex diuerſo lex etiam præſumit teſtatorem non facturum fuiſſe talem ſubſtitutionem ſi cogitaſſet filium grauatum fideicommiſſo cum liberis moriturum, d.l.generaliter, §.cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit. cum concord. licet hæc opinio antea fuerit Cornei conſ. 91. Viſa facti narratione, col.2. in fin.lib.1.

Et ſi quis dixerit, tacitum appellari poſſe, quod † præſumptum eſt, non id inficior, tamẽ vt ſingulæ cauſę ſingulis appellationibus diſtinguantur, proprio iure conditionem hãc magis præſumptam quàm tacitam pro vberiori declaratione, appellare libuit, vt de tacita vulgari ſubſtitutione † Polit.in d.tract.col.4.verſic. Et licet, non incongruè arg.§.alio quoque modo, Inſtit. Quib.mod.teſtam.infirm. aſſerebat, qui præſumptam ſubſtitutionem illã eſſe affirmat, quæ per ſubauditionem legis præſumitur non aliquo modo per verba, qualis eſt relata per Martian. lib.4. fideicom. in l.tractabatur, cum l.præced.ff.de milit. teſtam. Et quæ ſub pupillari continetur. Nimirum ſi Franciſc. Duaren. Iuriſconſultus elegãtiſſimus, in Anniuerſ. Diſput.li.2.c.7. in illos tacitè inuehitur qui quaſi pupillarem ſubſtitutionem, ineptiſſimè exemplarem appellant, propterea quòd exẽplo ſubſtitutionis pupillaris inducta ac recepta ſit, §. qua ratione, Inſtit.de pupill.ſubſtit. nam eodẽ modo peculium quoque Aduocatorum exemplare dicendum eſſet, quia militum exemplo Aduocatos id habere permittitur: Sed vt veteres Iuriſconſulti quaſi caſtrenſe peculiũ id appellant non exemplare, l.fin. C. de inoffic. teſtam. Sic ipſe quaſi pupillarem † ſubſtitutionẽ vocat quæ ſimilis pupillari, & ad exemplũ eius comparata eſt. Non minus ineptè compẽdioſam ſubſtitutionem dici ſolere eam inquit quã militarem appellamus: Nec ſanè verbum hoc magis Latinum, aut vſitatum eſt in hac ſignificatione apud iuris auctores quàm verbũ exemplaris; Sed vt ipſe Duarenus ad explanationẽ reſponſi Papiniani in l.Centurio, ſimul cum reſcripto Diocletiani in l. precibus, expeditè atque eleganter pergit, ne grãmaticum illic agere non Iuriſconſultum aliqui fortaſsè conquererentur, ita ego breuiter hæc iudicans ne quibuſdam neotericis ſcriptoribus genuinę interpretationis ſtylum normamque ac omnem dicendi

itized by Google

cendi nitorem abijcientibus garriendi anſam prębeam, eiuſdem Papiniani propoſitum reſponſum lib.9. Digeſtorum intimius enodare
9 incipiam, ante tamen † dixerim, Franciſcum Duarenum ſuum nomen æternum, ſempiternumque reddidiſſe, quem omnem ſpero admiraturam fore poſteritatem, cum liuor quieuerit, & autoritatem lenta dies præſcripſerit, nihil nanque aut præſtantius, aut dignius haberi poſſe exiſtimo, quàm quòd ab omnibus ſint eius in ius ciuile volumina legenda, acriori ſtudio longioreque lucerna compoſita, floremque orationis atque ornatum continentia: cumque eius admirabilem ſublimemque in Cæſareo iure ſcientiam contemplor, felices illos exiſtimo qui Duarenum leges declarantem conſpexere ipſumque declamantẽ audiuere, quod licet mihi non contigerit, ſed dicta monumenta tãtum legere, non parùm tamen acquiſiuiſſe exiſtimo, cum eius ingenij perſpicaciam orationiſque facundiam apertè demonſtrent, eiuſdemque velut ciuilis ſapientiæ expreſſam imaginẽ, ò quantum venuſtatis, quantum eruditionis, quantum maieſtatis habent, vt nihil protritum nihil triuiale reſonent, ſed videatur Duarenus particulari munere optima ſenſiſſe, & maxima pro iuris ciuilis incremento dixiſſe.

HYPOTHESIS.

In tranſuerſalibus l. cum auus, conquieſcere, ſubindeque in fratre grauante fratrem: ex eadem pariter iure ſpeciali ſuccedi: ac textum in l. Lucius, ff. de hæredib. inſtit. necnon l. humanitatis, C. de excuſ. tut. enodari, multoque minus extraneo inſtituto grauatoque, & denique ſorore de reſtituendo grauata, ſororiſque filijs antedictam legem ſibi locum vendicare.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, conditionem, in deſcendentibus per aſcendentes grauatis intelligi: ſecus in tranſuerſalibus, & ſic in fratre grauante fratrem.*
2 *L. cum auus, exorbitantem eſſe.*
3 *L. cum auus, extenſionem nequaquam recipere.*
4 *Filium ex l. cum auus, ſuccedentem, ex iure ſpeciali ſuccedere.*
5 *Legata filijs & parentibus deberi reſciſſo teſtamento per contratabulas, non fratribus, & ſororibus.*
6 *Vt, dictionem modificatiuam, vel exemplificatiuam eſſe.*
7 *Generalem obſcuramque orationem, per ſpecialem declarari.*
8 *L. Lucius Titius, ff. de hered. inſtit. explicari.*
9 *L. humanitatis, C. de excuſ. tut. interpretari.*
10 *Succeſſionis verbum, de ſanguinis ſucceſſoribus intelligi, idque dupliciter contingere, ac l. cum acutiſſimi exponi.*
11 *Nepotum appellatione, largo modo ex fratre nepotes comprehendi.*
12 *L. cum auus, multo minus procedere, extraneo inſtituto & grauato.*
13 *L. cum auus, non extendi ad conditionem, ſi deceſſerit ſine fratre.*
14 *L. cum auus, diſpoſitionem non procedere in ſorore de reſtituendo grauata, & multo minus in ſororis filijs, vt in final. verbis, nu. 16.*
15 *Sororem fratris appellatione contineri.*

CAP. VI.

EX IPSIVS l. cum auus, initio, Socinus ibi ac cæteri primum notant, eius diſpoſitionem cum aſcendens, de vniuerſali fideicommiſſo grauat deſcendẽtem ſibi locum vendicare: indeque inferunt ſecus eſſe fratre de reſtituendo poſt mortem grauan
1 te fratrem † & ſic tranſuerſalem inſtitutum, tunc enim conditio ſi ſine liberis deceſſerit, nõ ſubintelligitur, vt concludunt Iacob. de Aren. in d. §. cum autem, vbi Iacob. de Rauani, Cyn. in 3. quæſt. Petr. Alberic. Ang. in princ. Iaſon. num. 2. in 6. limit. Dec. num. 14. & alij communiter, Bart. num. 2. Io. de Imol. Socin. in 1. not. in hac l. cum auus, & in 6. quæſt. vltra Bart. colum. 62. verſic. Quo autem, dicens eſſe omniũ opinionem vno excepto Andrea Siculo in d. l. cum acutiſſimi, Ioan. de Imol. & Ang. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell. ac ibi Alexand. colum. 6. & Claud. de Seyſell. colum. 1. Ang. in tract. de teſtam. gloſſ. 79. poſt num. 8. verſic. Et idem, Socin. in l. hæredes mei, §. cum ita, colum. 12. poſt princ. verſic. Secundò arguit Fulgoſius, d. tit. ad Trebell. & conſ. 65. Et ſi agatur, num. 10. lib. 1. Alexand. conſ. 38. Viſo themate, num. 2. lib. 1. conſil. 185. Viſo, num. 18. lib. 2. conſ. 201. Perſpectis, num. 22. lib. 6. conſil. 100. Super primo, num. 2. lib. 7. in dictoque conſ. 38. Alex. inquit, huic opin. videri adhęſiſſe Bald. in l. cum quidam, n. 8. & expreſſius ibidem Salyc. num. 6. col. fin. C. de impub. & al. ſubſtit. Corn. de communi ſententia atteſtans, conſ. 197. Non alienam, nu. 7. lib. 3. Franciſc. Aretin. col. pen. verſic. Hoc tamen dictum, & Socin. col. pen. verſic. Et hanc concluſionem, in l. Gallus, §. etiam ſi parente, ff. de liber. & poſthum. Dec. cõſ. 435. In cauſa, in princ. cõſ. 497. Accuratè, ante nu. 1. conſ. 529. Philippus. nu. 7. dicens hanc eſſe communem opinionem. Et in l. precibus, num. 14. d. tit. de impub. & al. ſubſtit. Gulielm. de Benedict. in rep. c. Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur, nu. 3. verſic. Et

ſic. Et plus dicit, communem eſſe affirmans, extr.de teſtam. Anton.Gabriel. lib.4. de fideicom.concl.2.limit.5.num.46. poſt Steph. Bertrandum quem ipſe citat, Veronenſ.conſ.ciuil. 54. Quædam mulier, num.4. Hieron. Grat.reſpõdens ſuper interpretatione teſtamẽti D.Alexandri Tartagni, conſ.65. Et ſi agatur,num.11. lib.1. conſ.5. Et ſi hoc reſponſum,num.88.vbi receptam ſententiam videri concludit, lib.2. conſ.28. Et ſi aliquid, num.14.conſ.18. In caſu,nu.18.cod.vol. Carol.Ruin.conſ.3. De pluribus quæritur, num.13.lib.2. Socin.iun. conſil.30. Reſolutio, num.18. verſic. Et pro conſideratione, de vera communique opin.fidem faciens,lib.3.conſ.100. Præſens cõſultatio,n.45. vbi idem dicit, cod. vol. Anton.Rub. Alexandrin. conſ.26. Viſo,num.2.Hieronym.Zanch. in d.l.hæredes mei, §.cum ita,num.463. in fin. verſic. Nec obſtat, 857. verſic. Secunda differentia eſt, 248.& 1073.Gregor.Lup. de cõmuni,in l.10. partit.6. in gloſ. Dos filios, num.7. & poſt ipſum Emanuel Coſta,in rep.cap.ſi pater. in 1.par.in verb. Si abſque liberis, num.7. de teſtam.in 6. & contrariam ab omni iuris ratione videri ex profeſſo meminit Franciſc. Mãtic.in tract.de coniect. vlt.vol.de communi omnium ſententia atteſtans, lib.5. tit.11. num.7. verſic. Quia pluſquam manifeſtum eſt. Io.Cephal.conſ.576. Reuerendus Dominus, nu.27. lib.4.Iacob.Menoch.communem opin.eſſe aſſerens,conſ.253. Reſpondi,num.9.lib.3. Simõ de Pretis in tract. de interpret. vltim.vol.lib.3. fol.2.num.14. verſic. Sextò nunquid, fol.310. & eodem lib.3. fol.5. num.8. fol.233. Senatus Pedemontanus, vt per Oſaſc. deciſ.110. De anno. num.12. Lauren. de Pinu, conſ.6. Præſens conſultatio, colum.7.num.20. in fin. vbi communem eſſe ſcribit,Ioan.Maria Riminald.conſil.183. Viſa facti narratione,ante num.16.verſic. Præterea ſequeretur, lib.1. Tiber.Decian. conſ.24. Et prima facie, num.18.lib.2. Anton. de Padill. in d.l. cum acutiſſimi, num.26. verſic. Ex quo infertur, & Ioannes Saportellus hic,facie 14. verſic. Denique aduertendum eſt, Puccius Antonij de Puccis, d.conſil. incip. In propoſita conſultatione plura veniunt diſcutienda,fol.4.in princ.à tergo verſic. Tunc quia in fratre. Io. Vincen.de Anna alleg.10. In cauſa Magnifici Angeli, num.8. verſic. Circa primum, lib.1. Purpur. conſil.204. Ex themate propoſito, col.2. num.2.lib.1. Hipp.Riminal. conſ.252. Magnificus D.Ludouicus, num.74. vbi de communi,lib.3.conſ.37. Illuſtris ac Generoſus Comes Borſius Calcagninus,num.15. col.4.verſic. At non idem iuris eſt,vbi alios citat,deque communi atteſtatur,lib.1.

Non enim videtur eadem ratio in vtriſque l.fratres, C. de inoffic. teſtam. cumque in liberorum priuilegium hoc ſit diſpoſitum,ideo nõ extenditur,l.fin.ff.de conſtit.princ. Quod concludenter deduci poteſt ex l.3.§.1.ff.de leg.prę ſtan.contra tabul.bon.poſſ.petita,vbi in materia fauorabili diſpoſitio quæ de liberis & parentibus loquitur, non habet locum in fratribus; Et probatur etiam in iſta l. cum auus, quæ ſecundum aliquos † exorbitans à iure cenſetur, 2
Ioan. de Imol. in l.filio præterito, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. Franciſc. Aretin. in d.l. generaliter, §.cum autem,& Imolam refert Andr. Barbat.in d.l.cum acutiſſimi,col.45. & vltra Socinum,tradunt Dec.conſ.416. In teſtamento,colum.2. & Curt.iun. conſ.33. Præſupponitur, num.8. ex qua concluſione poſtmodum aliæ duæ reſultant.

Prima eſt,ad alios caſus non eſſe † extendendam,imò reſtringi debere, niſi quatenus ipſam 3
extenſam reperiamus, l. quod verò, l.in his, ff. de legib. l.ſi verò, §.de viro, vbi Doct. ff.ſolut. matr. & not. in Auth. quas actiones, C. de Sacroſ. Eccleſ.

Secunda, filium ſuccedentem ex ipſius diſpoſitione iure ſpeciali † ſuccedere,& conſequẽ 4
ter debiliori iure quàm is qui cõmuni iure ſuccedit, l.ejus militis, §. militia miſſus, l.ego, in princ.ff.de fideicom.libert. Socin.iun. ita inferens,conſ.128. Præſentis conſultationis materia,colum.7.num.35.cum ſeq.lib.1.vt extenſio penitus excludenda ſit.

Sique rectè aduertatur,prout ipſa l.cſi auus, in coniectura pietatis conſiſtit, & aliquid noui affert, ita etiam d.l.3.§.1. æquitatem naturalẽ, & aliquid nouum continet, l.1.cod.tit.ibi, Hic titulus æquitatem quandam habet naturalem, & aliquid nouum, & tamen reſciſſio iudicio pa
5 tris per contratabulas legata liberis tantum † à parentibus non fratri aut ſorori præſtantur, d. l.3.§.1. dum dicit, liberis autem tantum & parentibus Prætor proſpexit, non etiam fratri, & ſorori conſeruauit legatum: Hoc autem ſolum debetur, quod ipſis parentibus relictum eſt, & liberis; cur igitur textus iſte in deſcendentibus diſponens, erit ad fratrem grauatum extendendæ illud verò quod aliqui dicunt textum dictę l. 3. de nepotibus non loqui ſiue filijs fratrum ridiculum eſt, cum minor ac debilior ratio præſtationis tunc concurreret.

Contra hanc opinionem communi Doctorum voto receptam, Andr. Barbat. in d.l. cum acutiſſimi, inſurrexit, Primòque adducebat, quòd licet l.cum auus, in deſcendente grauato loquatur, ad eumque ſolum pietatis coniectura referatur, eſt enim patris pietas erga ſuos liberos, d.l.nam etſi parentibus, ff.de inoffic.teſtam.l.4.C.eod.tit. & propterea l.cum acutiſſimi,interpretans,eandem vim cauſamque pietatis contraxerit, l.nihil, vbi Bart. ff.de coniung-

cum

cum emancip. lib. dicitur tamen ibi per Imperatorem, Nos huiuſmodi ſenſum meritò mirati pleniſſimum ei donauimus euentum, vnde non eſt ad terminos legis interpretatę reſtringenda, cum illam extendere intendat, arg. text. in l. raptores, C. de Epiſc. & Cleric. gloſ. in Clemen. 1. de prob. & l. locum, §. quæri ſolet, ff. de vſufr. & ita alibi idem Barbat. conſulendo affirmauit, conſ. 28. incip. Clementiſſimi Dei Patris, lib. 2.

Huic rationi reſpondebat Soc. diſcutiendo dicta per Andream, qui in d. l. cum acutiſſimi, multas opiniones Saturninas, ideſt nunquã receptas nec approbatas ſcripſit, Saturnini exemplo in l. 1. in fin. ff. de Senat. & de opin. Bart. dixit Bald. in l. 1. nu. 3. C. de Sacroſ. Eccleſ. vt de ipſo Barbat. teſtatur Soc. iun. d. conſ. 128. col. 9. nu. 48. lib. 1. quòd quamuis l. cum acutiſſimi, ampliatiuè procedat pleniſſimũ tribuens euentum, tamẽ ſe ipſam declarat, ſubdens vt ſi quis
6 hæc diſpoſuerit, eſt quidem dictio vt, vel † modificatiua, arg. l. quibus diebus, §. Termilius, ff. de condit. & dem. adeo quòd ex ea modificet Imperator extenſionem ad filios nepotes, neptes, pronepotes, & proneptes, & aliam deinceps poſteritatem: vel exemplificatiua, & tunc etiam obſcura generalisque ampliatio in perſonis expreſſis declaratur, in deſcendentibus inquam maſculini, ac fęminini ſexus, arg. l. fin. §. dulcia, ff. de vin. tritic. & oleo leg. generalis nãque oratio & obſcura † ex ſpeciali expreſſione
7 diſtinguitur aperiturque Bart. in l. quæſitũ, §. ſi quis fundum, ante nu. 2. & n. 14. ff. de fund. inſtruc. vnde vltra expreſſa non eſt noſtrum legem extendere, vt in reg. ea quæ à iure, extr. de reg. iur. Et firma remaneat regula d. l. nihil, cum ibi not. per Bart.

Et ſi diceretur pietatem in fratres vt in filios conſideraſſe textum in l. Lucius Titius. 2. ff. de hæred. inſtit. Reſpondetur, quòd ſi Scæuolę Iuriſconſ. verba de expreſſa conditione loquẽtis
8 ibi † ponderentur, potius in contrarium retorquentur, prudens enim conſilium teſtantis, nõ pium conſiliũ animaduerti dixit, & inter vtrũque magnũ diſcrimẽ verſari ambiguũ non eſt. Ceſſat etiam quòd in exorbitantibus ex identitate rationis fiat extenſio, Bart. in l. ſi conſtante, q. 9. ff. ſol. matr. tunc etenim potius comprehenſio dici debet quàm extenſio l. libertũ qui, §. Senatuſconſulti, ff. de rit. nupt. Socin. in l. 2. col. 2. num. 4. in 3. conſider. ff. de leg. 1. hic verò nulla identitas rationis adeſt, ſubmoto text. in d. l. Lucius Titius, in fin. ſi prudentiam conſilij magis quàm pietatem ibi attendimus.

Non obſtat l. humanitatis, C. de excuſ. tut. ad identitatem ipſam rationis inducẽdam, cum
9 humanitatis ac religionis fraternæ ratio † ad excuſandum fratrem à tutelâ ibi, pupillo cum fratre aut ſorore, eorumque filijs litigante, non ſit tanti ponderis quanti cõiecturata patris pietas in l. cum auus, nec huiuſmodi ſuſpitio vti effectus fraterni amoris identitatem valeat inducere, nam alibi maior ac fortior ratio fraterni amoris in promptu eſt, quo tamen pietas illa non eſt in parentibus erga filium conſiderata, vt in l. ſi magnum, iuncta l. propter inſidias, C. de ijs qui accuſ. non poſſ. Si magnum (inquit textus) & capitale crimen ac non leue frater contra fratrem ſuum inſtituit, non ſolum audiendus non eſt, ſed etiam exilij pęna plectẽdus eſt, ſubnectitur d. l. ſi propter, vbi Imperator ita Æliæ mulieri reſpondet, Propter inſidias quas tuæ vitæ paratas contendis, accuſationem apud præſidem prouinciæ cõtra filium tuum (ſi pietas, & ratio naturalis animi tui non reuocet intentionem) conſtituere potes; ecce ergo quòd ſtatim parentum pietas in ſecundo reſponſo proponitur à iureque in mediũ affertur: in fratre autem pro magno non leuique crimine in primo reſponſo ibi proximo, ob eandem pietatem non reijcitur accuſatio, quam Imperator erga fratrem aliter non conſiderat.

Secundò Siculus dicebat, quòd propria teſtãtis ſucceſſio, dicitur ſua ſucceſſio, vt in Auth. de non alien. §. ſi quis igitur, c. officij, extr. de teſtam. c. ex præſentium, extr. de pignor. Proinde verba illa, proprijs ſucceſſionibus, exponi de-
10 bent, ideſt ſuis † ſucceſſionibus: ex quo in propoſito infert, verbum ſui dupliciter accipi poſſe. Primò ad agnatos & cognatos habito reſpectu, qui ſui non ſunt, tuncque ſui liberi ſunt qui in poteſtate exiſtunt, iuxta, §. ſui, Inſtit. de hæred. qual. & diff. Secundò ex relatione ad prorſus extraneos, & tunc ſui agnati ſunt vſque ad ſeptimum gradum, gloſ. eſt ſecundum Ang. ibi ſing. in l. ſi fęmina, C. ad Turpil. & text. etiam in l. 1. C. de annon. ciuil. lib. 10. & ita diſtinguit Petr. de Anchar. in c. 1. de conſtit. circ. fin. Ex quibus infertur, quòd cum d. l. cum acutiſſimi, comparationem faciat de extranea ſucceſſione ad propriam & ſic ad ſuam, intelligi debet de ſua reſpectiuè ad extraneam & quatenus tranſuerſales includit: vt hinc l. cum auus, in filijs quoque fratris ſuperexiſtentibus procedere intelligatur.

Sed dum text. ſucceſſionum ibi meminit, nõ interpretatur in hæreditate, ſed in ſucceſsionibus ſanguinis, vt dicebat Bald. in lect. antiqua, ſubdens quòd hæc æquipollent propria ſucceſſio, poſteritas, & ſoboles, pro eodemque ponũtur, ſcilicet pro deſcendentibus maſculis & fęminis per lineam maſculinam & fęmininam: & quòd proprius ſucceſſor, ſanguinis eſt, per illum text. Quod Socinus dupliciter conatur oſtendere.

Primò, quia dum loquitur de omnibus deſcenden-

ſcendentibus ſubſtitutos excludentibus, intelligit de perſonis quæ non ſunt hæredes teſtatoris, & tamen illas appellat proprios ſucceſſores, alio igitur iure ſcilicet ſanguinis aſſumi debent.

Secundò, cum deſcendentes iſti ſubſtitutum excludant etiam ſi hæredes non ſint nihilque percipiant, l. filiusfamilias, §. cum quis, ff. de leg. 1. non itaque de ſucceſſoribus in hæreditate, ſed ex vi ſanguinis accipi oportet.

Tertiò dici poteſt, quòd ſi vera eſt opin. vt l. cum auus, procedat etiam filio teſtatoris ſubſtituto, vtique ex ipſa ſubintellecta conditione iniquitas induceretur, & non pietatis coniectura ſed impietatis emergeret, vt filius ſubſtituendus & deſcendens admiſſo nepote ex fratre, & tranſuerſali miſerè excludatur, & tamen totum in coniectura pietatis reſidere videtur.

Quartò conſiderandum eſt, propriam ſucceſſionem opponi non extraneæ ſucceſſioni, vt Siculus dicit, ſed alienæ ſucceſſioni, quod verbum plurimum differt ab extranea latiusque patet.

Quintò, ſi conſonantiam trium (vt ita dixerim) rationem ad mentem Thomæ Doccij inſpexerimus, non poterit l. cum auus, dũ d.l. cum acutiſſimi, de propria ſucceſſione, ideſt ſanguinis loquitur, modo aliquo ad trãſuerſales referri, attẽta pietatis coniectura eiuſdem l. cũ auus, & inueriſimilitudine quòd pater ſi de nepotibus cogitaſſet talem feciſſet ſubſtitutionem, ex quibus illa vltima conſideratio, ne videatur alienas ſucceſsiones proprijs anteferre tandem naſcitur: ceſſat namque pietatis (vt dicebam) in fratre coniectura, nec in ipſo inueriſimilitudinis argumentum conſiderabile apparet.

Tertiæ inductioni ex idẽtitate rationis licet ſuperius fuerit reſponſum, vnum tamen addã,
11 quòd quãuis appellatione nepotum † largè ex fratre nepotes includantur, Bald. & Ang. in l. 1. C. de ſucceſſ. edict. Iacob. de Beluiſ. in c. 1. quib. mod. feud. amitt. Martin. Laudẽſ. in tract. de priuil. & reſcript. q. 83. non tamen intelligãtur (vt Socin. aduertit) quando mentio fit ex filio nepotum quẽadmodum in propoſito, ſed ſi admiſerimus nepotes iſtos cõprehendi, non vtique poſſemus pronepotes ex fratre includere, iuxta tradita per Corn. cõſ. 45. In prẽſenti cõſultatione, col. pen. lib. 4. & tamen d.l. cum acutiſsimi, ad pronepotes, vel aliam deinceps poſteritatẽ extenditur, quos propria ſucceſsio includeret.

Eſt itaque concludendum opinionẽ contra Andreã Siculum cõmunem imò crebriorem in punctoque iuris veriorem eſſe, & ab ea minimè recedendũ: prędictiſque conſiderationibus addi poteſt, quòd l. cum auus, per duas leges ab Imperatore in certis caſibus ampliata reperitur, vnde ſi tanto complexu intendiſſet iljã interpretari, vna ſolum deciſione opus fuiſſet, non noſtrum igitur eſt quod ipſe Imperat. noluit admittere, qui quidem limitatè admodum in præcitatis interpretationibus proceſsit.

Propterea Ang. in d.§. cum autem, dicebat, multò magis haſce leges nõ militare aliquo in-
12 ſtituto, grauatoque nullatenus teſtatori † coniuncto, ceſſaret enim tunc præſumendi ratio ex ipſa l. cum auus, ſecundum gloſ. in d.l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell. & gloſ. in d.l. cũ acutiſsimi, ac in d.§. cum autem, vbi Iaſ. nu. 2. in 6. limit. in fin. verſic. ſubdit Ang. traditque Socin. in eadem l. cum auus, col. 3. in princ.

Cęterum quòd pari modo hæc lex non ex-
13 tendatur ad conditionem † ſi deceſſerit ſine fratre, tradit Paul. de Caſtr. conſ. 14. Si contingat, col. fin. verſic. Præterea ſequeretur, lib. 1. Et in
14 ſorore grauata † idẽ conſuluit Soc. iun. conſ. 100. Prẽſens cõſultatio, n. 45. verſic. Primũ dici nõ poteſt, lib. 3. & poſt ipſum Io. Ceph. d. conſil. 576. Reuer. Dominus, nu. 24. cum fratris ap-
15 pellatione † ſoror quoque cõtineatur, l. Lucius & Titia fratres, ff. famil. herciſc. l. tres fratres, & ibi gloſ. Bald. Ang. Paul. de Caſtr. Iaſ. & cæteri, ff. de pact. l. Lucius, §. quęſitũ, ff. de leg. 3. Raph. Fulgoſ. conſ. 71. Mulier, nu. 2. Corn. conſ. 115. In hac conſultatione, num. 11. lib. 2. Curt. iun. conſ. 115. Mirandum eſt, num. 22. Rub. Alexandrin. conſ. 47. Facti contingentia, num. 5. Quod declarant aliqui. Primò vt ſit verum cũ profertur à lege, ſecus ſi ab homine verbũ iſtud ad mentem Rayner. in d.l. Lucius, §. quæſitũ, quæ declaratio vera non eſt, Ang. in d.l. tres fratres, Alex. conſ. 85. Animaduerſis, nu. 7. lib. 4. Et tradit Anton. Gabr. tit. de verb. ſignific. concluſ. 6. num. 10. verſic. Ex quibus apparet. Secundò declaratur, dummodo verbum fratres in plurali numero ſecus ſi in ſingulari proferretur, tunc enim per ſingularem numerum ſoror non veniret, vt poſt Paul. de Caſtr. tradit Alexand. d. conſ. 85. n. 7. lib. 4. Andr. Alciat. etiam idem ſentit in l. 1. in princ. verſic. Præterquam in numero plurali. Tertiò niſi in cõtrarium de coniecturata teſtatoris mente conſtaret, d.l. Lucius, §. quæſitum, Soc. ſen. conſ. 51. Viſa facti narratione, n. 30. lib. 4. Curt. iun. cõſ. 139. Prę-ſupponitur in facto, n. 16. Pariſ. conſ. 22. Ex tribus, nu. 41. lib. 3. Alciat. in d.l. 1. in verb. Fęminas complectimur, Rol. de Vall. conſ. 82. Factum, num. 35. lib. 3. Quartò vt verbum iſtud per interpretationem trahatur ad ſororem, vt poſt Benedict. Capr. conſ. 62. Cum viſo, n. 10. dicit in citato loco ipſe Alciat. verſic. Quòd verò conformis. Conſtat denique ex prædictis,
16 multò minus † eiuſdem l. cum auus, diſpoſitionem ſibi locum vendicare in filijs ſororis, arg. l. ſi viua matre, C. de bon. matern. vt tradit Cephal. d. conſ. 576. num. 26. d. lib. 4.

HYPO-

HYPOTHESIS.

An in amico maxima coniunctio amicitia, l. cum auus, procedat, exactè admodum perquiri: & de amicitia aliquid tangi. Ac l. Pãphylo, §. propoſitum, ff. de leg. 3. enodari.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, in amico maxima coniuncto amicitia locum non habere, & nu. 22. ac 29.*
2 *Amicitiam habitum virtutis eſſe, proindeque extenſionem non recipere.*
3 *Archita Tarentini, Antiſtenis, aliorumque de amicitia ſententias afferri.*
4 *Amicum animi cuſtodem eſſe.*
5 *Amicorum ex Andrea Alciato raritatem oſtendi, & nu. 30.*
6 *Amicum maxima coniunctum amicitiæ, ſuorum appellatione contineri.*
7 *Amicum ſingularem, coniuncto ſanguinis paſſim comparari, ſed vide nu. 24.*
8 *Amicum ſine mandato ad agendum admitti.*
9 *Amicum proſequi iniuriam alteri amico illatam.*
10 *Amicos delata hereditate infanti tutorem non habenti, bonorum poſſeſſionem decernendam posse.*
11 *Clauſulam codicillarem in minus ſolenni teſtamẽto, vbi amico aliquid relinquitur, ſicut in teſtamento inter liberos intelligi, ſed vide nu. 25.*
12 *Amicum fratri comparari, quinimo anteponi, vide tamen nu. 26.*
13 *Volo verbum cum ad fauorem perſonæ veriſimiliter dictum profertur, diſpoſitionem inducere.*
14 *Amicos vocari, cum contra abſentem procediſur.*
15 *Amicorum præſentiam dolo præſumptionem tollere.*
16 *Amicorum in teſtificando vim explicari.*
17 *Donationem amico factam per l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. ex Socino non reuocari, ſed in contrarium communem eſſe opin. nu. 27.*
18 *Amicitiam operari expenſas nequaquam repeti per amicum patris pupilli, in lite ipſius pupilli factas.*
19 *Amicum caſualiter, non ex dolo ab amico interfectum præſumi.*
20 *Amicum inimici mei, inimicum meum eſſe.*
21 *Amicitiam ſpecialem, nominis obſcuritatem in teſtamentis declarare.*
23 *Verba iactatoria non diſponere: & nunquid fauore libertatis diſpoſitionem inducant.*
26 *L. Pamphylo, §. propoſitum, de legat. tertio, declarari.*
28 *Amico ſat eſſe, in aliquibus ſubueniri.*

CAP. VII.

QVEMADMODVM Andreas Siculus ex reſolutione præcedentis quæſtionis, eius opinione ab ipſo retenta, hanc l. cum auus, ad amicum maxima cõiunctum amicitia extendi opinatur, ita ego cum Socino communem ſequutus contrarium † verius eſſe 1
arbitror; Primò, cum vt dicebam magna inter fratres ob ſanguinis coniunctionem mutua adſit affectio, d. l. humanitatis, & tamen ijs inſtitutis, ac de reſtituendo grauatis, ceſſat hæc ſubintellecta conditio. Secundò, iura prædicta, cum filius patrem inſtituit (vt ex ſequentibus apparebit) locum non habent, & quis dixerit maiorem amicorum cenſeri affectionem quàm filiorum erga patrem? certè nullus, l. nam & ſi parentibus, dum illic Papinianus inquit, turbato tamen ordine mortalitatis non minus parentibus quàm liberis piè relinqui debet, ff. de inoffic. teſtam. Tertiò & vrgentius, cum eadem iura ſint fundata non ſolum in qualitate perſonæ inſtituæ, ſed etiam ſuperexiſtentis quæ facit fideicommiſſum deficere, l. cum auus, & l. cum acutiſſimi, amicitia autem non eadem in deſcendentes quæ erga amicum cenſeatur: eſt enim 2
habitus virtutis † qui nõ extenditur. facit quod not. in l. qui filiabus, in princip. ff. de legat. primo, ceſſante ergo qualitate perſonæ ſuperexiſtẽtis, debet ceſſare dicta diſpoſitio, quod quidem in deſcendentibus non eſt dicendum, nam quæ in ipſis ſanguinis militat ratio ſiue pietas, extenditur, & transfunditur. Quartò cum de facili amicitia tollatur, non ita ex ſanguine coniunctio, l. ius agnationis, ff. de pact.

Cum Andrea tamen Siculo nõnulli pertranſiere, ſcilicet Gulielm. de Benedict. in dicto capit. Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur, 1. num. 4. verſic. Plus dicit, Hippol. de Marſil. in rubr. de fideiuſſ. num. 236. And. Alciat. in l. latæ culpæ finis, §. amicos, verſic. Aliqui in ſubſtitutione, ff. de verbor. ſignific. hanc opin. ad illam amicitiam referens quam Græci ſic explicant, νόμιστα μὲν δύο ψυχὴ δυμία. cuius multa exempla commemorat Lucianus in dialogo qui Toxaris inſcribitur, Caſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 4. §. 5. nume. 34. Camill. Borrell. in Pragm. Odia quæ inter coniunctos, §. 1. gloſ. 3. nu. 84. verſ. Hinc dicimus, Afferunt complura valdè pulcra, ſed quo ad præſentem difficultatẽ abſque omni iuris efficacia, cũ amicitię neceſſitas atque dulcedo euidẽs ſit. Vnde Tarentinus † Archita, Si cęlũ (inquit) aſcenderẽ, mundique naturã aſpicerẽ, ſine amico pulchritudinis admirationẽ futurã mihi inſuauẽ. cũque Antiſtenẽ febricitantẽ Diogenes inuiſeret, ei dixiſſet eſtãtur, Nunq̃d amico opus 3

4 eſt? vt ex M. Cicerone† amicum animi cuſtodem appellauerit And.de Iſern.in cap.1.num. 4.tit.quib.mod.feud.amitt. alibique idem Cicero in lib. de amic. Ego autem (ait) in tantum vos hortari poſſum, vt amicitiam omnibus anteponatis rebus; in epiſtolaque ad Ruffinum presbyterum Hieronymus, Amicitia vera diſſimulare non debet, cum amicus ſit alter ego. hinc Seneca libr. 6. de Benefic. Neſcis quantum ſit amicitiæ precium, ſi non intelligis te ei daturum quem diligis.amicitiamque adeo obſeruauit antiquitas, vt permagni æſtimaret in lapidibus amicitiæ nomen in fidē eius veri cultus poſteritati relinquere: & antiquæ inſcriptiones illę teſtantur,quarū vna in ædibus Colotianis,altera ad radices Quirinalis Romę extant.

. . . . . .

IIII. VIRO. VIARVM. CVRANDARVM
TRIB. MIL. LEG. V. MACED. V. VRBANO
AEDILI. PLEB. CERIAL. PRAET. LEGATO
PROVINCIAR. SICILIAE. ET. ASIAE
PROCONS. PROV. GALLIAE. NARBONENS
LEGATO. LEG. VIII. AVGVSTAE
L. VETTIVS FELIX. ET. P. NOVELLVS. ATTICVS
AMICI

SATVRNINO
FABRO
AVTOMATARIO
P. DOMITIVS
MAXIMVS
AMICO

Eſt enim amicus fidelis protectio fortis, vt Eccleſ.c.6.refertque Matth.de Affict.in conſt. Dilationis,in 13.not.nu.40.Cicero etiam lib.1. de finib. bon. & mal. Omnium, inquit, rerum quas ad beatè viuendum ſapiētia comparauit, nihil eſt maius amicitia,nihil vberius, nihil iucundius; vt interim omittā adeo multa de laudibus amicitiæ,ab eodē deſcripta d.lib.T.Pomponium Atticum qui Lelius inſcribitur,& longo ante interuallo à Theophraſto, Xenocrate Chalcedonio, Cleante in libris quoque de amicitia conſcripta. Nec ſilentio Franciſcū Piccolomineū Senenſem Philoſophum apprimè inſignē inuoluam,in eius Philoſophia,gradu 7. de Amicitia, cap. 16. vbi hac de re complura.

5 Tanta autem amicorum† hodie eſt raritas, vt inanis videatur extenſionis huius l.cum auus, ad amicū diſceptatio,ſunt veluti cygni nō candore ſed raritate; Iſidoriique de ſumm.bon.lib. 3. verba congruunt, In proſperitate iuncta eſt amicitia,neſcitur vtrum perſona an felicitas diligatur: quæ Gregor. lib.7. Moral.refert. Sed quid autoritatibus opus eſt,cum experientia id clarè euincatur? is itaque qui amicum perfectū inuenerit, maximum theſaurum acquiſiuiſſe ſciat, ſunt quidem noſtris miſerandis temporibus non amici,ſed fœtidæ crudeleſque Harpię, aut infenſi aſpides.

Ex hac amicitiæ neceſſitate ac dulcedine, vt ad magis ſpecialia progrediar,ad propoſitū in-

6 ferunt,q amicus intima† coniunctus amicitia, ſuorū appellatione continetur,gloſ.in l.2.C.in quib.cauſ.col.cenſ.lib.10.Bald.in l.1.col.11.nu. 33.verſ.Quid de ſingulari amico, C. de ijs qui accuſ.non poſſ. And.Alcia. in tract.de præſum. reg.1.præſumpt.28.nu.2.paſſimque inuenitur, diſpoſita inter coniunctos ſanguine,eadem in ſingulari amico cēſeri,per quandā coniunctorū

7 † atque amicorū æquiparatione, l. nemo dubitat,ff.de hæred.inſtit.iunct.l.ſi pater,C.eo.ti. Cyn.in l.inuitus,col.4.C.de procur.Bart. in l. exigendi.num.13.vbi Iaſ.num.4. & 5, eod.tit. Bald.in l.vt vim,nu.6.ff.de iuſt.& iur.& in cap. 1.in princ.nu.14.de prohib.feud.alien.per Fed. Alex.in l.cum alienam,vbi Iaſ.col.2. C. de leg. idem Alex.in l.ſæpè,nu.88.ff. de re iudic.& ipſe Iaſ.in l.quæ dotis,num.74.& ſeq.ff.ſol.mat. conſil.70.Conſtat ex inſtrumento, nu.4. lib.1. ac in l.Titia.col.5.in princ. ff. de verb.obligat. Felyn.in c.quoniam abbas,col.3.extr. de offic. deleg.Andr.Tiraq. in rep.l.ſi vnquam,in verb. Libertis,num.102.& in tract. de pœnis, in 21. caſu,num.1.cum ſeq.Hipp.de Marſil.in d.rub. de fideiuſſ.num.234. Stephan.Bertran.conſil. 212.Suppoſita,num.7. lib.1. Andr. Alciat.in l. latæ culpæ finis,§.amicos, verſic. Sunt autem, arctiſſimæ,ff.de verbor.ſignif. Didac. Toletan. in c.requiſitis,col.4. nu.7. verſic. Duodecimo eidem rationi,extr.de teſtam.Mant. conſ.166. Mirum.num.14.Io.Crot.conſil.3.num. 7. Car. Ruin.conſil.100.Narratur,num.1.lib.4.Franc. Mantic.in tract.de coniect.vltim.volunt.lib.8. tit.6.num.18.& lib.12.tit.4.nu.9. amici etenim plerunque diliguntur ſyncerius,d.l.nemo dubitat,§.qui frater non eſt; Vnde quemadmodum

8 coniunctus ita & amicus† abſque mandato ad agendum admittitur,Guliel. de Cun.in l.ſed & hæ,ff.de procur.Cyn.in d.l.exigēdi,Corn.conſ. 81.Primus,nu.16.lib.1. Iniuriam etiam amico il-

9 latam,tanquā† attinenti proſequi poteſt, Bal. in rep. c. ſi pater, de teſtam.in 6.& in l.vt vim, nu.6.& 7.ff.de iuſt. & iur. Sique hæreditas deferatur infanti carenti tutore,poterunt amici iu-

10 dicem adire† ac infanti facere bonorū poſſeſſionē decerni; ita q ſi infans moritur tranſmittit, quod remediū non eſt in aditione de iure ciuili, vt notabiliter dicit idem Bal.in rubr.C. qui admitt.ad bon.poſſ.nu.16.uerſic.Item ſi,Id etiam

amicitia

amicitia operatur vt legata amico ex minus ſolenni teſtamento debeantur, & ſicut in teſtamẽ
12 to inter liberos, clauſula codicillaris † ſubauditur, ita in eo in quo alicui amico relinquitur, gl. in l. in teſtamento, ff. de fideicom. liber. Bald. in l. ſi iure, verſ. Sol, ibi ſpeciale, C. de teſta. manumiſ. Matthesil. not. 41. Nota mirabilem doctrinam, in princ. Lud. Rom. conſ. 179. Ampliſſime Doctor. cum adductis per And. Tiraq. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Libertis, nu. 103. verſic. Sed illud, Guliel. de Benedict. in d. c. Raynutius, in verb. Teſtamentum 3. num. 52. Andr. Alciat. in d. l. latæ culpæ finis, §. amicos, verſic. Hinc aliqui, & Ioann. Nicol. ad eundem Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 28. num. 6.
13 Amicus inſuper † fratri comparatur, d. l. nemo dubitat, quinimo maioris æſtimatur ponderis amicitia quàm fraternitas, l. cum allegas, C. de caſtrenſ. pecul. lib. 12. quod aſſeruit Alber. in l. ſed & hæ perſonæ, num. 4. verſic. Et quia, ff. de procur. verſusque illi Cornelij Galli Eleg. 1. plurimum concinunt,

Dicere ſi fratrem, ſeu dedignaris amicum.
Dic patrem affectum nomen vtrumque tenet,

verbum etiam, volo, de præſenti prolatum, vel de futuro, vellem, licet nõ inducat diſpoſitionẽ in cõtractibus, aut in vltimis voluntatibus, iuxta communem opin. de qua per Iaſ. in l. 1. col. 2. num. 13. verſic. Item in quantum, C. de Sum. Trinit. Tamen vt idem ibi concludit, cum pro-
13 fertur † in fauorem perſonæ veriſimiliter dilectę, diſponit, per tex. in d. l. Phamphilo, §. propoſitum, de leg. 3. Guliel. de Bened. refert & ſequitur in d. c. Raynutius, §. teſtamentum 3. nu. 53. verſic. Ad hoc facit. Non immeritò igitur ſi con-
14 tra abſentem † procedatur amici ſunt vocandi, quod pleriſque viſum eſt, antequam ad ſecundi decreti interpoſitionem contra abſentẽ debitorem deueniatur, vt poſt Bart. in Auth. qui ſe mel, nu. 13. C. quom. & quan. iud. Raph. Fulg. conſ. 113. Nicolaus, nu. 2. verſ. Sed contra hoc. & alios tradit Cam. Borrell. in d. Pragm. Odia, §. 1. gl. 3. nu. 92. verſ. Propterea. Et quemadmodum conſanguineorũ præſentia, metus fraudis vel doli præſumptionem excludit, Bart. in l. fin. nu. 4. verſ. Quæ coactio, ff. ſi quis aliq. teſt. prohib. Ang. & Io. de Imol. in l. 1. §. fuit quæſitum, ff. ad Trebell. per text. in l. tranſactionem, vbi Alex. num. 2. C. de tranſact. Soc. iun. conſ. 113. Viſo teſtamento, nu. 11. lib. 3. tunc enim bona fide agi dicitur, Bart. in l. frater à fratre, num. 51. verſic. Tertio quæro, ff. de cond. indeb. & quamuis contra probari poſſit, Ioan. Cephal. conſil. 142. Magnifica D. Hieronyma, num. 53. lib. 1. tamen pleniores probationes requiruntur, glo. in d. l. tranſactionẽ. & ibi Bal. nu. 1. verſ. Et ideo & Alex. in princ. verſ. Nam propter gloſſ. in l. nõ eſt veriſimile, in verb. pręſumptioni, ff. quod met. cauſ. Natt. conſi. 162. Perſpecto inſtrumento, num. 21. lib. 1. ita pariter amicorũ præſentia
15 † operatur, vt doli fraudis ac metus pręſumptio ceſſet, Bald. in præcitata l. tranſactionẽ, in prin. verſic. Modo hæc lex, & in §. Item ſacramenta, col. 4. verſi. Item poteſt introducere, tit. de pac. iur. firm. in vſib. feud. Bart. in l. 1. num. 4. verſic. Item ſi fiat, C. de præd. decur. lib. 10. Raphael. Cuman. conſil. 74. Quia, nu. 5. Alex. de Neuo, conſil. 30. In cauſa, nu. 3. Amicitia adhuc in fe-
16 rendo teſtimonio † multum conſideratur, nam etſi amicus à teſtificando omnino repellendus non ſit vt aliqui autumant, ei tamen de fide minuitur, gloſſ. in §. cogitandum, in verb. Teſtes, in fin. Auth. de Monach. Cyn. in l. eos, vbi Pet. & Bart. in prin. verſ. Breuiter dico, C. de teſtib. Io. And. in addit. ad Specul. tit. de teſte in prin. in verb. quotiens, Flor. in l. 3. in prin. ff. eod. tit. Stephan. Aufrer. in tract. de reprob. teſt. nu. 10. vt non dici poſſit teſtis omni exceptione maior. Andr. Alciat. conſil. 2. Viſis, nu. 3. lib. 6. Alex. de Neu. conſ. 5. In cauſa, poſt num. 3. ſuppleri autem poſſe ex alijs teſtibus, tradit Corn. conſil. 131. In hac conſ. nu. 9. lib. 4. Multi ſuper hoc negocio crediderunt, ex magna amicitia teſtis fidem non ſolum diminui, ſed in totum eleuari, Specul. expreſsè in d. tit. de teſte, in princ. Fely. in c. quoties, num. 6. in 5. not. extr. eod. tit. poſt Ludouic. Roman. quem ipſe citat. Et licet Bal. in d. l. eos, in princ. contra Petrum dixerit quòd iudex debeat arbitrari amicum eſſe idoneum niſi alia ratio ſubſit quàm ſolius amicitiæ, l. ſciẽdum, ff. de vſur. nam ex Ariſtot. iſte amicus bonum appetit amico, deteſtatur ergo falſum pro eo deponere; eſſet nanque hoc malum, & nõ bonum, ut nomen amicitiæ non ſit expulſiuum à teſtimonio, ſed uirtutis ac fidei, contra Baldum tamen eſt cõmunis opi. de qua teſtatur Alber. in tract. de teſtib. nu. 22. conſentitque Alciat. in d. l. latæ culpæ finis, §. amicos, concludens magnam affectionem, ueritatẽ prorſus impedire, c. accuſatores, 3. q. 5. Quæ autem magna ſit amicitia & quę leuis ut teſtem repellat uel eius fidẽ minuat, arbitrio iudicis erit relinquẽdũ, ut Pet. & Bart. ante num. 2. cenſuerunt in d. l. eos, & Alciatus non diſcrepat. Nec omittẽdum uidetur,
17 donationem † intimo amico factam, prætextu d. l. ſi unqnam, minimè reuocari, ut uoluit Soc. ſen. conſil. 39. In quæſtione quæ uertitur, nu. 11. uerſic. Vnde ueriſimiliter, lib. 3. Id quoque amicitia operatur, quòd amicus magnus patris pu-
18 pilli non repetit expenſas factas † in ipſius pupilli lite, Bar. in l. 2. nu. 4. uerſ. Sed ſi aliàs, C. de neg. geſt. Ruin. conſ. 100. Narratur in themate, lib. 4. Addique poteſt, quòd amicus ab amico
19 caſualiter nõ ex dolo † interfectus pręſumitur, gl. in l. 1. C. de ſicar. Bal. in l. ſi. in 20. opp. nu. 19. C. de hær. inſtit. Io. de Amic. conſ. 65. In inquiſitione,

ſitione,num.11.conſil.85.eiuſdem initij,num.15.hinc Homerus Odiſſeæ lib.8. inquit,

Η" πυξ, νὺ παλι, ἤ κ᾽ ὀπροσὶν, ὔτι μεγαίρω
Πάντων Φαιήκων, πλεὼν᾽ αυτὺ Λαοδάμαντος.
Ξεῖνος ἀρὴιος ὅδ" ιεί τίς κὲ φιλέοντα μάχοιτο,

20 Item amicus inimici mei † eſt meus inimicus, l.cælicolarum, in final.verb. vbi gloſſ.Alberic. & Saly. C.de Iudæis.ſicque Diui fratres Aemilio Ruffo reſcripſerunt,in l.ſciendum, §. ſi accuſatio,ff.de legationib.multaque adducit Blanc. in tract.de indic.in verb. Conuerſatio,nu.163. Specialis etiam amicitia nominis obſcuritatem
21 † in teſtamentis declarat, Roman. in l. hæredes palam,num.5.ff. de teſtam. ita reſtringens, l.duo ſunt Titij, ff. de teſtam.tut. quẽ ſequitur Franc.Mantic.in tract.de coniect. vltim.volun. lib.4.tit.6.num.2.verſic.Porrò ſi Titius.

Prædictis tamen & alijs quampluribus quæ allegari poſſent non obſtantibus,cum eodẽ Soci-
22 cino eſt concludendum †Andreæ Siculi ſententiam de iure ſuſtineri nõ poſſe: ad Primumque reſpondetur,ex d.gloſſ.in l.2. C. in quib. cauſ. col.cenſ.lib.10.concludenter non elici, amicos ſuorum appellatione comprehendi: imò ſi rectè aduertatur communis ille loquendi vſus, quo amicus alloquendo amicum vtitur, tuus in omnibus ego ſum,me tuum eſſe agnoſco,ad gloſſæ propoſitum adductus contrariũ probat,
23 iactantiam † quandam continens,iuxta tex. in §. planè,verſic. Cæterum,Inſtit.de mili.teſtam. Alex.in l.ita ſtipulatus,num.4.vſque ad nu.10. ff.de verb.oblig.cũ adductis per Hipp.de Marſil.not.57.Nõ præſumitur. Quicquid ſit in verbis iactatorijs fauore libertatis quæ diſponunt, Ang.Aretin.in §.apud Catonem, nu.2. Inſtit. de adopt. Sed eſto id inde deduci,nunquam dicetur ſuus ſucceſſor ſanguinis,ad not.in l.ſi fœmina,C.ad Turpill.Nec quicquã facit allegata æquiparatio amicitiæ ſanguinis coniunctioni, cum teſte Alber.de Roſate in d.l.ſed & hæ,nu.3. iam deciſum firmumque ſit, amicitiæ cauſa
24 † ſucceſſiones non deferri, l.affinitatis,C.commun.de ſucceſſ.l.nemini,C.de epiſc.aud. Non obſtat glo.in d.l.in teſtamento,ff. de fideicom.
25 libert. reſtringitur nanque † ad relicta libertatis,vel pietatem continentia, vt ſe ipſum declarat Bald.in d.l.ſi iure,verſic.Non tamen, C. de teſtamen. manumiſſ. aduertitque Gulielm. de Benedict. in d.c.Raynutius,in verb. teſtamentum 3.num.52. verſic. Tamen ibi. & quamuis Stephan.Bertran.d.conſil.212. Suppoſita,nu.16.lib.1.latiushoc intelligat citans Romanum d.conſil.179.col.pen.tamen Roman. ibi,verſic. Ad quod dicendum Baldo acquieſcit in præallegato loco, etſi cũ Bertrando plures ſentiant, quos conſulto prætereo.

Non reſiſtit Alberici aſſertio, vt amicitia fraternitati anteponatur,dicta enim l.cum allegas non probat id ad quod inducitur,cum illud ibi fraternæ affectioni ex peregrinationis labore, commilitij ſociatu, munerumque obeundorũ conſortio additum,non ſolum fraternitati non præferatur,ſed nec quidem ei comparetur, additur tamen ex conſuetudine aliquid naturali vinculo vt veluti acceſſio poſtmodũ conſideretur, quæ impropriè dici quodãmodo acceſſio poteſt, cum ex iam facto periculo fraterni amoris, reciprocæ potius affectionis excitatio ſeu ſanguinis commotio videatur.

Submouetur verbum volo, ad diſpoſitionẽ ex ardore amoris tractum, cum non amicitiæ
26 tantum cauſa † in d.§. propoſitum, id diſponatur,alia quidem concurrebant amicorũ ſcilicet conuocatio ad illum finem, proindeque animi deliberatio ad diſponendũ apparebat,vt Bart. ponderat in l.gerit,col.4.verſic. Quæro quid ſi cõuocatis,nu.13.ff.de acq.hæred. Secundò,nã ille ibi erat miles in mortisque articulo conſtitutus,quod tex.iuncta gl.in verb.cõtubernarij, indicat. Tertiò, verborũ geminatio quæ plurimum operatur,enixamque voluntatẽ oſtendit, vulg.l. Baliſta,ff.ad Trebell. Bart. in l. cum ſcimus in fin.C.de agric.& cenſit. lib.11. Quartò quia poſt relationem verborum de quibus ibi, fuerant prolata illa in teſtationem à Caio Scio reducta, interrogatione teſtatori facta num eadẽ dixiſſet,huiuſmodique eius reſponſione inſerta *ναι*,aut,*μάλιστα*,vt in Pandectis Floren. habetur.Quintò, nã diſpoſitio ibi erga contubernalẽ veriſimiliter dilectũ fiebat.Sextò cum liberis cognatisque careret,his omnibus ſimul poſitis reſpondet Scęuola,dubitandũ non eſſe quin fideicõmiſſum valeret;non itaque ſolus amoris ardor tantæ ibi potentiæ cenſendus eſt.

Nequaquam expedit Socini ſenioris conſilium in medium afferre,ad ceſſationẽ d.l. ſi vnquã ſi in amicũ donatio conferatur; contrariũ
27 etenim †verius eſt,vt Bal.ibi in caſus poſitione ſentire videtur,dũ ita caſum format,Patronus, inquit habebat libertum quem valde diligebat. hocque confirmat quod tradidere Gulielm.de Cun. Bald.circa fin.verſ. Et eſt iſte noſter,§.& Ang.in l.tale pactum,§.ſi.ff.de pact. quòd qui donat fratri aut alteri coniunctæ perſonæ, cum non habet liberos, ſuſceptis poſtea liberis donatio reuocatur: de quo ille text. eſt egregius de fratre loquens, porrò nulla amicitia tam felix optimaque eſſe poteſt quæ fraternitatẽ imitetur, Quinctiliano auctore: Socinus etiam d. conſil.39.In quæſtione quæ vertitur, num.11. lib.3.non dicit ſolam amicitiam ſufficere ad tollendam pręſumptionem diſpoſitionemque d.l. ſi vnquam. ſique aſſereret,vt Andr.Tiraq. ibi, num.106.in verb. Libertis, admonuit, à iuris cenſura alienum eſſet,omnia nanque de æquanda aut præponenda amicitia conſanguinitati

tradita,

tradita, intelliguntur in ijs tantum quæ nihil ad naturam pertinent: at naturæ ſimul & parentũ votum filios ad ipſorum bona admittit, & ideo in d.l.ſi vnquam, liberi amicis ſunt præterendi. Non tamen inficior, quòd ſi cum amicitia alia quoque cõcurrerent, ex quibus veriſimilitudo elici poſſet arbitrio boni viri donaturum fuiſſe qui donauit, etiã ſi de futuris liberis cogitaſſet, vt in caſu ſuper quo reſpondit Socin. ceſſaret tunc vtique diſpoſitio d. l. ſi vnquam, hocque Tiraquell. ibidem fatetur, nu. 107. verſ. Quòd ſi cum magna.

Obiectio demum admiſſionis amicorum ſine mandato, tollitur ex Alber. in d. l. ſed & hæ, num. 3. & 4. cum eadem lex loquatur ſolum de perſonis coniunctis, & conſanguinitas à natura proueniat, amicitia verò ab euentu & ex accidenti: ideoque natura potius attendi debet, l. qui habent, §. 1. ff. de tutel. & cum Alberic. ſentiunt Rayner. de Forliu. in d. Lexigendi. vbi Raphael Fulgoſ. & Alexand. cum alijs relatis per eundem in l. ſæpè, nume. 88. ff. de re. iudicat. & per Iaſon. in d. l. exigendi. & ſicut primus hanc opinio. ſequitur, ita ſecundus aliam, ideſt Cunei & Cyni, ſed hæc poſterior communiter eſt recepta, vt teſtatur integerrimus Iuriſconſ. D. Franciſcus Viuius in eius Siluis communium opinionum feliciter digeſtis, opinio. 48. Amicus non poteſt agere, num. primo, allegat tex. in l. tutori, C. de negot. geſt. ad idemque facit l. 1. C. ſi per vim vel al. mod. vbi ſpeciale eſt odio ſpoliantis, vt contra eum amicus ſine mandato pro amico admittatur. ac etiam text. in c. cum M. Ferrarienſis, cum gloſſ. de conſt. vbi canonicus non poteſt ſine mandato agere pro canonico, inter quos tamen amicitia præſumitur, c. cum. R. canonic. de offic. delegat. & eandem ſententiam comprobauit Car. Ruin. conſ. 100. Narratur in themate, nu. 1. lib. 4. Quam Viuius declarat, in dicta opin. 48. nu. 2. poſt Andr. Tiraq. vt per eum; nec omiſerim, quòd licet Cyn. & Gulielm. de Cun. (vt dicebam) diuerſum ſenſerint, concludunt tamen ipſorum opin. de facto non ſeruari: vt refert Alberic. in d. l. ſed & hæ, ante num. 5. maximè quia difficile eſſet probare amicitiam de qua loquitur d. l. latæ culpæ
28 finis, §. amicos. Et ſat eſt amico † in aliquibus ſubueniri, d. l. tutori, Corn. conſ. 255. Præſens, num. 2. conſil. 295. Videtur, num. 7. lib. 1. conſil. 93. Primo aſpectu, num. 27. lib. 2. Io. Ceph. conſil. 23. Feudum, num. 95. conſil. 77. Cum in hac cauſa, num. 49. lib. 1.

29 Remanet igitur firma † atque conſtans Socini opin. hac in l. cum auus, vt eius diſpoſitio nõ procedat in amico magna amicitia ſiue maxima coniuncto, cum quo pertrãſeunt Iaſ. in l. Titia, col. 6. in fin. nu. 15. verſ. Sed caue, ff. de verb. oblig. & in d. l. exigendi, nu. 16. Si rectè aduertatur, C. de procur. And. Tiraq. in d. l. ſi vnquam, in verb. Libertis, nu. 105. verſic. Id quod etiam, C. de reuoc. donat. Anton. Gabriel. lib. 4. de fideicom. cap. 2. num. 55. verſic. Amplia hoc procedere, Emanuel Coſta, de communi opin. atteſtãs, in rep. c. ſi pater, in 2. par. in verb. Si abſque liberis, num. 7. de teſtam. in 6. Franc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. volun. lib. 10. tit. 2. num. 22. in fin. verſic. Sed hanc opinionem Relator Pintiani Prætorij Matienco in Dialog. relatoris & Aduocati, in 3. part. cap. 18. num. 2. & Anton. de Padill. in d. l. cum acutiſſimi, num. 27. & in effectu non minus communis eſt quam vera & rationabilis. Hanc tamen (vt dicebam) aker
30 cationem noſtro ſæculo inanẽ† ferè videri Andreas Alciatus Iuriſconſ. eruditiſſimus ac elegans cenſuit: priſca enim illa amicitiæ ſyncera atque veritas quæ inter viros bonos honeſtè vigere ſolebat, cum Heſiodi Erigone ad ſuperos receſſit, & ſi vſquam gentium reperiatur, vſque adeo rara eſt, vt cuiuſdã prodigij loco ſit.

HYPOTHESIS.

Quid in vxore ſit dicendum, an ſcilicet illa inſtituta deque reſtituendo granata hæc l. cum auus, locum habeat, & non eſſe illi locum concludi: hocque verum eſſe etiam ſi filio vxor ſubſtituatur: vbi de fiduciario hærede, ac de fiduciarijs diſpoſitionibus nonnihil dicitur: Deque venditione filiorum ter patri conceſſa ac de coniugali amore: Quibusque modis vxor antiquitus haberetur quædam valdè præclara.

SVMMARIVM.

1 *Vxore inſtituta deque reſtituendo granata, l. cum auus, conditionem non ſubintelligi.*
2 *Vxore fiduciaria hærede inſtituta, prædictam conditionem procedere.*
3 *Fiduciarium patrem ex iure ciuili cognitũ fuiſſe.*
4 *Filiũ ter vẽdere antiqua lege Romanorũ licuiſſe.*
5 *Filiam ſemel tantum vendere antiquis licuiſſe: & propterea in eius emancipatione vnam tantum venditionem admiſiſſe.*
6 *Duodecim Tabul. libellum, ex Solonis legibus magna ex parte extitiſſe compoſitum.*
7 *Bonorum poſſeſſionis vnde decem perſonæ introductionem afferri.*
8 *Emancipationis ſolennitatibus ſublatis, apud competentem iudicem, etiam ſine prætoris auxilio recta via filium emancipare licere.*
9 *Fiduciarij tutoris ex Andrea Alciato originem afferri.*
10 *Fiduciariam poſſeſſionem quaſi depoſitariam ex Budæo declarari.*

11 *Fiduciariam operam, C. Ceſaris auctoritate deſinuiri.*
12 *Fiducia iudicia explicari: ipſaque infamiam irrogare, & num.13.*
14 *Fiduciariam hæreditatem fideicommiſſariam eſſe.*
15 *Fideicommiſſa antiquitus pudore tantum hæredum viguiſſe.*
16 *Fiduciarium hæredem à Iaboleno Iuriſconſ. enunciari.*
17 *Fiduciarium hæredem fructus etiam bona fide perceptos reſtituere.*
18 *Fiduciarium hæredem S.Conſulti beneficio quo ad Trebellianicæ detractionem non uti.*
19 *L.qui filium, §.Sabinus, ff.ad Trebell. ex Curtio interpretari.*
20 *Vxore filio ſubſtituta, conditionem ex l.cum auus, adhuc ſubintelligi, & nu.32.*
21 *Coniugalem amorem maximum eſſe Hectoris, & Andromachæ apud Homerum verbis, comprobari.*
22 *Donationem inter virum & vxorem ne mutuo amore ſe ſpolient prohibitam eſſe.*
23 *Donationem inter coniuges adeo vetitam cenſeri vt nec ſocer nurui donare poſſit.*
24 *Vbi tu Caius ego Caia, antiquos ſponſam introducentes dicere conſueuiſſe.*
25 *Caiam mulierem uni ex Tarquinij liberis collocatam fuiſſe.*
26 *Furti actionem inter coniuges ceſſare, rerumque amotarum iudicio agi.*
27 *Vxorem tribus modis antiquitus fuiſſe habitam.*
28 *Matrem familias coemptione veteres appellaſſe.*
29 *Matrimonij per coemptionem ſolennia ex Varrone & Nonio Marcello afferri.*
30 *Tiberium Gracchum vxoris ſalutem proprie prætuliſſe.*
31 *Vxorem non magis filijs à teſtatore diligi.*
33 *Liberorum procreandorum cauſa vt diuturnitatem in annum relinquamus, parentes ſuapte natura vxores ducere.*
34 *Vxorem maritumque ab inteſtato inuicem antiquo iure ſuccedere: parentum, liberorum, ſeu propinquorum omni legitima vel naturali ſucceſſione deficiente, fiſco excluſo.*
35 *Sp.Carbilium primum Romanorum omnium, vxorem repudiaſſe.*

CAP. VIII.

TErtio loco Socinus inferebat, iurium prædictorum conditionem vxore inſtituta deque reſtituendo grauata † conquieſcere, 1 ſi deinde communibus relictis filijs ipſam decedere contingat, ex Baldi ſententia, in conſil. incip. Cola Pucij de Spello, qua enim ratione extraneum inſtituendo prætulit, ſubſtituendo etiam prætuliſſe videtur, l. Publius, eod.tit. Baldumque ſequuntur, Io.Bapt. Caccialup.de S.Seuerino, in d.l.generaliter, §. cum autem, And.Barbat.in d.l.cum acutiſſimi, Anton.Gabriel.lib.4.de fideicommiſ. concl.2. limit.15.num.63.Carol.Ruin.conſil.3. De pluribus quæritur, num.13. dicens omnes in præcitatis iuribus ita tenere, lib.2. Io.Cepha. conſil. 576. Reuerendus Dominus, nu.22.verſic. Nec in vxore, lib.4. Didac.Couarr. Pract. Quæſtionum cap.38.poſt num.11.Rimina. iun. conſil. 252. Magnificus Dominus Ludouicus, nume. 74.& 75.lib.3. Et pro hac concluſione videtur eſſe tex.in l.qui filium, §.Sabinus, ff.ad Trebel. Vnde Socinus eliciebat, quòd cum Baldus primum argumentetur dictam conditionem poſteritatis fauore ſubintelligi, & ne extraneũ teſtator videatur filijs prætuliſſe d.l.cum acutiſſimi. contrarium tamen ex dicta ratione decidat, illud inferri, quòd ſi vxor non fuiſſet inſtituta vt 2 præferretur, ſed tanquam fiduciaria † hæres, deberet conditio ſubintelligi: ceſſat enim tunc ratio deciſionis Baldi, aliaque eiuſdem in contrarium allegata ratio ſubſiſtit ac militat. Nam quemadmodum fiduciarium patrem ius ciuile 3 cognouit, qui is dicebatur † cui filium pater naturalis imaginaria venditione mancipabat, vt deinde eũ manumitteret ad hunc fermè modum vt Tit.Caius lib.Inſtit.1. tit. Quibus modis filij exeunt de poteſtate patris, §. emancipatio, refert, Filius (inquit) maſculus tribus mancipationibus de poteſtate patris exit, & ſui iuris efficitur: Emancipatio autem hoc eſt manus traditio, quædam ſimilitudo venditionis eſt, quia & in emancipationibus præter illũ, hoc eſt certum patrem, alius pater adhibetur qui fiduciarius nominatur: Ergo naturalis iſte pater filium ſuum fiduciario patri mancipat, hoc eſt manu tradit: à quo fiduciario patre naturalis pater vnum aut duos numos quaſi in ſimilitudinem pretij accipit, & iterum eum acceptis numis fiduciario patri tradit. Hoc ſecundo & tertio fit, cum fiduciario patri mancipat, ac tradit, & ſic de patris poteſtate exit: atque id ſolitum olim fieri dicit apud præſidem, nunc autem inquit ante curiam quinque teſtibus Romanis præſentibus & pro eo qui libripens appellatur, & qui anteſtatus, alij duo vt ſeptem teſtium numerus impleatur, de quo Andr. Alciat. in l. pupillus, in princip. verſic. Eſt enim emancipatio, ff. de verb. ſignific. & Ioan. Coraſ. lib. Miſcell. 6. cap. 9. num. 6. idem ferè ex eodem Caio ſcribunt. Iſtud autem trinæ venditionis ſolenne inductum propterea videtur, quòd antiqua lege Romanorum ter filium ven 4 dere † licebat, quare ne ſemel tantum aut iterũ emancipatus filius in poteſtatẽ patris revocari poſſet

poſſet quaſi non omnino abalienatus ter eman cipabatur,vt hoc ius quod pater habebat ter,filios vendendi radicitus extirparetur, iam enim erat filius eius patris qui eum ea lege emerat vt eum manumitteret, vnde fiduciarius appellatus. Sed cum lex xij.tabularum manumiſſi hæreditatem ad manumiſſorem deferret, inſtitutum eſt, vt hic fiduciarius non manumitteret, ſed eum patri naturali remãciparet in eam cauſam,vt ſubdit Caius, Poſt tertiam iſtam manu miſſionem (inquit) hoc agere debet naturalis pater,vt ei à fiduciario patre mãcipetur,& à naturali patre manumittatur, vt ſi filius ille mortuus fuerit,ei in hæreditate naturalis pater non fiduciarius ſuccedat. In filiabus autem emancipandis aut nepotibus vnam venditionem † requiri,credidit Franciſc. Connanus lib.commẽtariorum iuris ciuilis,2.cap.14.numer. 5. quòd nec olim eos niſi ſemel licebat vendere,vt illam Romanorum legem de filijs ter vendendis, exiſtimet in iſtis locum non inueniſſe,motus Plutarchi autoritate, qui dicit Solonem prohibuiſſe filias aut ſorores vendere, niſi quæ ſtupro ſe polluiſſent,cum filios & filias antea liceret. At ex Solonis legibus magna ex parte † compoſitus eſt xij. tabul.libellus,à quibus hoc Romani videntur accepiſſe,vt quas olim ter, ſemel tantum liceret patri filias vendere. Idcirco in earũ emancipationibus non fuit plus vna venditione opus,ſic enim ait Caius,filiq; vel nepotes maſculi ex filio vna emancipatione de patris, vel aui exeunt poteſtate,& ſui iuris efficiuntur. Et hi ipſi quamuis vna emancipatione de patris, vel aui poteſtate exeant,niſi à patre remancipati fuerint, & à naturali patre manumiſſi, ſuccedere eis naturalis pater non poteſt,ſed fiduciarius à quo manumiſſi ſunt. Illaque in nepotibus ratio conijci poteſt, quòd ſimiliter auis nõ fuerit id iuris, vt plus quam ſemel eos venderent: Nec enim tantum eſt inter auum & nepotem amicitiæ charitatis & iuris, quantum inter patrem & filium: ideoque legibus Romanis filiam in adulterio deprehenſam pater occidere potuit,auus non potuit. Neque vero ambigitur plus nos ei debere à quo vitam accepimus, quam ei qui auctoris noſtri auctor eſt, ille quidem prima cauſa hic proxima, & quo propinquior coniunctiorque eo charior. Totius huius emancipationis vna cautio fuit,vt pater naturalis ab eo cui ſimulatè filium vendebat acciperet fiduciam eam quam dixi, ne ſi hic quem emiſſet filiũ ipſe manumitteret ſpem ad ſe traheret illius ſucceſſionis. Prætor autem iniquum exiſtimans manumiſſorem patri naturali præferri, niſi is à fiduciario filium tanquam ſeruũ redemiſſet,& ipſe manumiſiſſet, aut fiduciario patri vendendo hoc ius ſuccedendi ſpecialiter reſeruaſſet, quod contracta fiducia emancipare dixerunt, decem perſonas quas Iuſtinianus commemorat in ſucceſſione inteſtati extraneo manumiſſori præferri voluit, dans ei bonorum poſſeſſionem ex eorum numero qui petere poterant, Vnde decem † perſonæ appellatam, §. ſunt autem,& §. quæ autem, vbi Theophil. de bon.poſſ. Ampliusque nouiſſima Iuſtiniani lege ſublatis priſcis, & vanis illis in emancipandis liberis vẽditionum fiduciarijque patris imaginibus, ſancitum eſt apud competentem † iudicem licere patri naturali recta via filium ſuũ emancipare, perindeque ad bona liberorum ſuorum ius habere abſque prætoris etiam auxilio, ac ſi contracta fiducia ſecundum veterem formulam ſibi proſpexiſſent,l.fi.C.de emãcip. lib. §. fin. de legitim. agna. ſucceſſ. Vnde cum iſte non verus patronus,& manumiſſor eſſet,vt qui imaginario contractu emancipationis cauſa emiſſet, talis emancipati ſi impubes eſſet nõ legitimus tutor,ſed fiduciarius † dicebatur,idẽque poſt eius mortem in ſuis filijs, vt emancipati fratris vel filij fiduciariam tutelam gerant, hæcque prima eſt huius tutelæ origo. Verum cum deinde hæc ſolennitas fiduciarij patris (vt præmiſſum eſt) exolcuerit, ſimplexq; emancipandi modus placuerit, ſeruauit tamen tutela fiduciaria nomen quoties frater vel pater impuberis à patre vel auo emancipati poſt eius mortem tutelam ſuſcipit, vt Alciat. lib. Parergon iuris,3. cap. 26. quod vltimum illius libri eſt accuratè nimis explicat. Sic etiam fiduciariam poſſeſſionem ueluti depoſitariam † eam eſſe dixit magnus Gulielmus Budæus per omnia conſumatiſſimus, & qui antiquitatem cum nouitate miris ac mirandis modis ubique contulit atque coniunxit in l. 2. ff. de orig. iur. quã ſub manu regia Galli poſſidere uocant, quaſi fide data acceptam: unde Liu.2.de bell.Macedon.de Corintho loquẽs quam Philippus Nabidi tyranno ea lege dederat, ut ſi victor ex bello redijſſet Nabis ei reſtitueret,inquit, Nabidi eam Tyranno uelut fiduciariam dare optimũ uiſum,ut victori ſibi reſtitueret: ſi quid aduerſi accidiſſet,ut ipſe haberet,ubi ipſe Budæus fiduciariq; operæ etiam meminit,poſt Cæſarem † libro 2.de bell.ciuil. Neque ſe ignorare ait,quid ſit officium legati qui fiduciariam operam obtineret,legatum pro uicario id eſt locum tenente ut uulgi uerbo utar intelligẽdum,quem propterea fiduciariam operam obtinere dixit,quia redeunte Imperatore aut Conſule cedere eum oportet. Itaque iudicia fiduciæ † eſſe dicuntur ea quę de mandato fiunt,& depoſito ac damnato infamiæ notam irrogant,ut & ea quæ ſunt ſocietatis & tutelæ,Cicero pro Roſcio Comędo, Si qua enim ſunt priuata iudicia maximę exiſtimationis & penè dicã capitis, tria hæc ſunt, fiduciæ,tutelæ,ſocietatis, æque enim perfidioſum &

5 7 8 9 10 11 12

ſum & nefarium eſt fidem frangere, quæ continet vitam humanam,& pupillum fraudare qui in tutelam peruenit: & ſocium fallere qui ſe in negocio coniunxit. Fiducię nomine mandatum & depoſitum notauit, quòd in ijs præcipuè de rebus noſtris fidei concedimus alienæ, nam vt plurimum non mandat quiſquam niſi amico, neque rem ſuam deponit, niſi apud eum quem fidelem putat, quare idem Tullius pro Aulo Cecinna fiduciæ nomen ſoli depoſito tribuit, Qui per tutelam inquit,aut ſocietatem aut rem mandatam, aut fiduciæ ratione fraudauit quę-
13 piam. Et quòd damnatis † ex his iudicijs infamia irrogetur, tradit etiam Iulianus Iuriſconſ. in l.1.§.pro ſocio,ff.de his qui not.infam. Fidu
14 ciariam pariter hæreditatem † Vlpianus illam eſſe voluit in l.certi condictio,§.1.ff.ſi cert.pet. quæ fidei hæredum committitur,& quaſi cuſtodienda traditur ad tempus,vt eam poſtea alij reſtituant,quæ communiter vt Franciſ.Connan. lib.7.commentar.iur. ciuil.cap.4. ante num.2. ſcribit, à Iuriſconſultis fideicommiſſaria vocatur. Licetque ante Diui Auguſti tempora nul-
15 lo iuris vinculo,ſed pudore† tantum hæredum rogatorum continerentur,§.1.de fideicom. hæredit. illa tamen cum poſteritas fefellerit in obligationem ſunt innexa, quemadmodum Vdalric.Zaſ.in d.l.2.in princ.in verb.latas, fol.386. de orig.iur.ſcribit. Ita denique fiduciarium hæ
16 redem † à Iaboleno lib. xj. Epiſtol. in l. Seius Saturninus, ff. ad Trebell. indicari clarum eſt, de quo meminere Budæus, in annot. ad Pandect.in d.l.2.verſic. Inde fiduciarius hæres,fol. 92.Andr.Tiraquell.de retract. conuent.in præfat.num.39.& Io.Coraſ.d.lib.6.cap.9. nu.4.ac alij complures, hicque hæres reſtituere iuſſus qui non tam ſui quam fideicõmiſſariorum contemplatione inſtitutus proponebatur,l.3.§.cũ Pollidius,ff. de vſur. vt non merito fiduciarius fuerit à Iaboleno in citato loco appellatus, eadem fiducia vel bona fide fructus etiam perce-
17 ptos † reſtituere tenetur, vt Papinianus in eodem §.cum Pollidius, aduertit, & Alex. in d.l. Seius Saturninus,col.2.in fin. verſic. Vnde videmus,Franciſc.Rip. in l.in fideicommiſſariã, in princ.in 3.decl. 1.regulæ, num. 7.& Hieronym.Zanch.in l.hæredes mei, §. cum ita,d. tit. ad Trebell.tradidere. Nec beneficium Senatus
18 conſulti habet † quo ad Trebellianicæ detractionem,Bald.in l.poſt mortem,num.7.verſic. Vnum eſt valde, poſt Cynum ibi in addit. C. de fideicom.& in l.iubemus,num.13. & 14.verſic.Secus ſi vt legitimus, C. ad Trebell. vbi generaliter vult, inſtitutum ad alterius vtilitatem Trebellianicam detrahere nequaquam poſſe, ex text.in d.§.cum Pollidius, Alex. in d.l.in fideicommiſſariam,§.ſi legatum,ante fin.verſic. Ex quo Baldus,vbi Rip.num,8.poſt Gloſ.fina lem quam ad hoc ſingularem reputant, idemq. Rip.ibi,ad tempora iuris nouiſſimi quo poteſt detractio Trebellianicæ prohiberi, iuxt. auth. ſed cum teſtator,C.ad l.Falcid.ipſam reſtringere videtur,vt per eum; Et licet Soc.iun.contrarium tenuerit,illi tamen Aym.Crauett. reſpondet in l.cum filiofamilias,in 3.par. nu. 32.cum ſeq.cui arridet Zanch.in d.§. cum ita, num.97. verſi.Et propterea non detrahit, quod ſibi etiã voluit Alex.in d.l. Seius Saturninus, col. 2.in fi.verſ.Nec quartam Trebellianicam.

Socinus autem (vt ad rem redeam) fiduciariam hanc illationem impugnare non deſinit, per text.in d.§.Sabinus, vbi vxor Iulia Valeriana fuerat ſub fiducia hæres inſtituta, & tamen dicta conditio non intelligitur. Sed vt opponit ſic diſſoluere oppoſitionem molitur, Quòd ibi qua ratione filio ad vigeſimum annum nõ perueniente teſtator voluit ſubſtitutum in filij præiudicium admitti,ita & liberorum ſuorum: cogitandumque relinquit;ſubdens col.29.huiuſmodi rationem ab Ang.in d.§. cum autem, afferri,ipſamque recenſere ac ſequi Io.Bap. Cacialupum de S.Seuerino ſuum præceptorem.

Hic tamen Socini aut aliorum prędictorum intellectus illi textui congruere minime vide-
19 tur, cum ex intentione Curtij iunioris † conſiderandum ſit,in eodem §.Sabinus, exhæredationem filiorum mala intentione, aut in filiorũ iniuriam factam non fuiſſe, ſed ab ipſorum cõmodum prouiſionemque,iuxt.l.multi non notæ,ff.de liber.& poſthum. & d.l.in fideicommiſſi,§.cum Pollidius,ff.de vſur. erãt enim filij ibi exhæredati, eorumque mater inſtituta, & filio cum ad annum vigeſimum perueniſſet,reſtituere grauata: ſique prius moreretur,filiæ reſtituere, adeo quòd liquido patet totam diſpoſitionem filiorum fauore conceptam fuiſſe,tãquam autumaſſet teſtator matrem filiorum bona vſque ad illam ætatem diligenter fore geſturam, poſt vero reſtitutionem diſpoſituram, vt meritò lex hãc diſpoſitionem comprobet, indeque obueniat matri reſtituenti Trebellianicæ detractionem prohiberi,vt per Iaſ.in l.poſt mortem, col.3.C.de fideicom. Conſtabatque teſtatorẽ, filium magis quam filiam diligere,ex fideicommiſſi vniuerſalis in filium,ſed in filiam particularis deſtinatione, & tamen quia grauamen filio non directè impoſitum fuerat,verum matri poſt eius filij mortem, in perſona filij conditio illa ſi ſine filijs deceſſerit non intelligitur,vt nullatenus inter d.§.Sabinus, & harum legum diſpoſitionem poſſit ex Socini ratione diſcrimen interponi; cum autem de huiuſmodi textus ratione prolixius ſit inferius diſceptandum, proinde nunc vlterius non progrediar.

20 Quod ſupra traditum eſt,non minus† vxore teſtatoris ipſi filio ſubſtituta procedit, ſi enim

liberos

Digitiz oogle

liberos filius ſuſceperit, ex veriſimili voluntate menteque locus ſubſtitutioni eſſe non debet, nam licet erga vxorem amor ardens videatur, vt apud Homerum Iliad. lib. 6. magnanimus ac bellicoſus Hector ſuam Andromachē pulchrā filiā magnanimi Ētionis qui habitabat in Hypoplaco Siluoſa in Thebe ſub monte Placio,
21 ſic alloquutus † oſtendit.

Ἀλλ' ἐμοὶ Τρώων πάντων μέλει ἄλγος ὀπίσσω,
Οὔτ' αὖτῆς Ἑκάβης, ὔτε Πριάμοιο ἄνακτος,
Οὔτ' ἀδελφεοῦ τοῦ, οἵ κεν πολέες τε καὶ ἐσθλοὶ
Ἐν κονίῃσι πέσοιεν ὑπ' ἀνδράσι δηϊοτῆτας,
Ὅσσον σεῖο, ὅτε κέν τις Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων
Δακρυόεσσαν ἄγῃ σε, μιῆς ἤμαρ ἀπούρας.
Καί κεν ἐν Ἄργει ἐοῦσα, πρὸς ἄλλης ἰστὸν ὑφαίνοις
Καί κεν ὕδωρ φορέοις Μεσσηΐδος ἢ Ὑπερείης,
Πόλλ' ἀεκαζομένη κρατερὴ δ' ἐπιέσσετ' ἀνάγκη.
Καί ποτέ τις εἴπῃσιν ἰδὼν κατὰ δάκρυ χέουσαν,
Ἕκτορος ἥδε γυνή ὃς ἀριστεύεσκε μάχεσθαι
Τρώων ἱπποδάμων, ὅτε Ἴλιον ἀμφεμάχοντο.
Ὥς ποτέ τις ἐρέεινε δ' αὖ νίον ἠϊθέοντα
Χήτεϊ τοῦδ' ἀνδρὸς ἀμυκτὸν δούλιον ἦμαρ.
Ἀλλά μι τεθνειῶτι χυτὴ κατὰ γαῖα καλύπτοι,
Πρίν γ' ἔτι σῆς † βοῆς σῶθ' ἑκηβολίοιο πυθέσθαι.

Eiuſdemque Andromachæ verbis, apud eundem Homerum ibi, cōmodè hoc conijci poteſt.

Ἕκτορ, ἀτὰρ σύ μοι ἐσσὶ πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ,
Ἠδὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης
Ἀλλ' ἄγιτε οἰκτῖρον, καὶ αὐτοῦ μίμν' ἐπὶ πύργῳ,
Μὴ παῖδ' ὀρφανικὸν θῇς χήρῃσι γυναῖκα.

Rurſus Homerus ſic de Hectore ſcribens,

Ὣς εἰπὼν, ἀλόχοιο φίλης ἐς χεῖρα ἴθυνε
Παῖδ' ἑὸν· ἡ δ' ἄρα μιν κηώδεϊ δέξατο κόλπῳ,
Δακρυόεν γελάσασα, ποσὶ δ' ἐλέαιρε γυναῖκα,
Χειρί τέ μιν χαρίζετο, ἔπος τ' ἔφατ', ἐκ τ' ὀνόμαζε,

Huc pertinet donādi inter virum & vxorem illa prohibitionis ratio ne mutuo viuaci amore
22 † & tam honeſto coniuges ſe inuicem ſpoliarent donationibus non temperantes, ſed profuſa erga ſe felicitate abutentes, l. 1. & infra, ff. de donat. int. virum & vx. veteres enim honeſtum amorem ſolis animis æſtimarunt, vt Antoninus Auguſtus in eius oratione aſſerebat: vtque Plutarchus tradidit, viliſſimum beneuolentiæ ſignum donatio eſt, dant nanque & alieni, & qui non amant, idcirco è matrimonijs hoc donandi lenocinium ſuſtulerunt, vt nō mercenarium ſed gratuitum ſit hoc totum amare & redama-
23 ri; Quod adeo vetitum fuit, vt nec ſocer † nurui donare poſſet, l. 3. §. in eiuſdem, l. cum hic ſtatus, §. omnis, d. tit. Oldr. conſ. 245. Quidam pater familias, col. 2. num. 1. Hinc illud antiquitas ſtatuit, vt ſponſam introducentes iuberent di-
24 cere † vbi tu Caius ego Caia, quaſi depaciſcerētur, vt omnia communia eſſent & pariter imperarent, nec enim aliud his verbis indicabant niſi vbi tu dominus ac domus compos, ſic ego domus domina atque hera: his autem verbis & alijs vtebantur communibus, quemadmodum Iuriſconſulti, C. Scium, Lucium, Titium vſurpare ſolent, & Philoſophi Dionem, Theonem, vel magis vt idem Plutarchus refert, propter
25 Caiam honeſtam ſanè mulierem † ac bonam vni ex Tarquinij liberis collocatam, cuius in Sanctæ templo ſtatua ex ære poſita eſt, inerant (inquit) iampridem & ſandalia & colus pudicitiæ & induſtriæ ſuæ certa monumenta. Proindeque furti inter coniuges actionem ceſſare re-
26 rumque amotarum † iudicio agi Claudius Ptolæmeus Senenſis vir doctiſſimus ac eloquentiſſimus Ioanni baptiſtæ Grimaldo ſcribens arbitratur; Quod quidem antiquorum inſtitutum ad matrimonia tantum quę coemptione fiebāt referre abſurdum non erit, vt ex verbis illis Ciceronis in oratione pro Murena deduci poteſt, dum Iuriſconſultos ridet, Quia in alicuius, inquit, libris exempli cauſa id nomen inuenerūt, putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerēt Caias vocari; Tribus enim modis vxor
27 † antiquitus habebatur vſu, farre, coemptione: ſed confarreatio ſolis Pōtificibus conueniebat: Quæ autem in manum per coemptionem con-
28 uenerant hæ matresfamilias † vocabantur: quæ vero vſu, vel farre minime. Coemptio vero certis ſolemnitatibus peragebatur, & ſeſe in coemendo inuicem interrogabant, an vir paterfamilias eſſe vellet, ille reſpondebat velle: itaque mulier viri conueniebat in manum, & vocabatur hæ nuptiæ per coemptionem, & erat mulier materfamilias viro loco filiæ, quam ſolennitatem in ſuis inſtitutis Vlpianum exponere tradit Boetius in Ciceronis Topica comment. 2. cui Georgius Valla, Bartholomeus Latomus, & Ioannes Viſorius ibi aſſentiuntur: eadem de re ſic Arnobius lib. aduerſus gentes, 4. Vxores, ait, Dij habent, atque in coniugalia fœdera veniunt conditionibus ante quæſitis? vſu, farre, coemptione, genialis lectuli ſacramenta condu cunt? hunc quoque morem coemptionis per quem matresfamilias dicebantur tetigit Cicero in Topicis cum ſcribit, Si ita Fabiæ pecunia legata eſt à viro ſi ea vxor materfamilias eſſet, ſi ea in manum viri non conuenerat nihil debe retur, genus eſt enim vxor, eius duę formæ, vna matrumfamilias, hæ ſunt quæ in manum conuenerunt. Altera earum quæ tantummodo vxores habentur: quem locum Boetius interpretās ea ſcribit, quæ ex eo ſupra dixi; traduntque Budæus in annot. ad Pandect. And. Alciat. in l. pronunciatum, §. matremfamilias, de verb. ſignif. Andr. Tiraquell. de legib. connub. in 4. l. nu. 6. & Silueſter Aldobrand. in princ. de nupt. num. 2. qui Ciceronis autoritatē pro L. Flacco recenſet, O peritum iuris hominem, quid? ab ingenuis mulieribus hæreditates lege non ueniunt? in manum, inquit, conuenerat, nunc audio: Sed

quæro

quæro utrum uſu an coemptione? omnibus er-
29 go auctoribus: vtque clarius res hæc† pateat ac matrimonij per coemptionem ſolennitates demonſtrem, Varronis lib. 1. de vita Po. Ro. verba quę Nonius Marcellus refert, hic ſubijciam, Nubẽtes (ait) ex veteri lege Romana aſſes tres ad maritum venientes ſolebant afferre, atque vnum quem in manu tenebant tanquam emendi cauſa marito dare, alium quem in pede habebant in foco larium familiarium ponere, tertiũ in ſacciperio quem in compito vicinali certo tẽpore ſolebant reſignare; de quo vetus epigramma in vrbe Patauio extat.

CONS. AVG.
PVB. CLAVD. QVAEST. AER. ANTONIAM. VOLLVMNIAM. VIRGINEM. VOLENT, AVSPI. E PARENT. SVE COEMIT. E IIII. FAC. IN. DO. DVX.

Et ne coniugalis amoris nobiliſſimum teſtimonium prætermittam, illud ex Plutarcho in
30 Gracchis referam, Tiberius enim Gracchus† Publij filius qui bis conſul & cenſor fuit, idemque & ſummus augur. & vir ſapiens, ciuisque præſtans, anguibus domi ſuæ mare ac fœmina apprehenſis, certior factus ab Aruſpice, mare dimiſſo vxori breui tempore eſſe moriendum, fœmina ipſi celerem obitum portendi inſtareque: ſalutem coniugi potius quam ſibi appetens, partem ſecutus augurij, marem necari fœminam dimitti iuſſit, cenſuitque maturam appetere mortem, ac ſuſtinuit in conſpectu ſuo ſe ipſum in interitu ſerpentis occidi: vt C. Gracchus eius filius ſcriptum etiam reliquit Cicerone auctore de Diuin. libr. 1. itaque Corneliam Aphricani eius qui Annibalem ſuperauit filiã, neſcit Valerius libr. 4. cap. 6. vtrum feliciorem dixerit, quòd talem virum habuerit, an miſeriorem quòd amiſerit, illa verò puerorum atque domus cura poſt mortem viri ſuſcepta: cum amorem erga filios, eamque diligentiam ac magnitudinem animi præſtitit, vt non male conſuluiſſe Tiberius videretur pro tali vxore morte prærepta. Nam & Ptolomei regis nuptias reſpuit cum ille regni, & diadematis communicationem offerret: & in viduitate perſeuerans cæteris pueris amiſſis, vnã ex filiabus quæ Aphricano minori poſtea nupſit, & duos ex filijs Tiberium & Caium ſuperſtites ſic ſplendide educauit; vt cum magnitudine indolis cæteros omnes Romanos ſine controuerſia anteirent, doctrina tamen quam natura præualuiſſe videantur. Quicquid autem maximus inter Græcos Homerus ſuauiter cecinerit, non ex hoc credendum
31 eſt, teſtatorem† magis vxorem quàm dulces liberos diligere, vt dixere Ang. conſil. 144. Reuocatur in dubium, num. 1. verſ. Nec enim eſt veriſimile, citans d. l. generaliter, §. cum autem, & l. cum acutiſſimi, Franciſc. Aretin. conſ. 40. Præſupponitur in facto, col. 2. verſ. In contrarium facit, & conſ. 168. Eleganter & ſubtiliter, aſſerens in dubio teſtatorem teſtando, codicillandoque non præſumi in hæreditate matrẽ filijs prætuliſſe, ex d. l. cum acutiſſimi, in fi. Cor. conſ. 239. Videtur prima facie, col. 2. poſt nu. 3. verſic. Et multo fortius, lib. 2. ac Iaſ. in l. ſi pater, in fin. verſic. Et hoc eſt, ff. de vulg. & pupill. Sique hæc coniectura filio teſtatoris ſubſtituto
32 locum habet, multo magis † vxore ſubſtituta, nullus enim affectus vincit paternum, & ita cõcludunt Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Libertis, num. 117. C. de reuoc. donat. & Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. vol. lib. 10. tit. 7. num. 11. dicens de hoc dubitare ridiculum eſſe, & facit gloſ. in verb. Non ad matrem, l. Lucius, vbi Bart. col. 1. ff. de vulg. & pupill. gloſ. fin. in vlt. verb. l. precibus, vbi Alberic. de Roſ. col. 3. num. 67. & Bald. in fin. C. de impub. & al. ſubſtitut. cum alijs autoritatibus per Tiraquell. in d. verb. libertis, d. num. 117. adductis, qui eandem opinionem remiſſiuè tamen comprobauit in præfat. ad d. l. ſi vnquam, ante num. 13. verſic. Quamuis inquam. Vt non ſit, multis prętermiſſis, ab opin. hac diſcedendum, cum vt Calliſtratus lib. 2. Quæſt. ſcribit, Natura nos parentes pios doceat, liberorum procreandorum animo & uoto uxores ducere, filios etiam filiasque concipere atq. edere, ut ex pro-
33 le eorum† earumve diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus; quæ quidem ratio in uxore minime procedit, ſæpe etenim mortuo uiro etiam infra annum luctus ad ſecunda uota pertranſit, aliumque uirum reperit, & experientia docet: Vt optimo iure ſancitum ſit, maritum uxoremque ab inteſtato inuicem ſibi
34 in ſolidum † pro antiquo iure ſuccedere, quoties omnis parentum liberorumve ſeu propinquorum legitima uel naturalis ſucceſſio deficit, fiſco excluſo, l. 1. C. und. uir & uxor. Prætor enim conſiderans quòd coniuges inuicem diuinæ & humanæ domus ſocij ſunt, l. 1. ff. de rit. nupt. l. aduerſus, C. de crim. expil. hæred. & quòd nihil tam humanum eſt quam ut fortuitis caſibus proſperis uel aduerſis coniugis particeps coniunx fiat, l. ſi cum dotem, §. ſi maritus, ff. ſol. matr. merito æquitate quadam ſuffultus licet de iure ciuili coniuges inuicem non ſuccedant, ex quarto capite edicti bonorum poſſeſſionem ipſe conceſſit, Quid erit nunc haſce rationes in medium afferre? Quid dicere uxorem mariti honore ſplendeſcere? l. fœminæ, ff. de Senat. l. mulieres, de dignit. lib. 12. C. quod in Helenæ raptu Thebæus ille cecinit,

Ἥρη μὲν πρέπει ὁρᾶν ἀγαλλομένην Διὶ ἧι,

ſi ius ciuile cuncta ſapientiſſimè perpendens

vxorem

vxorem penitus repellẽdo primam cauſam ſuc ceſſionis liberorum eſſe voluit, Prætor autem ob exuberantem æquitatem coniugibus vltimam ferè cauſam tribuere dignatus eſt. Non videtur itaque vxor circa hanc conditionis intelligentiam liberis comparanda, nam & veteres facillimè etiam repudium mittebant, eſt enim proditum memoriæ Sp. Carbilium Rugã de amicorum ſententia, primum Romanorum
35 omnium † anno vrbis conditæ D X X I I I. M. Attilio, P. Valerio conſulibus ſterilitatis cauſa vxorem repudiaſſe, hunc ſecutus Sulpitius Gallus idcirco uxori nuncium remiſit, quòd eam in caput ueſtem deducere animaduertiſſet: idẽ fecit P. Sempronius, quòd eius uxor ludos funebres ſpectaſſet; ut Plutarchus meminit, non ſic leuiter liberos abieciſſent quorum gratia quid non exactè cogitat paterè quid non patiẽter ſuffert è quid aſſiduè non molitur non operatur? ut ſi omnis amor magnus, aperteque in coniuge maior, in patre maximus quidem exiſtat; Quod cum uerum re ipſa, alibique profuſè oſtenſum fuerit, diſcrimen iſtud inter liberos uxoremque conſtituere abſque iniuria licebit, ne iurisprudentiam lædamus, conditionẽque ipſam abſque ratione extra ſuos limites irruere concedamus.

HYPOTHESIS.

Parentibus inſtitutis ac de reſtituendo gratis, eandem l. cum auus, non ſubintelligi: Et an l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. & l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit. declaratiuè vel extenſiuè procedant: Legesque prædictas ad iuris miniſterium non ad veriſimilem facti contingentiam referri: Num ve filiorum legitima, item aſcendentium ex ſtatuto tolli poßit perueſtigari: Et an parentes primi gradus fructus in Trebellianicam legitimamque ſibi imputent, ac de his ſimilibus agi.

SVMMARIVM.

1 *Conditionem tacitam ſi ſine liberis deceſſerit, ex hac l. cum auus, parentibus inſtitutis deque reſtituendo gratis non ſubintelligi: & nn. 12. communem, ac veram opin. eſſe, contrariumque aſſerentes ibi allegari.*
2 *Patri magis quàm filio ſuccurrendum eſſe.*
3 *Patrem ob famis neceßitatem, filium vendere poſſe, non ſic è contra.*
4 *Legitimam patri debitam inſtitutionis iure ſicut & filijs relinqui oportere.*
5 *Hæredstatem parentibus aliter quam filijs debe-ri, & quomodo.*
6 *Teſtatorem aliud velle non præſumi, quam quod exprimit: propoſitumque in mente retentum nõ operari, ac omiſſum caſum pro omiſſo haberi; Sed infra id ob pietatem in fideicommiſſis non procedere.*
7 *Parentum liberos teſtatori tranſuerſales eſſe.*
8 *Amorem facilius deſcendere quam aſcendere.*
9 *L. cum acutiſſimi, C. de fideicom. & d. l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit. an declaratiuè, vel extenſiuè procedant, & nn. 11.*
10 *Liberorum verbo, deſcendentes ex lege X I I. tabul. comprehendi.*
13 *Angeli diſtinctionem de filijs natis ex eodem matrimonio quo teſtator, & ex altero matrimonio progenitis, vt in primis conditio l. cum auus, ſubintelligatur, in alijs ſecus: ac etiam Decij & Barbatia aliam diſtinctionem reſpectu natorum ex matrimonio contracto de filij cõſenſu, ad hoc propoſitum reprobari.*
14 *Secundò nubentes, pœnas effugere ſi matrimoniũ de filiorum conſenſu contraxerint.*
15 *Deſcendentibus veluti in priuilegium conceſſa, in aſcendentibus locum non habere, & nn. 28.*
16 *Parentes primi gradus fructus in quartam ſibi imputare, licet non ſic in liberis primi gradus contingat. Hocque non ſolum de fructibus Trebellianica ſed legitima etiam verum eſſe.*
17 *Aſcendentes duas quartas non detrahere vt deſcendentes detrahunt: collatis ac enumeratis authoribus iſtam communem cõcluſionem cenſeri.*
18 *Alexandro autoritatem Ioannis Croti opponendam ex Andrea Alciato non eſſe, ipſumque ardentem lucernam in cathedris iuris ciuilis ex Felino, imo aureum ac illuſtrem Doctorem videri.*
19 *Baldi autoritatem in actu practico ſublimem æſtimari.*
20 *Paulum Caſtrenſem in conſulendo promptum nimis fuiſſe.*
21 *Andream Barbatiam ſæpe reprehendi ſolere.*
22 *Filium emancipatum non ſic minus ſolenniter inter parentes teſtari, vt inter liberos pater intè teſtatur.*
23 *Patrem filij repudiatam hæreditatem re integra intra triennium non renocare, vt filius paternam renocat.*
24 *Collationem inter aſcendentes ſucceſſores deſcendentium ceſſare.*
25 *Legitimam aſcendentium ipſis etiam inuitis in pecunia aßignari poſſe: non ita deſcendentium legitimam aßignari.*
26 *Vxore relicta domina & vſufructuaria, licet deſcendentibus inſtitutis ex Bulgari conſuetudine alimenta tantum debeantur, aſcendentibus tamen inſtitutis ſecus iudicari.*
27 *Patre in fraudem filiorum alienante, quamuis filijs ipſis vſque ad legitimam renocatio competat ſi*

tat ſi recipiens ſtrandis particeps fuerit, ſecus tamen eſſe filio in ſtrandem aſcendentium alienante.

29 *Ioannem Coraſium Toloſatem, in ſexcentum caſibus aliam filiorum eſſe cauſam aliam aſcendentium, concludere.*

30 *Extenſionem in exorbitantibus ceſſante equiparatione de iure antiquo non procedere.*

31 *Praeteritionem patris de iure antiquo, teſtamentum nullum non reddidiſſe.*

32 *L. cum auus, ac ei ſimiles, ad iuris miniſterium non ad facti veriſimilem contingentiã referri.*

33 *Legitimam liberis debitam, per ſtatutum omnino tolli non poſſe: Contrarium affirmantes exprimi, nu. 34. idque diſtingui, nu. 35. Diſtinctioni obſiſtentes afferri, num. 36. aliamque diſtinctionem enarrari, nu. 37. denique Richardi opinionem comprobari, nu. 38.*

38 *Legitimam aſcendentium in totum tolli per ſtatutum poſſe.*

CAP. IX.

AD QVARTAM illationem iam deuenimus, vt ſubintellecta hac cõditio in filijs parẽtes inſtituentibus ac de reſtituendo grauantibus † non procedat: ſic conſiderata diuerſitatis ratione, tenet Bar. in hac l. cum auus, num. 2. autoritatem Gloſ. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell. allegans; & cum hac concluſione pertranſeunt, Guid. Pap. col. pen. verſic. Sed quæro, Franciſc. de Rampon. ſubtiliſſimus Iuriſconſ. Raph. Fulgoſ. Io. Petrutius de Monte-Sperell. Aret. in ſi. Corn. verſic. Item procedit, in manu ſcriptis codicibus, & Iaſ. col. 4. num. 2. in 7. limit. in d. l. generaliter, §. cum autem, vbi etiam Dec. in 5. limit. num. 16. idem Petr. de Bellapert. in d. l. cum acutiſſimi, in fin. ibique præcitatus Franciſc. de Rampon. Io. de Imol. in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, vbi Ang. col. ſi. Alex. num. 11. Claud. de Seyſell. colum. 1. & Franciſc. Rip. nu. 55. rurſus Alex. in l. in ratione, §. quod vulgo, nu. 12. verſic. Benefacit, ff. ad l. Falcid. Socin. in iſta l. cum auus, col. 5. circa med. verſic. Vidi articulum, dicens ſibi ſemper Bartoli ſententiam arriſiſſe ac de communi atteſtãs, ibique Io. de Imol. & Raph. Cuman. idem affirmant Ludouic. Gozad. in l. qui ſe patris, nu. 197. ac Io. Franciſc. Purpur. in addit. ad Iaſ. nu. 62. ad verſ. Quintò facit, C. vnd. lib. Bereng. Fern. in rep. l. in quartam num. 99. d. tit. ad l. Falcid. Gulielm. de Benedict. in rep. c. Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur, 1. nu. 16. extr. de teſtam. Emanuel Coſta in rep. c. ſi pater, ſuper ijſdem verb. Si abſque liberis, in 1. part. nu. 6. eod. tit. in vj. Ioann. de Garton. in rubr. de ſecund. nupt. fol. 15. in 23. pẽa,

1 Greg. Lup. l. 10. tit. 4. part. 6. in gloſ. ſuper verb. Dos filios, Ang. in tract. de teſtam. gloſ. 79. poſt num. 8. verſic. Sin autem decedens, Anton. Gabriel. Romanus, lib. 4. de fideicom. concl. 2. in 6. limit. nu. 47. Gerard. Mulert, in addit. ad Rolandin. in tit. de compend. ſubſtit. rubr. 25. Anton. Gomeſ. in comment. varijſque reſol. iur. ciuil. tom. 1. cap. 5. nu. 35. verſic. Imò quod magis eſt, de receptiori opin. atteſtans, Petr. Gregor. in ſyntagm. iuris, part. 3. lib. 42. cap. 30. num. 3. Soc. ſen. conſ. 23. Circa prædictam conſultationem, nu. 12. libr. 1. qui magis communem ſententiam eſſe dicit, Andr. Alciat. conſ. 109. Gregorij de Tonſis, in princ. tom. 3. lib. 9. afferens ſe auſum non fuiſſe pro contraria opin. conſulere, ob autoritatem Doctorum illam impugnãtium, Rol. de Vall. conſ. 39. Quattuor ſunt, nu. 13. verſ. Secundò differunt, lib. 3. Ioan. Cephal. conſ. 576. Reuerendus Dominus, nu. 20. & 21. lib. 4. vterque de communi opin. atteſtans, Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, nu. 220. verſic. Scio Barbatium, C. de reuoc. donat. Puccius Antonij de Puccis d. conſ. incip. In propoſita cõſultatione, fol. 10. verſic. Quarto probatur; in fin. Gaufridius de Salliniaco hic in 4. col. & Hipp. Riminal. conſ. 146. Et in primis, num. 23. lib. 2. conſ. 389. D. Franciſcus, nu. 17. lib. 4. in ſuaque prælectione Anton. de Padill. ad d. l. cum acutiſſimi, ſub nu. 16. Ex pluribus ad ita dicẽdum mouentur, Primò nam vt Bart. inquit, non eadem ratio in parentibus quæ in filijs militare videtur, cum parentes miſerationis ratio ad bona liberorum admittat, liberos naturæ ſimul & parentum commune votum, l. ſcripto, in fin. ff. vnd. lib. Huic fundamento reſpondetur, quòd imò ratio eadem adſit, ſiquidem baſis l. cum auus, pietatis coniectura cenſetur, ipſaque pietas in parẽtum ſucceſſione plurimum conſideratur, l. nam etſi parentibus, in princ. ibi, Nõ minus parentibus quàm liberis piè relinqui debet, ff. de inoffic. teſtam. vbi Iacob. de Aren. meminit, quòd patrẽ filiumque in mortis articulo retinens, patri magis † quam filio ſubuenire tenetur, patrique maior ab eo pietas exhibenda eſt; Vnde licet ob famis neceſſitatem pater vendere filium poſſit, non tamen è contra † permittitur, vt not. in l. 2. C. de patrib. qui filios diſtrax. ibique Ang. inquit, quòd ſicut hodie legitimã iure inſtitutionis relinqui filijs oportet, † ita & patri: atque in d. l. ſcripto, verbum miſerationis adeſt; quod Accurſius ibi exponit, ideſt pietatis. Etſi cum Socino diceretur, quòd quamuis in parentes hæreditas tranſeat, non propterea dicitur ex voto tranſire ſicut è contra, d. l. nam etſi parentibus, ſed ob ſolam miſerationem d. l. ſcripto, in filijs autem & naturalis inſtinctus & votum cõcurrit, & proindè non tanta ratio in parentes,

2 3 4

in ſi-

in filiosque maior pietas colligitur, l. iſti quidē, ff. quod met. cauſ. Ex Decij intentione dici poteſt, eſto † non eadem ratione ſed longè diuerſa parentibus filiorum hæreditatem deberi, non ideo minus in effectu ipſis parentibus quàm filijs debitam eſſe: vnde cum idem adſit effectus, non intereſt ſi diuerſa ratione reguletur, non enim refert quid ex æquipollentibus fiat, l. 3. C. de inſtit. & ſubſtit. Verum communiorem ſentē tiam ſuſtinendo, conſiderandū eſt, ad hanc conditionem ſubintelligēdam principaliter ius ſuccedendi debere animaduerti, quod Dec. modū appellat, abſurdumq. eſſe effectum ſufficere, cū in voluntate coniecturis interpretanda verſemur, non ex qualitate tantum perſonę in gradu inſtitutionis contentæ, ſed etiā non expreſſæ, vlteriori quadā digreſſione addita, nam aliàs non præſumitur † teſtatorē velle niſi quod loquitur, l. vnic. §. ſin autem, C. de caduc. toll. l. fi. §. ſin autē extranei, C. comm. vtr. iudic. l. quidā cū filiū, ff. de hæred. inſtit. propoſitumq. in mente retentum nihil operatur, l. ſi repetēdi, C. de condi. ob cauſ. & caſus omiſſus pro omiſſo habendus eſt, l. ſi cū dotem, ff. ſol. matr. l. ſi extraneus, ff. d. tit. de cond. ob cauſ. l. commodiſſime, ff. de liber. & poſth. ob pietatem tamē perinde eſt ac ſi loquutus fuiſſet ac animi propoſitū conditionemque ipſe teſtator expreſiſſet, hocq. in fideicōmiſſis apertū eſt, l. cum virū, C. de fideicō. vt hinc ſubtilis & ingenioſa huiuſmodi Papiniani interpretatio reddatur, ad differentiam materialis, vt ita dixerim, ac pinguis interpretationis, cū inquā à verbis non recedimus, l. non aliter, ff. de leg. 3. l. 1. §. in re igitur dubia, ff. de exercit. act. Nec ad mittendū exiſtimo, conditiones potiſſimū tacitas per æquipollens impleri ac perfici, vt Dec. affirmat: Inficiariq. non poteſt, in d. l. nā etſi parentib. filiorum hereditatē ipſis parentib. ex voto naturaliq. ratione non deberi, ſicut paterna hereditas ijſdē filijs deuoluitur, licet parētib. ob illā turbati ordinis miſerationē nō minus relinquatur: non igitur votum liberis vt patri inēſt, quod in poſteros veluti in ſeminiū propriamq. propagationē ex quadā ſupplantatione naturalis ratio infundit; effectusque à Decio cōſideratus patrem (vt ſtatim dicam) nō tranſgreditur.

Secundò, cū l. cū auus, & aliæ ſimiles non ſolum perſonæ inſtitutæ qualitatem conſiderent, quo caſu poſſent procedere quę in contrarium allegantur, ſed perſonæ etiā ſuperexiſtentis ex qua fideicōmiſſi conditio deficit, vt in dictis iuribus, & ſignanter in d. §. cū autē, ac in d. l. cum
7 acutiſſimi, cumq. parentū liberi, teſtatori † tranſuerſales ſint, in ijs coniectura pietatis ceſſare dicitur, arg. l. fratres, C. de inof. teſt. quæ quidem pietas reſpectu perſonæ ſubintellectæ non autē inſtitutę attenditur: hancq. concludentē eſſe rationem Socin. arbitratur. Nititur tamen ipſam Dec. reijcere, q. etſi parentum liberi tranſuerſales teſtatori accidentaliter ſint, nihilominus ipſorū perſona ſimpliciter abſoluteq. conſideranda non eſt, ſed vt ab alia originē ducit, proinde ſi immediatè attendatur, pietatis ratio tanquā in tranſuerſali b. tunc ceſſabit: ſi verò vt originē ab aſcendentibus inſtituti ducit, tunc ex aſcendentis perſona pietatis incrementum recipiet.

Hæc autem reiectio debilis eſt, nam præſuppoſita etiam filiorum erga patrem pietate, carere adhuc voto illo procliui videtur: cumque turbato ordine debiliorique iure procedatur, dicendum non eſt pietatem parentes tranſgredi, ſed in ijs terminari. Quòd vero de pietate ratione originis affertur, intuitu patris efficacius eſt
8 quàm fratris, cum amor facilius † deſcendat quàm aſcendat, d. l. iſti quidem, l. liberi, de inof. fic. teſtam. dumque in patris perſona perſiſtimus, vniformitas illa perſonæque identitas militat quæ patrem non tranſcendit, eſtque finalis pietas non impulſiua, vt ex alio vlteriori gradu in eo alteretur, in effectu etenim parentum liberi ipſi teſtatori tranſuerſales remanent: ceſſatque repręſentatio ac deſcendendi facilitas, ceſſat etiam votum illud, & naturalis inſtinctus, vt inueriſimilitudo ſubſtituendi, alienasque ſucceſſiones ſuæ poſteritati præferēdi hinc non reſultet.

Tertiò ex mente l. cum auus, ſimiliumque Socinus argumentabatur, Papinianus enim loquitur cum filius ex nepote grauato, & ſic teſtatoris pronepos ſupereſt, ac inſuper cum ex filio maſculo inſtituto filij maſculi ſuperuiuunt: Imperator autem in d. l. cum acutiſſimi, & in d. l. generaliter, §. cum autem, dictum reſponſum ad omnes liberos extendit, non ſolum maſculos ex maſculis, verum etiam maſculos & fœminas ex fœminis: cæterum cum omnibus deſcendentibus magis hæreditas quàm alicui aſcendenti debita ſit, auth. de hæredit. quæ ab inteſt. in prin. ideo congruentius atque rationabilius erat, vt l. cum auus, in omnibus deſcendētibus vtriuſque ſexus ſibi locum abſque alio adminiculo & ex ſe vendicaret, & tamen neceſſaria Imperatoris extenſio atque ampliatio fuit, d. §. cum autem, ibi, Latius & pinguius interpretandum, & d. l. cum acutiſſimi, ibi, Pleniſſimum donauimus euentum: nequit hodie igitur ex intētione dictarum legum elici, vt parentibus inſtitutis, & de reſtituendo grauatis, locum ſibi vendicent, in ijs enim non reperitur extenſionem aliquam vel ampliationem proceſſiſſe.

Et ſi cum Decio diceretur, reſpectu nepotū & pronepotū de extenſione nequaquā agi, ſed
9 verius † declarationē induci, tex. nanque l. cum auus, de liberis loquebatur, quorū appellationē
10 deſcendētes † ex lege xij. tabul. comprehenduntur, l. liberorū, in prin. ff. de verb. ſign. maximè

cum in omnem euentum de alia extenſione in propoſito tractari non poſſet,quàm de illa quæ ab expreſſa ratione deducitur,ob pietatem ſcilicet in parentibus, vt in liberis militantem d.l. nam etſi parentibus,in prin.Reſpondeo Socini argumentationem adhuc ſubſiſtere, nam licet liberorum,verbum,latè pateat,& expreſſio contentorum in iſta ſubintellecta conditione ex d.
11 l.cum acutiſſimi,declaratoria † ſit,cum ex regulis iuris in l.cum auus,virtualiter continerẽtur, vt Iaſ.in eadem l. cum acutiſſimi,aduertit circa princ.& colligitur ex illis verbis tex. vel ab initio,ita vt vna diſpoſitio appareat,ſi tamen mentem & verba Imperatoris attẽderimus,qui voluit Papiniani reſponſum ad omnem poſteritatem protendere, ſpecificè exprimendo ac dilatando,extenſio erit dicique poterit: conſiderata igitur tali ampliatione neceſſaria, inſpecta mente Iuſtiniani in deſcendentibus, multo magis in parentibus grauatis reſpectu filiorum teſtatori tranſuerſaliũ neceſſaria fuiſſet;Et quòd ita ſit,ex d.§.cum autẽ,conijci poterit,ibi,Hoc & in naturales liberos extendatur,& infra,Quę omnia locum habere volumus:vt obſcurari nequeat Imperatorem Papiniani ſenſum extendendo proceſſiſſe.

Conſtat itaque Socini opinionem non ſolũ
12 magis † communem,ſed in puncto iuris etiam veriorem eſſe,quicquid Dec.contra communẽ ipſam arguens ſibi voluerit:à qua ante eum diſſenſere,in 2.q.Cyn.Iacob. de Aren.Pet.de Bellaper.Alberic.de Roſate,& Ang.in d.§.cum autem,idem Ang.in d.l.cum acutiſſimi,vbi And. Barbat.qui ab eadem opin. non diſcrepat,in c. Raynut.col.60.extr.de teſta.rurſus Ang.in d.l. ex facto,§.ſi quis rogatus,Moderni Pariſiẽſ.ad Alex.conſ.100. Super primo dubio,nu.2.lib.7. nec omiſerim autoritatem Saly.in d.l.cum acutiſſimi,nu.1.verſ. Et idem tenẽt Tiber.Decian. conſ.60. Primò ergo dubitatur,nũ.16.lib.3.viſus quoque eſt cum Angelo ac alijs prædictis ſentire,& Saportell.hic,facie 13.verſic. Altero adhuc caſu.

13 Eſt tamen verũ, Angelum † hanc poſteriorẽ ſententiã Cyni,& aliorum paucorũ,ad filios referre aſcendentis ex matrimonio progenitos ex quo teſtator natus fuit,ſecus dicens eſſe in filijs ex alio matrimonio procreatis; Quod Deci. & ante eũ Andr.Sicul.intelligunt,niſi huiuſmodi matrimoniũ de expreſſo vel tacito filij teſtantis conſenſu contractũ fuiſſet, tunc enim illi nulla inferri iniuria videretur,iuxt.gloſ. not.in auth. de non elig.ſecund.nubent. circa med. in verb.
14 Copulantur,& ibi Ang.mulieres † ſecundò nubentes inſtruit vt matrimonia de filiorũ voluntate contrahant, ne in pœnas incidant nubentiũ poſt annum luctus,de quib.in l.fœminæ, & l.generaliter,C.de ſecund.nupt.& tradunt Ludou. Rom.conſ.219.Ex themate cõſultationis, col. 2.circa prin.verſ. Quartò idem probatur,Petr. de Vbald.in tract.de ſucceſſ.ab inteſt.in 2.par. principij,in 5.q.Dec.conſ.206.Quæritur an diuiſio nu.3.verſ.Et pro fundamento,quod maritus etiã facere poſſet,vt tradit Bal.in l.filiũ quẽ habentem,nu.4. verſ. Vnde poteſt teſtator, C. famil.erciſc.&ſequitur Roman.in citato conſilio rationem adducens,mater enim ad ſecunda vota trãſeundo iniuriã filijs primi matrimonij infert, & propterea pœnas incurrit,§.proſpexi mus itaq.ibi, Quoniam omnib. ſimul ſecundis nuptijs fecit iniuriã,in d.auth.col.1.& §.ſoluto, in prin.in auth.de nupt.col.4.ideo illis conſentientib.& volentibus iniuria nõ irrogatur,vt in reg.Scienti,in vj. & in l. cum donationis,C. de tranſact.conſenſusque tacitus filiorũ ſufficeret, vt dicunt Alex.conſ.63. In dubitationem præmiſſam,col.2.in prin.ante nu.3.verſ.Item quia filius,lib.5.& Dec.d.conſ.206.num.5.verſ. Et iſta ratione infertur. In progenitisque ex matrimonio de filij voluntate cõtracto,ac in natis ex eodem coniugio cõditionem intelligi iuxta Angeli opinionem Andr. Barbat.aſſentitur extraneo ſubſtituto,ſecus autem fratre teſtatoris, cũ affectionis paritas conditionem hanc ſimilem reddat,arg.l.non ſolum,§.de vno,de *rit.nup.*& expreſſum faciat tacitũ ceſſare,l. fin.C.de pact. conuent. Sed iudicando, ac conſulendo à crebriori contraria ſententia recedendũ non erit, cum Franc.Aret.in d.§.cum autem,in fi.expreſſe Angeli diſtinctionem reprobet, ibi, Et iſtud eſt tenendum reiecta diſtinctione Angeli,ac ibidem Iaſ.col.4.verſ. Tene primã quæ vera & cõmunis eſt,eandem diſtinctionem ſubuertit. Et quamuis Stephan.Bertrand. conſ.19. Ex themate,col.2.lib.1.in argumentationem Cyni & Angeli autoritatem afferat,attenta tamen conſilij cõcluſione illam reſpuere videtur licet ſpecialiter non improbet.

Pro eadem crebriori ſententia cõprobanda congruit, q ea quæ in materia ſtricta & veluti
15 in priuilegium quoddã † deſcendentibus concedũtur,non ita ſibi in aſcendentib. locum vendicãt,l.filiusfamilias,cum ibi not.per Bar.ff.ad l.Falcid.iunct.l.iubemus, in princ.& in fin.vbi Salyc.C.ad Trebell. licet enim liberi primi gradus fructus in quartam ſibi nõ imputent, ſecus
16 tamen eſt in parentib.† primi gradus,d.l.filius famil.Bar.in l.in fideicommiſſaria,nu.3.verſic. Sed poſſet dubitari quid in parentibus,d.tit.ff. ad Trebell.Iaſ.in d.§.cum autem,col.4. in 7.limit.verſ.Item cõtra primum membrum,Et nõ ſolum fructus Trebellianicæ ſed etiã legitimæ, vt per Bal.in c.ſi pater,de teſtam.in vj.Alex. in d.l.filiusfamilias, num. 4. verſic. Vbi notabiliter ſubdit,& in d.l.in fideicommiſſaria,num.9. verſic. Sed de vno quæro, Rodericus Xuares,

in l.

in l.quoniam in prioribus, ampl. 16. ſub nu.5. verſ.Differunt etiam,C.de inoffic.teſtam.

Proinde non ſic aſcendẽtes duas quartas de
17 trahunt† ſicut deſcendẽtes,Alex.in d.l.in ratione,1.§.quod vulgo,nu.11.verſ. Putarẽ contrarium,ff.ad l.Falcid. & in l.cohæredi, §. cũ filiæ, nu.19.ff.de vulg. & pupill. Steph.Bertrand.d. conſ. 19. Ex themate,col.2.n.3.lib.1.dicẽs quęſtionẽ iſtam Iherozanũ diſputaſſe in quadam eius ſolemni diſputatione incip. In ſacro Pontificis, & Cæſaris conſiſtorio tale thema propoſitum eſt, Rodulphus filiusfamilias habens bona aduentitia,& factis vtrinq.argumentationibus ac reſponſionib.ad partem affirmatiuã, cum negatiua cõcludere.Iaſ. in auth.ſi qua mulier,nu. 35.verſ.Secundo quia,C.de ſacroſ.eccleſ.in auth.nouiſſima,nu.39.verſ. Patet primo,C.de inoffic.teſt.in d.l.generaliter,§. cum autem, in 7. limit.in fi.verſ.Accedit optimum ſimile,& in l. qui ſe patris,col. pen.nu.62.verſ. Quintò facit, C.vnd.liberi,qui in præcitatis locis Baldũ allegat,in l.ſi à milite,§.1. verſ. Iſta ſunt notabilia, ff.de teſtam.milit.Catell. Cotta in Memoral.in verb. Filius grauatus,ibi, Sed quid ſi pater, citans Iaſonem in l. filium quem habentem, nu. 9.C.famil.herciſc.Soc. in ipſa hac l.cum auus, ante nu.15.verſ.Septimò adducit, Anton.Rub. Alexandrin.in rep.l.pater filium,num.48.ff.de inoffic.teſtam.Auguſtin.Bero.in c.Raynutius, nu.156.Anton. Gomeſ.in l. 3. Tauri,num.85. Licet contrarium tenuerint,Ang.& Raph.Cuman.in d.l.ſi à milite,§.fin. Paul.de Caſt.conſ. 366. Super primo puncto, col.2.in 2.dub.nu. 2.lib.1.And.Barbat.in rep.d.c. Raynutius,fol. pen.col.2.vbi Didac.Couar.§.11.nu.6. verſic. Imò communis opinio, vbi authoritate Ioannis Crot. fretus communem eſſe dicit, nam ipſe Crot. cũ ea pertranſit in l. qui Romæ, §.duo fratres,col.22.nu.80. verſ. Nunquid autem,ff. de verb.oblig. & in rep. l. re coniuncti, col.63. q.21.nu.177.verſi.Ex quo inferebam,ff.de leg. 3. de hac communi ſententia teſtatur, & quòd pro ea ſæpe cõſuluit.Nouiſ. Pariſienſ.ad Alex. d.conſ.100.Super primo dubio, nu.2.in verb. Tranſuerſali,libr.7. Gregor. Lup. in l.1.tit.11. part.6.in gloſ.pen.Berengar.Fernand.in rep.l. in quartam,cap.1.num.333.ff.ad l.Falcid.Emanuel Coſta in c.ſi pater, in 3.part.in verb. Priuare non poſſit,num.36. de teſtam. in 6. Aym. Crauett.conſ.110.Circa teſtamentũ,poſt prin. verſic. Quibus non obſtantibus. Sed miror Io. Crotum poſteriorem hanc opinionem cõmunem dixiſſe grauiſſimis alioqui Doctoribus ab ea diſſidentibus,quis enim Angelum Vbaldum eius fratri Baldo Iuriſconſulto ſummi ingenij præpoſuerit? Caſtrenſem,Alexandro Imolenſi? Andream Barbatiam,Stephano Bertrando? Cumanum Iaſoni? Aymonem Crauettam Catelliano Cottæ? ac denique Didacum Socino, & Iherozano? vt poſteriores præteream, maxime cum ſi Alexandri Bertrandique ſcripta legantur, difficultatem intime attingunt animique propoſitum rationibus fortiſſimè roborãt, Iherozanus autem ſubtili ac profunda diſputatione & veluti cauſa cognita aduerſus Angelũ maturè concludit: Iaſon repetitis vicibus cnixã mentem oſtendit, & quamuis Baldus cogitandum reliquerit, nunquam tamen de hoc dubitauit, quicquid Didacus Baldum ipſum dubitaſſe crediderit: quanta vero Socini autoritas ſit,cunctis penitus innoteſcit; Et quamuis ſemper ego Ioannis Croti doctrinã magni fecerim tanquam celebris Doctoris,Andreas Alciat. ta
18 men vir grauiſſimus eius autoritatem † Alexãdro opponendam non eſſe,meminit conſ. 129. Perſiſto,nu.4.lib.9. quòd notiſſimum ſit quàm tenuis ſit eius in iure noſtro ſupellex & modicum iudicium; Diligenter admodum conſiderandum eſt,prius quàm opiniones vti communes affirmemus, rationesque ponderandæ, ac autoritates Doctorum trutinandæ ſunt, ne fortuitu vt libet erroribus cauſam miſerè præbeamus,cum tẽporibus iſtis corruptiſſimis paſſim receptis opinionib.magis, quã iuri nitido apertoque deferamus; Baldi inſuper nomen in actu
19 practico grauiſſimum † eſſe teſtatur idẽ Alciat. conſ.151.Supraſcripta conſultatio,nu.2.& cõſ. 201.Eſt viſa,nu.3.tomo 3.lib.9. Alexander autem lucerna ardens cathedris iuris ciuilis cenſetur auctore Felyno in c.2.col.16. de reſcript.ac etiam Catelliano Cott. in dictis Memoral. in verb. Iuriſperitus,ipſumque aureum ac illuſtrẽ Doctorem appellat Curt.ſen. conſ. 12. Lucius Titius,col.2.verſic.Et ideo,conſ.65.Super præmiſſa, col.pen. è diuerſo verò Paul. Caſtrenſis
20 nimis promptus † in conſulendo videtur eidem Alexandro in l.quæ dotis,col.4.ff.ſol. matrim.cui aſſentitur Franciſc. Aretin. conſ.162. Verum eſt,col.2. Cæterum Andreas Barbatias
21 †à quàm plurimis reprehẽdi ſolet,vt videre eſt apud Ioan. Neuizanum in Silu. nupt. in verb. Non eſt nubendum,fol. 193. ubi multa contra ipſum allegat; & cum Baldi ac Iherozani opinione tranſit Rolan. de Vall.cõſ.39. Quattuor ſunt,nu.9.uerſic. Verum,lib. 3. quam communem eſſe uoluit, Io. Coraſ.in d.l. filium quem habentem,in lect.nu.44. & in rep.nu.77.candẽque egregiè comprobaſſe Alexandrũ conſtat, qui optimo quidem non malo fundamẽto mouetur,ut Aymo in citato conſilio arbitrabatur. Quãuis etiã patri inter liberos minus ſolẽniter teſtari liceat,l. hac conſultiſſima,§. ex imperfe-
22 cto,C.de teſt.id non è contra filio emãcipato† inter parentes licebit,Specul.in tit.de inſtrum. edit. §.compendiosè,uerſ. Quid ſi filius, Bald. num.5.uerſic. Præterea liberi,& Salyc.num.4.

in l.fin. C.famil.erciſcun.idem Bald. in l. ſi qua illuſtris,nu.7. verſ. In contrarium allegabatur, C.ad Orfic.Alex.in d.§.ex imperfecto,nu.7.de communi opi.atteſtãs,Iaſ.in d.auth. ſi qua mulier,nu.34.C.de ſacroſ.Eccleſ.& in auth. nouiſſima,nu.40.C.de inof.teſt.hocque omnes communiter ſequi affirmat And.Barb.in d.l. cũ acutiſſimi,col.19.in princ.verſ.Sed Speculator voluit, C.de fideicom.& poſt Plaz.in ſumm.de teſtam.tradit Ant.de Roſell.in tract.de ſucceſ.ab inteſt.nu. 160. verſ. Et ideo dixit,addendique ſunt Picus in l.Titia,§. Titia cum nuberet, nu. 57.verſ.Quartò facit,de leg.2. & Gozadin.in l. qui ſe patris,nu.196. & is de communi ſententia fidem reddens, C.vnd.liber.

Facit etiam,quòd licet filius hęreditatem pa
23 ternam † repudiatam reuocare poſſit hæreditarijs rebus non diſtractis infra triennium,l.fi. C. de repud.hæred.Alex.conſ.126. Viſo proceſſu cauſę,nu.4.lib.7.Iaſ.cõſ.84.Puto quòd quemadmodum,poſt nu.10.col.fi.verſ.Circa quartũ & vltimũ,lib.1.quod latè explicat Carol.Ruin. conſ.151.Circa dubia quę proponuntur,col.1. lib.3. Tamen non ſic erit in parente qui filij repudiatam hæreditatem reuocare non poterit, Bal.in d.l.fi.nu.5.verſ.Quęro quid è cõtra,quẽ ſequitur Gozad.in d.l.qui ſe patris,nu.198.

Et quamuis cum filij aſcendẽtibus ſuccedũt inter eos collationi locus eſſe debeat, non ſic è
24 diuerſo† cum aſcendentes ſuccedunt deſcendẽtibus,non enim conferunt tanquam nulla id lege caueatur, vt ſingulariter determinant Cyn. Bal.num.3. verſ. Secunda quòd in ſucceſſione, Paul.de Caſt.num.2.verſ. Ex quibus infertur, Alex.nu.5.verſ. Sed meliorem puto, Dec. nu. 8.verſ.Remanet ergo concluſio,vbi de commu ni meminit,& Io. Bolognet.eandem affirmans nu.22.in 3.dubit.in l.ſi emãcipati,C. de collat. veramque concluſionẽ eſſe dicit, Iaſ.in d.auth. nouiſſima,num.41.& in d.alia auth.ſi qua mu-
25 lier,nu.36. Aſcendentium etiam legitima † ipſis inuitis in pecunia aſſignari poteſt, quod in deſcendentium legitima minime cõtingit, Bal. in c.ſi pater,vbi Philip. Franc.col.3.de teſtam. in 6.Rip.in l.in quartam,nu.127.ad l.Falcid.& Bereng.nu.58. Deſcendentibus inſuper inſtitu
26 tis vxoreque relicta domina † & vſufructuaria, licet ex Bulgari conſuetudine alimenta tantum debeantur,ſecus tamen eſt aſcendentibus inſtitutis,Io.de Imol. in d.l. Titia,§. Titia cum nuberet,de leg.2.Alex.conſ.57. Põderatis, col.2. nu.2.verſ.Sed circa hoc,lib.3.Petr.de Anchar. Regiens,q.1.nu.1.in 2.par.Anton. Gabriel.lib. 5.de vſufruc.concl.3.nu.48.& ſeq.fol.591.Rol. de Vall.conſ.74. Quia de pluribus, nu.8.lib.2. Et quamuis contrarium tenuerint,Anch. conſil.237.Quia in primo quæſito,col.1.verſic. Ex quibus, quem tacitè videtur ſequi Apoſtill. ad Alex.in l.etſi contra,col.5.ſub nu.7.ff. de vulg. & pupil.Nicol.Boer.deciſ.194.Sed ex hac,nu. 5.in 1.par.prior adhuc opinio verior eſt, quam comprobat latiſſime Borgnin. Caualc. in tract. de vſufruc.mul.relic.poſt nu. 18.ex diuerſitatis ratione,dicens Imolæ & præcitatorum concluſionem ſibi magis placere, vt per eum̃ fol.335. ipſamque amplectitur idẽ Rol.d.cõſ.39.Quattuor ſunt,n.19.lib.3.Item ſi pater bona in frau-
27 dem filiorum† alienauerit recipiẽsque fraudis particeps fuerit,reuocatio vſq.ad legitimam filio competit,Hannib.de Canonic.in l.poſt contractum,nu.55.ff.de don. ſecus ſi filius in fraudem aſcendentiũ alienauerit, Bart.in l.1.§.non vſque,in prin.verſ.Sed melius,ff.ſi à parẽ.quis fuer.manumiſſ. cum alijs allegatis per Rol. de Vall.d.conſ.39.nu.17.verſ. Sextò etiam,lib.3. hancque differentiã ab omnibus cõſtitui dixit Paul.de Monte Pico in d.l. poſt contractũ, nu. 31.quę fuit originaliter Placẽtini in ſumma tit. ne quid in fraud. patr. & poſt Dynum relatum ab Alberico in d.§.non vſque adeo, & Paul.de Caſt.in l.1.in fi.C.de inoffic.donat.tradit Fabi. in rep.auth.nouiſſima,nu.162.C. de inoffic.teſtam. Cæterũ quod veluti in priuilegiũ quod-
28 dam† deſcendentib.conceſſa ad aſcendẽtes nõ extendantur,vltra tex.in d.l.filiusfamilias,ff.ad l.Falcid.tradunt Alex.in addit.ad Bar.in l.iubemus,C.ad Trebell. Lancell. Polit. in d.l.filium quẽ habentem,nu.141.vbi Io.Coraſ.nu.77. Lãcell.Galiaul.in l.centurio,n.4.ff.de vulg.& pupill.Ant. Rub.Alexandrin.in l.pater filiũ,n.48. ff.de inoffic.teſt. Paul.de Monte Pico in d.§. Titia cum nuberet,nu.56.verſ. Secundò facit, & in d.l.in quartam,nu.285.vbi Berengarius,nu. 95.hanc communem eſſe opinionem affirmat, de qua etiam per Rolandum d.conſ.39.nu.10. lib.3. vbi alios Doct. citat. Sed cur immoror ſi ipſe Coraſius in d.l. filium quem habentẽ, nu.
29 183. in ſexcentum caſibus † aliam eſſe cauſam filiorum,& aliam aſcendentium concludit?

Denique inficiari iſto caſu non poteſt, quẽadmodum Socin.aſſerit,in æquiparatis de iure
30 antiquo non verſari,extenſio fieri † proinde in exorbitantibus non debet,l.ſi vero, §. de viro, ff.ſol.matrim. patris enim præteritio teſtamen-
31 tum nullum † non reddebat ſicut è contra,l.filio,§.contra tabulas,ff.de inoffic.teſt. Et ita ſentiendo non obſtat quod Andr. Barb.dicebat,vt hæ leges quatenus in deſcendentib.loquuntur, facti accidentiã potius quam iuris miniſterium denotent, vel ideo expreſſum de deſcendentib. inſtitutis reperiri,quia hoc frequẽtius cõtingebat,iuxt.not. per gloſ.vbi Ant. de But.in clem. 1.de reſcrip.Sed ſi Imperator de aſcendentibus inſtitutis ĩterrogatus fuiſſet,idẽ reſpõdiſſet,l.tale pactũ,in fi.ĩñct.gloſ.ff.de pac. igitur ꝑ diſpoſito habẽdũ eſt; Nã reſpõdetur,nõ poſſe dictas

leges

32 leges facti contingentiam† denotare, cum plures caſus decidant qui ſimul ſtare non poſſunt: nec de deſcendentibus conſideratur, quia hoc frequentius cõtingebat, ex quo de naturalibus inſtitutis etiam conſideratur, in quibus non ita frequenter ſicut in aſcendentibus contingit; Itẽ de omnibus deſcendentibus in infinitum inſtitutis, quod quidẽ minus de facto accidit in gradibus ſic deſcendentibus quàm in parentibus: ſed ideo eſt, cum debilior (vt dicebam) in aſcendentibus pietatis ratio vigeat; Vnde licet por-
33 tio legitima quæ liberis iure naturæ debetur † omnino tolli per ſtatutum nõ poſſit ſed minui, Richard. Malumbra in Diſput. relata per Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero, num. 6. ff. de cond. & dem. Iacob. de Beluiſ. in auth. de hæredib. & Falcid. in prin. col. fi. verſ. Sed non credo quòd auferri poſſit in totum, Bal. in l. fin. §. ipſum autem, verſ. Sed legitima, C. de bon. quę liber. in l. 1. §. ius naturale, nu. 9. ff. de iuſt. & iur. in auth. nunc autem, in 2. not. verſic. Ego pridiè conſului, C. de epiſc. & cleric. in l. filium quem habentem, nu. 35. verſ. Et legitima, C. famil. erciſc. & in l. fin. nu. 5. verſ. Non obſtat, C. de fructib. & lit. expenſ. Alberic. in l. quoniam in prioribus, col. pen. C. de inoffic. teſt. Salyc. in auth. nouiſſima, ante nu. 17. verſ. Cognito tamẽ iure, C. eod. tit. vbi Iaſ. col. pen. in fin. de communi opinione atteſtatur, Roderic. Xuares, in l. 9. tit. 5. lib. 3. fori, in 2. limit. idem Iaſ. in l. ſi pater, nu. 21. C. de inſtit. & ſubſtitut. & in d. l. quoniam in prioribus, col. 2. verſ. Mouetur quia ſtatutum, vbi Vincent. Hercul. in 2. q. Andr. Barbat. in c. Raynutius, col. 45. Emanuel Cotta, in rep. c. ſi pater, 3. part. in verb. Priuare non poſſit, num. 42. verſic. Hinc communiter proditum eſt, Hieronym. Cagnol. in l. iura ſanguinis, nu. 5. dicens hanc opinionem veram eſſe, veriorem, magisque communem, Cæſar Fiumagiolius præſtantiſſimus Iuriſconſultus Peruſinus, qui in iuris ciuilis ſcientia tantum profecit, vt in celeberrimo Peruſino literarum domicilio ab eo velut perenni lucidoque leguin flumine incomparabilem eruditionem tanquam ſalubres ac claras aquas ſtudioſi ad ipſorum felicia ingenia irriganda poliendaque hauriant, in l. in quartam, num. 310. verſic. Licet non ignorem, ff. ad l. Falcid. vbi de æquiori, veriori, & communiori ſententia meminit, poſt præclariſſimum Franciſcũ Viuium in communium opinionum Silua, opin. 813. Inſtitutio patris, num. 5. licet vterque diſtinguat, vnus inquam de alimentis, alter de ſubſiſtentia cauſæ, rurſus Bald. conſ. 47. In quę ſtione, lib. 1. conſ. 131. Circa prædicta, libro 2. Petr. de Anchar. conſil. 428. Super caſu, col. 1. verſic. Et hæc, communem veramque opinionem eſſe affirmans, Alex. conſil. 55. Viſo titulo quæſtionis, col. fin. ante nu. 11. lib. 2. dicens veram eſſe ſentẽtiam, ipſamque Dominos de Rota comprobare, ac communiter Canoniſtas in d. c. Raynutius, Raph. Fulgoſ. cõſ. 94. Quidam Vincentius, num. 1. & videtur ſenſiſſe Cuman. conſ. 70. Quidam Ser Petrus, num. 2. in fin. Socin. ſen. conſil. 150. Vt in quæſtione propoſita, num. 2. & 3. lib. 1. Vltramontanos communiter cum hac opin. tranſire, interque Doctores frequenter receptam eſſe ac magis æquam videri: & ſuper eadem quæſtione à ducentum annis citra per maiores noſtros diſceptatum fuiſſe aſſerens, Dec. conſ. 106. Et pro tenui facultate, nu. 4. & is communem ipſam conſtituens, Cur. ſen. conſ. 5. Aſtulfus, nu. 1. conſ. 80. Rectè, nu. 4. verſic. Quia ſtatutum, Ludouic. Gozad. conſ. 43. Videtur prima facie, nu. 25. verſic. Decimò & ſi dicatur, Franciſ. Rip. reſponſ. 79. Requiſitus, nu. 1. & iterum lib. 1. reſponſorum, tit. de legib. & long. conſuet. cap. 7. Super præmiſſo dubio, nu. 1. verſ. Aut quæritur de legitima, ſenſitque Carol. Ruin. conſ. 62. Prima facie, nu. 6. lib. 3. eandem etiam opin. ſequuntur, Petrus Antonius de Raynaldis Aquilanus Iuriſconſ. admodum eruditus in conſ. incip. Super dubio ſupra ſcripto, col. 1. Nouiſſ. Pariſienſ. ad Alex. conſil. 75. Viſis & diligenter perſpectis, nu. 11. in verb. Legitimam, lib. 1. vbi de crebriori, ac veriori ſententia meminere. Stephan. Auſrer. ad Capell. Toloſ. deciſ. 437. de communi atteſtãs, ſeque in cauſis plurium nobilium Vaſconię ita practicari vidiſſe, Apoſtill. ad Guidonem Pap. deciſ. 476. Vtrum legitima, ante nu. 3. in verb. Tollere legitimam, Rot. Rom. deciſ. 476. Nota conſuetudo valet, in antiq. & deciſ. 18. in nou. And. Alciat. in tract. de præſump. reg. 1. præſumpt. 8. nu. 2. Didac. Couarr. in epitome, 2. par. c. 8. nu. 4. verſ. Ex quo ſubinfertur, in 2. limit. Io. Campeg. in tract. quòd ſtantib. maſcul. q. 6. nu. 49. Albert. Brun. in eodem tract. art. 1. nu. 5. vſque ad 8. magis communem opinionẽ cenſeri oſtẽdens, & quòd æquior ſit, ſcripſit Paul. de Caſt. conſ. 16. Viſo dicto puncto, nu. 7. in fi. verſ. Baldus autem, lib. 2. licet ipſe contrarium ſenſerit.

Cumq. ſuper hac perdifficili quæſtione multi in diuerſam ſententiam iuerint, ſentientes le-
34 gitimam † ſtatuto in totum tolli poſſe, non ſolum minui. Dyn. in reg. indultum, de reg. iur. in 6. verſ. Oppoſitum huius oſtenditur, vbi Ioan. And. in Mercur. Bar. in l. Titio centum, §. Titio genero, nu. 6. verſ. Et puto quòd bene dicat, de Cyno loquens, d. tit. de cond. & dem. quem ibi Io. de Imol. ſequitur, Dominic. de S. Gemin. in c. quamuis, de pact. in 6. Alex. in l. quod de bonis, §. fi. vbi de communi, pluresque allegãs, ff. ad l. Falcid. poſt Imolam, & Caſtrenſem quos refert Auguſt. Bero. in d. c. Raynut. n. 209. extr. de teſtam. Dec. in d. l. iura ſanguinis, de communi veraque opin. atteſtans, Oldr. conſ. 107. Circa mu-

ca municipale,nu.3.conſ.135. Factum tale eſt, num.1.verſ. Pro fundamento, Ang.conſ.104. Hic videnda ſunt,col.2.verſic.Hoc igitur viſo, conſ.105.Statuto cauetur,col.2.verſ. Item ſtatutum,conſulens per verbum fortè,vt ſæpe periti reſpondent,Rayner.conſ.68. Quædam mulier,col.1.verſ. Primo loco diſputat de lana caprina,communem opin.eſſe ſcribens,inter conſilia Signoroli de Homodeis, ac ipſe Signorol. conſ.37. Factum ſic proponitur,col.4.verſ.Cõcluditur ergo,& per totum,latiſſimè diſputans, conſ.69.In quęſtione Blandiſiæ,col.1. Lapp.al leg.101.In ciuitate Florentiæ, col.1.Abb.conſ. 75.Primo eſt videndum,col.fi.verſ. Sed his nõ obſtantibus, vbi magis communem ſentẽtiam eſſe affirmat Io.de Anan.conſ.4. Viſis ſtatutis, col.1.verſ. Quibus ſtatutis ſic ſtantibus, Card. conſ.60.Pro examinatione,Calderin.conſ.32. An ſi ſtatutum,tit.de teſtam.verſ.Pro hoc facit diſputatio Dyni.Capr.conſ.165. Videtur prima facie dicendum,col.2.nu.10.verſ. Sed etiã, Ludouic.Roman.conſ.32.Viſa municipali cõſtitutione,col.4.in 3.dub.conſ.134.Pro declaratione,in princ.multos citans,Alex.conſ.75.Viſis & diligenter perſpectis,num.11.verſ.Reſtat ad allegata,lib.1.conſ.131. Trãſmiſſum eſt,nu. 1.verſic.Nec Bartolus,eod. vol.Paul.de Caſtr. conſ.16.Viſo dicto puncto,nu.2. verſ. Re tamẽ vera,lib.2.dicens pluries ſe conſuluiſſe,vt re vera alibi de iure ita reſpondit, conſ. 175. Caſus præſens,num.6.de communi atteſtans, verſ.Illud autem certum,lib.1. Corn. conſ.150.Hanc quæſtionem,col.fi.num.4.vbi de recepta opin. meminit,lib.1.conſ.210. In hac conſultatione, col.fi.ante nu.6.verſ. Et per ſtatutum,eod.vol. conſ.111.Videtur in hac conſultatione, col.fin. verſ. Et eſt communis conſuetudo, lib.2.conſ. 150.Circa præſentem conſultationem,num.11. verſ.Ad hoc accedat,ipſomet lib.communẽ ſententiam eſſe aſſerens ſicque tenendum viua quidem ratione vt per eum, quicquid Salyc. dixerit conſ.115.In hac conſultatione, col.1.nu.4.de communi ipſa pariter,lib.3. idẽ repetens,conſ. 123.licet breue ſit thema,nu.7.verſ. Sed quòd in totum,eod.vol.conſil.1. Circa primum,col. 3.nu.9.de eadem recepta concluſione lib.4.rurſus Corn.conſ.107. In hac conſult. ante,nu.2. d.lib.2.Dec.ſibi parum conſtans,conſil. 19. Et pro tenui,nu.5.ipſam vti crebro admiſſam effe rens,Pariſ.cõſ.23.Præſuppoſita validitate,nu. 3.vſque ad nu.7.lib.2. Nicol. Bellon. conſ.13. Caſus iſte,nu. 21. magis communem opinionẽ eſſe contendens,Socin.iun.conſ.25.Caſus iſte, nu.26.de communi,lib.1. And. Tiraq.neminẽ allegans,ſed remiſſiuè loquens in tract.Primogeniorum,q.4.nu.36.Ferdinand.Vaſquius, in tract.de ſucceſ.creat.lib.2.§. 20. part.4.requiſ. 42.in rep.auth. nouiſſima,nu. 303. verſ. Inferetur ex ſuperioribus Capell.Toloſ.d. deciſ.437. Item fuit quæſitum,verſ.Fuit tamen,Io.Pet.de Ferrar.in forma libelli quo petitur hæred. ex teſtam.in gloſ.Ac etiam realiter,circa fi.verſ.Sed dubitatur, & de cõmuniori ſententia teſtatur, Georg.Natt.in tract.Quòd ſtantib.maſcul.in 1. q.nu.6.verſ.Aduerte tamen,Proinde aliqui dictas inuicem pugnantes, & contrarias opiniones diſtinctione conciliare moliti ſunt, vt abſq. alia rationabili cauſa ex ſtatuto legitima tolli nequeat ſed minui: ſi autem ſtatutum rationabile ſit legitima ipſa in totum eneruari poſſit, ita ſentiunt Bald. in l.lege xij. tabularum, ante nu.2.verſ.Et ideo,C.de legitim.hæredib.Abb. conſ.75.Primò eſt videndum,col.fin.magis cõmunem opin.eſſe concludens, Io. de Anan.d. conſ.4. Viſis ſtatutis,nu.1.in fin.verſic. Et licet Cynus,vbi Ludouic.Bolognin.nu.6.Franciſc. Aretin.d.conſ. 43. Placet mihi concluſio, poſt princ. verſic. Et licet quando ſtatutum, Dec.d. conſ.19.Et pro tenui,nu.5.conſ.525.Viſis his, num.5.verſ. Non obſtat etiam,de communi atteſtans,Curt.iun.conſ.10. Viſa ac diligenter cõſiderata,nu.7.verſ. Secundò principaliter,quę ſequitur Viuius d.opin. 813. Inſtitutio patris, nu.7.verſ.Aut ſtatutum, Nicol.Bellon.d.conſ. 13.Caſus iſte,num.21. verſ. Quod quidem non habet dubium,Rub.Alexandrin.conſ.122.Præſupponitur in facto,num.2.verſ.Et iſta opinio, Hieronym.Cagnol.in d.l.iura ſanguinis, nu.5. Albert.Brun.in d. tract. Quòd ſtantib. maſcul. art.1.nu.20.hic de communi,& Io.Nicol.Areletan.in addit.ad Alciat. in tract. de præſumpt. d.reg. 1.præſumpt.8.num. 6. verſic. Quid ergo tenendum,de magis communi ſententia fidem facientes, ſubditque Areletanus mediam hanc opinionem non ſolum crebriorem, ſed etiam æquam eſſe.

35 Cum tamen hæc diſtinctio non omnib.† placeat, & nũcupatim Cæſari Fiumagiolio in rep. d.l.in quartã,nu.311.verſ.Nec ijs accedo,nã vt ipſe fatetur ex eadem diſtinctione nunquã opinioni Richardi Malumbri egregij Doct. Cremonenſis locus daretur,vt vnuſquiſq.animad-
36 uertere facile poteſt;Ideo alij† diſtinxerunt,q aut filius excluſus per ſtatutũ in totum à legitima aliunde habet vnde ſe alat, & tunc rectè à legitima virtutę eiuſdem ſtatuti excludi poterit, aut non habet aliunde ſibi victum præſtare, & tunc tale ſtatutũ tanquam iuri naturali contrarium,nullo modo vires habebit,ita eſt de intention Abb.in cap.Raynutius,num. 12. extr.de teſtamen. voluntque Ferdin.Vaſquius in d.tract.de ſucceſ. creat.§.20.in 2.part.requiſ.42. num. 304. Didac. Couar. exempla afferens in epit.2. par.cap.8.§.6.in 5.concl. num.5.verſic. Ex hac ſecunda, poſt Ioan. Cirier. in tract. de primogen.lib.2.cap.16.vbi cõem eſſe dicit Rol.

de

de Vall. conſ.54.Quòd promiſſio,nu.50.lib.2. Cæſar Fiumag.in d.l.in quartam,nu.311. verſic.Ipſe itaque,aſſerens quòd quando filius aliunde habet alimenta,omnes admittunt validitatem dicti ſtatuti.

Hæc quoque diſtinctio mihi non ſatisfacit, verioremque eſſe opinionem magis communẽ
37 & æquiorem, Richardi † arbitror, vt legitima non poſſit ex ſtatuto in totum tolli,ſed minui ſtatutũ rationabile ſit, diminutio autem tam immoderata ac indiſcreta eſſe non debeat, vt liberis alimenta auferat, non attendendo illa alimenta quæ extrinſecus accidentaliter liberis ipſis poſſent fortaſsè contingere, Bald. in l. fin. §.ipſum autem,verſic.Sed legitima,C. de bon. quæ liber. dicens magiſtraliter, alimenta filijs deberi de iure naturali & formali, quia debentur quantum ſufficiant ad viuere, vt illius verbis vtar, ſed legitima eſſe de iure naturali non formali, quia poteſt per ſtatutum augeri & minui, non tamen in tantum quòd filij nõ habeãt vnde ſe alant,vt in d.textu,idem Bald.in Auth. nunc autem,in 2.not.verſic. Ego pridie conſului, C. de Epiſc.& cleric. faciuntque per ipſum tradita, in l.1.§.ius naturale,num.9. verſic.Vel dic quòd valet,præterquam in alimentis, ff. de iuſti. & iur. & in his terminus loquuntur Ioan. Lopez. in rep. cap. per veſtras, §.21. incip.Ex his,in princ.verſic.Ex quo infertur,& §.24.nu. 7.verſic.Hoc in fortioribus,ext. de donat. inter vir.& vxor.Alber.Brun.in tract.Quòd ſtantib. maſcul.artic.1.nu.5.verſic. In qua quæſtione, & num.6.verſic. Vbi plus dixit,ac in 9. artic.in 2.quæſt.num.46.Ioan.Nicol. Arelet. ad Andr. Alciat.de præſumpt.reg.1.præſump.8. num. 6. verſic. Intellige tamen, vbi ait alimenta abſorberi non debere, hocque affirmat Didac. Couarr. in d.2.part.cap.8.§. 6. num. 5. quicquid poſtea certo modo effuderit inferius, & p hac opinione congruunt dicta per Saly. in d.Auth. nouiſſima,num.16.verſic.Et ſi ſtatutum, quòd ſi loco legitimæ ſtatutum de aliquo non prouideret,illud irrationabile eſſet, & cõtra omnem legem tam Naturalem, quàm Diuinam,Canonicam,& Ciuilem.

38 Legitima tamen † aſcendentium, vt ad rem redeam,in totum tolli poteſt, quicquid de liberorum legitima varij varia dixerint, vt ex prænarratis conſtat, ita concludunt Bald. in d. l. 1. §.ius naturale,num.9.verſic.Et multo fortius, ff.de iuſt.& iur. Ang. conſil.105.Statuto cauetur, col.2.Ioan.de Anan.conſil.4.Viſis ſtatutis ante num.2.Capr.conſil.15. Pro pleniori, nu. 6.Abb.conſil.75.Primo eſt videndum,col. fin. verſic.Nunc condeſcendo ad ſecundum, lib.1. Roman.conſil.32.Viſa municipali,col.4. verſ. Attamen an per ſtatutum, Corn. conſil. 150. Hanc quæſtionem,nu.4.lib.1.conſil.150. Circa præſentem conſultationem, nume.11.lib.2. conſil.107.In hac conſultatione, ante nume.2. verſic. Et præſertim,cod.lib.2.Pariſ. conſil.23. Præſuppoſita validitate,num.5.lib.2. Ludoui. Gozad.conſil.43.Videtur prima facie,num.15. verſic. Duodecimo etſi dicatur, Franciſc. Rip. reſponſ.79.Requiſitus,num.2.vbi de communi meminit,& rurſus reſponſ.lib.1.tit.de legib. & long.conſuet.cap.7.num.2.Dec.in Liura ſanguinis,in fin.vbi Hieronym. Cagnol. nume.5. verſic. Niſi loqueremur,ff.de reg.iur.Alcia.in d.tract.de præſumpt.reg.1.præſump.8. num.2. verſic. Vnde dicimus, Albert. Brun. in d.tract. Quòd ſtantibus maſcul. artic.1.num.22.verſic. Prędicta cõcluſio,Georg.Natt.in eodem tract. in 1.quęſt.num.7.verſic.Quo tamen,Ferdinan. Vaſq.in d.tract.de ſucceſſ.creat.li.2.§.20. par. 2.requiſ.42.poſt num.296.verſic. Id quod magis indubitatum eſt. idemque reſponderunt Pet. de Anchar.conſil.428.Super caſu,colum. prima, verſic. In contrarium, Paul. de Caſtr. conſil.175. Caſus præſens,num. 6. de communi atteſtans, lib.1. Franc. Marzar. conſil. 33. Aduerſus,num.20.verſic. Secundo præmitto; Et quamuis Didac. Couarr. in epitom.2.part. cap.8.nume.5. verſic. Nec mihi placet opinio, contrarium ſenſerit, non eſſe à prædicta opinione communiter recepta recedendum, ſed cum præcitatis Doctoribus tranſeundum arbitror, etſi Emanuel Coſta in d.rep. cap.ſi pater, in 3. part.ſuper verb.Priuare non poſſit, nume.42. verſic. Hinc communiter proditum eſt, de teſtam. in 6. Didaci declarationem comprobare videatur, cum repugnantiam quandam implicet dum ex communi legitimam aſcendentium in totum tolli poſſe concludit; Imperator itaque de aſcendentibus interrogatus non idem reſpondiſſet.

HYPOTHESIS.

Si ſine parentibus deceſſerit conditionem ex l. cum auus, non ſubintelligi: Nec etiam in naſcituris prodeſſe: Neque ſi teſtator qui viuum parentem habebat, filium aut alium deſcendentem inſtituat, grauetque: De tranſmiſſione aliquid: De extenſione quoque vbi dictiones taxatiuæ adeßent diſcurri.

SVMMARIVM.

1 *Conditionem ſi ſine parentibus deceſſerit, ex l. cũ auus, non ſubintelligi, & nu.23.*
2 *Nepos licet in filij locum ſuccedat, auum tamen in patris locum non ſuccedere.*
3 *Patrem ante auum deceſſurum fore, cõtra votum parentum cenſeri.*

Condi-

4 *Conditionem ex l. cum auus, in naſcituris, non autem in natis procedere; id autem alibi inferius maturè diffinixi.*

5 *Veriſimile non eſſe, patris aſcendentem, ipſius patris hæreditatem fore conſequuturum.*

6 *Lineam rectam aſcendentium non obliquari, pietemque erga liberos in eadem linea reſtinere.*

7 *Diſpoſitionem de deſcendentibus loquentem, in materia fauorabili ad aſcendentes extendi.*

8 *Seniorem iuniori præmoriturum veriſimile eſſe.*

9 *Hermandolfy de Detis opinionem, de cogitatione in genere vel in ſpecie ad tollendum, l. cum auus, diſpoſitionem, afferri.*

10 *Hæreditatem parẽtibus magis quàm naturalibus liberis deberi.*

11 *Pietatem parentum erga liberos naturali non autem ciuili iure metiri.*

12 *Prolem naturalem, quo ad naturale fœdus pro legitima haberi.*

13 *Votum parentum erga liberos, non minus erga naturales accendi.*

14 *Filijs illegitimis communem amorem eſſe, & naturam.*

15 *Tranſmiſſionem iure ſanguinis non ſolum de liberis ad liberos, ſed etiam ad deſcendentes fieri, ex gloſſ. in l. vnica, C. de his qui ante aper. tab. Sed tamen ipſum Accurſium communiter reprobari.*

16 *Tranſmiſſionem ex l. ſi quis filium, C. de inoffic. teſtam. in aſcendentem non fieri.*

17 *Teſtamenti inter liberos priuilegia ad aſcendentes inſtitutos non porrigi.*

18 *Extenſionem de caſu ad caſum fieri in materia fauorabili, dictione taxatiua non obſtante, ſed vide nu. 20.*

19 *Subſtitutionem de perſona ad perſonam regulariter non extendi.*

20 *Dictiones taxatiuas ſeu reſtrictiuas diſpoſitionem fauorabilem reſtringere.*

21 *Tranſmiſſionẽ in deſcendentes non fieri, ſi tranſmittens de deſcendentibus non ſit, ex capite inquam, l. vnic. C. de his qui ant. apert. tabul.*

22 *Subſtitutum ex præſumpta teſtantis voluntate excludens, vt ſuccedat ex Nicolao de Mattarellis, opus eſſe.*

24 *Conditionem ex l. cum auus, non ſubintelligi, ſi teſtator qui viuum parentem habebat, filium aut alium deſcendentem inſtituat, adiecto fideicommiſſo poſt mortem reſtituendo: ceſſat inquam conditio ſi deſcendens grauatus ſine illo ſuperiori ipſius teſtatoris, & grauati parente deceſſerit.*

25 *L. ſcripto, ff. vnde liberi, intelligentias ab Vincentio Herculano, & Emanuele Coſta conſideratas, improbari.*

CAP. X.

VINTA illatio eſt, cum præcedenti per Scribentes examinata, poſito nanque quòd patre grauato tacita liberorũ cõditio nõ ſubintelligatur, nunquid ſaltem conditio inerit, ſi ſine parentibus deceſſerit? Et Raphael. Fulgoſ. in d. l. generaliter, §. cum autẽ, conditionis tacitæ ſi ſine parentibus intelligen-
1 tiam † ritè non procedere cenſuit: cum quo ibi pertranſeunt Ioan. Baptiſt. de S. Seuer. Iaſ. nu. 2. in 7. limit. verſic. Ego puto, & Petr. Philipp. Corn. colum. 2. num. 2. verſic. Sed contrarium, Alexan. in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, num. 11. verſic. Ad quod bene facit, ff. ad Trebellia. Franc. Rip. ibidem num. 5. Socin. hic colum. 6. num. 16. verſic. Puto hanc opinionem tenendam, & poſt Gregor. Lup. in d. gloſſ. Dos filios, de communi ſententia teſtatur Emanuel Coſta in d. cap. ſi pater, in verb. Si abſque liberis, in 1. parte ante num. 7. verſic. Hæc autem communis opinio, dicens ab ea recedendum non eſſe, de teſtam. lib. 6. Inducit primò Alexander, quod notatur in l. filiusfamilias, ff. ad l. Falcid. item quod ſcribitur in Authen. defuncto, C. ad Tertull. vbi communiter per Doctores concluditur, quicquid ſibi Iac. Butrig. voluerit, quòd licet nepos in filij locum ſuccedat, auus tamen
2 † in patris locum nõ ſuccedit. Secundò Corneus dicebat, contra votum parentum eſſe, pa-
3 trem ante auum † deceſſurum, hæreditatemque deſcendentis ex voto ad deſcendentes minimè tranſire, d. l. ſcripto, proindeque eandem coniecturandi rationem non videri. Tertiò Iaſ. aſſerebat, quòd cum iſti aſcendentes teſtamen-
4 ti tempore nati eſſent, non poſſe prætendi † de illis teſtatorem non cogitaſſe, & ſic ceſſare rationem, d. l. generaliter, §. cum autem, ex ijs quę de iſtis teſtamenti tempore progenitis ſuo loco dicemus. Vltimò Petr. Philipp. Corn. d. num. 2. verſic. Præterea aſcendens patris, conſiderabat veriſimile non eſſe quòd patris aſcendens hæ-
5 reditatem † patris conſequatur, ſi enim pater cũ aſcendentibus & deſcendentibus deceſſerit. liberi ipſos aſcendentes excludũt, fruſtra itaque hæc ſi ſine parẽtibus cõditio ſubintelligeretur. Prædictæ rationes quamuis leues, ac friuolæ ſint, receptiori tamen calculo comprobantur, licetque Socinus ſolidus, ac eximius Doctor leuitatem iſtam tetigerit, clareque cognouerit, non propterea fuit auſus ab hac ſententia recedere. Sed non defuere, qui contrariam magiſque probabilem opinionem ſequuti fuerint, & inter cæteros Raphael Cuman. in hac l. cum auus, in eius diſtinctione, Dec. in d. l. generaliter, §. cum autem, num. 15. verſic. Venio ad ſecundum.

eundum. fuitque opinio Petri, & Cyni, quos referendo ſequitur Corn. conſil. 197. Non alienam, colum. 5. poſt princ. num. 7. verſic. Non enim, lib. 3. & cum his etiam ſentit Andr. Barbat. in d. l. cum acutiſſimi, fol. 31. colum. antepenult. verſic. Poſſet etiam quiſpiam dubitare. Sumus enim in rectitudine aſcendentis lineæ
6 † quæ non obliquatur, vt ardor pietatis (parentibus ſiquidem piè relinquitur) abſque obſtaculo refluat & aſcendat, nec dubium eſt, Papiniani reſponſum ſuper pietate reſidere: aut in eo ne ſcilicet videatur alienas ſucceſſiones, vt in d. l. cum acutiſſimi, vel quia veriſimile non ſit, & d. §. cum autem, ac vtranque rationem in parentibus, quicquid in filijs aui contingat tanquam tranſuerſalibus, militare: eadem igitur ratione militante, non mirũ ſi in materia fauo-
7 rabili † diſpoſitio de deſcendentibus loquens ad aſcendentes extendatur. Nec obſtat ſi cum Iaſ. diceretur, quòd cum aſcendentes nati eſſent, cogitationis veriſimilitudo inſurgit ad tollendum concurſum rationis d. l. cum acutiſſimi. Nam (vt Decius aduertit) etſi aſcẽdentes teſtamenti tempore geniti præſupponantur vt teſtatori innoteſcere de facili potuerint, non tamen cogitaſſe credendum eſt antiquiores aſcendentes † iuniori inſtituto ſuperſtites fore naturæ or
8 dine inſpecto, l. qui duos, §. cum in bello, & l. cũ pubere, ff. de reb. dub. adeò quòd caſus inopinatus videatur, prædictaque ratio ſatis congruat turbatione ordinis contingente, vt not. in d. l. nam etſi parentibus, in princ. vbi gloſſ. ff. de inoffic. teſtam. Sed Raphaelis Fulgoſij opinionem ſuſtinendo, Decij reſponſio obſtare non videtur, cum veriſimilis cogitatio in ſpecie
9 † nõ requiratur, antiquiorem ſcilicet iuniori ſuperſtitem fore, generalis verò ſecundum vnam opinionem ad tollendum huius legis diſpoſitionem ſufficiat, vt inquit D. Hermãdoctius de Detis in 2. ſubſcript. num. 204. incip. Eleganter ad Marian. Soc. iun. conſil. 128. lib. 1. poſtquam generalis ipſa cogitatio tolli nequit, quẽ admodum Decius etiam admittit; Pro ipſo tamen dici poteſt, cogitationem in genere ex Hermãdoctio de Detis, alijsque ab eo relatis, ex verbis nominationeque teſtãtis aſſumi, vt quia in aliqua teſtamẽti parte aui meminiſſet, quod hic minimè præſupponitur, Cumani inſuper aſſertio confirmatur, magis enim parentibus
10 † hæreditas quàm naturalibus filijs debita eſt, quod probatur, cum parentes in ſolidum deſcendentibus non extantibus ſuccedant Authent. in ſucceſſione, C. de ſuis & legitim. quod in filijs naturalibus non euenit, vt in Authent. item licet, C. de natural. liber. Naturales etiam contra teſtamentum non veniunt, l. 1. & ibi not. ff. de bonor. poſſ. contra tabul. ſed parentes ſic, d. l. nam etſi parentibus, & per gloſſ. in §. exheredatos, Authen. de hæredib. & Falcid. & tamen iſtæ leges in naturalibus militant, dicto §. cum autem. Sed Socini, aliorumque exemplis quæ afferri poſſent non obſtantibus, conſiderandum eſt, horum iurium fundamentum, præſumptam patris voluntatem pietate fulſultam
11 cenſeri, pietas autem attento naturali iure † nõ ciuili perpẽditur, l. hos accuſare, §. in omnibus, ff. de accuſ. ergo ad omnes filios eadẽ ac æqualis præſumitur, cum natura inter legitimos naturalesque differentiã non conſtituat, §. ſi quis verò non habens, Authent. quib. mod. natural. effic. legitim §. ſi quis ergo filios, Authen. quib. mod. natural. effic. ſui, eſtque text. in l. adoptiuus, §. ſeruiles, verſic. Vnde nec vulgo, ff. de rit. nupt. Vt hinc dixerit Pet. de Anchar. conſ. 225. Videtur prima facie, colum. penult. quòd pro-
12 les naturalis pro legitima † quo ad naturale fœdus conſideratur: vt non ſit Socino in illo parentum exceſſu deferendum, vt eis hæreditas magis in propoſito quàm naturalibus liberis debeatur, ex quo votum natura inſitum idem
13 erga naturales † detegitur, quod expreſsè ex Scæuolæ verbis lib. 22. Digeſt. in l. vxorem, §. codicillis, in fin. ff. de leg. 3. deduci poteſt, Reſpondi (inquit) ex codicillis ad patrem naturalemeos pietatis intuitu pertinere. Proinde Bal. in capit. quæ in eccleſiarum, colum. fin. extr. de
14 conſtit. communem filijs illegitimis † amorem eſſe & naturam dicebat: Natura autem quædã ſubſtãtia eſt, vt in his terminis tradit idem Bal. in dicta l. cum acutiſſimi, num. 8. in propoſitoque dubium haud eſt, filiationis ſubſtantiam ex dicta pietate prouenientem, non qualitatem attendi. Vltimò in ſimili allegatur gloſſ. not. in l. vnic. C. de his qui ante aper. tab. quam comprobant. Iacob. de Rau. Iacob. Butrig. Alber. & Bald. num. 6. verſic. Et ideo attenta hac ratio
15 ne, concludens † quòd quamuis text. ille de liberis ad liberos loquatur, eius tamen ratio ad parentes porrigatur: dicebatque Butrigarius, quòd licet ex dictæ legis diſpoſitione non tranſmittatur, ex identitate tamen rationis tranſmiſſio fiat, triſtitiæ filiorum de morte parentum, naturalisque debiti, vt per Baldum ibi. Sed in d. gloſſ. fundamentum fieri non poteſt, cum vt idem Socin. teſtatur plurimi contradicant, & gloſſam reprehendit ibi Bart. num. 3. quia contra caſum in l. 2. §. ſi quis ex liberis, ff. ad Tertu. reſpondens ad l. apud hoſtes, C. de ſuis & legit. ac cum Bart. ſenſit Cyn. eſtque in omni caſu receptior ſententia, cum non eadem tranſmittendi ratio ſit, licet enim legitima pariformiter aſcẽdenti ſicut deſcẽdenti relinqui debeat, quia pietatis cauſa relinquenda eſt, vt neque filijs, neque aſcendentibus alimenta deſint, quorum vice legitima ſuccedit, Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero, nu. 6. ff. de condit. & demonſtr.

ac ſa-

ac ſatis enitet ex verbo,piè,quod legitur in d. l. nam etſi parentibus, non tamen tota hæreditas ita parẽtibus ſicut filjs debetur, vt in principio dictæ legis, & expreſſius in d. l. ſcripto, verſic. Non ſic, proindeque in d. l. vnic. extenſio non ſit,cum eadem non ſit ratio, l. lege Iulia,§. hoc caput,ff.de rit.nupt.cum ſimil.& contra dictam gloſſ. concludit etiam Anton. Gomeſ. in tract. var.reſol.iur. ciuil.tom.1.tit.de teſtam.cap.4.de pupill.ſubſtit. nu.7. verſic. Quartò quòd inter aſcendentes, & tit, de tranſmiſſ.hæredit.cap.9. num.48.verſic. Item quod magis eſt, facitque doctrina Ang.in l.nam is,ff. de inoffic. teſtam. vbi voluit,tranſmiſſionem, quæ ad liberos fit, ex l.ſi quis filium, C. eod.tit. in aſcendentibus
16 locum† non habere,vt ipſi etiam tranſmittant, ſed cum Angelus in remedio odioſo loquatur, ideo melius congruit text.in d.l.hac conſultiſſima,§.ex imperfecto,in verb.Solis liberis,C.de teſtam.iunct.§.ſi quis autem,vbi habetur quòd
17 priuilegium ſolis liberis conceſſum† vt minus ſollemne teſtamentum ſuſtineatur,ad parentes (vt dicebam) non extenditur: textus enim in d. §.ſi quis autem,ſimpliciter dicit,quòd ſi inſtituti ab inteſtato venientes in minus ſollemni teſtamento fuerint, licet aliquando primum ſolenne per iſtud ſecundum reuocetur,nunquam tamen ex teſtamento, ſed ab inteſtato ſuccedit-tur,cumque ſimpliciter de venientibus ab inteſtato loquatur, nec diſtinguat aut limitet ex quo gradu veniant, de proprietate verborum aſcendentes quoque includit, & ita inducebat Bald.in l.fin.nu. 5.C.famil. erciſc.ſic ſentiens, vbi Salycet. idemque in dicto §.ex imperfecto, poſt Specul.in tit. de inſtrum. edit. §.compendioſè,verſic.Quid ſi filius; Etſi cum Andrea Siculo in d.l.cum acutiſſimi,colum.23. verſic. Secundò reſpondeo, textus aduenientes ex latere reſtringeretur aſcendentes excludendo, dixerim quòd eſſet litteram violare, quæ ſic manifeſtè & irrationabiliter violanda non eſt: maximè cum eadem non ſit ratio, appoſitaque dictio taxatiua fuerit, vt in d.l. vnic. Et quamuis
18 dictione taxatiua† non obſtante, in materia fauorabili extenſionem fieri dixerit Bart. in l.ſi conſtante,in princ.ff.ſolut. matrim.non tamen ita de perſona ad perſonam extenſio procedit, cum difficilior ſit,vt per Ioan.de Imol.in l.ſi verò,§.de viro,ff.d.tit. Hinc eſt,quòd licet ſubſtitutio quandoque de caſu ad caſum extẽdatur,
19 attamen de perſona ad perſonam† non extenditur,ex Franc. Aretin. in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,colum.3.verſic.Secundò adde,ff.de liber.& poſthum.in l.ſi quis hæres,§.1. in 2. not. ff.de acquir.hæred.Dec.conſil.218. In caſu,nume.9.conſil.211.ſubtilis,num.5.conſil.291. Viſis,num.5.colum.3.verſic.Secundò præmitto, & conſil.314. Pro reſolutione,num. 5. rurſus, conſil.377. Viſis,num.7.conſil.465. Perſcrutatis,num.16.conſil.697.His ſtantibus,num.13. Anton.Rub.conſil. 31. Præſupponitur,num.5. Aym.Crauett.conſil.98.Nobilis,num.13.conſ. 161. Verba,num.11.poſt Abb.conſil.57. Attingam,colum.pen.lib.2.& Iaſ.in l.cum res, num. 20.ff.de legat.1. Ludouic. Gozadin.conſil.59. Prima facie,num.4.Ioan. Cephal. conſil. 107. Magnificus D.num.19.lib.1.conſil.620.Series num.73.conſil.729.Accipio,nu.9.lib.5. Ruin. conſil.127.Scio quod ad diſſentiendum, num. 9.lib.2.Et vbi in aliqua diſpoſitione verba taxatiua uel reſtrictiua adſunt,diſpoſitionem etiam
20 fauorabilem† reſtringũt,l.penult. C. de leg. & poſt Bald.conſil.262.Recolo,in fin.lib.1.repetitur conſ.456.lib.5.per illum tex.tradit Aym. d.conſ.98. nu.14. Quòd cũ in præfatione horũ commentariorũ latè reſolutum ac extricatũ fuerit, quæ opinio receptior ſit quotq. declarationes Aretini aſſertio recipiat iudicãdo, nõ cẽſeo hic contrariũ diſputãdi cauſa ſentire, incõſtantiæq. tertũ vitiũ, vt in hac ſcientia frequens eſt incurrere, quod multis diſertiſſimis Iuriſconſultis ſynceritatis ac veritatis ſplendorem turpiter ademit. Et licet(vt ad rem redeam) perſona ſimilis non excludatur, vt videtur velle gloſſ. not. in l. eum qui, §. ſi petenti,ff.de public. in rem act. cum adductis ab Andr. Tiraquell. in tract.de retract.conuent.§.1.gloſ.6. num.6.verſic. Nam & dictio taxatiua, in propoſito nõ eadem eſt ratio, vt ſimilitudo extenſionem operari non poſſit. Facitque(vt Franciſc. Aretinus dicebat) quod notabiliter tradit Bal.ĩ l.ſi auia, nu.5.verſ.Et ſecũdum hoc not.C. de iur.delib.
21 quòd quando tranſmittens† non eſt de deſcendentibus, licet ille in quem tranſmiſſio fit de deſcendentib.exiſtat, non tamen fit ex capite d.l. vnic.tranſmiſſio; Vnde ſi auia generum ſuũ hæredem inſtituerit qui filium habeat; licet ille filius reſpectu auiæ deſcendens ſit, quia tamen gener deſcendens non eſt,non trãſmittet, & ex d.l.unic.colligitur,quæ trãſmittendi priuilegiũ non niſi liberis (vt ſupra aſſerebam) tribuit. Non obſtat quòd ſi pater cum aſcendentibus & deſcendentibus decedat, conditio nihil reſpectu aſcendentium operetur, quia quando liberi ſunt in conditione quòd ſuccedant non requiritur, l. filiusfamilias, §.cum quis, de leg. 1. ita etiam in aſcendentibus; Nam reſpondeo abſurdum non eſſe, quòd aliquando perſona quæ ex præſumpta defuncti voluntate ſubſtitu-
22 tum excludit, tunc excludat† cum ſuccedit, áliàs ſecus,vt conſtat ex not.per Nicol. de Matarell. & Bald. col.1. in l.pen. C. de impub. & al.ſubſtit. & ex hijs quæ inde Raphael Fulgoſius, ac Paul. Caſtrenſis inferunt,de hoc tamen infra latius diſceptãdum erit. Quicquid autem ſit,iudicando conſulendoque ab opinione Fulgoſij

23 goſij † recedendum non eſt: vt in caſu prædicto conditio ſi ſine parentibus nõ ſubaudiatur, vti communiter approbata. Ex prænarratis decidi etiam videtur, vt quemadmodum quando aſcendens inſtituit deſcendentẽ ipſum grauando, vt poſt mortem ſuam fideicommiſſum reſtituat, conditio ſi ſine ſuperiore parente deceſſerit, quem teſtator, ac hæres grauatus ſuperſtitem habebant non ſubintelligitur, eodem mo-
24 do idem † dicendum erit, ſi teſtator qui viuum parentem retinebat, filium aut alium deſcendẽtem inſtituat, adiecto fideicommiſſo poſt mortem reſtituendo, nec enim ſubaudienda conditio erit ſi deſcendens grauatus ſine illo ſuperiore ipſius grauati ac teſtatoris parẽte deceſſerit; Hæcque ſententia dubio procul probanda eſt, quando parens ſuperſtes & viuus relictus poſt mortem grauati hæredis, aſcẽdens etiam ipſius teſtatoris præmortui fuiſſet, vt concludit Emanuel Coſta in comment. ad cap. ſi pater, in 1. part. in verb. Si abſque liberis, num. 8. de teſtamen. lib. 6. Et ſi reijciendo dictam l. ſcripto, ff. vnd. liberi, adhuc Primò diceretur, vt ſignificet viuo patre & filio magis patris hæreditatem fi-
25 lio, quam è contra deberi: cæterum ſi filius † præmoriatur, tunc illius hæreditas non minus parenti debeatur, d. l. nam etſi parentibus, vt Vincentius Herculanus Peruſinus in l. filiusfamilias, ff. ad l. Falcid. & in d. l. in fideicommiſſariã, ad Trebell. intelligebat. Secundò quòd Iuriſconſultus in d. l. ſcripto, §. fin. ſignificet, non eodem modo liberorum hæreditatem parentibus deberi vt è contra, quoniam pater prius naturaliter mori quàm filius ſperatur, vnde ſi filius turbato naturæ ordine præmoriatur, patri incipit deberi, vt Emanuel Coſta in d. cap. ſi pater, in 3. part. in verb. Priuare non poſſint, num. 39. aſſerebat. Reſpondeo præcitatos Doctores nõ benè concludere, cum vtranque reſponſionem Papinianus deſtruat, dum rationem ibi reddẽs cur non vtriſque eodem modo hereditas debeatur, Parentes (inquit) ad bona liberorum ratio miſerationis admittit, liberos naturæ ſimul, & parentum commune votum. Sola igitur mortalitatis miſeratio turbato ordine in parentibus cauſa ſucceſſionis eſt, quę debilior cenſetur cõſiderato concurſu ordinis, ac voti, non minus naturæ quàm ipſorum parentum, vt minimè d. l. nam etſi parentibus, in fin. negotium faciat. Huc pertinet, quod in præfatione huius operis ex Calliſtrato Iuriſconſul. libro ſecundo Quæſtionum excerptum afferebam, vt profundiore animi affectu bona quæ noſtra ſunt naturæ impulſu liberis relinquamus, ipſosq. amemus, nã ex prolis ſuſceptione diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquimus, nõ mirum ſi ad ipſam conſeruandam & alendam ſic illis bona ac diuitias parare omni conatu ſtudeamus, liberorumque procreandorum animo, & voto vxores ducamus, ad filios filiasve concipiendas edendasque, l. liberorum, §. præter hæc omnia, de verb. ſignif. Quod quidem ſtudium votumque erga parentes ceſſare experientia docemur ceſſante illa æternitatis cogitatione atque imagine, quæ ſæpè homines ad auaritiam, corpus & animum corrumpentem conducit, cuius teterrimi vitij aſperitatem natura in liberos procliuis non excuſat aut delet, cum vt Franciſcus Connanus in comment. iuris ciuilis conſiderat, nullis in rebus natura nobis dominium dederit ſed vſum tantum, aut vſus noſtri cauſa poſſeſſionẽ: itaque quod ſibi quiſque cælo, mari, terraque ceperat ſuum faciebat, eatenus, vt eo vti poſſet non vt eius dominium nanciſceretur, ſed poſſeſſionem: Quandiù enim illud ſeruabat ad vſum ſuum, tandiù alijs ius non fuit auferendi aut vtendi; Pari ratione quod agri quiſque ceperat ad habitãdum aut arandum eo tantiſperdum poſſidebat à nemine potuit deturbari, ne poſſeſſionẽ alterius quam primo cuique occupanti natura dederat interuerteret, quod ſine iniuria facere nõ poterat, iniuria autem omnis contra naturã eſt. Ergo fuit in iſtis primis naturalibus propria cuiuſque poſſeſſio, dominium non fuit. Sed hoc ius dominij ad maiorem rerũ cuſtodiam & futuræ neceſſitatis ſubſidium, cõmunis poſtea omnium nationum conſenſus excogitauit. Quod cum ita ſe habeat, ne liberorũ quidem ſucceſſio naturæ imputari poteſt, quæ facit vt eos amemus & charos in primis retineamus, non vt eos hæredes relinquamus, cum ea nihil proprium nobis dederit, quod ad filios transferri poſſet. Ac ne tum à principio ſolicitauit hæc cura homines, ſed eos qui poſteriorum temporum ambitione & auaritia corrupti locupletãdis liberis ſtudium omne poſuerunt, quod malorum omniũ quaſi ſeminarium fuit, ſed de hoc diffuſius alibi.

HYPOTHESIS.

In fideicommiſſaria ſubſtitutione hanc l. cum auus, verificari: Etiam in fideicommiſſaria à milite facta: Non autem in directa vulgari: Deque iſtis ſubſtitutionibus, atque de verbis reſtituere & ſubſtituere, de directisque verbis comminiſci: & l. ex facto, in princip. ff. de vulg. & pupill. explicari.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, in fideicommiſſaria ſubſtitutione procedere.*

2 *Reſtituere verbum, ſubſtitutionem fideicommiſſariam ſignificare.*

Reſtituere

3 *Reſtituere verbum, ad teſtatorem relatum, directam ſubſtitutionem importare.*
4 *Subſtitutionem directam per verba merè obliqua induci poſſe; Exemplumque afferri.*
5 *Reſtituere verbum, ad directi ſignificationem aliquando applicari.*
6 *Reſtituere verbum ad hæredem relatum, directã ſubſtitutionem inducere.*
7 *L. cum auus, in fideicommiſſaria ſubſtitutione etiam à milite facta procedere.*
8 *L. cum auus, in directa vulgari ſubſtitutione locũ non habere: Hocque num. 35. facilius reddi.*
9 SENENSES *Iuriſconſultos in ſubſtitutionum interpretatione claruiſſe.*
10 *Subſtitutionem vulgarem aditione hæreditatis expirare.*
11 *Subſtitutionem vulgarem tacitam, non ſolum expreſſam aditione euaneſcere.*
12 *Subſtitutionem vulgarem non ſolum aditione hæreditatis, ſed per defectum alterius adiectæ conditionis deficere.*
13 *Legem interpretantem iuxta terminos legis interpretatæ moderari.*
14 *Filio repudiante vel abſtinente, hæreditatem non ad filios ſuos, ſed ad coheredem vel ſubſtitutum deuolui.*
15 *Subſtituo verbum, propriè directum eſſe. Sed limitari ex qualitate actus, ac vt actus ipſe ſuſtineatur, num. 18. aliſerque hoc nume. 25. declarari.*
16 *Subſtitutionem, & reſtitutionem inuicem differre.*
17 *Subſtitutum, ſecundum hæredem dici.*
19 *Subſtituo verbum, ob adiectionem verbi hæredes directum reddi.*
20 *Subſtituo verbum, de vulgari in dubio prædicari.*
21 *Subſtitutionem, in dubio directam magis, quàm fideicommiſſariam cenſeri; Hocque ampliari, num. 22.*
23 *Subſtituo verbum, nunquid commune ſit.*
24 *Subſtitutionem fideicommiſſariam propriè ſubſtitutionem eſſe.*
26 *Subſtituo verbum, quando in perſonam eiuſdem ſubſtituti concurrit cum verbo inſtituo, ad ſuperfluitatem tollendam, verbum ſubſtituo tanquam commune fideicommiſſariam ſubſtitutionem importare.*
27 *Generi per ſpeciem derogari, cum diſpoſitio generalis apta ad omnes caſus, & ſpecialis ad vnum caſum, ſimul ponitur.*
28 *Subſtitutionem in dubio directam interpretari, dummodo verba & perſona id patiantur, & niſi teſtantis voluntas repugnet aut impugnetur.*
29 *Verba directa ad ſenſum obliquum trahi, ſi de voluntate teſtatoris appareat.*
30 *Coniecturandi vim in fideicommiſſaria ſubſtitutione latius pernagari.*
31 *L. ex facto, in princ. ff. de vulg. & pupill. interpretari.*
32 *Actum non vitiari ſi poſt eius perfectionem res ad illum caſum deueniat à quo incipere non potuit: id ipſumque num. 33. declarari.*
34 *Retentionem in fideicommiſſaria ſubſtitutione, fauorabiliorem eſſe noua acquiſitione, reſpectu vulgaris ſubſtitutionis.*

CAP. XI.

EX ISTOMET textu ibi, à nepote petijt, vt ſi infra trigeſimũ annum moreretur, hæreditatem patruo ſuo reſtitueret, cõcluſio colligitur, eiuſdem legis diſpoſi-
1 tionem in fideicommiſſaria ſubſtitutione † ſibi locum vendicare, ita dicunt Socin. hic colum. 8. Alexand. in l. penult. ante fin. verſic. Sed Fulgoſius, C. de impub. Pariſ. conſil. 19. Ad reſolutionem, num. 92. lib. 2. conſil. 54. In iſto iudicio poſſeſſorio, num. 12. lib. 3. Socin. iun. conſil. 125. Viſis, nume. 12. lib. 1. Portius conſil. 177. Contingit, poſt num. 3. lib. 4. Gerard. Mazzoll. conſil. 2. Philippus, num. 45. Franciſ. Mantic. in tractat. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 7. num. 15. Decian. conſil. 24. Et prima facie, nu. 18. lib. 2. & Præclariſſimus Iuriſconſ. D. Petrus Caballus conſil. 48. Maturè conſideratis, verſ. In qua quidem ſubſtitutione fideicõmiſſaria.
2 Verbum enim † reſtitueret, fideicommiſſariam ſubſtitutionem importat, l. reſtituta, ff. ad Trebell. l. cohæredi, §. cum filię, ff. de vulg. & pupil. Bart. in l. centurio, num. 45. vbi Lanfranc. num. 17. eod. tit. Bald. in l. fin. colum. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius, in verb. Teſtamentũ, 3. nu. 61. & ibi Didac. Couar. §. 9. nu. 4. extr. de teſt. Vdal. Zaſ. in tract. ſubſtit. tit. de compen. fol. 2. verſ. Obliqua verba, Andr. Alciat. in l. plus eſt, in fin. ibi, Reſtituitur ex S. C. Trebelliano, ff. de verb. ſig. Storr. Odd. in tract. compen. ſubſtit. part. 4. q. 2. art. 1. in verb. Reſtituat, fol. 62. neminẽ diſcrepare atteſtans.

Licet ſi verbum iſtud reſtituat, ad teſta-
3 torem dirigatur, directam † ſubſtitutionem ſignificet, Io. Bapt. de S. Seuerino in l. precibus, nu. 41. ad fin. d. tit. de impub. & al. ſubſtit. Mant. in d. tract. de coniect. vltim. vol. lib. 5. tit. 7. nu. 19. verſic. Etſi quidem verbum reſtituo. Ad quod faciunt notata per Bald. in l. humanitatis, num. 53. verſic. Mirabile dicam, eod. tit. de impuber. vbi voluit, poſſe aliquo caſu directã
4 † ſubſtitutionẽ per verba merè obliqua fieri, exemplum ſi teſtator dixerit: Si filius meus in furore deceſſerit, ego teſtator hæreditatem meam filiò reſtituo, iſta eſt directa, cum medium hominem reſtituentem non ſignificet.

Sed

Sed ipſe teſtator immediatè manu ſua, & non extranea conferat: ſubdens mirum non eſſe,
5 quia verbum reſtituo, † quandoque ad directi ſignificationem applicatur, l. inter omnes, ff. qui ſatiſd. cogant. l.tertia, in fin. C.de iur. de-
6 lib. Idem ſi ipſi hæredi verba † dirigeret,dicendo, Si hæres non eris hæreditatem reſtituas,aſſerens iſtam directam vulgarem eſſe, dicta l.inter omnes, ad facti enim non iuris reſtitutionẽ verba referuntur, vt ibi, & Baldum ſequuntur Alexand. in l.verbis ciuilibus, nu.7.ff. de vulg. & pupill. Corn. in dicta l.precibus, nume. 33. Franciſc.Rip.in dicta l.centurio, numero 101. Philipp.Franc.in cap.ſi pater,colum.30.in fin. verſic.Secundò eſt verbum reſtituatur,vbi etiã Emanuel Coſta in 1.part. in verb. Moreretur, nume. 9. de teſtam.in 6. rurſus Bald.in d.l.fin. num.14.C.de ſacroſ.Eccleſ.Gulielm.de Benedict.in rep.d.cap.Raynutius,in verb. Succederent, in fin.& ante iſtos Bart. in l.quærebatur, in princ.num.3. ff. de milit. teſtamen. & ab his neminem inuenire diſsentientem dicit Oddus in præcitato loco, verſic. Limitatur autem eleganter. Eadem omnino ratione idem dicendũ in pupillari ſubſtitutione eſſe, argum. §.qua ratione,Inſtit. de pupill. concludit ipſe Emanuel Coſta in d.c.ſi pater,3.part.in verb.Pupillares, numero decimooctauo,verſic.Quòd ſi teſtator exemplum etiam prædictum Baldi corrigens, vt per eum.

Ampliatur dicta concluſio,ipſam in fideicõ-
7 miſſaria ſubſtitutione à milite facta † procedere, tunc enim ex l.cum auus, ſubintellecta conditio adhuc ſubintelligeretur, vt tradit Franc. Mantic. in d. tractat. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 1. poſt num.11.verſic. Tamen quicquid ſit, fol. 113. Ex hoc notabili primum corollarium infertur, hanc l.cum auus, & ſimiles
8 in ſubſtitutione directa † vulgari per aſcendentes deſcendenti facta locum non habere,Gloſſ. in d.l. generaliter,§.cum autem,in verb.Subſtituit,dum interpretatur ſcilicet per fideicommiſſum, cum enim contextus ſimpliciter dicat,ſubſtituit, in dubioque vulgariter debeat intelligi, l. Gallus, §.primo, cum gloſſ. ff.de liber. & poſthum. per fideicommiſſum tamen intelligendo, vt ſtatim dixi, ita ſentire, vulgaremque ſubſtitutionem excludere videtur, ibique Alberic. de Roſat. & Ioan. Baptiſt. de Sanct. Seuerin. adnotarunt, hic verò Socin.colum.octaua de communi. opinio. atteſtans, ab eaque iudicando, & conſulendo recedendum non ſore, idemque aſſeruit in l. ſi is, qui ducenta,§.item ſi paterfamilias, columna ſecunda,numero nono, in vltim. not. verſic. Tertiò infertur, ff. de rebus dub.Corn.conſil.primo,Circa primum, numero trigeſimo,libro quarto, Dec. conſilio 416. In teſtamento, nume. quinto, dicens communem ſententiam eſſe & iudicando ac conſulendo ab ea non recedendum, & conſil. 529. Philippus, numero octauo, in fin. verſic. Tertiò principaliter, Socin iun. conſil.96. Multa, num.quinto,libro tertio, conſil.100. Præſuppo nitur in facto,colum.prima,num.quarto, libro primo,Ioan.Maria Riminald. conſil. 183. col. quarta,Carol.Ruin.conſ.106. Viſo, nu. ſecundo,lib.ſecundo,conſ.131.In themate,num. tertio,vbi de communi opin. atteſtatur,lib.tertio, Curt.iun.conſ.33.Præſupponitur, colum. prima,qui etiam veram, & communem concluſionem eſſe dicit, Rub. Alexandrin. conſ. 36. Viſo teſtamento, num. ſecundo, verſic. Confirmatur,receptam ſententiam dijudicans,Gerar. Mazzoll.dicto conſ.ſecundo, Philippus,nume. 45.rurſus Soc. iun. conſ.128. Nobilis, colum. decima,nu.59.lib. primo, aſſerens iſtam opin. omnes indubitanter amplecti,Ioan.Franc. Calcan. inter eiuſdem Socini reſponſa in 7.ſubſcr. ad dictum conſil.128.num.221.Pariſ. conſ.19. Ad reſolutionem,colum.nona,in fin.num. 92. lib.ſecundo,Ant.Gabriel.lib.quarto, de fideicommiſſ.concluſ.2.num.57.in 10.limit. Franc. Mantic.in d. tract. de coniect.vltim.volun.lib. decimo,tit.octauo,num.primo,& infra, vbi de communi opin. repetitis vicibus meminit,Roderic.Suares,alleg.27.Duo præſupponũtur,ante num.19.verſic.Octauò,quia,Rolan. de Vall. conſil.100.Quoniam,poſt num.21.verſic.Et in vulgari,lib.primo,Bero.conſ.128.Primam,nu. octauo,& decimo,lib.ſecundo, Simon de Pretis in tract. de interpr. vltim.volun.lib.3.fol.5. num.8.fol.233.Hieronym.Zanch.in rep. l.hæredes mei,§.cum ita,nume. 241. & 248. verſic. Hinc eſt. Et ex præcitatis de communi ſententia fidem faciunt Berous, Pariſius, ac Mazollus ab eaque iudicando & conſulendo recedendum non eſſe admonet Curtius iun. in prælle gatis locis,quam vti veram ſequuntur Pet.Caball.d.conſ.48.Maturè conſideratis, nume.15. verſic.Non obſtat etiam quòd in ſubſtitutione vulgari, lib. 1. idem quòd Mazollus aſſerens, Guidantonius Veſpuccius in conſ.incip.Domi nus illuminet intellectum,fol.3.verſ.Dico quia in ſubſtitutione vulgari,Ant.de Padill.in d.l.cũ acutiſſimi,ante nu.8.verſ.Eſt autem,& Sfortia Oddus conſ.90. Excellens D.Carolus, nu.10. verſ.Primò recedat,vterque receptam concluſionem eſſe affirmans. Sed Socinus differentiæ rationem perquirendo,Gloſſæ,ac dictorũ Scribentium opinionem proſternere ſubtiliter niti
9 tur, claruere quidem † Senenſes Iuriſcõſulti in ſubſtitutionum difficili ac intricata materia interpretãda.Socinum autẽ ipſorum ueluti principem colimus,cum peracuta ſubtilitate uenuſtateque non ſolum ſubſtitutionum, ſed tranſmiſſionũ,conditionũ,dubiarumq. rerũ duritiẽ

aſperitatemque ſuperauerit: Vnde Alberici, ac Seuerinatis rationem primum reijcit, dum ex eo aſſerunt ipſam l.cum auus,in vulgari ſubſtitutione non procedere, cum per aditionem hæ
10 reditatis † expiret, l. poſt aditam,C. de impu. & al. ſubſtit. Stephan. Bertrand. conſil.9.Thema tale eſt,num.3.conſil.82. Viſa clauſula,nu. 5. & conſil.149. Multa ſunt,num.4.lib. primo, Soc.iun. conſil.92. Quoniam,nume.2.lib.primo,conſil.27.Miratus ſum,num.14.lib.tertio, conſil.26.Conſiderato teſtamento, nu. 10. lib. 4. Nicol.Bellon.conſ.58.Teſtator legauit,nume.1.Hierony. Gabriel. conſil. 95. Laurentius de Caſtellanis,colum.2.num.primo.Et non ſo
11 lum expreſſa, ſed etiam † tacita, gloſſ. in d. l. poſt aditam,in l.ſi mater,§.1.ff. de vulg. & pupill. Bart.in l.1.in 5.quæſt. princ.num.46.eod. tit.Gabriel.de communi atteſtans,d.conſil.95. nu.1.& conſil.117. Bartholomæus Bartoccius num.13. Nam abſurdum,inquit, non eſt quòd
12 vulgaris per defectum etiam alterius † adiectę conditionis expiret, l.Gallus, per totam, ff. de liber.& poſthum.aliaque complura conſiderat vt per eum. Sed rationem illam reaſſumendo, quòd l.cum auus,cum in fideicommiſſaria ſubſtitutione loquatur, textus in dicto §. cum autem, ad interpretationem reſponſi Papiniani
13 procedens iuxta terminos † legis interpretatæ debeat intelligi, l.nihil, vbi Bart. ff. de coniug. cum emancip. liber. maximè quia verbum ſubſtituit,in illo contextu poſitum reperitur,quod de fideicommiſſaria ſubſtitutione (vt dicebā) intelligitur, omnia etenim quæ ſunt in termino ad quem relatio fit, in termino referente repetita cenſentur. Vlterius(vt ait Corneus) hoc cautum iure non reperitur, vt in vulgari locum habeat, itaque regulariter à verbis legis non recedimus, maximè quia eadem ratio non mili-
14 tat, cum repudiante filio † vel abſtinente, hæreditas non ſuis filijs, ſed cohæredi vel ſubſtituto deuoluitur,l.cum de hæreditate,ff. de acquiren.hæred.l.vnic.§. ſi ita, C. de caduc.tollend. Corneumque in huiuſmodi diuerſitate rationis Ioan.Franciſcus Calcaneus,in d.ſubſcript. 7.num.222.& Moderni Alexandrini dicto numero ſecundo, ſequebantur. Non obſtant in contrarium per Socinum allegata, & Primò mens Imperatoris reſponſum Papiniani extendi, qui loquitur per verbum ſubſtituit, illud ſimpliciter abſolutèque in pluribus contextus partibus poſt relatum reſponſum repe-
15 tendo, quod quidem † directum eſt, ſecundum Nicolaum de Mattarellis, vt ipſum referunt, Socin.iun. & Galiaul.in dicta l.centurio, Carol. Ruin. conſil.158. Viſo eleganti conſilio numero vndecimo,libro tertio, conſil.98. Viſo themate cum dubijs, numero tertiodecimo, verſic.Similiter videmus,libro ſecundo,conſil. 99.ciuſdem initij,cod.volum.l.iam hoc iure,ff. de vulgar.& pupill. & ſibi voluit Andr. Alciat. in l.verbis ciuilibus, num.decimo, ipſomet tit. quod clarius expreſſit in allegata l.cēturio,poſt nume. 118. verſic. Sed an verbum, Bartoli ſententiam in hoc declarantis, vt ſimpliciter directum ſit, ſicut & verbum inſtituo,directum eſt, l.prima, de vulgar.& pupill.cum ſubſtitutio nil aliud ſit quam ſecunda inſtitutio, gloſſ.in rub. dicto titu. videamusque differentiam inter ſub
16 ſtitutionem † & reſtitutionem vbique fieri,gl. in rubr. C.de inſtitut. & ſubſtitut. fideicommiſſariamque propriè ſubſtitutionem non dici,ut Doctor. in dicta rubr. ad Pandect. teſtantur, ſubſtitutumque non habere eum qui fideicommiſſarium habet, l.tutor,§. hæres,ff.de admin. tutor. indifferenter etiam ſubſtitutum ſecun-
17 dum † hæredem appellari, l. ſecunda,C.de hæredit.inſtit. & dicta l. precibus, hisque verbis, filium inſtituo, nepotē ſubſtituo, nullam fideicommiſſariam contineri, iuxta gloſſ. in dicta l.Gallus,§.primo, quæ omnia arguunt tale ver
18 bum merè directū eſſe. Licet excipiatur † quoties ex aliqua cauſa deflectitur, ſiue ex qualitate actus, l.Scæuola, ff.ad Trebellian. ſiue propter ſuſtinendi actus fauorem, gloſſ.in §.final.
19 Inſtit.de pupill. aut ob adiectionem † verbi hęredes, in quo verbum ſubſtituo directum fieri
20 certum † eſt.Bald. in dicta l. precibus, colum. duodecima, num. 43. Angel. conſil.101. Conſiderandum eſt quòd ſubſtitutio, in princip.colum.prima,Iaſon.in dicta l.centurio, num.59. vbi Franciſc.Rip.num.89.Hieronym.Gabriel. conſil.130. D.Florius,nume.6.verſic. Verbum autem ſubſtituo,Pariſ.conſ.41.Viſa facti narratione,num.9.lib.ſecundo. Vt verbum iſtud ex Alciato regulariter directum remaneat, quinimo vt dicebam,in dubio de vulgari prædicetur ex dicta l.Gallus,§.primo,cum gloſſ.Sicut etiā
21 receptum eſt, ſubſtitutionem † directā potius quàm fideicommiſſariam iudicari,cap.ſi pater, de teſtamen. in ſexto, gloſſ. in l. verbis ciuilib. ff. de vulgar. & pupill.Bald.conſil.423. Verba teſtamenti, verſic. Vltimò hoc eſt expreſſum, lib. primo, & in l.ſi quis ita, ante fin. verſic. In dubio etiam uidetur, ff. de uſufruc. Dec.in l.in teſtamento, in 4. not. C. de militar. teſtamen. Pariſ. dicto conſ.41. nume. 12. libr. ſecundo, Carol. Ruin. conſ.96. Quia de ſubſtitutionib. colum.ſecunda,nume.5.lib. ſecundo, conſ.99. Viſo themate,nu.13.uerſ. In dubio ergo,conſ. 103.Viſa contingentia facti,colum.fin.numero 50.eod.uolum.conſ.128.Viſo teſtamento, nu. 18.lib.tertio,Socin.iun. conſ. 94. Quia in præſenti conſultatione,num.51. libro primo, conſ. 103. Viſa, nume. 50. eodem uolum. Roland. de Vall. conſil. 69.Viſis ac perlectis uerbis, nume.8.lib.primo, Paul.Leonius in tract. ſubſtit.

tit.

tit. de compend. num. 75. verſ. Et in ſpecie, com
muneinque opin. eſſe ait, Lancell. Polit. in titu.
de vulg. colum. 6. verſ. Propterea forſan. Quod
22 procedit etiam † ſi verba propriè non conue-
niant, Ruin. dicto conſil. 99. Viſo themate, nu.
13. lib. ſecundo. Nam reſpondeo, hic non verſa
ri in dubio, huius legis diſpoſitione præceden-
te, quam Imperator interpretatur, ac de ſubſti-
tutione in reſponſo Papiniani expreſſa textum
in dicto §. cum autẽ, ſemper loqui, verbum ſub-
ſtitutionem ad verbum illud reſponſi, ſubſti-
uit, referendo: necnon verba illa talem feciſſe
ſubſtitutionem: vt in caſu extenſionis verba ex
præcedentibus interpretentur quæ magis influ
unt, & vtique extẽſionis caſus clarus eſt ex ver
biſque ipſius extenſionis terminorum declara
tio dilucidior reſultat, à quibus aliter recedendum non eſt, cum intuitus humanitatis latius, & pinguius ad naturales, in caſum ab Imperatore ibi expreſſum protendatur. Vlterius ver-
23 bum ſubſtituo † commune eſt, Bart. in l. centu
rio, num. quarto, vbi Iaſon. num. 62. Andr. Al-
ciat. num. 109. verſ. Quum enim verbum ſubſti
tuo, Franciſc. Rip. num. 187. Socin. iun. num.
331. & Lancellot. Galiaul. num. 511. Bald. in d.
l. precibus, num. 50. C. de impub. & al. ſubſtit.
& in rubr. C. eod. in fin. rurſus Bart. conſil. 241.
Pater filio impuberi, num. 3. Alexan. conſ. 36.
Viſo themate, nume. 2. lib. tertio, conſil. tertio.
Circa præmiſſam conſultationem, num. primo,
conſil. 51. In caſu præſenti, num. 16. verſ. Vel ſe-
cundum Io. de Imo. lib. 7. Capr. conſ. 141. Etſi
viſo, nu. 2. Dec. conſ. 253. Proponitur, num. 2.
conſ. 643. Viſo eleganti conſilio, nu. 3. Cur. iun.
conſ. 13. Ex præfata facti contingentia, nu. 5. Pa-
riſ. conſ. 17. ex lectura teſtamenti, num. 3. lib. 2.
conſ. 41. Viſa facti narratione, num. 9. eod. vol.
conſ. 15. Ser Laurentius, nu. 15. lib. 3. Affict. de-
ciſ. 367. Nardus de Iſopo, nu. 2. Ruin. conſ. 96.
Quia de ſubſtitutionibus, nu. 4. lib. 2. conſ. 103.
Quæſtio proponitur, nu. 16. eod. vol. Rolan. de
Vall. d. conſ. 69. Viſis ac perlectis verbis, nu. 3.
lib. 1. Sfort. Odd. in tract. de compend. partic. 4.
in verb. Subſtituo, vbi poſt Franciſc. Rip. Io.
Neuiz. & Socin. iun. communem opinionem
eſſe dicit, ab eaque iudicando, & conſulendo re
cedendum non fore, Paul. Leon. in d. tract. ſub-
ſtit. tit. de compend. num. 381. verſ. Primò igi-
tur, Et quicquid dixerit Nic. de Mattarell. hoc
negocium ab illa quęſtione pendere videtur, vt
Oddus aduertit, nunquid fideicommiſſaria ſub
ſtitutio propriè ſubſtitutio ſit, in qua licet plu-
res ſenſerint impropriè ſubſtitutionem dici, &
ſignanter omnes ferè Doctores in rubr. C. de
impub. Hieronym. Cagnol. in l. precibus, nu-
mero quinquageſimo, Aretin. in ſuo tractat.
fideicommiſſ. numero quarto, Dec. conſ. 416.
In teſtamento, numero duodecimo, commu-
nemque eſſe numero & authoritate, ab eaque
recedendum non eſſe Cagnolus teſtetur, ta-
men Alexand. in dicta rubr. C. de impuber. &
in alia rubr. ff. eod. num. tertio, Socin. ibidem
num. 15. & Rip. num. 10. ac etiam Socin. iun. in
24 dicta l. centurio, num. 34. contrarium † tenue-
runt, iſtamque Sfort. Odd. magis communem
opinionem nunc eſſe meminit, cum pro ea So-
cin. ſen. conſuluerit, & illi conſilio omnes illu-
ſtres Doctores Italiæ ſe ſubſcripſerint. Opinio
etiam Nicolai de Mattarellis vltra dictas exce-
ptiones, ex relatione ad fideicommiſſariam
25 † ſubſtitutionem limitatur, prout in hac l. cum
auus, contingit, & Alciat. ſcribit in l. verbis ci
uilibus, numero decimo. Necnon ex vi adie-
ctorum verborum, cum ſcilicet ſubſtitutio tra-
ctum temporis habet, vt in dicta l. generaliter
§. cum autem, ibi ſubſtitutione pragrauatus,
quod idem Andr. Alciat. in dicta l. centurio,
numero 118. admonet. Cæterum quia hoc ver
bum vt ex crebriori aſſerui, commune eſt, hinc
euenit, cum in perſona vnius & eiuſdem ſub-
26 ſtituti † verbum inſtituo directum, & verbum
ſubſtituo commune concurrit, tunc verbum
ſubſtituo ad ſuperfluitatem tollendam, fidei-
commiſſariam deſignat, Bartol. in l. recuſare,
§. Titius, numero tertio, verſic. Item per hunc
§. ff. ad Trebell. quem ſequitur Dec. conſ. 227.
In caſu ad me tranſmiſſo, nu. 5. verſ. Vnde ſuc-
cedit, Car. Ruin. conſil. 98. Viſo themate, nu.
13. lib. 2. conſ. 158. Viſo eleganti conſilio, nu-
mero vndecimo, libro tertio, conſ. 174. Viſo te-
ſtamento, numero quintodecimo, dicto lib. ſe-
cundo, verbum enim ſubſtituo cum ſit aptum
vti commune ad directam omnem ſpeciem di-
rectæ ſubſtitutionis, pariterque ad obliquam,
dicta l. iam hoc iure, de vulg. & pupill. ac dicto
§. cum autem, iuncta gloſſ. vt tanquam genus
ad uerbum directum ſe habeat, quod directam
tantum ſubſtitutionem poteſt ex ſui natura im
portare, proinde cum ſubſtitutio per uerbum
commune & directum concipitur, genus & ſpe
cies cadit inter caſus, cumque generalis diſpoſi
27 tio † apta ad omnes caſus, & ſpecialis ad unum
caſum in eadẽ diſpoſitione ponitur, generi per
ſpeciem derogatur, adeo quòd generalis diſpo
ſitio ad caſum ſpecificatum nõ referatur, ſecun
dum Bar. in l. quæſitum, §. ſi quis fundum, in fi.
de fund. inſtruc. per l. ſanctio legum, de pœn. l.
doli clauſula, & l. ſtipulationes commodiſſimũ,
de uerb. obligat. & ſic ſub uerbo cõi ſubſtituo,
nõ poteſt tũc aliqua directa ſubſtitutio cõtine-
ri, ũt declarat Ruin. d. conſ. 103. Quæſtio quæ
proponitur, nu. 17. lib. 2. Quod uerò de directa
ſubſtitutione in dubio declarãda traditũ eſt, p-
28 cedit dũmodo uerba † & perſonæ patiãtur So-
cin. iun. d. conſ. 94. Quia in præſenti conſultatio
ne, nu. 51. lib. 1. Item ſi uoluntas teſtatoris non

repugnet, & niſi ex tali interpretatione voluntas teſtatoris impugnaretur, vt tradit idem Socin. Nepos, conſil. 103. Viſa contingentia facti, num. 51. lib. 1. Hocque procedere videtur, quicquid ſibi Carolus Ruinus voluerit, etiam ſi verba ſubſtitutionis directa fuerint, in ſenſũ
29 enim obliquum † caperentur ſi de voluntate teſtatoris appareret, vt poſt Bar. in l. quærebatur, num. 3. ff. de teſtam. milit. facit, l. 3. C. de liber. præter. nam vt Ang. conſil. 222. Benè & egregiè, in princ. tradidit, vt mens teſtatoris ſaluetur, omnis rigor formaque verborũ abijcitur: Nec repugnat dum idem Socin. ſen. prætendit in vulgari ſubſtitutione triplicem, l. cum auus, l. generaliter, §. cum autem, & l. cum acutiſſimi, rationem militare, cum id indifferẽter in omni diſpoſitione & in quacũque materia contingeret, quod eſt falſum: in propoſitoque pietas prædicta applicari nequit, tum ex ijs quæ ad vulgarem ſubſtitutionem applicita ex d. l. cum hæreditate, & l. vnic. §. ſi ita, paulo ante dixi, tum ex propria qualitate fideicommiſſarię ſub
30 ſtitutionis, in qua † latius vis coniecturãdi per uagatur, l. in conditionibus, de cond. & demon. vbi in ea conditione ſi filia mea cum Titio nupta erit, Vlpiano placuit nõ ſemper mortis tempus obſeruari, ſed voluntate patrocinante tardius transferri, vt faciliter præceptionis compendium, & legata eo fideicommiſſo continerentur, vbi hæres quicquid ex hæreditate ad eum peruenerit poſt mortem rogatus fuerit reſtituere, dicta l. cum virum. Quoniam in fideicommiſſis voluntas magis quàm verba plerun-
31 que intuenda eſt. Non obſtat † text. in l. ex facto, in princip. ff. de vulgar. & pupill. vbi conditio, ſi ſine liberis, in exemplari quæ directa eſt ſubauditur: Ex Socino enim reſponderi poteſt, cum vt gloſſ. communiter approbata in dicta l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. inquit, vbicunque filius poſt mortem reſtituere grauatur, qua ratione viuẽtem filium ſubſtituto præfert, pari prætuliſſe ratione eius nepotes cenſetur, ſecus ſi ſtatim rogaretur reſtituere, tũc enim qua ratione prætulit ſubſtitutum filio, eadem pariter nepotibus prætuliſſe cenſetur: prima huius rationis pars in exemplari pupillarique concludit, nam licet directæ ſint, in ijs tamen viuentes filij ſubſtituto ſemper præferuntur, igitur & nepotes; Secunda verò rationis pars in vulgari militat, qua enim ratione filio viuente & repudiante ſubſtitutum filio excluſo admittit, pari ratione excluſis nepotibus admiſiſſe cenſetur. Vlterius ad iſtum textum dici poteſt, quòd nimirum ſi ibi tacita conditio intelligatur, nam etſi pupillo quilibet etiam extraneus ſubſtitui poſſit, hoc tamen in exemplari non procedit, quia pater, vel mater ſubſtituere filios eius qui in furore eſt, vel eius qui mutus vel ſurdus eſt ſi habeat, cogitur, ſin verò deſcendentibus careret, neceſſe eſt furioſi muti vel ſurdi fratres, ſi pater alios habeat filios ſubſtitui, quibus deficientibus poſſent quem vellent parentes ſubſtituere, vt de his ſeriatim traditur in l. humanitatis, C. de impuber. & al. ſubſtit. cum muto igitur puberi Titius ibi filijs ſubſtituti in teſtantis vita deficientibus fuiſſet ſubſtitutus, meritò poſt mortem ſuſceptis liberis teſtamẽtum rumpitur, illa deſcendentes ſubſtituendi neceſſitate perpenſa, deſcendentium namque in huiuſmodi ſubſtitutione prima cauſa eſt; reque ad illum à quo incipere non poterat deueniente, eſt propterea plurimum deſcendentes ſubſtituendi primum neceſſitas in dicto textu conſideranda, maximè cũ furore aut alia mala valetudine ibi ceſſante, agnationeq. ſui hæredis ſubſtitutio rumpi ex duplicique ſcindi capite videatur, in ratione illa, Nihil intereſſe alium poſtea hæredem ipſe filius inſtitueret; Nec ſubſtitutus velut ex tacita conditione quòd minus ſcriptum inueniretur, ob pietatis coniecturam inueriſimilitudinemque in dicta l. cum acutiſſimi, & in dicto §. cum autem, per Imper. expreſſam excluditur, ſed ſimplici ſui hæredis agnatione ſubſtitutio rumpitur, vt ibi. Sique
32 diceretur, quòd poſt actum perfectum † ſi res ad eum caſum perueniat, à quo incipere non poteſt, actus ratione impotentiæ non vitiatur, l. pluribus, §. etſi placeat, vbi Bartol. ff. de verbor. obligat. cap. factum legitimè, de regul. iur. Reſpondeo, quòd ratione impotentiæ ac
33 inhabilitatis actus ſemel perfectus † non reſoluitur, ſed ratione ceſſantis præſumptæ voluntatis eius qui actum fecit reſolutio prouenit, l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. & ita Franciſc. Aretin. in dicta l. humanitatis, colum. ſecunda, rationes reuoluendo conſiderat. Vltimò diuerſitatis ratio inde in propoſito colligenda eſt, inter vulgarẽ fideicommiſſariamq. ſubſtitutionem, cum agatur in fideicommiſſaria de hæreditate filijs inſtitutis acquiſita, quæ à filijs gra-
34 uati retinetur, hæcque retentio † fauorabilior eſt quàm ſit noua acquiſitio de qua in ſubſtitutione agitur, argum. l. patre furioſo, ff. de his qui ſui ſunt vel al. iur. & facit text. in l. per retentionem, C. de vſur. in l. Paulus, ff. de doli except. notat Bald. in l. prima, in tertio not. C. de fideicommiſſ. in pulchra etiam quæſtione, tradit Capr. conſil. 19. Etſi viſo, nu. 10. & inf. Car. Ruin. conſ. 66. Circa caſum, num. 17. verſic. Tamen etiam, lib. primo, Ioan. Cephal. conſ. 86. Caſus iſte, nume. 20. & is, lib. 1. rationemque iſtam diuerſitatis non reijcit, Dec. d. conſ. 529. Philippus, num. octauo, in fin. lib. quarto. Prædictamque Gloſſæ, Alberici, Seuerinatis, aliorumque cõmunẽ concluſionem magis procedere, imò ſine difficultate reſpectu neporũ q. viuo

auo

auo concepti non eſſent, & conſequenter non poſſent ei ab inteſtato ſuccedere; iuxta l. Titius, cum ibi not. ff. de ſuis & legitim. poſt Socinum ſen. tradit Curt. iun. in d. conſil. 33. Præſupponitur in facto, colum. 1. verſ. Et licet prædicta. vereque ſuam limitando ſententiam id ſenſiſſe Socin. videtur hic, colum. 8. verſic. Verumtamen eſt.

HYPOTHESIS.

Subſtitutionem compendioſam multas ſubſtitutiones complecti, de eaque latè tractari: Et l. cũ auus, in vulgari ſub ipſa compẽdioſa cõprehenſa ceſſare: Multoque minus intelligi ſi ſubſtitutio vulgariter, et per fideicõmiſſum facta eſſet: Sique cum non in hæreditate, ſed in fidei commiſſo ſubſtitutio concepta reperitur: Adhuc l. ſi legatarius, §. fin. de leg. 3. enucleari: Atque de vi æqualis determinationis, & de ſubſtitutionum vnitarum efficacia diſputari.

SVMMARIVM.

1 *Compendioſam ſubſtitutionem ſub mortis conditione fieri, ac multa tempora complecti.*
2 *Compendioſam, vulgarem ſubſtitutionem continere.*
3 *Compendioſam, fideicommiſſariam etiam ſubſtitutionem includere.*
4 *Compendioſam, ſine diſtributiuo quandocunque concipi poſſe.*
5 *Compendioſam, ſine verbo quandocunque ex conditione, Si ſine liberis deceſſerit, conceptam cenſeri.*
6 *L. cum auus, diſpoſitionem in vulgari ſub compendioſa comprehenſa ex Socino locum habere; Sed contrarium concludi, numero 22. atque 33.*
7 *Conditionem expreſſam, Si ſine liberis, ad vulgarẽ fideicommiſſariamque ſubſtitutionem referri.*
8 *Conditionem ſi ſine liberis in fine poſitam, vulgarem etiam primo loco factam reſpicere.*
9 *Oldradi conſil. 141. Thematale eſt, G. Leuionenſis, colum. 2. num. 4. procedere adhuc ſi filij in conditione poſiti ſubſtitutum ad ſui commodum non excluderent.*
10 *Compendioſam ſubſtitutionẽ verbo communi conceptam, intra tempora pupillaris ætatis ſubſtitutionem pupillarem continere, nec omni tempore fideicommiſſariam eſſe.*
11 *Compendioſam ſubſtitutionem cõmuni verbo conceptam, matre etiam in medio exiſtente, dictam pupillarem continere.*
12 *Compendioſam ſubſtitutionem ex Bartolo vnam eſſe, non pro toto tempore, ſed prout caſus attulerit conſiderari.*
13 *Verbum quod in pluribus temporibus verificari poteſt, in dubio ſecundum quòd caſus attulerit debere intelligi.*
14 *Vnum determinabile plura determinabilia reſpiciens, debere illa pariformiter determinare.*
15 *Æqualis determinationis regulam in ijs quæ ex iure communi proueniunt non autem ſpeciali, attendi.*
16 *Vxore domina, & vſufructuaria relicta, filijs extraneisque inſtitutis, in parte extranei mulierem ipſam vſumfructum, à filijs autem alimenta tantum habere.*
17 *Vulgarem ſubſtitutionem vti directam, fideicommiſſaria digniorem eſſe.*
18 *Subſtitutionem fideicommiſſariam, ab alijs potius regulari, cum vnam ſubſtitutionem ab alia regulari contingeret, quàm è contra.*
19 *L. ſi legatarius, §. fin. de leg. 3. declarari.*
20 *Subſtitutionem vulgarem cum fideicommiſſaria vnionem quandam retinere.*
21 *Vnionis ratione vnum alterius naturam de iure communi non autem ſpeciali & extraordinario impreſſam aſſumere.*
23 *Procuratoris reuocandi poteſtatem alicui conceſſam, de expreſſa reuocatione non de tacita intelligi.*
24 *Æqualis determinationis regulam, ad litteras, quæ legi poſſunt referri.*
25 *Repetitum in alio capitulo legis vel ſtatuti illud quod in vno tacitè intelligitur non cenſeri, ſecus ſi expreſsè intelligatur.*
26 *Fideicommiſſariam, vulgaremque ſubſtitutiones inſimul coniunctas, quamlibet ſuam naturam retinere.*
27 *Determinationem plura determinabilia reſpicientem, adæquationem ſimilitudinemque de pluribus factam appellari: ac ſatis eſſe adæquationem eo reſpectu pro quo facta extitit procedere, licet in omnibus ſimilitudo non verſetur.*
28 *Subſtitutione vulgariter, & per fideicommiſſum facta, ſubſtitutum electionem habere: vt valeat ex vulgari, vel fideicommiſſaria ſuccedere.*
29 *Copulatiuam inter remedia incompatibilia poſitã in alternatiuam reſolui.*
30 *Vulgarem ſubſtitutionem inſtituti ſuitatem quo ad tranſmiſſionem aliosque ſuitatis effectus eneruare.*
31 *Vulgarem ſubſtitutionem effectus ſuitatis quo ad tranſmiſſionem non tollere ſi cum fideicommiſſaria vnita reperiatur.*
32 *Suitatis effectus per compendioſam in qua fideicommiſſaria continetur, non impediri.*
34 *Fauorabile eſſe rem ad priſtinam naturam reducere.*

Digitized by Google

35 *Determinationem inaqualem fieri vt minus communi iuri derogetur, abſurdum non cenſeri eam demque regulam aqualis determinationis dupliciter vlterius limitari.*

36 *L. cum annus, diſpoſitionem multò minus in propoſito intelligi, ſi ſubſtitutio vulgariter, & per fideicommiſſum facta reperiretur.*

37 *Generaliter dictum, ad id quod ſpecialiter expreſſum eſt non referri.*

38 *L. cum annus, diſpoſitionem, multo minus in vulgari ſub compendioſa contenta intelligi, cum non in hereditate, ſed in fideicommiſſo facta ſubſtitutio appareret.*

CAP. XII.

PRAEDICTA communis concluſio à qua in iudicijs & reſponſis recedendum non eſſe Socinus etiam arbitratur, ex eiuſdem intentione limitationem recipit, quando vulgaris ſub compendioſa poſt mortem concepta comprehenderetur, vt quia deſcendens inſtitutus fuiſſet, & quandocunque ſine filijs decederet ſubſtitutio facta reperiretur, hæc enim verba compẽdioſam ſubſtitutionem denotant, fit nanque ſub mortis conditione,
1 multaque tempora † complectitur, Bart. in l. centurio, colum. 2. num. 9. verſic. Expeditus de contarijs, & colum. 10. ante num. 33. verſic. Secundò opponitur, vbi Franciſc. Aretin. num. 5. in fin. & infra, Socin. ſen. num. 18. Iaſ. num. 22. verſic. Antequam veniam, Franciſc. Rip. num. 60. Socin. iun. num. 172. & Lancell. Galiaul. num. 218. de vulg. & pupill. Bald. in l. precibus, num. 32. vbi etiam Dec. num. 16. Curt. iun. num. 45. & ante ipſos Ioan. Bapt. Caccialup. de S. Seuerino, num. 27. C. de impub. Paul. de Caſtr. in l. verbis ciuilibus, num. 2. ff. eodem, & in l. in teſtamento, per gloſ. magnam ibi, C. de teſtamen. milit. vbi Raph. Fulgoſ. & Alexand. Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur, in mater. Compendioſæ, num. 2. verſic. Vnde de hac eleganti, extra de teſtamen. Ang. conſil. 41. Punctus de quo quæritur, colum. fin. verſic. Probatur quia, conſ. 125. Subſtitutiones, in princ. Capr. conſ. 7. Pro prædictorum declaratione, num. 20. Socin. ſen. conſil. 116. Non poteſt negari, num. 6. lib. 1. Dec. conſ. 227. In caſu, colum. 2. num. 3. conſ. 572. eiuſdem initij, in princ. conſil. 642. Scrutabor, in princ. & conſ. 643. Viſo eleganti conſilio, num. 2. Curt. iun. conſ. 86. Præſupponitur in facto, in princ. de communi opin. atteſtans, conſ. 172. eiuſdẽ initij, in princ. Franciſc. Beccius, conſ. 24. Cum magnificus, nu. 3. Hieronym. Grat. conſ. 33. Dubijs mihi exhibitis, n. 3. lib. 2. Socin. iun. conſ. 121. Licet in occurrente caſu, num. 10. verſic. Nam cum in teſtamento, lib. 1. conſ. 64. Vt reſponſum congruũ, in princ. lib. 3. & conſ. 27. Miratus ſum, num. 10. dicens diffinitionem traditam per Bartolum, communiter receptam eſſe in d. l. centurio, ſeque illam ibi defendiſſe approbaſſeque eod. vol. & de eadem communi meminit Anton. Gomeſ. in cõment. varijſque reſol. iur. ciuil. tom. 1. cap. 7. ante num. 2. Carol. Ruin. conſ. 28. Viſo legato, num. 4. lib. 2. conſ. 139. Viſo ac perlecto, n. 23. conſ. 155. Viſo teſtamento Hieronymi, num. 1. eod. volum. Pariſ. conſ. 1. Vulgatum eſt, num. 5. gloſſam in d. l. precibus communiter approbatam eſſe aſſerens, lib. 3. conſ. 25. Vidi teſtamentum, num. 14. verſic. Tum quia, conſil. 73. Vt præſens conſultatio, num. 1. eod. volum. Rolan. de Vall. conſil. 25. Viſo themate, num. 15. & 16. lib. 1. Mandell. Albenſ. conſil. 29. Pro diſcuſſione, colum. 1. ante num. 2. verſic. Et videtur de mente Bartoli, vbi meminit de verbis, Poſt hos, & Succeſſiuè. Hieronymus Gabriel. conſ. 169. Venetijs tribus modis, num. 41. verſic. Hæ tres ſubſtitutiones. In hacque compen-
2 dioſa † non ſolum vulgaris comprehenditur, vt inquit idem Bart. in dicta l. centurio, num. 11. & 22. vbi Alexand. num. 70. Iaſ. num. 23. Lanfranc. de Oriano, num. 29. Socin. iun. num. 33. Rip. num. 101. & nu. 146. Galiaul. num. 422. rurſus Bartol. in l. quandiu, la 3. num. 10. vbi Bald. circa final. verſic. Is autem, Ang. num. 8. Paul. de Caſtr. num. 7. Aretin. num. 7. ff. de acquirend. hæredit. Cyn. in dicta l. precibus, num. 20. vbi Albericus, num. 121. Alexander, num. 12. Iaſ. eodem num. Curt. iun. num. 44. cum ſequen. & num. 46. circ. princ. Dec. num. 16. circa fin. adhuc Bart. in l. 1. num. 8. vbi Socin. colum. 17. in 8. limit. ff. de vulg. & pupill. Alberic. in rubr. num. 90. eodem tit. Ioan. de Imol. in dicto cap. Raynutius, num. 176. Philip. Franc. in cap. ſi pater, colum. 35. de teſtam. in 6. Ang. de Aret. in tract. compend. num. 8. in eodemque tract. Vdalric. Zaſ. nu. 24. Ang. de Vbaldis, conſ. 41. Punctus de quo quæritur, col. fin. verſic. Quòd autem d. ſubſtitut. conſ. 204. Venio primò, in fin. verſic. Nam in dicto teſtamento, Alexand. conſ. 13. Viſis, n. 4. verſic. Et ſi diceretur, lib. 4. conſ. 1. Perſpectis verbis, nu. 2. lib. 1. conſil. 71. Ponderatis verbis, num. 3. lib. 2. & ante eum Bald. conſil. 428. Quia in ſubſtitutione, in princ. lib. 4. Paul. de Caſtr. conſ. 86. Dubitatio vertitur, circ. princ. verſic. Conſtat enim, lib. 1. Raph. Fulgoſ. conſil. 33. Titius, in princ. verſic. Nam ſi de vulgari ſubſtitutione. Socin. ſen. conſil. 113. Supraſcripti inſignes Iuriſconſulti, colum. 4. lib. 1. Corn. conſil. 297. In hac conſultatione, num. 2. lib. 1. Dec. conſil. 227. In caſu ad me tranſmiſſo, num. 3.

nu.3.conſ.416.In teſtamento, nu.6.verſ. Et in dicta compendioſa,Aym.Crauet.conſ.62.Nobilis Vrbanus,nu.3. Soc. iun. conſ.121.licet in occurrenti caſu,num.10.verſ. Siquidem,lib.1. conſ.169.Viſa facti contingentia,num.2.lib.2. conſ.181. De duobus,nu.27. eod.vol.conſ.27. Miratus ſum,num.9.lib.3.conſ.115.Circa primum,nu.15.conſ.59. Circa primam dubitationem,nu.26.verſ.Secundò dico,eod.vol.& conſil.106. Pulchra profectò, num.1.lib.1.Carol. Ruin.conſ.28.Viſo legato,num.4.lib.2.conſil. 103.Quæſtio quæ proponitur, nu.7.verſ. Sed etiam dato,eod.vol.conſ. 159. Quamuis,num. 21.lib.3.conſ.148.Pro deciſione,nu.3.eod.vol. conſ.89. Viſa & intellecta,nu.6.verſic. Et iſtud etiam deciditur,lib.4.conſ.155.Viſo teſtamento Hieronymi,nu. 1.verſic.Et quamuis in dicta compendioſa,d.lib.2.Sfort.Odd.in tract.de cõpend.partic.5.art. 1. verſic. Ego non diſcedo à communi, Ludouic. Gozad. conſ.21.Videtur dicendum,nu.21.verſ. Quintò adduco, Pariſ. conſ.17.Ex lectura,in princ.lib.2. conſ.19. Ad reſolutionem,num.91.eod.vol.conſ.73. Vt præſens conſultatio,nu.7.lib. 3. Emanuel Coſta in d.c.ſi pater,in 1.part.in verb.Eidem filio,num. 34.& in verb.Hæredes,nu.10.Hierony.Zanch. in l.hæredes mei,§.cum ita,num.122.Mandel. Albenſ.conſ.29.Pro diſcuſſione,num.1.Hieronym.Gabriel.d.conſ.169. Venetijs tribus modis,nu.41.verſic.Compendioſa hæc ſubſtitutio īſtaque communis opin. eſt, vt teſtantur Rip. in d.l.centurio,num.146.poſt Ang.in d.l.quandiu,Alex.d.conſ.13.Dec.d.conſ.416. Pariſius vbi ſupra,& Natta relatus per D.Sfortiam Oddum in præcitato florido egregioque tractatu quem affabre ac dilucide ſcripſit,compendioſę obſcuram intricatamque materiam diſtincta quadam methodo explicando: Quæ quidem vulgaris, expreſſa verbis generalibus dicitur, Dec.conſ.416.In teſtamento, nu.7. poſt Bald. conſ.443. Quidam Nicolaus,lib.4.Corn.conſ. 297.In hac conſultatione,col.2. infra, num.2. verſic. Et volunt Doctores, lib.1.dicens quòd vt ſub compendioſa vulgaris expreſſa verbis generalibus comprehendatur, theorica magiſtralis eſt in vi verborum fundata per Iuriſlatorem non tradita, vt per eum, Aym.Crauett.d. conſ.62. Nobilis Vrbanus,nu.3. verſ. Quæ cõpendioſa vt dixi,Socin.iun.d.conſ.27.Miratus ſum,nu.9.lib.3.Ruin. conſ. 103. Quæſtio quæ proponitur,nu.7.lib.2. Zanch. in d.§. cum ita, num.122. Hieronym. Gabriel. Iuriſconſultus eximius d.conſ.169.nu.41.conſ.104. Hæc ſubſtitutio,nu.2. communem opinionem eſſe affirmans. Verum etiam ſub eadem, ſubſtitutio fi-
3 deicommiſſaria † continetur,Ang. conſil.204. Venio primo, in fin. Alex.conſ.71. Ponderatis verbis,col.2.nu.3.lib.2.Capr.conſ.7.Pro prædictorum declaratione,nu.20.Aym.Crauet.d. conſ.62.nu.1.verſi. Ideo licet ſubſtitutio, Dec. conſ.205.In cauſa iſtorum nobilium,col.2.ante num.2.verſ. In qua compendioſa,d.cõſ.416. In teſtamento Illuſtris, nu.7.verſic.Et pariter, Soc.iun. conſ.106. Pulchra profectò, in princ. lib.1.conſ.181. De duobus,num.27.lib.2.Odd. d.partic.5.q.1.art.5.dicens omnes hoc vbique clamare,Ruin.conſ.28.Viſo legato,nu.4.libro 2.conſ.158.Viſo teſtamento,nu.15.eod. vol.cõſil.159.Quamuis,num.21.lib.3.conſ.148.Pro deciſione,nu.3.eod.lib. Rol.de Valle conſ. 25. Viſo themate,nu.16.lib.1.Pariſ.conſ.17.Ex lectura teſtamenti,ante nu.1.de communi ſententia atteſtans,lib.2.conſil.19. Ad reſolutionem, num.91.conſ.26.Ex tenore teſtamenti,num.1. eod.vol.probaturque in d.l.precibus,in fi.in d. c. ſi pater, in l.hæredes mei,§.cum ita,& in d.l. generaliter, Nec refert ſi per verbum diſtribu-
4 tiuum † quandocunque concipiatur vel non, iuxta gloſ. magnam in d. l. in teſtamento,C.de milit.teſtam. Bart.in d.l.centurio, nu.9.& infr. Dec.conſ.573.In caſu propoſito, num.1.lib.1. conſ.642.Sicut arbor,nu.1.cum ſeq. conſ.643. Viſo eleganti conſilio,in princ. Curt. iun.conſ. 86.Præſupponitur in facto, de communi atteſtans,nu.2.conſ.172.eiuſdem initij, in prin.Socin.iun.d.conſ.27.Miratus ſum,num.11.verſic. Nec dicatur,lib.3. Odd.in tract.compend.partic.4.artic.1. verſic. Sed tamen veritas eſt, Didac.Couarr.in c.Raynutius,§.9.nu.2.verſ. Vndecimo,extr.de teſtam. Emanuel Coſta, in c.ſi pater,in 1.part.in verb.Eidem filio,nu.14.Rol. de Vall.conſ.25.Viſo themate,nu.13.lib.1.conſil.69.Viſis,& perlectis verbis, in prin.num.2. communem opin. eſſe aſſerens, eod.vol.Pariſ. conſ.73.Vt prçſens conſultatio,nu.8.lib.3.Hieronym.Gabriel.conſ.169. Venetijs tribus modis, nu.41. Nam ſi diceretur,Si filius meus ſine filijs deceſſerit, ſine illo diſtributiuo quan-
5 docunque † ſubſtitutio compendioſa conciperetur,Bart.in d.l.centurio, col.7.nu.26.& col. 9.nu.32.verſic. Secundò oppono, vbi Franciſ. Rip.num.149. Alex. in l.Gallus,§.quidam rectè,col.2.num.6.Ang.conſ.204.Venio primo, circa fin.rurſus Alex.conſ.1.Perſpectis verbis, poſt nu.2.lib.1.conſ. 71. Ponderatis verbis,nu. 3.lib.2.Iaſ.conſ.132.Prima conſideratione,colum.3.nu.2.verſ. Secundò principaliter, lib.1. Dec.conſ.205.In cauſa iſtorum nobilium, col. 2.ante num.5.verſ. Nam illa verba, conſ.431. Et pro tenui facultate, num.8. verſ. Vnde cum inferius,conſ.572. In caſu propoſito, in princ. conſ.643. Viſo eleganti conſilio,num.15. Curt. iun.d.conſ.86.Præſupponitur in facto,num.2. conſ.172. eiuſdem initij, num.2.Aym.Crauet. conſ.62.Nobilis Vrbanus,nu.3. Pariſ.conſ.17. Ex lectura teſtamenti, in princ.libr.2.conſ.62.

Titius,

d by Google

Titius,circa princ.eod.vol.conſ.15.Ser Laurẽtius,num.14.lib.3.conſ.1.Vulgatum eſt,num.6.conſ.25. Vidi teſtamentum, nu.15.conſ.73. Vt præſens conſultatio,nu.9.eod.vol.Ruin.cõſil.103.Quæſtio quæ proponitur,num.2.lib.2.conſ.142.Viſo,ac perlecto teſtamento,num.2.verſi.Quia quamuis,lib.3.conſ.159.Quamuis, num.21.eod.lib.Hieronym. Albanus,conſ.28. Tres in re propoſita,nu.7.verſic.Præterea cum teſtator,Rol.de Vall.conſil.25. Viſo themate, num.13.lib.1.conſ.69. Viſis,ac perlectis,nu.1. eod.vol.Franciſc.Marzar.conſ.22. In propoſita cauſa,num.7.Hieronym.Gabriel. conſ.104. Hæc ſubſtitutio, ante num.2.conſ.169.Venetijs tribus modis, num.41. Et ſic ex fideicom-
6 miſſaria † filius adita hæreditate onere fideicõmiſſi poſt mortem ſi ſine filijs deceſſerit grauatus cenſebitur,per hunc tex.cum ſimil. nec non ex vulgari ſub duplici conditione ſi repudiauerit, & deceſſerit, vnde repudiatione ſequuta ac morte,vulgaris locum habebit,quæ ſibi locum ſi filius inſtitutus cum liberis obierit, non vendicabit; Socinique opinionem iſtam ſequũtur, Andr.Alciat.in d.l.centurio,nu.99. dicens recep tam eſſe,Carol.Ruin.conſ.131.In themate ante num.13.verſic.Vltimò non obſtat, lib.3.Socin.iun.conſ.96. Multa firmauit, num.5.lib.3. Gerard.Mazzoll.conſ.2.Philippus teſtator,numer.47.Probaturque, Primò ex doctrina Bar. in d.l. centurio, num.32. vbi concludit, quòd hæc ſubſtitutionis conditio quandocunque ſi-
7 ne liberis deceſſerit, hæreditate non adita, † ac etiam ipſa hæreditate adita intelligi poteſt, & ſic vult, vt in vulgari quoque ſubintelligatur, quod inſuper tradiderunt, Oldrad.conſil.141. Thema tale eſt,D. G. Leuionenſis,col.2.nu.4. Ioan.Andr. tacito tamen Oldrado, in addit.ad Specul.tit.de teſtam.§.fin.in vltim. addit. Soc. ſen.in l.1.col.17.in 8.limit.verſic. Et per prædicta his diebus conſului,ff.de vulg.& pupill.eiuſque conſilium eſt 140. Conſiderato teſtamento Marci,col.antepen.in fin.verſic.Circa ſecundum,lib.1.quod repetitur conſ. 218.lib.2.in dictaque l.1.inquit, Bartolum latẽter hanc quæſtionem vbi ſupra decidere, in tract. compendioſę per verba communia,citans duo eiuſdem Bart.conſilia,& Ludouicum Romanum in terminis,in d.l. centurio, in pen. chart.Curt. iun. conſ.33. Præſupponitur in facto, col.2.verſic. Stantibus præmiſſis,num.2. Andr. Alciat.& is ad præcitatum Papiniani reſponſum, num.99. verſic.Sed nunquid conditio,Aym. Crauet.cõſil.62.Nobilis Vrbanus,col.1.ante num.2.Socin.iun.conſ. 106. Pulchra profectò, num.20. lib.1. Carol.Ruin.conſ.93.Viſo primo & ſecundo teſtamento,col.3.num.11.lib.2.conſil.131. In themate,col.10.num.13. lib. 3. Hieronymus Zanch.in d.l.hæredes mei,§. cum ita, num.54. Anton. Rub.conſ.26.Viſo teſtamento,poſt numer.4.verſ. Et iſtud voluit expreſſe Bart. Hoc-
8 que adeo verum eſt,vt conditio,Si ſine liberis, in fine poſita, † ad vulgarem etiam quæ primo loco ſola facta fuiſſet referatur,Ludouic.Rom. conſ.480. In caſu propoſitæ conſultationis, in primo dub.circa ſecundam ſubſtitutionem,verſic.Primò nunquid illa clauſula, Soc.iun.conſ. 128.Prẹſentis conſultationis materia,num.99. lib.1.conſ.77. Pro reſolutione,col.2.num.13.& col.fin.num.33.lib. 3. Oldradi etiam doctrina
9 vlterius procederet, † ſi filij in conditione poſiti ſubſtitutum ad ſui commodum non excluderent, vt per Aym. Crauett.d.conſ.62.col.1. num.2.verſic. Et poſito filij Hieronymi,citans tria Caſtrenſis cõſilia,vnum Cornei, aliudque Calcanei,vt ibi,Socin.ſen.conſ.140. Conſiderato teſtamento,col.6.circ.med.lib.1.Sicut igitur cum conditio Si ſine liberis deceſſerit in cõpendioſa expreſſa eſt, ad vulgarem fideicommiſſariamque ſubſtitutionem refertur, vtraq. enim ſub ea continetur, pari ratione quando à iure eſt ſubintellecta,idem dicendum eſt.

Sed contrarium ſuſtinendo, rationi huic in qua Socini limitatio fundatur, commodè poteſt reſponderi, Nam vt Carolus Ruinus dicebat, quando conditio exprimitur, *hoc totum*, ſcilicet quandocunque ſine filijs deceſſerit, *in* conditione eſt,& ſic etiam tempus ante aditam hæreditatem, ſecundum Bar.in d.l.centurio,in prædallegato verſic.quo quidem tempore fideicommiſſaria locum habere non poteſt,ſed vulgaris tantum,l.ille à quo, §. ſi de teſtamento,ff. ad Trebell. quia ergo ſine filijs decedenti ante aditam hæreditatem, & decedenti etiam poſt aditionem ſub eadem conditione facta eſt ſubſtitutio,ideo conditio expreſſa ad vtranque refertur, quia utrique expreſſe conditio appoſita fuit,ut pariformiter ambas determinet:cum autem tacitè ſubintelligitur reſpectu unius tantũ ſcilicet fideicommiſſariæ, & non reſpectu vulgaris ſubauditur.

Vel ex mente Curtij iunioris dicendum eſt, Socini opinionem ex alio confundi poſſe, ſcilicet ex doctrina Bart.communiter approbata in d.l.precibus,C.de impub.& al.ſubſtit.col.pen. & fin.nu.16.uerſic.Si uerò mater non eſt in medio, ubi in illo articulo, quando compendioſa facta eſt à pagano per uerba communia,in quo Doctores altercantur nunquid omni tempore fideicommiſſaria ſit,an uero intra tempora pupillaris ætatis directa, poſt uerò pupillaris ætatis tempora fideicommiſſaria exiſtat, quod ul-
10 timum † uerius eſt,prout ipſe concludit, & ibi etiam tenent,Petr.de Bellapertica in fin. Cyn. col.pen.Bald.num.41.Ang.num.10.Salyc.col. 9.Caſtrenſ.col.6.Alex.num.11.Iaſ.num.15.Io. Bapt.Caccialup.nu.78.Curt.iun.num.19.Hieronym.

ronym. Cagnol. num. 213. Sebaſt. Sapia, num. 81. Io. Coraſ. Toloſ. num. 61. ac Corn. nu. 72. idem Bar. in d. Leenturio, nu. 29. in fin. vbi Angel. nu. 5. Paul. de Caſt. num. 7. Io. de Imol. nu. 23. Franciſc. Aretin. num. 13. Iaſ. num. 45. Rip. nu. 117. Vdalric. Zaſ. nu. 30. Claud. Aquenſ. nu. 30. Socin. iun. num. 263. Andr. Alciat. num. 84. & 90. Lanfranc. de Oriano num. 36. dicens ita conſuluiſſe Venerandum Collegium Bononiẽ ſe, num. 31. Oldrad. conſ. 125. In propoſito themate, in princ. ibi; Videtur poſſe dici, & in fin. verſic. Ex præmiſſis, Bald. conſ. 35. Pater filio ſuo impuberi, num. 2. lib. 2. Paul. de Caſt. conſ. 172. Dubium facit, num. 4. verſ. Dico etiam, lib. 1. vbi concludit, in caſu omnino dubio, veriorẽ eſſe dictæ gloſſę opinionem, conſil. 275. Super primo quæſito, num. 11. conſ. 374. Viſis omnib. num. 3. eod. vol. conſ. 49. Notandum eſt, in fin. verſic. Sed tenendo aliam opinionem, lib. 2. Alexan. conſ. 71. Ponderatis verbis, num. 3. verſic. Quia, illa eſt ſubſtitutio, lib. 2. conſ. 12. Attentis verbis, num. 20. verſ. Secundò mouetur, vbi de communi opin. meminit, conſ. 17. Ponderatis his, num. 11. verſ. Quia ſecundum veram opin. eod. vol. conſ. 51. In caſu præſenti occurrit, nu. 4. verſic. Tamen iſtis non obſtantibus, libro 7. Raph. Cuman. conſil. 2. Proponitur quòd Ser Blancus, nu. 8. verſ. In contrarium autem facit, Ludouic. Roman. conſil. 130. Viſo teſtamento, circa fin. verſic. Quod autem ita voluerit, Bene dict. Capr. conſ. 141. Etſi viſo, nu. 3. verſic. Sed his non obſtantibus, Corn. conſil. 187. Trita, & vulgata eſt quæſtio, col. 1. verſ. Tertia autem opin. lib. 1. conſ. 152. In hac conſultatione, num. 12. in fin. verſ. Tertia opin. lib. 2. dicens Doctores Bononienſes ſic ſæpe conſulere, conſ. 238. Circa primum, col. 1. verſic. Solitus autem ſum, eod. lib. Soc. ſen. conſ. 144. Diligenter conſiderata, num. 1. de crebriori ſententia atteſtans, lib. 2. Iaſ. conſ. 130. Prima cõſideratione, col. 2. circa med. verſic. Ad iſta omnia, lib. 1. Dec. conſil. 227. In caſu propoſito, num. 4. verſic. Quia ſecundum communem opin. Stephan. Bertrand. conſil. 120. Viſo teſtamento, num. 4. verſic. Et quamuis, lib. 1. dicens hodie iſtam opin. communem eſſe, Io. Neuizz. conſil. 53. Vbi, nu. 6. & infra Guid. Papæ deciſ. 521. Subſtitutio compẽdioſa, in fin. ſic vidiſſe determinari afferens, Didac. Couarr. in d. c. Raynutius, §. 9. num. 17. Io. Dilect. de arte teſtandi tit. 5. caut. 6. Socin. iun. conſ. 121. Licet in occurrenti caſu, num. 25. lib. 1. Sfort. Oddus Peruſinus in d. tract. de compend. partic. 5. artic. 3. verſic. Prima opinio eſt, plures cumulans, & de magis communi opinione, & in practica recepta atteſtans, ipſamque in ſententijs & conſilijs ſequendam eſſe, Anton. Gomeſ. in comment. varijſque reſol. iur. ciuil. tom. 7. cap. 7. tit. de compend. ſubſtit. poſt numerũ 6. fol. 71. qui communem dicit, Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. vol. libr. 7. tit. 3. col. 6. num. 15. verſic. Illud autem, vbi dicit, ita ſe habere receptam Doctorum ſententiam, hocque omnes tenere, indubitanterque tateri, Celſus Hugo conſ. 41. Ex honorabilium, num. 12. verſic. Licet magnum ſit dubium. Quod

11 procedit etiam † matre in medio exiſtente, Oldrad. conſ. 125. In propoſito themate, in princ. & in fin. Bald. conſ. 35. Pater filio ſuo impuberi, num. 2. verſ. Et nedum, lib. 2. Paul. de Caſt. conſil. 172. Dubium facit, num. 4. lib. 1. conſil. 275. Super primo quæſito, in princ. etiam ſi mater eſſet ab inteſtato impuberi filio ſucceſſura, conſil. 374. Viſis omnibus, num. 3. eod. vol. vbi de communi atteſtatur, conſil. 49. Notandum eſt, circa fin. verſic. Sed tenendo aliam opinionem, lib. 2. Alexan. conſ. 12. Attentis verbis, nu. 20. vbi de magis communi, lib. 3. conſ. 17. Ponderatis his, num. 11. eod. vol. d. conſil. 51. In caſu præſenti occurrit, num. 4. lib. 7. Roman. conſil. 130. Viſo teſtamento, verſic. Et eſt decisum, Cõm. conſ. 187. Trita, & vulgata eſt quæſtio, col. 2. in princ. dicens contra matrẽ ſemel apud Eugubium ſe conſuluiſſe, illique conſilio ſe clariſſimum Doctorem Io. Petratium de Monte ſperello ſubſcripſiſſe, & aliàs apud Mõtem Falconem, huicque conſilio D. Baldum de Bartolinis ſe ſubſignaſſe, Bertrand. d. conſ. 120. Viſo teſtamento, num. 5. vbi de magis recepta ſentẽtia meminit, lib. 1. Socin. iun. conſil. 94. Quia in præſenti conſultatione, num. 28. uerſic. Et licet longa, lib. 1. dicens, quòd iſtam opin. omnino ſẽ qui debemus conſulendo, ac iudicando præſertim, eique ueluti carroccio inhærere, conſ. 134. Circa præſentem conſultationem, num. 37. vbi de magis communi iſtis temporibus concludit eod. uol. Hieronym. Grat. conſ. 134. Viſo puncto, num. 37. uerſic. Verum quia, & is communem eſſe opinionem aduertens, lib. 1. Curt. iun. conſ. 86. Præſupponitur in facto, num. 7. uerſic. Sexta præmittitur concluſio, Anton. Rub. conſil. 52. Viſo teſtamento, num. 2. uerſic. Præmiſſis tamen, Celſus Hugo d. conſ. 41. Ex honorabilium, num. 12. communem Modernorum uideri concluſionem affirmans, Oddus multos allegans, d. partic. 5. art. 3. uerſ. Contraria igitur ſententia, fol. 156. Rol. de Vall. d. conſ. 69. n. 23. uerſ. Nec ualet obſtare, ubi de ueriori, ac magis communi ſententia, lib. 1. Franciſ. Viuius opin. 852. Subſtitutio compendioſa, col. 3. uerſic. In contrariam tamen, de crebriori, ueriorique Scribentium reſolutione rationẽ reddens, Ant. Gomeſ. in comment. uarijſque reſol. iur. ciuil. tom. 7. ca. 7. de ſubſtit. compend. uerſ. Quod intellige, & extende, fol. 71. Simon de Pretis, in tract. de interpr. ult. uol. lib. 3. fol. 10. nu. 18. fol. 270. Hieronym. Gabriel. conſ. 169. Venetijs, nu. 45.

verſic.

verſic. Quòd ſi verbis communibus, magis communem opinionem eſſe inquiens. Hoc totum
12 † Bartolus ipſe ſcitè, pulchreque declarabat, ſubſtitutionem prædictam vnam eſſe, non tamen pro omni tempore ſed prout caſus attulerit, ſi enim filius in ætate pupillari deceſſerit, ſemper pupillarem fuiſſe interpretabimur, ſin verò poſt pupillares annos obierit, fideicommiſſariam omni tempore fuiſſe dicemus, ſuamque cõſiderationem comprobat, quia verbum quod poteſt in pluribus temporibus verificari,
13 in dubio † ſecundum quòd caſus attulerit debet intelligi, l. 3. in princ. ff. de alim. & cib. leg. & l. hæc conditio, §. finalem l. ſeq. ff. de condit. & demonſt. ita ergo in propoſito, ſubdit Bart. iſta verba, ſi filius meus deceſſerit, ſunt apta ad filium in pupillari ætate decedentem, ad filiumque poſtea morientem referri; & ideo ante aditam hæreditatem, vel etiam ante mortem defuncti ſecundum quòd caſus attulerit ſic referuntur: ex hocque ſi poſtea deceſſerit fideicommiſſariam, ſi verò ante aditam hæreditatem vulgarem cõtinebit; eandemque doctrinam idem Bart. repetijt in d. l. centurio, poſt num. 26. vbi in prædicto articulo coniecturis ceſſantibus, ac etiam fauore matris diſtinguit, quòd ſi filius in pupillari ętate deceſſerit, talis compendioſa interpretatur ac ſi teſtator dixiſſet; ſi in pupillari ætate deceſſerit, ſin autem poſtea, ac ſi verba clarè in fideicommiſſaria prolata fuiſſent: vt ſubſtitutio hæc vniformis videatur, lex enim quæ ſemper certa eſt, ab initio ſubſtitutionem hanc pupillarem reddit, ex poſt facto autem fideicommiſſariam: non itaque ex tempore variatur, ſed vniformis remanet.

Secundò, pro hac parte regulam æqualis determinationis
14 † Socinus afferebat, l. iam hoc iure, de vulg. & pupill. vt hinc tacita ipſa conditio æqualiter vtranque ſubſtitutionem in compendioſa comprehenſam reſpicere regulareque habeat, ſicut ex eadem regula Oldradi præcedens doctrina, ex omnium intentione regitur ac moderatur.

Hæc tamen regula ex prima quoque ratione virtualiter reſultans, in propoſito non obſtat & multipliciter tolli poteſt. Primò, nam in
15 ijs procedit, † quæ de iure communi inſunt, ſecus autem in caſu noſtro, in quo conditio, Si ſine liberis deceſſerit, de iure ſpeciali ſubintelligitur, vt eandem æqualis determinationis regulam non attendamus, quod deducitur ex l. mulieri & Titio, ff. de condit. & demon. vbi conditio de legato mulieri facto, non autem de parte Titio relicta reijcitur; & ſic legatum Titio cum legato mulieri facto ĉoniunctum, in hoc de illo non participat, quamuis inæqualis determinatio ſequatur, ea certè ratione, quia quo ad mulierem de iure ſpeciali reijcitur; Quod clarius probatur in l. ſi ita ſcriptum, & ibi Benedict. de Plumbino, ff. de manum. teſtam. vbi verba ad legatum libertatis & fundi relata differmiter capiuntur, interpretatio enim illorum verborum quo ad libertatis legatum de iure ſpeciali procedit.

16 Hinc eſt, quòd ſi vxor † domina & vſufructuaria filijs inſtitutis & extraneo relinquatur, in parte extranei mulier vſumfructum, à filijs autem alimenta tantum habebit, & ſic inæqualis fiet determinatio, quia illa verba filiorum fauore ex iure ſpeciali dictam interpretationem à conſuetudine recipiunt, vt tradit Bar. in l. Titia, §. fin. col. 2. num. 9. verſic. Pone quòd teſtator, ff. de leg. 2.

Vlterius dicebat Philippus Decius, rationẽ prædictam æqualis determinationis in contrarium poſſe retorqueri hoc modo, Quòd ſicut in vulgari illa conditio non intelligitur, ita nec in fideicommiſſaria: ſicque Corneum in terminis argumentari conſ. 1. Circa primum conſultationis quęſitum, col. pen. lib. 3. vbi concludit, in vulgari ſubſtitutione etiam poſt mortem collata conditionem illam, Si ſine liberis deceſſerit non intelligi, cum hoc iure cautum non reperiatur, regulariterque à verbis non recedamus, l. non aliter, de leg. 3. & in vulgari non militet ratio quæ in fideicommiſſaria, non enim inſtituti filijs hæreditas defertur ſi inſtitutus hæres nõ ſit, ſed ad cohæredem vel ſubſtitutum deuoluitur l. 1. §. ſi is ita, C. de caduc. toll. l. cum hæreditate, ff. de acquir. hæred. Hæcque interpretatio magis congrua videtur, quia vulgaris ſubſtitu-
17 tio † vti directa dignior eſt quàm fideicommiſſaria, quæ propriè, vt nonnulli ſentiunt, ſubſtitutio non dicitur, vt illa tanquam dignior attẽdi debeat, arg. c. cum in dubijs, de conſecrat. eccleſ. vel altar. Et quando vna ſubſtitutio ab alia
18 ſimul iuncta regulari deberet, quòd † tunc fideicommiſſaria potius reguletur quàm è contra, tradidere, Corn. conſ. 1. Circa primum, col. pen. verſic. Et concurrente etiam alia ratione, lib. 4. relatus per Curt. iun. d. conſ. 33. col. pen. num. 9. verſic. Poſtremò in hac materia, & Soc. iun. conſ. 100. Præſupponitur in facto, col. 3. num. 4. lib. 1. Socin. ſen. conſ. 249. Materia præſentis conſultationis, col. 6. poſt num. 10. verſic. Tertia eſt, lib. 2. Rub. Alexandrin. conſ. 2. Magnificus D. Philippus, poſt nu. 14. Carol. Ruin. conſ. 122. De duobus principaliter, col. 3. nu. 5. lib. 2. conſ. 158. Viſo teſtamento, col. 3. num. 8. eod. vol. Pariſ. conſ. 43. Dominus Ambroſius, nu. 31. lib. 2. Hieronym. Zanch. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 632.

Tertiò, Carol. Ruin. pro æquali determinatione prædicta textum inducebat, in l. ſi legatarius, §. fin. ff. de leg. 3. vbi illud quod ineſt quo ad unum determinabile, ad aliud cum illo coniunctum

iunctum refertur, & ibi Bart. ad pulcherrimæ quæſtionis deciſionem ex eodem textu inferebat.

19 Sed reſpondetur, † quòd in d.§.fin. & in caſu Bartoli, ſibi tempus ex natura rei inerat, ſed in propoſito conditio, vt dicebam, de iure ſpeciali ineſt, & contra iuris regulas, l.ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, de verb. oblig. ideo ceſſat extenſio etiam ſi inæqualis determinatio ſequatur, d.l. mulieri, & Titio, & d.l. ſi ita ſcriptum, Vel dici poteſt, in illo textu aliam rationẽ adeſſe, quàm æqualis determinationis, nam à patre non poterat relinqui purè filio in poteſtate exiſtenti, ideo dilatum in tempus quo erit ſui iuris videtur, l. fideicommiſſa, §. ſi filio, eod. tit. quod in finalibus verbis, verſic. Poſſumus etiam, Bartolus ibi aduertit.

Vltimò, mouetur Socinus, arg. l. qui patri, ff. de acq. hæredit. ratione inquam vnionis, quàm
20 vulgaris † cum fideicommiſſaria ſubſtitutione retinet. Sed Curtius iunior hanc oppoſitionem velut vno collyrio reijcit ac diſſoluit, cum ratione vnionis vnum alterius naturam aſſumat, quam de iure communi non autem ſpeciali ac
21 extraordinario habet, † prout notant gloſ. & Doct. in l. certi condictio, in princ. ff. ſi cert. pet. & Bart. in l. 1. §. hæc actio, ff. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſſ. fuer. idemque aſſeruit Ruin. conſ. 106. Viſo, ac diligenter ponderato, num. 6. verſic. Et per hoc etiam, lib. 2.

Vnde contraria opin. quamplurimis Doctoribus arriſit, vt nec in vulgari contenta in com-
22 pendioſa † conditio, Si ſine liberis, ſubintelligatur, quam tenent Dec. conſ. 416. In teſtamento, num. 5. & infra, col. 2. Paul. de Caſtr. conſil. 159. Præſens dubium, col. 2. in fin. num. 2. lib. 1. Corn. conſ. 1. Circa primum, col. pen. num. 30. lib. 4. Curt. iun. conſ. 33. Præſupponitur in facto, col. 1. num. 2. Andr. Alciat. in l. cohæredi, in princ. col. 3. de vulg. & pupill. Carol. Ruin. d. cõſil. 106. Viſo, num. 5. verſic. Quamuis, lib. 2. Pariſ. conſ. 19. Ad reſolutionem, col. 10. num. 93. lib. 2. conſ. 73. Vt præſens conſultatio, col. fin. num. 51. verſic. Tamen Decius, lib. 3. Soc. iun. conſ. 100. Præſupponitur, num. 3. & 4. lib. 1. Io. Franciſc. Calcan. in 7. ſubſcript. ad conſilium eiuſdem Mariani Socini iunioris, numer. 220. cum ſeq. & Vincent. Saluiolus in 10. ſubſcript. num. 252. Auguſtin. Bero. conſ. 128. Primam in prænarrata facti ſpecie, de recepta acfrequẽti opinione atteſtans, num. 8. 9. & infra, libr. 2. Hieronym. Zanch. in rep. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 54. verſic. Secundo ampliatur, & numero 630. verſic. Faciunt etiam notata, ff. ad Trebell. Simon de Pretis, in tract. de interpret. vltim. vol. lib. 3. fol. 10. num. 17. fol. 270. verſic. Quæ quidem vulgaris, eodemque lib. 3. fol. 9. num. 28. verſic. Nono fallit in eo, fol. 266. Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. vol. libro 10. tit. 8. ante num. 4. verſic. Tamen verius eſt, videturque idem ſenſiſſe Anton. Rub. Alexandrin. conſ. 26. Viſo teſtamento, num. 2. in fin. Gerard. Mazoll. d. conſ. 2. num. 47. Rota Romana deciſ. 267. In hac difficultate, num. 3. part. 2. Diuerſ. per Aldobrand. Ad hocque dicendum mouentur, Primò, cum iſto caſu vtraque ſubſtitutio videlicet vulgaris & fideicommiſſaria ſub compendioſa in ſtatu ſuo conſeruetur, ac vtraque propriam naturam retineat, illa enim determinatio quæ fieri æqualiter debet, illud reſpicit quod exprimitur, nec in eo quod tacitè intelligitur locum habere videtur, prout eſt cõditio hæc liberorum, de qua nihil dictum extitit: facit ad hoc ſecundum Decium, Quia poteſtas reuocandi procuratorem alicui conceſſa,
23 de expreſſa reuocatione † non autem de tacita intelligitur, Oldrad. conſil. 130. Omiſſa prolixitate, col. 2. verſic. Præterea nõ apparet, Æqua
24 lis etiã determinatio ad litteras † quæ legi poſſunt referri videtur, iux. l. 1. ff. de ijs quæ in teſtam. delen. & quod ibi not. Bart. Et hoc idem confirmatur, nam illud quod tacitè in vno capitulo legis vel ſtatuti intelligitur, nunquam in alio dictæ legis vel ſtatuti capitulo repetitum
25 videtur, † ſecus in expreſſo eſt, vt not. dicit Alexand. poſt gloſ. & Bald. ibi, in l. 1. in princ. in verb. Si quis, ff. quod quiſq. iur. Et quòd quan-
26 do ſubſtitutio fideicommiſſaria † cum vulgari & pupillari coniungitur, vt quælibet ſuam naturam ſeruet, Bart. in d.l. hæredes mei, §. cum ita, colum. fin. verſic. Si verò loquimur in ſubſtitutione compendioſa, Alexan. conſ. 1. Teſtator inſtituit, col. fin. num. 15. verſic. Non obſtat etiam, lib. 1. Socin. conſ. 249. Materia præſentis conſultationis, colum. 7. ante num. 11. verſic. Nec præmiſſis, lib. 2. conſ. 94. Pro clariori intelligentia, col. 3. num. 7. verſic. Sed ad hanc rationem, lib. 4. Corn. conſ. 298. Circa hanc conſultationem, col. fin. num. 8. verſic. Eſt conſiderandum in qua ſubſtitutione, & is, lib. 4. Pariſ. conſil. 72. Pro reſolutione dubiorum, col. 4. num. 31. verſic. Iſtis tamen ita deductis, lib. 3. Ruin. conſ. 168. Proponitur quòd Titius, col. 6. num. 14. lib. 2. Quicquid autem Bart. in d.§. cum ita, quem præcitati ſequuntur, aſſeruerit ex Socini intentione d. conſ. 249. ante num. 11. verſ. Quoniam Bartolus, dicendum eſt, ipſum non loqui quo ad hunc finem, ſed ad alium, nunquid altero moriente ex ijs quibus ſub nomine collectiuo facta ſubſtitutio eſt, ſubſtitutus admittatur: hocque ex mente eiuſdemmet Bart. colligitur, dicentis idem concludendum eſſe in compendioſa, quod ſupra in prædictis ſubſtitutionibus comprehenſis, ſeparatim conſideratis aſſeruerat; Vel dicendum eſt, Bartolum non loqui reſpectu effectus, vt idem Socinus conſiderat.

Secundò

Secundò afferri poteſt, quòd illa determinatio quæ plura determinabilia reſpicit, in effectu
27 † adæquatio ſimilitudoque de pluribus facta videtur: in talique ſimilitudine ſeu adæquatione ſatis eſt, quòd ipſa ſimilitudo eo reſpectu reperiatur quo facta adæquatio ſit, licet in omnibus ſimilitudo non verſetur, vt not. Abb. in ca. translato, de conſtit. & in cap. quemadmodum, de iureiur. traditque Bal. in l. curatoris, colum. 2. verſ. Tertia concluſio, C. de negoc. geſt. cum ſimil. & ideo quando ſub vna determinatione alicui ſubſtitutio facta fuit vulgariter, & per fideicommiſſum, vel quando vtraque in compẽdioſa comprehenditur, illa adæquatio videtur facta illo ſimili reſpectu, vt ſubſtitutus vtroque caſu admittatur, & ſic vtraque ſubſtitutio determinata fuit ad prouiſionem ſubſtituti, videturque ſubſtitutio ſecundum eius naturam facta, fideicommiſſariaque ſecundum propriam qualitatem, vt nullo modo dicendum ſit, per talem determinationem vulgaris vel fideicommiſſariæ naturam confundi vel alterari, ſed prouiſionem de vulgari ſubſtitutione ſecundum naturam vulgaris, ac fideicommiſſariæ iuxta eius naturam factam videri; Quod ſuadetur: nam ſi ſubſtitutio vulgariter & per fideicom-
28 miſſum facta extiterit, ſubſtitutum † electionem habere vt poſſit ex vulgari, vel fideicommiſſaria ſuccedere, voluit Bart. per illum text. in l. recuſare, §. Titius, num. 2. ff. ad Trebell. & in l. centurio, colum. antepen. num. 38. verſicul. Idem ſi teſtator, ff. de vulgar. & pupill. traduntque Angel. de Peruſ. in l. 1. §. ſubſtituere, col. 2. num. 5. cod. tit. Bald. in l. fin. colum. 2. C. de codicill. Alexan. poſt alios quos allegat, in d. §. Titius, in 1. not. Dec. hoc egregiè explicans d. conſil. 416. num. 15. verſic. Et vlterius, ac etiam infra, Pariſ. d. conſ. 72. num. 31. verſic. Iſtis tamen ita deductis, lib. 3. & Hieronym. Grat. conſilio 134. Viſo puncto mihi tranſmiſſo, num. 27, libro 1. licet enim hæ ſubſtitutiones copulatiuè fiant, bene poteſt ſubſtitutus eligere, quia quã-
29 do copulatiua † inter incompatibilia remedia ponitur, in alternatiuam reſoluitur, ſecundum Bart. & Doct. communiter in præcitato §. Titius, & eundem Bartol. in l. ſi Titio fundus, in princ. ff. de vſufr. leg. in l. 1. colum. 2. numer. 4. verſic. Secundo quæro, ff. de iur. codicill. Vel ſi inſpecta Cyni, aliorumque opinione quos idẽ Alexander vbi ſupra refert, ſubſtitutus ex illa ſubſtitutione cuius caſus contingeret admitti deberet, adhuc vulgaris in proprio ſtatu, pariterque fideicommiſſaria in ſuo cõſeruaretur.

Hæc tamen ratio ex dictis in proxima præcedenti reſponſione euitari poteſt, eique plurimum illa Scribentium cõcluſio reſiſtit, quòd etſi vulgaris ſubſtitutio ſuitatem inſtituti quo
30 ad tranſmiſſionem tollat, † aliosque ſuitatis effectus, vt tradit Bartol. in l. 1. num. 45. vbi communem opinionem eſſe concludit Socinus, colum. 54. de vulg. & pupill. hoc non procedit, cum vulgaris eſſet cum fideicommiſſaria, tunc enim vulgaris regulam à fideicommiſſaria illi
31 vnita † deſumeret, Bald. in l. non iuſtam, per illum text. cum gloſ. C. ad Trebell. Socin. conſil. 8. Poſt redditum à me conſilium, colum. 2. num. 7. verſic. Nec obſtat, libro 4. Carol. Ruin. conſil. 105. Viſo teſtamento Zenonis, colum. pen. num. 12. verſic. Qui mouetur, lib. 2. conſil. 165. Circa caſum de quo quæritur, colum. 2. numero 4. uerſic. Sed præmiſſis non obſtantibus, eod. uol. dicens idem eſſe de ſubſtitutione com-
32 pendioſa in qua fideicommiſſaria † cõtinetur, Hieronym. Grat. conſil. 134. Viſo puncto mihi tranſmiſſo, nu. 24. & infr. lib. 1. ac etiam Alex. in l. ſi filius hæres, col. pen. uerſic. Quinto fallit, de liber. & poſthum.

Ego ab hac poſteriori opinione recedẽdum
33 eſſe non exiſtimo, † nam uera eſt illa concluſio, ut quælibet ſubſtitutio per reſolutionem compendioſæ in ſua natura remaneat, hocque obſcurari nequit; Et ita intelligendo ſpecialitas diſpoſitionis ex hac lege prouenientis tollitur, reſque ad ius commune reducitur, quod fauo-
34 rabilius eſt, † gloſ. in cap. ſtatutum, in uerb. Numerandum, de præbend. in 6. quo quidem caſu, ut inquam minus iuri communi derogetur, inæqualem determinationem fieri abſurdum non eſt, cap. cum dilectus, de conſuet. ubi Cardin. & Abb. in 5. not. & pro nobiliori reſponſione ad dictam regulam, refert ac ſequitur Carol. Ruin. conſilio 169. Viſo, & examinato puncto, colum. 4. num. 11. uerſic. Secundò & notabilius reſpondetur, libro 3. conſ. 64. Viſis ſtatutis, num. 7. uerſic. Et probatur, eodem uol. conſ. 157. Quantum ad ſubſtitutionem, num. 7. uerſic. Et propterea dum Benedictus de Plumbino, libro 2. conſil. 157. De tribus per ordinem, numero 14. uerſic. Secundò reſpondetur, lib. 5. Rolan. de Vall. conſilio 74. Quia de pluribus quæritur, colum. 3. num. 12.
35 lib. 2. in dubio enim interpretatio uel † fictio iuri communi contraria euitatur, gloſ. fing. in l. talis ſcriptura, de leg. 1. quam ad hoc ſemper allegamus, inquit Bald. ibi, colum. 1. uerſic. Gloſſa finaliter ſoluit, idem in l. precibus, ſub num. 26. dicebat, Quòd quoties aliquid ſecundum ius commune, & ſecundum priuilegium poteſt interpretari, æquitate ſuadente ex iure communi magis interpretationem recipiet, lateque Socinus ſenior comprobat, conſilio 30. Quamuis ex his, columna 13. numero 34. uerſic. Decimoquinto, libro 1. Eademque regula minime procedit repugnante natura determinabilium, tunc enim ſecundum naturam vniuſcuiuſque determinabilis debent determi-

nari,

nari, Cardinal. in c. olim ex literis, per illum text. de reſcript. in c. ab excommunicato, eod. tit. Iaſ. in l. miles ita, §. decem, in 2. not. n. 2. ff. de re iudic. & in l. contra maiores, col. 2. n. 2. verſic. Alibi tamẽ habes, C. de inoff. teſtam. Ruin. conſ. 157. De tribus per ordinem, num. 14. verſic. Secundò reſpondetur, lib. 5. Rol. de Vall. conſ. 74. deſuper citato, n. 15. verſic. Quartò & vltimò, vlterius dici poteſt, quòd æqualis determinationis ratio non attenditur vbi vnũ ex determinabilibus magis fauorabile eſſet, Benedict. de Plumbino in l. ſi ita ſcriptũ, ff. de manumiſſ. teſtam. Alex. conſ. 158. Abunde quidem, n. 8. lib. 6. Soc. ſen. conſ. 291. Viſis literis, col. 9. num. 11. verſic. Reſpondetur etiam clare, lib. 2. conſ. 5. Supraſcriptus inſignis Doctor, col. fin. n. 17. verſic. Sed reſpondeo etiam aliter, lib. 4. & poſt Io. Baptiſt. Caccialup. de S. Seuerino in l. in teſtamẽto, C. de teſtam. milit. Carol. Ruin. id aſſeruit, conſ. 3. De pluribus quæritur, n. 10. lib. 3. conſ. 64. Viſis ſtatutis, num. 8. eod. vol. & d. conſ. 157. Quantum ad ſubſtitutionem, n. 7. verſic. Et propterea, lib. 2. eſtque text. in d. l. ſi ita ſcriptum. Cum igitur in hac quæſtione natura ſubſtitutionum determinabilium, vulgari ſcilicet & fideicommiſſariæ repugnet: vnaque ſit altera fauorabilior, non poterit æqualis determinationis ratio congruere, ſed iuxta vniuſcuiuſque determinabilis naturam fieri oportet.

Et retenta Decij opinione contra Socinum, multo magis procedit quando vulgaris generaliter in compendioſa non includeretur, ſed ſpecialiter eſſet expreſſa, veluti ſi ſcriptum fue-
36 rit, vulgariter † & per fideicommiſſum, ſicque etiã Socini opinio limitaretur ſi ipſam aliquis ſequi vellet, cum enim de vulgari fideicõmiſſaria nuncupatim dictum fuerit, non eſt cenſendum quòd vulgaris in compendioſa includatur, nec etiam fideicommiſſaria, quoniam expreſſum facit tacitum ceſſare, l. cum ex filio, §. 1. de vulg. & pupill. & quod generaliter di-
37 citur, ad id quod ſpecialiter † eſt expreſſum nõ refertur, l. doli clauſula, de verb. oblig. & l. ſanctio legum, de pœnis, & ideo in caſu propoſito vulgaris ſecundum ſuam propriam naturã cenſeri debet, ac ſi ſimpliciter concepta fuiſſet, quę quidem vt ſuperius concluſum eſt, intelligentiam tacitę huius conditionis ſi ſine liberis non recipit, & ita reſponderunt, Dec. d. conſil. 416. num. 9. & infra, Pariſ. d. conſ. 19. num. 93. lib. 2. & Socin. iun. d. conſ. 100. num. 3. cum ſequen. lib. 1. ijsque aſſentitur Franciſc. Mantic. in tractat. de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 8. ante nu. 4. verſic. Et hæc quidem limitatio, fol. 250.

Secundò, maximè procedit, ſi ſubſtitutio
38 non in hæreditate ſed in fideicommiſſo † facta conſpiceretur, vt tradit Carolus Ruin. d. conſil. 306. Viſo, ac diligenter ponderato, num. 7. verſic. Sed tenendo etiam opinionem Socini, lib. 2. vbi rationem differentiæ affert, vt per eum, qui inſpici poterit.

HYPOTHESIS.

Diſpoſitio d. l. cum auus, an in directa pupillari procedat diſtingui ac reſolui, & quid in pupillo malitia ſupplente ætatem? Rurſus textum etiam in d. l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. interpretari: Necnon, l. credendum, §. ſi verò maritus, ff. qui pet. tut. ad mentem Bart. explicari, multaque de proximo pubertati ac de pupillari, natiuitate liberorum rupta, malitia ætatem ſupplente, vel poſthumi natiuitate enarrari: Compendioſamque cum clauſula ſi ſine liberis deceſſerit conceptam continere pupillarem, aliaque ſubtiliter explanari.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutionem pupillarem adueniente pubertate expirare. An autem in ea procedat d. l. cum auus, diſtingui, & num. 27. affirmatiuam opin. firmari.*
2 *Subſtitutionem pupillarem ex communi opinione pupillo cum liberis decedente, ob malitiam ætatem ſupplentem, etiam ſi pupillus teſtari non poſſit finitam cenſeri, & num. 7.*
3 *Teſtamenti factionem libero homini ſana mentis auferri iniquum eſſe.*
4 *Subſtitui pupillariter etiam intra decimum annum poſſe.*
5 *Pupillum malitia ſupplente ætatem teſtari ante pubertatis annos nõ valere: etiã ad pias cauſas.*
6 *Subſtitutionem pupillarem impuberibus malitia ætatem ſupplente fieri, ex Petri Ancharani opinione veriorem tamen Bartoli ſententiam cenſeri, num. 2. ac 7.*
8 *Subſtitutionem pupillarem malitia ſupplente ætẽ, ſuſceptis filijs legitimis & naturalibus, ſecus naturalibus tantum, ex Baldo finiri, & nu. 40.*
9 *Subſtitutionẽ pupillarẽ poſthumi natiuitate rũpi.*
10 *Priuilegium principis cum alterius iniuria intelligi non debere.*
11 *Pupilli teſtamentum, quando teſtamentum à patre conditum intelligatur, & num. 12.*
13 *L. ex facto, de vulg. & pupil. interpretari, et n. 15.*
14 *Donare aſcendentem deſcendenti præſumi, non ſic è contra.*
15 *Exemplarem ſubſtitutionem ante Iuſtinianum ex iure ciuili furioſo filio abſque reſcripti impetratione fortaſſe fieri licuiſſe.*
16 *Exemplaris ac pupillaris diſcrimen: deque vnius ad alteram reflexione.*

17 *Simile esse dissimile, quomodo accipiendum sit.*
18 *Exemplaris substitutionis exemplum quò dirigatur.*
19 *Pupillarem substitutionem non de rigore iuris, sed aequitatis studio introductam fuisse: quicquid Bartolus crediderit.*
20 *Pupillum malitia aetatem supplente generare posse.*
21 *Salomonem decennem Roboam genuisse.*
22 *Achaz undecimo aetatis anno Ezechiam genera sse.*
23 *Pupillum pubertati proximum malitia aetatem supplente, matrimonium iure canonico inspecto posse contrahere.*
24 *Pubertati proximum, cum qui dimidiatum annum supra decimum excesserit: fœminam verò, quæ nouem annos cum dimidio egressa fuerit, secundum vnam opinionem intelligi: Hocque in ciuilibus procedere secus in criminalibus, num. 25. ibique diuersam Specul. Dyni, Nicolai de Mattarellis, ac Hostiensis opinionem recenseri.*
26 *Pubertati proximum iudicis arbitrio diffiniri.*
27 *L. cum auus, in directa pupillari substitutione locum sibi vendicare.*
28 FLORENTINORVM *Aduocatorum praestantiam extolli.*
29 *Substitutionem directam coniecturas non respuere: illas tamen in fideicommissaria efficacius operari.*
30 *L. cum auus, coniecturam, in directis quoque substitutionibus militare; & post num. 39.*
31 *Verisimile, in vltimis voluntatibus interpretandis admitti.*
32 *Verisimile, pro expresso haberi.*
33 *Verba generalia testatoris, ex verisimili. Ne censeatur testator alienam agnationem propria anteponere, distingui interpretarique.*
34 *Dispositionem ad insolita non extendi.*
35 *Subiecta talia esse qualia praedicata demonstrant.*
36 *Compendiosam cum clausula si sine liberis decesserit, conceptam, pupillarem etiam substitutionem continere, & num. 38.*
37 *L. credendum, §. si verò maritus, ff. qui petant tut. ad mentem Bartoli explicari.*
39 *Insolitos casus per naturam etiam contingere, inspiciendosque esse.*
40 *Naturalibus, legitimam non deberi.*
42 *Pupillari substitutione ob liberorum susceptionem rupta, malitia supplente aetatem, legata in testamento filij facta conseruari: secus pupillari ex defectu conditionis testamenti euanescente.*
43 *Pupillarem substitutionem posthumi natiuitate ruptam, morte ipsius posthumi, iure Praetorio, sine is impuberi patre superstite, sine eius auo moriatur.*

CAP. XIII.

ONCLVSIONIS primæ, secundum corollarium est, hanc l. cum
1 auus, in directa pupillari † substitutione sibi locum non vendicare, vt Ioan. Baptista Cacialup. de S. Seuer. in d. §. cum autem, asseruit, cum pupillaris adueniente pubertate expiret, l. in pupillari, ff. de vulg. & pupill. Curt. iun. consil. 70. Tota vis, num. 15. Socin. iun. consil. 138. In causa, num. 9. lib. 2. Stephan. Bertrand. cons. 5. Viso testamento, num. 2. lib. 1. cons. 166. Pro faciliori, num. 2. eodem volum. Nicol. Bellon. consil. 58. Testator legauit, in princ. num. 1. & sic antequam filius pupillus liberos suscipere possit, hocque sine scrupulo in quo malitia ætatem non supplet procedere videtur, §. 1. Institut. de nupt. in pupillo autem cui malitia supplementum ætatis tribueret, nihil dicit. Omissis igitur quæ Socinus inuolutè ac perplexè ante eius distinctionem longa verborum serie recenset, quorum magnam partem ab Alexandro Imolensi desumpsit, tres casus pro dilucidatione ab ipso consideratos strictim ac breuiter reassumam; Proinde dum quæritur an huius legis conditio in directa pupillari subintelligatur, ad æquiuocationem tollendam, hæc tria inter se differre dicebat. Primò, substitutionem pupillarem finitam esse. Secundò, ruptam posthumi natiuitate fore. Tertiò, cum filijs pupillo decedente, arg. eiusdem l. cum auus, expirare.

Primò casu, pupillarem substitutionem donec pupillus testari non possit, finitam non cen
2 seri, ex d. l. in pupillari, cum ibi not. fundare nititur: licet in contrarium † eodem in loco Bartoli adsit authoritas, in fin. num. 18. versic. Circa hoc quæro, quem sequuntur Ang. & Alexand. num. 6. idemque scripsit Bald. in l. precibus, num. 32. versic. Quarta differentia est, C. de impub. & alijs substitut. post Gulielmum de Cuneo, & in l. humanitatis, colum. 6. num. 32. versic. Quarta differentia est, eodem tit. in l. ex facto, colum. 1. circ. med. versic. In textu ibi, sui hæredis, dicto tit. de vulg. & pupill. & in l. nec ei, num. 4. versic. Item si malitia suppleret ætatem, ff. de adoption. videaturque vrgere textus in eadem l. ex facto, in princ. vbi quemadmodum exemplaris immediatè expirare diceretur, cum resipuisset furi-
3 osus, iniquum enim † homini sanæ mentis esset testamenti factionem auferre, l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligat. ita etiã sui hæredis agnatione, vt in proposito non aliter dicendum sit, quàm quòd sicut pupillus cum testari posse incipit substitutio pupillaris

expi-

expirat, ita quando ſuum incipit hæredem habere, nam imitatione ibi pupillaris ſubſtitutionis principem moueri Paulus Iuriſconſultus aſſeruit.

Sed ſi ille textus rectè inſpiciatur, obſtare non videtur, cum enim reſipuerit, deſinere valere exemplarem inquit, & ſic vt pupillarem, pubertate finiri: cum verò ſuus hæres naſceretur, non finiri, ſed rumpi pupillarem ſubſtitutionem concludit. Nec obſtat, dum textus ſubdit, non intereſſe an filius furioſus alium hęredem inſtituat, an ſuum hæredem habere incipiat, cum ſimilitudo in effectu verſetur, vtroque enim caſu exemplaris ſubſtitutio expirat, altero quidem quia ſuperueniente ſana mente terminatur, altero quia poſthumi agnatione rumpitur, & vtroque caſu ſubſtitutus excluditur, quæ in pupillari ſubſtitutione vt ſtatim dicam non militant, & ita concludendum eſſe Socinus arbitratur; Nam vt hoc quoque exprimam, quamuis intra annum decimum † pupillariter ſubſtituatur, l. ſi ita quis, ff. de vulg. & pupill. Vdalric. Zaſ. in tract. ſubſtit. de pupill. in fin. verſic. Quintus caſus, vt dixerit Paul. omne quidem ſpatium quod intra pubertatem eſt, liberum patri eſſe ad pupillariter filio ſubſtituendum, finis tamen huius pubertas eſt, d.l. ex facto, §. item quæro, vt quanquam in propoſito intra pubertatem filij ſuſcipiantur, adhuc tamen pupillaris pubertate finiatur, nõ itaque in huiuſmodi ſubſtitutione ad ipſam finiendam medij temporis interuallum ibi conſiderari videtur. Hinc eſt, quòd licet † malitia ætatem ſuppleat, impubes ſapiat, filioſque generandi vim habeat, nil quo ad ſubſtitutiones ſeu teſtamenta pupillaria immutandũ ſit, quia æque verum eſſet, quod ante pubertatis annos non potuiſſet ſibi teſtamentum facere, nec etiam ad pias cauſas, vt tradit Bald. in d.l. humanitatis, num. 32. verſic. Octaua differentia, & ſequuntur, Philip. Franc. in rubr. nu. 8. de teſtamen. in 6. Abb. in cap. iuuenis, num. 5. de ſponſal. Corn. in l. ſi frater, num. 2. C. qui teſtamen. facere poſſ. & de communi opinione teſtatur Didac. Couarr. in epitom. lib. 4. Decretal. 1. part. capit. 2. num. 1. Ergo conſequens eſt, quod huiuſmodi liberis impuberibus, quamuis generandi vim habeant, poſſit etiam pupillaris ſubſtitutio fieri, vt eſt doctrina Petri † de Ancharan. in capit. puberes, numer. 4. dicens eſſe notandum, de deſponſ. impuber.

Retenta autem Bart. ſententia in dicta l. in pupillari quæ communiter † recipitur, vt hic Socinus aduertit, limitationem recipit vt procedat, ſi pupillus malitia ſupplente ætatem filios legitimos & naturales ſuſciperet, ſecus ſi naturales tantum † ex concubina, ita dicit Baldus in d.l. nec ei, num. 4. & in d. l. humanitatis, colum. 6. num. 32. de cuius veritate ſtatim dicam.

Secundo caſu, frequentiori calculo in d.l. in pupillari, natiuitate poſthumi ſubſtitutionem pupillarem † rumpi per Scribentes recipitur, vt de magis communi opin. expreſſim Socinus hic num. 24. fidem facit: idemque concludunt, Bald. in dicta l. precibus, num. 47. verſic. Aduerte ſi ſit ſubſtitutio, Hieronymus Verius, in dicta l. ex facto, num. 54. de vulg. & pupill. pill. Emanuel Coſta in repetit. cap. ſi pater, in 1. par. ſuper verb. Impuberes, verſic. Tertia ſit concluſio, crebriorem ſententiam eſſe affirmãs, de teſtamen. in 6. citant ad hoc eandem l. ex facto, in princ. vbi ſui hæredis agnatione exẽplaris ſubſtitutio rumpitur. Sed huic textui Socinus ſic reſpondere molitur, quòd tempore l. ex facto, non poterat exemplaris ſubſtitutio, niſi principis priuilegio fieri, vnde huiuſmodi priuilegium † nõ debebat cum tertij iniuria intelligi, l. 2. §. meritò, & §. ſi quid à principe, ff. ne quid in loc. pupill. l. cum auus, C. de emancip. liber. cap. ex tuarum, de vſu pall. c. licet in coniungendis, de offic. ordin. Corn. conſ. 165. Circa primum, num. 15. lib. 2. conſil. 194. Licet, num. 7. lib. 4. Dec. conſ. 695. Viſa, num. 26. Socin. iun. conſil. 177. Licet, num. 106. lib. 1. & cum iniuria potiſſimum liberorum, non enim cenſendum eſt patrem id ſenſiſſe, & vtrunque tam de patre quàm de principe probat text. in præcitata l. ex facto.

Vlterius nimirum ſi ſubſtitutio exemplaris in d. textu, agnatione ſui hęredis rumpebatur nam in priuilegium facultas teſtandi concedebatur, vnde aliud ſpeciale concurrere non poterat, vt inquam † teſtamentum filij cenſeretur, teſtamentum à patre conditum, iuxta l. Papinianus, §. Sed neque impuberis, ff. de inoffic. teſtam. arg. not. in l. 1. de dot. promiſſ. quæ in pupillari non procedebant, cum ex iure communi reguletur, l. moribus, de vulg. & pupill. potentiuſque ius commune eſt, quàm ſpeciale, l. eius militis, §. militia miſſus, ff. de milit. teſtamen. ceſſat itaque textus iſte, ex quo aliàs idem Socin. in l. hæredes mei, §. cum ita, colum. 8. in QQ. extra gloſ. in 1. illat. dicebat, Quòd licet pupillaris ſubſtitutio ne à pupilli matre pręterita rumpatur, teſtamentum patris eſſe dicatur, d. §. ſed neque impuberis, cap. ſi pater, de teſtamen. in 6. tamen ne à poſthumo rumpatur, † nõ patris ſed filij eſſe præſumitur, hocque per rationem textus dicta l. ex facto, non enim cenſendum eſt, hunc caſum teſtatorem cogitaſſe, vt in propoſito mutato per Soccinum conſilio, cum aui, & non filij teſtamentũ cenſeatur, prætéritione nepotis filio exiſtente in medio tẽpore mortis aui, nullum dici non poſſit,

poſſit, l.ſi quis poſthumos, §.ſi filium, ff. de liber.& poſthum.

Sed opinionem magis communem ſuſtinendo, prædictis conſiderationibus reſpõderi poſ-
23 ſet, quod illud † in d.l.ex facto, beneficium potius, quàm (vt Socinus credidit) priuilegium dicitur, vt ibi in text. Reſpondi, beneficia quidem principalia ipſi principes ſolent interpretari: Et rurſus in fin. Quod beneficium tribuit princeps iuris ciuilis intentione, attentis eiuſdem iuris regulis, indeque inferri non poteſt priuilegium eſſe, rectè autem deducitur, ne beneficium æquitate ſuffultum incipiat iniquum fieri ſumma ratione, quæ in ſui hæredis agnatione ad teſtamentum rumpẽdum reflectitur. Nec textus in d.§. ſed neque impuberis, obſtare videtur, in deſcendentibus enim ipſius impuberis nõ loquitur, quibus magis hæreditas, quàm matri debita eſt: & ita ad dictum §. Salycetus de exemplari tamen verba faciens, in d.l. humanitatis, colum. 3. verſic. Nec obſtat, C. de impub. & al. ſubſtit. reſpondet. Hinc eſt,
24 quòd licet † aſcẽdens donare deſcendenti præſumatur, non ſic è contra deſcendens aſcendẽti, vt habetur in l. quæ dotis, ff. ſol. matrim. vbi Alex. col. 6. & poſt Corn. conſ. 199. In hac conſultatione, in 2. dub. num. 4. lib. 3. tradit Aym. Crauett. conſ. 164. Nobilis, num. 6. in fin.

25 Et quid ſi ante Iuſtinianum, exemplarẽ † ex ciuili iure in filio furioſo abſque reſcripti impetratione prodijſſe dixerim? vt videtur, nec fortuito colligi, in d.l. ex facto, verſic. Nam etſi furioſo; Sique cur idem in muto non fuiſſe quæreretur, reſpondeo ideo difficilius conceſſum patri pro muto diſponere, cum mutus aliquo caſu ſibiipſi poſſet proſpicere, ſi à principe aliquid fortaſſe impetraret, vt in l. ſi mutus, ff. de teſtamen. cur autem Imperator in d.l. humanitatis, à ſe inuentam exemplarem ſubſtitutionem aſſeruerit, idemque in §. quæ ratione, Inſtitut. eodem tit. Lancellottus Politus in tract. ſubſtitut. de exempl. colum. 2. in princ. optimè explicat.

Præterea dum pro eadem communi, textus in d.l. humanitatis, inducitur, quòd exemplaris hodie priuilegio, ſeu vt dicebam magis principis beneficio non indigeat; Non obſtat ſi ex Socino diceretur, argumentationem de exemplari ad pupillarem mancam cenſeri, cum hodie etiam in exemplari ſubſtitutione neceſſarium ſit vt ex filijs teſtatoris aliquis ſubſtituatur, & ſic ex furioſi, aut fatui fratribus, aliàs numeris ſuis careret, ac infirma redderetur: quę non minus hodie humanitate abundare dicitur, nec ex iuris rigore procedere; Hæc au-
26 tem † à pupillari ſubſtitutione recedunt, ſit nanque nedum alijs filijs non vocatis, ſiue pupilli fratribus vt in alia, ſed profectò ijs prætaritis, ac etiam matre, dicto §. ſed neque impuberis, & d.cap. ſi pater, ex expreſſaque pupillari fratres excluduntur, vt in l. penult. C. de impub. & alijs ſubſtitut. Bartol. in dicta l. moribus, ad fin.

Reſponſio nanque in promptu eſt, cum om-
27 ne ſimile incertum non ſit † diſſimile eſſe, vt in his terminis dixit Polit. in d. tit. de exemplari in princ. abſurdumque videretur aſſerere, ſubſtitutiones haſce in cauſa producente, in materia producibili, in modo producendi, in effectu productiuo, & in productionis materia eaſdem cenſeri: nullumque ſimile idem eſt, non tamen incongruum redditur, de ſimilibus ad ſimilia argumentari, maximè cum ſimile expreſsè ex ſimili deducitur, vt hic accidit, dicta l. humanitatis, adeo quòd ſi in exemplari aliquid non exprimatur, ad pupillarem recuramus, vt demptis quibuſdam diſsimilibus, nullum diſſidium adſit, prout paſsim Bartolus argumentatur: non itaque argumentationem hic reijciendam exiſtimo, quàm Principem admiſiſſe Paulus lib. 9. Quæſtionum teſtatur, dicta l. ex facto, vt non immeritò quemadmodum compẽdioſam, ita exemplarem ſub titulo de vulgari & pupillari ſubſtitutione particulari ſede prætermiſſa cõprehenſam intueamur; Non repugnabit humanitas, quæ immutari aut deleri non valuit, licet eam inter pupillarem exemplaremque ſubſtitutionem diſcrimen conſtituere paſſim legatur, pupillarẽ enim rigori innixam fatentur, teſtandi pupillis ficta prohibitione, patria poteſtate, perſonarumque identitate attentis: omnibus tamẽ his atque alijs intimè perpenſis, humanitatis potius quidam intuitus quàm rigoris durities re-
28 ſultabit, dum parentum curam † atque in impuberes filios iudicio imbecilles, & veluti ſtupidos ſolertiam, naturalemque ſtimulum in bulis pupillaribus componendis, enixo quodam ordine attingemus: hucque dictæ ſubſtitutionis exemplum reſpicere credendum eſt, veluti ad radicalem rationem paterni timoris in ſuam progeniem atque ſobolem iudicij diſcrimine incapacem; Hæc omnia potiſsimum in ipſa pupillari vigent, graduũ progreſſu ſubſtituendi perpenſo, Inſtit. de pupill. ſubſtit. in princ. vt pupillaris introductæ ratione excitatus Imperator de exemplari conſtitutionem in eius Codice poſuerit, §. qua ratione, dicto tit. Non crederem, Bartolo in d.l. humanitatis, & in d.l. ex facto, aliter deferendum fore, dum ex
29 iuris rigore † pupillarem introduci aſſerit, cum rigore attento, non debeat ex alieno arbitrio teſtamenti factio pendere, vt in pupillari euenit, & quis admiſerit cum duobus teſtamentis, ac partim teſtatum partimque inteſtatum decedere, rigori non reſiſtere? Non ergo hæc

tenet

tenet conſequentia in pupillari patria poteſtas exigitur, proinde in furore reſidet, vt Gulielm. de Cun. & Cynus ante Bartolum, in citatis locis arbitrabantur: vnde ſi prohibitionem teſtãdi, impotentiam eſſe dixerimus, patriæ poteſtatis ius, amorem dulcedinemque appellabimus, perſonarum denique identitatem, nexum mentis, ac animi crediderimus, aliter quàm dicebam, concludere non licebit.

Tertius, & vltimus caſus noſtram materiam concernens difficiliori explicatione cõſpicitur, vt nonnulli proinde conſultò quæſtionem tanquam de impoſſibili relinquẽdam potius quàm aggrediendam autumauerint: illam tamen Socin. hic colum. 9. & 10. reaſſumere non dubitauit, & certè diſputatio inanis atque incongrua non videtur, cum pupillus † malitia ætatem ſupplente generare valeat, cap. de illis, de deſponſatione impub. Diuuſque Gregorius ſermon. lib.4.cap.19. de puero quodam nondum decem annos nato meminit, qui ſuo complexu nutricem prægnantem reddidit; Quod etiam refert gloſ. in capit. quod intra, 20. quæſt. 1. & poſt eam Alexand. in l.2.colum.3. nu.14. verſic. Sed licet, ff. de vulg. & pupill. quamuis alibi idem Alexand. in dicta l.in pupillari, num.6. Cardinalem dicẽtem hoc in Gregorij Dialogo non reperiri referat, Cardinali etiam defert Andreas Tiraquell. in tractat. de legibus connub. in 6.l. gloſ. 1.par.6.num.37. verſic. Quanquam legimus, Gregorio autem Diuus Hieronymus ſe ſubſcripſit in epiſt. ad Vitalem presbyterum, in 2. par. vbi ſubdit, Salomonem † in decimo anno Roboam genuiſſe, ſicut etiam Achaz anno ætatis vndecimo Ezechiam eius filium procreaſſe † tradunt, Didacus Couarr. Toletan. in Epitom. par.2.cap.5.num.4.& Ioan. Coraſ. lib. Miſcellan.6. cap.23. num.4. verſic. Prodit hiſtoria; Et quòd pupillus liberos habere poſſit, præcitati Scribentes concludunt, necnon Ioan.de Imol.in cap. Raynutius, num.120. vbi Gulielmus de Benedict. in prælud. 1. in verb. Et vxorem nomine Adelaſiam, num. 14. verſic. Vnde cum pupilli, extra de teſtamen. Andreas Barbat. in cap.in præſentia, colum.30. in fin. verſic. Mihi videtur, extra de probat. vbi aduerſus Cynum inſurgens in auth.ingreſſi, in 4. quæſt. de monacho, ita credidit, Alciat. in l. 2. num.11. verſic. Reſponderi tamen, de vulgaris & pupill. poſt Bartolum impuberes quandoque qui robuſtiore natura ſunt, generare aſſerens. Franciſcus Rip. ibidem in fin. Hieronymus Zanch. latè comprobans in l. hæredes mei, §. cum ita, num.994. verſic. Ad primum dubium, ff. ad Trebell. Petrus Nicolaus Mozzius in tractat. de contractibus, tit.de nupt. capit. Qui poſſ. contrah. ſponſal. nu.4. verſic. Licet rationes non aſsignentur, fol. 168. Hieronymus Verius per text. ibi in l.ex facto, nu.515. dicto tit. de vulg. & pupill. Dominic. de Soto, in quarto Sententiar. diſtinct.35. quæſt. vnica, art.5. Emanuel Coſta in cap.ſi pater, in 1.part. in verb. Impuberes, num. 10. verſic. Secunda ſit concluſio, Franciſcum Hothomanum redarguens, traditque Alexander in dicta l.humanitatis, num.6. C.de impuber. & de muliere quæ in vndecimo ætatis anno concepit, Bartol. ſcribit, in dicta l.in pupillari, nu.8. verſic. Sed certè reperitur, vbi Iaſon.num.11. Quinimò Cardinal. in cap.duo pueri, dicto tit. de deſponſat. impub. dicit, quòd tempore ſuo, quædam mulier in agro Brixienſi reperta fuit, quæ filium in nouennio peperit, adeo malitia ætatem ſupplebat, pubertasque ante tempus in puella ſuperuenerat, facit denique text. in capit. fin. de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ, vbi Hoſtienſis.

Vnde pubertati proximi malitia ſupplente ætatem, iure canonico inſpecto matrimonium cõtrahere † poſſunt, cap. puberes, cap.de illis, & cap.fin. vbi Canoniſtæ, dicto tit. extra de deſponſatione impuber. Angel. conſil.252. Viſis ſtatutis & ordinamentis, circ. fin. verſic. Hæc autem alternatio, Couarru. epitom. par.2. capit.5. num.3. verſic. Hinc patet, Petrus Nicol. Mozz. in dicto tractat. de contract. tit. de matrim. cap. Qui poſſ. contrah. matrimon. ante num.2. verſic. Hoc autem, Zanch. in d.§. cum ita, num.998. verſic. Pariter etiam, vbi citat Corn. conſ.116. Decreueram plenius, num.2. hoc declarans, lib.3.

Quis autem pubertati proximus dicatur, varijs opinionibus diſceptatum eſt, nã aliqui eum eſſe credidere † qui dimidiatum annum ſupra decimum exceſsit, fœminam verò quæ nouem annos cum dimidio egreſſa eſt, gloſ. in §. pupillus, Inſtit. de inutil. ſtipul. & in l. pupillum, ff. de reg. iur. eſt etiam alia gloſ. in l.1.ff. de nouat. ac in §. in ſumma, Inſtit. de obligat. quæ ex delic. Nicol. de Neap. in l. non tantum, ff. de excuſat. tut. Bald. in l. ſi quis in tantam, num.5. C. vnd. vi. Alberic. & Iaſ. col.3.num.15. & col.4.nu.22. in verb. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit. idem Iaſ. in l. properandum, §. & ſi quidem, num.2. de iudic. dicens opinionem gloſſatorum communiter approbatã eſſe, quod aſſeruit etiã Aretin. in d.§. pupillus, num.2. Affict. in conſtit. Minorum iura, ſub nu.7. de reſtit. minor. Corn. conſ.240. Quanquam videatur, num.3. verſic. Et dicitur proximus, lib.1. Natt. conſil. 434. Quædam puella, num.16. lib.2. Rolan. de Vall. conſ.57. Viſi proceſſu, num.25. verſic. Et ſic cum fuerit, lib.1.

Hoc tamen in ciuilibus verum eſſe arbitratur, ſecus † in criminalibus, tunc enim is pubertati proximus diceretur, qui per ſex menſes

diſtaret, vt tenuit Gulielm. de Cuneo, quem Baldus refert, in d.l. ſi quis in tantam, num. 5. rurſus Bald. in l. excipiuntur, vbi Ludouic. Roman. & Io. Igneus, ff. ad S.C. Syllan. Iaſ. in dicto §. & ſiquidem, ante num. 3. verſic. Secundò multum notabiliter limita, & in d. auth. ſacramenta puberum, num. 15. Cotta in Memor. in verb. Pupillus dicitur, 1. in 2. par. gloſ. & Innoc. in cap. continebatur, de deſponſ. impub.

Non defuere qui hanc ſecundam opinionem non ſolum in delictis, ſed in alijs quibuſcunque actibus veram eſſe prætendunt, gloſ. in cap. atteſtationes, & in d. cap. continebatur, d. tit. vbi Hoſtienſ. Dynus, & Nicol. de Mattarellis, in d.l. non tantum, Ioan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de teſtamen. §. 1. verſic. Nunquid pubes factus, Io. Igneus in l. 1. §. impubes, d. tit. ad Syllan. Vdalric. Zaſ. in tract. de Iudæis, quæſt. 2. verſic. Ego hanc dinumerationem non recipio, probatque hoc Calliſtratus Iuriſconſ. in l. non tantum, in princ. ff. de excuſat. tut. ac ſumi argumentum poteſt ex l. deinde, §. penult. ff. de liber. exhib. vbi habetur quis ætati prætextatæ proximus dicatur; In contractuque coniugali communem ſententiam eſſe inquit Io. Staph. in lib. de litteris gratiæ & iuſtit. fol. 74.

26 Alia fuit opinio, arbitrio iudicis † relinquendum eſſe quis proximus pubertati dicatur, hoc enim iudex ex diſcretione pueri, alijſque circumſtantijs (vt aiunt) ſeu qualitatibus arbitrabitur, Io. de Anan. in cap. 1. num. 4. de delict. pueror. Anton. de Butr. in d. cap. atteſtationes, in fin. Abb. & Præpoſ. in d. cap. continebatur, Io. Faber, in d. §. pupillus, circa princ. verſic. Inter has opiniones, Io. Coraſ. lib. Miſcell. 6. cap. 23. ante num. 7. verſic. Ego verò neutram ſequor, Hieron. Cagnol. in d.l. pupillum qui, num. 5. verſic. Diligenter tamen aduerte, poſt Dec. ibi, Viglius, in §. teſtes autem, num. 11. Inſtit. de teſtamen. Petr. Nicol. Mozz. in d. tit. de matrim. ſub rubr. Qui poſſ. contrah. matrim. ante num. 4. Natt. d. conſ. 434. Quædam puella, in fin. verſic. Et ab opin. gloſſæ, Couarru. d. cap. 5. colum. fin. verſic. His tamen omiſſis, D. Franciſc. Viuius opin. 676. Pubertati proximus, num. 2. Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 1. caſ. 57. fol. 98. vbi quinque relatis opinionibus, Primam ſcilicet gloſ. in d.l. pupillum, ſecundam gloſ. & Innoc. in d. cap. continebatur, Tertiam Hoſtienſis ibidem, Quartam Eguinarij Baronis, in d. §. pupillus, Quintam, quam ipſe Menochius aliquando probauit, iſtam ſextam arbitrariam ſententiam tenet.

Cum itaque fruſtra agendum non ſit, in hac quæſtione Bald. in l. precibus, colum. 2. num. 5. verſic. Nam licet, C. de impub. & al. ſubſtitut. conditionem ex hac lege ſubintellectam in dire
27 ct a pupillari † ſubſtitutione procedere credidit, idemque ſibi voluit in l. humanitatis, in 4. differen. num. 32. eod. tit. vbi Raph. Fulgoſ. & videtur ſenſiſſe Bart. in d.l. in pupillari, nu. 8. in fin. de vulg. & pupill. cum eademque opin. pertranſeunt Gulielm. de Cun. in præcitata l. precibus, rurſus Bald. in d.l. ex facto, in princ. verſic. In textu ibi, ſui hæredis, de vulg. & pupill. Ioan. de Imol. in l. hæredes mei, §. cum ita, vbi Hieronym. Zanch. num. 999. verſic. Quo ad ſecundum, & num. 925. verſic. Quo autem ad rationem, ff. ad Trebell. Corn. in d.l. humanitatis, col. 5. verſic. Nec obſtat, Lancell. Galiaul. in l. centurio, in 5. not. num. 41. vbi de hoc corollario Socini meminit, dicens ita per ſolēnes Aduocatos Florentinos conſultum fuiſſe, præfulſit, floruitque ſemper in vetuſtiſſima atque Illuſtriſſima FLORENTIAE Ciuitate Aduocatorum inſignium ordo, quorum autorītas, & amplitudo apud ciuilis ſcientiæ Doctores ſummoſque Magiſtratus ac ſupremos Principes ad decidendas arduas quæſtiones prępotens ac celebris fuit, inter quos memorantur Thomas de Saluettis, Octolapy Nicolinus de Sirigattis, Ioannes de Riccijs, Laurentius de Rodulphis, Guidantonius Ioannis de Veſpucijs, Benedictus de Bardis, Teſta de Tornaquinci, Virgilius de Adimaris, Antonius de Stroczis, Aeneas de Lottoringhis Stupha, Frācīſcus de Gualterottis, Nicolaus de Altouitis, Ioānes de Cerretanis, Robertus Caroli de Stroczis, Philippus D. Thomæ de Corſinis, Simon Bernardi, Vguccionis de Lippis, Michael Pierij de Strozzis, Dominicus Bonzius, Puccius Antonij de Puccis, Berardus de Altouitis, Franciſcus de Pepis, Antonius de Malegonnellis, Hieronymus Angeli de Macchiauellis, Philippus Andreæ de Balduccijs, Hermandoctius de Detis, Stephanus Ioannis de Bonaccurſis, Iulianus Nicolai de Dauanzatis, Dominicus de Martellis, Ioannes Bernardi de Bongirolamis, Aloyſius Vellutus, Petrus de Feliciarijs, Angelus D. Octonis de Nicolinis, Paulus de Bartolis, Nicolaus de Guicciardinis, Franciſcus Laurentij de Macchiauellis, Bonaccurſius, D. Nicolai de Torellis, Roſſius Andreozzi de Orlandis, Alexander Malegonnellæ, Frācīſcus Guicciardinus, Gulielmus Tenaglia, Leo Frācīſci Leonis, Bartolomæus de Gualterottis, Nicolaus de Nobilibus, Leonardus Ioannis Thadęi de Colle, Thomas Guidonis de Detis, Lucas de Corſinis, Stephanus Ioannis Bonaccurſij, Ludouicus de Acciaiolis, Antonius Bonſius, Paradiſus de Mazzinghis, Bernardinus de Altouitis, Zenobbius de Guaſconibus, Bernardus D. Ioānis de Bongirolamis, Baptiſta de Nellis, Gaſpar Ludouici de Ludouicis, Nicolaus D. Frācīſci de Cambionibus, Matthæus Nicolinus, Antonius Cocchius, & Syluester Aldobrandi-

nus

nus vt Aſinios, Ciofum aliosque ferè innumeros ſilentio inuoluam quorum monumenta, & illuſtria quidem ſæpiſſimè Florentiæ, ac alibi reuolui. Eorundemque prę clariſſimorum toto orbe terrarum anteſignarum Magnum illũ Florẽtinum Accurſium conſtituam omni æuo celebrandum ac venerandum tanquã Iuriſprudentiæ verum lumen & Italici nominis eximiũ ornamentum, Extollit caput FLORENTIA aliarum ſcientiarum artiumque omnium liberaliũ per eius ciues adepta nobilitate, inter quos Dãtes Aligerius, Ioannes Boccacius, Frãciſcus Petrarcha, ijs Ioannem Roſatum, Marſilium Ficinum, quem non alterum Platonem, ſed plus quàm Platonẽ & Plotinum dixerim, Angelum Politianum, Chriſtophorum Landinum, Coſmum de Puzijs, Petrum Crinitum, Franciſcum Guicciardinum, Ludouicum Martellium, Robertum de Bardis, Aloyſium Alemannum, & Petrum Victoriũ; ingenij celſitudine illuſtres, qui florentiſſimã ſempiternis honoribus FLORENTIAM reddiderunt: nec Michaelem Angelum Bonarotam virum admirabilẽ, Baccium Bandinellum, Leonardum Vincium, Franciſcũ Saluiatum, Andream Sartium relinquam, hi enim cum natura penicillis & ſcalpris certarũt imò naturã ipſam inenarrabili artificio aliquando ſuperarũt. Sed vbi Mediceos Sereniſſimos Heroas ponam? certè celſiori in loco Coſmum inquam I. Florentinę Reipublicę optimum moderatorem ac Patrem Patriæ, Laurentium, Petrum, Ioannem Iuliani fratrem Pontificem Maximum Leonem X. nuncupatum, Iulium Pontificem itidem Maximum, Clementẽ VII. exin dictum, Gianninum Mediceum belli fulmẽ, Coſmum II. Magnum Florentiæ totiuſque Hetruriæ Ducem, Franciſcum eius filium Florentiæ III. & Hetruriæ Magnum Ducem II. Ferdinandum alterũ filium Magnum Ducem III. Italiæ ſplẽdorem, Coſmum III. iuniorem Mediceum Ferdinandi F. Dei gratia nunc feliciter ſumma cum prudentia dominantem ad Patriæ & Tuſcorum omnium ſecuritatem, cui par arridet aſſidua comes prudentiæ, vt alios Sereniſſimos huius Mediceæ gentis Principes, & potiſſimum Illuſtriſſimos ac Reuerendiſs. S. R. E. Cardinales taceam, ipſiuſque Inclytæ Ciuitatis tot ſtrenuos milites & primarum Militiarũ Equites, qui famoſis Hiſtoricis eorũ geſta ęternitati ſacranda occaſionem pręclaram contulerunt. Quis autem tam vecors erit vt Clementem VIII. Aldobrandinæ Familię fulgentiſſimum iubar prætereat? quis Alexandrũ Mediceum Leonem ſcilicet XI. quem nuper Optimum Max. Pont. miro totius Orbis applauſu inſpeximus ſemper encomijs non efferat? ò Roma ſimul felix atque infelix Leonis exoptata creatione repentinoque interitu, is ſua virtute animique altitudine veteſtos illos collapſos triumphos ſtatim cœperat inſtaurare, Romanã gloriam potentius extollere nomenque Italicũ longius propagare omnia claritate fulgebant, hilaritate exultabant, ſpe maxima conſtabant, dum citiſſimè occubuit hęc ſubitò periere, ò rerum ſublunarium inſtabilis conditio dum illuſtriora & admirabiliora ſic miſerè prolabũtur. Porrò quid de Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo Domino Petro Tornaquincio Clariſſimo Nobiliſſimoque ciue Florẽtino Card. Tituli S. Michaelis Anno 1365. ab Vrbano V. laudabiliter electo dixerimẽ certè relictis multis ac maximis eius ornamentis, id ſolum ſubijciam Sacri Collegij Dominorum Cardinalium ſua tempeſtate lumen ac normam fuiſſe, omniumque poſterio rum admirabile exemplar. Denique tam immenſæ Ciuitatis Florentiæ amplitudini ſubdã, ipſam nũc mirificè gloriaride Perilluſtri, & Excellẽtiſsimo Domino Nicolao Antellenſi, Nobiliſsimo Iuriſcõſulto deque Pręclariſsimo Donato Antellenſi eius patruo, vt mirum non ſit ſi Nicolaus ipsè nuper in Auditorem Illuſtriſſimæ Religionis S. Stephani ac Militiarum pro Sereniſsimo Magno Duce Hetrurię digniſsimè electus fuerit. Pariter & de Bernardino Niretto, ac Iacobo Ticcio ſupremis Iuriſconſultis. Sed ad rem redeundo eandem opinionem ſequuntur, Anton. Rub. communem eſſe dicens, conſ. 129. Viſo teſtamento, nu. 4. poſt Socin. conſ. 93. Teſtamentum, col. 7. n. 28. verſic. Facit, lib. 4. Socin. iun. conſ. 73. Circa præſentem conſultationem, num. 15. verſic. Scut in ſimili lib. 3. Anton. Gabriel. lib. 4. de fideicom. concl. 2. limit. 16. num. 65. Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 12. ante num. 16. verſic. Sed tamen coniectura, & de communi ſententia teſtatur etiam Socin. hic, col. 9. circa med. qui ipſam adhuc tenuit, conſ. 6. In prę ſenti conſultatione, col. 3. num. 9. lib. 3.

Et quãuis poſſem rationes quibus Scribentes in hac opinione fundanda vtuntur ſeriatim recenſere, contrarietates tamen per Socinũ adductas, adiunctasque ſolutiones tantum breuiter percurram; Is igitur Ioannis de Imol. in d. §. cum ita, autoritatem referendo, ex d. l. ex facto, in eius decidendi ratione præmunitã, ibi, Nec enim patrem, aut Principem de hoc caſu cogitaſſe veriſimile eſt, vt eum qui poſtea naſceretur exhæredaret, quæ quidem ratio punctualiter in hac quæſtione militare dicitur, Primò conſiderabat, quòd d. l. cum acutiſsimi, cum ſimil. in fideicommiſſis loquuntur, ad directam igitur pupillarem extendi non debent, in illa enim minor ratio defuncti mentem præſumendi requiritur, licetque in directa per coniectu-
29 ratam mentem † aliquando etiã procedamus, Liam hoc iure, de vulgari & pupill. hoc tamen

fortius

ſortius atque efficacius in fideicommiſſis, ac obliqua ſubſtitutione excquimur, vt hic Caſtrenſis inquit, necnon paſſim alibi; Huic rationi idem Socinus reſpondebat, quòd licet in fideicommiſsis vehemẽtius per coniecturas, quã in directis ſubſtitutionibus procedatur, coniectura tamen de qua agitur adeo vrgens eſt, vt
30 in directa † quoque ſubſtitutione militet, vt eſt caſus in dicta l. ex facto, in princ. facitque quod habetur in dicta l. generaliter, in princ. & in l. ſi is qui ducenta, §. item ſi pater, ff. de rebus dub. Vlterius dici poteſt, voluntatis interpretationem, ſuper veriſimili hac in l. cum auus, & ſimilibus reſidere, regulareque nedum in fideicommiſsis, ſed in cæteris vltimis voluntatibus eſſe,
31 in interpretanda † voluntate, quod veriſimile eſt attendi, cap. inſpicimus, de regulis iuris, in 6. l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. vt illud
32 quod veriſimile eſt pro expreſſo † habeatur, l. Titius, §. 1. vbi DD. ff. de liber. & poſthum. & eſt gloſ. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. Meritò hinc verba generalia teſtatoris ex veriſimili interpretatione, ne cẽſeatur teſtator alienam
33 agnationem propriæ anteponere † intelligun-tur, vt in legatis argumentatur Afflict. deciſ. 44. De tribus, num. 22. textum hunc allegando, eademque ratione paſsim Scribentes vtuntur, Bart. in l. maximum vitium, num. 6. in fin. C. de liber. præter. & conſ. 68. Proponitur, nu. 2. lib. 1. Oldrad. conſil. 238. Cum mulier, num. 2. conſ. 278. Licet, num. 8. verſic. Non eſt autem veriſimile, Ang. conſ. 108. Iſta quæſtio, col. 1. verſic. Et pro hac parte, Petr. de Anchar. conſil. 46. Prima facie, in princ. Raph. Fulgoſ. conſil. 65. Titius, colum. 1. num. 1. Ludouic. Roman. conſ. 26. Pro deciſione, col. 2. verſic. Et hanc opinionem, Socin. conſil. 147. Viſa facti contingentia, colum. 6. ante num. 12. lib. 1. Iacob. Mandell. conſ. 24. Præſens caſus, num. 4. Socin. iun. conſ. 125. Viſis puncto, & teſtamento, num. 5. lib. 1. Hieronym. Alban. conſ. 4. Multa, poſt num. 2. oritur nanque hæc veriſimilitudo ex naturali radice, vt non minus in vna quã in alia ſubſtitutione verſetur, faciuntque tradita per Marcum Ant. Bellarmatum Senenſem in rubr. nu. 4. verſic. Tertiò probatur, ff. de leg. 1.

Secundò dicebat, quòd aut volumus conditionem, ſi ſine liberis, intelligi, quaſi hoc dictum à teſtatore fuerit, à tabellione autem omiſſum, iuxta hunc text. hocque dicendum nõ eſt, cum non ſit cenſendum teſtatorem de pupilli filijs cogitaſſe vt ſtatim dicetur; Aut volumus intelligi, quòd ſi de liberis cogitaſſet, talem ſubſtitutionem non feciſſet, & nequaquam, cum iſto caſu lex præſupponat teſtatorem potuiſſe cogitare, quod quidem minus videtur poſſe conſi-
34 derari, mens enim diſponentis ad inſolita † nõ extenditur, l. fiſtulas, §. frumenta, ff. de contrahen. empt. Vt vna tantum ratio, ne videatur extraneum ſuæ poſteritati præpoſuiſſe, militare videatur, ex dicta l. cum acutiſsimi, quæ quidem ratio generalis non eſt, ea enim non militante harum legum diſpoſitio concurrit.

Socinus autem rationis retorquutione vtendo reſpondet, nam ſi ex eo quòd teſtator de liberis non cogitauit, talis conditio intelligitur, d. §. cum autẽ, ideo quanto minus potuit cogitare minusque cogitauit, tãtò magis debet ſubueniri, & tacita conditio ſubintelligi, eſt certè concludens retorquutio, quàm poſt Soc. iuniorem comprobat Hieronym. Zanch. in dicto §. cum ita, num. 1002. verſic. Nec obſtat quod dicebat Socinus, Nec quicquam facit rationem d. l. cum acutiſsimi, generalem non eſſe, ſubſtituto puta filio teſtatoris, cum valde militet eadem l. cum auus, iuncta dicta l. cum acutiſsimi, ad illius declarationem procedente, taliaque ſunt
35 ſubiecta, qualia prædicata † demonſtrant, capit. inter dilectos, de fid. inſtrumen. Et vtique in pupillari magis hæc ratio, quàm in fideicommiſſaria exuberare videtur, cum in ipſa pupillari non ſolum de bonis teſtatoris agatur, vt in fideicommiſſaria, ſed de quibuſcunque bonis pupilli vndecunque obuentis, Si igitur pietatis coniecturam in pupillari ſubſtitutione conſidere videmus, cur ab ea diſpoſitionem pietate introductam retrahere intendimus? Iure inſuper ciuili inſpecto impuberum nuptiæ non erant, Inſtitut. de nupt. in princ. vnde non data iuſta ſobole impoſsibile erat fideicõmiſſum expirare, hodie verò cum iuſta ſoboles naſci poſsit malitia ſupplente ætatem, meritò regula huius legis per interpretationem paſsiuam ad caſum præſentis quæſtionis trahi debet, l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad l. Falcid.

Non obſiſtit gloſ. in dicta l. precibus, in verbo fideicommiſsi, verſic. Si verò ita, quòd cõ-
36 pendioſa † ſubſtitutio, conditione ſi ſine liberis deceſſerit appoſita, poſt pubertatem tãtum intelligatur concepta, nec pupillarem cõtineat, cui non abſimilis alia eſt gloſ. in capit. Raynutius, in verb. Subſtitutio, extra de teſtamen. vbi Innoc. in gloſ. ſua, incip. Siuè teſtator, conſentiuntque Azo in ſumma, C. de impub. num. 18. Dyn. in diſtinct. quam poſuit in l. Lucius, ff. de vulg. & pupill. Cyn. Iacob. Butrig. & Iacob. de Aren. in prȩcitata l. precibus, vbi Paul. de Caſtro, ante num. 15. refert ſemel Baldum vidiſſe in quadam publica repetitione, l. credendum, §. ſi verò maritus, cum gloſ. in verb. Ex alieno, ff. qui petant tutores, contra quendam Doctorem dictam legem repetentem, & cõtra dictam gloſ. tenentem, licet ipſe in diuerſam opinionem concurrat, idem Bald. in l. ex tribus, nu. 4. verſic. Idem credo, C. de inoffic. teſtamen. in cap. clerici, de iudic. vbi de Signorolo meminit

in ma-

cum magna veneratione, ipſum Doctorē lauda bilis memoriæ appellans, & conſ. 47. Caſus talis eſt D. Andriolus, num. 1. verſic. In contrarium quòd illa gloſ. lib. 1. Oldrad. conſ. 99. Factum tale eſt, quidam teſtator, num. 1. textum in d. §. ſi verò maritus, allegans, ex quo mouetur etiam dictus Signorol. conſ. 120. Infans deceſſit, in fin. Benedict. Capr. conſil. 66. Cum viſo, nu. 5. verſic. Vt denotant, Alexand. conſil. 211. Viſo themate, colum. 2. in fin. num. 5. verſic. Tertiò etiam poteſt reſponderi, lib. 7. Corn. conſ. 173. Me ſubſcripſi, num. 1. verſic. Adducebatur etiam, & conſ. 297. In hac conſultatione, in princ. lib. 1. Ludouic. Gozadin. conſ. fin. incip. In hac cauſa, num. 19. & 20. Anton. Rub. conſ. 129. Viſo teſtamento, num. 21. Io. Cephal. conſ. 521. Filia poſthuma, num. 17. verſic. Cum enim dixerit, lib. 4. citans D. Tobiam Nonium Peruſinum, vt per eum ibi. Contraria nanque opinio verior eſt, & ſic ſentiendo, difficilis ille text. in l. credendum, §. ſi verò maritus, in contrarium inductus, cui Iaſon ſolutionem non videt, in dicta l. precibus, nu. 16. niſi cum violentia afferri poſſe: quæ verba ad ſuos commentarios tranſtulit Gulielm. de Benedict. in rep. cap. Raynutius, in verb. Si abſque liberis, 4. in mater. Compendioſæ, nu. 50. in fin. poſſet fortaſsè ſic euitari. Omiſſis igitur varijs eiuſdem text. inductionibus, ac illa præſertim quam Iaſon in citato loco excogitauit, cum eam ibi reprehendant, Curt. iun. nu. 67. Sebaſtian. Sapia, num. 87. Io. Coraſ. num. 69. & in l. centurio, Franciſc. Rip. num. 89. omiſſis etiam pluribus reſponſionibus, & ſignanter tradita ab Sforcia Oddo Peruſino viro grauiſſi-
37 mo, illam afferre viſus ſum, quam † Bartol. in d. §. ſi maritus, indicauit, dicens veritatem eſſe, & Alexand. in d. l. centurio, num. 28. verſic. Nec etiam prædictis, expreſsè comprobauit; Quòd ibi conditio illa, ſi ſine liberis, non efficit vt ætas pubertatis euidentius quàm pupillaris ætatis deſignata videatur: nec in illis terminis, ac l. omnem matri, C. ad Tertullian. intereſt, vtrum ſubſtitutio pura fuerit, an verò conditionalis; Alia igitur & diuerſa ratione ſignificauit in d. §. ſi verò maritus, quòd mater fideicommiſſum potuit vendicare, quāuis filio qui impubes deceſſit tutorem non petijſſet, quoniam ſcilicet id fideicommiſſum pupillare non erat ſed vulgare, ex ipſius teſtatoris bonis ſibi ſoluendum; Contrariū verò reſpondendū fuiſſet, ſi fideicommiſſum pupillare foret, ex impuberis hæreditate ſoluendum, iuxt. terminos l. ſi Titio, §. fin. & l. ab exhæredati ſubſtituto, ff. de leg. 1. & ita procedit text. in d. l. omnem matri, Bartolumque ſequebatur Emanuel Coſta Iuriſconſultus Luſitanus, cuius eminenti ſcientiæ ac eruditioni noſtri ordinis Doctores plurimum debent. Vnde aduerſus dictam gloſ. tenuerunt, Bart. in d. l. centurio, colum. 3. nu. 17. verſic. Quid ſi teſtator, Bald. in fin. notabilium, Ioan. de Imol. num. 15. ad fin. verſic. Sed hæc opinio, Franciſc. Aretin. num. 1. & colum. 11. verſic. Tene ergo, Iaſ. nu. 33. Alexan. num. 68. Socin. in 1. not. colum. 2. num. 4. dicens communem eſſe opin. ac deciſam in cap. ſi pater, Claud. Aquenſ. num. 29. Lancell. Galiaul. nu. 393. & infra, Socin. iun. & is de communi atteſtans, num. 229. Vdalric. Zaſ. num. 4. & 5. Andr. Alciat. num. 11. & 12. ac Franciſc. Rip. num. 89. inquiens receptam & communem eſſe ſententiam, & ſecundum eam conſuluiſſe. ff. de vulg. & pupill. Cyn. in dicta l. precibus, num. 20. verſic. Si autem fiat, vbi Bart. nu. 15. Bald. num. 47. verſic. Sed contra, Salycet. colum. 20. verſic. Quæro tertiò, Paul. de Caſtr. ante num. 15. verſic. Prædicta quidem, dicens omnes Doctores gloſſam prædictam reprobare, per text. in d. l. centurio, & in d. c. ſi pater, Alberic. de Roſ. num. 120. Raph. Fulgoſ. num. 17. verſic. Et ex his, Alexand. num. 13. Iacobin. num. 16. Corn. num. 26. & Curt. iun. num. 66. C. de impub. & al. ſubſtit. Alberic. in rub. de vulg. & pupill. num. 92. verſic. Vlterius quæro, Io. Faber, in §. qua ratione, num. 37. in fin. verſic. Vnde videtur tutius dicendum, Inſt. de pupill. Io. de Imol. in cap. Raynutius, nu. 181. in fin. Philipp. Franc. in d. cap. ſi pater, col. 39. poſt num. 73. verſic. Quartò quæritur, de teſtamen. in 6. Bart. conſ. 22. Homo Accurſuli, num. 1. verſic. Et ſic gloſſa, conſ. 54. Angelus Maciæ, num. 5. in fin. uerſic. In eo tamen, conſil. 241. Pater filio impuberi, nu. 2. uerſic. Non obſtat, allegans Raynerium de Forliuio, & Gulielmum de Cuneo idem tenentes, ubi de communi etiam gloſſæ reprobatione. Petr. de Anchar. conſ. 27. Non ſeruato ordine dubiorum, colum. 1. num. 2. concluſionem D. Vgolini de Guarumbertis referens, Bald. conſ. 243. Gregorius in ſuo teſtamento, propè fin. uerſic. Sed iſta oppoſitio, lib. 2. Raph. Cuman. conſil. 126. Proponitur quòd Bartolomæus, num. 4. uerſic. Et quinimò, Paul. de Caſtr. conſ. 111. Viſis & ponderatis, colum. 1. ad fin. lib. 1. & conſil. 351. Pro fundamento prædictorum, num. 3. uerſic. Ad ſecundum reſpondeo, eodem volum. Iaſ. conſ. 130. Prima conſideratione uideretur, num. 3. uerſic. Ad iſta omnia, de communi opin. atteſtans, lib. 1. Socin. ſen. conſ. 35. Punctus ſuper quo, num. 7. uerſic. Præterea dicit Baldus, lib. 3. Carol. Ruin. conſ. 50. Circa primum dubium, num. 12. uerſic. Et adhuc opinio Bartoli, aſſerens gloſſam communiter reijci, conſil. 144. Viſo ac perlecto, num. 11. lib. 3. conſil. 105. Viſo teſtamento Zenonis, colum. 3. num. 9. uerſic. Nec obſtat dum dicitur,

lib. 2.

lib.1. Alciat.conſ.54.num.10.lib.8. Pariſ.conſil.41. Viſa facti narratione,num.56. verſic. Et aduertendum eſt, lib.2. poſt Baldum, & Romanum, ibi relatos, conſil.74. Vidi teſtamentum, num.25. vbi de magis communi ſententia meminit, lib.3. Socin. iun. conſ.73. Circa præſentem conſultationem,num.15. verſic.Secundò dico, lib.3. conſ.94. Quia in præſenti conſultatione, colum.6. num.32. verſic. Nec etiam, lib. 1. dicens, quòd licet plerique propter dictam cõditionem velint pupillarem ſub compendioſa non comprehendi, tamen com-
38 munis opinio † & vera eſt in contrarium, vt per Bart. & omnes præſertim Moderniores in d. l. precibus, Nicol. Boer. deciſ. fin. Lancell. Polit. in tract. de compend.ſubſtitut. num.25. verſic. Primò igitur quæritur, & in eodem tractat. Bald. num.11. Vdalric. Zaſ. colum.8. in fin. Oddus de recepta imò crebriori concluſione, partic.5. art.3. concluſ.5. Auguſtin. Bero. in cap. in præſentia, num.341. Franciſc.Mantic.in tract. de coniect. vlt.volunt. lib.11. tit.1. num.3. de communi atteſtans, Emanuel Coſta, in rep.cap. ſi pater, in 3.par. in verſic. Verbis, num.9.10.& infra fol.501.communem ſententiam vtriuſque iuris Doctorum eſſe affirmans, Hieronym. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, num.997. verſic. Et ſic dicere poſſumus, de eadem communi, & Nouiſſ.Pariſienſ. tum in l.1. §.ſi quis ita,num.57.ff.de verb.obligat. tum in addit. ad Alexand. d. conſil. 211. num.5. lib.7. vbi dicunt Alexandrum contrarium aſſerentem cauſæ magis, quàm veritati inſeruire.

Quamuis itaque iura conſtitui oporteat, vt dicit Theophraſtus, in ijs quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, non quæ ἐκ παραλόγου, cum quæ vt idem inquit Τὸ γὰρ ἄπαξ ἥδις, παραβαίνουσα νομοθέτας. tamen Bart.in d.l.3.col.2.circa med. verſic. Tu verò plenius, ff. de legib. vbi Ang.
39 voluit quòd caſus rari ſecundum naturam † cõtingentes, licet ſuper ijs lex noua non fiat, inſpici debeant, & lex vetus ſuper alijs conſtituta ſeruetur, natura enim certa eſt, nec vllo hominis facto variari poteſt, id ipſumque pulcherrima quidem ac magiſtrali diſtinctione, Socin.iun.conſ.35. Viſa ac diligenter conſiderata, col.5.num.32.lib.2. nobis oſtendit.

Et pro prædicta principali opinione facit text. in ſui generalitate, in d.l. generaliter, §. cum autẽ, ſimpliciter enim ac abſolutè de ſubſtitutione loquitur, igitur de pupillari; Facit etiam alius text. in l. penult. C. de impub. & alijs ſubſtit. vbi per rationem dictę l. cum acutiſſimi, ſubſtitutio pupillariter facta expirat, ſi ambo pupilli in pupillari ætate deceſſerint, altero inquam decedente, altero verò ſuperexiſtente, vnde propter quod vnumquodque tale & illud magis, vulg.auth. multo magis; Vt denique propter dictam rationem l.cum acutiſſimi, in directis ſubſtitutionibus à regulis iuris recedamus,vt Socin. hic notabiliter aduertit.

Nunc ad Baldi limitationem redeundo, ſuper ea ex mente Socini hic col.11. verſic. Superest nunc videre, ſic diſtinguendo concludendum eſt, Quòd aut dicimus pupillarẽ poſthumi agnatione rumpi, & ita demum vera Baldi opinio ſit, ſi poſthumus legitimus & naturalis fuerit, naturalis enim poſthumus illam non rumperet, cum contra teſtamentum non inſurgat, l.1. in princ. ff. de bon. poſſ. contra tab. ita concludunt, Bart. in l.Gallus, §.etiam ſi parente, col.1. verſic. Pro declaratione, ff. de liber. & poſthum. Nicol.de Neap. in l.1.de concubin. Io. Fabr. in l. ſi qua illuſtris, C. ad Orfic. Bald. egregiè, conſ.19. Factum ſic proponitur, col.2. verſic. Conſidera etiam, lib.4. conſ.306. Proponitur quòd quidam Antoniolus, colum.1. verſic. Et ideò nec teſtamentum, lib.5.Alex.conſ.74. Viſo proceſſu,ad fin.nu.4. verſic. Præterea nedum filia; lib.2. Guid. Papæ deciſ.426. An lex filio, ante fin. num.8. & deciſ. 632. Si donatio facta, ante num.5. verſic. Nec ipſe filius naturalis, Dec. conſil.264. Reuocatur in dubium, colum.3. in princ. ante num.3. verſic. Et etiamſi dicta Margarita, & plures ad hoc propoſitũ citat Andr. Tiraquell. in rep.l.ſi vnquam,in verb. Suſceperit liberos, num.58. verſic. Et hic quidem,C.de reuocan.
40 donat. Naturales enim nullam † legitimã conſequi debent, gloſ. in d.l.1. quam ſingularem dixit Bald. conſ.479. Quando pater,in finalib. verbis,ibi Vnde naturalibus,lib.4. Si verò quęrimus an expiret, ſicut fideicommiſſaria in lege noſtra per liberorum ſuſceptionem expirat, & tunc videtur,quòd eo caſu quo fideicõmiſſaria expirat, ſubſtitutio etiã pupillaris deficiat, per text. in d.§. cum autem, quia ſi per rationẽ huius legis, & ſimilium quæ etiam in pupillari militant, ad pupillarem etiam fit extenſio,iſtæ leges quando naturalis naſcitur locum habẽt,
41 igitur idem in pupillari † dicendum eſt, omnia enim quæ ſunt in lege interpretata, repetita in lege interpretante cenſentur, l. nihil, vbi Bart. ff. de coniung.cum emancip.liber. hancque Socini diſtinctionem confirmat Hieronymus Zanch. in dicta l. hæredes mei, §. cum ita, num.1008. verſic. Et ex hoc oritur, Conſideranda quoque illa differentia eſt, an dicamus quòd ſubſtitutio poſthumi natiuitate rũpatur, an liberorum ſuſceptione, ſicut in pro-
42 poſito contingit,expiret, Primo enim caſu † legata in teſtamento, filij facta conſeruari fortè poſſent, iuxt. not. in l.1. ff. de vulg. & pupill. quæ quidem legata non conſeruarentur quandò ex defectu conditionis teſtamenti euaneſceret,

ſceret, ita dixit hic Socin. num. 24. in fin. verſic. Notanda tamen eſt, & ſenſit Corn. in d. l. humanitatis, num. 5. in fin. ſeque ſubſcribit Emanuel Coſta, in d.cap. ſi pater, in 1. par. in verb. Impuberes, num.4. in fin. verſic. Secundò etiam infertur.

Hinc ad illam etiam quæſtionem inferunt, Quid ſi viuo patre impubere poſthumus decedat, an pupillaris ſubſtitutio quæ poſthumi natiuitate rupta fuerat, eodem mortuo reſtituatur? Et Socin. hic num. 24. verſic. Tertio verò caſu, talem ſubſtitutionem non reſtitui ſcribit, per text. in l. 2. C. de poſthum. hæred. inſtit. Sed contrarium verius eſt, licet enim pupillaris non reſtituatur vt iure ciuili valeat, re-
43 ſtituetur † tamen vt iure prætorio valida ſit, Quod ita planè obtinebit, ſi poſthumus viuo patre impubere atque etiam viuo auo teſtatore vita decedat, l. poſthumus, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. Bald. conſ. 156. Ex facto proponitur, colum. 2. verſic. Nec obſtat, & conſil. ſeq. 157. incip. Conſilium prædictum, lib. 4. Raph. Fulgoſ. conſ. 69. Punctus talis eſt, Marianus, colum. 2. in fin. poſt num. 3. verſic. Supereſt & quarta ratio.

HYPOTHESIS.

In directa militari ſubſtitutione l. cum auus, locum non habere: Sed in fideicommiſſaria militari ſecus eſſe, Idem in exemplari: Militisque teſtamentum coniecturalem interpretationem non abijcere: Ac de verbo militis etymologia, necnon de militibus.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, diſpoſitionem, in directa militari ſubſtitutione non procedere, & num. 2.*
3 *L. cum auus, in fideicommiſſaria militari ſubſtitutione locum ſibi vendicare.*
4 *Militis teſtamentum, coniecturalem interpretationem non reſpuere.*
5 *Pupillarem tacitam ſubſtitutionem, in expreſſis vulgari à milite factam contineri.*
6 *Iudicis arbitrio relinqui quo animo miles ſuum teſtamentum induxerit, & poſtea ſuo annulo ſignauerit.*
7 *Militum priuilegia non tot eſſe quot iniuriæ forent, ſi ex ipſorum teſtamentis coniecturalem interpretationem tolleremus.*
8 *Gulielmum Budæum contra milites acriter inuehi; idemque Diuum Chryſoſtomum, Hieronymumque Magium effeciſſe.*
9 *Vlpianum Iuriſconſultum, in militis etymologia, à Franciſco Connano notari.*
10 *Milites honoris gratia militiam profitentes, omnibus laudibus dignos eſſe.*
11 *L. cum auus, tacitam conditionem, in exemplari ſubſtitutione ſubintelligi.*

CAP. XIIII.

EX PRAEDICTIS videndum eſt nunquid eiuſdem l. cum auus diſpoſitio, in directa militari ſubſtitutione poſt pubertatem, & aditam hæreditatem filio facta, locum habeat, ipſaque ſi ſine liberis tacita conditio ſubintelligatur; In quo Lancell. Galiaul. in l. centurio, col. 23. circ. fin. num. 41. verſic. Quintò notabilis videtur textus, ff. de vulg. & pupill. in ea fuit ſententia, vt in directa militari, dicta diſpoſitio procedat, dicens ſic per ſolennes Aduocatos Florentinos cõſultum & reſolutum fuiſſe: quos referendo ſequitur Socin. hic, poſt n. 25. verſic. Et ideo inferebatur, quod apud Guidantonium Veſpucciũ vnum ex Aduocatis ipſis clarè videre eſt, in d. eius cõſ. Dominus illuminet intellectũ, fol. 3. verſic. Aliàs ſi aliter diceremus, ac in citato loco ſubdit Galiaul. ad illum text. facilè reſponderi poſſe; Eãdem etiam opinionem ſequutus eſt Emanuel Coſta in rep. c. ſi pater, in 1. par. in verb. Si abſque liberis, n. 12. verſic. Vnde colligo ſingularẽ intellectum, fol. 346. dicẽs idem tenere Gregorium Lupum in l. 10. tit. 4. par. 6. in gloſ. ſuper verb. Que murieſſe, el 1. Hoc tamen Emanuel declarabat, quãdo militaris ſubſtitutio expreſſa, vel cõpendioſa ſub mortis conditione conciperetur, ita quòd miles voluerit filiũ dum viueret, ſemper futurum eſſe hæredem, ſecus verò ſic expreſſa militaris vel compendioſa ſub alia conditione quàm mortis facta fuiſſet, vt ſi Titius conſul factus fuerit, vel Quandocunque nauis ex Aſia venerit, tũc enim mortis, inquit, conditio non ſubintelligeretur, & conſequẽter ſi ſine liberis conditio nõ poſſet ſubaudiri, niſi fuiſſet à teſtatore expreſſa, vt per eum. Et quãuis huius quæſtionis reſolutio ex ſubſequentibus ſecundum omnium intentionem pendere videatur, vt tamen quod ad ſubſtitutiones atti net, circa hunc textum continuata quadam ſerie exprimam, congruentius de militari hoc loco agendum videtur.

1 Quicquid igitur † præcitati Doctores aſſeruerint, Franciſcus Mantica in tract. de coniect. vltim. vol. lib. 10. tit. 8. qui plura breuiter, ſed eleganter ac egregiè ad hos commentarios ſpectantia annotauit, nu. 2. verſic. Secundò etiam ceſſat intellectus, fol. 250. contrarium concludit, idemque ſibi voluit lib. 6. tit. 1. num. 11. verſic. Tamen quicquid ſit in directa militari, fol. 113. Cumque opinio Aduocatorum, quam in contrarium allegant, cõmuniter reprobetur,

& So-

Digitized by Google

& Socini ratio non ſit vera vt ſtatim dicam, à Franciſco Mantica viro ſummi ingenij recedere non auderem; Præſertim quia Papinianus in d.l. centurio, directam militarem Centurionis ſubſtitutionem referens, ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit, ipſam fuiſſe conceptam præſupponit imò clare exprimit, quod Galiaula indicauit, nimirum † ſi Emanuel Coſta in d.
2 verbo, Si abſque liberis, ſi rectè aduertatur, non reſolutiuè, ſed magis de prædicta Galiaulæ opinione dubitans ac tepidans loqui videtur.

Cæterum in fideicommiſſaria militari ſubſtitutione, huius l. cum auus, diſpoſitioni †
3 locum eſſe in dubium reuocari nequit, cum inter militem & paganum, quo ad propoſitum attinet, ratio diuerſitatis & differentiæ reddi non poſſit, veriſimiliſque militis voluntas ob eius ſimplicitatem multò magis debet interpretatione adiuuari, vt plus dictum & minus ſcriptum videatur; Legitimæ enim probabilesque
4 coniecturæ † à teſtamento militis, vt in præfatione dicebam, nullatenus reijciendæ ſunt, imò magis recipiendæ; Propterea fit, quòd tacita pupillaris ſubſtitutio in expreſſa vulgari facta
5 à milite † contineatur, quamuis ex legis interpretatione ſit inducta coniecturataque voluntate, vt concludunt, Salyc. in l. in teſtamento, num. 19. verſic. In hac quæſtione, C. de milit. teſtam. quem aduerſus Alexandrum tuetur, Franciſc. Rip. in l. Lucius, num. 28. de vulg. & pupill. traditque Franciſc. Mantic. in d. tract. lib. 5. tit. 14. num. 7. & iterum lib. 6. tit. 1. ante num. 12. Et quis neget obſcuram militis voluntatem ex ipſius ac regionis conſuetudine ex dignitate charitate ac neceſſitudine perſonarum ex contextu teſtamenti poſſe interpretari? iuxta l. ſi ſeruus plurium, §. fin. de leg. 1. l. hæredes palam, §. ſed etſi notam, ff. de teſtam. & l. Mæuia, ff. de manum. teſtamen. Vnde etiam in te-
6 ſtamento militis iudex † conſiderabit quo animi propoſito miles teſtamentum induxerit, poſteaque ſuo anulo ſignauerit, l. in fraudem, §. 1. ff. de milit. teſtam. quod cum aliàs à me diſceptatum fuerit, amplius inſiſtendum non exiſtimo: vnum tantum dixerim, quòd ſi ex teſtamentis militum coniecturalis interpretatio tolleretur, non tot eſſent priuilegia fauore militiæ
7 ipſis conceſſa † quot iniuriæ quibus læderẽtur, quod admittendum non eſt, prout huiuſmodi coniecturalis interpretatio ipſis optimo quodam iure, nec immeritò tribuenda eſt; Parcat mihi obſecro Gulielmus Budæus, dum in eius ad Pandect. annot. in l. ex conducto, §. 1. ff. locati, acriter † & vehementi ſtylo in milites noſtri temporis inuehitur, qui ipſorũ improbitatem pagatim graſſantium, calamitatem appellat, cum quacunque iter faciant, impotentiſſimæ petulantiæ veſtigia ad finem anni vertentis impreſſa relinquere ſoliti ſint, vſque adeo omnia diuexata, omnia exhauſta, omnia diſiecta, quaſique grandine & procella proculcata, obtritaque digreſſis illis viſuntur. Parcat mihi Chryſoſtomus, Homel. 19. ad cap. 18. vbi milites hominum peſſimos eſſe teſtatur, ac denique Hieronymus Magius dum Miſcellan. li. 2. capit. 19. de pietate in defunctos, ex Lucano militibus nullam eſſe pietatem meminit; Cum ſi Vlpianum in l. 1. in fin. ff. de milit. teſtamen. circa militis etymologiam varium, dum à mollitia militem etiam appellari voluit, Franciſcus Connanus lib. comment. iuris ciuilis 9. cap. 5.
9 reprehendere † ex Varrone audet, quod multis licere viſum eſt, cum ibidem à malo quod arcere milites ſolent dictum eſſe coniunctim aſſerat, notandum fore non putauit, licet verum ethymum aliunde ex græco verbo, χίλια cum eodem Vlpiano duxerit; Sed veritati obſequendo mala arcent, ſed peiora inferunt, quod nuper hic vidimus, cum tanta animi ferocitate crudelitateque ſe geſſerint, tanta voracitate elatè ſuperbierint irruerintque, vt oratione exprimi litterisq. mandari nequeat: nulla nanque humanitate, nullis officijs comprimi aut molliri ipſorum audacia procacitas ac pertinacia poterat, res certè miſerabilis viſu at-
10 que exemplo; generoſos tamen † ac magnanimos qui militiam venerandam, honoris ac nobilitatis cauſa exercent à Budæi aliorumque ſcriptis ſemper excipio, qui hoſtibus fortes atque intrepidos, non amicis ijſque qui eidem Regi Catholico fideliter inſeruiunt noxios ſe oſtendunt: horum autem magna raritas eſt, quæ cumulatas laudes omni tempore promeretur; cum hi milites Deo obediant, Regi placeant, vaſallis infeſti non ſint, inimicis horribiles appareant, iuſtitiam foueant, cæterasque virtutes, quę viros bonos conſtituunt amplectantur, ac denique militiæ decus amplificent & exornent.

In exemplari demum ſubſtitutione, vt hoc nuncupatim exprimam ſiue repetam, ambigen
11 dum † non eſt, ex hac lege, Si ſine liberis conditionem tacitè ſubintelligi, quod ſatis manifeſtè ex Pauli Iuriſconſ. reſponſo lib. 9. Quæſtionum in d. l. ex facto, de vulg. & pupill. probatum eſſe exiſtimo, traditque Socinus hic, poſt num. 26. col. 13. ante fin. verſic. Patet quia habet locum; Vt breuiter abſolutis his, alias intricatas quæſtiones in hoc contextu per eundem Socinum ſuo ſtylo declaratas, diſputatione explicare ac pro viribus veritati reſtituere tempeſtiuè pergam.

HYPO-

HYPOTHESIS.

Deſcendente inſtituto in vita tantum, illique altero directè hærede inſtituto, huic l. cum auus, locum non eſſe: Ipſamque extenſionem non recipere: Nec etiam, l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. vti exorbitantem, & ex medullis ac oſſibus iſtius legis excerptam: Paritérque l. Titia cum teſtamento, §. Titia cum nuberet, ff. de leg. 2. declarari; Atque Raphaelis Cumani intricatam queſtionem de qua is nu. 3. hic reſolui.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, cum deſcendentibus in vita tantum inſtitutio ſit, poſt mortem autem alter directò hæres inſtituitur, locum non habere.*
2 *L. cum auus, exorbitantem eſſe; & nu. 5.*
3 *Conditionem inſtitutioni adiectam, ſcilicet in vita tantum, ſubſtitutorum fauore adiectam intelligi.*
4 *Relictum in vita tantum alicui, ipſum non teneri poſt mortem illud reſtituere: ſed huiuſmodi relictum reſolui.*
5 *L. cum auus, extenſionem non recipere.*
6 *L. ſi vnquam, C. de reuoc. don. exorbitãtẽ cenſeri.*
7 *L. ſi vnquam, ex medullis & oſſibus dictæ l. cum auus, promanaſſe.*
8 *L. ſi vnquam, diſpoſitionem ſtrictè ac propriè intelligi debere.*
9 *L. Titia cum teſtamento, §. Titia cum nuberet, ff. de leg. 2. declarari.*
10 *Relinqui heredi à legatario licere.*
11 *Conditionem ſi ſine liberis, ex hac lege, inſtituto filio ac filia nuptæ fundo in eius vita tantum relicto, ſi filius ſine liberis deceſſerit, ita vt fundus poſt mortem eiuſdem filiæ ad pauperes vadat, in perſonam filiæ ad pauperum excluſionem ſubintelligi.*
12 *Abundantem cautelam non nocere.*

CAP. XV.

TERTIVM corollariũ eſt, quòd hæc lex aliæ, cum deſcendentis in vita tantum † ſit inſtitutio, & poſt mortem alter directò hæres inſtituitur locum non habẽt, ita concludit Accurſius in d. l. cum acutiſſimi, in gloſ. 2. in verb. Vitam ſuam, & in l. ex facto, in verb. Ex voluntate, verſ. Item & ſi hæc conditio, ff. ad Trebell. quem ſequuntur Bart. hic, in princ. vbi Paul. de Caſtr. num. 1. in fin. hoc dicit ſecundum omnes procedere, Petr. de Bellaper. in d. l. generaliter, §. cum autem, vbi Ang. col. 1. Alberic. Salyc. in 1. not. Alex. circa princ. verſic. Aliam limitationem, Corn. colum. 2. Iaſ. col. 3. in 2. limit. dicens gloſſam d. l. cum acutiſſimi, ab omnibus approbari, Dec. num. 12. qui de communi opinione meminit ab eaque recedẽdum non eſſe. Salyc. in d. l. cum acutiſſimi, nu. 3. vbi Bald. Corn. ac cæteri, Guliel. de Benedict. in rep. c. Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur, in 4. limit. num. 11. extr. de teſtam. Gregor. Lup. in l. 10. tit. 4. partit. 6. in gloſ. ſuper verb. Que muriesſe, il 1. Gerard. Mulert, in addit. ad Rolandin. tit. de compend. rubr. 25. poſt num. 8. Anton. Gomeſ. in comment. variſque reſol. iur. ciuil. tom. 1. cap. 5. de fideicom. ſubſtit. num. 37. de communi atteſtans, Simon de Pretis, in tract. de interpr. vlt. vol. lib. 1. dubit. 1. fol. 12. num. 5. Emanuel Coſta, in rep. cap. ſi pater, in 1. part. gloſ. Si abſque liberis, num. 12. de teſtam. in 6. de recepta ſententia fidem faciens, Sfort. Odd. in tract. de compend. ſubſtit. partic. 4. q. 1. artic. 4. verſic. Limitatur ſecundo, Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. vol. libro 10. tit. 8. numero 5. verſic. Tertiò hæc coniectura ceſſat, Socin. ſen. conſilio 6. In præſenti conſultatione, numero 8. verſiculo Quoniam d. l. cum acutiſſimi, lib. 3. Pariſ. conſilio 19. Ad reſolutionem, colum. 10. num. 97. verſic. Et ad corroborationem, communem eſſe aſſerens, libro 2. Carol. Ruin. conſ. 3. De pluribus, num. 26. lib. 2. conſ. 77. In facto proponitur, colum. fin. in fin. poſt num. 15. conſil. 109. Videtur omnino, num. 17. poſt Raphaelem Cumanum, eod. vol. Albenſ. conſ. 106. Periculoſa, num. 21. verſ. Non obſtant, dictamque gloſ. in d. l. cum acutiſſimi, pro ſingulari allegat ibi Florian. de S. Petro, vt per eum, Greg. Lopez. de communi in l. 10. tit. 4. part. 6. in verb. Que muriesſe primieramente, Ioan. Vincen. de Anna qui alios citat d. alleg. 10. numero 11. verſic. Quando ſubſtitutio, libro 1. Padilla in d. l. cum acutiſſimi, num. 39. verſic. Quartò limitabis, & Ioan. Saportel. hic, facie 13. verſ. Primum ſedulo aduertendum eſt.

1

Et pro hac concluſione, Primò inducitur, nã
2 hæc lex exorbitans eſt & nequaquam † extendenda, Io. de Imol. in l. filio præterito, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. Corn. in d. §. cum autem, in fi. vnde cum de inſtitutione ſimpliciter facta, ac de ſubſtitutione abſolutè poſt mortem loquatur, igitur ad caſum cum inſtitutio in vita tantum facta reperitur, & poſt mortem alter directò inſtituitur extendenda non eſt, l. quod verò, ff. de legib.

Secundò, inſtitutione in vita tantum concepta, teſtatorem poſt mortem eum non dilexiſſe videtur, & qua ratione ſubſtitutum inſtituto prædilexit, pari ratione & eius poſteritati prędilexiſſe, arg. gloſ. d. l. cum acutiſſimi; Eo ma

xime quia illa verba, in vita tantum, ſubſtitu-
3 torum fauore † adiecta videntur, arg. notato-
rum per Bart.in l.quoties,§.ſi duo,col.2.in fin.
& num.6.ff.de hæred.inſtit.Tertiò,nam quan-
do fit relictum in vita tantum illius cui relinqui
4 tur,tunc ille poſt mortem reſtituere grauatus †
non cenſetur,ſed tale relictum reſoluitur,l. fin.
C.de legat.vbi not.& traditur in l.Titia cum te
ſtamento,§.fin.de leg.2. Sed hæc lex & ſimiles
quando inſtituti ſunt grauati onere fideicom-
miſſi loquuntur,vt dicit Bart.in l.qui filium,§.
Sabinus,ff. ad Trebell. igitur iſto caſu quo filij
non ſunt grauati, ſed relictum poſt mortem re-
ſoluitur locum non habent.

Socinus tamen hic,col.12.nu.26. contrariũ
tenuit,dicens ita fuiſſe illis diebus de facto con
ſultum per ſolemnes Aduocatos Florentinos
ſcilicet D. Guidonem de Veſpucijs & D.Anto
nium de Malegonnellis, ac illi conſultationi ſe
ſubſcripſiſſe, authoritatemque Raphaelis Cu-
mani in fortioribus terminis loquentis in qua-
dam quæſtione ſuper hac eadem lege inducit,
de qua infra ſtatim dicam:Socinique ſententiã
tenent,Andr.Barbat.in d.l.cum acutiſſimi, col.
pen.quam vti communem ſequitur Socin.iun.
conſ.96.Multa firmauit,nu.7.verſic.Quarto &
vltimo,libr. 3.dicens citatos Doctores non ha-
bere quos viderit,diſſentientes, eandemque cõ
probauit Franciſ.Burſat.conſ.13. In omnibus,
num.76. verſ. Nec obſtat quod in contrarium
deduxi, tanquam fortaſſe de iure veriorem ſu-
ſtentabilioremque. Vnde prædilectionis ratio-
ni reſpondebat,quòd imò cum in vita inſtitutũ
prædilexerit, poſt mortem prædilexiſſe eius po
ſteritatem cenſeatur,ſicut in fideicommiſſaria,
d.l.cum acutiſſimi,in gloſ.Sed vt Iaſ.& Dec.ad
uertunt, conſequentia pro communi opinione
prædicta vera eſt,arg.l.ſi viua matre,C.de bon.
matern. Socini autem conſequentia fallaciam
quandam continet,ſi enim in vita tantum dile-
xit,apparet poſt mortem non dilexiſſe,cum di-
rectò poſt mortem ſubſtituerit, cumque nepo-
tes intuitu perſonç patris veniant,non poſſunt
præter tempus vitæ limitatum aliud quærere.
Nec obſtat in vita etiam iurium prædictorum
rationes militare,nam coniecturç recedunt,vbi
neceſſaria interpretatio ex voluntate teſtatoris
lege concurrente aptari poteſt, coniecturæque
cum expreſſis qualitatibus procedunt,nec pro-
pterea ampliatio ex legibus ſuperuenientibus
diſpoſitionem reſpõſi Æmilij Papiniani in pro
poſito immutare poteſt, cum de intentione in
quibuſdam caſibus ampliandi conſtet, & citra
caſus expreſſos lex iſta illæſa ac penitus inuaria
bilis remaneat: quæ quidẽ in grauato poſt mor
tem loquitur,vt ſi in vita filium excluſit, magis
nepotes excluſiſſe appareat, exorbitans nãque
diſpoſitio eius eſt,vt ex Ioanne de Imol.vbi ſu-
pra,& hac in lege ſubdam quod Franciſ. Aret.
in d.§.cum autem,ad fi.ac Decio conſ. 416. In
teſtamento,col.2. placuiſſe certum eſt: Ideoq.
5 vltra eius limites extendendam † non eſſe, re-
ſpondit Paul.de Caſt.conſ.14. Si cõtingat,col.
fin.lib.1.cumque paſſim l.ſi vnquam,C. de re-
6 uoc.donat.exorbitantem eſſe † aſſerant, vt per
Alex.conſ.40. Super primo dubio,col.pen.lib.
4.Corn.conſ.145. In hac conſultatione, col.5.
lib.1.& alibi ſæpe, quam ex medullis & oſſibus
7 huius legis promanaſſe † enitet,Io.Crot. conſ.
129.In præſenti conſultatione, num.8. meritò
Ludouic.Rom.conſil.26. Pro deciſione,col.2.
verſ.Concludo ergo, ſtrictè ac propriè eius di-
8 ſpoſitionem † intelligendam eſſe concludit.

Non obſtat tex.à Socino inductus, quòd in
vita tantum relinquere & poſt mortem grauа-
re non differant,l.Titia, §. Titia cum nuberet,
9 in fi.de leg.2.cum ibi Titia † vlterius diſponen-
do progreſſa fuerit, dicendo Erunt enim poſt
mortem eius tua & filiorum tuorum;licetque à
10 legatario † relinqui hæredi poſſit,l.ſi à me,ff.ad
l.Falcid.dubium vertebatur,cum verba non ad
maritum ſed ad filiã dirigerentur,iux.l. genera
li,in prin.de vſufr.leg. Sed iſtud in verbis enun
ciatiuis verum eſt,in quibus grauati & honora
ti perſona diſtinguitur,l.vnum ex familia, §. fi.
ff.de leg.2.iunct.d.l.generali,ſecus in diſpoſiti-
uis ſecundum Andream de Piſis, ſemper enim
ad quemcunque dirigantur diſponunt, l.miles
ad ſororem,& l.cum pater,§.donationis, d.tit.
de leg. 2. Iſtudque verbum ſubſtantiuum ſum
es eſt, tam in præſenti quàm in futuro diſpoſi-
tiuum cenſetur,maximè quando perſonã reſpi
cit,vt Caſtrẽſis arbitratur. In primo igitur caſu
fideicommiſſi petitio certa remanet, in ſecũdo
aũt,omiſſo eiuſdem Pauli Caſtrenſ. intellectu,
licet ex verbis & ſic ipſorum vigore (vt Dynus
aduertit)fideicommiſſi petitioni locus deeſſet,
attenta tamen Titiæ voluntate quæ in alio caſu
non ſolum filiæ ſed & eius filijs & proinde ſuis
nepotibus proſpexerat plures gradus conſide-
rando,nihil prohibet poſt mortem Caij Sei fi-
deicommiſſum ex voluntate peti: Non itaque
illa ratione quòd in vita reliquiſſet fideicõmiſſi
grauamen inducitur, tũc enim ſimpliciter poſt
mortem ipſo iure reſolutio fieret l. fi.C. de leg.

Et cum gloſsç opinione videtur quoq.tranſi
re Bal.in auth.niſi rogati,nu.20.verſ. Itẽ quęro
nunquid iſta authẽtica,C.ad Trebell.Andreaſ-
que Barb. in contrariũ allegatus non admodũ
tutè Raph.Cumáni ſententiam aſsumere vide-
tur,vt non ſit à cõmuni imò crebriori opinione
recedendum: mirorque q; Soc.Nepos contra-
riam vti cõem concelebret.Et quamuis pro ea-
dem recepta ſententia Iaſ. textum in l. liberto,
§.fi.ff.de ann.leg.alleget, tamen re verà parum
aut nihil ſtringit,ut inſiſtendum non arbitrer.

Denique

Denique non repugnat fundamẽtum ex authoritate dicti Raphaelis Cumani hic nu. 3. verſic. Habui etiam de facto, deſumptum, ſuper illa quæſtione quam Socin. refert col. 13. verſ. Et in primis, dum quęrit, Quòd quidam filiam nuptam habens, hæredem filiũ inſtituit, & ſi filius ſine liberis deceſſerit fundum filię ſuæ in eius vita tantum reliquit, & poſt mortem voluit, q̃ ad pauperes vadat; moritur filius ſine liberis ſuperſtite ſorore quæ poſtea relictis filijs vita decedit, nunquid pauperes excludunturẽ & cõclu
11 dit quòd ſic † non obſtante quòd in filij perſona conditionem Si ſine liberis expreſſerit de illisque cogitauerit: nam vt Soc. inquit, de filijs filij cogitauit non autem de filijs filiæ, vt ex ſeparatis illatio non fiat, l. Papinianus exuli, ff. de minor. & cum Raphaele ac Soc. ſentiunt etiam Franciſc. Aret. conſ. 156. Diligenter viſis & conſideratis, col. 5. Corn. conſ. 197. Non alienã, col. 6. verſ. Poteſt etiã dici, lib. 3. Hieron. Grat. cõſ. 5. Etſi hoc reſponſum, nu. 6. verſ. Tertio cõprobatur, & col. pen. lib. 2. Carol. Ruin. cõſ. 77. Ex facto proponitur, col. fin. verſ. Nec obſtat inſuper, lib. 2. inquiens quòd in caſu ſuo in perſona filij conditionis expreſſio facta fuerat ſi ſine liberis deceſſerit potius ex abundanti, abundans
12 verò cautela † non nocet, l. qui mutuã, in prin. ff. mand. l. teſtamentũ, C. de teſtam. & quo ad filiã conditio expreſſa non fuerat, nõ quia voluerit teſtator illam pro omiſſa haberi, ſed quia eã pro expreſſa cenſeri ſciebat, & amplius dictum quàm ſcriptũ fuiſſe, præcitatosq. Scribentes ſequitur Io. Cephal. conſ. 391. Teſtator, num. 19. verſ. Quæ concluſio procedit etiã, & nu. 20. lib. 3. Nã videtur contrariam opinionẽ fortaſſe de jure veriorẽ videri, arg. l. cũ prætor, ff. de iudic. ſi enim in vno expreſsè appoſuit, datur intelligi noluiſſe in altero ſubaudiri: nec refert dicere q̃ licet de filijs filij cogitauerit, non idem de filijs filiæ ſit dicendũ. Nam reſponderi poteſt quòd imò cogitauit, noluitq. comprehẽdi, ſicut enim filium prædilexit filiæ, quam voluit ſimplici dotę ob agnationis maſculinæq. ſobolis fauorem contentã eſſe, ita etiam inſtituti filios prędilexiſſe cẽſetur, filiæque liberis pauperes fauore eius animæ præferri voluit. Quinimò prout de pauperibus cogitauit, multo magis de eius ex filia nepotibus ſibi familiaribus cogitaſſe dicẽdum eſt, quos vti minus dilectos tacuit. Quod autẽ de expreſſione conditionis ab vberiorem cautelam aſſeritur, nullum habet iuris ſaporẽ, nec. quæſtioni huic congruit, ſique teſtator id conſideraſſet, eadem cautela pro nepotibus ex filia veriſimiliter vſus fuiſſet, ſi ipſos inquam potiores curaſſet reddere, nec per aliorum incluſionem eoſdem excludere: licet iudicando & conſulendo ab opinione Socini & prędcitatorum recedendum non fore exiſtimem.

HYPOTHESIS.

Dilucidius ac aliquanto prolixius tertium Socini Corollarium nunquid inſtitutione in vita tantum facta, l. cum auus, ſibi locum vendicet, illaque verba, in vita tantum, vel ſimita vita enarrari; & plures circa eandem legem limitationes ad caſum propoſitum conferentes, necnon multa de ordine ſucceſſiuo, deque celebri Oldradi conſil. 21. inter alia proferri.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator præſumitur ſuos deſcendentes tam maſculos quàm fœminas tranſuerſalibus & extraneis præferre voluiſſe.*
2 *Verba teſtatoris interpretari debere, vt naturalis ratio & ſanguinis neceſſitudo dictant.*
3 *Fideicommiſſum vt ab inteſtato ſucceſſio deferatur, regulandum eſſe gradatim ordineque ſucceſſiuo, vt primo deſcendentes vltimo collaterales vocati cenſeantur.*
4 *Ablatiuos abſolutos conditionem importare.*
5 *L. cum auus, non procedere vbicunque inſtitutio in vita tantum facta reperitur, Multos tamen Doctores contrariam ſenſiſſe, vt nu. 20.*
6 *Vt ſupra, verba eſſe repetitiua præcedentium cũ omnibus ſuis qualitatibus.*
7 *Eorum, dictionem pariter repetitiuam eſſe.*
8 *Dictis, dictionem repetitionem etiam nominis prę prij cum omnibus ſuis qualitatibus inducere.*
9 *Ordinem ſucceſſiuum affectionis circa natos & naſcituros per vulgarem intelligi. Idque declarari, num. 12. & ſigillatim aliqua exiſtente coniectura, num. 13.*
10 *Ordinem ſucceſſiuum in compendioſa ſub commemoratione mortis per verbum ſubſtituo de natis & naſcituris per fideicommiſſariam in ipſa cõpendioſa comprehenſam importari.*
11 *L. cum auus, in fideicommiſſaria ſubſtitutione ſibi locum vendicare.*
14 *Compendioſam ex verbis tractum temporis habẽtibus inductam cenſeri, ipſamque fideicommiſſariam ſubſtitutionem continere.*
15 *Clauſulam codicillarem per verba futuri temporis conceptam, inſtitutionem de liberis, in fideicommiſſariam poſt mortem fratris transferre.*
16 *Oldradi deciſionem conſ. 21. Thema tale eſt teſtator, per totum, coniecturis exiſtentibus ex quibus colligi poſſit per extinctionem primi gradus ſubſtitutionis, mentẽ teſtatoris non eſſe ſatisfactum, minime procedere.*
17 *Oldradi deciſionem d. conſ. 21. ſigillatim ex coniectura deſumpta ob fauorem agnationis ſibi locum non vendicare.*

Digitized by Google

18 *L. cum annis, in vulgari ſubſtitutione conquieſcere.*

19 *Oldradi d. conſ. 21. procedere vbicunque ſecunda ſubſtitutio à prima penderet, ſecus quando vtraque ex ſe ſubſiſtit.*

21 *L. cum annus, diſpoſitionem ex præſumptione inductam cenſeri, ipſamque iuris eſſe, non autem iuris & de iure, proindeque probationem in contrarium ex alijs præſumptionibus admittere.*

22 *Geminationem teſtantis enixam voluntatem arguere.*

23 *L. cum annis, diſpoſitionem, vt contraria præſumptione tollatur, claram & expreſſam præſumptionem ex teſtatoris verbis deſumptam, Ario Pinelo atteſtante, expoſcere.*

24 *Verba illa in vita tantum, vel finita linea, verbis poſt mortem, æquipollere.*

25 *Superfluitatem ad maiorem dilucidationem adiectam, tolerari.*

26 *L. cum annis, diſpoſitionem vbi colligi poſſet teſtatorem de nepotibus cogitaſſe ceſſare, Cogitationēque in genere ſufficere, nu. 40.*

27 *L. cum annis, diſpoſitionem in filijs natis tempore teſtamenti locum non habere.*

28 *Argui ex ratione generali in lege expreſſa etiam in exorbitantibus licere.*

29 *L. cum annis, conditionem quando teſtator duobus filijs inſtitutis & grauatis de reſtituendo in perſonam vnius conditionem ſi ſine liberis expreſſit, in perſonam verò alterius illam non adiecit, nequaquam ſubintelligi.*

30 *L. cum annis, diſpoſitionem exorbitantem cenſeri, & propterea extenſionem reſpuere.*

31 *L. cum annis, diſpoſitionem quantumuis exorbitantem, fauorem à ſe non reijcere.*

32 *Filiam excluſam à ſtatuto exiſtentibus maſculis non cenſeri poſitam in conditione ad excluſionem ſubſtituti.*

33 *Diſpoſitionem teſtatoris in dubio ſic interpretandam eſſe, vt ludibrio facta non fuerit.*

34 *Filiam grauati vel deſcendentes ex ea cenſeri poſitos in conditione ſi ſine filijs deceſſerit: ad excluſionem agnati ſubſtituti, cum agnatus excluſiſſet etiam ipſam filiam à ſucceſſione grauati, aliàs ſecus. Sed contrarium plures tenuiſſe, n. 39.*

35 *L. cum annis, diſpoſitionem, facta ſubſtitutione, Et finita eorum vita & ſupraſcripta Domina Heliſabet & ſuorum filiorum vt ſupra nominatorū, non procedere.*

36 *Infinitatem vitandam eſſe.*

37 *Verba in vita tantum, vel finita vita eorum vt ſupra nominatorum, fauore ſubſtituterum adiecta cenſeri.*

38 *Grauantis affectionem & non grauati in fideicōmiſſis attendi debere.*

41 ALOYSII SOLTIAE *Iuriſconſulti Bergomenſis laudes afferri.*

CAP. XVI.

CVm Florentiæ in Excelſo Rotæ Auditorio cum alijs ex tribus Iudicibus vltimarum appellationū ius redderem, ſuper infraſcripto caſu contigit dubitari acerrimæque diſceptari, qui cum paulò ante conſcripta reſpiciat, non ab re illum hic inſerere pro illuſtriori iam dictorum explicatione ſum arbitratus; Quidam Franciſcus de Fichęrellis ex S. Geminiano de Anno 1538. ſuum condidit teſtamētum ſub iſta verborum formula. In omnibus alijs ſuis bonis ſibi hæredes vniuerſales fecit & eſſe voluit Dominam Heliſabet eius filiam legitimam & naturalem, natam ex ipſo teſtatore, ac filios tam maſculos (formalia hæc ſunt verba) & fœminas natos & naſcituros ex dicta D. Heliſabet eius filia & vxore ſupradicti Domini Hieronymi de Brandis, Et finita eorum vita ſu praſcriptæ Dominæ Heliſabet & ſuorum filiorum vt ſupra nominatorum, ſubſtituit ſuos hæredes vniuerſales Bartolomęum & Leonardū eius nepotes & filios olim Dom. Antonij Leonardi de Fichęrellis & quemlibet eorum æquis portionibus: Et ſi iure teſtamenti non valeret, valeat, valeret vel valebit & valere voluit iure codicillorum &c. Domina Heliſabet adita ſui patris hæreditate deceſſit, omnes pariter Heliſabet filij obierunt ſuperſtitibus tamen quibuſdam pronepotibus dicti teſtatoris progenitis ex Domina Bruna de filiabus dictæ D. Heliſabet, ac etiam dicto Bartolomęo Antonij de Fichęrellis nepote præfati teſtatoris ex fratre. quę ſitum fuit an ſubſtitutio in Bartolomæi perſonam purificata fuerit per mortem Heliſabet & omnium eius filiorum, an verò per filios Dominæ Brunæ dictus Bartolomęus excludatur, Præſuppoſito tamen in Terra S. Geminiani, quæ illos maximos Iuriſconſultos Dominicū, Nellumque produxit, adeſſe ſtatutum ſub rub. 46. quo diſponitur mulierem dōtatam non poſſe venire ad ſucceſſionē patris, patrui, fratrum vel ſororum per lineam maſculinam vſque in quartum gradum incluſiuè, per quod Domina Heliſabet teſtatoris filia ab inteſtato à ſucceſſione & hæreditate Franciſci patris teſtatoris excludebatur, ad quam quidem ſucceſſionem ab inteſtato Bartolomæus & Leonardus pronepotes in tertio gradu ſubſtituti fuerant in dicto teſtamento excluſa filia, Quid dicendum?

Pro filijs Brunæ, Primò facit, quòd ſubſtitutio facta filijs & deſcendētibus recipit ſubintellectam conditionem ſi ipſi ſine filijs deceſſerint ex diſpoſitione iſtius contextus ac etiā iurium quæ interpretatiuè ad Papiniani hoc reſpōſum Iuſtinianus Imperator promulgauit & intuitu humanitatis ſanciuit, q̄ notiſſima ſunt, teſtator enim

Digitized by Google

enim deſcendentes ſuos † tam maſculos quàm
1 fœminas tranſuerſalibus & extraneis prædilexiſſe præſumitur, Ang. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, col. 2. ante num. 5. verſic. Sequitur in ea glos. ff. ad Trebell. Alex. conſ. 92. Super eo, nu. 1. lib. 3. conſ. 17. Circumſpectis verbis teſtamenti, col. 1. num. 2. lib. 7. Pariſ. conſil. 51. In huiuſmodi cauſa, num. 20. lib. 2. cum igitur filij Dominę Brunæ ſint de deſcendentibus dicti Franciſci, videtur conditionem tacitè ſubintelligendam fore, verba nanque teſtatoris interpretari debent vt naturalis ratio & ſanguinis neceſſitu
2 do † dictant, Bald. in l. Lucius Titius, in prin. 2. ff. de hæred. inſtit. Congruitque doctrina Ang. in l. fin. in princ. vbi Paul. de Caſt. C. de verb. ſignif. quòd fideicommiſſum debet vt ſucceſſio ab inteſtato regulari gradatim & ordine ſucceſ
3 ſiuo, primo vt cenſeantur deſcendentes † vocati, & vltimò collaterales, quod tradit Dec. conſ. 321. In cauſa quæ Alexandriæ, nu. 4.

Huic rationi contrarium ſuſtinendo reſponderi poteſt, Primò diſpoſitionem huius l. cum auus, in propoſito militare non poſſe, quandoquidem teſtator ad vitam Heliſabet & eius filiorum ſubſtitutionem reſtrinxit in verbis illis, Et finita eorum vita, eſt enim conceptio verborum per ablatiuos abſolutos qui conditionem
4 † important, l. à teſtatore, ff. de condit. & dem. vt inter illa concluſio, quòd vbicunque inſtitu-
5 tio in vita tantum facta reperitur ceſſet † d. l. cũ auus, ſecundum gloſ. in d. l. cum acutiſſimi, in verb. Vitam ſuam, & in d. Lex facto, in verb. Ex voluntate, verſic. Item etſi hæc conditio, fuitq. opinio Bart. hic, & Petri de Bellapertic. in d. l. generaliter, §. cum autem, cum alijs ſupra citatis, eſtque communis Doctorum ſententia, vt teſtatur Emanuel Coſta in rep. cap. ſi pater, in 1. part. in verb. Si abſque liberis, num. 12. de teſtam. in 6. quam etiam communem eſſe dixit Anton. Gomeſ. in commentar. varijſque reſolut. iuris ciuil. tom. 1. cap. 5. tit. de fideicom. ſubſtit. num. 37. quem ſequutus eſt Hieronymus Magon. in deciſ. Florent. 52. Raynald. de Rondinellis, ante num. 13. verſic. Tertio non leuis eſt coniectura, poſt Carol. Ruin. conſ. 3. De pluribus, nu. 26. lib. 2.

Et ſi diceretur, ſubſtitutionem Franciſci teſtatoris valde admodum à terminis communis ſententiæ differre, nam Doctores præcitati loquuntur vbi eſt facta inſtitutio in vita addita dictione taxatiua tantum, non autem vbi finita vita abſque illa taxatiua dictione. Reſponderi poteſt, verba huius inſtitutionis eſſe magis taxatiua limitatiua ac reſtrictiua, quàm ſi eſſet apposita dictio tãtum, vt colligitur ex illis verbis, Eorum vita ſupradictę D. Heliſabet & ſuorum filiorum vt ſupra nominatorum, quæ magis inducunt quandam perſonarum deſignationem, & vt ſic dixerim perſonalitatem, quàm ſi aliter eſſe cõcepta ſubſtitutio: nam verbum vt ſupra,
6 † eſt repetitiuum præcedentium cum omnibus ſuis qualitatibus, Dec. conſ. 227. In caſu ad me tranſmiſſo, col. 2. num. 3. verſ. Illa dictio, conſil. 182. In caſu occurrenti, col. 4. nu. 3. verſi. Nam illa dictio, Carol. Ruin. conſil. 18. Quæritur an Laurentius, num. 12. lib. 2. conſ. 135. Quia iam pridem, nu. 5. conſ. 183. Quamuis ex his, col. 1. num. 1. verſ. Quia igitur filij, cod. vol. conſ. 32. Viſo proceſſu cauſæ, col. 1. num. 3. lib. 5. Pariſ. conſ. 19. Ad reſolutionem, col. 8. nu. 68. verſic. Et iſta dictio, lib. 2. Io. Cęphal. conſ. 125. Proponitur, col. 3. nu. 6. verſic. Et ſic verba, lib. 2. Riminald. iun. conſ. 287. D. Naſſimbenus, nu. 19. lib. 3. conſ. 306. Cum pax, nu. 13. conſ. 313. Punctus iſte, nu. 72. eod. vol. Auguſt. Bero. conſ. 79. Quidam Philippus Maria, nu. 1. lib. 2. Rolan. de Vall. conſ. 30. In præſenti conſultatione, col. 4.
7 num. 23. lib. 4. dictio Eorum, eſt etiam † repetitiua, idem Ruin. conſ. 101. Super his, nu. 9. d. lib. 2. eſt text. in l. pluribus, in princ. de verb. oblig. Bart. in l. ſi quis ſeruum, §. fin. col. 2. nu. 5. uerſ. Nam natura illius dictionis, ff. de leg. 2. in l. 1. §. fin. uerſic. Dicit ſtatutum, ff. ſi famil. furt. fec. Corn. conſ. 9. Præmittendum eſt, col. fin. ante nu. 7. uerſ. Item iuuantur, lib. 1. conſ. 37. In hac conſultatione, col. 3. ante nu. 4. uerſ. Quod uerbum eorum, eod. uol. Pariſ. conſ. 103. Iſti Collenſes, col. 3. num. 14. uerſ. Cum dictio illa, lib. 1. conſ. 18. Conſideratis, col. 5. nu. 32. uerſ. Illa enim, lib. 2. conſ. 86. Ad ueram reſolutionem, col. 10. nu. 58. uerſ. Sicuti in ſimili, eod. uol. Dictis, inducit repetitionem etiam nominis pro-
8 prij † cum omnibus ſuis qualitatibus, Bart. conſil. 7. incip. Andreas quondam Martini, Carol. Ruin. conſ. 103. Quæſtio quæ proponitur, col. 3. nu. 5. lib. 2. conſ. 206. De pluribus, nu. 5. conſil. 117. Viſo teſtamento, num. 1. eod. uol. conſ. 55. Quoniam de iure, num. 4. lib. 3. Hieronym. Gabriel. conſil. 66. In ſpecie propoſita, num. 7. 11. & 22. conſ. 175. Scriptura, num. 26. libro 2. Corn. d. conſ. 9. col. 3. num. 5. lib. 1. Alex. conſil. 140. Viſo dicto teſtamento, num. 4. lib. 6. conſ. 1. Ponderatis his, colum. 3. ante fin. nu. 9. uerſi. Tamen per illa uerba, libro 4. Dec. conſil. 465. Perſcrutatis uerbis, col. 2. num. 8. uerſic. Nam illa uerba, Curt. iun. conſ. 58. Circa præmiſſam conſultationem, col. 1. in fin. ſub num. 2. uerſic. Præmiſſa tanto clarius, Pariſ. d. conſ. 86. col. 7. num. 36. lib. 2. conſ. 5. Viſo teſtamento, col. 2. nu. 5. & col. fin. nu. 43. lib. 3. conſ. 53. D. Hieronymus, col. 3. num. 11. uerſ. Facit etiam, eodem uol. conſ. 31. Conſiderato primo capite, col. 4. in fin. nu. 26. uerſ. Quod patet, lib. 2. Rolan. de Vall. d. conſ. 30. num. 21. lib. 4. Io. Cephal. conſ. 16. Viſis omnibus, col. 5. nu. 25. uerſic. Quæ dictio, lib. 1. conſ. 44. Magnifici Do. col. 4. nu. 13.

cod.vol.Riminald.iun.conſ.313.nu.86.libr.3. conſ.279.In primis igitur, nu.86.d.conſ.287. nu.19.eod.vol.conſ.263. Prima nanque,num. 39.conſ.246.Et in primis,num.123.lib.præalleg.& de dictione Prædictis,Ruin.conſ.89.Caſus iſte,nu.9.lib.2.idemque Riminald.iun.conſil.251.Excitantur,nu.18.lib.3.Secundò inducitur, nam dictam ſubſtitutionem aut volumus eſſe vulgarem vt videtur, cum inſtituerit tam natos quàm naſcituros,& Dominam Heliſabet excluſam à ſtatuto Geminianenſi, & ſic cum ad
9 mittendus ſit ordo ſucceſſiuus † non neceſſitatis ſed potius charitatis & affectionis, vt ſcribit Io.Bapt.Caccialup.de S.Seuerino conſ.14. Super quęſtione propoſita,nu.10.verſ.Quinta cõcluſio,inter conſil.Alex.de Imol.lib.4.Dec.cõſil.205.In cauſa iſtorum Nobilium, nu.1. & 2. conſ.253.Proponitur quòd Enemundus,in fi. Iaſ.conſ.206.Viſo teſtamento,nu.2.lib.2. Soc. iun.conſ.40. Pro vera reſolutione, nu.2.lib.4. Iacob.Menoch. in tract.de præſumpt.in 2.par. lib.4.præſump.70.nu.22.verſ. Quintus caſus, fol.104.Andr.Alciat.in l.Gallus,§. quidam rectè,nu.33.vbi Rub.Alexandr.nu.55.in fi.Franciſc.Cardinalis Mantic.in tract. de coniect.vlt. volun.lib.4.tit.7.num.27.verſ. Secundo verò. Ordo iſte ſucceſſiuus per vulgarem eſt intelligẽdus,Soc.in d.§.quidam rectè,num.8.poſt gloſ. & Bar.vbi Alciat.num.35. de magis communi opin.teſtatur, Alex.conſ. 13.Viſis,col.2.nu.7. lib.7.cui ſe ſubſcripſit D. Ant. de Prato veteri, conſ.ſeq.nu.12. Paul.de Caſt.conſ.159. Super primo,col.fi.nu.5.lib.1.conſ.352. Viſis atteſtationibus,nu.5.ad fin.lib.2.conſ.434.Illud relictum,in prin.eod.vol. Dec. conſ. 95.Et pro tenui,nu.4.conſ.205.In cauſa,num.5. conſ.236. Non parua,nu.1.conſ.248. Viſa petitione, nu. 5.& 6.conſ.353.Proponitur,nu.1.vbi de communi,Aym.Crauet.conſ. 22. Magnificus Dominus,nu.3.& ante nu.5. communem eſſe ſcribens,conſ.131.Ad primum,nu.3. Pariſ.conſil. 82.Quæris à me,nu.11.lib.2. Socin.iun.conſil. 180.Vt præſens conſultatio,nu.53.lib. 2. Dominus Mantic.lib.8.tit.7.nu.30.Gabriel. conſ. 130.Dominicus,nu.2. libr.1. verba nanque in dubio per prius non per poſterius ſunt intelligenda, Bald. Iaſ. & cæteri in l. qui liberis,§.hæc verba,ff.de vulg.& pupill. & eſt text.in l.filiusfamilias,§.cum pater,de leg.1.Sed vulgaris adita hæreditate poſt Dominam Heliſabet expirauit,l.poſt aditam, C. de impub. igitur extincto primo gradu ſubſtitutionis cæteræ expirarunt, Oldrad.conſ.21.Thema tale eſt,teſtator,per totum,cum concordan.l.in ſubſtitutione,d.titul. de vulg. & pupill. proindeque expiraſſe cenſetur etiam ſubſtitutio dicti Bartholomęi trãſuerſalis. Aut verò volumus ordinem ſucceſſiuum intelligi in iſto themate per fideicommiſſariã,
10 vt aſſeuerari poteſt cum ſit compendioſa † ſub commemoratione finis ſiue exitus vitæ,per verbum ſubſtituo quod commune eſt de natis & naſcituris,Bart.in l.centurio, col.11.verſic. Secundo oppono, præalleg. tit. Dec.d.conſ.205. col.2.ante num.5.verſic. Nam illa verba, Hieronym. Alban.conſil.28.Tres in re propoſita, num.3.verſic.Præterea,Sfort. Odd. in tract.de compend.ſubſtit.partic.4.artic.3. in fin.verſic. Solet fieri,idem Dec.conſ.572.In caſu propoſito,num.1.conſ.643. Viſo eleganti conſilio,in princ.cum adductis per Aym.Crauet.conſ.62. Nobilis Vrbanus,nu.3.Pariſ.cõſ.11. Duo ſunt, nu.35.conſ.15.Ser Laurentius,num. 14.lib.3. conſ.73.Vt præſens conſultatio,nu.4.lib.3.cõſil.62.Titius,nu.1.lib.2.Natta conſ.551. Quoniam ante,nu.2.lib.3. Etiam ſi non adſit verbũ quandocunque,Alban.d.conſil.28.nu.7. & ſic erant prædicti vocati per fideicommiſſariam in ipſa compendioſa comprehenſam, Curt. iun. conſ.48. Præſupponitur in facto, col.pen.ante nu.7.verſ. Ex alio etiam fundamento,Soc.conſil.140.Conſideratis,col.1.lib.1.conſ.113.Supraſcripti Inſignes Iuriſconſ.poſt nu.7.eodem vol.Iacob.Menoch.conſ.438. Negare,num.3. lib.4.cum alijs adductis in conſil.per me reddito Florentiæ in cauſa Monaſterij S.Lini de Volterris, & tunc præſuppoſita inquam fideicommiſſaria ſubſtitutione,videmur eſſe in claris,vt
11 diſpoſitioni huius l.cum auus, locus omnino † detur,vt per Socin.hic,nu.18.Pariſ.conſ.19.Ad reſolutionem,num.92.lib.2.Iacob. Menoch.in d.tract.de præſumpt.in 2. par.lib.4.præſumpt. 89.nu.132.verſic.Quintus eſt caſus.

Sed hæc inductio euitari facile poteſt, Primò negando ordinem ſucceſſiuum ibi inductũ fuiſſe per vulgarem ſubſtitutionem,nam tradita in d.l. Gallus, §. quidam rectè per Doct. vi-
12 dentur procedere † cum ſimpliciter eſſet dictũ talem ſubſtituo & eius filios, non quando eſſet habita mentio finis & exitus vitæ, tunc enim intelligi debet per fideicommiſſariam, iux.glo. in l.in teſtamento, C.de milit. teſtam.Dec.conſil.431. Et pro tenui,colum.2.num.8. maxime quia ſubſtitutio implicat decedẽtiam filiorum etiam Heliſabet natorum & naſcituroru̇m,quantumuis teſtator ſe ad vitam reſtrinxerit,Secundò tradita in d.§. quidam rectè, uera uideri, vbi ſubſtitutio eſſet concepta per verba merè directa,non autem per uerba communia, ut eſt verbum ſubſtituo. Tertiò vt dicebam in præcitato conſil. dictam opinionem non procede-
13 re † cum in contrarium adeſſet aliqua coniectura, vt ibi not. & tradit Carol. Ruin. conſ.164. Ex verbis teſtamenti,colum.pen.num.8.libro tertio,Aym.Crauett.conſilio 131.Ad primum quæſitum, num. 5.Hieronym.Zanch.in rep.l. hæredes mei,§.cum ita, numer.812.in fin.ff.ad

Trebell.

Trebell. ſecundum primam impreſſionem Brixienſem, Rolan. de Vall. conſ. 25. Viſo themate num. 14. lib. 1.

Sed iſta ſubſtitutio ex verbis tractum tem-
14 poris habentibus liquido compẽdioſa † conſpicitur, ergo continet etiam fideicommiſſariam, Pariſ. d. conſ. 11. Duo ſunt, num. 37. conſ. 73. Vt præſens conſultatio, nume. 4. lib. 3. Albenſ. conſ. 29. Pro diſcuſſione, num. 1. lib. 1. Ruin. conſil. 159. Quamuis, nume. 21. lib. 3. conſ. 148. Pro deciſione, num. 3. eodem volum. Natta d. conſ. 551. colum. 2. ante nu. 2. lib. 3. Quartò hoc vel magis eſt affirmandum, propter clauſulam co-
15 dicillarem † in dicto teſtamento appoſitam, per verba geminata futuri temporis, l. quærebatur, §. vtrum autem, ff. de teſtam. l. poſthumus, §. ſi pagamus, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. Socin. conſ. 12. Præſens conſultatio, num. 16. lib. 3. Cur. iun. d. conſ. 48. colum. 3. ſub nume. 6. verſic. Ex alio fundamento, Aym. Crauett. conſ. 22. Magnificus D. Gulielmus, nume. 8. & poſt Iaſon. tradit Marc. Anton. Peregrin. in tract. de fideicomm. artic. 17. num. 33. verſ. Si tamen, & artic. 18. numero 6. tradit Dec. dicto conſ. 431. colum. fin. num. 9.

Nec obſtat deciſio Oldradi, cum limitetur
16 † vbicunque ex mente teſtatoris conijci poſſet per exiſtentiam ſiue defectum primę ſubſtitutionis non eſſe ſibi ſatisfactum, & ſic ſtantibus coniecturis non procedere, Dec. conſ. 477. Viſo conſilio, nu. 3. Hieronym. Grat. conſ. 5. Etſi hoc reſponſum, num. 86. lib. 2. Didac. Couarr. in rep. cap. Raynaldus, nume. 3. ante fin. verſic. Quo in loco addit. extr. de teſtam. Ioan. Ceph. conſ. 529. Teſtator, nume. 35. lib. 4. Iacob. Menoch. conſ. 327. Cum ex propoſita facti ſerie, num. 14. lib. 4. Riminal. iun. conſ. 464. In occurrenti caſu, num. 20. lib. 4. Sed ex diſpoſitis præ-
17 cellẽs coniectura reſultat, ſcilicet fauoris † agnationis ex quo ceſſat Oldradi aſſertio Aym. dict. conſ. 98. Nobilis & potens, num. primo, verſic. Iſtud tamen, cum alijs per me adductis in conſ. 30 Aemilianis, n. 39. & 40. Ergo videtur Bartholomæo fideicommiſſum apertum eſſe, nõ enim ad alium effectum teſtator ſubſtitutionem reſtrinxit ac limitauit ad vitam finitam ſupranominatorum ex tot clauſulis repetitiuis reſtricti uis ac limitatiuis geminatis, quàm vt eius hæreditas nõ perpetuaretur in extraneis, ſed ad ſuã agnationem reuerteretur, & ſic ad Bartholomæum & Leonardum Antonij de Fichærellis, quos nepotes nominauit ex eius fratre quem diligebat.

Hoc ſtante quòd ſcilicet ſubſtitutio de Bartholomæo non expirauerit, nulli dubium eſt,
18 præſuppoſita vulgari † ſubſtitutione in ea diſpoſitionem huius l. cum auus, ceſſare, gloſſ. in d. l. generaliter, §. cũ autem, in verb. Subſtituit, C. de inſtit. & ſubſt. ibidemque Alberic. de Roſat. Dec. conſ. 416. In teſtamento, num. 5. conſ. 529. Philippus olim, nume. octauo, Curt. iun. conſ. 53. Præſupponitur in facto, nume. primo, Ruin. conſ. 106. Viſo ac diligenter ponderato, num. primo, lib. ſecundo, conſ. 131. In themate proponitur, nu. 3. & 12. lib. 3. Decian. conſ. 60. num. 26. lib. 3. Et eſt recepta Scribentium opinio vt in ſuperioribus dicebam, & teſtatur Decius, poſtque alios Riminald. iun. conſ. 183. Viſa facti narratione, num. 14. lib. primo, Quantũ verò ad fideicommiſſariam, reſponſum afferri poteſt ex dictionibus perſonalitatem ac reſtrictionem inducẽtibus, ad inſtar eorum quæ Interpretes admittunt vbi in vita tantum fuiſſet facta ſubſtitutio vt inferius latè explicabo.

Præterea Oldradi conſilium ita demum pro-
19 cedit, ſi ſecunda ſubſtitutio dependet † à prima, non autem quando vtraque de per ſe ſubſiſtit, vt declarat Pariſ. conſ. 18. Conſideratis, nu. 44. lib. 2. Socin. ſen. conſ. 62. Viſo capitulo, nume. vndecimo, lib. 3. Riminal. ſen. conſ. 106. circ. fin. & conſ. 182. num. 12. & in caſu noſtro ſubſtitutio facta de Bartholomæo & Leonardo non dependet à prima, ſed de per ſe ſubſiſtit, ex quo ſimpliciter facta fuit finita vita prænominatorum, neque pro eius ſubſiſtentia requirit quòd filij Dominæ Heliſabet ſuccedãt per vulgarem, ſed tantum exigit quòd finita ſit vita eorũdem inſtitutorum, licet ergo famoſum & inſigne reſponſum prędictum in ſuis terminis cenſeatur, parum tamen dicti ſubſtitutioni congruere videtur.

Tertiò non defuere Doctores qui conditionem eiuſdem l. cum auus, adhuc ſubintelligi fa-
20 cta inſtitutione in vita tantum † in ſortioribus ſanè terminis ſcripſere, Socin. ſen. hic colum. 12. num. 26. ſequutus præclariſſimos Aduocatos Florentinos Dominum Guidantonium de Veſpucijs, & Dominum Antonium de Malegonnellis quibus ſe Socinus ſubſcripſit, & ego vidi conſilia originalia cum ſigillis ac ſubſcriptionibus dictorum perilluſtrium Iuriſconſultorum, & conſilium Veſpucij incipit, Dominus illuminet intellectum vt poſſim quæ fuerũt conſona menti Cecchi teſtatoris aperire, ſubſcriptio verò Bartholomæi Socini incipit, Concluſio ſupra firmata per ſupraſcriptum præſtantiſſimum Doctorem, denique conſilium D. Antonij de Malegonnellis incip. Viſo teſtamento de quo in puncto fit mentio, Andr. Barbat. in d. l. cum acutiſſimi, colum. pen. Socin. iun. conſ. 96. Multa firmauit, num. 7. verſ. Quartò & vltimò, lib. 3. dicens citatos Doctores non habere quos viderit diſſentientes, Franc. Burſat. conſ. 13. In omnibus, nu. 76. verſic. Nec obſtat quod in contrarium deduxi, lib. 1. & nouiſſimè Iacob. Menoch. in d. lib. 4. præſumpt. 89. num. 133.

Verum

Verum his Doctoribus obijci poſſunt omnes Doctores quos in ſuperioribus retuli, ex quorum calculo magis communis reſultat opinio, mirandumque Socinum iuniorem alioqui diſſertiſſimum & oculatiſſimum Iuriſcõſultum aſſerere ſe non viditſe contradictores, vt nõ abre ſententiam contra ſuum conſilium reportauerit, & hanc opinionem vt admonui frequentiſſimè tenuit Illuſtriſſima Rota Florentina, vt ex deciſione Magonij, & ex alijs motiuis de quibus ipſe meminit, & quæ fuerunt producta, totius inquam Rotæ Florentinæ ex lib. 13. Motiu. fol. 387. die 4. Aprilis, 1547. quo tempore reſidebant Domini, Nicolaus Marius Vandinus, Matthæus Marcolinus, Chriſtophorus Pamphylius, Petrus Bigius, Alphonſus Quiſtellus, & Octauianus de Nigro, ſpreto atque reiecto dicto conſilio maximi Iuriſconſ. Socini iunioris nepotis.

Sed quicquid hucuſque dictum ſit, non deſunt rationes quæ ſubſtitutum ſubleuant & tuentur, Primò namque dici poteſt, quòd etſi diſpoſitiõ l. cum auus, celebris ſit, & vndique tum ex ingenio Papiniani tum ex Imperialib. ampliationibus præclara, cum tamen in coniec-
21 ctura † ſupdetur vt ex ea apertè colligitur, ſcripſeruntque Bar. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, num. 4. ff. ad Trebellia. Socin. in hac l. cum auus, num. 66. & 70. poſt Raph. Cuman. Petr. de Anchar. conſ. 46. Prima facie, nume. 1. Ruin. conſ. 122. Conſideratis diligenter his, nume. 1. in fin. lib. 3. Curt. iun. d. conſ. 33. nume. 8. Pariſ. præcitato conſ. 19. num. 95. lib. 2. Decian. conſ. 60. num. 33. lib. 3. & Iacob. Menoch. conſ. 95. Etſi doctè, num. 25. lib. primo. Sitque iuris tantùm præſumptio, nõ autem iuris & de iure, vt per Socin. in præalleg. loco, nume. 72. & 74. atque originaliter Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de præſumpt. §. ſpecies, nu. 5. in verb. Prædictis, Andr. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 9. & in eod. tract. Iac. Menoch. in 2. part. lib. 4. præſumpt. 89. ante nu. 14. verſ. Præmitto tertiò, admittit in contrarium probationem ex contrarijs præſumptionibus, vt per Anchar. d. conſ. 46. in prin. & coniectura vrgentiſſima videtur illa de qua ſæpè memini, ſcilicet de verbis reſtrictiuis ad vitam Heliſabet & eius filiorum, nam non eſt dicendũ ex eo quod Doctores de verbo tantum exempli cauſa quæſtionem propoſuerunt, alia verba reſtrictiua & limitatiua temporis & perſonarum, & quæ eandem vim obtinent, imo maiorem, excludere atque eliminare voluiſſe, hoc enim dicere abſurdiſſimum foret & deridendum, cũ teſtator non vnum verbum ſolum, ſed plura idem ſignifican tia appoſuerit ad reſtringendum ſe perſonis il-
22 lis tantum, & ad oſtẽdendum eius enixam † voluntatem, argum. l. Baliſta, ff. ad Trebellia. cum vulg. & ne ſit teſtator de ſuperfluitate ineptiſſima abſurditateque redarguendus, eſt dicendũ non ſine magno artificio ac myſterio dictiones illas appoſuiſſe, vt videtur ſenſiſſe Hieron. Magon. in dicta deciſ. 52. ante & poſt numerũ tertiumdecimum.

Contrarium tamen ſuſtinendo dici poſſet, verum eſſe præſumptionem poſſe cõtraria præſumptione elidi atque proſterni, nam ſicut clauus clauo truditur, ita vna præſumptio tollit alteram, vulg. l. Diuus, ff. de in integr. reſtit. minſed præſumptio vt tollat, debet eſſe fortior, & duæ tollunt vnã, & quòd præſumptio hæc pie-
23 tatis intuitu † inducta non ſic de facili eradicetur, ſed contraria debeat eſſe clara & expreſſa per verba teſtatoris, ſcribit Pinel. in l. 3. nu. 27. C. de bon. matern. hæc autem de verbis reſtrictiuis inanis videtur, nam Interpretes loquuntur cum fuit facta inſtitutio in vita tantum, hæc verò fuit facta finita vita, quæ verba æquipol-
24 lent † verbis poſt mortem, l. Titia, §. Titia cum nuberet, ff. de legat. ſecundo, quod ſi admittendum erit, vtique verba reſtrictiua antedicta nihil deſeruient ad inducendam contrariam mentis præſumptionem, Superfluitas inſuper tole-
25 ratur, quando ad maiorem dilucidationem † adijcitur, vt per Andr. Tiraquell. de retract. conſangu. §. 21. gloſſ. 1. num. 5. 6. & 7. Franc. Mant. in d. tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. titu. 7. num. 16. Hieronym. Gabriel. conſ. 10. Vulgatũ eſt, num. 13. lib. 2. conſil. 106. Opinio Baldi, nume. 31. & clarius, conſ. 69. Quoad primam quæſtionem, num. 47. eod. volum. poſt Corn. conſ. 296. In hac conſultatione, colum. ſecunda, ante num. ſecundũ, lib. primo, l. quæ dubitationis, l. non ſolent, ff. de reg. iur.

Secundò affertur, coniecturam prædictam ex d. l. cum auus, obuenire, nam ſi de nepotibus teſtator cogitaſſet, non eſt veriſimile talem ſe facturum ſubſtitutionem, vnde colligunt Do-
26 ctores † diſpoſitioni ex ea reſultanti locum nõ eſſe, vbi de ijs cogitaſſet, qui vellent virtute ſub intellectæ conditionis includi atque comprehendi, Sed Frãciſcus teſtator cogitauit de iſtis filijs Brunę, cogitaſſeque veriſimile eſt, vt enim de filijs naſcituris ex Heliſabet dixit, & ſic de nepotibus, ita pariter de pronepotibus & alijs deinceps exprimere potuiſſet, vt expreſſiſſet ſi illos includi exoptaſſet, igitur cum non meminerit & cogitauerit, eius diſpoſitio ad nominatos tantum erit reſtringenda, argum. l. vnic. §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen. ad quod facit tex. in d. l. generaliter, §. cum autem, ibi, Intelligendum eſt, non eſſe ueriſimile quòd ſi de liberis cogitauerit, ad idemque tendit illa
27 opinio † qua concluditur, ſupplendam nõ eſſe conditionem iſtam quando filij iam nati erant tempore quo teſtator ſuum teſtamentum ordi-

nauit,

nauit,quam tenuerunt Caſtren.in d.l.cum acutiſſimi,num.6.Ludouic. Roman. conſ. 370. In propoſita conſultatione,num.3.Socin.in hac l. cum auus,nu.78. cum adductis per Iacob. Menoch.d.lib.4.præſumpt.89.nu.79. verſic. Hac comprobata opinione. Licet ipſe contrarium ſenſerit,de quo tamen alibi.

Sed reſponderi poſſe videtur,non benè colligi vel inferri cogitationẽ teſtatoris ex eo tantum,quòd de naſcituris ex Heliſabet cogitauerit, imò veriſimile eſt,quòd ſi cogitaſſet de iſtis vlterioribus idẽ dixiſſet vt de nepotibus, quos prætuliſſet pari eademque ratione dictis Bartholomæo & Leonardo trãſuerſalibus, argum. gloſſ.in dicta l.cum acutiſſimi,& intrat l.tale pactum,in fin.iunct.gloſſ.ff.de pact.& l.Lucius,§. Titius,ff. hoc titu. ratioque d.l.cum acutiſſimi, cum generalis ſit, & in lege ipſa expreſſa, argui
28 † ex ea poteſt etiam in exorbitãtibus ad excluſionem dicti tranſuerſalis ſubſtituti, l.his ſolis, C.de reuoc.donat. gloſſ. in l.vnic. C. de ijs qui ante apert.tabul.Bart.in l.ſi conſtante, nu.43. vbi Iaſ.num.79.& Franc.Rip.num.80.ff.ſolut. matrim. quanquam dubitari poſſit de veritate dictæ opinionis Caſtrenſis Romani & aliorum vt latè diſſeruimus.

Tertiò,illa ratio vrgere conſpicitur, nam ſicut cum teſtator inſtitutis duobus filijs eos grauauit reſtituere, ſed in ſubſtitutione vnius adiecit conditionem ſi deceſſerit ſine filijs iam natis,in ſubſtitutione alteri facta nihil dixit, non
29 ſuppletur conditio † in perſonam alterius, vt per Paul.de Caſtr. in hac l.cum auus, vbi Soc. num.38.Dec.conſ.581. Viſo puncto, nume.5. Pariſ.conſ.21.Omne ius & omnis æquitas,nume.20.lib.4.Hieronym.Grat.conſi.5.Etſi hoc reſponſum,num.6.lib. ſecundo, Curt.iun.conſil.33.Præſupponitur in facto,num.6.& 11.Socin.iun.conſ.128. Præſentis conſultationis materia,num.38.lib.primo,cum alijs multis ea ſanè ratione:quia dum poſuit in conditione nepotes ex vno ipſorum filiorum, dicitur alios alterius filij ponere noluiſſe,cum ſi voluiſſet eos nominare facile id aſſequi valuiſſet, ita in propoſito;nam de nepotibus locutus fuit tam natis quã naſcituris & de pronepotibus nequaquam, videtur eos conſulto inuoluiſſe ſilentio.

Reijci autem eadem ratio poteſt,conſiderando ipſam de facili in diuerſis ac ſeparatis perſonis filiorum intrare poſſe,nam ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio, l. Papinianus exuli, ff. de min. in caſu verò iſto diuerſum certè eſt,ſumus enim in deſcendentibus ex eadem perſona ſiue filia quam dilexit, vnde videtur dilexiſſe omnem eius poſteritatem,d.l. cum acutiſſimi, quoniam vt nepotes ex ſanguine ita pronepotes proueniunt in quibus viget illa pietas, & charitas per dictas leges conſiderata, l. à Titio, ff. de verborum obligatione.

Quartò conſiderandum eſt, dictas leges
30 † inducentes ſubauditionem tacitæ conditionis exorbitantes eſſe vt dixit Ioan. de Imol. in l.filio præterito, ff.de iniuſt.rupt. teſtam. Dec. conſil.416.In teſtamento, colum. ſecunda, & voluit Franc. Aretin. in d.l.generaliter,§. cum autem,ad fin.ideo extenſionem non recipiunt, Paul.de Caſtr.d.conſ.14.Si contingat, colum. fin.lib.primo, vnde cum de ſubſtitutione abſolutè ac ſimpliciter poſt mortem facta loquantur, ad caſum vbi ſubſtitutio finita vita reperitur concepta non debent protendi neque ampliari,cũ ampliationes quas recipere debebant ab Imperatore receperint, l. quod verò, ff. de legibus.

Hoc fundamentum de extenſione debile admodum videtur,nam hæc nõ cenſebitur extenſio ſed magis ſubſtantialis & intrinſeca comprehenſio,ob identitatem verborum vt ſupra oſtẽſam,ex d.l.Titia cum teſtamento,§. Titia cum nuberet, ac etiã ob amoris & rationis eandem eſſentiam,& quidditatem,dicũtur enim hi pronepotes ſoboles teſtatoris eiuſdemque ſucceſſio,ad quos quidem pronepotes deſcendentesque in infinitum,l.cum auus,extẽſa fuit,vt periniquum ſit hanc optimam & piam extenſionẽ reſtringere ex nimia ac ſcrupuloſa ſubtilitate verborum, quæ magis impietatem ac iniquitatem quandam præ ſe ferre videtur contra intentionem Iuſtiniani & mentem veriſimilem teſtatoris,quamuis enim d.l. cum auus, exorbitans
31 ſit,dum naturali pietati innititur,fauorem† nõ expellit,vt alibi dictum fuit.

Quintò adijcitur,nam (vt aſſerunt) ratio ex qua Imperator motus fuit ad ampliandum dictam l.cum auus,in admittendo pronepotes & proneptes illa eſt, Ne inquam uideatur teſtator alienas ſucceſſiones proprijs anteponere, ut in d.l.cum acutiſſimi,in fin. ſed iſti pronepotes conſiderantur ut aliena ſucceſſio, quandoquidem proueniunt ex radice quæ ex ſtatuto excluderetur, ideo non debent admitti in præiudicium propriæ ſucceſſionis ità conſideratæ reſpectu agnatorum quos teſtator uocauit finita linea filiæ & eius filiorum natorum ac naſciturorum utriuſque ſexus ad quas ſe reſtrinxit.
32 Et quòd filia non diceretur poſita † in conditione à teſtatore ut excludat ſubſtitutũ à quo ipſa excluderetur ſi eſſet locus ſucceſſioni ab inteſtato ſecũdum ſtatuti diſpoſitionem, ſcripſit Caſtrenſ.conſ.409. Caſus iſte frequenter contingit,lib. ſecundo, & in hac l.cum auus, num. 6.cum adductis per Iacob Menoch. in d. lib.4. præſumpt.89. nu. 106. quos atque alios in his Commentarijs longa ſerie diligentique fortaſsè calculo recenſui. Nec obſtat ſi diceretur dictam communem concluſionem potuiſſe non infeli-

infeliciter conſiderari in mediumque afferri, niſi filia fuiſſet à patre admiſſa ad ſuccedẽdumque habilitata, quam vti propriam ſucceſſionẽ non vt extrancã di judicãt vna cum ſuis filijs natis & naſcituris, cum iſta habilitatio nõ debeat extendi vltra limites prẽfixos ab ipſo teſtatore, & ſic nõ debet extendi vltra nepotes, cum in vlterioribus nõ videatur à ſtatuto receſſiſſe, dum
33 ſuos agnatos vocauit, quos fruſtra † quodammodo vocaſſet, ſi in infinitum de quibuſcũque ex filia ſucceſſoribus intellexiſſet, quod non eſt dicendum, Alexand. conſ. 81. Viſa conſultatione, numero ſecundo, lib. 6. Ruin. conſ. 57. Primò quæritur, num. 6. lib. tertio, res enim de facili ad priſtinũ redit, & in ſuo proprio eſſe conſeruatur, l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis, & ita fauore agnationis debemus interpretari, argum. l. pronunciatio, ff. de verbor. ſign. cum ſimilib.

Verum inhærendo alteri parti, huic rationi de ſtatuto in terminis dicti conſilij Caſtrenſis
34 † reſponderi poſſe, hoc ſtatutum S. Geminiani aliquid non operari, cum non excludat Heliſabettam ab hæreditate grauati, ſed tantum ab hæreditate Franciſci grauantis, vt voluere, Alexand. conſ. 38. Perſpectis, nu. ſeptimo, lib. ſexto, Socin. ſen. conſ. 55. Viſis conſiliis, in fi. lib. tertio. Ioan. Cephal. conſ. 45. Magnificus D. Ioannes Franciſcus, num. 9. & 4. conſil. 46. Adhuc videtur, num. 19. & 50. lib. primo, Fran. Marzar. conſil. 8. Proponitur punctus, num. 15. verſic. Et intelligendum eſt, vbi multos refert, Tob. Nonius, conſ. 29. Conſtantius, num. 25. verſ. Non obſtat demum, vt alios præteream.

35 In illo ego eram voto † circa præſentis cauſę acerrimam diſcuſſionem eiuſque tandem maturam deciſionem, vt excluſis pronepotibus ex filia quę per ſtatutũ ab inteſtato excludebatur, Bartholomæus agnatus admitteretur, Mouebar Primò ex verbis illis reſtrictiuis, & perſonas nominatas limitantibus, apparebat ſiquidem teſtatorem noluiſſe alias perſonas includi, inculcando ac repetendo dictiones, eorum, vt ſupra nominatorum, & ſupraſcriptæ, vt hinc reſultaret vehemens & enixa teſtantis intentio ac voluntas vt non cenſerentur alij vocati exceptis ſupra nominatis; circa quas dictiones conſiderandum eſt ipſas non fuiſſe appoſitas vni perſonæ inſtitutæ & ſic Dominæ Heliſabet, ſed etiam eius filijs natis & naſcituris maſculis, & fęminis, quorum vita finita, fuerunt vocati Bartholomæus & Leonardus agnati ac nepotes ex Antonio fratre, cum igitur ipſe teſtator conſiderauerit plures gradus, non eſt facienda extenſio ad vlteriores ne inducamus infinitatem contra verba expreſſa & contra mentem, nam infinitas
36 † vitanda eſt, l. qui bona, §. fin. cum materia, ff. de damn. infect. & l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt, Alexand. conſ. 16. Breuiter in caſu præmiſſo, num. 9. verſic. Accedant iura, lib. 4. Et quòd ſtante diſpoſitione reſtrictiua, l. cũ auus, non vendicet ſibi locum, tenuit Rota in d. cauſa Rondinellia, die 30. Decemb. 1587. lib. 53. Motiuorum, fol. 583.

Secundò, nam inſtitutione reſtricta ad uitã tantum, reſultat quòd teſtator dictas perſonas nominatas noluit diligere poſt mortem, & qua ratione ſubſtitutos inſtitutis prædilexit, pari ratione etiam eorum poſteritati prædilexiſſe cenſetur, arg. gl. in d. l. cum acutiſſimi, nam illa uer
37 ba in uita tantum, uel finita uita eorum † ut ſupra nominatorum, fauore ſubſtitutorum adiecta uidentur, argum. not. per Bart. in d. l. quoties, §. ſi duo, colum. 2. in fin. & num. 6. ff. de hęr redib. inſtit.

Tertiò, ex vltima ratione in dicto tertio corollario per me adducta, quòd quando relictũ reſtringitur ad vitam illius cui relinquitur, tunc ille poſt mortem reſtituere grauatus non cenſetur, ſed tale relictum reſoluitur, l. fin. C. de legat. vbi not. & traditur in d. l. Titia cum teſtamento, §. fin. de leg. 2. Sed l. cum auus, ac ſimiles quando inſtituti onere fideicommiſſi grauati ſunt loquuntur, vt per Bar. in l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Trebell. igitur iſto caſu quo filij & nepotes nõ ſunt grauati, ſed relictum poſt mortem reſoluitur nequaquam loquuntur.

Quartò per coniecturam ex ſtatuto Geminiancnſi deſumptam, cui non obſtat quòd ſtatutum debeat intelligi ſi ſubſtitutus agnatus aliàs excluderet fœminam ſiue neptem ab hæreditate non grauantis, ſed grauati vt Alexander de Imola & alij permulti crediderunt, Nam dicta opinio uera non eſt, aliud enim eſt quærere an per fideicõmiſſum ſuccedatur teſtatori grauãti an verò grauato, ab eo quod quærimus an
38 in coniecturanda mente teſtatoris † grauantis perſonam & affectionem debeamus inſpicere, nam grauantis affectio attenditur, vt conſtat ex not. per Bart. in l. peto, §. fratre, nume. primo, verſic. Sed quæro, ff. de leg. 2. & in l. ſi cognatis, num. 2. ff. de reb. dub. Iaſ. conſ. 159. In præſenti conſultatione, nu. primo, lib. quarto, Ioan. Cephal. conſ. 306. Conſultatio frequens eſt, in fin. num. 122. lib. tertio, Iacob. Menoch. conſ. 95. Etſi doctè, num. 70. verſic. Tertia obijcitur difficultas, lib. primo, Socin. iun. conſ. 168. Præſentis conſultationis reſolutio, num. 73. lib. ſecundo. Et quòd ſufficiat ſtatutum excluſiuum ab
39 hæreditate grauantis † & non grauati. Bart. in in l. hæredi mei, §. cum ita, num. 4. ff. ad Trebel. quem ſic interpretatus fuit Soc. ſen. conſ. 249. Materia præſentis conſultationis, num. 20. lib. ſecundo, Paul. de Caſt. d. conſ. 409. num. ſecundo, lib. ſecundo, Alex. conſ. 15. Viſo teſtamento, in fin. num. ſeptimo, lib. quarto, & ne omnes

memo-

memorem ſufficiat allegaſſe Iaſon. conſ. 215. Ex Valentia ciuitate, colum. prima, lib. ſecũdo, conſ. 159. In præſenti conſultatione, colum. 1. lib. 4. vbi communem opinionem eſſe ſcribit, Peregrin. in tractat. de fideicommiſſ. artic. 25. ſub num. 39.

Quintò arridebat plurimum illa ratio, vt teſtator excluſerit iſtos pronepotes cum de naſcituris cogitauerit, argum. d. l. cum acutiſſimi, in
40 fin. & quòd cogitatio in genere ſaltem † ſufficiat, tradit præclariſſimus Iuriſconſ. Dominus Syluester Aldobrandin. conſ. 109. ſub nume. 23. verſ. Secundò reſpondetur. Nõ obſtat tex. in d. l. Titia cum teſtamento, §. fin. vt idem ſit inſtituere in vita tantum, vel grauare poſt mortẽ, aut ſubſtituere finita vita, nam optimè aduerſus opinionem Aduocatorum Florentinorum, & Bartholomæi Socini in tertio corrollario reſponſum extitit, vt nõ expediat iterum reſpondere.

Et ſecundum iſtam iuridicam veramque reſolutionem fuit facta & tranſmiſſa relatio Dominis legum Conſeruatoribus Inclytæ Ciuitatis Florentiæ, die decima Decembris, 1596. qui hanc nobis cauſam ad referendum demandarunt, ſicut per Magiſtratus omnes paſſim fieri aſſolet, qui trium Iudicum vltimarum appellationum Rotæ ſtabili voto & firmo cõſilio ad terminandas lites coram ipſis vertentes ſecurè libereque vtuntur. Fuit dictæ cauſæ relator
41 † perilluſt. Dominus ALOISIVS SOLTIA Nobilis Bergomenſis & Celeberrimus Iuriſconſultus, hic ille eſt Soltia, qui morum ſuauitate, ſcientia & animi generoſitate velut Sol ſul gentiſſimus eminens rutilat & coruſcat, quas etenim uirtutes in multis diuiſim cernere fas eſt, cum ut Polydamus audacem Hectorem apud Homerum lib. 14. Iliadis alloquebatur,

Ἔνθορ, ἀμὴ χειρὸς ἔως παραρ' ἠπύοισι πιθέσθαι.
Οὐδὲ καὶ ὧδε σοὶ θεὸς πολεμήια ἔργα.
Τύνηνα μὲν βουλὴν ἐθέλεις παράδμεναι ἄλλων.
Ἀλλ' ἔπεσ' ἅμα πάντα δυώσεται αὐτὸς ἰλίσθαι.
Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήια ἔργα.
Ἄλλῳ δ' ὀρχηστυὶ, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν.
Ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσι τίθει νόον εὐρύοπα Ζεύς.
Ἐσθλὰ, τῷ δέ τε πολλοὶ ἐπωφελέουσιν ἄνθρωποι.

in hoc Patricio & nobiliſſimo viro coniunctim omnes conſpiciuntur, vt maximi Iuriſconſulti Alberici Roſati pariter Bergomen. gloriam nõ modo æquarit, ſed ingenti omnium cum admiratione fortaſſe ſuperarit: Cumque ſummis laudibus floridiſque ornamentis dignus ſit, quid exilibus uerbis nunc aſſequar, ſi ſummorum oratorum neruis & eloquentia opus eſſet ad præſtantiſſimi Doctoris encomium aliqua ex parte concipiendum? rogabo igitur Charites, Muſas, ipſumque Apollinem, ut SOLTIAE uirtutes quibus Cælorum fauore prefulget extollant omnibusque numeris proſequantur, ac ſigillatim eius animi integritatem conſtantiam in foroque rectè terminandis cauſis iuſtum iudicium: quid mirum ſi Sereniſſimo FERDINANDO MEDICEO Magno Hetruriæ Duci iuſtiſſimo Principi, ſi Florẽtiæ, ſi ipſi toti Hetruriæ, ſi bonis viris oĩbus gratiſſimus & excelſus in omni illuſtri negociorum genere ſit viſus atque habitus? hoc efficit præclara virtus, hoc vetuſta nobilitas gignit, hoc incorrupta mens ſuadet, vt nuſquam ALOISII ſupremi Iuriſcõſulti nomen intereat, ſed apud omnes gentes euectum futuris ſęculis vigeat, O Iuriſprudentiæ decus, O Patriæ eminens gloria, O Soltiæ familię æternum ac uerum nobilitatis ſimul & uirtutis teſtimonium.

HYPOTHESIS.

Concluſionem huius contextus vbi ſubſtitutio poſt mortem inſtituti fieret validam eſſe, ſecus ergo in fideicommiſſo purè iniuncto: Item ſi filius in vita puta poſt annum reſtituere rogaretur: Nec in fideicommiſſo conditionali ubi conditio in vita purificari poſſet: Minus in caſu Bart. in l. 1. nu. 9. ff. de iur. codicill. Vlterius d. l. ſi vnquam, ſi donans de liberis cogitauerit conquieſcere: Denique l. ſi is qui ducenta, §. item ſi pater, ff. de reb. dub. ac d. l. generaliter, §. cum autẽ, ſuis ſenſibus reſtitui.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, diſpoſitionem, vbi ſubſtitutio poſt mortem inſtituti fieret, locum habere, ex eademque Aemilij Pauli reſponſo dictam l. generaliter, §. cum autem, vt ius nouum ſic interpretari, num. 2.*

3 *L. cum auus, diſpoſitionem in fideicommiſſo purè iniuncto non procedere.*

4 *L. cum auus, ſi filius in vita puta poſt annum reſtituere rogaretur, ſibi locum non vendicare.*

5 *L. cum auus, ſub conditionem, in fideicommiſſo conditionali cum in vita conditio purificari poſſet inefficacem eſſe.*

6 *L. cum auus, diſpoſitionem extraneo herede inſtituto ac filio preterito, clauſula codicillari adiecta, quo caſu filius ab inteſtato ſuccedens teneatur extraneo hereditatem reſtituere, non ſubintelligi.*

7 *Primam charitatem à ſe ipſo incipere, ſecundariò autem erga filios verſari.*

8 *L. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. ſi de liberis donãs cogitauerit quieſcere: deque eadem lege multa afferri, nu. 9.*

Labenis

10 *Labeonis Iuriſconſulti pulcherrimum reſponſum Auguſto datum indicari.*

11 *Patrem alimenta filio præſtare cum ipſe non habet vnde ſe alat, nequaquam teneri.*

12 *Subſtitutionem vulgarem filio ac filia factam, ſi filius aut filia hæres non erit, altero non exiſtente hærede, non admitti.*

13 *Alternatiuæ alteram partem veram eſſe ſufficere.*

14 *L. ſi is qui decem, §. item ſi pater, ff. de reb. dub. interpretari.*

15 *L. generaliter, in princ. C. de inſtitut. & ſubſtit. intelligi.*

CAP. XVII.

1 EX eodem huius legis contextu ſecundò colligitur, eius diſpoſitionem † cum ſubſtitutio poſt mortem inſtituti fit, locum habere: vt ibi, Infra annum trigeſimum moreretur hæreditatem reſtitueret, & notatur in d.l. cum acutiſſimi, ibi Et reſtitutionis poſt mortem oneri ſubegit. Vnde neceſſario ſequitur, quòd cum noua lex ex veteri interpretationem hauriat, l. nam & poſteriores, ff. de legib. cumque expreſſa in lege interpretata, in lege interpretãte repetita cenſeantur, l. nihil, vbi Bar. ff. de coniũg. cum emãcip. liberis, quamuis text. in d.l. generaliter, §. cum autem, ſimpliciter de fideicommiſſo à deſcendente relicto loquatur,
2 debet tamen † quando poſt mortem inſtituti relictum eſt intelligi, cum lex noua ſit veteris interpretatiua, & ita firmiter hic colum. 14. in illatione ſecundæ concluſionis Socinus ſcribit.

Ex ſecunda concluſione iſta quattuor corollaria eliciuntur, Primum, ipſam l. cum auus, nõ procedere, cum fideicommiſſum purè iniunctũ
3 † eſſet, iuxta gloſſ. communiter approbatam in d.l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell. ita etiam voluit gloſſ. communi etiam calculo recepta in d.l. cum acutiſſimi, eandemque opinionẽ tenent, Cyn. in d.l. precibus, Oldrad. Alberic. & cæteri, in d. §. cum autem, Bald. in Authen. niſi rogati, num. 20. verſic. Item quæro, C. ad Treb. Paul. de Caſtr. & Raph. Cuman. hic, vbi Socin. de communi omniũ opinione atteſtatur, Ang. Aretin. in tract. de teſtam. gloſ. 79. poſt num. 8. Anton. Gomes. in commentar. variſque reſol. iur. ciuil. tom. 1. de vlt. vol. cap. 5. de fideicom. ſubſtit. num. 37. verſ. Tertiò principaliter, Simon de Pretis in tract. de interpr. vltim. volun. lib. 3. dubit. 3. ſolut. 2. poſt nume. 14. fol. 311. Petr. Gregor. in Syntagm. iuris, part. 3. lib. 42. cap. 30. ſub num. 3. Pariſ. conſ. 19. Ad reſolutionem, num. 97. lib. ſecundo, ob rationem quæ à contrario ſenſu gloſſæ in d.l. cum acutiſſimi, aſſumitur, quo enim propoſito ſubſtitutum filio in vita prætulit, pari ratione nepotibus prætuliſſe cenſetur, l. Lucius, ff. de hæred. inſtit.

Secundum, eiuſdem legis tacitam conditionem †recedere, cum filius reſtituere in vita,
4 puta poſt annum rogaretur, ſecundum Bartol. hic, arg. eiuſdem gloſſ. d.l. cum acutiſſimi, & l. ſi viua matre, C. de bon. matern. quem Raphael Cumanus, & Paulus Caſtrenſis ſequuntur, idẽ quoque tenent, Oldr. Alberic. & Angel. in d. §. cum autem, ab ipſoque Angelo in ſimili allegatur text. in d.l. liberto, §. filium, ff. de ann. legat. Bald. in Authen. niſi rogati, num. 20. Andr. Barbat. in d. l. cum acutiſſimi, colum. penult. licet etiam pro contraria parte allegetur, Io. Maria Riminald. in l. 1. in 1. glo. colum. ſecunda, verſ. Nec placet quod dicit Imola, C. de pact. pluresque allegat Anton. Gabriel. lib. 4. de fideicommiſſ. concluſ. 2. num. 42. in 2. limit. Guliel. de Benedict. in rep. cap. Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur, nu. 12. verſ. Et idem eſſet, extr. de teſtam. Emanuel Coſta in rep. c. ſi pater, in prima part. pariter in verb. Si abſque liberis, num. vndecimo, eod. tit. in 6. Pariſ. conſ. 19. Ad reſolutionem, nu. 97. de communi opin. atteſtans, d. lib. ſecundo, Carol. Ruin. conſ. 77. In facto proponitur, colum. fin. poſt nume. 15. verſic. Et ſimiliter non obſtat, & is, lib. ſecũdo, Petr. Gregor. in Syntagm. iuris, d. part. 3. libro 42. cap. 30. ſub num. tertio, Simon de Pretis in tract. de interp. vltim. volun. lib. tertio, dubit. 3. ſolut. 2. poſt nume. 14. fol. 311. Iacob. Menoch. conſ. 95. Etſi doctè, num. 89. lib. 1.

Tertium, hãc ſubintellectam conditionem, in fideicommiſſo † conditionali cum in vita po
5 teſt conditio purificari non procedere, vt concludit Raph. Cuman. hic, & ideo ſecundum Socinum licet fideicommiſſum poſt mortem grauati iniunctum iſtam tacitam cõditionem in ſe habeat, tamen ſecus eſt quando poſt mortem alterius quàm grauati iniunctum eſſet, iuxt. l. extraneum, ſecundum vnam intelligentiam, C. de hæred. inſtit. & facit l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Trebell. iſtudque tertium corollariũ comprobant, idem Soci. ſen. conſ. 6. In præſenti conſultatione videtur, num. 8. verſic. Quoniam d.l. cum acutiſſimi, lib. 3. Socin. iun. conſ. 126. Maxima profectò, num. 17. verſ. Ad ſecundum, lib. 1. Carol. Ruin. conſ. 109. Videtur omnino, num. 17. lib. 2. conſil. 168. Viſo, ac perlecto teſtamento, num. 30. verſic. Præterea dicta conditio tacita, lib. tertio, Pariſ. d. conſil. 19. Ad reſolutionem, colum. decima, nume. 96. verſic. Et quòd iſtud appareat, libro ſecundo, Iacob. Menoch. dicto conſil. 95. Etſi doctè, nume. 89. lib. primo, Anton. Gabriel. lib. quarto, de fideicommiſſ. concl. 2. nu. 66. limit. 7. videndusque eſt Franc. Burſat. conſ. 13. In omnibus, in 3. quæſt. num. 51. & 76.

Quartum,

Quartum, vltimumque corollarium eſt, ex-
6 tranco hærede †inſtituto, ac filio præterito, clau ſula codicillari adiecta, quo caſu filius ab inteſtato ſuccedens tenetur extraneo hæreditatem reſtituere, iuxt. not. per Bart. in l. prima, nume. nono, ff. de iur. codicill. tacitam hanc conditio nem non ſubintelligi, ex quo enim incontinen ti reſtituere tenetur, locus fideicommiſſo eſt, etiam ſi filios habuerit, Tria tamen præceden-tia corrollaria ex dicto ſecundo notabili deſum pta impugnare Sócinus conabatur, Primò ex notatis per Benedictum de Plumbino in dicto §. cum autem, cuius inductioni, in tertio corol lario ſecundę concluſionis, cum reſponſum fue rit, non inſiſtam.

Vnde non obſtat ſi ſecundò diceretur, quòd quando quis purè inter viuos donat, ſibi dona tarium vult in re donata præferri, cum autem cauſa mortis donat poſt mortem, potius ipſe vult habere, quam donatarium, l. prima, ff. de donat. cauſ. mort. & tamen cum quis inter vi-uos donat, quo caſu donatarium in pura dona tione ſibi præfert, non cenſetur liberis ſuis poſte a ſuſceptis eum præferri voluiſſe, illis nan-que progenitis donatio reuocatur, l. ſi vnquam C. de reuocan. donat. Propterea illa ratio ſub-uerti videtur, vt qua ratione ſubſtitutum filio prætulit, pariter & nepotibus: cum enim pri-
7 ma charitas †ac pietas à ſe ipſo incipiat, l. preſes, C. de ſeru. & aqua, & deinde ſecundario-que erga filios verſetur, l. iſti quidem, ff. quod met. cauſ. licet ſibi donator prætulerit donata-rium, non cenſetur ſuis filijs prætuliſſe, pa-ri igitur ratione, licet ſubſtitutum filijs præ-tulerit, non tamen prætuliſſe nepotibus cen-ſetur.

Cum ex Philippo Decio in d. l. generaliter, poſt num. 12. poſſet ita reſponderi, quòd in di cta l. ſi vnquam, de voluntate donatoris appa-reat, qui liberalitatem quo ad voluit exercere, de liberis non cogitando, ſecus ſi de liberis co-
8 gitaſſet, non enim locus † tunc d. l. ſi vnquam, daretur, vt not. Bart. in l. Titia, §. Imperator Alexander, num. octauo, ff. de leg. ſecundo, & in l. 1. colum. ſecunda, verſic. Tamen vt ego re-ſpondeam, vbi etiam Bald. in fin. verſic. De-mum quæro, C. de inoffic. donat. idem Bald. conſil. 306. Caſus quæſtionis, colum. ſecunda, num. ſecundo, verſ. Secundum motiuum, lib. ſecundo, Ioan. de Imol. in c. fin. colum. ſexta, verſ. Item attende, & colum. 11. verſic. Quærit quid in donatione, extr. de donat. Angel. in §. Iiue igitur, colum. 4. in Authent. vt cum de ap-pell. cognoſc. Com. conſil. 15. Ex quo dictus Franciſcus, colum. tertia, ante num. tertiũ, ver-ſic. Non enim reuocatur, lib. primo, conſil. 11. In præſenti conſultatione, colum. penul. num. 25. verſ. Nec obſtat, lib. tertio, Socin. ſen. conſ. 116. In cauſa filiorum, colum. penul. ante num. octauũ, verſic. Videmus etiam, lib. 3. conſ. 53. Viſo inſtrumento, colum. tertia, num. 7. verſic. Secundò reſpondetur, lib. quarto, Iaſon. conſil. 125. Bartholomæus, colum. tertia, verſic. Han-dem opinionem, lib. quarto, Dec. conſil. 366. Pro declaratione, colum. tertia, ante nu. ſextũ, verſic. Secundò præmittendum, Pariſ. conſil. 26. Ex tenore, num. 79. verſic. Non obſtat pro-genies noua, de communi opinione atteſtans, lib. ſecundo, Carol. Ruin. conſil. 98. Viſa renun ciatione, num. 16. lib. primo, conſil. 170. De tri. bus, num. tertio, conſil. 173. Quæritur primò, eodem volum. conſil. 131. In themate proponi tur, num. decimo, lib. tertio, rurſus Dec. in l. pri ma, nu. decimo. C. de pact. vbi Vbert. Zuchar. num. 31. Socin. iun. conſil. 67. Prima, num. 51. & 52. vbi de communi meminit, conſ. 79. Per-ſpectis omnibus, nu. 24. lib. ſecundo, conſ. 83. Multa & varia, num. 17. lib. tertio, Marc. Mant. conſil. 164. Super articulis, num. 16. Io. Ceph. conſil. 94. In præſenti caſu, num. nono, lib. pri-mo, Natt. conſ. 125. Difficultas præſentis con-ſultationis, num. primo, & ſecundo, lib. primo, Iacob. Mandell. Albenſ. conſ. 102. Ea quæ ſcri-pſi, num. ſecundo, cõmunem opin. eſſe ſcribẽs, ipſamque limitans niſi cogitatio omnino nega tiua eſſet, ideſt niſi donator ſe nõ ſuſcepturum liberos exiſtimaret, omni ſpe illos ſuſcipiendi deſtitutus, poſt Soc. ſen. conſil. 126. Viſum fuit primò, colum. tertia, nu. quarto, verſic. Ex qui-bus etiã, lib. tertio, prędictæque opin. congruũt tradita per Oldr. cõſ. 238. Cũ mulier donatrix, in prin. conſil. 278. licet quantum, in 3. dub. nu. octauo, & Ludouic. Roman. conſ. 26. Pro deci-ſione, colum. ſecunda, in 3. quæſt. ſed in quæ-ſtione propoſita de filio grauato cogitauit quẽ in vita excluſit, vnde ſi proprium filium voluit excludere, à fortiori nepotes prout Doctores inquiunt.

Sed Decius obiectum Socini non conuellit, qui argumẽtationem à prædilectione ad prælationem inducendam aſſumit, à fortiorique gra duum propinquitate ac longinquitate perpẽſa argumentatur, clarum enim eſt, donatorem vo luiſſe liberalitatem exercere, in huiuſmodique exercitio negari nequit in uita donatarium præ tuliſſe, & licet prima charitas à ſeipſo incipiat, tamen reuocationem ex filiorum perſona non tollit: proinde quemadmodum de ſe cogitans non cenſetur filios excluſiſſe, ita ſubſtitutum li beris præferens, qui in remotiori pietatis gradu reperitur, de illisque cogitans non uidetur ne-potes excluſiſſe, & utroque caſu de liberis in do natione, ac nepotibus in ſubſtitutione, cogita-tum non fuiſſe præſupponitur.

Poſſet itaque alio modo reſpõderi, q̃ iſto ca ſu, ex eo non liceat de donatione ad ſubſtitutio

nem, descendente in uita, uel ad tẽpus instituto argumentari, cum donans etsi donatarium sibi in uita prædiligat, non tamen ulterius quærit, aut disponit, sed liberis carens liberalitate illa vtitur, qui quidem actus terminatur, nec aliud additum fuit, ut conijci possit quin si de liberis cogitasset à liberalitate illa se abstinuisset, ad tollendam eliminandamque dispositionem d. l. si vnquam, vt susceptis postea liberis reuocatio sequatur, & quamuis prędilectio in vita fuerit, in futurum tamen tractum successiuum post
9 donantis mortem retinet, cum † ex alio non sit vis ac ratio dictæ l. si vnquam, sublata aut elisa: hic verò in vita instituit, vel ad aliud tẽpus certum, vlteriusque progrediens, in vita substituendo prædilexit, qui quidem actus conjecturatam legis dispositionem postea impedit, dicta l. Lucius, & d. l. si viua matre, interpositio itaque in vita vnius prædilectæ personæ, diuersam terminorum rationem reddit, & ita tutius respondetur.

Nec Socino assentiẽdum est, dum de primo in se, & secundo in liberos pietatis ordine in proposito argumentatur, dict. l. præses, & dict. l. isti quidem, cum attenta identitate personæ alibi trahamur, maximè cum in diuersa materia diuersisque personis Claudius Imperator in illo textu loquatur, vt non sit ad causam filiorum trahendus, quæ potior sui ipsius arbitratur ex dict. l. isti quidem, in contrarium allegata, ac superius declaraui. Propterea La-
10 beo Iurisconsultus †cum aperte Augustum Imper. damnaret, interrogatus vnde tantam audaciam assumeret, respondit quòd naturæ beneficio esset senex filiosque non haberet. Maximè cum in successionibus parentum primum votum in liberos protendatur, l. prima, C. de his qui ante apert. tab. pro quibus diuitias omni ope & industria parare moliuntur.

Non obstat quod voluit Salycet. in dict l.
11 præses, patrem scilicet ad alimenta filio † non teneri, cum illa ad se ipsum alendum sufficientia non habet, cum ius compulsionis tangat potius, quàm pietatis naturalisque instinctus, quo pater velut auis illa Aegyptia ex pectore pro alendis liberis sanguinem funderet.

Vltimò non refragatur text. cum gloss. in l. si is qui ducenta, §. item si pater, ff. de rebus dub. vbi Bartol. quod si substitutio vulgaris
12 filio ac filiæ facta † reperiatur, si filius aut filia hæres non erit, de proprietate sermonis altero non existente hærede substitutio admitti deberet, ad veritatem enim alternatiuæ sufficit alteram partem veram esse, l. si hæredi plures, ff. de condi. instit. & tamen in dicto §. si pater, ob votum parentum, & dictæ l. cum acutissimi, rationem, contrarium deciditur, & sic pietatis ratio ac præcitatæ legis, in pura dispositione militare etiam dignoscitur.

Nam respondetur Primò, quòd in dicto §. item si pater, ideo substitutus excluditur, quia propter primam dispositionem præambulam ante substitutionem conceptam, de mente testatoris constat, quòd si solus masculus nasceretur totum haberet, ac similiter si sola fœmina; & per consequens videtur, si ambo nascantur pariter admittantur, argumen. l. si ita scriptum, in princip. ff. de liber. & posthum. proinde per substitutionem postea alternatiuè factam in forma de qua ibi, non est verisimile testatorem voluisse substitutũ nato masculo vocare, licet fœmina non nascatur; Sed vbi à principio duos filios instituerit posteaque alternatiuè substituerit, videtur quòd tunc substitutus altero repudiante uocetur, cum hoc uerba
13 sonent, quia ad ueritatem disiunctiuę † sufficit alteram partem veram esse, dicta l. si is, qui ducenta, §. vtrum, nec mens testatoris repugnat, & ita videtur esse de intentione text. in dicto §. item si pater, in verb. Potest autem.

Nec repugnat tex. in d. l. generaliter, in prin. C. de instit. & substitut. & in l. Lucius, ff. de liber. & posthum. quia illud ibi ex præsumpta mente testatoris contingit, quæ facilius illo casu præsumitur, cum de portione delata instituto auferenda agatur; Sed in proposito portio instituto delata qui agnosceret, non auferetur, sed solum portio non agnoscentis, & sic attendendum est
14 † an dispositio alternatiua præcesserit, puta si mihi filius aut filia nascetur hæres esto, ut tunc non sufficiat in vnius personam conditionem euenire; Si autem testator ambos filios instituerit, dixeritque filios hæredes instituo, & si alter corũ hæres non erit Titius hæres esto, sufficit substitutionis conditionẽ in vnius persona euenire, per tex. in d. §. itẽ si pater.

Secundò respondeo, quòd ex eo in d. textu, in directa substitutione ob affectionem à viverborum alternatiuæ orationis recedimus, quia ad naturam vulgaris reuertimur, quæ simpliciter facta locum non habet nisi omnibus institutis exclusis, vt in l. quamuis, secundum communem opinionem, C. de impuber. & al. substit. res enim de facili ad suam naturam reuertitur, l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. Non obstat dicta l. generaliter, in princip. Quia licet
15 ibi in fideicommissaria † propter affectionem testatoris disiuncta in coniunctam resoluatur: tamen quamuis à verborum proprietate recedatur, non propterea contra substantiam disponitur, ibi enim vnus tantum institutus erat, ac grauatus: Quinimo affectio testatoris in liberos, ibi in consideratione non est, nam ille contextus extraneo etiam instituto hærede procedit, vt ex vltimis verbis deducitur.

HYPO-

HYPOTHESIS.

Ad particularia legata filijs relicta text. hunc l. cum auus, extenſum fuiſſe: Et ſic cum filius hæres vniuerſaliter uel in quota inſtitutus aliquod prædium poſt eius mortem reſtituere grauaretur: Materiamque eandem diligenter expoliri: Atque l. ſi unquam, ſimile afferri: Et numquid prælegata maiorem hæreditatis partẽ abſorbentia, in fideicõmiſſi reſtitutione ueniãt.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, diſpoſitionem, ad particularia legata & fideicommiſſa extenſam fuiſſe, cum eadem filijs relicta, poſt mortem ijdem reſtituere grauantur.*

2 *L. cum auus, ſubintellectam conditionem, iuxta doctrinam Petri Anchareni conſ. 426. Quod ſupra conſultum, in princ. liberè abſolutèque procedere.*

4 *L. cum auus, tacitam conditionem, locum habere etiam cum filius hæres vniuerſaliter uel in quota inſtitutus, aliquod prædium poſt eius mortem reſtituere grauatur: Quicquid aliqui contrariũ ſenſerint, vt nu. 3.*

5 *L. ſi unquam, C. de reuoc. donat. in donatione certæ rei locum etiam habere.*

6 *Alberici Roſati Bergomenſis, in iure ciuili claritatem indicari.*

7 *L. cum auus, latius in legatis procedere, ſi ex aliquo legato adeo diminuta exhauſtaque eſſet hereditas, vt veriſimiliter illud non feciſſet ſi de liberis teſtator cogitaſſet, vt quia rem totius hæreditatis meliorem, vel quantitatem maximam reliquiſſet.*

8 *L. ſi unquam, latius in donatione rei particularis procedere, ſi res illa precioſa eſſet, vel omnium bonorum melior.*

9 *Prælegata maiorem hæreditatis partem abſorbentia, in reſtitutione fideicommiſſi venire.*

10 *Prælegata maiorẽ hæreditatis partem abſorbuiſſe præſumi, vbi primum alia bona hæreditaria non extare allegaretur; Idque poſt concluſum in cauſa allegari adhuc poſſe.*

11 *Prælegata maiorem partem hæreditatis abſorbentia in reſtitutione fideicommiſſi intelligi ſi diuiſoria fuerint, vt Io. Cephalus arbitratur.*

12 *L. cum auus, conditionem, quo ad legata particularium rerum filio etiam teſtatoris ſubſtituto ſibi locum vendicare.*

13 *L. cum auus, diſpoſitionem, in legatis procedere etiam ſi legatum quantitatis uel rei in genere fuerit, nedum ſingularis rei.*

CAP. XVIII.

TERTIA concluſio eſt, quæ ex dicto notabili colligitur, iſtam l. cum auus, cum hæres grauatus de reſtituendo hereditatem conſpicitur, proindeque in fideicõmiſſo vniuerſali ſibi locum vendicare, vt ibi, hæreditatem patruo ſuo reſtitueret; adeo quòd eius diſpoſitione attenta, ſecus in particularib. relictis dicendum videbatur; Cum autem hodie textus adſit, in d. §. cum autem, Papinianique reſponſum ad particularia legata ac fideicommiſſa Imperator extenderit, hæſitandum nullo modo videtur, ita probat in fin. Quæ omnia & in legatis & fideicomiſſis ſpecialibus locum habere ſancimus. Vt tamen huius concluſionis vera reſolutio habeatur, ex Ioãne Bapt. Caccialupo de S. Seuerino, in d. §. cũ autẽ, duo caſus conſiderandi ſunt.

1 Et Primus quidem eſt, † quando legata, ac fideicommiſſa particularia filijs relinquuntur, qui de reſtituendo poſt mortem particularia ipſa legata vel fideicommiſſa eis relicta grauantur, & hoc caſu omiſſa diſputatione intrepidè concludendum eſt, tacitam liberorum conditionem ſubintelligi, ſic textum in dict. §. cum autem, in fin. dum dicit, Et fideicommiſſis ſpecialibus, Oldradus, & Albericus interpretantur, ſcilicet filijs relictis, ipſisque de reſtituendo poſt mortem grauatis, nulla liberorum procreandorum mentione habita: eſtque communis opinio, vt Socin. colum. 15. hic, Doctorem contradicẽtem non reperire affirmauerit: idemque ſentiunt, Angel. Aretin. in tractat. de teſtamen. titu. de fideicommiſſ. gloſſ. 79. ante num. 9. Anton. Gomeſ. in comment. varijsque reſol. iuris ciuil. tom. 1. cap. 5. de fideicommiſſ. ſubſtit. num. 33. fol. 58. in 8. exten. Ferdinand. Vaſq. in tract. de ſucceſſ. creat. in 1. part. lib. 3. §. 27. limit. 31. poſt nu. 5. Hincque infertur, abſo-
2 lutè procedere † quod Petr. de Anchar. ſcribit conſ. 426. Quod ſupra conſultum, in princip. quod licet huiuſmodi leges in filio directè inſtituto onere fideicommiſſi grauato loquantur, tamen idem ſit quando ad filios grauatos hæreditas onere fideicommiſſi vniuerſalis peruenit, vt per eum, quem Socin. hic colum. 15. nu. 34. ſequebatur.

Secundus caſus eſt, valdeque difficilis, quan-
3 do fili⁹ vniuerſaliter hęres inſtiiutus † vel in quota, & grauatus dare aliquod prædium poſt eius mortem reperitur; hocque caſu Oldr. & Alber. vt ſupra illum tex. exponendo contrarium ſentiunt, ita etiam expreſsè idem Alberic. decidit, in d. l. cum acutiſſimi, fuitque originalis opinio Martini Sylimani quem Albericus ipſe refert:

eandemque ſententiam ſequũtur, Dec. in d. §. cum autem, in 4. limit. num. 13. & conſ. 581. Viſo puncto, num. 1. verſic. His tamen, Socin. cõſ. 191. Licet, col. 6. verſ. Sed quo ad ſuperiora, lib. 2. videturque tranſire Anton. Gabriel. libro 4. de fideicommiſſ. concl. 2. nu. 9. verſic. Et licet, conſuluitque Bald. conſ. 141. Punctus talis eſt, poſt num. 3. verſ. Iſta quæſtio, lib. 5. & aſſentitur Petr. Gregor. in Syntagm. iuris, part. 3. lib. 42. cap. 30. ſub num. 3.

4 Diuerſam autem opinionem † tenuit, idem Bald. ſibi parum conſtans in d. l. cum acutiſſimi, col. 1. num. 3. verſ. Quæro quid ſi poſt mortem, dicens illum tex. alibi non reperiri, ipſumque ibi ſequitur Andr. Barbat. colum. 42. verſ. Et ampliatur iſta lex; eandem etiam ſentẽtiam approbarunt, Paul. de Caſtr. in fin. Ioan. Bapt. de S. Seuer. Alexand. circa princ. Iaſ. colum. prima, in 5. limit. & Corn. circa princ. in d. §. cum autem, rurſus Bal. in c. in præſentia, col. 4. verſ. Sed certe teſtator, extr. de proba. Franc. Areti. in l. ſi Titius, col. 4. verſ. Pro opinione Bart. ff. de liber. & poſthum. in l. Gallus, §. quidam rectè, col. 2. verſ. Sed iſta differentia, eod. tit. conſ. 93. Viſo legato, col. 6. verſ. Tertiò hoc videtur probari, & conſ. 156. Diligenter viſis, col. 5. verſic. Ex his infertur, Io. de Imol. hic in prin. verſ. Et adde, Soc. ſen. conſ. 191. Licet difficultatis, col. 6. ante nu. 5. verſ. Siue enim teneamus, vbi de communi opinione modernorum teſtatur, lib. 2. Corn. conſ. 197. Non alienam, col. 7. nu. 7. verſ. Et eſt aduertendum, lib. 3. Carol. Ruin. conſ. 77. In facto proponitur, nu. 14. lib. 2. conſ. 6. Quæſtio, col. 3. nu. 15. lib. 3. & in effectu communis ſententia eſt, vt ſcribit Soc. iun. cõſ. 113. Viſis, col. 3. nu. 16. lib. 1. Marian. Socin. eius patruum in d. §. cum autem, in manuſcriptis codicibus cum hac opinione ibi in vlt. not. pertranſiſſe aſſerens, ac formalia tam celeberrimi Doctoris verba referens, Vltimò (inquit) nota textum in fine, quòd ſicut quando filius eſt grauatus de reſtituendo hæreditatem vel quotã poſt mortem, ſubintelligitur conditio de qua hic, ita pariter quando eſt grauatus aliquo fideicommiſſo particulari, ſiue legato, hactenus Socin. adhuc Bartholomæus Socin. conſ. 93. Teſtamẽtum præmiſſum, col. 4. num. 14. verſ. Et pro iſta opin. lib. 4. Andr. Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. Omnia, vel partem aliquam, nu. 3. C. de reuoc. donat. vbi Franc. Rip. in 8. q. poſt nu. 16. verſic. Sed nec iſtud ſtringit, Martini Sylimani, & Alberici ſententiam communiter reprobari meminit Gerard. Mulert, in addit. ad Rolandinum, tit. de compend. ſubſtit. rubr. 25. poſt numerum octauum, Sfort. Odd. in eodem tract. 4. part. quæſt. 1. art. 4. verſ. Ampliaturque vt procedat, Franc. Mant. in tractat. de coniect. vltim. volunt. lib. decimo, tit. 7. num. 15. de communi poſt Socin. iun. atteſtatur, Io. Crot. conſ. 129. In præſenti conſultatione, nu. 8. Hieron. Zanc. in l. hæredes mei, §. cum ita, poſt nu. 863. verſic. Aut verò grauatus, ff. ad Trebell. Ioan. Bologn. in Authent. ex cauſa, num. 30. colum. 25. in fin. verſic. Quæ reſponſio videtur confundi, C. de liber. præter. Gulielm. de Benedict. in rep. cap. Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur, 1. num. 15. in 8. limit. extr. de teſtamen. Hieronym. Grat. conſ. 9. Viſo teſtamento, num. 5. lib. 2. & Alexand. in addit. ad Bald. in præcitata l. cum acutiſſimi, Anton. de Malegonnellis in conſ. incip. Viſo puncto & cõſilio ſupraſcripto, fol. 1. & 3. quod reddidit in cauſa filiorum olim Dominæ Magdalenæ de Baroncellis de Florentia cum Bernardo de Saluiatis ſuper prælegato domus, communicato inquam conſilio ipſo cũ Antonio de Stroczis, cui ſubſcripſere ſe Leonardus de Colle in ſubſcript. incip. Concluſio ſupra firmata, fol. vlt. verſic. Vnde illa verba, & Nicolaus de Altouitis in eius ſubſcript. incip. Sequar ordinem, D. Petrus Caball. d. conſ. 48. colum. 6. ſub nu. 17. verſ. Nam veritas eſt, lib. 1. Puteus in addit. ad iſtum text. littera A, in princ. vbi etiam Io. Saportell. fol. 12.

Et pro hac concluſione crebriori Doct. calculo recepta, Primò, eſt tex. in d. §. cum aũt, vbi Iaſ. in 5. limit. mirandum eſſe dixit, q̃ Alberic. de Roſate maximus Iuriſconſultus ad illum nõ aduerterit, cum enim ibi in toto contextu filius inſtitutus præſupponatur, & ſuper eo diſputatio minimè verſetur, ſed tantum diſceptetur an liberorum cõditio in vniuerſali fideicommiſſo iniuncto filio ſubintelligatur, cũ poſtea dicitur, omnia in legatis locũ habere, certè ſolum reſpectu oneris iniuncti ipſi filio conſideratur, non autem reſpectu eius quod filio relinquitur.

Secundò, negari nequit, quin in re, vel quantitate legata filiũ ipſi legatario prædilexerit, ex quo poſt mortẽ filij reliquit, vnde eadẽ ratione dicendũ eſt eius nepotes prædilexiſſe, qui patris perſonam repræſentant ſuntque imago patris, l. ſi auus, vbi Bald. C. de liber. præter. arg. l. Lucius, cum glo. ff. de hæred. inſtit. & ita conſiderat Franc. Aretin. d. conſ. 93. Viſo legato, col. 7. in princ. verſ. Ex quo teſtator, vbi (quemadmodum Socin. iun. d. conſ. n 3. num. 18. verſ. Preterea comprobatur, inquit) dictum §. cum autem, ſimpliciter etiam quando filius inſtitutus eſſet, intelligit ſi rectè aduertatur.

Prædictaque eo maximè vera videtur, ſi tex. hunc ad frequentẽ contingentiã referre intẽdimus, l. nã ad ea, ff. de legib. Confutationes opinionis Old. ac Alber. traditas per Corn. d. cõſ. 197. nu. 7. & 8. conſulto prætereo, cũ vnicuique illas videndi aditus præbeatur: vbi Alber. malè loqui, & cõtra text. prędictũ, tandẽ cõcludit, Old radũque appoſtillantẽ interpretatur, vt p eũ.

Obiectioni

Obiectioni inſuper per Martinum Sylimani perpenſæ, ex d. l. ſi vnquam, vt in donatione certæ rei non procedat, idem Corneus reſponſum affert, quemadmodum Iaſon. in d. 5. limit. efficit, vt verius ſit, eius diſpoſitionem in
5 † donatione etiam certæ rei particularis firmiter procedere, ſecundum Bald. & Alberic. ibi, Bart. in l. Titia Seio, §. Imperator, colum. fin. vbi Bald. de leg. 2. Ioan. de Imol. in capit. fin. colum. quinta, verſic. Circa prædicta tamen, extr. de donat. Ioan. de Platea in l. prima poſt med. C. de reis poſtul. lib. decimo, idem Bald. in l. prima, colum. penult. C. de inoffic. donat. Carol. Ruin. conſil. 98. Viſa renunciatione, colum. octaua, num. 19. lib. primo, cum adductis per Andr. Tiraquell. in rep. d. l. ſi vnquam in verb. Omnia vel partem aliquam, nu. ſecundo, verſ. Contrarium tamen, ibidemque Fran. Rip. quæſt. 8. & 9.

Vtque Alberici incuriam indefenſam non relinquam, quid ei in longo opere oberit, cum Oldrado Martinoque Sylimano viris diſertiſ-
6 ſimis aliquando ſenſiſſe † fuit maximæ profundæque ſcientiæ Iuriſconſultus, quem vt Sempronium Populus Romanus, σόφον, ego appellare audeo; licet plus cognitioni iuris, quàm eloquentia operam dederit, vt nõ ab re Mediolanẽſes Aduocati multum Alberico Roſato ex ſplendidiſſima Bergomenſi Ciuitate orto detulerint atque deferant; non itaque memoriæ infirmitate textum in d. §. cum autem, prætermiſit, ſed vt dictorum Iuriſconſultorum ſententiã ſequeretur, ſicut in ſui operis principio eius auditores præmonuerat, quibus etiam Pauli Iuriſconſ. in l. Neſennius Apollinaris, ff. de neg. geſt. in iure declarando exemplum præbuerat.

Communem prædictam ſententiam latius
7 procedere, ſi ex legato ita diminuta † hæreditas eſſet, vt illud veriſimiliter teſtator non feciſſet, ſi de liberis cogitaſſet, puta ſi legatum in maxima quantitate fuerit, vel in re totius hæreditatis meliori, Socin. iun. d. conſ. 113. nu. 19. poſt Aretinũ d. conſ. 93. Arbitratur, ſtatimque iuxta præſumptiones Petri de Ancharano per Socin. hic colum. 18. relatas, dicimus; Quem-
8 admodum in donatione rei particularis † prædictam Bart. opinionem in §. Imperator, aliorumque Scribentium, declarant, Corn. conſ. 4. Dubia ſatis, colum. 4. lib. 3. Socin. iun. conſ. 79. Perſpectis, nu. 30. lib. 2. Rolan. de Vall. conſ. 11. Caſus, nu. 19. lib. 1. qui poſt Carolum Ruinum de communi atteſtatur.

Idem etiam in prælegatis quę ſi maiorem hę-
9 reditatis partem † abſorbeant, in reſtitutione fideicommiſſi veniũt ex coniectura voluntatis, licet verba ſuffragari minimè videantur, Bart. in l. Marcellus, §. quidam liberis, nume. primo, ff. ad Trebell. vbi Alexand. num. ſecundo, verſ. Quartò limitauit, per text. in l. quid ergo, in fi. cum gloſſ. de leg. 2. & in l. ex parte, §. inteſtato, ff. famil. erciſc. Bald. in l. cum virum, nume. 9. & Paul. de Caſtr. nume. 6. C. de fideicommiſſ. Iaſon. in l. filio pater, num. 27. de leg. 1. & conſ. 175. Videretur prima conſideratione, colum. ſecunda, verſic. Vel niſi talia prælegata, lib. 4. Corn. conſil. 273. Dubia ſatis, colum. penult. num. 9. verſ. Et inſuper, lib. 4. Dec. conſ. 254. Viſo puncto, colum. ſecunda, verſ. Et vlterius iſta concluſio, communem eſſe affirmans, conſ. 349. Conſuluit excellentiſſimus Doctor, col. 4. verſ. Nec obſtat nouum dubium. Pariſ. conſil. 18. Eſto quòd Ioan. Petrus, num. 16. verſ. Prout etiam, lib. 3. Carol. Ruin. conſ. 114. Viſo teſtamento, colum. penult. nu. 14. lib. ſecundo, conſ. 116. Viſis his, colum. tertia, num. octauo. verſic. Tertio reſpondetur, eod. volum. conſ. 152. Stantibus verbis teſtamenti, colum. quinta, num. 6. verſ. Quinimò Bart. lib. tertio, Socin. in tractat. fallent. reg. 303. Prælegata in fideicommiſſum, fallent. 1. Hieronym. Zanch. in l. hæredes mei, §. cur ita, num. 437. verſ. Limita tertiò, de communi opin. atteſtans, ad Trebell. Franc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. ſeptimo, tit. ſeptimo, num. nono, verſ. Sciendum eſt, Ioann. Cephal. conſ. 379. D. Marianus, num. 20. lib. 3. Iacob. Menoch. conſ. 86. Dubitatio adhuc contingit, num. 24. verſ. Et quod dicitur, receptam ſententiam eſſe ſcribens, lib. 1.

Et vbi allegaretur (vt hocobiter dicam) alia bona non extitiſſe in hæreditate, eo ipſo præſu-
10 meretur, totum quaſi patrimonium † per prælegata diſtributum fuiſſe, gloſſ. in l. cum de lege, in verb. Hęredis probatio, ff. de prob. Iſtamque iuris præſumptionem poſt concluſum in cauſa, & in allegationibus iuris adduci poſſe iuxta tradita ab Alexan. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduoc. numero 5. tradit vtrunque complectens Ruin. dicto conſ. 116. num. octauo, verſic. Nec obſtat, lib. ſecundo, cui ſe ſubſcribit Zanch. in dicto §. cum ita, num. 437. Quod ad prælegata
11 diuiſoria, reſtrinxit Cepha. conſ. 259. Teſtator inſtituit, num. 60. lib. ſecundo, quæ nomine prælegata appellari, effectu autem portiones hereditarias eſſe ibi aſſeruit.

Ampliatur primò, dicti §. cum autem, diſpoſitio circa particularium rerum legatum, filio
12 etiam † teſtatoris ſubſtituto, vt Franc. Aretin. ſcribit, conſ. 156. Diligenter viſis, colum. 6. verſ. Secundò quia.

Ampliatur ſecundò, vt procedat etiam in le-
13 gato † quantitatis, vel rei in genere, pròut in ſingulari legato rei hęreditariæ, Corn. d. conſ. 197. Non alienam, colum. 16. in fin. ante nu. octauũ, lib. 3. ex mente Ancharani id deducens, traditque Anton. Gabriel. lib. 4. de fideicommiſſ. concluſ. 2. num. 30. in 16. ampl.

HYPOTHESIS.

Extenſionem tacitæ conditionis ex l. cum auus, ad particularia legata, cum teſtamenti tempore grauatus liberos nõ habebat intelligi, ſecus ſi illos habuiſſet: Ipſamque ac ſimiles generaliter ex Ioanne Baptiſta Caccialupo aſſumi oportere: & num particularia legata, ex Authen. ex cauſa, conſeruentur ſi teſtator qui filios non habebat de filijs nõ cogitauit: Deque alternatiuæ ſubſtitutionis verificatione, & an in coniunctam ex ratione d. l. cum acutiſſimi, reſoluatur: Eiuſdemque legis ratio an in iure quærendo procedat: Diſpoſitionem etiam l. penult. C. de impub. in ratione d. l. cum acutiſſimi, fundari: Et an ſubſtitutio tacita pupillaris filio emancipato, facta nepoti, contra patrem nepotis admittatur, & an contra matrem, & an contra patruum.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, diſpoſitionem, ad particularia legata extenſam intelligi, cum teſtamenti tempore grauatus liberos non habebat, de quibus teſtator veriſimiliter non cogitauit; Secus ſi liberos habuiſſet de quibus veriſimiliter cogitaſſet.*

2 *L. cum auus, & §. cum autem, ac etiam dicta l. cũ acutiſſimi, rationem diſpoſitionemque in natis ac naſcituris liberis declarari.*

3 *Generale dictum à ratione ſtricta non reſtringi, quando reſtrictione non facta nemo iniuſtè damnum patitur licet lucrum ceſſet.*

4 *Damnum, patrimonij diminutionem eſſe.*

5 *Inducta ad ampliandum non debere reſtrictionẽ operari.*

6 *L. cum auus, & ſimiles, generaliter ex Ioanne Baptiſta Caccialupo intelligendas eſſe, cum ex ijs nemo damnum ſentiat.*

7 *Legata particularia ex Authent. ex cauſa, non conſeruari ſi teſtator qui filios non habebat de poſthumis non cogitauerit, & numero 9. 10. 11. ac 12.*

8 *Affectionem erga filios maiorem præſumi quàm erga nepotes.*

13 *L. Cum acutiſſimi, rationem in iure etiam acquirendo procedere.*

14 *Subſtitutionem conceptam, ſi mihi filius aut filia natus natave non erit, altero tantum nato locũ in parte deficiente non habere.*

15 *Alternatiua naturam in vno verificari, ſed ex ratione dict. l. cum acutiſſimi, in coniunctam reſolui.*

16 *L. pen. C. de impuber. & al. ſubſtitut. diſpoſitionem, in ratione eiuſdem l. cum acutiſſimi, fundari.*

17 *Subſtitutionem tacitam pupillarem in expreſſa comprehenſam, filio emancipato, nepoti facta, contra patrem nepotis non admitti, ſicut nec contra matrem admitteretur, idemque in fratre pupilli verum eſſe, ſecus in fratre teſtatoris ac pupilli patruo.*

CAP. XIX.

QVOD de tacita conditione liberorum in particularibus relictis ex dicto §. cum autem, in fin. dixi, Socinus hic colum. 17. verſic. Sed aliàs, cum teſtamenti
1 tempore † grauatus liberos nõ habebat de quibus teſtator veriſimiliter non cogitauit, procedere interpretatur: ſecus ſi grauatus liberos habuiſſet de quibus teſtator ipſe veriſimiliter cogitaſſet, tunc enim quicquid in fideicommiſſis vniuerſalibus iuris ſit, in his particularibus contrarium videtur, dicẽs ſe ita conſulendo reſpondiſſe: De hac quidem declaratione, colum. 42. in prima Raphaelis Cumani quęſtione dum de vniuerſalibus fideicõmiſſis ad hoſce terminos accuratè meminit, aptius ac congruentius fortaſsè ſcripſiſſet, Socinusque verè id reſpondit, conſ. 191. Licet difficultas, colum. 6. verſ. Sed ad prædicta, lib. 2.

Ad quod aſſerendum duplici medio mouetur, Primo nam nemo inficiaretur, quòd ſi diſpoſitionem tantum dicti §. cum autem, habe-
2 mus, apertè dicendum eſſet † dictam diſpoſitionem non ſubintelligi niſi in nepotibus naſcituris de quibus teſtator veriſimiliter non cogitauit, prout clarè omnia dicti textus verba demonſtrant: Doctores etenim qui in natis illam ſubintelligi arbitrantur, huic legi, & dicta l. cum acutiſſimi, inhærent; Hinc Com. dicebat in dicto §. cum autem, circa naſcituros præſumptiones diſpoſitionemque illius, §. militare, in natis verò præſumptiones ac diſpoſitionem duorum aliorum iurium concludere: cum ergo diſpoſitio dict. §. cum autem, ad legata fideicommiſſaque particularia tantum extenſa reperiatur, qui in natis poſtea nepotibus loquitur, non autem diſpoſitio huius reſponſi, & dicta l. cum acutiſſimi, ſequitur dictam tacitam conditionem quo ad particularia relicta, in filijs naſcituris non autem in ijs qui nati erant, & quos ſe teſtator habere ſciebat, ſubintelligi.

Inductioni huic cõtrarium ſuſtinendo poſſet reſponderi, quòd ſi cum Comeo legis in nouo conciſtorio palatij Iuſtiniani recitatæ, Papiniani etiã reſponſi rationes atque diſpoſitionẽ in natis nepotibus concludere dixerimus, nulli

dubium

Digitized by Google

dubium eſt, dictum §. cum autem, dum in particularibus relictis loquitur, eundem ſenſum recipere: Imperator enim Papiniani reſponſum ipſum extẽſiuè ad naturales liberos ac æque principaliter ad legata fideicommiſſaque particularia interpretatur, vt dicendum non ſit ad particularia relicta ea tantum extendere, quæ in naturalibus extenſiuè dixerat, quemadmodũ Socinus aduerſus Ioannem Baptiſtam Caccialupum de S. Seuerino autumat, vniuerſalia nanque verba, ibi, Quæ omnia, relatiua ad præcedẽtia caſum extenſum interpretatumque includunt; Nec verba illa obſtant, In huiuſmodi caſu, & alia, hic intelligi, cum non poſſit euitari Imperatorem thema Papiniani retinuiſſe, deque eius mente apparere in duobus tantum caſibus ibi expreſſis, ipſum extenſiue & non aliter alterare; Nec ambigendum eſt, humanitatis intuitu extenſionem iſtam ad particularia legata fieri, quemadmodum ad naturales Papiniani caſus extenditur; quæ certè humanitas in natis nepotibus non minus quàm in naſcituris conſideratur, nec virtualiter diuerſitatis ratio conſiderari poteſt mente ampliandi inſpecta non reſtringendi, imò vberiori humanitate vtendi; Nec verba in futurũ tendentia obſtant, ibi Nulla liberorum ex his procreandorum, nec nõ ibi, Pater efficiatur & liberos ſuſtulerit, vt ex verbis, & ratione naſcituros tantum Imperator allicere videatur, cum in deciſione generaliter loquatur quòd inquam ſubſtitutio non aliter locum vendicet, niſi rogatus ſine iuſta ſobole moriatur, & ſicut dictum eſt, ampliando & dilatando Papiniani reſponſum Imperator procedit, prout ibi, Hoc latius, & pinguius interpretandum eſſe credimus, adeo quòd generale dictũ tam in natis filijs teſtamenti tempore, quàm in poſterum naſcituris, & tam de ijs de quibus cogitatum fuerat, quàm de alijs generaliter intel-
3 ligatur, cum dictum † generale à ſtricta ratione non reſtringatur vel coangueſtetur, quando reſtrictione non facta nemo iniuſtè damnum patitur licet lucrum ceſſet, l. proſpexit, ff. qui & à quibus Bar. num. 9. & Bald. num. 7. in l. non dubium, C. de legib. Bart. expreſſius, in l. adigere, §. quamuis, verſic. Quandoque quis non puniretur, ff. de iur. patron. & damnum, patrimonij
4 diminutio † eſt, l. 3. ff. de damn. infect. nec par ratio eſt, damnum pati & lucrum amittere, l. fi. C. de codicill. non itaque debemus aſſerere, dictum §. cum autem, venientem ad ampliandũ,
5 ibi, latius & pinguius, huius legis reſtrictionẽ † inducere, arg. l. legata inutiliter, de leg. 1. & de adim. leg. quòd autem ex dictis iuribus nemo damnum iniuſtè patiatur, dum tacitam conditionem ſubaudiri diſponunt, & propterea gene-
6 raliter † intelligendam eſſe, dicebat egregius Doctor D. Io. Bapt. de S. Seuerino, in d. l. generaliter, §. cum autem, ſubdens multos Doctores ita conſuluiſſe, quem refert Socinus hic col. 46. & alibi Socin. iun. conſ. 128. Præſentis conſultationis reſolutio, num. 15. verſic. Ad quod facit, lib. 1. Aliter etiam idem Caccialupus reſpondere conatur, ſed quia parum tutè reſpondet, prætereo.

Secundò Bar. authoritatem citat, in auth. ex cauſa, col. 5. in fin. num. 6. verſi. Præterea, C. de liber. præterit. & in l. filio pręterito, num. 8. verſic. Ego dico, ff. de iniuſ. rupt. & irr. fact. teſtam. in illa quæſtione, an d. auth. in poſthumi prætericione locum habeat, vbi vult † quòd ſi teſta-
7 tor qui filios non habebat de poſthumis non cogitauit, nullum particulare legatum conſeruetur, per d. l. cum acutiſſimi, hunc que textum, ac melius congruit d. §. cum autem, ſed ſi aliquos filios habebat alijque poſtea nati fuerint tunc arbitratur vt non ſit veriſimile, quòd tot legata feciſſet, ex ijs quæ in l. pen. in fin. de iur. codicill. ſcribuntur: proindeque ſentit Bar. particularia legata per illam præſumptionem ne videatur extraneos propriş ſoboli anteferre voluiſſe, in naſcituris tantum non in natis, ad terminos iſtius opinionis annullari.

Hæc quoque inductio per Carol. Ruin. conſil. 131. In themate, num. 11. verſ. Atque etiam, lib. 3. ſubuertitur, ſed cum eius reſpõſio in quadam reſtrictione, ex eius intelligentia ad d. §. cũ autem reſultante fundetur, ideo illam nunc prętereundo alibi inferius recenſendam fore duxi. Sic etiam Caccialupi reſponſione omiſſa, poteſt dici quòd liberorum excluſio magis reſpectu inſtituendorum præſumatur, vt illis præteritis excluſio arguatur, cum de ijs teſtator notitiam habuerit, tam reſpectu natorum quàm naſcitur orũ, arg. l. ſint certi, & l. ſi cũ vel in vtero, C. de milit. teſtam. quàm excluſio naſcituro rum ex filijs inſtitutis & grauatis poſt mortem, licet enim notitiam ipſorum habuerit, ſola tamen ſcientia non excludit, ſed dicta conditio pietatis ratione ſubintelligitur, vt hic, & in d. l. cum acutiſſimi, facilius igitur grauamẽ purum filiorum inſtitutorum, quàm grauamen poſt mortem ſi filij inſtituti cum liberis decedant præſumitur.

Et ſi cum Socino ad mentem Bartoli dicere tur, quòd teſtator de filiis cogitando, onerare illos particularibus legatis voluiſſe videtur, cum pura legata exiſtunt, nec dictæ l. cum acutiſſimi, præſumptio militat, fortius ergo in legatis poſt filiorum obitum factis eius nepotes grauage cenſetur, nec eiuſdem l. cum acutiſſimi ratio militabit, maior enim erga filios affectio præ-
8 ſumitur † quàm nepotes, arg. l. dedit dotem, ff. de collat. dot.

Reſpondeo, id mirum non videri, cum ſcientia in filio præterito grauamen inducat, nam

quid

9 quid anterius † contra deliberatam intentionẽ ex ſcientia prouenientem conſiderari nequit, vt prçteritio ſcienter in filij perſonam parentis tollat votum, actu legandi accedente: in caſu autem d.l.cum acutiſſimi, in nepotibus præteritis quid præambulum in filij perſona adeo efficax attenditur, vt non immeritò pietatis votum influat per imaginariam quandam perſonarum repreſentationem, l. ſi auus, C.de liber. præterit.& ibi Bald.num.4.verſic. Quarto oppono, vt quemadmodum primo caſu votum legatorum conſeruatiuum præteritio cum ſcientia inducit, ita antecedens perſonæ prædilectæ vitiũ omiſſionis ſcienter in nepotibus repreſentantibus aufert, coniecturamque pietatis iure tuetur.

Maximè cum ſi rectè aduertatur, diſtinctio
10 in poſthumo † gemina ratione prædicta per Bart.expenſa,in d.auth.ex cauſa,verſic. Præterea,Marcelli Iuriſconſ. lib. 14. Digeſt.authoritate, in d. l. ſi is qui,ff. de iur. codicill. confunditur.

Dubia ac varia inſuper argumentatio de poſthumi præteritione ignoranter facta, attentis ijs quæ in eadem auth.ex cauſa, tradit Bart. ad terminos dicti §. cum autem, fortaſsè videtur, cum in contrarium poſt Nicolaum de Matarellis in l. 1. C.de codicill. Salycetum in l.1.C. de poſthum.hæred.inſtit. & Franciſcum de Rãponibus in d.auth.relatum ab Ioanne de Imola in l.filio prçterito,poſtque gloſ.ad textum relatam in l.vxorem prægnantem, ff.de manum. adſit Corneus cõſ. 225. Ante quam aggrediar, nu.6.& 10.lib.3.conſ.194. Videtur in præſenti conſultatione,num. 5.eod.vol.& conſ.158. Pro deciſione,num.25. 26.& infra libr. 2.ex multis rationibus diſpoſitionem d.auth. in poſthumo
11 ignoranter præterito † locum habere concludens, ac complures Doctores allegans vt per eum: cum autem de hac re atque eius declarationibus in ſuperioribus aliquid dixerim, non eſt alibi enarratum nunc repetendum, licet vt Plato inquit, quem Plinius ſapientiæ antiſtitẽ vocat,nõ noceat bis dicere quod bene dicitur, authore enim Seneca, nunquàm nimis quod nunquam ſatis: Corneus tamen Bartoli opinionem tandem retinet, à qua non audet in præcitatis reſponſis recedere,prout nec ego aliàs ab ea recedebam.

Limitationem hanc Socinus adinuenit, ſed poſtmodum cogitandum reliquit,paruifaciens Franciſci Aretini conſilium, 156. Diligenter viſis,ad finem primi dubij,circa terminos præſcri-
12 tis limitationis, quam indiſtinctè vt dixi † ipſe Socinus tenet,d.conſ. 191. eique aſſentiuntur, Carol.Ruin.conſ.77.In facto proponitur, col. pen. num. 14. lib. 2. Aym.Crauett. poſt Iacob. Nigr.in l.1.num. 194.ff.de leg.1. Hieronymus Zanch. Bergomenſis in l.hæredes mei, §. cum ita,poſt num.863.ff.ad S.C.Trebell.& Anton. Gabriel.Roman.lib.4.de fideicom.concl.4.nu. 40.verſ. Prima etiam opinio.

Redeundo rurſus ad ipſius Socini reiectionem confutationemque ex antecedenti & prçambulo actu,ac quaſi ex iuris iam quæſiti retẽtione,poſſet vlterius obijci, rationem d.l. cum
13 acutiſſimi, in iure etiam † nouiter acquirendo efficacem eſſe,vt in l. ſi is qui ducenta,§. item ſi pater,de reb.dub. cum ibi per gloſ. notatis,vbi
14 ſubſtitutio facta † ſi mihi filius aut filia natus nataue non erit,altero tantum nato,in parte deficiente locum non habet, licet contrarium ex alternatiuæ natura dicendum videretur,quç in vno verificatur,l.ſi hçredi plures, de condit.in-
15 ſtit.in coniunctam tamen † ex ratione d.l.cum acutiſſimi, reſoluitur vt in princ. horum commentar.dicebam; Idem probatur in l.pen.cum ibi not.C. de impub. & alt. ſubſtit. vno etenim ibi ex filijs decedẽte, ab illius parte ſubſtitutus
16 excluditur, cum perſona ſupereſt † quæ ex verilimili defuncti mente ſubſtitutum excludit, qualis eſt teſtatoris deſcendens,arg.dictç legis, qui quidem non excluderetur cum talis perſona non ſupereſſet, d.l. hæredes mei,§.cum ita; Hoc quoque deducitur ex traditis per Bart. in l.2.in princ.num.34.verſic.Sed circa hoc dubitatur,de vulg.& pupill.concludentem, tacitam
17 pupillarem † in expreſſa vulgari comprehenſam factam nepoti, filio emancipato, non admitti contra patrem nepotis filiumque teſtatoris,eiuſdem l. cum acutiſſimi, argumento,ſicut etiam nec contra matrem admittitur, l. precib. d.tit.de impub.& cum Bartol.alij communiter pertranſcunt;ibidemque paulò poſt nu.36.verſic. Vlterius quæro,& 44.verſic.Quarto dixi,aſſeruit tacitam pupillarem aduerſus pupilli fratrem non recipi ex coniecturata teſtantis mente,arg.præcitatæ legis: eſtque cõmunis opinio, quam reſoluit in d.l.2. Franciſc. Rip. num.60. & poſt Lancell. Galiaul. in l. centurio,nu.387. tradit Emanuel Coſta celeberrimus Iuriſconſ. Luſitanus in eius excelſa rep.cap. ſi pater,in 2. par.in verb.Superſtito matre,num. 10. vbi poſt Io.de Imol.de eadem recepta concluſione meminit,& in 3.part.in verb. Et è contra,nu. 1.de teſtam.in 6.& in ſuperioribus ipſam crebrò firmari abunde conſtitit: Per eandemque legem, in prælegato loco Bar. dicebat,tacitam pupillarem contra matrem non procedere aut operari patruo etiam pupilli ſubſtituto:agitur itaque in prædictis caſibus non de retinendo iure, ſed de nouo acquirendo,vt infra dicetur; Aliter colum.19.verſi. Sed eſt aduertendum,& acutè ſatis reſpondebat, vt non ſit à dicta eius limitatione recedendum authoritate inſignium Iuriſcõſultorum roborata atque fulcita. ſolius tamen

inuento-

inuentoris iudicium teſtimoniumque ad illam confirmandam ſufficiens fuiſſet, habuit enim Socinus acre, admirabileque ingenium, quod ipſius decus eſt, ingenij autem lumen fœcunda eruditio, in qua re demonſtranda aliorum fide non egemus, cum eius ſcripta veluti ornamenta ac monumenta virtutis extent, quæ obliuione vetuſtas non obruet: licetque antiquorum Doctorum præclara multa memorentur, tamẽ non omnia facta ſunt quæ ſcripta leguntur: ſicut illorum veterum Romanorum falſi triumphi, plures Conſulatus, genera etiam falſa, & ad plebem tranſitiones, cum homines humiliores in aliorum eiuſdem nominis infunderentur genus. Quis Socino grauior in explicãdo, acerbior in confutando, in ſententijs argutior, in docendo diſſerẽdoque ſubtiliorẽ referta ſunt eius commentaria verbis & rebus illuſtribus atque Attica quadam ſubtilitate, quæ in eo non ſecus ac in Lyſia, & Hyperide laudatur.

HYPOTHESIS.

Si præſumptionibus aliud de voluntate teſtatoris conſtiterit, textum hunc in particularibus legatis ſilere: Coniecturamque illam nuncupatim quam tradidit Petr. de Anchar. conſ. 46. recenſeri ac diſtingui, pluribusque concluſionibus diſtinctionem ipſam fulciri.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, diſpoſitionem in particularibus legatis locum ſibi non vendicare, ſi aliud de mente præſumpta teſtatoris conſtiterit.*
2 *Præſumptionem ex Petro Ancharano illam efficacem eſſe, ne dicta l. cum auus, diſpoſitio in legatis particularibus procedat, ſi poſt mortem vltimi filij de reſtituendo grauati, ex amplo patrimonio certam teſtator pecuniæ quantitatem, libras ſcilicet quingentas, eccleſiæ, ſeu piæ cauſæ dari iuſſiſſet; Hocque diſtingui, Iudicisque arbitrio committi, nu. 15.*
3 *Cauſam pro anima facientem priuilegium continere.*
4 *Animam cunctis eſſe rebus præferendam.*
5 *Voluntatem teſtatoris in dubio ſic interpretari, vt eius anima ſaluti propitia ſit.*
6 *Salutis propriæ immemorem, neminem præſumi.*
7 *Auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vend. fa uorabilem diſpoſitionem, ratione animæ ne quis in periurium incidat continere: lateque ipſam interpretari.*
8 *Pupillarem tacitam, matrem excludere coniecturis pro excluſione ſubſiſtentibus.*
9 *Pupillarem tacitam contra matrem admitti, monaſterio vel pauperibus vulgariter impuberi filio ſubſtitutis, & proinde pia cauſa.*
10 *Pia cauſa magis, excepta legitima, quàm liberis conſulium eſſe.*
11 *Qui filium exheredare eccleſiamque inſtituere intendit, alium conſulat quàm Auguſtinum, quo modo accipiendum.*
12 *Legata ad pias cauſas non extenſiua, per auth. ex cauſa, conſeruari, alias ſecus.*
13 *Donationem rei particularis, ex l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. liberorum fauore non reuocari, ſi talis eſſet, vt attenta donantis ac rei donatæ qualitate, numeroque liberorum, ipſam donaſſet veriſimili inſpecto, etiam ſi de liberis cogitaſſet.*
14 *Legata, ex d. auth. ex cauſa, codicillarique clauſula rupto teſtamento natiuitate poſthumi conſeruari, ſi talia cernerentur vt attenta teſtantis qualitate, rei legatæ, numeroque liberorum, eadem veriſimiliter feciſſet etiam ſi de naſcituris liberis cogitaſſet.*
16 *Iudicis arbitrio relinqui quæ dicatur legati quantitas, quam veriſimiliter pater etiam filio inſtituto reliquiſſet.*

CAP. XX.

SECVNDAM genericam limitationem, præcedentibus quo ad particularia legata, col. 18. verſ. Poteſt & ſecundo, Socinus hic annectit; vt procedant niſi aliud
1 †de mente præſumpta teſtatoris conſtiterit, nam huiuſmodi leges præſumptione ac teſtatoris mente coniecturata nituntur, vnde ſi de contraria appareret, vt clauus clauo truditur, ſic vna præſumptio aliam elideret ſubuerteretque, ſecundum Petr. de Anchar. conſ. 46. Prima facie, videtur dicendum, in princ. verſic. Ex quo ſequitur, ſicut in ſimili notatur in l. in teſtamento, in fin. C. de teſtam. milit. ac in l. precibus, C. de impub. & al. ſubſtit. De veritate illius difficultatis, an ex præſumptione vel fictione dicta iura regulentur, cum Socinus hic in 5. not. col. 38. diffusè diſſeruerit, nos autem ſeriosè inſpexerimus, ac propriori loco circa principiũ eandem diſputationem adiecerimus, hac re prætermiſſa præſumptiones attingere expedit.

Ex eodemque Petro Ancharano prima in
2 propoſito præſumptio † videretur, cũ poſt mortem vltimi filij de reſtituendo grauati, ex amplo patrimonio certam teſtator pecuniæ quantitatem, libras ſcilicet quingentas eccleſiæ ſeu piæ cauſæ dari iuſſiſſet, priuilegiata nanque cau
3 ſa † eſt, quæ pro anima facit, l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. funer. animaque cunctis re-
4 bus præferenda † eſt, c. præcipimus, 12. q. 1. cap. cum infirmitas, de pœnit. & remiſſ. c. ſolitæ, de ma. & obed. l. ſancimus, C. de ſacroſ. eccleſ. Rol. de Vall. conſ. 70. Quòd hęredes, num. 35. lib. 2.

vt ra-

Digitized by Google

vt rationabiliter voluntas teſtatoris in dubio, quòd eius animæ propriæque ſaluti ſit propi-
5 tia † interpretetur, Socin.iun.conſ.90. Viſo teſtamento,nu.13.lib.1. cum propriæ ſalutis im-
6 memor nemo † præſumatur,c.ſancimus,1.q.7. l.fin.C.ad l.Iul. repetund. Specul. in tit. de except.& replic.§.2.verſi.Quid ſi probatur. Proinde Bartol.in auth. ſacramenta puberum,col. pen.num. 19. verſ. Pro eius declaratione, C.ſi aduerſ.vendit.argumentabatur, eiuſdē authen ticæ diſpoſitionem ratione animæ quæ cæteris rebus,vt eſt dictum, anteponi debet,fauorabi-
7 lem † cenſeri,ne quis periurium incurrat,& cōſequenter latæ interpretationis,iux.l. cum quidam,ff.de liber.& poſthum.ac vltra eum, idem dixit Alex.conſil.42. Super præmiſſo themate, in fin.num.22.lib.1.cum adductis per Dec.cōſil.639. Viſa conſultatione, col.1. num.2. in 5. par. Hinc fit,vt proprius loquamur,quòd licet ſubſtitutio pupillaris tacita matrem non exclu dat d.l.precibus, & l.fin.C. de inſtit. & ſubſtit.
8 id tamen cum ex coniecturis † contrarium de teſtatoris mente appareret nō procedit, vt glo. magna in d.l.precibus,aduertit,lateq. per Bar. nu.38.ac 40.aliosque in l.2. in prin.ff. de vulg. & pupill. inter cæteras autem coniecturas illa vrgens ex Ang.in cad.l. precibus, conſpicitur, ſi monaſterium vel pauperes vulgariter impuberi filio ſubſtituti reperirentur,propterea que ipſa pia cauſa, tunc enim tacita pupillaris con-
9 tra matrem † ex mente defuncti efficax eſſet,qui veriſimiliter magis animam ſuam diligere,quā pupilli matrem præſumitur,d.l.ſancimus,& cū Ang. ibi pertranſeunt, Paul. de Caſtr.num.8. Alex.num.6.& Iaſ.col.4.num.8. idem Alex.in d.l.2.in princ.col.fin.num.36.& conſ.38. Viſo themate,num.4.lib.1.conſ.66. Viſo teſtamento,num.6.lib.2.conſ.12. Attentis verbis,num. 25.lib.3.Gulielm.de Benedict.in rep.c. Raynutius,in verb. Si abſque liber. mor. 2. de pupill. num.90.ad fin.vbi Io.Crot. fol. 15.col.1.verſ. Hæc tamen limitatio,extr.de teſtam. Pariſ.conſil.86.Ad veram,nu.75.lib.2.Carol.Ruin.conſil.3. De pluribus quæritur,num.24.lib.2.& de communi opinione teſtantur,Franciſc. Rip.in d.l.2.num. 62. ac Franciſc. Mantic. in tract.de coniect.vltim.volun.lib.5.tit.15.num.34.verſ. Sed eleganter. Quicquid Moderniores aliqui ex notatis per Archid.in c.ſi pater,de teſtam.in 6.aliter arbitrati fuerint, & ſignanter Andreas Alciatus vir grauiſſimus in prælleg.l.2.nu.70. & 71. qui dictam opinionem communiter ac indiſtinctè receptam non approbat in ſubſtitutione etiam pro male ablatis concepta, aduerſus Franciſc.Aret. conſ. 155. Periculoſum eſt, in fin.verſic. Nec obſtat præmiſſis,& Dec.in d. l.precibus,ante num. 15. verſic. Sed reſpondetur,quem Mantica d.tit.15.num.43. verſ. Sed adhuc mihi videtur ſine diſtinctione, reijcere non deſinit. Inducit Pet.de Anchar.in prælitato conſ.46.text.in auth.ſi qua mulier,C. de ſa-
10 croſ.eccleſ.vbi vltra legitimam † magis pię cauſæ quàm filijs conſulitur, quod ſibi quoque voluere Ant.de Butr.conſ.25.Ad primum dubiū, col.fin.Alex.conſ.92. Super eo,num.11.lib.3. Dec.conſ.495.Viſo eleganti conſilio,num.28. conſ.504.In caſu occurrenti, in fin. Franciſcus Aret.conſ.12. In cauſa Nicolai, num.5.adeſtque doctrina Bart.in l.1.num.61. & infr.ac.nu. 74.in rep.d.tit.de ſacroſ.eccleſ.ac de magis cōmuni opin. teſtatur Curt.iun.conſ.35. D.Benedictus Oliua,num. 7. verſic.Attento maxime, reſpondetque ad notata in l.ſi quis ad declinandam,C.de epiſc. & cleric. & in c. fin. 17. q.fin. vbi habetur, quòd qui filium exhæredare vult
11 †& Eccleſiam inſtituere,alium conſulat quàm Auguſtinum, illud nanque dictum prout iacet intelligit, quando inquam in totum vellet filiū exhæredare, ſecus ſi ex amplo patrimonio aliquam partem ad pias cauſas relinquere; Ad hocq. facit quod ſcribit Ang.in d.auth.ex cauſa,vt legata ad pias cauſas per eandem authenticam conſeruari videantur,cum legata exceſſi-
12 ua † non eſſent,vt teſtantis animæ ſalutique cō ſulatur,aliàs ſecus,vt per eum. Duo inſuper ſimilia Socinus hic afferebat, quorum vnum ex Baldo deſumpſit, in l. ſi cum vel in vtero, poſt num.3.verſic. Sicut in d.l. ſi vnquam, C.de te-
13 ſtam.milit. quòd donatio liberorum † natiuita te reuocetur,iuxt.eandem l.ſi vnquam. C.de reuoc.donat.cum donatio omnium bonorum eſſet,vel medietatis, aut rei aſcendentis ad dimidiæ æſtimationem, aliàs citra dimidiam non retractatur,dicens ſic per quoſdam Doctores Bononienſes cōſultum vidiſſe,idemque voluit ipſe Bald.in l.1.num.15. verſic. Secundo quæro, C.de inoffic.donat.ac in d.l.ſi vnquam,Richardum de Salyceto, ita conſuluiſſe referens, vbi etiam Raynerius de Forliuio, rurſus Bald.in l. Titia Seio, §. Imperator Alexander, in princ. verſi.Cum ergo quęritur, ibique Dionyſius de Barigianis, & Angelus de Periglis Peruſini, ff. de leg.2.quibus conſentiunt Gulielm.de Cun. in d.l.1.col.fin.ac Cyn.in 1.q.in fin.Petr.de Anchar.in c.frequens,in 7.not.de reſtit. ſpol. in 6. Alex.in l.ex facto,col.4.num.22.verſic.Ex prædictis mihi videtur, ff. de vulg. & pupill. Iacobin. de S. Georg. in l. tale pactum,§.vlt.in fin. ff.de pact.Io.Igneus in rep.d.auth. ex cauſa,colum.89.verſic.Et per hanc non obſtabunt,Capr.conſ.157.Et ſi de pluribus quæratur, col.2. num.6.verſ.Et de donatione,Corn.conſ.4.Dubia ſatis,col.3.num.4.verſic. Et licet Doctores communiter,lib.3. vbi de Richardo Salyc. meminit,ac etiam de D.Ioanne Monteſperello integerrimi iudicij Doctore, & Dom. Dionyſio

famoſiſ-

famoſiſſimo Iuriſconſ.qui ſua tempeſtate veritatis Doctor vocabatur,& conſ.194. Videtur in præſenti conſultatione,col.1.num.2.verſic.Sed cum non fecerit,libro 3.Socin.conſ.226.Quæſtio præſentis conſultationis, col.2.ante nu.6. verſ.Nam quando pater donat,lib.2. conſ.53. Viſo inſtrumento donationis,col.4.nu.10.verſ. Tertio reſpondetur,lib.4.

Sed Bart.in d.l.Titia,§. Imperator Alexander,col.3.num.9.verſic.Quia lex,voluit prædictam legem in re particulari etiam procedere, & ſic non ſolum vltra dimidiam,ſed infra, eiq. Raph.Cuman.ibi aſſentitur,ac cum ijs pertranſeunt, Bald. & Alberic.in eadem l.ſi vnquam, Io.de Imol.in c.fin.col.5.verſic. Sed circa prædicta,extr.de donat.Iaſ. in l. 1. col.2. in 3.not. num.7.verſic. Tene contrarium, vbi Dec.col. 2.num.9.verſ. Secundo ad legem, & Franciſc. Rip.col.2.nu.5. & 6. C. de pact. idem Iaſ.in d. auth.ex cauſa,col.4.num.3.verſi. Præterea obſtat,& in d.l.generaliter,§.cum autem,poſt nu. 2.col.4.in princ. verſ. Nec eſt veriſimile, C.de inſtit.& ſubſtit.Paul.de Caſt.conſ.435. Super hoc puncto,col.2.in princ. verſ. Secundo facere videtur,lib.2.Alex.conſ.71. Cõſideratis his, col.2.num.5.verſ.Nec obſtat etiam,lib.4.conſil.162.Viſis his quæ copiosè,col.1. in prin.lib. 6.Corn.conſ.11.In præſenti conſultatione videtur,col.9.poſt num.9.verſic. Nam ex quo, lib. 3.conſ.30. In hac conſultatione, col.3.num.8. verſic.Nam verbum,lib.4.Soc.conſ.215.Viſa, col.3.num.4.verſ. Stante ergo,lib.2.conſ.147. Viſa facti contingentia, col. pen. in princ. ante nu.15.lib.1.Gozadin.conſ.80. In hac cauſa,colum.pen.nu.12.verſ.Quinto nec etiam, Didac. Couar.lib.2.var.reſol.cap.19.circa fin. Carol. Ruin.conſ.107.Viſo prius teſtamento, col.fin. num.22.verſ.Et hoc habet locum,lib.1.conſil. 124.Videtur prima conſideratione, col. 2.nu. 5.& col.4.num.14.conſ.173. Quæritur primo, num.13. de communi opin. atteſtans,eod.vol. conſ.140.Circa caſum,col.3.num.5.verſ. Et ſimiliter,lib.4.Andr.Tiraquel.in d.l.ſi vnquam, in verb.Omnia,vel partem,nu.24.verſi.Si eam opinionem, ipſam crebriorem eſſe affirmans. Iul.Clarus in §.donatio,q.22.communemque eſſe dicit Rol. de Vall.conſil. 11. Caſus ad me tranſmiſſus,nu.19.lib.1.

Subdit tamen Socinus hic, vidiſſe cõſultum per D.Io.de Monte Sperell.& D. Benedictum Capram ſolemnes Doctores Peruſinos, alioſque plures Doctores Senenſes, quòd vera ſit
13 opinio † Bart. dummodo ſit talis res,quam attenta donantis qualitate,rei donatæ,& modo liberorum, ſicut in ſimili conſideratur, in l.ſi filiæ,de leg. 3. veriſimiliter illam non donaſſet,ſi de liberis cogitaſſet, ſecus ſi eodem habito reſpectu,illam donaſſet,vt quia non eſtimationis notabilis, ſed vilis, aut mediocris videretur, quod multis placuit, ſcilicet, Angelo in §. ſiue igitur,col.6.verſic. Secundo caſu,auth. vt cum de appell.cognoſc.Io.de Imol.in cap.fin.col.5. verſic. Circa prædicta tamen,d.tit.de donat.ac Ioanni Baptiſtę Caccialupo in d.l.ſi cum vel in vtero,& in l.ſicut certi,dicẽs ita in Ciuitate Senarum iudicatum vidiſſe,hosque etiam ſequũtur,Franciſc.Aretin.conſ.93. Viſo legato, col. 6.verſic. Quid enim ſi hæreditas, Corn.conſil. 206. Viſo ſupraſcripto themate,col.8.num.17. verſic.Et ſic fortificatur,lib.3. vbi meminit, ſic cum alijs Doctoribus egregiæ famæ Senis conſuluiſſe,Soc.conſ. 147. Viſa facti contingentia, col.pen.ante nu.15.lib.1.d.conſ.215.eiuſdem ſerè initij,col.3.num.4.verſ. Stante ergo,lib.2.d. conſ.53.Viſo inſtrumento,nu.16.verſ. Vnde dicit,lib.4.& conſ.93.Teſtamentum præmiſſum, col.pen.nu. 31. verſic. Et ſecundum hanc,eod. vol. aſſerens ita cõſultum fuiſſe per omnes Doctores Peruſinos,vt per quoſdam Senenſes, in hancque ipſam ſententiam Senis iudicatum, Philipp. Dec.& Andr.Alciat.in d.l.1. ille col.3. nu.10.verſ.Secundus caſus,hic in verb.Suſtulerat,in fin.C. de pact. vbi Curt. iun.col.2.& infra,num.8.& 9. Ruin.conſ. 98. Viſa renunciatione,col.8.nu.19.verſic. Quæ lex lib. 1. conſil. 124.Videtur prima conſideratione, num.14. & conſ.173. Quæritur primo, col.6.nu.13.verſic. Nec obſtat inſuper,eod.vol.

Aliud verò, quòd dum rupto teſtamento poſthumi natiuitate hæſitatur, an legata per d. auth.ex cauſa, uel codicillarem clauſulam con-
14 ſeruentur,diſtinguitur† ſi attenta teſtantis qualitate,rei legatæ, ac numero liberorum, fuiſſet legaturus,uel non: ut eſt de mente Bart. in d.l. filio præterito,col.4.poſt prin.uerſic. Præterea hoc perſuadet æquitas, ff. de iniuſt. teſtam. dicentis,quòd cum teſtator multa,ac magna fecerit legata,quæ ueriſimiliter non feciſſet,ſi naſciturorum filiorum meminiſſet,illa tunc non cõſeruentur,æquitate id ſuggerente, ſecus ſi talia cernerentur, quæ data etiam filiorum naſciturorum cogitatione, adhuc feciſſet, conſeruari enim iſto caſu deberent:& ita diſtinguunt, Bal. in princ.uerſic. Et diſtinguo,ac Franciſc. Aret. col.fin.in l.Titius,ff.de liber. & poſthum.idem Aret.d.conſ.93.in 2.dub.& conſ. vlt. in 1.dub. rurſus Bald.in d.auth.ex cauſa, col.3.num.10. uerſ.Item non obſtat,ubi Caſtrenſ.colum. 2.& Corn.col.11.uerſic.Quinto fortè fallit, Soc.conſil.93.Teſtamentum præmiſſum, col.pen.ante num.31. uerſ. Ex quibus omnibus patet, lib.4. ubi dicit, in hac re uariè Doctores loquutos fuiſſe,ut inter eos eligere non auderet, niſi fretus authoritate præſtantiſſimi Iuriſconſ. eiusq. patris,ac præceptoris Aretini,qui in hac materia conſuluerat, & pro opinionum concordia

diſtinxe-

diſtinxerat, aſſerueratque ita ſe iudicaturum, eandemque opinionem quam penè iuuenis cõ ſulendo confirmauerat, poſtea grauis ætate in d.l. Titius, approbauerat; Vnde cum doctrina, ſubtilitate, bonaque conſcientia cæteros ſuæ ætatis antecelleret, non dubitauit ſui magiſtri ſententiam amplecti, vt ſupra diſtinguentis: idemque poſt ipſum Aretinum, & Caſtrenſem in præcitatis locis tenet Ioan. Bolognet. in cap. auth. poſt num. 32. col. 29. in 4. limit. Vt ex Socino, ita pariter in propoſito, attentis dictis conſiderationibus, diſtinguendum videatur, totum
15 iudicis arbitrio † committente, iuxt. tradita in l. 1. in fin. de iur. delib. in l. voluntatis, C. de fi-
16 deicom. Sicut etiam iudicis arbitrio † relinquitur, quæ ſit quantitas legatorum pro ipſorum conſeruatione ex auth. ex cauſa, rupto teſtamẽto poſthumi natiuitate, quæ veriſimiliter pater feciſſet, ſi de liberis cogitaſſet, vt ſcribit Ang. in d. §. ſiue igitur, col. 5. verſ. Sed poſſes dubitare, auth. vt cum de appell. cogn. Andr. Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſump. 13. ante nu. 2. Andr. Tiraquell. in d.l. ſi vnquam, in verb. Omnia vel partem, num. 30. verſ. Sed & idem, Hieronym. Cagnol. in d. auth. ex cauſa, nu. 36. Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 2. caſ. 147. incip. Recepta magis opinio, nu. 3. verſ. Rectius itaque, fol. 154.

In hacque Ancharani præſumptione, tutè reſidere videtur Dec. conſ. 504. In caſu occurrenti, col. fin. verſ. Tertio facit, ac etiam Corn. conſil. 197. Non alienam, col. 7. num. 7. verſ. Poteſt etiam dici, lib. 3.

HYPOTHESIS.

Limitationem ad Ancharani præcitatum conſ. 46. per Socinum traditam diſcuti: Ac de Bononia Vrbe Illuſtriſſima & Inclyta, deque Petro Ancharano aliqua ſed exigua pro rei altitudine enunciari.

SVMMARIVM.

1 *Petri Ancharani dicto conſ. 46. Prima facie videretur dicendum, col. 2. verſ. Secundo moueor, ad d. §. cum autem, limitationem diſcuti; Et nu. 4. ac 5.*
2 *Aui officium circa nepotem, ex officio patris erga filium pendere.*
3 *Determinabile reſpiciens plura determinabilia, pariformiter determinare; Sed numero 6. declarari.*
7 *Petri Ancharani, ac* BONONIAE *ſplendorem indicari.*

CAP. XXI.

TERTIAM ſic ex præcitato Petri Ancharani cõſ. 46. incip. Prima facie videretur dicendum, col. 2. verſic. Secundo moueor, Socinus ad dictum §. cũ autem, pul-
1 chram limitationẽ † eliciebat, in eius enim propoſito themate tres filios inuicem ſubſtitutos grauatosque fuiſſe præſupponebatur: vltimoq. morientem mille Eccleſiæ fore ſoluturum: ſique in vita non ſoluiſſet, poſt mortem mille & quingenta daturum: ſi ergo ante eius mortem vltimò morientem teſtator in mille grauauit, veriſimile eſt poſt mortem filij, in quingentis vltra mille grauare voluiſſe, cum maior non adſit ra-
2 tio nepotes à relicto pro anima exonerandi † quàm ſuum filium, l. dotem dedit, ff. de collat. bon. & maximè vbi affectio aui ad nepotem à dilectione filij deſcendit; Accedit eiuſdem diſpoſitionis continuatio per Ancharanum animaduerſa, primo enim mille ſimpliciter ab ipſo vltimo moriète relicta erant, ſucceſſiuè eo mortuo ac non ſoluente, mille & quingenta relinquebantur: ſed primę diſpoſitionis pars de mille conditionem huius l. cum auus, non recipit, cum in vita ſoluenda eſſent, vt traditur in d. §. cum autem, igitur nec ſimile legatum ſibi conIunctum & de quingentis annexũ in continua-
3 ta † oratione, arg. l. ſi legatarius, §. fin. & ibi notatorum per Bar. de leg. 3. ac l. iam hoc iure, de vulg. & pupill. Quod ex qualitate perſonæ ad quam voluit mortuo vltimo filio bona ſua peruenire colligitur, nam ſi in dictis mille patrem grauauit, in quingẽtis poſt mortem videtur nepotes grauare voluiſſe, arg. l. nam & ſi parentibus, ff. de inoffic. teſtam. vbi, eadem eſt diſpoſitio filiorum & parentum in hæreditatibus deferendis, & cum Socino pertranſit Io. Franc. Calcaneus, in eius ſubſcriptione ſeptima quam fecit ad Soc. iun. conſ. 128. Materia præſentis cõſultationis, nu. 223. verſ. Et confirmatur, lib. 1. citans Ancharanum in præallegato conſilio, vt per eum ibi.

Sed hęc limitatio poſſet fortè impugnari, cõſiderando propriam originalemque teſtatoris
4 intentionem † volentis mille tantum eccleſiæ relinquere in vita vltimi morientis, ſiue vt rectiùs loquar, vltimi ſuperſtitis exoluẽda: quod in aperto eſt, nam mille in vita ſolutis nõ aliud quærendum foret, teſtatorisque animæ vnica hac ſolutione conſuleretur, quingentorum verò ſolutio eodem fauore non regitur, cum in pœnam potius ob non impletam ſolutionem adiecta videatur, & vtique ſi in mille ſimpliciter filium grauare voluit, ſubintellecta hac conditione ſi ſine liberis, tanquam ijſdem mille in vita ſoluendis, vt prædicitur excluſa, concurrẽ-

te ad-

Digitized b

te adhuc animę fauore,& proinde nepotes etiã, non videtur idem de quingentis ob moram filij dicendum,cum pœna hæc nepotes poſt mortem vltimi tantum afficiat, quibus nihil imputandum venit, & de quibus teſtator non cogitauit,ſi enim de illis cogitaſſet vtique pœnã adiectæ ſolutionis quingentorum non appoſuiſſet,
5 d.§.cum autem,Maxime,quia † ſolutionis effectus in tempus confertur quo tacita cõditio ex iure inducitur & ſubauditur: licetque per ſuſpenſionem conditionis non ſoluiſſet, præiudicium aliquod non fuiſſet illatum, quin in quingentis animę fauorem principaliter non concernentibus,pietas dictorum iurium concurrat,& quin liberorum fauor ob tacitam conditionem præponderet odio in negligentis pœnam ac ſauorem eccleſiæ inducto. Cæterum cum diuerſa
6 adſit † ratio,ceſſat regula dictæ l. iam hoc iure, & l.ſi legatarius,§.fin.vt ſcribit Dec. in l. in teſtamento,in 3.not.1.limit.C.de teſtam.milit.dicens ſub iſta limitatione reliquas omnes contineri;Conſulendo tamen ac iudicando nõ eſſet à priori opinione recedendum, Ancharani au-
7 thoritate inſpecta † quæ ingens eſt,atque excelſior gloria,nil enim egregius auribus noſtris vnquam accidit illius reſponſis,quę ſic erudita,vt de iure ſolus reſpondere ritè videatur, ſic autẽ grauis vt in eius ſingulari dignitate, omnis tamen adſit ornatus ac lepos; ipſum perlegens equidem ſic iudicare ſolco,quicquid aut addideris,aut mutaueris,aut detraxeris vitioſius & deterius futurum: limatus enim & ſubtilis eſt, rẽ propriè explicãs,hæret in cauſa ſemper,& quid iudici probandum ſit cũ acutiſſimè vidit,omiſſis cæteris argumentis in eo mentem,orationẽque defigit,ita vt vnius ad conſulendum inſtructiſſimus à natura eſſe appareat: is denique eſt qui clariori lumine inter cęteros ignes BONONIAM Illuſtriſſimam atque Excelſam Ciuitatem bonas omnes artes atque ſcientias nutriẽtem illuminat, ò quàm eminens Iuriſconſultorum ex ea prodijt chorus,qui mirificis ornamẽtis ac clariſſimis monumentis ipſam adeo illuſtrarunt,auxerũt,æternitatisque memoriæ conſecrarunt, vt ea nihil pulchrius nihil nobilius nihil illuſtrius aut ſtabilius: ſed quid ego exili oratiõe de re tam graui vnquam dixerimẽ cuperem maximopere Azonis, Ioannis Andreæ, Richardi ac Bartholomæi de Salyceto, Antonij Butrij, Ioannis de Anania, Calderini,aliorumque antiquorum ac recentium illuſtrium Bononienſium Iuriſconſultorum ætates, tempora,laudesque hoc ſtudio inflammatus exprimere, ſed illis carminibus ſimilia non minus expeterem quæ multis ſæculis ante ſuam ætatem in epulis eſſe cantitata à ſingulis cõuiuis de clarorum virorum laudibus in Originibus ſcriptum reliquit Cato: luculentè, ac ſeriosè tot etiam fortiſſimorum militum Bononienſium egregia facta indicare, tot etiam qui purpura, ac Pontificia dignitate maxima eandem ipſam gentilitiam vrbem decorarunt; ſed cũ ampliſſimis voluminibus opus eſſet,ad dicendum diſertè paratis & qui eloquentia non veluti flumine, ſed quodam Oceano exuberant, hæc relinquam.

HYPOTHESIS.

Appendicem Quæſtionem in qua Socinus inter conſilia Curtij ſenioris conſuluit pluribus diſcuſſis conſideratisque terminari, ac ipſam vti Raphaelis Cumani originariam comprobari.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtionem à Socino propoſitam conſ. 2. incip. Eleganter & ſubtiliter, col. 2. inter Curtij ſenioris conſilia, hicque repetitam explicari; & num. 11. ac 13.*

2 *Teſtatoris diſpoſitionem ad omnes caſus, in quibus ſi interrogatus fuiſſet idem veriſimiliter reſpondiſſet, extendi.*

3 *Legatum obſcurum ex coniecturis de quibus in l. ſi ſeruus plurium, in fin. de leg. 1. interpretandum quando ſit.*

4 *Subſtitutione fideicommiſſaria duobus filijs inſtitutis diſtinctè facta, ſi in vno grauamine conditio liberorum ſit expreſſa, in alio prætermiſſa, in ſecundo ipſam ex l. cum auus, non ſubaudiri.*

5 *Illationem, ex diuerſis ſubſtitutionibus non fieri.*

6 *Andream Barbatiam in rep. d. l. cum acutiſſimi, opiniones Saturninas, nec aliter receptas attuliſſe.*

7 *Prouiſionem ſpecialem teſtatoris, prouiſionem legis auferre.*

8 *Legatorum repetitionem ab inſtitutis ad ſubſtitutos, cum à ſubſtitutis aliqua prouiſio legatarijs facta inueniretur, non fieri.*

9 *Prouiſionem hominis aliam legis tollere, cum ad idem diſpoſitiones tendunt.*

10 *Prouiſionem hominis legis prouiſionem auferre, naſciturum ſcilicet, ſed non natam.*

12 *Piam cauſam fauorabilem eſſe.*

CAP. XXII.

1 PRAEDICTIS quęſtio appendix eſt,ſuper quæ Socin.† conſuluit, eiq. inter cæteros præclariſſimos viros, D. Baldus de Bartolinis de Peruſio ſe ſubſcripſit; Teſtator ſuos hęredes vt domũ emerent grauauit,quam

N filiæ

filiæ hæredi inſtitutæ relinquebat, & Titio ac filijs Titij; & poſt mortem filiæ Titij ac filiorum, Sempronio fratri ſuo & filijs eius relinquebat, ac poſt mortem filiorum Sempronij ecclesiæ; Inſuper poſt mortem filiæ nepotes iam natos ſubſtituit, quibus etiam quædam fecerat prælegata, conſuluit inquam in perſona filiæ ſi ſine liberis, conditionem reſpectu illius domus non ſubintelligi, ex quo filij illius filiæ tempore teſtamenti nati erant, tum ex præallegatis, Tum quia teſtator de filijs Titij ipſos honorando & grauando cogitauerat, cui ſimul & filiæ domum reliquerat, vnde cum honorando inſimulque grauando filios Titij reſpexerit & non filiæ, conſtat filios filiæ excludere voluiſſe, ſubſtituendo filiæ & Titio poſt mortem; in conditione enim filios Titij ponendo, cenſetur filios filiæ ab eadem conditione excluſiſſe, arg.l.cum prętor, ff.de iudic.l.maritus, C.de procur.ſique id voluiſſet expreſſiſſet, ſicut in perſona Titij, l. vnic.§.ſin autem ad deficientis, C.de caduc.tol len.facitque in argumentum l. ſi ſeruus pluriũ, in fin.de leg. 1. Niſi dixerimus, rationem d.l.cũ acutiſſimi, generalem eſſe iſtoque etiam caſu militare, quamuis igitur in primo caſu non expreſſerit ſed in ſecundo, non eſt quin eadem adſit ratio pietatisque coniectura, vnde debet eadem diſpoſitio adeſſe, l.fin.C.ad l.Falcidiam quo enim pacto filiam inſtituendo prædilexit, ita pariter cenſetur omnem eius poſteritatem prædilexiſſe; maxime quia teſtatoris diſpoſi-
2 tio ad omnes caſus †extenditur in quibus ſi fuiſſet interrogatus veriſimiliter idem reſpondiſſet, Bar.in l. Titius,§. Lucius, vbi optimus textus eſt, ff. de liber. & poſthum. & quod cogitatio ſiue liberorum expreſſio in vna parte diſpoſitionis non impediat tacitam conditionem ſi ſine liberis deceſſerit in alia parte ſubintelligi, videtur probari in l.tale pactum,§.fin.ff.de pactis, ibi enim pater pactus fuerat vt mortua filia in matrimonio ſine liberis poſt mortem ſuã dotis portionem fratri ſuo reſtitueret, reſpondit Papinianus, quòd ſi pater qui pactus fuerat ſuſceperit poſtea liberos, illa dotis portio non fratri, ſed ſuis filijs ſit reſtituenda, & ſic in illo pacto conditio liberorum ſubintelligitur, & tamen de liberis fuerat cogitatum, cum dixerit, in matrimonio ſine liberis defuncta filia, & ita textum iſtum declarat Socinus in citato per ipſum conſilio incip. Eleganter, & ſubtiliter, columna ſecunda inter conſilia Curtij ſenioris, 2.in ordine, vt nõ obſtet regula d.l.cum prætor; prout minus obſtat d.l. vnic.§. ſin autem ad deficientis, nam idem Papinianus hic cõſiderat quòd plus dictum & minus ſcriptum fuerit: vnde dixerimus conditionem illam primo etiam caſu expreſſam fuiſſe, ſed à notario omiſſam, & propterea illã ſubintelligi, huius legis ratione militante. Verum quia alibi de intelligentia textus in d.l.tale pactum, in fin.pertractauimus, omiſſis ijs quæ circa eius reſponſio-
3 nem repetere poſſem, Non obſtat † tex.in d.l.ſi ſeruus plurium, in fin. nam non agitur in propoſito de obſcuritate verborum teſtatoris declaranda, nulla enim verborum obſcuritas aut ambiguitas adeſt, vt ipſam ex ijs quæ præcedunt vel ſubſequuntur interpretemur; primo nanque caſu nihil dictum reperiebatur, quod cerni poſſet, ſed dictum & non ſcriptum legis præſumptione ex hac ipſa lege cenſebatur; Sicque ex eodem,§.fin.charitatis deſumimus coniecturam ac etiam neceſſitudinis, quæ quidem charitas à Papiniano conſideratur, neceſſitudo autem ab Imperatore in dicta lege cum acutiſſimi, in fin. ad conditionem iſtam tacitè ſubaudiendam, non erit in verbis diſceptatio, vt eadem ex præcedentibus vel ſubſequentibus declaremus.

Secundò inducitur quod in ſimili Raphael Cumanus conſuluit in quodam eius reſponſo relato per Andream Barbatiam in d.l.cum acutiſſimi, colum.pen. verſic. Sed an iſta coniectu-
4 ra, Quòd ſi duobus filijs inſtitutis † fiat ſubſtitutio fideicommiſſaria diſtincta, puta quia vnũ ſimpliciter grauat poſt mortem reſtituere nulla liberorum mentione habita: alterum verò grauat ſi ſine liberis deceſſerit, in primo grauamine, ipſa ſi ſine liberis deceſſerit conditio, non ſubauditur, ex quo teſtator de eis cogitauit eosque in conditione poſuit in ſubſtitutione vni & non alteri facta, iſtudque Raphaelis dictum refert Socinus tum hic, tum in ſubſcriptione quam fecit ad dictum conſilium Curtij ſenioris, hosque recenſendo ſequitur Curt. iun.conſilio 33. Præſupponitur in facto, ante numerũ ſextũ, verſic. Et iſtam opinionem, pertranſitque Socin. iun.conſil. 128. Præſentis conſultationis reſolutio, num.43.verſic. Tertio hæc omnia, lib. 1.

Sed Andreas Barbatia, dum in d.l.cum acutiſſimi, ſuſtinere contrarium per eandem illam legem & Papiniani hoc reſponſum nititur, dicebat quòd licet teſtator in altero caſu omiſerit, lex tamen ſupplere nõ definit, nec debet de vna
5 ad † aliam ſubſtitutionem inferri, cum diuerſæ ſint ex diuerſisque illatio non fiat, l. Papinian. exuli, ff.de minorib.l.fi.ff.de calumn.l. interſti pulantem,§.ſacram, de verb.oblig.

Reſponderi autem poteſt, à coniectura per Papinianum inducta ob alias cõiecturas recedi licere, vt in ſuperioribus poſt Petrum Anchar. Ludouicum Romanum, & alios dixi, Vnde in caſu Raphaelis lex definit ex mente coniecturata ſupplere, de liberis enim in cõditione ponẽdis cogitauit, ponendo igitur in vno caſu putat lex 9 in caſu omiſſo noluerit apponere, ex ijs

quæ

quæ tradit Socin. conſ. 191. Licet, col. fin. lib. 2. aliàs ſi lex ſemper ſupplerer, nunquàm hæc lex eique ſimiles limitarentur, quod abſurdum eſt & vbique dignoſcitur. Barbatiamque vana ac friuola ratione moueri, nec de ipſo curandum
6 eſſe, in d. l. cum acutiſſimi, opiniones † Saturninas, nuſquam approbatas aut receptas afferentem, dicebat Soc. iun. d. conſ. 128. nu. 48. lib. 1. Quinimò Raphaelis Cumani opinionem veriſſimam eſſe, ipſumque Doctorem illuſtriſſimũ atteſtans, ibi nu. 43. eandemque ſentẽtiam crebriorem, nu. 49. vt per eum, quam etiam ſequũtur Dec. conſil. 581. Viſo puncto controuerſiæ, num. 5. verſ. Et vlterius etiam Pariſ. conſil. 19. Ad reſolutionem, col. 10. num. 98. lib. 1. ad hoc propoſitum allegans tradita per Io. de Anan. conſ. 22. Ad approbandam, poſt num. 3. Hieronym. Grat. conſ. 5. Et ſi hoc reſponſum, num. 6. lib. 2. Emanuel Coſta in rep. c. ſi pater, in 1. par. in verb. Si abſque liberis, nu. 10. verſ. Quarto ſententiam, de teſtam. in 6. Simon de Pretis in tract. de interpr. vlt. volun. lib. 3. Dubit. 3. fol. 2. ante nu. 16. fol. 311. Franciſ. Mantic. in tract. de coniect. vltim. volun. lib. 10. tit. 7. num. 9. verſi. Sexto hæc coniectura.

Tertiò, nam ex quo poſt mortem filiæ quibuſdam ex ea nepotibus & hæredibus prælegãdo teſtator prouiderat, cum alijs domum reliquerit ac de nepotibus filiæ domoque memine rit, apparet illis quo ad domum prædictam prouidere noluiſſe: ſicut in ſimili dicimus, quòd ſpecialis teſtatoris prouiſio legis prouiſionem
7 ceſſare † facit, l. maritus, C. de procu. & facit tex. in l. licet Imperator, de leg. 1. vbi licet legata ab inſtitutis repetita à ſubſtitutis cenſeantur ex mente præſumpta teſtatoris, tamen ceſſaret re-
8 petitio quando à ſubſtitutis aliqua † prouiſio legatarijs facta inueniretur, ita in caſu noſtro.

Hæc ratio quamuis fortiſſima videatur, ſubuerti fortaſſe poſſet, conſiderando huius legis diſpoſitionem nõ legis ſolum ſed hominis etiã cenſeri, licet enim lex præſumat, tanquam plus dictum à teſtatore præſumit, noluitque id ſimpliciter & abſolutè lex inducere, ſed vt ab ipſo teſtatore diſpoſitum à ſcribenteque prætermiſſum, vt poſſit diſputando attentari iunctim hominis & legis diſpoſitionem concurrere; Quinimò non ab re etiam dici poſſet, in themate prænarrata in propoſito generalem diſpoſitionem cenſeri, ſubintelligentiam verò conditionis ſpecialem teſtantis, ſaltem ad teſtamenti factionem relatam, quamuis ad ius conſtituendũ legis prouiſionem eſſe, adeo quòd non ſic de facili, vt Socinus argumentabatur, ſubintelligẽtia hæc ex dicto prælegato tolli poſſit, exploratumque eſt, ſpecialem hominis prouiſionem le-
9 gis aliam tollere, ex d. l. maritus, cum ad † idem diſpoſitiones tendunt, Soc. iun. conſ. 130. Pauciſſimis vtar, num. 12. lib. 1. in propoſito autem non ad idem ſed alio diriguntur: Ac etiam prouiſionem hominis auferre legis prouiſionem
10 naſcituram † ſed non natam, Bal. in l. ſi mulier, nu. 3. C. de pact. conuen. prouiſionẽ autem legis tanquam natam non naſcituram nunc conſiderabimus. Non obſtat d. l. licet Imperator, §. fin. nam ibi fuerat relictum ad ambobus, inſtituto ſcilicet & ſubſtituto, in præſuppoſito vero caſu prælegata fuerant relicta ab inſtitutis, quinimò inſtitutæ matri ſubſtituti reperiebantur, vnde qua ratione circa inſtitutionem primum filiam & ex ea deinde nepotes iſtos ſubſtituendo, non ſolum prælegando & propterea in eo quod eſt plus prædilexit, ita cenſetur reſpectu domus prædictæ ipſos pariter prædilexiſſe circa ſubintelligentiam tacitę conditionis ex hac lege.

Quibus ſtantibus, non mirũ ſi omnes Aduocati Florentini contrarium, Socino referente conſuluerant, quicquid tamen ſit, non eſt ab
11 eius opinione † recedendum, quæ fuit originalis Raphaelis Cumani, cui aſſentiuntur Socin. iun. d. conſ. 128. ante num. 53. verſ. Confirmantur prædicta, lib. 1. Curt. iun. conſ. 33. Præſupponitur in facto, col. 5. in princ. ante nu. 7. verſ. Ad idem bene conueniunt, qui non ſolum Aduocatis non adhæſerũt, τρίχα διχοῦσιν ἐν δικαιοβουλίᾳ, ex tribus relatis fundamentis: conſilijsque eorundem Aduocatorum non militantibus, iuxta idẽ Socini conſilium per duas ſententias Florentię obtentum extitit ad fauorem piæ cauſæ, quæ
12 quidem † fauorabilis eſt, ex ijs quæ notant Salyc. in l. 1. in 6. q. ff. de inoffic. donat. Ang. col. 2. & Paul. de Caſtr. col. 3. num. 8. in l. precibus, C. de impub. & al. ſubſtit. rurſus Ang. in l. diſcretis, C. qui teſtam. fac. poſſ. Alex. conſ. 92. Super eo de quo quæritur, col. fin. nu. 11. & 12. lib. 3. ac etiam Bart. in l. in teſtamento, nu. 2. ff. de fideicom. libert. Et re vera plures coniecturę concur-
13 runt † ex quibus in hanc partem meritò inclinandum eſt. Socinus denique ſtrenuos Iuriſcõſultos iudices & aduocatos admonet, vt in prædictis ſecundum varias coniecturas diligenter animaduertant, à coniecturata etenim teſtatoris voluntate dependent.

Digitized by Google

COMMENTARIORVM
PRAECLARISSIMI
IVRISCONSVLTI
D. IOSEPHI DE RVSTICIS
PATRICII AQVILANI,
Ad l. cum auus, de conditionibus & demonſtrationibus.
LIBER SECVNDVS.

HYPOTHESIS.

Cum alter ex filijs reſtituere alteri teſtatoris filio grauaretur, l. cum auus, ex crebriori opinione ſubintrare. Hoc autem vbi filio inſtituto vniuerſaliter alter filius in legitima eſſet ſubſtitutus ex Socini aquiori aſſertione limitari. Et niſi contrarium ex mente coniecturata teſtatoris appareret. Et quæ propria ſit ſucceſſio in l. cum acutiſſimi, aperiri. Interque liberos æqualitatem ſeruandam fore.

SVMMARIVM.

1 *Legis cum auus, diſpoſitionem, cum alter ex filijs grauatur alteri filio teſtatoris reſtituere adhuc procedere, & nu. 13. Contradictores autem, nu. 12. recenſeri.*
2 *Patrem præferre filium liberis alterius filij in portione ipſorum patris voluiſſe, credendum non eſſe.*
3 *L. cum acutiſſimi, dum de proprijs ſucceſſionibus meminit, de proprijs grauati non teſtatoris ſucceſſionibus intelligi.*
4 *Repetita in lege interpretata, quæ in lege ſunt interpretante cenſeri.*
5 *L. cum acutiſſimus, dum de proprijs alienisque ſucceſſionibus verba facit, reſpectu ſanguinis & ſucceſſionis mixta conſideratione interpretari, & num. 9.*
6 *Lege xij. tabularum ſimpliciter filijs ſucceſſionem & ſic æqualiter ac virtiliter deferri.*
7 *Effectum à ſua cauſa regulari.*
8 *Defendentes in locum ſuorum parentum ante auum premortuorum ſubrogari, æquum eſſe.*
10 *Balduini, & Emanuelis Coſtæ pulchram rationẽ, ad diſpoſitionem l. cum auus, etiam filio teſtatoris ſubſtituto inducendam afferri.*
11 *Voluntatem teſtatoris conditiones moderari.*
13 *Priuilegiatum contra alium pariter priuilegiatũ ſuo priuilegio non uti.*
14 *Authen. niſi rogati, C. ad Trebell. & authen. de ſanctiſſ. Epiſc. §. ſed & hoc præſenti, collat. 9. decidendi rationem explicari, dum ibi diſponitur, conditionem ſi ſine liberis deceſſerit per ingreſſum monaſterij non deficere pia cauſa ſubſtituta.*
15 *Iacobum Butrigarium Doctorem inſignem ab Andrea Tiraquello notatum, cum gloſſam in l. 1. C. de donation. cauſ. mort. pro communi opinione, vt lex cum auus, altero etiam filio teſtatoris procedat, nihil de hac re dicentem allegauerit.*
16 *Baldum eminentiſſimum Iuriſconſul. à Paulo Caſtrenſi Salycetoque animaduerſum ad comprobationem dictæ communis concluſionis, vt præcitata l. cum auus, filio teſtatoris etiam ſubſtituto locum habeat, caſum legis non allegantem: ipſumque defendi, nu. 18.*
17 *L. cum auus, diſpoſitionem, in altero filio teſtatoris procedere, etiam ſi in totum filius fuiſſet inſtitutus & grauatus alteri filio reſtituere: idque ex Carolo Ruino latè comprobari.*
19 *L. Cum auus, diſpoſitionem, ex Socino ceſſare vbi filio inſtituto vniuerſaliter, alter filius in legitima eſſet ſubſtitutus, & num. 24. opinionem eiuſdem Socini æquam eſſe affirmari.*
20 *Fratres ad æqualitatem reduci, æquum eſſe.*
21 *Æqualitatis inter liberos ſeruandæ cauſa, à verborum proprietate recedi.*
22 *Æqualitatis ſeruandæ inter liberos cauſa aliquid in diſpoſitione includi quod aliàs non includeretur.*
23 *Liberorum conditionem æquam eſſe debere; Statutaque aliter diſponentia contra ius commune naturalemque æquitatem videri.*
25 *L. cum auus, diſpoſitionem, alio filio teſtatoris ſubſtituto non procedere, ſi contrarium de mente coniecturata teſtatoris appareret.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. I.

X QVARTA concluſione, quòd prædictæ leges militent etiam cum deſcendens eſt grauatus aliis filijs teſtatoris reſtituere, Primum ex Socini ordine corollariũ infertur, ex hoc Papiniani reſponſo quæſtionem illam dirimi, nunquid hæc interpretatio cum alter teſtatoris filius alteri filio grauatus eſt reſtituere ſibi locum vendicet, vt ſit concludendum † quòd ſic, quemadmodum tenent; Iacob. Butrig. in l. 3. C. de inoffic. teſtam. Bald. col. 1. num. 5. verſic. Quæro ſi pater, Salyc. num. 3. verſ. Et intelligas, Paul. de Caſtr. num. 5. verſ. Quid ſi fuit, & And. Barbat. col. 26. in d. l. cum acutiſſimi, Io. de Imol. & Ludouic. Roman. in l. ſi cui, ff. de donat. cauſ. mor. idem Paul. de Caſtr. in l. filiusfamilias, §. cum quis, ad fin. de leg. 1. in lect. Bononienſi, & in l. cum quidam, colum. 2. verſic. vltimo quæritur, C. de impub. & al. ſubſtit. Ang. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, & ibi Alex. col. 5. verſ. In eadem gloſ. ibi, Ex deſcendẽtibus, ff. ad Trebel. Raph. Cuman. hic, Alex. in d. l. generaliter, §. cum autem, vbi Io. Petrutius de Monte Sperell. Corn. col. 1. verſ. Et procedit etiam, in manu ſcriptis codicibus, & Iaſ. col. 1. num. 2. verſic. Vltra tres extenſiones, C. de inſtit. & ſubſtit. idem Ludouic. Roman. conſ. 370. In propoſita conſultatione, col. 1. Paul. de Caſtr. conſ. 14. Si contingat dictam D. Liſam, col. 1. num. 1. verſ. Nec contrarium facit, lib. 1. conſ. 198. Super primo quæſito, col. 1. lib. 2. conſ. 409. Caſus iſte frequenter contingit, col. 2. num. 2. verſ. Nec obſtat l. cum auus, eod. vol. Alex. conſ. 5. Circa primum dubium, col. 2. nu. 4. verſ. Et illud eſſet verum, lib. 3. conſ. 38. Perſpectis, col. fin. num. 11. verſ. Poſſet & reſponderi, lib. 6. Corn. conſ. 83. Videtur, col. 2. ante num. 2. lib. 1. conſ. 276. Viſo, col. 5. nu. 14. verſ. Et iuuantur præmiſſa, lib. 3. conſ. 42. Videtur prima facie dicendum, col. 1. nu. 2. circa med. lib. 4. Abb. conſ. 58. Quidam Nicolaus, col. 1. in fin. lib. 2. rurſus Andr. Barbat. conſil. 61. Scribitur, col. 4. verſ. Nec videtur, libro 1. conſ. 63. Præclarè, lib. 2. conſ. 85. eiuſdem initij, col. pen. verſ. Capio primum, lib. 4. in c. Raynaldus, col. 23. verſ. Præterea adduxit rationem, extr. de teſtam. & in rep. c. in præſentia, col. 59. in fin. extr. de probat. Franciſc. Aret. conſ. 156. Diligẽter viſis, col. 5. verſ. Ex his infertur, Curſen. conſ. 45. Statuto, col. 8. verſ. Quia diſpoſitio, conſ. 63. Antiquiſſima, col. 12. verſ. Non obſtat, Soc. conſ. 182. Licet filia, col. 2. verſ. Confirmatur, conſ. 227. Præſens conſultatio, col. fi. verſ. Nec ex eo, lib. 2. conſ. 6. In præſenti conſultatione, col. 1. nu. 2. verſ. Secundo quia, libro 3. conſ. 55. Viſis conſilijs, ante nu. 1. eod. vol. Iaſ. conſ. 141. Chriſtophorus, col. 3. verſ. Ad idem, lib. 2. & conſ. ſeq. Venerabilis, col. 8. verſ. Nono in fauorem, conſ. 140. Nodoſa, col. 2. verſic. Ad idem, cod. vol. Ludouic. Gozad. conſ. 4. Prima facie, col. 4. nu. 15. Stephan. Bertrand. conſ. 13. Viſo, ad fin. lib. 3. conſ. 422. Dubia elicita, nu. 14. lib. 5. Dec. conſ. 568. D. Daria col. fin. verſ. Non obſtat, Bartholomæus Caſſan. cõſ. 53. Ex facto, col. 2. conſ. 67. Nobilis, col. 5. nu. 11. Pariſ. conſ. 41. Ioannes, nu. 35. lib. 3. Carol. Ruin. conſ. 124. Viſo teſtamento, num. 2. lib. 3. conſil. 131. In themate, col. 3. nu. 4. cod. vol. Socius. in. de communi opin. atteſtans, cõſ. 126. Maxima profectò, nu. 18. lib. 1. conſ. 125. Viſis, nu. 12. & 21. eod. vol. vbi num. 13. allegat Oldradum, & conſilia vtriusque Socini ſen. vt per eum, Angel. in tract. de teſtam. gloſ. 79. poſt nu. 8. verſ. Idem ſi eſſet frater fratri, Io. Crot. conſ. 1. Dudum, nu. 9. verſ. Quarto pro hac parte, conſ. 4. Caſus, nu. 29. & conſ. 17. Teſtator, nu. 20. & 22. Io. Ceph. conſ. 46. Adhuc videtur, nu. 37. lib. 1. conſ. 306. Conſultatio frequẽs eſt, nu. 8. vbi communem eſſe dicit, poſt Gratum, lib. 3. verſ. Quibus videtur, Gulielm. de Benedict. in rep. c. Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur, ante nu. 3. verſic. Ex quo ſequitur, de teſtam. Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Donatione largitus, num. 294. verſ. Quod ſi dicatur, veriorem opinionem eſſe aſſerens, C. de reuoc. don. & in tract. Primogeniorum, q. 40. num. 94. verſic. Hæreditas, fol. 286. Didacus Couarruuias Toletanus alios allegans in lib. practic. Quæſtionum, fol. pen. col. 1. Marc. Mant. lib. 4. enchirid. cap. 80. incip. Maxima eſt contẽtio, fol. 93. Anton. Gabrielius lib. 4. de fideicom. concl. 2. num. 11. in 5. ampliat. Hieronym. Zanch. in rep. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 852. ff. ad Trebell. Fernand. Vaſquius, in tract. de ſucceſſion. creatione, libro 3. primæ part. §. 27. limit. 31. ante numerũ 5. verſic. Tertio attringe, Anton. Gomeſ. in commen. uarisque reſolut. iuris ciuil. tomo 1. ultim. uolunt. cap. 5. de fideicom. ſubſtit. poſt num. 32. fol. 57. uerſic. Quod notabiliter extende. Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. ultim. uoluntlib. 10. tit. 7. numero 2. uerſic. Itaque extenditur, Balduinus in l. 1. ff. de condit. & demonſt. in uerb. Ineſt conditio, quam legem explicat poſt tit. Inſtit. de uerb. oblig. qui elegantèr egregieque loquitur, Gregor. Lupus in l. 10. tit. 4. in 6. partitione, in gloſ. Dexaſſe, uerſic. An autem, Andr. Alciat. conſilio 109. Gregorij de Tonſis, ante numerũ ſecundũ, tom. 3. libro 9. Iacob. Philipp. Port. conſil. 177. Contingit, ante numerũ 4. lib. 4. conſ. 196. Ex facto, numer. 8. & 9. cod. uol. Cellus Hugo conſ. 93.

Tenor priuilegij, ante num. 8. verſ. Licet enim, Rolan. de Vall. conſ. 100. Quoniam, num. 21. lib. 1. eſtque communis ſententia de qua teſtãtur Socin. ſen. d. conſ. 6. In præſenti conſultatione col. 1. num. 2. lib. 3. Dec. in d. l. generaliter, §. cum autem, num. 7. & Hieronym. Gabriel. conſil. 96. Ioannes Leonardius, num. 10. verſ. Sed etiam, quinimò de communi & veriſſima opinione meminit Emanuel Coſta in rep. c. ſi pater, in 1. part. in verb. Si abſque liberis, num. 1. poſt Socinum, & Decium quos refert, eãdemque tenuit gloſ. in d. l. cum acutiſſimi, Io. Maria Riminald. conſ. 183. Viſa facti narratione, ſub num. 15. lib. 1. conſ. 189. In hac difficultate, nu. 13. eod. vol. Nicol. de Altouit. in d. ſubſcript. quam fecit pro cauſa Magdalenæ & Mariotti de Baroncellis, in qua reſponderunt Corneus & Antonius de Malegõnellis, rurſus ipſe Antonius in eius conſ. incip. Viſo teſtamẽto de quo in puncto, fol. 4. in fin. verſic. Et procedit dicta ſubauditio in cauſa D. Pieriæ & D. Catharinæ ſuper teſtamento Cecchi; Anton. de Padill. in d. l. cum acutiſſimi, num. 3. col. 2. & 3. verſ. Ex qua ratione, D. Sforcia Oddus, conſ. 46. Præfata Nobiliſſima D. Caſtora, num. 66.

Pro eius fundamento, Primò Salycetus allegabat textum in l. iubemus, §. cum autem, C. ad Trebell. iuncta d. l cum acutiſſimi; Secundò alium text. cum gloſ. in l. ſi qua mulier, d. tit. ad S. C. Trebell. Tertiò Paulus de Caſt. dicebat eſſe caſum expreſſum in hac ipſa l. cum auus, mirabaturque Baldum eandem non ponderaſſe; Quartò Ludouic. Roman. & Io. de Imol. in d. l. is cui, ff. de donat. cauſ. mort. gloſſam in terminis inducebant in l. 1. C. eod. tit. Quintò Raph. Cumanus aſſerebat, voluntatem cõiecturatam ex pietate deſumptã de qua in hac lege, in propoſito non ceſſare, nec credendum eſſe patrem
2 ſenſiſſe filium † liberis alterius in portione patris præferri, id naturali ratione naturalique affectu ſuadente. Sextò Iacobus Butrigarius in d. l. 3. C. de inoffic. teſtam. textum citabat in d. l. cum acutiſſimi, ipſum rectè ponderando, dum enim inquit, Ne videatur alienas ſucceſſiones
3 proprijs anteponere, ad proprias inſtituti † grauatique non autem teſtatoris ſucceſſiones ſe refert, cuius inſtituti propria ſucceſſio filij ſunt non autem fratres: idque oſtendit, nam in hac lege teſtatoris filius propter liberos grauati ne potis excluditur, cum igitur d. l. cum acutiſſimi, ad interpretationem huius reſponſi proceſſe-
4 rit, meritò quæ ſunt in lege interpretata † in lege interpretante repetita cenſentur, l. nihil, vbi Bart. ff. de coniung. cum emancip. liber. vnde illa verba, Alienam ſucceſſionem proprijs anteponere, cum alter teſtatoris filius ſubſtitutus inuenitur aptari non poſſunt, nam is proprius teſtatoris ſucceſſor eſt. Septimò Io. de Imol. in citato loco, & poſt eum Andr. Barbat. in d. l. cũ acutiſſimi, col. 27. in princ. rationem textus in §. cum filius, Inſtit. de hæredi. quæ ab inteſt. defer. allegabant. Octauò Socinus hic col. 21. ante num. 40. verſ. Sed in præſentiarum, notabiliter ac magiſtraliter dicebat, textum in præcitata l. cum acutiſſimi, de propria alienaque ſucceſ
5 ſione loqui † non ſolum reſpectu ſanguinis ſed ſucceſſionis, mixta conſideratione, quod pateti nam non ſucceſſibiles in conſideratione non ſunt, l. filiusfamilias, §. cum quis, de leg. 1. hoc preſuppoſito, aduertebat ipſe legem xij. tabularum ſimpliciter filijs ſucceſſionem deferre, §. 1. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. & ſic cen-
6 ſetur æqualiter † ac viriliter deferre, ex regula l. legata inutiliter, §. fin. ff. de leg. præſtand. liberis inſuper hæreditatem naturali ratione deferri deberique, l. cum ratio, de bon. damn. cum igitur filijs naturalis ratio communis & æqualis ſit, talis etiam ſucceſſio eſſe debet, effectus enim
7 à ſua cauſa † regulatur, l. cancellauerat, ff. de his quę in teſtam. delen. hæcque non ſolum in filijs ſed in alijs quoque deſcendentibus procedũt cum vt tex. in d. §. cum filius, inquit, æquum ſit
8 deſcendentes † in ſuorum parentum ante auũ præmortuorum locum ſubrogari, fortius itaq; hoc æquum redditur filijs ad ſucceſſionem admiſſis; Ex quibus egregiè in propoſito inferebat, propriam ſucceſſionem alienamque mixta-
9 † conſideratione ſanguinis & hereditatis intelligi, vt in portione vni filio debita delataque propria ſucceſſio, ex naturali, duodecimque tabularum lege, ille filius cui illa portio debetur omnesque eius deſcendentes intelligãtur; aliena verò in eadem portione alij filij ex eisque deſcendentes ſint, quibus neque ciuili, neque naturali lege talis portio debebatur; iſtudque in hac l. cum auus, iunct. d. l. cum acutiſſimi, euidẽter probari, vt per eum. Nonò, Emanuel Coſta
10 in rep. d. c. ſi pater, in 1. part. in verb. Si abſque liberis, nu. 3. verſic. Neque huic veriſſimæ ſententiæ, ſubtiliter poſt Balduinum cõſiderabat, quòd etſi deſcendens ſubſtitutus ſit, cuius quidem ſucceſſio futura fuiſſet non aliena ſed propria ipſi teſtatori, in propoſito tamen caſu manifeſtè eiuſdem teſtantis voluntas refragatur, qui aliorum deſcendentium ſucceſſiones prætermittẽs eas omnes ſibi alienas putauit & proprium ſucceſſorem ſibi illum deſcendẽtem elegit, quem ſibi hæredem in illa portione deſignauit; & quamuis eidẽ hæredi inſtituto poſt mortem ſuam alterum deſcendentem ſubſtituerit, quoniã tamen teſtator voluntatem & amorem quem ad ſuum deſcendentem hæredẽ & ſucceſſorem deſignatũ habuit, præſumitur cõtinuare voluiſſe in nepotes ex illo procreandos, propterea in illorũ comparatione reliquorum etiam deſcẽdẽtium ſubſtitutorum ſucceſſiones tãquã

alienas

alienas exiſtimaſſe creditur, quod ad teſtantis
11 voluntatem attinet † quæ conditiones regit, l. pater Seuerinam, cum alijs, ff. de condit. & demonſt. quemadmodum igitur in ea portione deſcendentem grauatum alteri filio ſubſtituto prætulit, ita etiam eiuſdem grauati liberos prætuliſſe intelligitur, & ſic Philippo Decio ſatisfactum eſſe arbitror debilem quidem rationem in contrarium afferenti.

12 Et quamuis contradictores † non defuerint dictæque communis opinionis impugnatores, inter quos Bald. in l. cum quidam, in princip. num. ſecundo, verſic. Sed ſi ſubſtitutus, C. de impuber. & al. ſubſtit. ac in d. l. generaliter, §. cum autem, implicitè tamen, dum inquit, Reſponde vt in l. Scæuola, ff. ad Trebell. Ioan. de Imol. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, circa finem ſui apparatus, alijque relati per Gud. Pap. conſil. 216. Latius extendendo, num. ſecundo, qui contra communem ſenſit, & rurſus conſ. 27. Attendentes, colum. ſecunda, verſic. Nec poteſt dici, conſ. 165. Nobilis & potens, in fin. conſ. 215. Videtur quæſtio, colum. fin. verſic. Nec obſtat & conſil. 218. Indubitanter, num. 6. Dec. in d. §. cum autem, eod. num.

Non tamen ab opinione prædicta Iacobi Bu-
13 trigarij, & aliorum tanquam veriori † crebrioque calculo recepta recedẽdum eſt; Nam etſi aliàs priuilegiatus vti priuilegio contra pariter priuilegiatum non ſoleat, l. ſed & militis, ff. de excuſ. tut. l. aſſiduis, C. qui potiores in pignor. hab. cap. fin. de ordin. cognit. in hac tamen ſpecie filius aut alter deſcendens reſtituere fideicommiſſum grauatus poſt mortem alteri filio magis priuilegiatus, & dilectus cenſetur reſpectu portionis ſibi relictæ, argum. text. in l. Publius, §. fin. ff. de condit. & demonſt. & in l. ſciendum, poſt princ. ff. de verbor. obligat. qua certè ratione ad eius fauorem ex eoque deſcẽdentium conditio ſi ſine liberis contra alterum filium minus in portione illa dilectũ priuilegiatumque tacitè ſubauditur.

14 Declaratio † decidendiq. ratio hinc ad textũ in Authent. niſi rogati, C. ad Trebell. in Auth. de ſanctiſs. Epiſcop. §. ſed hoc præſenti, coll. 9. & in cap. in præſentia, de probat. deſumitur, quamuis enim fideicommiſſum ſub conditione, ſi ſine liberis, relictum per ingreſſum monaſterij ſoleat deficere, tamen hoc non procedit, ſi fideicommiſſum piæ cauſæ reſtituendum ſit, nimirum quia cum pia cauſa cui reſtitutio eſt facienda, pro ſe teſtantis iudicium voluntatemque abſolutè habeat, cenſeri debet magis priuilegiata quàm monaſterium quod grauatus ingreditur, de quo fortaſſe teſtator nunquam cogitauit, proinde ne piæ cauſæ fideicommiſſariæ præiudicium irrogaretur, voluit lex eo caſu inducere, quòd monaſterium per grauatum ingrediendum loco filij haberetur, alteramque piam cauſam excluderet.

Denique non omittam Andreæ Tiraquelli
15 Doctoris oculatiſſimi † animaduerſionem in d. l. ſi vnquam, in verb. Donatione largitus, num. 294. dicentis perperam Iacobum Butrigarium inſignem alioqui Iuriſconſultum ad cõmunem opinionem probandã Accurſij authoritatem citaſſe in dicta l. prima, C. de donatio. cauſ. mort. cum nihil ex Accurſianis verbis ibi deduci aſſumique poſſit quod huic negocio cõueniat, & re vera ita eſt, vt ante animaduerterat Andr. Barbat. in d. l. cum acutiſſimi, colum. 27. licet ex alijs fundamentis Butrigarij ſententia conſtans firmaque remaneat: expediens fuit notam iſtam retuliſſe, cum videãtur in hac quæſtione illuſtriores Doctores dormitaſſe, Paulus enim Caſtrenſis in præalleg. l. cum acutiſſimi, num. quinto, & Salyceti mente. 2. Baldum
16 mentis quadam caligine † obumbratum reddunt, qui caſum legis non perpendit, licet nullum textum ignoraſſe dicatur: Tiraquellus verò, & Barbatia Iacobum Butrigarium ingenio obtuſum conſtituunt, cum mutum Accurſium in theatrum ediderit.

Concluſio hæc iuris ſubſtantia maximoperè ſuffulta, frequentiorique Doctorum voto com-
17 probata, ampliatur vt procedat etiam † ſi in totum fuiſſet inſtitutus, & grauatus alteri teſtatoris filio reſtituere, vt ſcribit Carol. Ruin. conſ. 36. Concluſio, colum. quinta, num. nono, lib. 3. dicens eſſe de intentione Baldi & Salyceti in d. l. cum acutiſſimi, idem etiam ſentit Franc. Mantic. in d. tract. de coniectur. vltim. volunt. lib. 10. tit. 7. incip. Interdum, ante num. 3. hocque Socinum hic præſupponere, num. 41. Ruinus in præcitato conſilio teſtatur.

Adhuc. n. inquit ipſe, illa ratio militat, videlicet quòd cum inſtitutum in totum alteri filio ſubſtituto prætulerit, eandem charitatem habuiſſe erga ipſius grauati poſteritatem præſumitur, cumque Bald. & Salyceti. in d. l. cum acutiſſimi, ex eadem ratione dicant, quòd ſi teſtator filium inſtituat ipſumque grauet alteri filio reſtituere, conditio ſi ſine filijs maſculis & fœminis ſubintelligatur, indiſtinctèque Baldus loquatur, non ſolum vult legem hanc procedere quando grauatus pro parte tantum inſtitutus fuit, ſed etiam cum in totum inſtitutus reperitur, qui quidem caſus in hoc Papiniani reſponſo non exprimitur. Proinde Paulus de Caſtro, alijque Moderni dicentes in ſæpius citata l. cum acutiſſimi, in d. l. generaliter, §. cum autem, in hocque reſponſo dictum Baldi dubitabile non eſſe cum expreſſe hic decidatur quam legem ipſe non allegat, Baldum indiſtinctè loqui minimè aduertunt, & ſic etiam vbi filius grauatus in totum inſtitutus fuit, qui caſus (dicit Carolus Ruinus)

Ruinus) neque hic nec alibi deciſus reperitur; Niſi dixerimus, quòd cum Baldus indiſtinctè loquatur, nulli dubium eſt illum etiam caſum fuiſſe complexum, quo filius grauatus ex parte fuit inſtitutus, ergò debuit caſum huius legis inducere: vlterius quando filius fuit inſtitutus ex vniuerſo, & grauatus poſt mortem alteri filio ipſius teſtatoris reſtituere, multo magis ſi deceſſerit ſine liberis debet conditio ſubintelligi: ſi enim vnus filiorum altero filio excluſo hæres inſtitutus ex vniuerſo extitit, longe magis fuit dilectus, alter verò qui fuit excluſus ingratus præſupponitur, ideoque multo difficilius debet ad fideicommiſſum admitti, ergò multo facilius conditio hæc eſt ſubintelligenda; Baldus inſuper rationem reddit, quam enim charitatem teſtator erga filium inſtitutum habuit, eandem continuatam erga nepotem ab eo deſcendentem habuiſſe intelligitur.

18 Miror ego† quòd tam acriter Baldum poſteriores condemnent; quaſi prægrande facinus incurrerit huius reſponſi omiſſione, cum verũ iurique conſonum dixerit, ſitque fuerit rationem qua leges nituntur allegaſſe: abhorruerit-que textum omnibus ius ciuile profitentibus peruulgatum licet aureum citaſſe, exiſtimans fortaſſe eius authoritati veluti alteri Papiniano eiuſdem reſponſi auctori ſtandum fore; arbitror etiam nonnullos qui Baldo notam inurũt, Baldi principis rationum in legali ſcientia perſonam ſuſtinere maluiſſe, ſæpè enim quibuſdã contingit vt imaginentur ſe theſaurum ſapientiæ, ac iuriſprudentiæ reconditum tenere, ſed iuxta prouerbium ſæpiſſimè ijſdem euenit, ἀνθρωπος θνητός.

Ad prædictam autem concluſionẽ rediens, Socinus hic colum. 21. num. 41. verſic. Ex qua
19 declaratione, dicebat† quòd ſi filio inſtituto vniuerſaliter alter filius in legitima inſtitutione eſſet ſubſtitutus, adeo quòd facta per inſtitutum vniuerſaliter, & grauatum reſtitutione partis, adhuc dimidia hæreditatis apud grauatum remaneret, tunc alienam ſucceſſionem propriæ anteferre non diceretur, & conſequenter ratio Papiniani ac Imperatoris ceſſaret, proindeque diſpoſitio vulg. l. adigere, §. quamuis, de iur. patron. cap. cum ceſſante, de appell. hic enim text. quando nepos & filius ſimpliciter pro virili fuerunt inſtituti loquitur, l. interdum, ff. de hæred. inſtit. vt ita aliæ leges intelligendæ ſint, quæ ad illius interpretationem veniunt, d. l. nihil, & ibi Bart. ff. de coniung. cum emancip. liberis, item facit, nam in caſu Socini ratio pietatis non militat imo in contrarium vrget, cum
20 æquum ſit† fratres ad æqualitatem fore reducendos. l. cum pater, §. cuicũs, de legat. 2. cuius æqualitatis inter liberos ſeruandæ cauſa aliquã
21 do à verborũ proprietate† recedituꝛ, Bart. in l. fin. ff. pro donato, Socin. in l. prima, colum. ſecunda, in 4. not. ff. de reb. dub. æqualitatisque retinendæ ratione, aliquid in diſpoſitione inclu
22 ditur† quod aliàs non includeretur, Bald. conſ. 156. Clauſula codicillaris, poſt princip. lib. ſecundo, Franc. Aretin. conſil. primo, Decreuerã, colum. fin. in princip. Aym. Crauet. conſ. 133. Honorabilis, num. ſeptimo, Socin. iun. conſil. 153. Viſo, colum. prima, in princip. lib. ſecun-
23 do, liberorum enim† æqua debet eſſe conditio l. poſthumorum, de iniuſt. teſtam. l. inter filios, C. de famil. erciſc. vbi Baldus voluit omnia ſtatuta aliter diſponentia contra ius commune naturalemque æquitatem cenſeri, & cum Socini ſententia pertranſit Anton. Gabrielius lib. quarto fideicommiſſ. concluſ. ſecunda, num. 63. in 14. limitat. Et quãuis Ruinus d. conſil. 36. ante num. decimũ, lib. tertio, concluſionem Socini veram non eſſe arbitretur, cum enim in illa parte ſemel filium inſtitutum prætulerit, fueritque eius patrimonium effecta, l. ſed etſi plures, §. ſi filio, ff. de vulgar. & pupill. præſumendum eſt, in illa eandem charitatem habuiſſe ad omnem poſteritatem filij inſtituti, & grauati, quam ad filium inſtitutum habuit, vt Baldus dicebat, ex cuius verbis generalibus rationeque per eum reddita, videtur iſto etiam vltimo caſu dictam conditionem ſubaudiri. Tamen Socini opinio
24 verior eſt, quæ maximam† ſecum fert æquitatem, naturalemque iuſtitiam redolet: nec Baldo indiſtinctè loquenti in tantum eſt inhærendum, vt abſonum ſenſum admittamus, quemadmodum Dec. in d. l. generaliter, §. cum autẽ, num. 6. aduertit, hicque caſus plurimum à præcedenti differt, quo in totum reſtitutio facienda eſt, aliamque rationem habet, nec de toto ad partem argumẽtari licet, ſubintrat enim in contraria coniectura: cum etſi primo caſu dum de vniuerſo agitur veriſimile non ſit teſtatorem alterum filium prælaturum, ſed eandem charitatem ad grauati liberos habiturum, ne ipſi liberi vniuerſo patrimonio hæreditateque deſtituti remaneant, ita ſecundo caſu veriſimillimũ eſt, cum nepotibus medietas nõ auferatur, plus dictum, & minus ſcriptum non fuiſſe, vt paterna pietas æqualitatis menſura ac ratione reguletur; Nec vt dicebat Socinus, aliena ſucceſſio propriæ præfertur, ſed omnis iniquitas tollitur, veriſimileque eſt, patrem etiam ſi de liberis cogitaſſet, talem feciſſe ſubſtitutionem, cum liberi legitimam portionem conſequantur altera medietate patruo reſtituta: ſicque videtur in vſufructu omnium bonorum in medietateque proprietatis inſtitutum grauatumque filium prætuliſſe eiuſque liberos: & hoc non minus naturali iuri, quam duodecim Tabularum conſonum eſt, cum æqualitatem, vt dixi, redoleat: vt non ſit ab opinione Socini recedendum, ſi

æquali-

æqualitatem bonitatemque colimus.

Limitatur dicta communis conclusio, nisi de mẽte coniecturata † testatoris constaret, quòd eosdem, quos dilexit in institutione prædilige re in substitutione voluerit, vt tradit Roland. de Valle cons. 82. Factum præsentis consultationis, num. 40. versic. Similiter non obstat decisio Baldi, lib. tertio.

HYPOTHESIS.

Pia causa substituta tacitam adhuc si sine liberis conditionem subaudiri: idque exacta disputatione firmari, distinctione nihilominus adiecta. Ac veras communem intelligentias ad l. si quis in principio testamenti, ff. de leg. 3. & l. penult. C. de impub. & al. substitut. exhiberi.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, substituta etiam pia causa locum sibi vendicare: Doctoresque contrarium tenentes, num. 51. afferri: sed Richardi sententiam crebriorem esse, num. 94.*

2 *Bona in filium naturali ratione communique parentum voto transire: eaque numero 4. intelligi.*

3 *Liberos, pia causa petitores respectu legitimæ extraneum censeri; Sed contra num. 60.*

5 *Pietatis officium, filys relinquendo exerceri: idemque pia causa.*

6 *Priuilegiatum tractantem de damno vitando, priuilegiato de lucro captando, dare concessa præferri.*

7 *Filium & nepotem respectu paternorum, extraneum capere videri.*

8 *Priuilegiatum de damno vitãdo non præferri priuilegiato de lucro captando, quando lucrum iam radicatum esset, idque ampliari, nu. 9.*

10 *Ius quærendum magis à nobis abdicari, quàm ius quæsitum.*

11 *Factum potentius esse quàm testamentum; Contrarium tamen stabiliri, num. 15.*

12 *L. cum auus, in præsumptione fundari.*

13 *Præsumptionem fortiorem tollere debiliorem, ac imbecilliorem, & nu. 31.*

14 *Donationem ecclesiæ factam, ex l. si quando, C. de reuocan. donat. etiam vltra legitimam revocari.*

16 *Voluntatem testantis pro lege seruandam esse.*

17 *Pœnam in legatis legumque iussionibus statim incurri, si quicquam addita pœna factum non fuerit: secus autem in contractibus.*

18 *Argumentum de testatore ad legem valide esse.*

19 *Inofficiosi testamenti actionem odio habitam fuisse, tanquam vltimas defunctorum voluntates euertentem.*

20 *Testamenta iuri gentium adijci.*

21 *Militem ciuilibus testamenti legibus solutum esse.*

22 *Deportatum testamenti factionem amittere.*

23 *Tacitum Cornelium, ætate sua sexcentesimo plus minus anno post l. XII. Tabul. in Germania non minima parte orbis, nulla fuisse testamenta asserere.*

24 *Ius gentium à Theophylo definiri.*

25 *L. si quis in principio testamenti, de legat. tertio, intelligi.*

26 *Testamẽtariam dispositionem, fauorabiliorem dispositione contractuum esse.*

27 *Dispositionem generalem personas quoque priuilegiatas complecti, Sed contra nu. 35. idque num. 36. ampliari.*

28 *Legem generaliter loquentem, generaliter intelligendam esse, etiam si maior ratio in vno quàm in alio casu adsit.*

29 *Ecclesiam sub rationibus generalibus non comprehendi, & nu. 85.*

32 *Leges ciuiles ac imperatorias in disputationibus ad pias causas sibi locum non vendicare.*

33 *Decisionem claram, & expressam de iure ciuili, in ecclesia in exemplum canonico inspecto seruandam esse: dummodo in materia spirituali, vel peccati non versemur.*

34 *Legem imperatoriam ecclesiæ damnosam vel præiudicialem seruandam non fore, nisi per Summum Romanum Pontificem approbata constiterit.*

37 *L. cum auus, diuine communi contrariari.*

38 *L. cum auus, fauorabiliorem conferri & propterea de casu ad casum extensionem recipere.*

39 *L. in stradam, in fin. ff. de testam. milit. specialem rationem militum fauore continere.*

40 *Militum priuilegia licet multa sint, militem tamen communi iure vti oportere vbi in specie priuilegiatus non reperitur.*

41 *Statutum seu legem generaliter loquentem dotis causam quoque comprehendere, nisi expressè in casu statuti priuilegiata reperiatur; Cõtrarium tamen nu. 42. demonstrari.*

43 *Alimenta legata ex generali diminutione nequaquam diminui.*

44 *Argumentum de legatis ad dotem validum esse.*

45 *Filium ac nepotem eandem personam censeri.*

46 *Interpretationem faciendam esse, prout testator interrogatus verisimiliter respondisset.*

47 *Testatoris dispositionem sic debemus interpretari, ne possit à sapientibus reprehendi.*

48 *Piam causam substituta, etiam si supersit persona qua ex mente verisimili testatis aliàs soleat substitutum excludere, admitti: & nu. 49. contrariam opinionem tenentes allegari, sed nu. 50. Alexandri sententiam iuxta terminos Ostaschi confirmari: limitationemque nu. 62. afferri.*

Testa-

52 *Teſtamentum nutu factum inter liberos non valere.*

53 *Teſtamentum nutu factum fauore pie cauſæ ſuſtineri: quicquid de teſtamento inter liberos nutu condito contingat.*

54 *Piam cauſam non ſemper priuilegiatam eſſe, & nu.88.*

55 *Pia cauſa non ſic fauendum, vt alijs iniuſtitia inferatur.*

56 *Eccleſiam iuſtitiæ cultricem eſſe: nec in ſe aut in alium pati quicquam iniuſtè fieri.*

57 *Eccleſijs plurimum in ijs quæ ad probationem pertinent: quæque teſtamentis extrinſecus accidũt indulgeri, ſecus in ijs quæ ſubſtantiam reſpiciũt; idque nu.58. ampliari.*

59 *Piam cauſam in ſubſtitutionis materia priuilegiatam non exiſtimari.*

61 *Filijs non ſolam legitimam, ſed totam hæreditatem ſuapte natura deberi.*

63 *L. pen. C. de impub. & al. ſubſtit. interpretari.*

64 *Liberos ſubſtituto ex diſpoſitione huius legis non præferri, vbi de liberis in genere cogitatũ fuiſſet; Sed nu.65. ex magis communi opin. contrarium verius videri.*

66 *Dei Optimi Maximi omnia eſſe.*

67 *Donationem in filium collatam, ſuſceptione liberorum ex l. ſi vnquam, C. de reuocan. donat. non reuocari, ſed tanquam inofficioſam.*

68 *L. ſi vnquam, d. sit. in ratione l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. fundari.*

69 *Ius ex vltima voluntate quærendum facilius tolli, quàm ex contractu iam quæſitum.*

70 *Contractum duorum conſenſu vallatum non aliter quam eodem gemino conſenſu diſſolui.*

71 *Firmius acquiſitum id cenſetur quod propria opequis conſequutus eſt, quàm quod alieno beneficio adipiſcitur.*

72 *Alimentis ex contractu mihi debitis, ex mea ſententia poſſe ſuper ijs tranſigere: ſecus ſi ex vltima voluntate, cum prætoris decreto opus ſit.*

73 *Tranſmiſſioni vltimæ voluntatis ante cõditionis euentum locum non eſſe, licet conditionalis ſtipulatio ad hæredes tranſeat.*

74 *Teſtatorem magis animam, quàm poſteros diligere.*

75 *Cauſam naturalem accidentali potentiorem eſſe.*

76 *Filium in nece patris monachi vindicandæ Abbati præferri.*

77 *Piam cauſam contra teſtatoris voluntatem diſpoſitionemque, prætendere priuilegium non poſſe.*

78 *Pia cauſa fauorem in claris attendendum non eſſe.*

79 *Caſum omiſſum pro omiſſo non haberi, quum legis authoritate pietateque ſuppletur.*

81 *Filio purè inſtituto vel ſimpliciter ab inteſtato ſuccedente, inter mortem patris immixtionemque filij medium non dari.*

82 *Filij plus intereſſe, patrem inteſtatum quàm teſtatum decedere; idque in pubere intelligi ſecus ſi impubere, nu.83.*

85 *Legem generalem per aliam diſtingui declarique.*

86 *Argumentum validum eſſe dum dicitur hoc lege cautum non reperitur, ergo opponi non poteſt.*

88 *Lege reſiſtente potentiam in futurum denegari, cum verba in futurum tendunt: tuncque nec naturalem obligationem oriri.*

89 *Non aliter, formam ſolemnitatemque verba hæc inducere.*

90 *Formam eſſe rei tribuere.*

91 *Baldum ſine animi compunctione nunquam contra piam cauſam reſpondiſſe.*

92 *Dynum de Mugello, referente Angelo in inferno cruciari, cum in dubio ſententiam contra eccleſiam protulerit.*

93 *Teſtantes ad pias cauſas ſpiritu Dei moueri.*

95 *Piam cauſam ſubſtitutam in terminis huius legis excludi, ſi liberi in totum excluderentur: ſecus ſi de aliquo particulari relicto ageretur.*

96 *Piam cauſam tripliciter conſiderari.*

97 *Piam cauſam appellari poſſe vbi humanitatis intuitu fauor aliquis à iure adhiberetur.*

98 *Piam cauſam eſſe, voluntatem teſtantis ſequi; iuraque pietatis violare contra teſtantis voluntatem venientis.*

99 *Dotis cauſam piam eſſe, in paupere muliere vbi anima fauor conſurgeret.*

100 *Dotis cauſam fauorabilem cenſeri.*

101 *Piam cauſam proprie eſſe, quæ fauerem animæ concernit, vt quando pauperibus erogatur.*

CAP. II.

SECVNDVM corollarium eſt, quòd ſi lex iſta ac ſimiles, teſtatoris alijs liberis ſubſtitutis ſibi locum vendicant, ſubſtituta etiam Eccleſia, vel pia cauſa † vigebunt, ita tenent, Richardus de Malumbris Cremonenſis qui (Baldo teſte) omnium ætatis ſuæ Iuriſconſultorum doctiſſimus, & præſtantiſſimus habitus eſt, Benedictus de Plumbino, Bald. colum. ſecunda, nu. quarto, Paul. de Caſt. colum. fin. nume. 7. Ioan. Petrutius de Monte Sperello, & Com. colum. ſecunda, verſic. Notationem, in d. l. cum acutiſſimi, Raph. Cuman. hic num. vndecimo, verſic. Et per hoc idem, ibidemque Socin. colum. 21. in fin. verſic. Secundum corollarium, dicens ſic genitorem ſuum Marianum ex facto reſpondiſſe in conſ. incip. Iacobus de Camerino, illique omnes ferè ſolennes Doctores Italiæ ſe ſubſcripſiſſe, Alexan. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, colum. quarta, in 6. fallen. poſt num. octauũ, verſic. Et contra Baldum, ff. ad Trebell. Ioan. Bapt. Caccialup. à S. Seuerin, oin l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit.

1

inſtit. & ſubſtit. Andr. Barbat. in cap. fin. col. 2. extr. de donat. in rep. cap. Raynaldus, col. 23. de teſtam. Gulielm. de Benedict. in rep. c. Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur, limit. 12. num. 23. verſic. Sed aduertatis, d. tit. de teſtam. Dec. in l. fœminæ, verſic. Ex iſta, ff. de regul. iur. in l. precibus, colum. 6. num. 14. verſic. Sed tamen in contrarium, C. de impuber. & al. ſubſtit. & in d. §. cum autem, num. 7. verſic. Retenta tamen, fuitque opinio Bart. in l. filio præterito, colum. 4. verſ. Præterea hoc ſuadet æquitas, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. Felyn. poſt Baldũ ibi in c. in præſentia, colum. 1. extr. de probat. Socin. in l. 2. colum. pen. verſic. Poſtremò extra Bart. hic ff. de vulg. & pupill. Bald. conſil. 326. Conſidero duo, in fin. lib. 4. cui Angelus ſe ſubſcripſit, Petr. de Anchar. conſil. 74. Contra Philippum, colum. 2. verſic. Et ita in caſu noſtro, conſ. 43. Super prædicto dubio, in fin. verſ. Nõ obſtat tertia ratio, Paul. de Caſtr. conſil. 14. Si contingat dictam D. Liſam, colum. 1. ante num. 2. verſic. Circa primum, lib. 1. Alex. conſ. 226. Ponderatis, colum. 2. num. 3. verſic. Et etiam in dubio, lib. 6. conſ. 38. Perſpectis his, num. 5. eod. volum. Iaſ. conſil. 212. Alta & valdè profunda, colum. 2. verſic. Et in iſtis terminis, libr. 2. conſ. 39. Ioannes, col. 6. verſic. Prędicta veriora apparebunt, lib. 3. Benedict. Capr. conſ. 18. Cũ viſo, colum. 2. num. 5. verſic. Pro quo etiam facit, Andr. Barbat. conſil. 13. Clementiſſimi Dei, colum. 7. verſic. Et adduco illud quod voluit Richardus, lib. 1. conſil. 35. eiuſdem initij, col. 1. eod. volum. conſil. 55. Præclarè ſcribitur, col. 7. verſic. Et adduco, lib. 2. conſil. 38. Difficile eſt, colum. 3. conſ. 46. eiuſdem initij, colum. tertia, conſ. 81. Illud referam, colum. prima, lib. tertio, Corn. conſil. 31. Placet mihi, colum. ſecunda in fin. poſt num. 4. verſic. Vnde Baldus, lib. 1. conſ. 197. Non alienam, colum. 6. in fin. verſic. Nec authoritas, lib. 3. conſ. 276. Viſo, colum. tertia, poſt num. 4. & colum. 6. num. 14. & 7. num. 17. eod. volum. conſ. 226. Quanquam, colum. fin. poſt num. 12. verſic. Per quam rationem, lib. 4. Riminal. ſen. conſ. 183. num. 15. Socin. ſen. conſ. 23. Circa prædictam conſultationem, num. 20. lib. tertio, conſ. 191. Licet, colum. pen. verſ. Tertiò ex eo, lib. ſecundo, conſ. 227. Præſens conſultatio, colum. fin. verſ. Secundò ego reſpondeo, eod. volum. conſ. 26. Cum ſuper, colum. fi. lib. 4. Aluiſius Tentor inter conſilia Calcanei, conſ. 47. Chriſti nomine, colum. tertia, Ludou. Bolognin. in addit. ad conſilia Ioan. de Anania conſ. 68. Caſus de quo agitur, colum. ſecunda, poſt med. verſic. Nec dicatur, rurſus Dec. conſ. 391. In caſu propoſito, colum. fin. verſic. Præterea, vbi de communi opinione atteſtatur, conſ. 416. In teſtamento, colum. prima, num. quarto, Carol. Ruin. conſ. 106. Viſo, colum. tertia, num. quarto, lib. ſecundo, conſ. 182. In facto, colum. quarta, verſic. Secundò reſpondetur, & is de recepta ſententia fidem faciẽs, ab eaque recedendum non eſſe, eod. volum. conſ. 131. In themate, colum. 8. num. 9. verſ. Præterea quamuis, conſ. 153. Circa caſum, num. tertio, lib. tertio, Pariſ. conſ. 70. Vidi teſtamentum, colum. fin. nu. 29. lib. ſecundo, & conſ. 86. Ad veram reſolutionẽ, colum. fin. num. 74. verſic. Et quòd in materia, eod. volum. vtrobique de communi opinione atteſtans, Socin. iun. conſ. 125. Viſis, num. 21. lib. primo, vbi latè iſtam opinionem comprobat: veriorem communemque eſſe concludit: & num. 28. plures authoritates allegat, quibus rectè cõſideratis, dicit apparere ipſam communem ſine aliqua difficultate eniteſcere: nec de alijs contradicentibus curandum eſſe cum pauciſſimi ſint, & re vera Petrus de Ancharano in quo præcipuum fit fundamentum non meruit allegari, reſponderque Alexandro Imolenſi, ac Andreæ Barbatiæ, ſubdit denique quòd cum ſit communis ferè omnium Doctorum opinio, nefas eſſe præſertim iudicando ab ea recedere: eiuſque propoſitum vſque ad num. 31. proſequitur, idem Socin. Nepos gemmatus Iuriſconſ. conſ. 96. Multa firmat, num. 4. verſic. Secundò quęritur, lib. tertio, dicens veriorem eſſe ſententiam, magis communem, ſibique ſemper placuiſſe, Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Libertis, num. 85. C. de reuocan. dona. ac in tract. de priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 17. verſic. Verum hoc non eſt ſine dubio, fol. 49. & ſecundum hanc opin. Antonium de Butrio cõſuluiſſe, Matthefilanus refert in tract. extenſionis, de quo meminit Socin. hic colum. 22. dixitque Matthefil. opinionem Baldi communiter per Italiam ſeruari, quod menti tenendum eſſe uidetur Andreæ Barbatiæ in d. l. cum acutiſſimi colum. 26. in 4. prin. quæſt. uerſic. Nihilominus Angel. de Aret. in tract. de teſtamen. gloſſ. 79. num. 8. uerſ. Quæ præſumptio, Anton. Gabrielius, lib. 4. de fideicommiſſ. concluſ. 2. num. 14. in 6. ampliat. is inſuper poſt Ruinum de communi atteſtans, Arius Pinellus in l. ſi uiua matre, num. 26. ueriorem, receptioremque ſententiam eſſe affirmans, C. de bon. matern. Hieron. Zanch. in rep. l. hæredes mei, §. cum ita, nume. 1109. ff. ad Trebell. poſt Socinum ibi colum. penult. uerſic. Confirmatur quòd liberi, Anton. Gomeſ. in commentar. uarijsque reſolut. iuris ciuilis, tom. 1. de ult. uolunt. cap. 5. de fideicommiſſ. ſubſtit. num. 34. uerſic. Extende ut procedat, fol. 58. ubi Emanuel Soarez in addit. pen. littera Q. num. 28. uerſic. Iſtam ſententiã, Frãc. Mantic. in tract. de conject. ultim. uolun. lib. 10. tit. 7. ante num. 4. dicens iuxta hanc opinionem ſe ex facto conſultum reſpondiſſe, eminẽtesque uiros ac ſummæ authoritatis ſe ſubſcripſiſſe, ſcilicet

licet D.Tiberium Decianum,D.Ioannem Cephalum, & D. Gaſparem Fabianum: & num. 7. ipſam frequentiſſimo Doctorum calculo receptam eſſe,verſic. Neque huic ſententiæ,& ante num.vndecimum, ſic indubitatè concludens Gregor. Lup.in l.10.tit.4.in 6.partita, in gloſſ. ſuper verb. Dexaſſe. Emanuei Coſta in rep. c. ſi pater,in 1. part. in verb. Si abſque liberis,nu. 17.vbi de communi opinione atteſtatur, de teſtam.in 6. Fernan. Vaſquius,in tract.de ſucceſſ. progreſſ.lib.3.§.26.de fideicommiſſ.ſubſtitut. num.7.verſic.Quid dicendum?fol.170.vbi nu. 6.communem eſſe repetit, Auguſtin. Bero.cõſ. 114.Cum ſuper,num.21.cum ſeq. lib. 2. Iacob. Menoch.conſil.379.Reſpondendum,num.29. verſic.Ita enim videmus,communem opin.eſſe dicens,lib.4.Matth. Brunus,conſil.3. Viſis,nu. 19.verſic.Sed præſumptio, vbi de eadem recepta ſcribentium ſententia loquitur. Anton. de Padill. in d.l.cum acutiſſimi,nume.8.verſic. Et hanc opin.ipſe ſequor, Decian. conſil. primo. Et quidem,nu.203.lib. ſecundo, Doctiſſimus Iuriſconſ.D.Petrus Caballus d.conſil. 48. nu. 14.verſic.Quoniam contrarium tenent, volum. primo, Sfort.Odd. conſil. 97. Benedictus Mariotti, num.23. in fin. vbi de vera & communi imo de magis communi opin.teſtatur,& Ioannes Saportellus hic, facie 12.verſic. Sed & hæc in pauca.

Ad ipſam fundandam plura inducuntur,Primò nam ſi lex iſta cum cõcordantibus proprio etiam teſtatoris filio ſubſtituto procedunt, in quem patris bona debent naturali ratione com
2 munique † parentum voto peruenire, l. cum ratio,in princ.ff.de bon.damn.l.ſcripto, in fin. ff.vnd.lib. fortius videtur quòd eccleſia ſubſtituta procederet, q̃ minus iuris in bonis defuncti habet,cum nec ab inteſtato vocetur nec naturali communique morientium voto ſibi bona debeantur, ſed ſolum ex expreſſa conditione ei relinqui poſſint.

Sed contrarium ſuſtinendo reſpondetur,teſtatorem maiori longe affectione animam ſuã quàm liberos proſequi, fauoremque liberorũ reſpectu tantum legitimæ eis debitæ, piæ cauſę
3 præferendum eſſe, non autem† quo ad reſiduũ patrimonij, iuxt. gloſſ. in cap. quicunque, 17. quæſt.fin. in hacque lege patrem eius filio ſubſtituto de hereditaria portione prouidiſſe:quia eundem iam inſtituerat, in reſiduo autẽ in quo nepotem inſtituit, magis ipſum nepotem dilexerat,ac conſequenter nepotis filium,ideoque ſubſtitutus excluditur:ſecus verò eſt in pia cauſa quam non inſtituerat.Nec huiuſmet legis diſpoſitio à pari in eccleſia ſubſtituta procedit, conſiderando nepotem illum legitimam ac Trebellianicam detracturum fore,vt tota hereditas ad eccleſiam, ex huiuſmodi detractionibus pertinentia non eſſet; Congruit ſane text.in cap.in præſentia,extr. de probat. vbi teſtator fratrem proprium ſubſtituerat, & tamen eccleſia quæ ſubſtituta non erat fratres teſtatoris excludit, ergo multo magis quando eſt ſubſtituta excluderet,ut in propoſito, & ſic ſi teſtatoris fratrem ſubſtitutum excludit, multo fortius filium fratris: ſed filius fratris, filijque ex filio in his terminis(vt Andreas Barbatia dicebat)æquiparari videntur,meritò pia cauſa non excluditur;& quamuis eccleſia ab inteſtato non vocetur, potentior tamen diſpoſitio hominis cenſetur,quę non ſolum eccleſiæ fauorem,ſed etiam propriũ teſtantis commodum reſpicit, eius animæ conſulere anhelantis; Quamuis etiam liberis natu-
4 rali ratione † ac parentum communi voto hæreditas debeatur, tamen hæc duo vna tantum ratione vnoque naturæ inſtinctu nituntur: vt nõ poſſint formaliter diſtingui: votum nanque iſtud à naturali ratione atque prouidentia obuenit & regulatur, quod nos ad ſobolem ſuſcipiendam conſeruandam ac fauoribus diuitijsque proſequendam & erigendam impellit.

Secundò,Quòd pater ſuis liberis relinquat,
5 ad pietatis officium † pertinet,l. nam etſi parentibus, ff. de inoffic. teſtamen. & quòd eccleſijs relinquat, ad pietatem pariter referendum eſt, ex ijs quæ habentur in l.ſi quis Titio, de leg. 2. & in Authen.de eccleſiaſtic.tit.§. ſin autem, in verſic. Animæ pijſſimè, vbi Angel.notat,& propterea vtrunque relictum priuilegiatum reperitur,ſed vbicunque duo priuilegiati concurrunt
6 quorum † vnus de damno vitando tractat,alter uerò de lucro captando, is prętfertur qui damnum euitare molitur & debitum quaſi acquirere,ut not.in l.fin.§.licẽtia,C.de iur.delib.aliud enim eſt lucra non capere, & debita perdere, l. fin.C.de codicill. Sed filius & conſequenter ne
7 pos quo ad omnia paterna debitum † capere dicuntur,l.in ſuis,ff.de liber.& poſthum.ubi Bal. & Ang.notant, facitque l.1.C. de impon. lucr. deſcript.lib.decimo, & traditur in l. emancipata,C.de iur.& fact.ignor. ergo in tali diſpoſitione debet conditio ſubintelligi, liberique eccleſiæ præferẽdi ſunt q̃ de lucro captando tractat.

Hæc quoque ratio ſubuerti poteſt, procede
8 ret enim ubi lucrum acquiſitum † radicatumque non eſſet,nam tunc nõ ideo minus de damno uitando tractari diceretur, gloſſ. in l.prima, §.ſi quis propter,de itin.actuque priu.l. nõ amplius,§.primo,ubi Bald.& alij, de leg.1. Ioan. de Imol.in l.Proculus,de damn.infect.Bal.conſil.386.Proponitur,uerſ.Præterea,lib.1.Iaſ. in l.fin.§.in computatione, nu.8. C. de iur. delib. & conſil.108.Abſolui aliàs,ad fin. uerſic. Tertiò reſpondeo,lib.primo,Carol.Ruin.conſ.95. Præſuppoſita,num.12. conſil. 219. In hoc dubio,num.6.lib.primo,Franc.Rip. in l. quo minus,

nus,num.82. de fluminibus. Quod procedit e-
9 tiam † ſi acquiſitio originem à lucro habuerit, Alexand. conſ.169. Viſo themate,num.14.lib. ſecundo. Sed lucrum iſtud acquiſitum eccleſię per expreſſam ſubſtitutionem dicitur,in eaque radicatum ex voluntate enixa teſtatoris, igitur non datur dicta prælatio, nec procedit dict.l.ſi. §.licentia, cum par non impar ratio videatur.
10 Tertiò, cum facilius à nobis ius † quærendũ quàm ius quæſitum abdicetur,l.quid autem,ff. quæ in fraud.credit.l.ſi ſpõſus,§.ſi maritus, de donat.inter vir.& vx. Innocent. in cap. admonet,de renunc. Federic. de Senis, conſil.9. Caſus talis eſt,res aliqua immobilis, verſ. Item aliud eſt alienare,Bald.in l.ſi pupillorum, C. de repud. hæred. ſed donatum translatumque in eccleſiam natiuitate liberorum reuocatur, cap. quicunque,17.quæſt.4.ergo multo fortius eccleſia ab acquirẽdo excludetur,ſi iure iam quæſito priuatur, vt ibi; Stringitur ille textus, po-
11 tentius enim eſt pactum † quàm teſtamentum, l.prima,ff.de pact.l.ſi quis in principio teſtamẽti,de legat.tertio,l.ſi mihi & tibi,§.in legatis,de leg.primo,Sed natiuitate liberorum pactum fauore eccleſiæ initum reuocatur,dicto cap. quicunque, ergo multo magis excludetur ab eo quod veniret ex teſtamento acquirendum eorundem natiuitate; Fortificatur vlterius, nam dictorum iurium diſpoſitio quibus tacita ſi ſine liberis conditio ſubintelligitur in præſum-
12 ptione fundatur,† ſed validior præſumptio pietatis erga filios conſideratur quàm erga eccleſiam, dicto cap. quicunque ergo cauſa liberorum debet præferri, cum vna præſumptio tol-
13 lat † aliam, l. Diuus,de in integr. reſtit. potentiorque imbecilliorem vincat, l.prima, C. qui & aduerſ. quos, liberi itaque eccleſiam ſubſtitutam excludent.

Submouetur hoc tertium fundamentum, cum verum non ſit donationem factam eccleſiæ ex d.l.ſi vnquam,reuocari niſi quo ad legiti-
14 mam tantum, † vt dicit gloſſ. magna in d. cap. quicunque,verſic.Et quod hic dicitur, vbi Archid.gloſſæque opinionem tenent,Bart.in l.Titia Scio,§.Imperator Alexander,col.2.num.6. verſ. Quæro dixi quòd donatio, & rurſus col. fin.nu.9.verſ.Quæro l.ſi vnquam loquitur, vbi Raph.Cuman.de leg.2. Bald.Ang.Salyc.Paul. de Caſt.& Alex.in addit.ad Bart.in l.1.C.de inoffic.donat. Imol. & Abb. Panorm.in c. vlt. de donat. Ludoui. Roman.in Auth.ſimiliter, in 8. priuil.piæ cauſæ inter cõtractus,C.ad l. Falcid. Corn.conſ.11.In preſenti conſultatione,col.fin. lib.3.& conſ.30.In hac cõſultatione, col.2.lib. 4.Iaſ.in Auth.ſi qua mulier,col.1.nu.6.verſ.Te ne contrarium,C.de ſacroſ.eccl.& in d. generaliter,§.cum autẽ,col.2. verſ.Tamen ad iſtud, C.de inſt.& ſubſt.Fel. in c.in preſentia, col.22. num.43. verſ. Quartò quæro, extr. de probat. Matth.de Afflict. in Conſtit. auctoritatem magiſtris,col.3.ſub num.5.verſ.Et pro hoc facit illud,tit.de locatione demanij,And.Barbat.in d. l.cum acutiſſimi,col.37. verſ. Reſtat nunc examinare,Laurent.Calcan.conſ.13.Pro parte negatiua,col.3.verſ.Quintò ſi donator.

Prout verum non eſt,potentius eſſe pactum
15 quam † teſtamentum,leges enim omni conatu vltimas voluntates ad exitum perducere nitun tur,quę iuris fauorem perfectè ſortitæ legis naturam imitantur,§.diſponat,Auth.de nupt.vbi Iac.de Beluiſ. Diſponat itaque vnuſquiſque in
16 ſuis vt dignum eſt,& ſit lex † eius voluntas, ſicut & antiquiſſima nobis lex,& prima penè Rei pub. Romanorum diſponens ait, Vti legaſſet quiſque de ſua re,ita ius eſto, nullo valẽte citra illius voluntatem nec ſi ſacram impetret formam,Dec.conſ.418.Viſa & iterum lecta,num. 12.Rol.de Vall.conſ.3.In præſenti cauſa, num. 77.lib.3.facit tex.in l.1.C.de ſacroſ.eccleſ. Qua
17 propter & in legatis † & in legum iuſſionibus ſi quicquam factum non ſit addita pœna, ſtatim fieri debet ne pœnam incurramus, gloſſ. in l.1. C. de his quib. vt indign. cum in contractibus non prius pœnę ſit locus quàm declaratum fuerit amplius fieri non poſſe, l. ita ſtipulatus, de
18 verb. oblig. Hinc etiam infertur, † argumentũ de teſtatore ad legem ualidum eſſe,gloſſ.in l.1. C.de his quib. ut indign.Andr.Alciat.in l.ſi filius eius,num.5.uerſ. Ita etſi authoritate legis, ff.de liber.& poſthum. Proinde Franciſcus Cõnanus commentar. lib.9.cap.9. ante nume. 11.
19 dicebat † magnam rationem eſſe cur inofficioſi teſtamenti actio tollatur facilius q̃ legata & fideicõmiſſa,illam enim multo ſemper odio ſunt leges proſecutæ, q̃ euertat ultimas defunctorũ uoluntates,quarũ præcipuus fauor eſt in iure ci-
20 uili; Adijciuntur etiam teſtamenta † iuri gentiũ,licet.n.teſtamentorum ſolennia iuris ciuilis ſint,teſtandi uerò uſus antiquiſſimus eſt,& omnium ferè gentium cõis, itaque miles qui ſolu-
21 tus eſt ciuilibus † teſtamẽti legibus,poteſt quo quomodo uelit teſtari,ut & peregrinũ, uel deportatũ poſſit hæredẽ inſtituere, qui tamen nõ ſunt iuris ciuilis participes; Nec urget deportato teſtari nõ licere qui tamen non eſt iure gen-
22 tiũ priuatus,deportatus enim † amittit factionẽ teſtamenti, quia nec iure ciuili id poteſt,quod amiſit nec iure gẽtiũ, propterea q̃ ſolis militib. fuit cõceſsũ apud Romanos teſtari iuregentiũ, itaque & factionem iurisgentium non perdidit in eo, ut ex huiuſmodi teſtamento capere non poſſit,puta ex militis teſtamẽto; Quin ẽt Theophilus Iuſtiniani Gręcus interpres,teſtamentũ nominatim iuri gẽtium adſcribit, quod cũ alibi & à Nonio Peruſino contrariũ aſſerẽte, ſed nõ negante cõmunem hanc opinionẽ eſſe,alijsque

multis latè extricatum fuerit, non eſt nunc de eo diſceptandum, tantum dixerim teſtamenti factionem ex dicto iure ſolidum fundamentum
23 conſequutam fuiſſe: Nec referre, † ex Tacito lib. ſing. de moribus Germanorum, ætate ſua ſexcéteſimo plus minus anno poſt L.XII. tabul. in Germania nõ minima parte orbis nulla fuiſſe teſtamenta, In Germania (inquit) ſucceſſores ſui cuique liberè, & nullum teſtamentum. quod exclamat Aemylius Ferrettus, Nam & iuris gentium ea cenſentur eſſe omnia quæ ſunt eiuſmodi, vt ijs inuentis vltro aſſentiant omnes qui viuunt naturæ, & rationi conuenienter: nõ enim quod quiſque reperit ad communem omnium vtilitatem, protinus vt inuentum eſt, poteſt ab omnibus vſurpari, repit illud ſenſim, & in vicinorum mores primum ſe inſinuat, tum ab his venit ad alios & alios item populos, donec vbique terrarum diffuſum, in morem, & conſuetudinem communi omnium approbatione recipiatur: idcirco Theophilus definit eſſe, τὸ κατὰ πάντων, ἀνθρώπων ἢ χώρων τῶν λελογισμένως βίων ἰδιάζοντα, ἐπικτώμενον, id
24 eſt, quod communicatur † omnibus qui vitæ commodè atque vtiliter degendæ rationem tenent: Non igitur ſtatim egregiè inuentis acquieſcunt omnes, ſed paulatim, & longo vſu edocti: Quòd ſi qui ſunt tam ab omni commoditate, & cultu vitæ alieni, vt ad res vtiles & ſalutares nolint accedere, non idcirco dicendum eſt, eas non cunctis hominibus vſui eſſe, cum eo vtantur omnes quicunque benè inſtitutum vitæ genus ſequuntur.

Non obſtat dict. l. ſi quis in principio teſtamenti, nam teſtamentum potentius eſt, cum vltimum eſt, & per mortem ſuam firmitatem acquirit vt amplius reuocari nequeat, adeo vt nouiſſimæ ſcripturæ valeant, d.l. ſi mihi & tibi, §. in legatis, & tradit Socin. iun. conſil. 124. Viſis omnibus ſcripturis, num. 12. lib. primo.
25 Quinimo textus ille retorquetur, † nam ſi pactum non valet ne libera teſtamenti factio impediatur vt ibi dicitur, etiam ſi pactum iuratum ſit, quemadmodum ſcribit Ruin. conſilio 16. Habita ſuper his, num. 18. lib. ſecundo, ergo potentius eſt, cum contrahendi facultas ex
26 teſtamento prohiberi poſſit; Et ſicut † potentius eſt, ita etiam diſpoſitio in vltima voluntate fauorabilior quàm in contractu cenſetur, Iaſ. conſil. 130. In caſu, col. 4. verſic. Item dicta Claretta, lib. 4.

Quartò inducuntur rationes trium iurium ex quibus dicta tacita ſi ſine liberis deceſſerit conditio ſubintelligitur, nam in hac lege primũ illa deciſionis ratio aſſignatur, quòd minus ſcriptum quàm dictum fuerat inueniretur, quæ deſeruit vt tacita conditio debeat ſubintelligi quãuis pius locus ſubſtitutus fuerit; Secundò dicta l. cum acutiſſimi ratio ſubſequitur. Ne videatur teſtator alienas ſucceſſiones proprijs anteponere, quæ ſimiliter maximopere ſuffragatur; Tertiò in d.l. generaliter, §. cum autem, illa expreſſa ratio ſubnectitur, Non eſſe veriſimile patrem ſi de nepotibus cogitaſſet, talem feciſſe ſubſtitutionem, quæ etiam ſi pius locus fuerit ſubſtitutus ſibi locum vendicat, vnde cum illa deciſio generalis ſit, pietatisque intuitu liberorum fauore plenius & pinguius intelligatur optimoque intellectu extendatur, vt pleniſſimum euentum fuerit conſequuta, non poteſt rationabiliter dici quin contra piam cauſam vim non
27 habeat, deciſio enim generalis † perſonas etiã priuilegiatas conſequitur, l. in fraudem, in fin. vbi Bald. not. ff. de milit. teſtamen. Dec. conſilio quinto, In cauſa D. Mariæ, numero primo, in fin. conſil. 48. Et maturè, numero ſecundo, conſil. 301. In cauſa quæ Ferrariæ, nu. quinto, iuraque ſunt vulgaria dicentia legem generaliter loquentem generaliter debere intelligi, &
28 ſine diſtinctione † etiam ſi maior in vno caſu ſit ratio quàm in alio, l. prima, §. quod autem prætor, ff. de aleæ luſu, & aleat, l. tertia, ff. de offic. præſid. l. de precio, de public. act. & l. prima, §. generaliter, de leg. præſt. Dec. conſil. 104. Et diligenter, num. tertio, conſ. 536. In cauſa, num. nono. Stringitur dicto §. cum autem, ex intentione Andreæ Barbatiæ, dum ibi dicitur, Et intellectu optimo ijs qui ad ſubſtitutionem vocantur obſiſtente, & non concedentes ad eos eam partem venire: Imperator etenim liberorum natiuitate eos à fideicommiſſo excludit qui ad ſubſtitutionem vocantur, ſed eccleſia ad ſubſtitutionem vocatur, ergo ſequitur natiuitate liberorum ipſam excluſam eſſe; Sique di
29 ceretur rationes illas generales † eccleſiam nõ comprehendere, ex doctrina Ioan. de Imol. in cap. vt animarum periculis, de conſtitut. lib. ſexto, vbi dixit, generalia verba ſtatuti eccleſias non includere, tanquam impoſſibile id ſtatuentibus ſit, Ant. de But. in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſt. Bal. in l. fi. §. in computatione, in fin. uerſ. Item adde quòd generalia uerba, C. de iur. delib. in l. fi. n. 11. uerſ. Extra gloſſam, C. de ſacroſ. eccleſ. & in c. in præſentia, de proba. Reſpondet
30 Barbatia, q ſtatutum † ſeu lex licet non poſſit eccleſiã ligare ad eius præiudiciũ, nihilominus poterit eccleſiam ſiue piam cauſam à lucro originaliter ab ipſo ſtatuto ſeu lege proueniẽte excludere, l. ſi quis curialis, C. de Epiſc. & Cleric. ubi nuncupatim hoc Bald. cenſuit, Iac. Butrig. in Auth. caſſa, & irrita, ubi idem Bal. d. tit. de ſacroſ. eccl. rurſus Bald. in l. 1. nu. 6. uerſ. Et ideo ſi ſtatutum, C. de contrah. empt. & in c. 1. §. ſi clericus, uerſ. Et ſtatuta ciuitatum, tit. de pac. ten. Abb. in dc. eccleſia Sanctę Marię, & Pet. de Anchar. in c. canonum ſtatuta, extr. de conſt.

Niſi

Niſi dixerimus, rationes iurium prædictorum in veriſimilitudine præſumptioneque radicatas ac infixas fuiſſe, proindeque contrarijs præſumptionibus ſubuerti, vt ſæpè dictum extitit, ſed fortior ac validior præſumptio, ſeu ve-
31 riſimilitudo debiliorem †imbecillioremque vincit ac proſternit, cap. litteras, de præſumpt. Alexand. conſil. 54. In caſu, num. 11. lib. 7. merito piæ cauſæ ſubſtitutio pro animæ ſalute cunctis rebus potentior, & ſic præſumptione fauoris liberorum cenſetur: Quid enim homini prodeſt ſi vniuerſum mundum lucretur animæ verò eius detrimentum patiatur? dumque præcitatæ rationes pro fundamento allegãtur, in medium id deducitur de quo diſputatur; Et quemadmodum Laſ. in dicto §. cum autem, columna ſecunda, circa medium, verſ. Moueor vltra prædicta, inquit, huiuſmodi leges, & ſimiliter cum
32 ciuiles ſint † & Imperatoriæ, in diſpoſitionib. ad pias cauſas ſibi locum non vendicant, prout tenent Hoſtienſis, Ioan. Andr. & alij in cap. fin. de ſolut.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd quando aliquid clarè deciſum de iure ciuili reperitur, illud de iure canonico ſeruandum ſit etiam in eccleſijs,
33 dummodo in materia ſpirituali † vel peccati non verſemur, cap. primo, & ſecundo, & ibi notant Doctores, de nou. oper. nunc. Quia reſpõdetur, hoc eſſe verum niſi talis lex Imperatoria eccleſijs damnoſa, vel præiudicialis exiſtat, tũc enim in illis recipienda non eſt, niſi per Sum-
34 mum Romanum Pontificem † expreſsè approbata fuiſſet, ita ſcribit Cardin. in d. cap. fin. ſibique voluit Abb. in d. cap. primo, in 4. not. Sique aduertatur, non refragatur legem ſeu ſtatutum poſſe lucrum eccleſijs auferre originaliter ex ipſa lege vel ſtatuto proueniens, nam magis in iſtis terminis lucrum ex diſpoſitione hominis inſurgens auferre videtur.

Illud verò vt diſpoſitio generalis perſonas quoque priuilegiatas complectatur etiã ſi maior in vno, quàm in alio caſu ratio adſit verum non videtur, nã perſonæ quæ priuilegio fruun-
35 tur † à generalitate ſunt excluſæ, ſecundum gl. in l. poſtquam liti, C. de pact. Franc. Rip. in l. 1. nu. 58. cum ſeq. ff. de vulg. & pupill. Lud. Gozadin. conſ. 43. Paulinus de Albertis, nu. 10. 11. & 12. Car. Rui. conſ. 135. Viſo themate, ac dubijs, col. 4. nu. 6. verſ. Sicut videmus, lib. 3.

36 Quod maximè in diſpoſitione † exorbitanti verum eſt, iuxta tradita per Laſ. conſ. 146. Præſuppoſito, colum. 4. verſ. Secũdò, & fortius, lib. 4. & Ruin. d. conſ. 135. colum. 5. num. 7. verſic. Et ideo quamuis hodie, prout in propoſito cõ-
37 tingit, cum lex iſta † exorbitans ſit à iure communi, vt voluit Ioan. de Imol. in l. filio præterito, colum. 9. verſic. Non obſtat, ff. de iniuſt. teſtamen. quem ſequitur Curt. iun. conſ. 33. Præſupponitur in facto, nu. octauo, verſic. Et quòd ſit exorbitans, dicens in hoc omnes conuenire vt ſuo loco explicabimus.

Nec repugnat, eandem diſpoſitionem fauo-
38 rabilem † etiam eſſe, & propterea de caſu ad caſum extendendam, vt ſæpiſſimè hic Socinus admonet, & conſ. 93. Teſtamentum præmiſſum, ſub num. 28. lib. quarto, cum animæ fauor potior ſit, & niſi potentior ſaltem æqualis, vt in parem, vim non habeat, neque imperium.

Non obſtat tex. in dicta L. in fraudem, in fin. ff. de teſtamen. milit. quia in milite loquitur,
39 qui † regulariter priuilegiatus nõ eſt, ſed certis tantum caſibus, ideoque vltra caſus illos communi iure vti debet, lex ergo generalis ipſum militem comprehendit niſi ſuum priuilegium eſſe etiam in eo caſu de quo lex loquitur, oſten-
40 derit: ita etiam in fiſco dicimus † cuius quidem priuilegia multa ſunt varijs in caſibus, ſed non regulariter, & proinde vbi priuilegiatus non reperitur, communi iure vti debet, gloſſ. not. in l. item veniunt, §. in priuatorũ, ff. de petit. hęredi. ſicque ad hunc textum reſpondebat Iacob. Menoch. conſ. 242. Quòd excellens Iuriſconſ. col. 3. nu. 8. verſ. Nec obſtat, lib. 3.

Et quamuis Dec. d. conſ. 5. num. 2. 3. & 4. ac conſ. 301. nu. 5. crediderit ſtatutum generaliter
41 & vniuerſaliter loquens, † dotis cauſam etiam comprehẽdere, niſi expreſsè in illo caſu de quo generalis diſpoſitio loquitur, dos priuilegiata reperiretur, quod vltra eum in præcitatis locis, & conſ. 536. In cauſa, nu. 8. verſ. Tertiò, principaliter, in Lex teſtamento, ante nu. 6. verſ. Sed breuiter, Cyn. d. liber. in c. ſedes, nu. 13. de reſcr. & in l. 1. in 2. not. vbi Hiero. Cagn. nu. 16. ff. de reg. iur. Sibi voluere, Io. Crot. in l. 1. num. 12. vbi Franc. Rip. nu. 15. ff. ſol. matrim. Catellian. Cott. in memoralib. in verb. Dos data, Andr. Tiraquel. in tract. de retract. conſang. §. 1. gl. 14. num. 96. & 103. Sebaſtian. Sapia. in l. precibus, num. 9. C. de impuber. & al. ſubſtit. Socin. iun. conſ. 12. In occurrenti dubitatione, nu. 12. verſ. Quoniam reſpondetur, lib. 2. Hieronym. Grat. conſ. 130. In cauſa, nu. 9. lib. 2. Ludou. Gozadi. cõſ. 97. Prima facie, col. 2. n. 7. verſ. Nec obſtat, Andr. Alciat. lib. 4. Paradox. c. 1. & in l. in generali. verſ. Quæres argumẽto eſt, ff. de verb. ſign. rurſus Rip. in l. fin. q. 51. C. de reuoc. donat. In
42 contrarium tamen † magis illorum recepta opinio viget, volentium legem, ſtatutum, uel conſtitutionẽ generaliter imò uniuerſaliter loquẽtem abſolutè cauſam dotis non comprehẽdere niſi id expreſſum ſit, ut ſcripſit Sal. in l. ult. in 4. not. C. de iu. dot. quẽ ita declarat Neg. in tract. de pignor. in 8. par. in 1. memb. nu. 23. uerſ. Tamen licet dicta, Dec. in prælleg. conſil. reprehendens, idem quod Salyc. ſentire Bald. conſ. 359. Quemadmodum Imperator, col. 2. lib. 3.

Iaſ. in l. prima, num. 9. in l. ſi conſtante, nu. 207. ff. ſolu. matrim. Parpal. in eadem l. prima, num. 12. Socin. ſen. conſil. 46. Eleganter & ſubtiliter, num. 25. lib. quarto, Franc. de Pepis inter conſilia eiuſdem Socini, conſ. 77. Quia per dominum meum, nume. 8. eod. volum. Ruin. conſil. 137. Viſo inſtrumento dotationis, num. quinto conſ. 194. In hac cauſa, num. quinto, lib. primo, conſ. 61. Ex themate tranſmiſſo, num. 3. verſic. Et primò quia, lib. tertio, Bald. Nouell. in tract. de dote, part. 6. priuileg. 47. in fi. & priuileg. 48. Ioan. Bap. de S. Blaſio, in eod. tract. dot. colum. vlt. priuileg. 352. Io. Lopez. in rep. rubr. de don. inter virum & vx. §. 16. num. 10. verſic. Vnde per generalem prohibitionem, Gozadi. conſil. 43. Paulinus de Albertis, num. 12. Hippol. de Marſil. ſing. 442. Vulgata, Cæſar Lambertin. in tract. de iur. patron. in 8. artic. quintæ q. princ. in 1. par. lib. primo, 24. priuileg. Paul. de Citta-din. in eod. tract. part. 3. cauſ. 2. quæſt. 12. & de magis communi ſententia teſtatur Iacob. Menoch. d. conſil. 242. Quòd excellens Iuriſconſ. nu. 6. lib. 3. Ad quod facit tex. in l. libertis quos, §. poſthumus, de alim. & cibar. leg. vbi proba-
43 tur, generalem legatorum diminutionem † per teſtatorem factam ad legata alimentorum non referri eorum fauore, quem pro ſingulari allegat Ludouic. Roman. in Authen. ſimiliter, col. ſecunda, C. ad l. Falcid. ſicut ergo generalis diſpoſitio non includit alimenta quando ad alimentorum fauorem tendit, idem pariter in dote concludendum eſt, quia de alimentis ad do-
44 tem † valet argumentum, Cyn. in l. in omni, C. de admin. tut. idem Cyn. & Bald. in l. ſi mater, C. de iure dot. Bart. in l. fin. ff. de his quib. vt indign. Abb. in cap. peruenit, de arbitr. Angel. in d. l. prima, ff. ſolu. matrim. & de communi opin. teſtatur Ruin. d. conſil. 94. ante num. ſextum, lib. primo.

Quintò affertur, nam qua ratione teſtator filium inſtitutum ipſis pauperibus ſeu pio loco prætulit, eadem vel pari ratione affectionis cenſetur voluiſſe omnem eius poſteritatem præferre, gloſſ. in dicta l. cum acutiſſimi, vbi Baldus,
45 num. quinto, filius enim ac nepos † eadem perſona intelliguntur, l. fin. C. de impuber. & al. ſubſtit. quod ſubtiliter probat ac deducit Caſtren. conſil. 164. In præſenti cauſa, num. tertio, & quarto, lib. ſecundo, & Ruin. conſ. 115. Caſus iſte, num. 15. lib. tertio, & ita veriſimiliter teſtator interrogatus reſpondiſſet, vt contrarium
46 dicere † non debeamus, iuxt. glo. iuncto textu in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. & vbi contrarium diceremus poſſet certè teſtantis diſpoſitio à ſapientibus reprehendi, per quam propriæ ſoboli extraneum prætuliſſet, quod eſt ma-
47 ximè † vitandum, l. Saluius Ariſto, & ibi Doctores tradunt, ff. de legatis præſtandis.

Cæterum hæc vltima ratio vſquequaque tuta non videtur, licet plurimum vrgeat, cum enim eccleſia ſiue pia cauſa ſubſtituta fuerit, illa ratio ſucceſſiuæ affectionis in poſteritatem per gloſſam conſideratæ, militare non debet, animæ nanque fauor prælationem, vt dictum eſt, meretur, & quamuis nepos adſit qui ſoleat ex mente veriſimili teſtatoris alium ſubſtitutum excludere, hæc tamen veriſimilitudo in propoſito extinguitur ob piam cauſam; Ad quod fa-
48 cit concluſio illa † Alexandri conſil. 38. Viſo themate, colum. penult. verſic. Præterea dato, lib. primo, quòd quando pia cauſa poſt mortẽ plurium ſubſtituta reperitur, vno mortuo pia cauſa admittatur, licet ſuperſit alia perſona quę ſoleat ſubſtituti excluſionem inducere, tunc-que diſpoſitioni l. penult. C. de impuber. & al. ſubſtitut. locus non ſit, & tamen illa deciſio in ratione de qua in dict. l. cum acutiſſimi, fundatur ſecundum Doctores in ead. l. penult. & in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian. hocque ſibi voluit Bal. in rep. c. ſi pater, colum. 6. & 18. verſic. Quæro de vno pro declaratione textus, de teſtam. in 6. dicens, concurſum omnium decedentium neceſſarium non eſſe, id eſt non oportere quòd omnes decedant quando pauperes Chriſti ſubſtituti ſunt, niſi quando eſt ſubſtitutio vulgaris per nomen collectiuum facta, ſed in fideicommiſſaria ſubſtitutione, pupillari vel compendioſa, ſemper tales ſubſtituti ad partes decedentis admittuntur, quod Iaſ. mirabile eſſe dicit in d. l. penult. Baldum referens, colum. quinta. Si ergo dicto caſu filius teſtatoris ſuperſtes fratre præmortuo excluditur etiam contra propriam verborum ſignificationem, multo magis in his terminis nepos excludi debet, piam cauſam excludere contendens, quę fuit ſemel non incluſa per filium iam natũ, vt à naſcituris minus dilectis excludi nullo modo poſſit, ſed expreſſa præciſaque prouiſio taci tam præſumptamque prouiſionem auferat: & vltra Alexandrum in præcitato conſilio, ad limitationem dict. l. penult. ſubſtituta pia cauſa, idem voluerunt, ipſe Alexan. conſil. 92. Super eo de quo quæritur, colum. quarta, num. vndecimo, verſic. Hoc etiam confirmari poteſt, lib. 3. poſt Angel. in l. precibus, quem ibi Caſtrenſis ſequitur, Iaſ. in l. prima, colum. penult. C. de ſacroſ. eccle. Corn. conſ. 276. Viſo ſupraſcripto themate, colum. 6. num. 14. lib. tertio, Carol. Ruin. conſil. 3. De pluribus quęritur, colum. fi. nu. 25. lib. 2. conſ. 98. Viſo themate, colum. 10. num. 23. & conſ. 180. Quamuis copioſè, col. antepen. num. 9. eod. lib. 2. conſ. 125. Viſo teſtamento, colum. fin. num. 7. & 8. lib. 3. idem Iaſ. in d. l. generaliter, §. cum autem, colum. 2. verſ. Et inuenio.

49 Sique diceretur, † contra Angelum, Alexandrum,

drum, ac alios deſuper citatos tenere multos Doctores nõ admitti piam cauſam concludentes, vbi perſona adeſt quæ ſoleat ſubſtitutum ex mente veriſimili excludere, ſcilicet Paul. de Caſt. conſil. 321. Viſis & ponderatis, in princ. & colum. ſecunda, num. ſecundo, lib. ſecundo, & dict. conſ. 14. Si contingat dictam Dominam Liſam, colum. ſecunda. verſ. Secundò videtur obſtare, lib. primo, Corn. conſ. 226. Quanquam prima facie, colum. penult. ante nume. 11. & 13. lib. quarto, Ruin. conſil. 182. In facto proponitur, nume. decimo, verſ. Item non obſtat quod vult Alexand. lib. ſecundo. Pariſ. conſ. 70. Vidi teſtamentum conditum, colum. fin. nu. 29. lib. ſecundo, vbi dicit omnes ſequi Bartolum in d. l. hæredes mei, §. cum ita, poſt num. 3. & Baldi deciſionem in dict. cap. ſi pater, colum. 18. corruere, vt per eum, ac conſ. 86. Ad verã reſolutionẽ. col. fin. nu. 74. & infra eod. vol. conſ. 74. Vidi teſtamentum, nu. 22. cũ ſeq. lib. 3. Hier. Zanch. in d. §. cũ ita, nu. 1104. & 1110. alios allegans. Re
50 ſpondeo priorem opinionem †nouiſſimè ſequi Octauianum Oſaſcum deciſ. 110. Anno 1525. colum. fin. num. 15. verſic. Præterea quid in ijs, & num. 16. vbi clarè concludit, Quòd etiam ſi perſona adeſſet quæ ex præſumpta mente defuncti ſubſtitutum excluderet quia de deſcendentibus eſſet, dummodo in caſu non verſemur in quo de legitima agatur, pia cauſa ſubſtituta admitteretur, purificata cõditione in vnius tantum perſona, poſt Bald. in d. cap. ſi pater, & alios quos recenſet.

51 Alteram verò ſuperiori contrariam † opinionem tenuerunt, Petr. de Ancharan. conſil. 46. Prima facie videtur, colum. prima, verſic. Contrarium ſentio, Alexand. conſil. 92. Super eo, num. 8. verſ. Poſſet etiam, lib. tertio, vbi Nouiſſimi Pariſienſes de communi atteſtantur, Ludouic. Roman. in Authen. Similiter, in 8. priuil. C. ad l. Falcid. Felyn. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, colum. 38. nume. 90. verſic. Quarto quia, extr. de conſti. Iaſ. in l. licet inter priuatos, colum. prima, ante num. ſeptimum, verſ. Secundo facit, C. de pact. in l. talc pactum, §. fi. colum. 3. num. 13. verſ. Et propterea, ff. eod. tit. in dict. Authent. ſi qua mulier, colum. prima, num. 6. in fin. verſ. Ad idem, C. de ſacroſ. eccleſ. in d. l. generaliter, §. cum autem, colum. ſecunda, verſic. Ego dubito, in l. ſi quis id quod, colum. quarta, num. 22. verſ. Et ſic ceſſat, ff. de iuriſdict. omn. iudic. Piſisque ad piæ cauſæ fauorem idem conſuluit, vt conſ. 140. Spectabilis Dominus, col. 10. ad fin. & colum. fin. verſic. Præterea, lib. ſecundo, Dec. conſ. 504. In caſu occurrenti, col. fin. verſ. Quartò & vltimò, & conſil. 529. Philippus, nu. 5. colum. 2. verſ. Sed breuiter, Andr. Barb. in rep. d. l. cum acutiſſimi, colum. 25. verſ. Quartò iſtud ſummarium, item fol. pen. verſic. Quid ſi teſtator, & in rep. cap. in præſentia, colum. 61. poſt med. verſic. Sed quòd in puncto iuris, extr. de probat. dicens iſtam opin. in puncto iuris veriorem eſſe, rurſus Andr. conſ. 71. Illud in medium, colum. 6. verſic. Nunc eſt videndum, & colum. octaua, lib. tertio, Car. Rui. conſil. tertio, De pluribus, colum. ſecunda, & penult. num. 23. lib. ſecundo. Petr. Gregor. in Syntagm. iuris, par. tertia, lib. 42. ca. 30. ſub nume. 3. 10. Maria Riminald. conſil. 110. In præſenti difficultate, num. 16. verſic. Et notat, lib. primo, Anton. de Malegonnell. in dict. eius conſ. incip. Viſo puncto, fol. quarto, verſic. Sed fortius faciunt iura, communicatione habita cum Antonio de Stroczis, Hippol. Riminald. iun. ad conſil. Ioannis Mariæ eius patrui conſ. 393. Caſus præſens, littera D. lib. ſecundo, idem Riminald. Nepos conſil. 50. Annis elapſis, num. 61. 62. lib. primo, conſ. 46. Duo ſunt, num. 58. eodem volum. conſ. 358. Igitur ad primum, num. 99. lib. quarto, Vbertin. Zuchard. conſil. 60. Cauſa hæc, num. 9.

Et pro hac parte argumẽta minimè deficiũt, Primò namque generalis illa ratio inducitur, eccleſiæ inquam vel piæ cauſæ fauorem, liberorũ fauori præferendum eſſe: Vnde etſi teſtamentũ
52 nutu factum † inter liberos non valeat, Ang. in l. diſcretis, C. qui teſtamen. fac. poſ. in l. vbi non voce, ff. de reg. iur. idem Angel. Bald. Fulgoſ. & Paul. de Caſt. in l. iubemus, C. de teſtam. denuo Angel. in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, eodem tit. in Authen. de teſtamen. imperfect. & in l. in fraudem, §. primo, ff. de teſtam. milit.
53 nutu tamen conditum teſtamentum † ad pias cauſas validum eſt, vt voluit glo. magn. in cap. cum tibi, vbi Abb. & cæteri communiter, inter quos Didac. Toletan. num. 6. verſ. Subdit præterea, gloſſ. de teſtam. ac ita communiter teneri dicit Corn. in d. l. iubemus, num. 26. vbi Alex. nu. tertio, pluribusque authoritatibus id comprobat Andr. Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ cauſ. in 8. priuileg. Franc. Aretin. in l. in eo qui, in fin. ff. de teſtamen. Bauer. Inſtit. eodem titu. in princip. num. 76. & infr. Calderin. conſil. 40. Quædam mulier, dict. tit. de teſtament. Iacob. Menoch. conſil. 224. Præpoſitis his dubitationibus, nu. 64. verſic. Tertiò ſuffragatur, lib. tertio, Iul. Clar. de communi, lib. tertio, §. teſtamentum, quæſt. 6. verſ. Quintò infertur, Ioſeph. Ludouic. concl. 67. incip. Ad pias cauſas, verſ. Tenendo opinionem, vbi de magis communi teſtatur, ipſamque declarat, nec omiſerim Ioan. Mar. Riminald. in præcit. l. iubemus, col. prima, verſic. Item an habeat, ut reliqua per Andr. Barbat. tradita nõ vndique tuta cum Socino prætereã, ex quibus eccleſiæ cauſam fauorabiliorem reddere intendit; Cum itaque leges iſtæ exorbitantes videantur, nõ debent contra

ſubſtitutam eccleſiam extendi, iuxt. tradita in Authent. ſi qua mulier, C. de ſacroſanct. Eccleſ.

Hæc generica ratio, nullius roboris aut momenti eſſe apparet, non enim deciſum reperitur fauore piæ cauſæ diſpoſitionem huius legis limitari, & ſic eodem fauore licet multa inducta reperiantur, non propterea inferendum eſt
54 omni caſu pro pia cauſa iudicari oportere, †obſtat ſiquidem l. ius ſingulare, & l. quod verò cõtra, ff. de legib. ac etiam gloſſ. in l. à Diuo Pio,
55 in princip. ff. de re iudic. cum non † debeamus adeo piæ cauſæ & eccleſijs fauere, vt alijs iniuſtitia inferatur, cap. extenore, de for. compet. cap. ſi neceſſe, de donat. int. vir. & vx. eccleſia-
56 que cultrix eſt iuſtitiæ, nec patitur † in ſe uel in alterum aliquid iniuſtè fieri, cap. primo, §. primo, de alien. feud. Ioan. de Anan. conſ. 24. Primò videtur, nu. ſeptimo. Corn. conſil. 278. Conſuluit, num. primo, lib. primo, Dec. conſil. 282. Viſo puncto, num. 4. Mantua conſ. 141. Ex themate, num. 21. conſ. 168. In præſenti, num. 12. cum ſeq. Natt. conſ. 515. Non videtur, num. 12. minus etiam ſuffert inhoneſtis lucris quempiã cum aliena iactura locupletari, cap. ſua, ext. de pœn. Cæterum cũ hæc iura generaliter loquantur, nec appareat iſto caſu limitatas ac reſtrictas eſſe, locum habent etiã ſi ipſa eccleſia ſubſtituta fuerit, d. l. in fraudem, §. primo, ff. de teſtam. milit. Licetque in ijs quæ ad probationẽ
57 pertinent, † quæque teſtamentis extrinſecus accidunt plurimum eccleſijs indulgeatur, cap. cum eſſes, extr. de teſtam. non ſequitur, aduerſus etiam iuris regulas interiorem ſubſtantiam reſpicientes, ijſdem indulgeri, l. generali, C. de ſacroſ. eccleſ. ibi, Omni iuris rationi præſertim
58 in alterius damnum † ne in liberos parentum bona tranſeant, vt deducit Andr. Alciat. in l. verbis ciuilibus, num. 35. ff. de vulgar. & pupill. Quòd autem in ſubſtitutionis materia, pia cau
59 ſa priuilegium non retineat, † ſatis enucleatè oſtenditur ex text. in cap. primo, de teſtam. lib. ſexto, Lateque comprobat Pariſ. conſil. 86. Ad veram reſolutionem, num. 74. vſque ad nume. 79. lib. ſecundo, Vtque diſcrimen inter liberos piamque cauſam non præteream poſſet attentari, non ſolum quo ad legitimam, ſed ſim-
60 pliciter † ac indiſtinctè liberos pia cauſa fauorabiliores eſſe, ſecundum Bald. in d. l. iubemus poſt princip. C. de teſtamen. dum inquit, apud naturalem rationem apud ius ciuile & canonicum magis liberorum fauorem quàm Eccleſiæ & pauperum Chriſti attendendum fore: idemque ſenſere, Petr. de Ancharan. in rubr. de teſtamen. lib. ſexto, colum. ſecunda, in cap. ſecundo, & in cap. ſi pater, in ſeptimo not. eodem titu. Ludouic. Roman. in dicta Authent. ſimiliter, in vltim. ſpeciali piæ cauſæ circa contract. in fin. C. ad l. Falcid. Felyn. in cap. ſi quis Epiſcopus, verſic. Nota quòd non præponitur, de hæretic. Dec. in cap. primo, colum. decima, nume. 32. verſic. Sextò à ſimili, extr. de probat. in l. licet, colum. ſecunda, ad fin. vbi Andr. Alc. in gloſſ. in verb. Fauore, C. de pact. Benedict. Capr. conſ. 22. Punctus, quidam Thadæus, in fin. conſ. 19. Punctus quidam Petrucius, colum. ſecunda. Andr. Barbat. conſ. 13. Clementiſſimi Dei, colum. ſexta, ad fin. conſil. 34. eiuſdem initij, lib. primo, Corn. conſil. 31. Placet, colum. ſecunda, lib. primo, conſ. 156. De duabus, colum. quarta, in princip. lib. ſecundo, conſ. 276. Viſo, colum. tertia, lib. tertio, conſ. 226. Quamquam, colum. fin. lib. quarto, Iaſ. conſ. 212. Alta & valdè profunda, colum. tertia, lib. ſecũdo, Alexan. de Neuo. conſ. 16. Non figuro caſum, nu. quinto, Socin. iun. conſ. 189. Fateor, num. 76. cum ſequen. lib. ſecundo, Hierony. Zanch. in dicto §. cum ita, num. 1110. verſic. Tenendo tamen primam opinionem, Non enim legitimam tantum, ſed hæreditatem abſolutè indiſtinctèque
61 ſuapte natura filijs deberi † iura conſtituunt: huiuſmodique aſſertionis fundamentum, ex d. l. cum acutiſſimi, deſumitur, vbi text. liberis, nepotibus poſteritatique prouidet, quibus legitima non debetur, cum filijs exiſtentibus nepotes diſcendentesque alij inſtitui nõ debent aut exhæredari, l. Gallus, §. in omnibus, in fin. de liber. & poſthum.

Secundò, concluſionem afferunt, quàm deſuper firmauimus, vt eccleſia poſt mortem plurium ſubſtituta licet alia perſona ſuperſit quæ ſubſtitutum ex mente veriſimili ſubſtituentis excludere ſolear, ipſa tamen non aliter excludatur, iuxt. doctrinam Bald. in rep. dict. cap. ſi pater, colum. ſexta, & decimaoctaua, verſic. Quæro de vno pro declaratione textus, & Alexand. dict. conſil. 38. Viſo themate, colum. penult. verſic. Præterea dato, lib. primo, negari autem nequit, l. penult. C. de impuber. & al. ſubſtitut. eadem ratione niti qua hæc lex aliæque nituntur, vt Doctores ibi, & in d. §. cum ita, teſtantur.

Sed reſponderi poteſt, præcitatam concluſionem quam in terminis Oſaſchi veram eſſe arbitror, impugnatoribus non carere, inter quos Caſtrenſis, Corneus, Pariſ. Zanchus, alijque per ipſum allegati conſpiciuntur; Nonnulli inſuper eandem limitationem ad dict. l. penult. in ſubſtitutione piæ cauſæ, pro conſcientiæ ex-
62 oneratione, & ſic pro male ablatis † interpretantur, vt conſtat apud eundem Hieronym. Zanch. in dicto §. cum ita, num. 1110. verſic. Vel etiam proximè dicta, vbi plures citat, & ſignanter Socinum iuniorem, dicto conſilio penultimo, numero 83. verſic. Et contraria opin. lib. ſecundo.

Vel

63 Vel tertio dici poteſt, terminos † dictæ l. pen. valde diuerſos à terminis huius legis eſſe, nam nimirum ſi pia cauſa in caſu Sabini non excluditur, cum non ſic in portione fratris alter ſuccedat ſicut in caſu Papiniani filius patri hæres ſit, licet conditio expreſſa non fuerit, & propterea maior pietatis coniectura in propoſito concurrit ad excluſionem ſubſtituti per ſubintelligentiam conditionis, quàm in caſu prædicto Sabini, nimirum igitur ſi apud antiquos legum auctores dubitabatur, vtrum ne tunc voluerit ſubſtitutum admitti cum vterque filius in eius prima ætate deceſſerit, an alterutro decedente illico ſubſtitutum in eius partem ſuccedere, vt Imperator recenſet, qui Sabini ſententiam in tam magna veterum contradictione veriorem exiſtimauit: in caſu autem Papiniani antiqui auctores nunquam dubitarunt, & ſi Imperator in dicta lege penult. diffinit, ac reſecat, in d. l. cum acutiſſimi, ampliat & admiratur.

Tertiò Andr. Barbatia dicebat, quòd vbicũ-
64 que teſtator de liberis in genere cogitauit † vel cogitaſſe præſumitur, nunquam prætuliſſe illos ſubſtituto videtur, vt ſcripſit in ſimili Bart. in l. Titia, §. Imperator Alexander, num. 8. verſicul. Quandoque quis cogitat, de leg. 2. circa intellectum d.l. ſi vnquam, inquiens, quòd ſi pater in caſu illius legis donauerit, deque futuris liberis cogitauerit, per natiuitatem poſtea filiorũ donatio non reuocatur, & ſic dictæ legis diſpoſitio ceſſat, arg. text. in l. qui iure, ff. de teſtam. milit. vbi ſcientia in genere à patre conſiderata filio præiudicat: Sed vbicunque aliquis eccleſiæ donat, ſibique filij poſtea naſcuntur, donatio vſque ad legitimam reuocatur, ſecundum gloſ. in d. cap. fin. de donat. & in d. cap. quicunque, 17. q. 4. Sequitur, quòd vbi primum aliquis liberos vel nepotes non habens eccleſiam ſubſtituit in genere de illis cogitaſſe videtur, proindeque illa diſpoſitio in totum non reuocatur, per d.l. ſi vnquam, quòd ſi de liberis non cogitaſſet in totum reuocaretur, & tamen vſque ad legitimam reuocari contingit: ergo ſequitur quòd de liberis in genere cogitauit, & hoc reſpectu idem eſt in ſpecie, quod in genere de liberis cogitare, d.l. qui iure, eo ipſo igitur quòd teſtator filium inſtituit poſtque eius mortem eccleſiam ſubſtituit, de liberis aut nepotibus in genere cogitaſſe euincitur, & tamen eccleſiam inuitauit: ergo ipſa eccleſia nepotes illos excludet, & Andr. Barbat. hoc nouum argumentum in iſta materia eſſe aſſerit.

Socinus verò ex pluribus illud diluere profitetur, Primò, quòd licet quis de liberis cogita
65 uerit, huius legis diſpoſitio † ex magis communi Modernorum opinione ſibi locum vendicat, de qua inferius diſſeremus. Secundò, id non eſſe quia de liberis cogitauerit, ſed quia eccleſiæ cauſa ſic potens eſt vt liberorum, cum Deo
66 donet cuius omnia ſunt, † iuxta illud, Domini eſt terra & plenitudo eius: & iuxta aliud, Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. ſalusque animæ præponderat, cum rebus cunctis ſit præferenda, d.l. ſancimus, C. de ſacroſanct. eccleſ. Sique fortè diceretur, proinde eccleſiam potentiorem eſſe debere cum ſubſtituta ac prædilecta reperiatur; Reſpondetur, quòd etiam quando donatio alteri filio fit, niſi vſque ad legitimam reuocatur, l. 2. & l. ſi totas, C. de inoffic. donat. & tamen quando alter filius ſubſtitutus reperitur, conditio de qua hic facit fideicommiſſum deficere vt ex hoc reſpõſo colligitur, vnde de donatione ad huiuſmodi ſubſtitutionem argumentatio nõ ſubſiſtit; Sique adhuc diceretur, quòd quando in filium donatio confertur, ex d.l. ſi vnquam, non reuocatur, quia de filijs cogitaſſe dicitur, iuxt. not. per Bar. in d. §. Imperator Alexander, igitur re
67 uocatur † tanquam inofficioſa, ſed quando eccleſiæ donatur, non eſt quin de liberis cogitaſſe dicatur, ſed quia eccleſiæ cauſa potentior eſt:
68 Proinde cum d.l. ſi vnquam, † in ratione dictæ l. cum acutiſſimi, conſiſtat, vt ibi per gloſ. & Doctor. euincitur, rationem eccleſiæ eiusque priuilegium contra rationem d.l. cum acutiſſimi, prę ualere. Reſponderi diſputando poteſt, aliud eſſe quando de reuocatione datorum eccleſiæ per viam contractus agimus, aliud verò quando per viam vltimæ voluntatis, facilius enim
69 ius ex vltima voluntate quærendum † tollitur, quàm ex contractu quæſitum, d.l. ſi ſponſus, §. ſi maritus, ff. de donation. inter virum & vxor. Item debilius eſt ius vltimæ voluntatis quàm contractus illo ſaltem reſpectu, quòd duorum
70 conſenſu nitatur, ſine quo regulariter † non diſſoluitur, l. 1. & l. ab emptione, ff. de pact. ſecus in teſtamento, l. ſi quis in principio teſtamenti, de leg. 3. rurſus, firmius vnicuique acquiſitum id cenſetur quod propria ope conſequutus eſt,
71 quàm quod alieno beneficio † adipiſcitur, gloſſa in l. 1. C. ſi aduerſ. vendit. Bald. in l. more, vbi Dec. in 6. not. num. 9. ff. de iuriſdictione omn. iudic. & poſt Bart. in l. ſi inſulam, in 6. opp. de verborum oblig. tradit Socin. iun. conſ. 1. Pro reſolutione, num. 37. libro ſecundo. Vnde ſuper alimentis ex contractu mihi debitis poſſum ex mea ſententia tranſigere, cum ſi ex vltima alicuius voluntate debeantur abſque prætoris
72 decreto † non valeam, l. cum hi, §. planè, de trã ſact. qua ratione ſunt qui putent, in ambiguo diſiunctiuæ obligationis caſu, ad legatarium electionem ſpectare, l. Lucio, de leg. 2. cum in contractibus ad debitorem pertineat, l. plerunque, in fin. de iur. dot. Hancque imbecillitatem

vltimæ

vltimæ voluntatis cum iura attenderẽt, factum
73 eſt in ea † ante conditionis euentum tranſmiſſioni locum non eſſe, l. 1. §. ſin autem ſub conditione, C. de caduc. tollen. & tamen conditionalis ſtipulatio ad hæredes tranſit, §. ex conditionali, Inſtit. de verborum oblig. Vel ſecundo & notabiliter, quòd cum eccleſiæ donatur clara mentem non habemus quòd donans voluerit eccleſiam filijs naſcituris præferre, contrariam enim mentem habere potuit, iuxt. not. in l. ſancimus, C. de ſacroſanct. eccleſ. ſed quando filium primo inſtituit, & poſt mortem de reſtituẽdo eccleſiæ rogauit, clarè liquidoque conſtat filium eccleſiæ prætuliſſe, continuata igitur affectione omnem eius voluiſſe poſteritatem præferre cenſetur, ſecundum gloſ. Bald. & alios, in d. l. cum acutiſſimi, ex hocq. aliud Andreæ Barbatiæ motiuum tollitur, dum inquit, leges iſtas in præſumptione fundatas eſſe, vt patet in eadem l. cum acutiſſimi, ibi: Coniectura pietatis, ſed teſtator maiorem affectionem ad eius ani-
74 mam † quàm ad poſteros habere cenſetur, argum. l. 2. C. de patribus qui fil. diſtrax. & l. præſes, C. de ſeruit. & aqua, igitur, &c. Hæc nanq. ratio non procedit, cum apertam dilucidamque intentionem habeamus prædiligendi filiũ, quæ in poſteros continuata intelligitur, quodque etiam à communiter accidentibus deducitur, iuxt. l. neque natales, C. de probat. ac experientia nos docet, quæ rerum eſt magiſtra, vt in t. quàm ſit, de elect.

Quartò dicit Andr. Sicul. perpetuò ponderandum eſſe, eo ipſo quòd pater teſtamẽtum facit præſumitur velle filio præiudicare, quia cum ab inteſtato omnia ad filium deuoluantur, Inſt. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. ergo ſequitur eo ipſo quòd eccleſiam poſt inſtituti filij mortem ſubſtituit, præiudicium inferre naſcituris nepotibus voluerit; Cæterum hæc ratio debilis eſt & in aere fundata, nam contra textus noſtri ſubſtãtiam & verba Andreas inſurgere molitur: cum enim teſtator pietatis coniectura liberis inferre præiudicium non præſumatur, propterea que liberorum conditio tacitè ſubaudiatur ne alienam ſucceſſionem propriq; præferat, aſſumptum Siculi contra ipſum retorquetur, quod quidem ſi verum eſſet, vt non eſt, cum eccleſiæ fauori non innitatur, vtique alijs etiam ſubſtitutis in quibus nulla fauoris ſpecialitas conſiderari poſſet procederet, quod adeo abſurdum, inſulſumque eſt, vt nihil profectò abſurdius vel inſulſius. Alia eiuſdem Andreæ argumenta tãquam relatu indigna prætereo, quæ Socinus non ab re vti inania prætermiſit.

Prædictarum opinionum illa verior, ac efficacior tandem videtur, quæ liberorum ſiue neporum cauſam fouet, vt harum legum diſpoſitio ſubſtituta etiam pia cauſa vim obtineat: quæ plurimum ex tribus fundamentis roboratur, eaque licet in ſuperioribus tacta fuerint, repetere intonueniens eadem non erit, cum nõ faciliter proſterni poſſint, ſed pro magis communi ſententia vrgeant. Primò, nam (vt eſt dictum) liberorum conditio ſubſtituto etiam teſtatoris filio tacitè ſubintelligitur quemadmodum ex hoc reſponſo manifeſtè conſtat, ergo multò fortius ſubſtituta pia cauſa, quia poten-
75 tior † cauſa naturalis cenſetur quàm accidentalis, l. filio quem pater, ff. de liber. & poſthum. Vnde filium in nece monachi patris vindicanda & bonis occiſoris obtinendis abbati præferri, ex veriori communiorique opinione †
76 concludit Nicolaus Boer. deciſ. 121. & Fredericus de Senis, numero 9. verſic. Quid dicendum, in 1. part. cumque natura votumque parentum liberos ad ſucceſſionem vocet, l. ſcripto, ff. vnd. lib. l. nam & ſi parentibus, de inoffic. teſtamento, ad relinquendum autem eccleſiæ voto tantum aſpiremus, arg. notatorum in cap. animæ defunctorum, 13. quæſt. 2. potentioti igitur vinculo pater filio quàm eccleſiæ aſtringitur, arg. auth. itaque, C. commun. de ſucceſſ. cap. 1. de tregu. & pac. maximè quia eadem cum filio perſona intelligitur, vt vulgare eſt. Viterius liberorum conditio ſubintelligitur, quòd minus ſcriptum, quàm dictum fuerat inueniretur, ſi
77 dictum, ergo pia cauſa † contra teſtantis voluntatem ac diſpoſitionem prætendere quicquam nequit, iuxta tradita per Dec. conſilio 159. Caſus, colum. fin. & quia fauor piæ cauſæ cum in
78 claro verſamur, attendendus non eſt, † vt ſcribit idem Decius conſil. 259. Viſis, colum. penul. numero 5. hic enim caſus ſubintellectæ conditionis pro omiſſo haberi non poteſt, cum legis authoritate eiusque pietate ſuppleatur, vt
79 quum † filium præteritum pro inſtituto habet, & ſecundum mentem matris quæ in puerperio deceſſerat ei ſuccurrit, odioſamque illam inofficioſi teſtamenti querelam aufert, lege tertia, C. de inofficioſo teſtamen. ad eandemque ſpeciem videtur pertinere. & ea conſtitutio qua ſancitum eſt, vt vulgaris pupillarisque ſubſtitutio mutuò ſe altera alteram contineat, l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. huc quoque pertinet, quum lex conditionem pro impleta habet, quoties per debitorem ſtat quo minus impleatur, l. iure ciuili, de conditione & demonſt. vel quia impedimẽtum præſtitit ſolutioni, quo caſu compenſationem pro ſolutione admittit, l. Iulianus, d. tit. de condit. & demonſtr. idemque de acceptilatione, quæ interpretatione iuris pro ſolutione habetur, d. l. Iulianus, l. 3. §. 1. de ſtatu liber.

Secundò, quòd pater filijs relinquat, pietatis eſt, d. l. nam & ſi parentibus, & quòd eccleſijs relinquatur ad pietatem pertinet, l. ſi quis

Titio,

Titio, de leg. 2. §. fin autem, auth. de eccleſiaſtic. titul. vbi Angel. notat, & ſic vtrunque relictum priuilegiatum reperitur, Sed vbicunque
80 duo priuilegiati † adinuicem concurrunt, & vnus de damno vitando tractet alter verò de lucro captando, tractans debitum acquirere præſertur, vt not. in l. fin. §. licentia, C. de iur. deliber. auth. quas actiones, C. de ſacroſanct. eccleſia, l. iubemus, C. ad Trebell. & in cap. in præſentia, de probat. Aym. Crauet. conſilio 120. Confirmando opinionem, numero ſecundo, aliud enim eſt lucrum non capere & debita perdere, l. fin. C. de codicill. Sed filius & conſequenter nepos quo ad omnia paterna debitum capere dicuntur, l. in ſuis, vbi Bald. & Angel. de liberis & poſthum. l. 1. & ibi Bartol. C. de impon. lucr. deſcript. libro 10. Hinc eſt quòd ſi-
81 lio † purè inſtituto, vel ſimpliciter ſuccedente ab inteſtato inter mortem patris filijque immixtionem, non eſt dare medium, l. ſi poſt mortem, in princ. & l. quæſitum, §. præſenti, de leg. 2. licet gloſſæ variauerint, quas tamen concordat Bartol. in l. fin. de condit. inſtit. cui valde repugnare videtur text. in l. prima, §. ſi pater, ff. ad S.C. Syllan. Hinc eſt etiam, quòd in ſuis non eſt dare hæreditatem iacentem, vt dixit gloſſ. in lege cum hæreditas, C. depoſ. Hinc
82 denique eſt, † magis filij intereſſe patrem inteſtatum decedere quàm teſtatum, cum ab inteſtato ſimpliciter dominus abſque aliqua diminutione exiſtat, vt voluit Angel. de Periglis in rep. d. l. in ſuis, numero octauo, verſic. Quar-
83 to nota, ſubdens hoc in pubere procedere † ſecus in impubere cuius intereſt ex teſtamento hæredem habere, l. Iulianus, ff. de acquirenda hæreditate, l. ſecunda, ff. de vulgar. & pupillar. quem habere non poteſt niſi per ſubſtitutionem pupillarem, quæ fieri nequit niſi pater prius hæredem inſtituat teſtatusque decedat, l. ſecunda, §. quisquis, dict. titul. de vulgar. & pupillar. ibique Bald. columna ſecunda, verſic. Sed quæritur, ergo in tali relicto liberi ſunt præferendi eccleſiæ quæ de lucro quærendo tractat.

Tertiò, pro hac opinione facit text. in dicto §. cum autem, ibi, Et intellectu optimo ijs qui ad ſubſtitutionem vocantur obſiſtente, & non concedente ad eos eam partem venire; Imperator itaque à fideicommiſſo eos qui ad ſubſtitutionem vocantur liberorum natiuitate excludit, cumque eccleſia per ſubſtitutionem vocetur, conſequens eſt vt natiuitate ipſa liberorum excluſa remaneat; Sique diceretur, verba
84 illa textus generalia † eccleſiam non complecti, vt dixit Ioannes de Imol. in dicto cap. vt animarum periculis, de conſtit. in 6. ſtatuti inquam generalia verba eccleſias non includere, velut id ſtatuenti impoſſibile ſit; Reſponde-
tur, quòd licet lex vel ſtatutum eccleſiam ad eius præiudicium ligare non poſſit, eccleſiam tamen ab originali lucro proueniente ex illo
85 ſtatuto vel lege excludere † poteſt, text. eſt in dicta l. ſi quis curialis, C. de epiſcop. & cleric. vbi Bald. traduntque Iacobus Butrigar. in authen. caſſa & irrita, ibique ipſe Baldus, columna ſecunda, verſic. Sed quæritur, C. de ſacroſanct. eccleſ. rurſus Bald. in l. prima ad fin. C. de contrahen. empt. & in capitulo primo, §. ſi clericus, tit. de pace ten. Et quamuis generalis
86 lex per aliam diſtinguatur † ac declaretur, l. 1. dicto titu. de ſacroſan. eccleſ. l. ſecunda, C. de fid. inſtrum. cum alijs adductis per Bartol. cæterosque ſcribentes in l. prima, §. nunciatio, de oper. nou. nunc. nulla in propoſito adeſt lex quæ Papiniani reſpõſum limitet aut reſtringat, ſed iura ſemper illud ampliant, vt manifeſtum eſt, valetque argumentum, hoc lege cau-
87 tum non reperitur † ergo opponi non poteſt, l. in præuaricationis, §. final. ff. de præuaricat. l. diſſentientem, C. de diuor. l. illam, C. de collat. §. optimum, auth. de non elig. ſecun. nub. & hoc modo arguit Oldrad. conſilio 202. Quidam monachus, cum adductis per Aym. Crauet. conſilio 90. Rector eccleſiæ, numero ſecundo, verſic. Secundo valet, quod enim lex non loquitur neque Iuriſconſultus, neque Imperator ſimpliciter facere poteſt, vt ſub lege contineatur, ſingulare dictum eſt Bartol. in l. 3. in princ. verſic. Hæc ſententia, ad l. Iul. de parricid. refert Socin. ſenior conſilio 33. Proſequendo ordinem, columna 5. numero 8. verſic. Et dicit Bartolus libro primo, magisque ſpecificè
88 congruit, † piæ cauſæ priuilegia locum non habere, niſi in caſibus expreſsè priuilegiatis, Pariſ. conſilio 74. Vidi teſtamentum, numer. 20. libro tertio, ad quod faciunt tradita per Petr. de Anchar. conſilio 137. Principaliter ponderandum eſt, in princ. & columna ſecunda circa medium. Stringitur dicta lex, nam ſubſtituto liberis exiſtentibus non ſolum non aſſiſtit, ſed
89 reſiſtit, † vt deneget potentiam in futurum, ei cius verba in futurum tendant, Bartol. in lege cum lex, ff. de fideiuſſ. qui ex hoc infert, iſto caſu obligationem etiam naturalem non oriri, lege ſi non ſortem, in princ. ff. de condict. indeb. Carol. Ruin. conſilio 31. Quo ad caſum, numero ſexto libro ſecundo. Ponderanda inſuper in dicto §. cum autem, ſunt verba illa, Et non aliter ſubſtitutiõne locum accipiente, niſi ipſi liberi ſine iuſta ſobole deceſſerint, ac alia verba dictę l. cum acutiſſimi, ibi Non aliter hoc ſenſiſſe videatur, niſi ij qui reſtitutione onerati ſunt, ſine filijs vel filiabus, nepotibus vel neptibus, pronepotibus vel proneptibus fuerint
90 defuncti; verba enim Non aliter, † formam, & ſolennitatem inducunt, Bartol. in l. de his, per

illum

illum text. ff. de transact.& in l. fin. ibi, Quæro an ciuitas, iunct. text. C. de vend. reb. ciuit. libro 11. Roman. consilio 66. Vir eximie, versic. His tamen non obstantibus, consil. 402. In proposita consultatione, in princ. Alex. consil. 27. Viso themate, col. 1. versic. Tamen fallit, lib. 6. Dec. cons. 528. Pro resolutione, ante fin. Felin. in c. cum dilecta, col. 9. vers. Sextum signū, de rescript. vnde forma sublata actus corruit,
91 l. qui † hæredi, & l. Mæuius, de cond. & demon. cum rei esse tribuat.

Cum tamen piæ causæ negocium agatur, cōtra quam ex abrupto respondendum non est, ne durum scopulum aliquod incurramus in animæ perniciem, ideo diligentius atque accuratius veritatem perquirere ac piè incedere expedit; Proinde Baldus consilio 226. Titius instituit sororem, libro tertio in antiquis, & con-
92 silio 254. libro primo in nou. dicebat, † se nunquam sine animi compunctione contra piam causam consuluisse, Baldumque refert, Hieronymus Zanch. in d. §. cum ita, numero 1109. versic. Nec omiserim, Dynumque de Mugel-
93 lo fuisse damnatum, † cum in quadam causa contra ecclesiam consuluerit, idque post ipsius Dyni mortem cuidam Eremitæ viro sancto reuelatum extitisse, refert Angel. in lege prima, C. de falsi. caus. adiect. leg. & is relatus per Gulielmum de Benedict. in rep. cap. Raynutius, in verb. Testamentum, 1. num. 60. versic. Nam Dynus, qui enim ad pias causas testantur, spiri-
94 tu Dei ducuntur, † arg. cap. licet, extr. de regular. Sique Dyni Mugellani memorandum hoc exemplum aliqui animo reuoluerent, non adeo proni aduersus Dei ecclesiam personasque ecclesiasticas cernerentur, nec tam anxie pias causas impugnarent, testātiumque pia iudicia subuertere molirentur. Quamuis igitur Richardi Malumbri opinio ad filij fauorem mihi in puncto iuris verior videatur, apudque Doctores crebrior calculatis nominibus authoritateque illam tenentium inspecta omnino sit, cum tamen alia opinio distinguens adsit, ei semper iudicando, consulendoque inhærerem: Et sic, aut de priuatione filiorum vel nepotum in to-
95 tum agitur, † & vera sit Richardi sententia quæ quidem magis communis est: Aut verò de aliquo particulari relicto ex quo filij omnino hæreditate non priuarentur nec depauperarentur, tuncque cessante fundamento d. cap. quicunque, 17. quæst. 4. Ancharani opinio contra communem constans sit, vt ecclesiæ ac piæ causæ pro anima testatoris fauendum sit: hæcque opinio distinguens æquior etiam videtur ac rationabilior, quam considerasse liquet Petrum Ancharanum, columna prima in fin. versicul. Nam intelligitur, vbi Augustini dictum interpretatur: distinctionemque istam inter vniuersale ac particulare, exiguum siue immoderatum fideicommissum, considerant, ac comprobant, Felin. in d. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, columna 36. numero 90. versic. Quarto quia, Gulielmus de Benedict. in d. cap. Raynutius, in verbo, Si absque liberis moreretur, nume. 23. versic. Nec est verum, Socinus sen. consilio 191. Licet difficultates, numero 7. libro secundo, Corn. consilio 197. Non alienam, columna 6. in fin. versic. Nec authoritas Petri de Ancharano, libro tertio, Andr. Barbat. in rep. c. in præsentia, columna 57. versic. Et adduco vnum simile, extr. de probat. qui ita Ancharanum ipsum loqui concludit, & similes casus affert, vt per eum: rursus sic eundem Ancharanum interpretantur Socin. hic numero 35. in fin. & infra, ac Socinus iun. dicto consilio 125. Visis, columna 5. ante numerū 29. versic. Et in veritate, lib. 1. postque Tiberium Decianum consil. 1. numero 205. libro 2. idem voluit Franciscus Mantic. in tract. de coniect. vltim. volun. libro 10. tit. 7. dicens Alexandrum d. consilio 92. dubitasse, & quandoque contrarium respondisse: Andream Siculum disputatiuè loquutum fuisse, consulendo autem contrarium concluisse: Decium satis innuere illam opinionem dubitabilem esse, & diuersam sententiam indubitanter tenuisse: Carolum Ruinum denique sibi nō constitisse.

Et si quispiam scisciteretur quęnam pia causa dicatur: Respondeo breuiter, piam causam
96 tripliciter † considerari posse, largissimè, largè, ac strictè: Et primo quidem modo, causam piā appellare illam possumus, vbicunque humani-
97 tatis intuitu fauor aliquis à iure adhibetur, † vt circa deficientium voluntates testamentaque contingit, lege si pars iudicantium, ff. de inofficioso testam. & cap. fin. de re iudic. cum enim in ipsorum morientium voluntatibus amplius arbitrium non redeat, l. 1. C. de sacrosan. eccles. meritoque leges humanitatis ac pietatis intuitu testantium iudicia fauoribus prosequuntur lege in conditionibus primum locum, ff. de conditione & demonstr. & l. fideicommissa, §. item si quis, de leg. 3. cum simil. vnde Imperator in lege cum quidam, in princ. C. de necess. seru. hæredib. instit. dicebat, quòd semper vestigia te-
98 statorum sequimur. Hinc iura statuunt † voluntatem testantis tanquam causam piam sequendam, lege contra voluntatem, C. de testamen. manumiss. vbi text. expressè inquit, Quòd veniens contra testatoris voluntatem iura pietatis violare dicitur, etiam si huiusmodi voluntas contra libertatis fauorem tenderet.

Secundò modo, causa pia diceretur, quando mulierem pauperem respectu eius dotis re-
99 spiceret, † aimæque fauor versaretur, cum

enim

enim cauſa dotis præcipua ſemper & fauorabilis eſſe dicatur, quia per eam ad matrimonium deuenitur, & ſic ciuitas liberis hominibus repletur, vt ex hoc fauor publicus in ea verſetur, lege prima, ff. ſoluto matrim. l. 2. ff. de iur. dot. l. 2. ff. de priuil. credit. & l. hoc legatum, ff. de condit. & demonſtr. hinc eſt, quòd iura dotis cau-
100 ſam explicitè fauorabilem † appellant, vt in cap. fin. de ſentent. & re iudic. eademque ratione ipſam piam eſſe dicit text. in l. cum is, §. ſi in ea, ff. de condict. indeb. & ita Doct. communiter concludunt, in dicta leg. prima, ſol. matrim. in lege ſecunda, §. fin. ff. de donat. & in l. ſi ego, in princ. ff. de iur. dot. ac ſæpe alibi, idem dicit Bald. in l. mandatum, colum. 4. C. mand. in l. ſicut, C. de act. & oblig. in l. qui aliena, §. quamquam, ff. de negoc. geſt. & in rep. l. 1. col. 7. C. de ſacroſ. eccleſ.

Tertiò, & vltimò, cauſa pia appellatur quan
101 do fauorem animæ cõcernit, † & ſic cum pauperibus erogatur, §. ſi vnum, authen. vt cum de appell. cognoſc. ibi, Et ipſorum quoque animæ ex hac pijſſima cauſa ſubleuentur, & §. ſi quis autem pro redemptione, auth. de eccleſiaſtic. titul. ibi, Et huiuſmodi pium opus impleri, facitque alius text. in §. ſed hoc præſenti, ad fin. in auth. de ſanctiſſim. epiſc. ibi, In redemptione captiuorum, aut egentium alimoniam, & ita piam cauſam declarant, Bald. Nouell. in tract. de dot. in 5. part. princ. numero 1. 2. & 3. fol. 5. Simon de Pretis in tract. de interpretat. vltim. volunt. libro quarto, dubit. 1. num. 3. verſic. Attendeque declarationem, fol. 456. poſt Dec. conſilio 72. Viſo puncto, colum. 2. in fin. num. tertio, verſic. Sed proprio modo. Cumque Andreas Tiraquellus in ſuo tractatu, piæ cauſæ materiam diſtinguat atque enarret, amplius non inſiſtam, ſed ſatis ſit ad declarationem prædicti corollarij breuiter hæc tandem attuliſſe.

HYPOTHESIS.

Quicquid de pia cauſa dictum fuerit, eandemmet, l. cum auus, in relictis pro malè ablatis recipiendam non fore: Hincque ad plurima præſertim de paupertate inferri.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, diſpoſitionem, in relictis pro conſcientia exoneratione factis, pro malè ablatis locum non habere: & nu. 13.*
2 *Fideicommiſſum pro malè ablatis factum, neceſſarium cenſeri, liberorumque fauori præferendum eſſe.*
3 *Fideicommiſſum pro malè ablatis as alienum continere, ac debiti potius quàm legati iure niti.*
4 *Teſtamentum ad mortem damnati, ac etiam deportati licet nullum ſit: ijque teſtari prohibeantur, pro male ablatis tamen teſtari poſſe: & num. 5.*
6 *Statutum diſponens de legatis gabellam ſolui oportere, in legatis malè ablatorum ceſſare.*
7 *Legitimam pro malè ablatis diminui poſſe, quamuis pia cauſa fauore regulariter non diminuatur.*
8 *Subſtitutionem pupillarem matrem excludere cũ pia cauſa pro conſcientia exoneratione ex malè ablatis ſubſtituta reperiretur.*
9 *Relicta pro malè ablatis perſoluendis ad conſcientiam exonerandam, cæteris pijs relictis fauorabiliora eſſe.*
10 *Coniecturam pietatis, de qua in l. cum auus, manifeſtam probationem inducere.*
11 *Charitatem à ſe ipſo incipere, idque in animæ ſalutem concernentibus potiſſimè verum eſſe.*
12 *Peccatum non remitti niſi ablatum reſtituatur.*
14 *Teſtamentum ad mortem damnati licet pro male ablatis teneat, adhuc tamen opus eſſe de malè ablatis conſtare.*
15 *Statutum ſoluendi vectigal de relictis, pro malè ablatis relicta non includere: dummodo de malè ablatis appareat.*
16 *Legitimam pro malè ablatis diminui, quicquid in alijs pijs relictis contingat, ſi tamen malè ablata probentur.*
17 *Confeſſioni teſtatoris de malè ablatis etiam irrita ſtandum non eſſe.*
18 *L. cum auus, in relictis factis pro malè ablatis locum non habere, dummodo malè ablata verificentur.*
19 *L. cum auus, in relictis pro malè ablatis non procedere, dummodo ſubſtitutio pauperibus fiat, vel eccleſijs, non ſi vxori, amicis, coniunctis, aut vicinis.*
20 *L. cum auus, in relictis pro malè ablatis locum ſibi non vendicare, etiam ſi ſubſtitutio coniunctis pauperibus fiat.*
21 *Pietatem magis in conſanguineos pauperes quàm in extraneos exercendam eſſe.*
22 *L. cum auus, in relictis pro male ablatis conſanguineo pauperi non procedere, ſi nuncupatim pro anima piaque cauſa relinquatur; Et in diuite adhuc locum non habere qui ſecundum conditionem ſuæ perſonæ commodè viuere non poteſt, nn. 23. & 32.*
24 *Paupertatem alleganti onus illam probandi incumbere.*
25 *Pauperem multis modis conſiderari.*
26 *Pauper vt quis dicatur, iudicis arbitrio relinqui.*
27 *Pauperem iudex ex circumſtantijs arbitrabitur ex Caroli Ruini ſententia.*
28 *Pauperem & inopem ex Archidiacono differre.*

Pauper-

Digitized by Google

29 *Paupertatis inopiæ & egeſtatis differentiam, ex Luca de Penna aſſerri.*

30 *Egeſtate non paupertate teſtimonium debilitari.*

31 *Pauperem in materia piorum legatorum ex Nicolao Belleno diſtingui.*

33 *Filium, inuentarium conficientem, ad terminos cap. 1. an agnat. vel fil. arbitrio iudicis, pro relicto patris feudatarij, ex male ablatis teneri.*

34 *Legata ad pias cauſas nunquid hereditate non adita debeantur plurimum controuerti: opinionem autem affirmatiuam fautoribus non carere: nu. 35. plurimumque authoritatis retinere, nu. 36. Sed in relictis pro malè ablatis extra controuerſiam veram eſſe.*

37 *Inuentarij confectionem, relictorum pro male ablatis executionem non retardare.*

CAP. III.

TERTIVM modo corollariũ inſertur iſtarum legum diſpoſitionem eccleſia vel pia cauſa ſubſtituta pro conſcientiæ exoneratione ex male ablatis locum adhuc ſibi vendicare, vt ſibi voluit Ioan. Petrutius de Monte Sperello in d. l. cum acutiſſimi, illa fretus ratione, cum ſicut in vita filij non curauit teſtator ſuam conſcientiam propter affectionem erga filium exonerari, ita ob eandem affectionis cauſam in nepotes continuatam, cenſetur non curaſſe nepotibus exiſtentibus ſuam conſcientiam ablui, abſtergique, arg. not. in præcitata l. cum acutiſſimi, & poſt Sperellum, idem ſenſit Franciſcus Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 15. num. 42. verſic. Et per hanc rationem, & expreſſius atque latius, libro 10. tit. 7. ante num. 10. verſic. Quinimò hæc tacita conditio.

1 Contrarium tamen tenent, † Socin. hic, col. 24. in princ. verſic. Tertium corollarium, poſt Ioan. Baptiſtam de S. Seuer. ſuum præceptorem, in d. l. generaliter, §. cum autem, in 12. q. Gulielmus de Benedict. in rep. cap. Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur, num. 25. verſic. Niſi teſtator, extra de teſtam. Andreas Barbat. conſil. 45. colum. 11. lib. 2. & in d. l. cum acutiſſimi, numer. 282. Dec. in d. §. cum autem, col. 3. num. 7. verſic. Videtur tamen, & in l. precibus, ante num. 15. C. de impub. & al. ſubſtit. pertranſeunt cum hac opinione etiam, Anton. Gabrielius Romanus lib. 4. de fideicom. concl. 2. num. 15. in 7. ampliat. Andr. Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 17. & 68. ac Emanuel Coſta in rep. capituli ſi pater, in verb. Si abſque liberis, numero decimooctauo, verſic. Hæc autem communis opinio, de teſtament. in 6.

2 Huiuſmodi nanque fideicommiſſum † neceſſarium pro ſalute animæ teſtatoris eſt, proindeque liberorum fauori præferri debet, vt ſcribunt Bald. in l. filio præterito, colum. 2. ff. de iniuſt. rupt. teſtam. Ioan. de Anan. conſ. 28. Viſis, colum. pen. num. 6. & Franciſc. Aretin. conſilio 92. Viſo legato, colum. 1. iuxta illud Iob cap. 2. Pellem pro pelle, & omnia quę habet homo donat pro anima ſua. Idemque † fideicommiſſum,
3 æs alienum continere dicitur, ac debiti potius quàm legati iure niti, ſecundum gloſ. in c. quanquam, in verb. poſſunt acquirere, de vſur. in 6. Bal. in c. ad noſtram, col. 2. verſ. Item nota, extr. de iureiur.

4 Hinc eſt, quòd licet teſtamentum † ad mortem damnati, ac deportati nullum ſit, teſtarique ſimpliciter prohibeantur, l. eius qui apud hoſtes, §. in inſulam, ff. de teſtam. etiam ad piæ cauſæ fauorem, l. ſi quis filio, §. irritum, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de inſtrum. edit. §. compendioſè, in addit. incip. Quia de damnato, & iterum in §. nũc aliqua, verſic. Decimoquinto, eodem tit. Bart. in rep. l. 1. numero 26. C. de ſacroſanct. eccleſ. Abb. in rubr. de teſtam. poſt numerũ 11. verſic. De damnato, Bald. conſil. 448. Quæritur, colum. 1. libro primo, Alexand. conſil. 182. Super eo de quo quæritur, numero 5. lib. 5. vbi magis communem opinionem eſſe dicit, Iul. Clarus libro 3. §. teſtamentum, quæſt. 5. verſic. Quæro quid in damnato ad mortem, licet de conſuetudine idem Clarus teſtamentum condere dixerit, quæſt. 21. incip. Quæro nunquid, à dictaque conſuetudine recedendum non eſſe. Licebit ei
5 pro male ablatis teſtari, † non quidem vt eius diſpoſitio tanquam teſtamentum valeat, 'vimque relicti obtineat, ſed veluti confeſſio inter viuos facta iureque debiti, Io. Andr. in d. c. quanquam, in gloſ. incip. Dominus meus, quem ibi Petr. de Anchar. col. 5. in 14. not. ſequitur Ludouic. Roman. conſ. 199. Præſens ſtatuti particula, col. vlt.

6 Hinc etiã contingit, quòd ſtante ſtatuto † de legatis gabellam ſolui oportere, in relictis male ablatorum ſtatutaria diſpoſitio ceſſabit, cum vt debita (quemadmodum dicebam) relicta videantur, Bal. in l. ſi ſeruo, verſ. In textu, non magnum, ff. de hæredib. inſtit.

Hinc pariter infertur, quòd legitima quam piæ cauſæ fauor non diminuit, authen. ſi qua mulier, C. de ſacroſanct. eccleſ. cap. quicunque vult, 17. q. fin. gloſ. in l. ſi quis ad declinandam, verſic. Simili modo, C. de epiſcop. & cleric. pro
7 exoneratione conſcientiæ † diminutionem recipit, Bald. in l. fin. numero 22. verſic. Dicit tamen, C. ſi à non competen. iudice, Angel. in lege prima, §. ad municipium, ff. ad l. Falcid. Socin. ſen. in l. moribus, colum. pen. num. 25. verſ.

Et eſt

Et eſt potentius, ff. de vulg. & pupill. poſt Bart. in l. cum quis decedens, §. codicillis, de leg. 3. & Anton. de Butr. in cap. pen. de re iudic. Infertur denique, quòd licet ſubſtitutio pupillaris tacita, matrem non excludat, † ſecus tamen eſt cū
3 pia cauſa pro conſcientiæ exoneratione malè ablatorum ſubſtituta eſſet, Ang. in d. l. precib. col. 2. verſ. Idem credo, & ibi Dec. col. 6. nu. 14. C. de impub. & alt. ſubſtit. Alex. conſ. 38. Viſo themate, col. 2. num. 4. verſic. Hoc probo, lib. 1. Gulielm. de Bened. in d. c. Raynutius, in verb. Si abſque liberis, il 1. num. 26. Didac. Couarr. ibidem in §. 4. num. 16. verſic. Qua ratione, rurſus Dec. in d. l. generaliter, col. 3. ante nu. 8. verſic. Videtur tamen, Franciſc. Aretin. conſ. 155. Periculoſum eſt, in fin. verſic. Quia ad hoc reſpondetur dupliciter, Carol. Ruin. conſ. 182. In facto proponitur, num. 9. verſic. Non obſtant etiam allegata, lib. 2. Quamuis contrarium teneat Andr. Alciat. in d. l. 2. num. 71. verſic. Ego eleemoſynam, de vulg. & pupill. vt alia præteream, cum maximus fauor in conſcientia exoneranda maleque ablatis perſoluendis verſetur, vt nō immeritò huiuſmodi relicta quid ſpe
9 cialius ac fauorabilius † cæteris pijs relictis contineant, quemadmodum ex traditis per Guliel mum in deſuper citato loco, alibique apud Scribentes colligere eſt, ac nuncupatim apud Andream de Iſernia in loco infra allegando.

Nec obſtat ſi diceretur, circa huiuſmodi relicta pro malè ablatis inducta fortaſſe procedere poſſe, cum ſimpliciter relinqueretur, in propoſito autem non ſimpliciter, ſed poſt mortem filij relictum eſt, vnde ſicut in vita filij de malè ablatis non curauit, ita tempore nepotum de ablatorum reſtitutione teſtatorem non curaſſe concludendum videatur, vt Ioan. Petrut. in d. l. cum acutiſſimi, & Andr. Alciatus in prælegata l. 2. num. 71. aſſerebant; Cum ex Decij intentione poſſit reſponderi, in vita filij de voluntate teſtatoris conſtare, in clarisque coniecturas ceſſare, vulg. l. continuus, §. cum ita, de verb. oblig. non ſic poſt mortem: proinde tunc licet pro nepotibus præſumptio adſit, fortior tamen coniectura pro malè ablatis aderit: quamuis enim in vita filij noluerit reſtitutionem malè ablatorū fieri propter magnam affectionem quam ad filium habuit, non idem in ipſis nepotibus videtur, de quibus non cogitauit.

Sed aduertendum eſt, Decij reſponſionem non vndique tutam conſpici, cum pietatis con-
10 iectura, de qua in hoc textu, † alijsque ſimilib. iuribus manifeſtam probationem inducat, arg. l. licet, de leg. 1. l. ſi quis locuples, ff. de manum. teſtam. l. ſi tutor petitus, C. de peric. tut. & in his terminis tradit Ludou. Bolognin. ad conſil. Ioannis de Anan. 28. Viſis, & accuratè attentis, nu. 17. verſ. Et hæc coniectura, ac idem Anania in eodem reſponſo, nu. 4. Allegareque non expedit, coniecturam malè ablatorum fortiorem eſſe, Nam reſpondetur eius efficaciam in perſona filij ſic obrui terminarique, vt ad nepotes nullo modo protēdatur illisq. minimè officiat,
11 prima enim charitas † à ſe ipſo incipit, l. prēſes, C. de ſerui. & aqua, idque potiſſimum circa animæ ſalutem procedere certum eſt, cuius immemor nemo præſumitur, vt credendum non ſit pro filijs in inferno quempiam per horę ſpaciū perſiſtere velle, ſi itaq. filij intuitu id paſſus fuit, eadem patientia reſpectu nepotum neceſſario infertur, peccatum nanque non remittitur niſi
12 ablatum † reſtituatur, c. peccatum, de reg. iur. in 6. quod quidem debuit moriens mente reſolue re, in tantum quòd in caſu non exiſtentium nepotum videatur eccleſia pro conſcientiæ exone ratione ſubſtituta iuxta hunc text.

Sententia tamen Io. Baptiſtæ Caccialupi ac aliorum præcitatorū retenta, quā frequentiori
13 calculo † receptā inſpexi, & velut tutiorē in animarum fauorē amplector, non duxi prætereundum, q etſi teſtamentum deportati, aut ad mortem damnati, reſpectu relictorū pro malè ablatis teneat, vt dictū eſt, id verum conſtansq. vide
14 tur, † dummodo de malè ablatis appareat, ita limitāt Pet. de Anch. in d. c. quāquā, col. 5. in 14. not. Bart. in l. qui vxori, nu. 3. verſ. Et idem ego dicerē, ff. de aur. & arg. leg. Alex. conſ. 18. Non minuitur, verſ. Hoc probatur euidenter, lib. 4. poſt Feder. de Senis quē allegat. Idē quoque in ſtatuto de gabella pro relictis ſoluenda dicēdū eſt, vt pro malè ablatis relictū non comprehen-
15 dat, † quatenus de malè ablatis conſtiterit, vt poſt Cyn. in l. generaliter, tradit Guliel. de Bened. in d. c. Raynut. in verb. Si abſq. liberis, il 1. nu. 29. Idē deniq. in legitima cuenit, quæ licet pro malè ablatis diminui poſſit, quicquid in alijs pijs relictis ſtatuatur, oportebit tamē quòd de ipſis malè ablatis appareat taliaque eſſe pro
16 bentur, † vt inquit Alex. poſt alios quos citat, d. conſ. 18. Non minuitur, circa med. lib. 4.

Quod adeo verū eſt, vt teſtatoris confeſſioni
17 pro malè ablatis cū iuramento etiam † ſtandum ne utiquam ſit, idē Guliel. in d. verſ. Si abſque liberis, il 1. nu. 28. Euincitur ergo ſpecialia in relictis pro malè ablatis inducta, in probatione cōſiſtere; Vnde cū Soc. & cæteri, pro fundamento etiam limitationis prædictæ ad fauorem conſcientiæ, relictum pro malè ablatis tanquam æs alienum conſtituant, illudq. debiti iure niti, Primam videtur declarationem recipere, vt nepotes tunc demum excludantur, cum teſtatorem
18 malè ablata extorſiſſe † teſtib. aut inſtrumentis oſtenderetur, aliàs teſtantis aſſertioni etiā iuratæ fidem non deterri ad ſubintelligentiā tacitæ conditionis virtute huius textus ſimiliumque proſternendam: ad hocque optimè facit elegās

Digitized by Google

Calderin.conſ.33. An ſi legetur,tit.de teſtam.

Secunda declaratio affertur, vt prædicta con-
19 cluſio vera ſit, † dūmodo ſubſtitutio pauperibus fiat vel eccleſijs,nō ſi vxori,amicis, coniunctis aut vicinis,iuxt.gloſ.in l.illud, C.de ſacroſ. eccl.vbi Bald.& Caſtrēſ.quam etiā ſequuntur, Io.Andr.in addit.ad Spec.tit.de inſtrum. edit. §. nunc verò aliqua, verſic.63. Et ſcias, Bart.in rep.l.1.in 2.q. 2.q.prin. n.33. & 34.d.tit. de ſacroſ.eccl. Bal.in auth.ſimiliter, n.4.verſic. Quęro quid ſi legatur,& ibi Lud.Rom. col.1.C.ad l.Falcid.idē Bald.in l.ſi hęres,in 1.not.verſic.Et dicitur relictum,ff.de condict.cauſ.dat.& in l.ſi quis Titio,in fin. verſic.In cadē gloſ. vbi Io.de Imola,de leg.2.cōſ.230.Teſtamentum de quo quæritur,lib.5.Ang.in l.nā etſi parētibus, ff.de inoff.teſtā.Petr.de Anch.conſ.25. Videtur prima facie,col.2. verſ. Prętera aduertēdū, Paul. de Caſtr.cōſ.441.Viſo pūcto & allegationibus, in 2.dub.n.2.poſt prin.verſic.Sed hic erāt fores,lib.2.Lap.alleg.92. In primis vidēdum eſt, in 1.dub.vbi rationē reddit,quia pietas nō ſtat in nomine pietatis,ſed in ſubſtantia veritatis,l. cum hi,§.ſed perſonarum,& §.ſi in annos,ff.de tranſact.& l.1. C.de mendic.valid.lib.11.Dec. conſil.120. Et pro tenui facultate, num.4. potentior nanque eſt naturalis cauſa,ſcilicet conſanguinitatis, quàm accidentalis,ideſt paupertatis,l.tutor,§.quę tutoribus,ff.de excuſ.tut.

Quod quidē verum videtur,niſi perſonę cō-
20 iunctæ pauperes fuerint, † etiā ſi mater ſit. Io. Andr.in d.verſic.Et ſcias quòd tunc, idēque tenēt,gloſ.in c.2.de ſepult.Alex.cōſ.158. Viſo teſtamēto, ad fin.n.9.lib.7.Benedict.Capr.conſ. 54. Circa primū quæſitum, col.4.n.20. verſic. Quod & voluit ſimiliter,Io.de Firm.in tract.de epiſc.in 4.par.§.ſupereſt,n.82.fol.101.Andr.Tiraq. in tract.de priuil.piç cauſ.in prēf.fol.8. verſic. Quod adeo verū eſt. Frāçiſc.Mantic. de cōiect.vlt.vol.lib.6.tit.3.n.14.& 19.vbi reſpōdet dictæ l. tutor, §.quæ tutoribus, vt per eum. Et pro hac opinione faciunt tradita per Iaſ. conſ. 183. Præſens conſultatio, col.2. verſic. Sexto
21 & ſeptimo,lib.2.maior enim pietas † in cōſanguineos pauperes quàm in extraneos exerceri debet,c.non ſatis,86.diſt.gloſ.in c.1.de cohab. cleric. & mulier. vbi Abb.nu.4. Luc.de Penn. in l.centum, col.2. num.8. verſic. Tertiò videtur quòd coniuncti, C.de annon.ciuilib. lib.11. Afflict.deciſ.290. Quidam Baro,num.10.

Hocque duobus modis declaratur, Primò,
22 quando † pauperi conſanguineo nominatim pro anima relinqueretur,aut etiam pro alia pia cauſa, tunc enim ad pias cauſas legatum cōſanguinitate non obſtante diceretur, ſecus ſi conſanguineo pauperi ſine expreſſione piæ cauſæ relinquatur, nam tunc fauor ille ceſſaret ratioque naturalis vti potentior attenderetur, Dec. d.conſ.120. Et pro tenui facultate,nu.4.quem referendo, ſequitur Tiraquell.in d.præſ. fol.9.

23 Secundò,† de diuite pro ratione ſuæ conditionis ſtatus ſiue generis intelligendum eſt, nā ſi quis ſatis bonorum haberet vt poſſet viuere, non tamen iuxta conditionem ac qualitatē ſuæ perſonæ,pro paupere is cenſeretur,ita ut ei relictum paupertatis cōſideratione credatur, Bar. in d.l.1.in 2.q.2.q. princ.nu.34.C.de ſacroſ.eccleſ.& Baldus ibidem col.10.verſic.Super quinta quæſtione, & in l. ſi quis ad declinandam, colum.2. verſic. Circa tertium, C. de epiſc. & cleric. Capr. d.conſ.54. Circa primum, col.3. num.15. verſic. Imò & plus; traditque Tiraq. in citato fol. 9. verſic. Intellige ſecundò, cum alijs infra allegandis.

Cūque in paupertate ſuā intentionē fundan
24 ti ipſamque allegāti † probandi onus incūbat, gl.in l.ſi verò,§.qui pro rei,vbi Bart.n.6.Alberic.Ang.Paul.de Caſt.in vlt.not.n.6.Alex.n.9. Iaſ.n.13.& 14.ac alij,ff.qui ſatiſd.cog. Bald.in l.non prius,in princ.in 1.not. C.quand.fiſc.vel priu.Alber.in l.ei incūbit, col.fin.n.8.ff.de probat.Soc.ſen.cōſ.24.Viſis,n.42.verſic.Cōfirmatur hoc,lib.1.Andr.Alciat.de cōmuni opinione atteſtās in tract.de pręsūpt.reg.2. pręſump.27. nu.4. Andr.Tiraq.alios allegans in tract.de retract.par.1.§.32.nu.94. verſic.Nā & videmus, Cornel.Benint.in tract.de pauper.q.6.n.2.Frāciſc.Beccius cōſ.105. Ioānes & Iacobus, n.28. Natt.conſ.214.Viſo,n.6.cōſ.344.De iure communi,n.3. Didac.Couarr. var. reſol. lib.2.c.6. n.2.Luc.de Pēn.in l.fin.n.6.C.de his qui num. liber.vel paupert.li.10.Afflict.deciſ.377. Princeps conceſſit, nu.4.& 6.Carol.Ruin.conſ.81. Quæritur,n.4.lib.5. Rol.de Vall.cōſ.20.Quoniā pupillis,n.19. uerſic.Nā qui ſe fundat, li.2. Videndū eſt quis in propoſito pauper dicatur.

25 Et certè multis modis † pauperē,ſecundum ſubiectā materiam ac perſonarum qualitatē conſiderari poſſe cōſtat, Alex.conſ.213. Pōderatis his,n.8.lib.6.& conſ.37. Conſultus ſum,nu.1. lib.7. Socin.ſen.conſ.30. In cauſa D.Agnetis, n.15.lib.4. ita ut pauperis definitio nō ab re iu-
26 dicis arbitrio † relinquatur,gloſ.cōiter.approbata in auth.prętera,C.und.uir & ux.Bart. in l.ſi conſtante,in princ.in 1.q.princ.ff.ſol.matr. Corn.cōſ.178.In hac cōſultatione,n.29.uerſic. Licet in hoc ultimo,poſt Irneriū,li.2.Dec.cōſ. 163.In cauſa matrimoniali,col.4.nu.6. uerſic. Nā quis dicatur,Soc.ſen.d.cōſ.30. In cauſa D. Agnetis,n.1.communē opin.eſſe dicēs,li.4.Afflict.dec.179.In quadā cauſa,n.3.Ruin.cōſ.55. Super eo de quo quęritur,n.5.lib.1.Frāciſc.Viuius opin.988. Teſtis pauper, n.6. Nicol.Bellon.conſ.16.Stat ſtatutum,n.5.nec Alexandrū omiſerim conſ.91.Repetitus,n.3. uerſ. Cū hoc
27 cōmittatur, lib.7.qui quidē † iudex circūſtan-

tijs

tijs probatis arbitrabitur, Ruin.d.conſ.55.n.5. Vtque id obiter dicã, pauper is eſt, qui parũ ha
28 bet inops qui nihil † Archid.in c.quæ iura, 8.di ſtinct. Soc.ſen.d.conſ.30. In cauſa, n.16. lib.4. & tradit Alex. in d.l.ſi verò, §.qui pro rei, nu.10. Sed Luc.de penn.in l.meminimus, num.41.C. quãd.& quib.quar.pars deb.lib.10.ſcribit, pau
29 pertatẽ † eius verè eſſe qui inopia laborat, l. ſi creditores, in fin. ff. de priuil.cred. inopia autẽ eum affligi qui ſine ſubſtãtia eſt, §.ſemel autẽ, auth.quomod.opor.epiſc. talemque inopiã ex iniuſtitia plerũque procedere, in auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag.in princ. Egeſtatẽ verò eſſe, cũ quis nõ habet vnde ſe alat, l.3.§.fin.ff.vbi pupill.educ.deb. hancque nimiæ paupertati cõparari, l.2.C.de patrib.qui fil.diſtrax. quę pęna dicitur, vnde Prouerb.3. Egeſtas à domino in domo impij, publicè enim malè meritus, vt exẽplo alijs ad terrenda maleficia ſit, egeſtate laborare debet, l.bona fides, poſt princ. ff.depoſ. hæc etiã facit egentem ſordeſcere, l. quiſquis, C.ad l. Iul.maieſt.egeſtatique contraria honeſtas eſt, l.ſi quis vxori, §.cũ Titia, ff.de furt. Vnde nimia paupertas actioniſque egeſtas, dici poteſt quãdoque robur conuerſationis infringere, cap.fin. 12. quæſt.2. & hęc eſt quę teſtimo-
30 nium † debilitat, l.3. in princ. ff.de teſtib. non autem paupertas, licet ad hoc lex illa ſæpius allegetur & perperam, quod patet ibi, cum dicit, vel egens, iſta enim ſatis differunt.

Cæterum proximius ad hanc materiã, pauper qui accipiendus ſit vt piũ legatum dicatur, breuiter inſpiciamus, in hocque aliqui credide
rũt verè pauperẽ requiri, inter quos Iaſ. in l. 1. col.pen.C.de ſacroſ.eccleſ.referẽs Io.Andr. in addit.ad Specul.vt ibi, quod etiã voluere Petr. de Anchar.d.cõſ.25. & Dec.d.conſ.120. col.2. Omiſſa tamẽ prædictorum opinione, cũ Nico-
31 lao Bellono † conſiderandũ eſt, in terminis de quibus agimus triplicẽ perſonarum ſpeciem attendi poſſe, Aut enim aliquis euidenter diues eſt, tuncque legatũ ſibi factum etiã pro anima piũ non eſt, & ita procedit Doctr. Bart.in l.1. in 2.q.2.q.prin.n.33. C.de ſacroſ.eccl. qui in euidenter diuite expreſsè loquitur. Aut quis clarè pauper eſt, & tunc legatũ valet, piumque cenſetur, vt dubitari nõ poſſit; Aut aliquis eſt nobilis, & non pauper, indigens tamẽ ſecundum ſta-
32 tum ſuum † vt ſuã dignitatem, nobilitatẽque conſeruare nequeat, & iſto caſu quicquid Decius aſſeruerit, de eo iudicandum idẽ erit quod de uerè paupere, ut tradit expreſsè Bart. in d.l. 1.in 2.q.eiuſque dõctrinam communiter receptã dicit Andr. Barbat.in c.ad hęc, col.fin.extr. de teſtam. eandẽ etiam ſequuntur Bald. ibi in 5.q.col.11. in d.l.ſi quis ad declinandã, col.2. & in d.l.illud, col.1. Alex.d.cõſ.124.col.2.lib.4. Corn.cõſ.50. Videtur in hoc, col.5.lib.1. Bald. Nouell. in tract. de dote in 5.par. col.pen. uerſic. Poſſet benè, Io.Crot. in d.l.ſi conſtante, in 1.lect.n.15. Franciſc.Rip.in tract.de peſte in ultim.part. de iuridic. remed. in 5.peſtilen.cauſ. num.157. & ita concludit Bellon. d. conſil.16. Stat ſtatutum, ubi num.9. & 10. Ancharano Iaſoni ac Decio reſponſum affert.

Ex prænarratis, quantus circa relicta pro malè ablatis fauor in iure uerſetur clarè colligitur, quibus notabile dictũ Andreę de Iſernia in c.1. ante nu.8. uerſic. Quid ſi, an agnat. uel fil. addendũ duxi, ubi ad terminos illius textus quę-
33 rit, † nunquid ſi aliquis magnus Baro uel Comes feuda tantũ habens, poterit pro anima legare aliquid, uel famulos remunerare, aut pro malè ablatis relinquere? Et certè illud confitẽdo in teſtamento, utili ex contractu tenetur, l.Publia, ff. depoſ. aliàs in factum, l.de ętate, §. qui interrogatus, ff. de interrog.act. pone modo ante calendas Martias illum deceſſiſſe, quo tẽpore fructus hęredis non ſunt ſed filij tanquã ex pacto & prouidentia ad feudum uenientis, aliudque pater nobilis non habuerit, filiuſque inuentarium confecerit, his attentis unã candelam pro anima patris non dabit, filius enim inuentarium conficiens, alijs agnatis in feudo cõparatur, iuxta opinionẽ illorum dicentium facientẽ inuentarium non niſi pro uiribus hęredi tarijs teneri, feudumque ex pacto & prouidentia præcipuum habere; Andreas tamen num.9. concludit, quòd cũ tex.ille expreſsè inter agnatum & filium differentiam conſtituat, poſſe de ęquitate dico, ad legata pro anima, pro remuneratione familię, & ablatorũ reſtitutione obſtringi in quantum bono iudici videbitur, licet inuẽtarium confecerit: æquitas enim ratioque d.c. plus filium, quàm agnatum arctat, filius namque à patre eſſe conſequitur, non agnatus, vt dicit idem Andr. in cap.1.col.2.n.3. verſic. Circa iſtam materiam, tit.ſi vaſall.feud.priu. Et cum late Iſernia in pręallegato loco id proſequatur & quidem magiſtraliter, non inſiſtam, cum Andreas non ſolum iuris feudorum, ſed totius legalis ſcientiæ fulgidum lumen fuerit, ac non Regni ſolum Neapolis, ſed ipſius Italiæ ſummum decus illuxerit.

Illud quoque ad hoc propoſitũ addendũ eſt,
34 quòd licet inter Doctores † magna altercatio & varietas adſit circa illud dubiũ, nunquid legata ad pias cauſas hæreditate etiam non adita debeantur, in quo (omiſſis opinionibus diſtinguentibus) plures negatiuè reſponderunt, & ſignanter Bart.in l.1.nu.6.& 9. C.de bon.vacan. lib.10. Ancharan. conſ.8. Difficultas quæſtionis, in fin. verſic. Non obſtat ſi dicatur, Iaſon in d.l.1.num.30. verſic. tene contrarium, & in 2.lect.num.34.de communi opin.atteſtans, & quòd ita cõſuleret, ac ita Bononiæ determina-

tum fuiſſe, poſt Ang. quē ibi refert, Alex. conſ. 209. Statutis accuratè perſpectis, col. 5. nu. 16. vbi de magis communi opin. lib. 2. & conſil. 4. Attentis narratis, colum. 3. num. 8. verſic. Adhærendo illi opinioni, lib. 7. de qua quidem recepta ſententia Legiſtarum, & Canoniſtarum meminit Franciſcus Viuius, in eius Silua opinio 359. incip. Hærede non adeunte, numero ſexto, verſic. Interpretatur quoque. Quam-
35 uis affirmatiua ſautoribus † non careat, cum ipſam ſequantur, idem Bart. in dicta l. 1. num. 66. verſic. Mihi videtur, C. de Sacroſ. Eccleſ. poſt Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. nunc verò aliqua, verſic. Sed pone quòd ex eo teſtamento, Bald. in l. nulli licere, col. 3. n. 9. verſic. Deinde not. C. de epiſc. & cleric. Ludouic. Rom. conſil. 493. In caſu conſultationis, col. 2. quicquid alibi conſuluerit, Io. de Anan. conſ. 28. Viſis, & ponderatis, nu. 6. Alex. conſ. 4. Videtur, col. 7. num. 14. verſic. Faciunt notata, lib. 2. Abb. conſil. 32. Circa duo dubia, colum. 2. circa med. verſic. Hinc eſt ſecundum communem opin. Doctorum, Matthæſil. not. 162. Nota ſingulare, in fin. num. 4. Lap. alleg. 91. num. 4. & ſeq. dicens Bartoli opinionem in practica ſeruari ac magis æquam eſſe, vbi Quintil. Mandoſ. idem aſſerit, Socin. ſen. conſ. 116. Non poteſt negari, col. 9. num. 25. verſic. Secundò reſpondetur, lib. 1. qui alios citans communem opinionem eſſe teſtatur Andr. Tiraquell. in d. tract. de priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 33. fol. 73. Simon de Pretis in tract. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. fol. 4. num. 69. fol. 86. Vnde licet vltima hæc
36 opin. plurimum † authoritatis retineat, in relictis tamen pro male ablatis ad conſcientiā exonerandam fortior & robuſtior videtur, quam tenent Bald. in l. eam quam, colum. 4. num. 13. verſic. Adde quòd ſi res, C. de fideicom. & in auth. hoc amplius, col. 4. nu. 17. verſic. Et nota quod monitio, eod. tit. Iaſ. in d. l. 1. nu. 33. verſic. Secundò limita, de Sacroſ. Eccleſ. Guliel. de Benedict. in d. c. Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur, 1. ſub nu. 26. verſic. Similiter talia relicta; Et propterea inuentarium
37 conficiendum, † executionem relictorum pro malè ablatis non retardaret, Bald. in l. ſcimus, §. donec, num. 1. verſic. Hoc tamen fallit, C. de iur. delib. in d. l. nulli licere, col. 3. n. 9. verſic. Itē quòd terminus, C. de epiſc. & cleric. & in d. l. 1. col. 14. nu. 52. in fin. verſic. Si enim teſtator.

HYPOTHESIS.

In fœminis quoque earumque deſcendentibus grauatis textum iſtum loqui: idque ampliari ac limitari: Et l. fin. C. de indict. vid. ſuo ſenſu ornari.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, in fœminis etiam earumque deſcendentibus grauatis locum habere.*
2 *L. fin. C. de indict. vid. declarari.*
3 *Legem in vno ex correlatiuis corrigentem, in alio quoque corrigere, ſi eadem ratio ſubſit.*
4 *Legem nouam per aliam legem antiquam in caſibus per eandem antiquam legem equiparatis corrigi poſſe, eadem ratione vigente.*
5 *L. cum auus, in fœminis grauatis procedere, etiam ſi filia grauata per ſtatutum excluſa reperirentur.*
6 *L. cum auus procedere, nedum quando filius grauatus cum filijs vel deſcendentibus maſculis, verum etiam ſi cum fœminis deceſſerit.*
7 *L. cum auus, non ſolum quando filius grauatus alteri filio reſtituere inſtitutus pro parte eſt, verum etiam quando in totum inſtitutus reperitur, ad fœminarum fauorem procedere.*
8 *L. cum auus, in fœminis non procedere ſubſtituto deſcendente vel agnato, ac filiabus particulariter heredibus inſtitutis, filio autem vniuerſaliter.*

CAP. IIII.

COLLIGENDO ea quæ ex ſexta concluſione inferuntur, vt hic textus procedat cum deſcēdens ab aſcendente maſculo per lineam maſculinam grauatus reperitur, in quo enim ex altero filio præmortuo nepotem grauante loquitur, Primum corolla-
1 rium deducitur, † hunc text. ex d. l. cum acutiſſimi, ſuppleri, diſponente eidem legi, cum filia fœmina vel ex ea etiam deſcendens grauatur, locum eſſe, ſecundum Paul. de Caſtr. in princ. verſic. Item hic loquitur quando grauatus, & Socin. in hoc eodem textu, col. 24. verſic. Ex ſexta & vltima concluſione. poſt Bart. ibidem, num. 1. verſic. Quæro quid ſi talis, dum dicit, quòd in aſcendente per lineam maternam locum habeat, prout Socinus ita ipſum intelligit, vbi Cuman. n. 1. idē quoque voluere Dec. conſil. 495. Viſo eleganti conſilio, nu. 7. verſic. Et cū prædicta, Ant. Gabriel. Rom. lib. 4. de fideicom. concluſ. 2. n. 17. Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vlt. volun. lib. 10. tit. 7. num. 13. verſic. Quintò extenditur, Antonius Gomeſius in cōmentar. varijſque reſolut. iuris ciuilis, tom. 1. cap. 5. poſt num. 32. verſic. Quartò extende, Carol. Ruin. conſ. 106. Viſo, ac diligenter ponderato, num. 1. lib. 2. Io. Cephal. conſ. 391. Teſtator, n. 16. verſic. Sextò nam diſpoſitio, lib. 3. Io. Crot. conſ. 4. Caſus, num. 28. verſic. Tum ſic, Hieronym. Gabriel. conſ. 97. Ioannes Leonardus,

nardus, nu.14. verſic. Et probatur clariſſimè, Franciſc. Vegius, conſ.65. Viſo, num.65. verſic. Hæc concluſio comprobatur, poſt Alexan. conſ.38. Perſpectis his, colum.2. num.5. verſic. Sed vt ipſe refert, lib.6.

Idque non vi extenſionis, ſed generum conceptionis contingit, vt Bald.in d.l.cum acutiſſimi, num.10. verſic. Ibi, ſed etiam filiam. Vel dicendum eſt, verbalem extenſionem non eſſe ſed potius mentalem declarationem ex ſimili in omnibus ratione videri, vt tradunt Bald. d. num.10. Et Socinus hic d.col.24. quemadmodum in l.fin. C. de indict. vid.tollen. ſecus vbi ratio repugnaret, l.quiſquis, C.ad l.Iul.maieſt. Cum tamen in d.l. final. in correlatiuis verſe-
2 mur, † perperam Baldus & Socinus illam ad hoſce terminos inducunt, vt inquam lex noua Iuliam Viſcelliam legem de vxore loquentem corrigens, in marito etiam illam correxiſſe exiſtimetur, cum virtute correlationis ſit, qua ra-
3 tione & † lex in actore corrigẽs de reo quoque egiſſe creditur, gloſ.in l.per interuallum, de iudic. Sic pœna impoſita vendenti intelligitur & emptorem diſtringere, l.fin. ff.de acceptil. Si eadem ratio vigeat ſecus aliàs, cap.fin.de verb. ſign. Iſtudque in correlatiuis expreſſum, ad ea Andr.Alciat. eminens Iuriſconſ. lib.2.cod.tit. de verb.ſign.fol.96. ſecundum paruam Lugdunenſem impreſſionem porrigit, quæ ex lege veteri regulariter inuicem æquiparantur, gloſſ.in
4 l.ſi quis ſeruo, C. de furt. † Vnde lex noua inducens vt quarta quæ ex lege Falcidia detrahitur quo minus detrahatur prohiberi per teſtatorem poſſit, ad eam quoque extenderetur quã ex S.C.Trebelliano hæredes retinere poſſunt, Bart.in l.Marcellus, num.6. verſic. Secundò dico, ad Trebell. Quod tamen intelligendum exiſtimat cum eadem in æquiparatis ſubeſt ratio, alioquin ex nuda Principis voluntate abſque alia ratione quicquam indulgentis cõtra regulas iuris conceſſa, nec ad æquiparata quidem protrahentur, quod ea in conſtitutione appareat quę correcta antiquiore lege centum annorum præſcriptionem ad quadraginta redigit, cum in Eccleſia loquatur ad Rempub. nõ producitur, auth.quas actiones, C. de Sacroſ. Eccleſ. Rurſus hoc intelligendum, vt fiat extenſio quatenus correctum fuerit, in eo in quo æquiparatio eſt facta tantum: Proinde quamuis rei vendicatio & actio Publiciana ijſdem paſſibus ambulent, lex tamen noua in rei vendicatione bonam fidem auctoris expoſcẽs alioquin vſucapionem renuens, ad Publicianam experientem non protrahetur, non enim quo ad hoc æquiparantur, Bart.in l.eum qui, §.prætor ait, num.1. de Publician.in rem act. rationemque huius extenſionis quæ in æquiparatis fit exemplumque Alciatus ibidem affert.

Ampliatur hæc concluſio, vt procedat etiam
5 ſi filia grauata per ſtatutũ fuiſſet excluſa, † adhuc enim tacita huius legis conditio ſubintelligeretur, vt ſcribit Carol.Ruin. conſ.77. Infacto proponitur, col.pen. num.15. verſic. Nec refert quòd iſta filia, lib.2. quem ſequitur Anton.Gabriel.d.lib.4.concl.2.nu.18.ampl.10.

Prout hic textus regulariter procedit, nedũ quando filius grauatus cum filijs vel deſcen-
6 dentibus maſculis deceſſit, verũ etiam † ſi cum fœminis, d.l.generaliter, §.cum autẽ, & ibi Doctores communiter id exprimunt, Bart. etiam ac Scribentes communiter tum hic, tum in d.l. cum acutiſſimi, & poſt Io.Andr. Ant.de Butr. Cardin. & Petr. de Anchar. in c. Raynaldus, extr. de teſtam. tradit ibidem Didac. Couarr. Toletan. in princ.nu.2.verſic.Colligo deinde, aſſerens hoc paſsim receptum eſſe, textumque inſignem in d.l. cum acutiſsimi, allegans Soc. ſen.conſ.23.Circa prædictam conſultationem, ante num.6.lib.1.conſ.6. In præſenti conſultatione, num.2.lib.3. Iaſ. conſ.141. In iſta difficillima quæſtione, col.3.verſic.Ad idem & fortius ſtringit textus, lib.2. Dec.conſ.15. Et pro tenui facultate, col.1. verſic. Et iſta concluſio, Anton.Gabriel.d.lib.4.concl.2. Fernand.Vaſquius lib.3.prima partis, §.27.ſub num.4.verſic. Aſtringitur, vbi cõmunem opinionem eſſe dicit Ant.Gomeſ. in commentar. variſque reſol.iur.ciuil.tom.1.c.5.de hæreditam.ſubſtit.fol. 57. poſt num.32. verſic. Quintò extende. Pariſ.conſ.19. Ad veram reſolutionem, num.86. lib.2. conſ.41. Ioannes, num.35.lib.3. Hieron. Grat.conſ.53.Caſus, nu.4.lib.2. Soc.iun. conſil.138. Abunde, num.35.& is lib.2. Andr.Alciat.conſ.71. Lecto conſilio, n.24. & 25. lib.9. Portius conſ.177. Contingit, nu.4. & 5. lib.4. Io.Cephal.conſ.391. Teſtator, nu.15.lib.3. & conſ.576. Reuerendus Dominus, nu.2. lib.4. Ampliatur primò præcedens concluſio, etiam ſi vnica tantum filia ſuperſit, vt in citatis conſilijs Cephali alios allegantis, videre licet.

Secundò ampliatur, vt ſit vera non ſolum quãdo filius grauatus alteri filio reſtituere in-
7 ſtitutus pro parte eſſet, † verum etiam cum in totum inſtitutus reperiretur, adhuc enim fœmina grauati ad ſubſtituti excluſionem in ſubintellecta hac conditione includeretur, Carolus Ruin.conſ.36.Concluſio, num.9. verſic. Quia ergo Bald. lib.3.

Limitatur, filio maſculo vniuerſaliter inſtituto, filiabus autem particulariter prouiſis, ac denique deſcendente vel agnato ſubſtituto,
8 tunc † enim ad maſculos tantũ tacita hęc cõditio reſtringeretur, vt ex cõi Doctorum opinione, ſcribit Curt.iun.cõſ.35. D.Benedictus, n.1. verſ. Ex diſtinctione, ſubdens iudicando ab ea recedendum non eſſe, de quo tamen infr .

HYPOTHESIS.

Non ſolum nepote vel filio à patre gratuitis, ſed alijs deſcendentibus in infinitum, conditionem iſtam tacitam verificari: Et de appellatione poſterorum, poſteritatis, familiæ, deſcendentium, ac lineæ maſculinæ aliqua inſinuari.

SVMMARIVM.

1 *L.cum auus, non tantum nepote vel filio à patre vel auo grauatis, ſed alijs deſcendentibus in infinitum procedere.*
2 *Poſterorum nomen, deſcendentes omnes tam mares quàm fœminas includere.*
3 *Poſteritatis nomen, vtriuſque ſexus deſcendentes continere: diſcrimenque inter poſteros ac poſteritatem verum non eſſe.*
4 *Familiæ nomen, fœminas etiam, ex eiſque deſcendentes, continere.*
5 *L.cum auus, exorbitantem eſſe.*
6 *Poſterorum appellatione, vbi diuerſa ratio adeſſet fœminas non includi.*
7 *Poſterorum voce, in feudis fœminas regulariter non contineri; Nec ex filia nepotem, num.9.*
8 *Fœminas in feudo ſub voce poſterorum intelligi, ſi feudum à fœmina concedatur.*
10 *Poſterorum appellatione in priuilegijs, fœminas non contineri.*
11 *Poſterorum voce, fœminas à beneficijs Principum nequaquam excludi.*
12 *Poſterorum voce, fœminas in priuilegijs contineri vbi à fœmina priuilegium concederetur.*
13 *Poſterorum voce fœminas non includi, ſi fœmine ex Plebiſcito municipali propter maſculos excludantur.*
14 *Deſcendentium appellatione omnes in infinitum maſculos et fœminas, & tam ex maſculis quàm fœminis deſcendentes contineri.*
15 *Deſcendentium appellatione conceptos etiam poſt mortem teſtatoris venire.*
16 *Deſcendentium appellatione, fœminas non minus maſculis contineri.*
17 *Deſcendentium voce, multò magis fœminas venire vbi de illis mentio prius facta reperiretur.*
18 *Deſcendentium appellatio, fœminas non allicit vbi diuerſa ratio adeſſet: ſubiectaque materia aliud ſuaderet.*
19 *Deſcendentium voce, fœminas in feudo non includi.*
20 *Deſcendentium appellatione in ſucceſſione primogenitura, dignitatis, ac matericatus fœminas non venire.*
21 *Deſcendentium voce fœminas in odioſis, vtpote in priuilegijs, non contineri.*
22 *Deſcendentium ex linea maſculina appellatione, qui includantur.*

CAP. V.

SECVNDVM corollarium elicitur, Papiniani ſcilicet hoc reſponſum, ex d.l.cum acutiſſimi, iterum ſuppleri, vt non tantum nepote vel filio à patre vel auo grauatis, ſed alijs deſcendentibus in infinitum locum ſibi vendicet, cum Imperator pleniſſimum ei euentũ donauerit, id eſt in ipſis deſcen-
1 dentibus in infinitum † (vt dicebam) grauatis, vt in textu ibi, Vel aliam deinceps poſteritatẽ; Nam ſecundum Bald. in prælleg.d.l.cum acutiſſimi, videbatur hanc legem in ſolo filio procedere, tanquam per viam fictionis introductã, vnde ipſe textũ ſupplendo in quocunque gradu in infinitum ampliabat, idemque ibi Ang. Corn.ac cæteri ſupplent,& Soc.ſen.hic, Anton. Gabriel.lib.4. de fideicom. concl. 2. nu.7.in 3. ampl. Ant. Gomeſ. in cõment. varijſque reſol. iuris ciuil. tom.1. de fideicom.ſubſtit.c.5. poſt n.32. verſ. Secũdò extende. Iacob. Philip. Portius conſ.177. Contingit, ante n.4.lib.4. Padilla in d.l.cum acutiſſimi, nu.24. Sfort. Odd. conſ. 97. Benedictus Mariotti, n.12. D. Petr. Caball. conſ.48. Maturè conſideratis, nu.9.lib.1. Hieron. Magon. in deciſ. Floren. 52. Raynaldus de Rondinellis, nu.3. quod etiam longè ante ſcripſit Guid. Papæ in d.l.generaliter, §. cum autẽ, col.fin. verſic. Papinianus autẽ hoc introduxit.
2 Poſterorũ enim appellatione, † omnes deſcendentes tam mares quàm fœminæ cõtinentur, l. Iuriſconſ. §. parentes, ff. de gradib. l. quod his verbis, §. fin. de leg. 3. iunct. l. cognoſcere, §. fin. ff. de verb. ſignific. l. 1. C. de impon. lucr. deſcript. lib. 10. c. 1. §. contra natos, de ſciſmatic. in 6. Cardin. in c. 1. §. hoc quoque, col. fin. tit. de ſucceſſ. feud. Bart. in l. liberorũ, col. pen. nu. 19. verſic. Quæro nunquid, ff. de verb. ſign. Io. de Imol. in l. ſi ita ſcriptum ſit filiabus, in princ. de leg. 1. Paul. de Caſtr. in l. quia tale, col. 2. ff. ſol. matrim. Ant. de Butr. conſ. 9. Viſo puncto & quæſitis, in 1. dub. Socin. ſen. conſ. 51. Viſa facti narratione, nu. 3. lib. 4. Dec. conſ. 223. In caſu propoſito, n. 5. conſ. 470. Caſus de quo quæritur, num. 11. conſ. 527. In ciuitate Rauennæ, nu. 6. Ludouic. Gozadin. conſ. 20. Prima facie videtur, n. 8. verſic. Item ſimiliter, conſ. 45. Viſis allegationibus, nu. 13. verſic. Tamen Socin. jun. conſ. 13. Quæritur, nu. 18. lib. 3. conſ. 80. Viſo, num. 4. lib. 2. Ant. Rub. Alexandrin. conſ. 16. In cauſa Ioannis, nu. 12. col. 4. verſic. Non obſtat modo. Marc. Mant. conſ. 92. Fuit aliàs de anno, num. 2. Carol. Ruin. conſ. 128. Factum, num. 19. in fin. lib. 2. conſ. 22. Proponitur primò,

mò, nu.11. eod.vol. conſ.164. Ex verbis teſtaſtamenti,nu.3.& 4.lib.3. Pariſ. conſ.20. Conceſſio,nu.12. lib.1. conſ.88. Ad reſolutionem, num.13. lib.2. Iacob. Mandell. conſ.85. Facile eſſet,nu.8. Io.Ceph. conſ.372. Illuſtriſſimus, num.12. verſic. Secundò quoniam,lib.3.

Et quamuis text. de poſteritate loquatur, ac Alexander conſil.160. Viſo themate, col.1. num.4. verſic.Fortius voluerunt,lib.2.dixerit, poſteritatis nomen eſſe familiæ, quæ illos tantum allicit qui per ſexum maſculinum procedunt,l.familiæ,in fin.de verb.ſign. §.fin. Inſtit. quib.mod.ius patr.poteſt.ſolu. quòd verò poſteritas ad familiam referatur, probat text.in l. vacatio, ff. de muner. & honor. & notat Dyn. in reg. priuilegium, de reg.iur. in 6. idemque ſibi voluit Petr.de Anchar.conſ.339. Pro maiori intelligentia dicendorum,col.3. verſic.Primo quia donatio,videnturque ſenſiſſe, Petr.& Cyn.in l.fin.in 4.q.ff.de conſtit.princ.dum reſpondent ad l.1.in fin.ff.de iur.immunit.vt per Alex. in citato loco. Tamen & poſteritatis ap-
3 pellatio † virtualiter vtriuſque ſexus deſcendẽtes includit, quod quidem ex d.l. cum acutiſſimi,apertè probatur, & tradidere Carol. Ruin. conſ.58. Super eo, nu.4.lib.5. & Mandell. Albenſ. conſ.85. Facile eſſet, num.8. dictamque inter poſteros ac poſteritatem differentiam reſpuit Andr.Tiraquell. in tract. de retract. conſang. §.1.gloſ.9. num.202. verſic. Sed & idem, & num.239. verſic. Et tamen ſatis conſtat.

Licetque nomen ipſum familię interdũ pro agnatione ſpecialiter aſſumatur, nihilominus
4 de proprietate ipſius fœminas etiam † ex eiſque deſcendentes cõplectitur, vt ſcribunt Oldrad.Bald.& Paul.de Caſtr.in l.fin.C.de verb. ſign. Bertrand.conſ.15. Ex themate, num.46. verſic. Ad ſeptimũ dico,lib.1. Hieron.Gabriel. conſ.132. Tiberius Narius,in 4.q.num.32. & 33.Io.Petr.Surd.cõſ.96.Mag. D.Dominicus, num.6.qui limitat,num.28. vt fœminæ non veniant cum agnationis ratio habita fuit in quacunque materia verſemur, vbi multos citat; Sique aliquis familiæ appellationem diligẽtius inueſtigare cuperet,indicaſſe ſufficiat Baldum, & Paul.de Caſtr. poſt gloſſ. in l.peto, §.fin. de leg.2. Iacob. de Aret.ac Bald.in l.1.in princ.ad S.C. Syllan. Paul.de Caſtr.in l.cum ita, §.in fideicommiſſo,in princ.d.tit.de leg.2. Iaſon.in l. ſuggeſtioni, num.21. de verb.ſign. in l.1. nu.5. C.vnd.vir & vx.Corn.conſ.40. In hac conſultatione, colum.fin.num.16. verſic. Nec obſtat, lib.2. Andr.Alciat. in l.pronunciatio, nu.3. & ſeq. ac in l.familiæ appellatione, de verb.ſign. conſ.35. Eſt diffusè, num.12. lib.9. Aſflict. in conſtit.iuris gentium,num.19. Pariſ.conſil.33. Ex facto,num.44. & infra, lib.1. conſ.1. Vulgatum eſt,nu.60.conſ.4.Petrus de Albano,n.28. & conſ.22. De tribus principaliter,num.62. & 66. lib.3. Socin. iun. conſ.126. Maxima profecto, num.3. lib.1.conſ.116. Viſo puncto prædicto,num.19.eod.vol.conſ.2. Superioribus mẽſibus,num.14.lib.2. Curt.iun.conſ.49. Habita diligenti conſideratione, num.3. Proſper Carauit. in pragm.de filijsfamil. §.13.nu.3.fol.40. Io.Crot. conſ.48. Excellentiſſimus Iuriſcõſultus,num.49.Carol.Ruin.conſ.22. Proponitur primò, num.13.lib.2. conſ.24. Viſa facultate, num.3. conſ.148. Videtur, num.10. conſ.203. De duobus, num.7. eod.vol. Benedict.Capr. conſ.90. Etſi viſo, num.3. & 5. Io.Petr.Surd. conſ.67. Breues, num.17. Auguſt.Bero. conſil.80. Viſis teſtamentis, num.4. & 10. lib.2. conſ.176. In hac conſultatione, num.63.64. & 65.eodem vol. Franciſc. Veggius conſ.58. Statuto ciuitatis Cortonæ, num.50.conſ.66. Preſupponitur in facto,num.62.& 67.Io.Cephal. conſ.362. Conductor domus,num.12.lib.3. & conſ.386. Proponuntur, num.10. eod.vol. Io. Coraſ.in epiſtolic.quæſt.cap.11.num.4. Catellian.Cott.in memoralib.1.part.in verb. Familiæ appellatio.

Hinc difficultas illa ſublata videtur, quòd cum hoc reſponſum non ideo minus exorbitãs
5 remaneat, † vt tradidere Io. de Imol. in l. filio præterito, ff.de iniuſt. rupt.teſtam. Andr.Barbat. in d.l. cum acutiſſimi, col.45. Socin. iun. conſ.100. Præſupponitur col.3.num.9.lib.1.& Socin.ſen. hic repetit, dum Imperator, Aliam deinceps dicit poſteritatẽ,hæſitandum ſit, nunquid fœminæ comprehendantur, ex opinione prædicta Cyni, ac Petri quos Alexander ſequebatur; cum ex prænarratis differentiam inter poſteros & poſteritatem non conſtitui Tiraquellus egregiè aſſeruerit, dictorumque opinionem leuem & abſurdam eſſe liqueat.

Sed ad poſteros redeundo, ipſorum appella
6 tione fœminę non includuntur † vbi diuerſa ratio adeſt,Soc.iun.conſ.1. Præſentis conſultationis reſolutio, num.94. lib.1. Vnde in feudo re-
7 gulariter † id contingit, cap.1. §.hoc autem,de his qui feud.dar. poſſ. eſtque communis regula vt ſcribit Dec.conſ.139. Et diligenter,nu.2. verſic.Sed tamen,Iul.Clar.li.4. §.feudũ. q.73. vbi pluribus modis limitat, quemadmodum etiam faciunt Iacobin.de S.Georg. in inueſtit. feud. in verb. Et fœminis, col.1. & 2.& Oſaſc. deciſ.27. Prolata ſententia,num.15. Vt in feudo poſterorum voce fœminę veniant,limitationibus inſpectis, quoties à fœmina conceſſum
8 fuiſſet † qualitate perſonę inueſtientis attenta, Hieron. Grat. conſ.159. Illuſtriſſime Vexillifer,num.15.lib.2. Ludouic.Gozadin.conſ.79. Viſo proceſſu,nu.15.poſt Ancharanum d.conſil.339. Pro maiori intelligentia dicendorum, colum.4. & 5. Et ſecundum dictam regulam,

nec

dubium,num.55.eod.lib. nec prætermerim Nat tam conſ.64. num.6.lib.1.

15 Etiam ſi poſt mortem teſtatoris † concepti fuerint, Socin. conſ.10. Conſideratis, col.fin. lib.3.Pariſ.conſ.51. In huiuſcemodi cauſa,nu. 31.lib.2. & poſt Natt. conſ.437.num.3. tradit Franciſc.Mantic. in tract.de coniect.vltim.vol. lib.8.tit.11.num.4.verſic.Item deſcendentium appellatione. Quandò ſcilicet in tempus futurum fideicōmiſſum collatum reperitur, vt per Socin. ſen. d.conſil.51. Viſa facti narratione, num.41.& infra,lib.4. Et ſcribit Mantic.in citato loco, poſt Alexand. conſ.26. Videtur fortaſsè, num.5.lib.3. & Dec.conſ.299. In cauſa mihi commiſſa, num. 8. licet vterque in voce filiorum loquatur.

Deſcendentiumque appellatione fœminæ
16 æque † propriè intelliguntur, Ludouic.Gozadin. d.conſ.20. Prima facie videtur, num.7. & 8. Socin.iun. conſ.69. Iam annus eſt, num.12. verſic.Secundò idem probatur, lib.2. Cephal. d.conſ.394. Petit, nu.4. Bero.conſ.151. In hac cauſa, num.13. lib.2. Et multò magis fœminæ
17 includuntur vbi de illis prius facta mētio † fuiſſet, vt vltra Corneum & Collegium Bononienſe, tradit Oſaſc. deciſ.23. Secundus qui ſe offert, num.38.

Hoc tamen limitatur Primò, vbi diuerſa ratio adeſſet, ſubiectaque materia aliud ſuade-
18 ret, † tunc enim fœminæ non venirent,vt poſt Anton. de Butr.d.conſ.9. Viſo puncto & quæſitis, colum.2. dicit Socin.iun.conſ.1. Præſentis conſultationis reſolutio,num.94.lib.1. Franciſc.Marzar.conſ.39. Et ſanè, nu.12. Decium allegans vt per eum ibi. Propterea ſi de feudo
19 ageretur, maſculi excluſis fœminis † admitterentur, Pariſ.conſ.72. Ad veram reſolutionē, num.7.lib.4.Rol.de Vall. conſ.58. In præſenti conſultatione,num.25.lib.3. Eſtque text. in c. Titius, ſi de feud. defuncti conten. ſit inter domin. & agnat.vaſall. Itē,vbi de ſucceſſione pri-
20 mogenitur̃, dignitatis, aut maioricatus † tractaretur, Rol. d.conſ.58.num.28.

21 Secundò, in odioſis † vt in priuilegijs, Carol.Ruin. conſ.18. Circa caſum,num.7.lib.3.

Quid ſi ex linea maſculina deſcendentes vocarentur, vt quia aliquis rem in emphyteuſim pro ſe & deſcendentibus ſuis ex linea maſculina receperit, nunquid fœminæ includantur?
22 hoc caſu, † aut quærimus de incluſione filię ex recipiente rem in emphyteuſim progenitæ, & Paul. de Caſtr. in l.maritus, num.5. verſic. Et ego inducebam ſemel, C. de procur. voluit filiam fœminam non includi inducendo vt per eum, dicentem eius inductionem nonnullis in hoc ceſpitantibus pulcram viſam fuiſſe, Caſtrenſemque ſequuntur Alexand. in l. Gallus, §.nunc de lege, ſub num. 3. verſic. Sed iuxta hoc quæro,ff.de liber. & poſthum.ac conſ.43. Conſideratis his, num.5.lib.3. quod emendatius legitur,conſ.53.lib.6. Curt.ſen.conſil.44. Statuto ſeu conſuetudine,colum.7. Celſ.Hug. conſil.120. Etſi dici poſsit, ante num.4. Socin. iun. conſil.186.Inſpectis verbis teſtamenti,ſub num.14. verſic. Et eandem deciſionem, lib.2. Pariſ.conſ.22. De tribus principaliter, nu.44. de communi opinione atteſtās lib.3. Curt.iun. conſil.172. Præſupponitur in facto, colum.2. num.6. verſic. Contrarium decidit, Auguſtin. Bero.conſ.77. Narratur in facti contingentia, num.1. vbi de recepta ſententia meminit,& nu. 9.verſic.Secundò licet ex illis verbis,lib.ſecundo. Contrarium tamen tenent, Iaſon in d. §. nunc de lege, num. 14. dicens Caſtrenſis Alexandrique deciſionem ſemper ſibi contra omnem mundi æquitatem apparuiſſe, & in d.l.maritus, poſt num.3. verſic. Iſtæ conſiderationes mihi nullo modo placent,ac denique in l.ſecunda, num.206. verſic. Vigeſimoprimo quæro, Nouiſsimi Pariſienſ. ad Alexand. dicto conſil. 52. lib. ſexto, concludentes, malè contra fœminam eundem Alexandrum reſpondiſſe, Socin. etiam in dicta l.Gallus, §.nunc de lege, columna ſecunda, verſic. Sed aduerte, dubitare ſe inquit Alexandri lectur̃ in hoc corruptam eſſe, vbi Andreas Alciat. numero vndecimo, verſic. Et hoc tenendo, prior autem opinio (vt dicebam) Pariſij ac Beroi teſtimonio adhuc communis remanet.

Aut quærimus de incluſione neptis ex filio, & in hoc caſu idem Alciatus in præcitato loco ad tollendam Scribentium quandam confuſionem, conſiderando tria membra diſtinguebat, & Primum quidem eſt, quando teſtator dixit, relinquo talia bona deſcendētibus per lineam maſculinam vel per ſexum virilem, & tunc neptem ex filio non includi vult, iſtamque opinionē eſſe communem & veram affirmat, nam non dicitur eſſe in linea maſculina nec in ſexu virili, cum dictio,per,ſignificet deſcendentiam incluſam, l.ſi putator, ff. ad l.Aquil. verbi gratia ego deſcendo per montem, certè includo me eſſe in monte, Et quanquam communis Doctorum ſententia in poſteriori caſu quando ſcilicet eſſet dictum per virilem ſexum contradixerit, tamen vtroque caſu Alciatus idem concludit vt neptis non includatur, motus Primò, quia fundamenta loquentia in linea habent locum etiam in ſexu,per dictam l. ſi putator. Secundò, cum Caſtrenſis fundamentum in d.l. ſi maritus, pro vtroque caſu concludat, idem enim iudicamus de principio, quod de deſcendentibus, & de cauſa quod de cauſato, l. etſi amicis, ff.de adult. ſed ſic eſt quòd fœmina ita eſt principium lineæ fœmininæ ſicut eſt principium fœminini ſexus, ergo &c. Tertiò,

in neu-

in neutro prædicti caſus filia fœmina aliquid poteſt capere, vt omnes fatentur, ergo nec neptis ex filio, nam melioris conditionis non debet eſſe nepos vel neptis quàm filius vel filia, l. ſi viua matre, verſic. Non licet, C. de bonis matern.

Hancque opinionem clariorem eſſe dicit, quando ſtatutum eſſet quòd ſtantibus maſculis fœminę non ſuccederent, remittens ſe ad tradita per Butr. conſ. 2. ſub rubr. de conſtit. in 1. dub. & Franciſc. Aret. conſ. 156. Et pro opinione Alciati facit, quia deſcendentes per virilem ſexum ſunt agnati, §. 1. Inſtit. de legitim. agn. ſucceſſ. & §. 1. Inſtit. de legitim. agn. tut. ſed iſta neptis ex filio non eſt agnata licet videatur in contrarium text. in §. cęterum, d. tit. de legitim. agn. ſucceſſ. ergo dicendum eſt, quòd per virilem ſexum non deſcendit, contrarijſque reſpõdet vt per eum latè & eleganter differentem, & cum eo ſentiunt Carol. Ruin. in eod. §. nunc de lege, num. 7. Simon de Pret. in tract. de interpret. vlt. vol. lib. 3. ſolut. 11. nu. 54. verſic. Soccinus uerò, fol. 292. & Socin. iun. conſ. 69. Iam manus eſt, num. 30. lib. 3.

Sed quicquid Alciatus ſenſerit, neptem ex filio deſcendentium per lineam maſculinã appellatione contineri, dicunt gloſſ. in verb. tametſi, Bald. colum. 2. ante fin. verſic. Sextò & vltimò oppono, Paul. de Caſtr. nu. 4. & 5. Franciſc. Aretin. col. penult. Alex. nu. 3. Iaſ. num. 9. & Claud. Aquenſ. ad quæſtionem de emphyteuſi inferentes, in d. §. nunc de lege, Paul. de Caſtr. conſ. 91. Præſuppoſito quòd dictum ſtatutum, col. penult. poſt num. 4. lib. 2. Alexan. conſ. 53. Conſideratis his, nu. 9. lib. 6. conſ. 125. Viſo proceſſu cauſæ, num. 4. verſic. Et etiam dicunt, lib. 7. Socin. ſen. conſ. 51. Viſa facti narratione, num. 5. & 6. lib. 4. Pariſ. conſ. 40. Iſte abnepos deſcendens, num. 38. verſic. Præterea ſi in facto verum eſt, lib. 2. conſ. 51. In huiuſcemodi cauſa, num. 30. citans Socinum ſeniorem in prælegato loco, eod. vol. conſ. 47. Si conſideramus, num. 43. lib. 3. Carol. Ruin. conſ. 126. Primò videndum eſt, n. 13. verſic. Nam aliud, lib. 1. conſil. 149. Pro deciſione, col. 2. num. 2. verſic. Et per conſequens, lib. 2. Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. vol. lib. 8. tit. 11. nu. 9. verſic. Item ſi fideicommiſſum, fol. 189. Io. Crot. conſ. 16. Viſo & maturè conſiderato, num. 4. Hieronym. Gabr. conſ. 90. Anno 1504. nu. 33. verſic. Et neptis ex filio, vbi dicit gloſſam in d. §. nunc de lege, communiter approbatã eſſe. Et pro hac recepta opinione eſt tex. in l. lege xij. tab. verſic. Habui itaque, C. de legitim. hæred. in §. item vetuſtas, Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtat. defer. & in l. 2. §. 1. ff. de ſuis & legitim. iunct. text. in §. cæterum, Inſtit. de legitim. agnat. ſucceſſ.

Et magis procederet, cum ſubſtitutio illorum per lineam maſculinam deſcendentium, eſſet facta in defectum deſcendentium maſculorum, vt tradit Ruin. dicto conſ. 149. ſub numer. 13. verſic. Nec obſtat quòd dictæ mulieres, lib. 2.

Secundum membrum eſt, ſi teſtator dixerit relinquo deſcendentibus ex linea maſculina, vel ſexu maſculino; ſeu dixerit: deſcendentibus de linea maſculina, vel de ſexu maſculino, & tunc arbitratur talem fęminam non cõprehendi, ſtante dicto ſtatuto fœminarum excluſiuo, prout communiter eſt per totam Italiam; Mouetur quia quando voluntas defuncti propriè loquendo poteſt referri, & ad ius commune, & ad ius municipale, in dubio debet ad municipale referri, vt conſtat ex not. per Bart. in d. §. cum ita, & per Gemini in cap. 1. in 6. not. de conſtit. lib. 6. pro eademque opin. facit text. in d. l. ſi viua matre. Sed quid ſi illud ſtatutum non vigeat? videtur idem, ne ſequatur abſurdum de quo in ead. l. ſi viua matre. Nec obſtat quòd cum de iure communi fœmina ſuccedere debeat, l. maximum vitium, C. de liber. pręter. videatur teſtator ſuam voluntatem ſecundum leges accommodaſſe, d. l. quidam cum filium, l. quæro, §. inter, ff. loc. nam plus moderatur voluntatem defuncti lex municipalis quàm ius commune, nec iſto caſu ius commune neptem vocat, tunc enim vocat quando abſurdum non ſequeretur de quo in d. l. ſi viua matre, nam vt abſurdum euitetur etiam ſunt verba uiolanda, vbi dicit Aretin. in dicta l. Gallus, §. & quid ſi tantum, quinimò leges ſunt corrigendæ, cap. cum expediat, de elect. lib. 6. & cum Alciato in hoc ſecundo membro concurrit Ruin. dicto conſ. 126. Primò uidendum eſt, num. 13. in diſtinctione, lib. 1.

Tertium membrum eſt, quando teſtator dixit, relinquo deſcendentibus à uirili ſexu, uel à uirili linea, & hoc ultimo caſu, uera uidetur communis opinio, ut neptes deſcendentes à filijs, uel proneptes deſcendentes à nepotibus excluſi non intelligantur, nam hoc caſu non poſſunt uerba propriè trahi, ut ſolos maſculos includant: & pro hac opinione facit dicta gloſ. §. nunc de lege, congruuntque alia tradita per Baldum, & Modernos ibi. Hancque diſtinctionem Andreæ Alciati refert Franciſc. Mantic. in dicto tractat. de coniect. ultim. uol. tit. 11. num. 9. ſed illam improbat Auguſtin. Bero. dicto conſil. 77. numero decimonono, dicens differentiam prælegatam, per lineam, & ex linea, potius uerbalem eſſe, quàm iuridicam, ut per eum latè.

HYPO-

HYPOTHESIS.

Conditionem huiuſmodi tacitam ex ipſa l. cum auus, ſubintellectam, ad omnes ex rogato deſcendentes quoſcunque in infinitum remotiſſimo gradu protendi. Ibidemque de infinitate reſecanda, ac de dictione Perpetuò, & de verbis Sobolis, Prolis, Progeniei atque ſtirpis, & nunquid pro ſynonymis cenſeantur.

SVMMARIVM.

1 *L. Cum auus, in omnibus ex rogato deſcendentibus, quocunque in infinitum remotiſſimo gradu procedere, & num. 7.*
2 *Infinitatẽ legi exoſam eſſe, & proinde vitandã.*
3 *Infinitatem non ſolum legi ſed ipſi naturæ repugnare.*
4 *Infinitatis vitãdæ cauſa multa induci, remiſſiuè.*
5 *Succeſſionis gradum ad decimum coarctari, ad infinitatem effugiendã in agnatorũ ſucceſſione.*
6 *Alienationis prohibitionem extra familiam, ad quartum vſque gradum limitari.*
8 *Argumentationem à generali expreſſa ratione, etiam excluſiuè & in exorbitantibus licitã eſſe.*
9 *Infinitatem in legis diſpoſitione vbi verba ſunt pragnantia & ad infinitatem apta, non reijci.*
10 *Infinitatem in hominum actibus non reſpui, vbi verba pragnantia quandocunque, quotieſcunque, aut toties quoties, adeſſent; Niſi aliud de mẽte ex verbis admixtis appareret; Vel niſi aliud ſubiecta materia ſuaderet, num. 11.*
12 *Perpetuo dictionem, propter ſubiectam materiam ad certum tempus reſtringi.*
13 *Liberorum verbo vlteriores deſcendentes venire.*
14 *Sobolis appellatione, liberos, nepotes, pronepotes, & vlteriores deinceps, includi.*
15 *Sobolis appellatione, tam ex filio, quàm ex filia deſcendentes comprehendi; Et quid de naturalibus, num. 16. Quid verò de legitimatis per oblationem Curiæ, num. 17.*
18 *Sobolis verbum, cum verbis, prolis, progeniei, ſtirpis, & poſteritatis, ſynonyma eſſe.*

CAP. VI.

TERTIVM ex prædictis corollarium inferri videtur, omnes ex rogato deſcendentes quocunque in infinitum remotiſſimo gradu fideicommiſſi defectum operari † ex ipſisque tolli, Corn. in d. l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. & ibi Ioannes Petrucius de Monteſperell. idemque ſibi voluere Ioan. Bapt. Caccialup. de S. Seuer. in d. l. generaliter, §. cum autem, Socin. hic co-
1 lum. 26. verſic. Tertiò ex his videbatur. Anton. Gabriel. lib. 4. de fideicom. concl. 2. nu. 5. in 2. ampliat. Anton. Gomeſ. in commentar. varijſque reſolut. iuris ciuilis, tom. 1. cap. 5. poſt numer. 32. Fernand. Vaſq. in tractat. de ſucceſſ. creat. lib. 3. primæ partis, §. 27. limit. 31. col. 8. in princ. ante n. 9. verſic. Decimooctauo adde, fol. 69. poſt Socinum eiuſque præceptores in deſuper citatis locis, Io. Cephal. conſ. 576. Reuerendus Dominus, num. 14. lib. 4. Ang. tamen in prælegata l. cũ acutiſſimi, in diuerſam ſententiam ibat, dicens textum illum, & in d. §. cum autem, dum de filijs, nepotibus, pronepotibusque grauati loquitur, nõ debere vltra deſcendentes extendi, uitanda namque infinitas
2 eſt † quam lex ipſa abhorret, l. qui bona, §. fin. ff. de damn. infect. l. 1. ubi Alex. Curt. Dec. in 2. not. & Nouiſſ. Bononien. num. 19. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt, l. fideicommiſſa, §. ſi quis decem, de leg. 3. Alexan. conſ. 16. Breuiter, in caſu præmiſſo, nu. 9. lib. 4. Dec. in cap. per tuas, num. 7. extr. de prob. Iacob. Philip. Portius, conſ. 26. An alter coniugum, nu. 3. uerſic. Tertiò ſuadet, lib. 1. conſ. 58. ciuſdem initij, eod. uol. conſ. 142. Magnificus D. Bertrandus num. 76. uerſic. Quæ ſententia, lib. 2. conſil. 107. Contingit, num. 54. eod. lib. conſ. 64. Species facti, num. 13. dicto lib. 1. Hieronym. Grat. conſil. 105. Videtur, num. 9. & 15. lib. 1. Ioan. Cephal. conſil. 400. Cauſa iſta, num. 17.
3 lib. 3. Et non ſolum lex, ſed ipſa natura † infinitatem execratur, Ariſtot. 1. Cæli, cap. 3. Portius, conſ. 100. Quamuis, num. 3. lib. 2. Vnde ratione infinitatis uitandæ multa inducuntur,
4 ut † per Ludouic. Roman. in rubric. de arbitr. colum. 2. Alexand. dicto conſil. 16. uſque ad num. 9. lib. 4. Iaſon in l. uideamus, §. deferre, num. 7. & infra, ff. de in lit. iur. rurſus Alex. in d. l. qui bona, §. fin. num. 5. vſque ad num. 14. Nouiſſ. Bonon. in d. l. 1. num. 19. & 24.

Hinc ſucceſſionis agnatorum ad decimum
5 gradum † reſtrictio fit, §. penult. Inſtit. de cognat. ſucceſſ. verſic. Hoc loco, gloſ. in auth. in ſucceſſione, vbi Bart. & Io. Faber, C. de ſuis & legitim. Azo in ſumm. C. de legitim. hæredib. colum. 2. verſic. Vocantur agnati, Hoſtienſ. in ſumm. de conſang. & affin. §. vſque ad quotum gradum, verſic. vlt. Petr. & Cyn. in l. cum rem alienã, C. de legat. Raph. Fulgoſ. conſ. 45. Quoniam Franciſcus, col. 2. Dec. conſ. 85. Diligenter & pro tenui facultate mea, n. 1. & 3. qui hoc limitat in ſucceſſionibus Illuſtrium Comitũ & Baronum, cum in infinitum admittantur, poſt Bald. ſingulariter in c. 1. §. capitanei, verſic. Item opponitur, de feud. marchiæ, vbi Iacob. Aluarott. in gloſ. fin. ſequutus authoritatem Iacobi de Beluiſio, & Nicolai de Neapoli præclariſſimorum Doctorum; notandumque eſt vt Dec

ante

ante num.4. aduertit in præcitato conſilio, Baldum & Aluarottum in bonis feudalibus Baronum, vel Comitum, ac etiam in bonis allodialibus verba facere.

Hinc etiam eſt, prohibitionis de non alienando extra familiam ad quartum vſque gra-
6 dum limitatio, † vt not. Ang. in §. nos autem, in auth. de reſtit. fideicommiſſ. per illum text. in verſic. Codicillum, iunctis præcedentibus, vbi Iacob. de Beluiſ. verſic. Et ideo ad filios filiorum, & verſic. Sancimus ergo, Alexan. conſil. 56. Conſideratis verbis teſtamenti, in prin. lib. 1. Niſi eſſet facta prohibitio liberis vel hæredibus volens ad deſcendentes ſuos perpetuò peruenire, talis enim prohibitio vltra quartum gradum in infinitum extenderetur, vt dicit Iacob. de Beluiſ. in citato loco, in fin. verſic. Quæritur quid ſi teſtator, ſubdens ita feciſſe D. Franciſcum Accurſij, ipſumque ſequitur Alexander. d. conſil. ſub numer. 2. verſic. Et ita eſt de mente.

7 Sed Angeli opinionem † improbat Corn. in d. l. cum acutiſſimi, in princ. verſic. Et ponderat Angelus hunc textum, in manu ſcriptis codicibus, in diſtinctione quam facit, cum illius legis ratio generalis ſit & expreſſa, licitumque
8 ſit ex ea excluſiue in exorbitantibus etiam † arguere, l. his ſolis, C. de reuoc. donat. not. gloſ. in l. vnic. C. de his qui ant. apert. tabul. & ante eũ per eandem hanc rationem idem ibi voluit celeberrimus Doctor D. Io. Petrut. de Mõte Spe rell. Peruſinus, quem refert Io. Bapt. Caccialup. de S. Seuerin. in d. §. cum autem, & vtroſque comprobat Socin. hic col. 25. in 3. coroll. Sunt nanque eorundem trium iurium verba admodum generalia, vt in hoc textu ibi, Nulla liberorum &c. in d. l. generaliter, §. cum autem, ibi, liberis eam excludentibus, in dicta denique l. cum acutiſſimi, ibi ſine ſobole, & rurſus, Aliam deinceps poſteritatem. Cum igitur verba præcitatarum legum nõ ſolum generalia ſed prægnantia ſint, & infinitati aptentur ac congruant, nulli dubium eſt, ex ijs infinitatem in
9 legis diſpoſitione tolerari, † vt Nouiſs. Bononienſ. in d. l. 1. col. 16. ante num. 22. verſic. Fallit tamen, aduertunt, ibidemque de infinitate multa atque notabilia magiſtraliter tradiderunt, C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt,
10 idemque in hominum actibus † contingit, & quamuis vltra verborum generalitatem aliqui voluerint verba infinitatem arguentia adeſſe, ſcilicet quandocunque, quotieſcunque, toties quoties, & his ſimilia, ita loquantur Bart. Alexand. & alij in dicta l. qui bona, §. final. Ioan. de Imol. in l. ſi ita, per illum text. ff. de fideiuſſ. Alexand. conſ. 145. Quoniam abundè, num. 3. lib. 2. Hieronymus Grat. conſil. 53. Ex themate, numero quadrageſimoquinto, verſic. Nec obſtat, lib. 1. Bero. conſil. 193. Ex facti ſerie, numero quadrageſimooctauo, lib. 1. Quod intelligendum eſt, niſi aliud de mente appareat,
11 puta † ex alijs verbis admixtis ſiuè coniunctis, vt declarat idem Bero. conſil. 155. Circa id, numero uigeſimoſecundo, libro primo. Vel niſi ex ſubiecta materia verbum quandocunque, aut ſimile, licet aptum ad infinitatem, ad certum tempus certamque ætatem reſtringendum eſſet, iuxta gloſ. in l. neminem, C. de decur. liber decimo. Sicut de dictiono perpetuò, dici-
12 mus, quæ propter ſubiectam materiam † ad certum tempus coarctatur, præſertimque ad tempus vitæ alicuius, l. 1. ff. pro ſoc. l. nulla cum ibi not. ff. eodem tit. l. Caio, §. Imperator, ff. de alimen. & cibar. leg. Bero. dicto conſil. 155. numero 24. tamen hic uerba non deſunt quæ infinitatem importent, liberorum enim ver-
13 bo † vlteriores deſcendentes veniunt, l. liberorum, ff. de verborum ſignific. Sic ſobolis appellatio liberos, nepotes, pronepotes, & ulte-
14 riores deinceps † complectitur, vt eſt text. in auth. quib. mod. natural. effic. ſui, §. ſi quis autem defunctus, Alexand. in l. etiam filios, numer. 3. uerſic. Fortifico, ff. ſolut. matrim. Ve-
15 niuntque tam deſcendentes nati ex filio † quã ex filia l. 1. eodem tit. ſol. matrim. ibi Propter ſobolem procreandam, l. 1. C. ne rei domin. uel templor. l. 3. C. de natural. liber. l. cum ſatis, in princ. & §. fin. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. cum adductis per Andr. Barbat. in d. l. cum acutiſsimi, colum. 47. uerſic. Nota ibi ſobole. ubi infert ad quæſtionem in cauſa Honorij III l. qui fuit D. Iacobus de Illuſtriſsima, excelſaque familia de Sabellis, Laur. de Palat. in tract. quod ſtantib. maſcul. num. 192. uerſic. Nunc autem
16 quæro. Veniunt etiam naturales, † ut per Bar-
17 batiam ibi, & quid de legitimatis † per oblationem Curiæ? quòd ſic Laur. in d. tractat. ante num. 193. Eſt tamen uerum, ſobolem propriè
18 ad natos ex legitimis nuptijs † referri, Bald. in l. 1. in princ. C. de priuileg. dot. per text. in auth. de nupt. in princ. ſed melius probatur in dicta l. 1. ff. ſol. matrimon. vbi Franciſcus Rip. num. decimoſeptimo; verſic. In textu ibi Sobolem, dicens eſſe notandum pro ſtatutis & priuilegijs quæ ſtrictè interpretanda ſunt, reſponſumque afferens ad text. iunct. gloſ. in l. 2. C. de infan. expoſ. & tradit Ioan. Crot. conſil. 60. Dudum Fridericus Roman. Imperat. numero 38. verſic. Et dicit idem Baldus; Iſtaque verba proles, progenies, ſtirps, & poſteritas, pro ſynonymis habentur, ijsque ita vtitur lex vt eſt text. in l. cum quis, circa med. C. de natural. lib. iuncta l. ne diutius, C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Curt. iun. conſ. 5. Videretur prima conſideratione dicendum, num. 40. verſic. Iſta enim verba. Vt contra Angeli opinionem

conclu-

concludendum ſit, qua enim ratione deſcendẽtem in quocunque gradu in infinitum grauando, & ſic in octauo gradu, vt Socinus inquit, cõditio ſi ſine liberis ſubintelligitur, vt videatur noluiſſe liberis in quocunque gradu etiam octauo ſubſtitutum præponere, d. l. cum acutiſſimi, pari ratione grauato in primo gradu exiſteme, non videtur deſcendentes grauati voluiſſe ſubſtituto poſtponere, vt puta in ſexto gradu exiſtentes, qui magis à teſtatore dilecti deſcendentibus in octauo gradu poſitis cenſentur.

HYPOTHESIS.

Cum deſcendens ab aſcendente per lineam maternam grauatur hunc tex. ſuam vim operari: Et vehementem in liberos matris amorem atque pietatem concelebrari.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, cum deſcendens ab aſcendente per lineam maternam grauatur locum etiam ſibi vendicare.*
2 *Si quis, dictionem, tam maſculum quàm fœminã comprehendere, Idemque in ſtatutis pariter verum eſſe, num. 3.*
4 *Maſculinum in materia indifferenti fœmininum ſemper concipere.*
5 *Matri æqualem pietatem erga liberos attribui, licet inæqualis ſit parentum poteſtas.*
6 *Matri eandem reuerentiam deberi quæ patri debetur.*
7 *Matri, nihil eſſe quod filij non debeant.*
8 *Matres vehementius, patres verò conſtantius, filios diligere.*
9 *L. cum auus, patriam poteſtatem non expoſcere.*
10 *Auum maternum non plus iuris in filios, matre ipſa habere.*

CAP. VII.

VARTVM corollarium eſt, conditionem huius legis etiam intel
1 ligi, cum deſcendens ab aſcendẽte per maternam lineam† grauatur: ita hoc reſponſum de aſcendente per lineam paternam loquẽs, ex d. l. cum acutiſſimi, in ſui generalitate ſuppletur, vt dicit gloſ. in d. l. generaliter, §. cum autem, in verb. Subſtituit, quam ibi approbant, Odofred. col. fin. Petr. colum. 1. in fin. Cyn. in 1. q. Alberic. de Roſ. col. 2. Bart. Ang. Raph. Fulgoſ. Corn. col. 1. Guid. Pap. colum. pen. verſic. Sed cum Raphaele, Iaſ. colum. 2. in 3. ampl. Dec. colum. 3. in fin. num. 8. & alij omnes Chriſtophoro Caſtellioneo excepto, C. de inſtit. & ſubſtit. vbi etiam Alexand. verſic. Et aliam habes hic, eandem quoque opinionem ſequuntur, Bar. Ioan. de Imol. Raph. Cuman. Paul. de Caſt. & Socin. ſen. ſuper hoc reſponſo, col. 25. num. 51. in 4. ampl. Salyc. in d. l. cum acutiſſimi, num. 1. verſic. Ibi ſi quis, vbi etiam Andr. Barbat. colum. 40. verſic. Sexto iſtud ſummarium, Franciſcus Aretin. in l. 2. in fin. C. de inoffic. teſtamen. Alexand. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, colum. 6. ſub num. 11. verſic. Sed bene haberet locum in matre, ff. ad S. C. Trebell. Ang. in tract. de teſtam. gloſ. 79. num. 9. verſic. De matre & patre, Petr. Iacob. in ſua praxi, tit. de materia decretal. ſi pater, de teſtam. fol. 6. fol. vlt. verſic. Nunc extra materiam, Anton. Gabriel. libro quarto, concl. 2. in 8. ampl. nu. 16. Andreas Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Patronus, num. 1. verſic. Et quia etiam videmus, C. de reuocan. donat. Anton. Gomeſ. in comment. variſque reſolut. iuris ciuilis, tom. 1. cap. 5. de fideicom. ſubſtit. fol. 58. in 7. amplia. Gerard. Mullert, in addit. ad Rolandinum in tract. floris teſtamen. tit. de compend. ſubſtit. rubr. 25. ſub numero 8. Emanuel Coſta in cap. ſi pater, in 1. part. in verb. Si abſque liberis, num. 5. de teſtam. in 6. vbi communem opinionem eſſe dicit, citansque Gregorium Lupum in l. 10. tit. 4. part. 6. in gloſ. Algun teſtador, Franciſcus Mantic. in tract. de coniect. vltim. vol. lib. 10. tit. 7. num. 14. verſic. Sexto extenditur, Guid. Pap. conſil. 51. Factum tale eſt, fol. 41. colum. 3. verſic. Et licet ab aliquibus, Corn. conſil. 197. Non alienam, colum. pen. numero 8. verſic. Et quòd ab identitate, lib. 3. Dec. conſil. 391. In caſu propoſito, columna 2. num. 4. conſil. 416. In teſtamento, colum. 1. num. 1. & 2. Bartholom. Caſſan. conſil. 53. Ex facto, numero primo, in fin. Carol. Ruin. conſilio 106. Viſo, numero primo libro ſecundo, Ioan. Cephal. conſil. 576. Reuerendus Dominus, numer. 3. libro quarto, Marcus Mantua apophteg. 89. Padilla in toties alleg. l. cum acutiſſimi, vbi de communi, & Sapor tellus ſuper hoc contextu, fol. 11. verſic. Et quidem parentibus in vniuerſum, tanquam nulla adſit conſideratio patriæ poteſtatis; loquitur enim dicta l. cum acutiſſimi, de filijs ac filiabus grauatis, demum ſubnectit idem in nepotibus, neptibus, pronepotibus, & proneptibus; & ſic de deſcendentibus ex filiabus loquitur, deque deſcendentibus per maternam lineam proſequitur: & proinde idem de matre concludit.

Probatur etiam ibi, in verſic. Si quis hæc diſpoſuerit, ſecundum Salyc. hæc nanque di-
2 ctio † ſi quis, ita fœminam ſicut maſculum ex propria ſignificatione complectitur, Bartolus in lege prima, per illum textum, vbi An-

dreas Alciat.in verb.Fœminas,de verborum ſignif.l.ſi quis maior,cum gloſ.vbi Nouiſſ. Bononienſ.num.18.verſ. Vnde ego puto,C.de tranſac.l.ſi quis in tantum,& ibi etiam gloſ.C.vnd. vi. vbi Bald. col. 1. refert Dominum Richardum de Salyceto in ſyndicatu ad nouem libras condemnatum fuiſſe, quòd Florentiæ iudicaſſet, l.ſi quis,fœminam nõ comprehendere, Decius conſ.339.Conſului,num.1.& 2.conſ.507. In cauſa Mutinenſi, col. 1. Quod & Plauti authoritate in Epidico comprobatur, Quis iſthæc, quam tu oſculum mihi ferre iubes tua filia: & iterum in Aululatia, Dic mihi ſi audes quis ea eſt,quam vis ducere vxorem ? ac etiam Terentij in Eunucho, Quandoquidem illarum neque quiſquam te nouit. Vnde Varro libr. 2. Quis tu es mulier quæ me inſueto nuncupaſti nomine. Quod etiam ſcripſere Alexand. conſ. 24. Animaduerſis,col.4. num.13. verſic. Non obſtat quòd ſtatutum,lib.2.Franciſc.Aret.conſil.38.In facto dicitur contigiſſe,col.1.& 2.Gerard.Mazzoll.conſ.8. Præſens cauſa, num.38. eſtque communis opinio,vt per Decium in l.ſi quis id quod, in princ. ff. de iuriſdict. omnium iudic.

Hocque in ſtatutis etiam verum eſt, in quibus † dictio illa, ſi quis, fœmininum concipit, 3
Dominic.in c.generali, colum.2.de elect. in 6. Maximeque ſic dicendum videtur, cum ſimus in materia indifferenti, vt in legali diſpoſitione maſculinum † ſemper fœmininum concipiat, 4
Iacob. de Arc. Cyn. & Alberic. in l. ſi ita ſcriptum ſit filiabus,ff.de leg.2. Archid.in c.ſi quis ſuadente,17.q.4. Petr.de Anchar.conſil. 120. Pro clariori deciſione, colum.fin. verſic. Vlterius aduertendum, Bald. conſ. 47. Factum tale eſt, lib.5. Dec.conſ.515.In caſu occurrenti,numero 4.verſic.Et cum teſtator,conſ. 527. In ciuitate Rauennæ,num.7.& conſ.568. D. Dariæ Ser Baldi,num.2.Socin.iun.conſ.10. Si in præſenti conſultatione,nu.14.lib.1.conſ.10. Abunde & ſubtiliter,num.22.lib.2.conſil.104. Viſo themate præpoſito,num.2.4.& 6.cod.vol. Pariſ.conſ.41.Ioannes teſtator,num.76.& 77.lib. 3.conſ.53.D.Hieronymus Camerinus, nu.37. verſic.Ad quod etiam facit,eod. lib. Curt. iun. conſ.49.Habita diligenti conſideratione,num. 4.verſic. In primis aſſumo,Ioan.Lopez in rub. extr.de donat.inter virum & vx. num. 25. verſ. Quoniam in iſtis conceſſionibus, fol.118. nec omiſerim Bart. in l.1.in fin. ff. de pecul. & in l. iura, poſt num.2.verſic.Tamen credo,ff. de legib.ac etiam Geminianum in d.c.generali, ratioque huius textus concurrat, cum in matre æqualis reſpectu patris pietas, licet inæqualis poteſtas † conſideretur,l. furioſæ matris, ff. de 5
cur.fur.eademque ei reuerentia † debeatur, l. 6
fin.C. de in ius voc.l.4.verſic. Parentes,ff.eod. tit. Quòd ſi dilectionem ac merita reſpicias, ni-
hil excogitari poteſt, quod matribus filij † non 7
debeant,c.fi.de conuerſ.infidel. vt compertum omnino non ſit, an maior paternus amor ſit quàm maternus, dicuntque aliqui vehementius matres liberos diligere, patres verò conſtantius, † vt poſt alios, celeberrimus Doctor 8
Luſitanus Arius Pinellus, in rubr.C. de bonis matern. in 2. part.ante nu.23.tradidit; Quibus illa Horatij carmina ad Auguſtum congruunt.

Vt mater iuuenem quem notus inuido
Flatu,Carpathij trans maris æquora,
Cunctantem ſpatio longius annuo,
Dulci detinet à domo,
Votis omnibus, & precibus vocat,
Curuo nec faciem litore dimouet,
Sic deſiderijs icta fidelibus
Quærit patria Cæſarem.

exemploque ſit Euryali mater libro 9. Æneid. apud Virg. verſusque Valerij Catulli in Egnatium idem planè oſtendunt.

Dicta inſuper concluſio ex d. l. generaliter, §.cum autem,corroborari videtur, cum Papiniani reſpõſum quo ad naturales filios pietatis intuitu Imperator latius interpretetur, vt hinc colligatur patriam poteſtatem ad hanc coniecturam † tacitè ſubintelligendam non requiri; 9
Nec obſtat quod Decius attulit, vt dum de iuſta ſobole tex. meminit, poteſtas patria exigatur: cum in filijs naturalibus grauatis ad propoſitum textus clarus exiſtat: in filijs verò grauatorum dum iuſtam ſobolem requirit,non indeeſt vt Decius cenſuit, quòd poteſtas patria ad dictam conditionem inducendam neceſſaria ſit, ex illa enim ratione, nec reſpectu grauatorum naturalium tacita conditio ipſorum perſonis attentis intelligeretur: id itaque ex alio procedit,maxime cum non tempus natiuitatis liberorum, ad neceſſariam patriam poteſtatem inducendam, ſed mortis grauati ſpectetur, quo poſſunt liberi legitimi ac naturales in poteſtate ab eaque exempti adeſſe,vt neceſſarium non ſit quod Decius infert: Imperator enim ex eius diſpoſitione adillicitos concubitus non intendit homines incendere,nec illis futuris vult cõmodum tribuere; Cæterum ſi hæc coniectura locum habet quando ſubſtitutio ab auo matermo fieret,d.l.cum acutiſſimi, cur idem non erit, ſi ab ipſa matre ſubſtituatur? certè nulla diuerſitatis ratio,vt Franciſcus Mantica opinatur cõgruè reddi poteſt, non igitur patriæ poteſtatis vinculum ad ita conijciendum attenditur, ne-
que plus iuris habet † auus materni generis 10
quàm mater, nec ipſa mater minorem affectionem habere intelligitur, quàm auus & pater habeant, vt ex dicta lege furioſæ matris, dicebam.

HYPO-

HYPOTHESIS.

In emancipatis filijs de reſtituendo granatis non ideo minus eidem conditioni locum tribui: Atque de ijsdem quædam fortè haud inutilia conſtringi.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, in emancipatis filijs grauatis locum adhuc habere.*
2 *Pietatem quæ in liberos ducimur naturalem eſſe.*
3 *Emancipationem, qua filij è noſtra poteſtate ſubducuntur, ne filij ſint, non efficere.*
4 *Simulationis, ac fraudis exceptionẽ contra emancipationem obiici poſſe.*
5 *Prætorem per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, emancipatis præteritis ſuccurrere.*
6 *Emancipatione cognationem nequaquam tolli.*
7 *Emancipationis, patriæque poteſtatis diſcrimen, nouiſſimo ſaltem iure in ſucceſſione legitima ſublatum eſſe.*
8 *Emancipatum aditione indigere, cum dominium in eo quemadmodum in ſuo non continuetur.*
9 *Emancipato ius adeundi ad triginta uſque annos ſaluum eſſe: licet non aditam hæreditatem ad hæredes non tranſmittat.*
10 *Emancipatus quamuis ad ſui ſimilitudinem ſuccedat, ſuitatis tamen iura non retinet.*

CAP. VIII.

QVINTO infertur, hãc eandem legem in emancipatis etiam filijs grauatis† procedere, ſecundum Bart. hic, cum quo Socin. ſen. poſt num. 52. verſi. Ex quibus, deliberate pertranſit, dicens idem ibi Raphaelem Cumanum, ac Modernos alibi voluiſſe. conſentiuntque Anton. Gabriel. lib. 4. tit. de fideicom. concluſ. 2. ampl. 18. num. 32. Gerard. in addit. ad Rolandin. in tract. floris teſtamentorum, tit. de compend. rubr. 25. poſt num. 8. Gulielmus de Benedict. in rep. cap. Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur, il. 1. ante num. 3. verſic. Plus dicunt Doctores, extra de teſt. & Anton. de Padill. in d. l. cum acutiſſimi, num. 14. verſ. Vnde & illud, vbi de communi. 3

Probatur primo, ex d. l. cum acutiſſimi, quæ cum non ſolum in aſcendente per lineam paternam, ſed etiam per lineam maternam loquatur, de filijs enim ac filiabus grauatis primum meminit, demũ idem in nepotibus, neptibus, pronepotibus, vel proneptib. apertè ſubdit, & proinde in deſcendentibus ex filiabus, aſcendentesque ex linea materna includit, patriæ poteſtatis ius non requiri coniunctim oſtendit, §. fin. Inſtit. de patr. poteſt. §. fœminæ, de adopt. Secundò, ex d. l. generaliter, §. cum autem, quæ cum diſponat, vt quod inter iuſtos liberos ſancitum eſt, hoc & in naturales filios extendatur, neceſſario admittit, patriæ poteſtatis nexu opus non eſſe, §. fin. de nupt.

Non itaque aliter ſentiendum eſt, cum pietatis coniectura† quæ in liberos ducimur naturalis ſit, l. ſcripto, ff. vnd. lib. l. cum ratio, ff. de bon. damn. illosque tanquam filios non vti in poteſtate exiſtentes diligamus; Nec emancipatio qua filij è poteſtate noſtra ſubducuntur, 2
† §. præterea emancipatione, quibus mod. ius patr. poteſt. ſolu. §. hoc quoque, per quas perſon. nob. acq. l. fin. C. de emancip. lib. l. donationes, §. pater, vbi Roman. poſt Bart. ff. de donat. idem Bart. in l. omnes, §. Lucius, numero ſecundo, ff. quæ in fraud. credit. Niſi ſimulatè concepta fuerit, Pariſ. conſilio 53. Primò dicendum videtur, nu. 39. libro 1. Exceptionem 3
nanque† ſimulationis ac fraudis contra emancipationem obiici poſſe dubium non eſt, l. 1. §. his quoque, in fin. ff. de coll. bon. Bald. in l. cum oportet, §. cum autem, in princ. verſicul. Sed nunquid, C. de bon. quæ lib. & in rubr. C. de reuoc. his quæ in fraud. cred. columna ſecunda, num. 4. verſic. Quæro pone, Petr. Gerard. ſing. 76. Emancipatio, in princ. Hippol. Riminald. in §. fin. numer. 30. d. tit. per quas perſon. nob. acq. vbi num. ſeq. modum probandi ſimulatam ac in fraudem conceptam emancipationem affert, à iure ciuili inquam adinuentũ, §. fi. de legitim. agnat. ſucceſſ. §. quod autem, de capitis dimin. efficit ne filij ſint, §. minus ergo, de hæredit. quæ ab inteſt. defer. Naturalia enim (inquit) iura ciuilis ratio perimere non poteſt, nec quia deſinunt ſui hæredes eſſe poſſunt deſinere filij filiæue nepotes neptesue eſſe. Hinc prætor naturalem cognationem potius deſiderans quàm agnationis ius, quod merum commentum ciuile eſt, præteritis† emancipatis per bonorum poſſeſſionem contra tabulas ſuccurrit, §. emancipatos, de exhæred. liber. eſt ſiquidem cognatio naturalis iuris propter ſanguinis neceſſitudinem, quam in nati- 5
uitate conſequimur, nec emancipatione† tolli 6
poteſt, §. fin. de legitim. agnat. ſucceſſ. Auguſtin. Bero. conſilio 148. Series facti, numero 39. & 40. libro 2. Meritò etiam nouiſſimo ſaltem iure, emancipationis patriæque poteſtatis diſcrimen ſublatum eſt, communiter enim, vt Ioachimus Minſinger. inquit, in §. ſed hæc quidem, poſt numerũ quartũ, de exhæred. lib. cui aſſentitur Emanuel Coſta in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, numero 208. de liber. & poſthum. de veriori, receptiorique ſententia aduerſus Ioannes Crot. numero 5. Carol. Ruin.

Digitized by Google

num.94.Lancell.Galiaul.nu.41.Fortun.Garz. num.141. atteſtans, ita eſſe in ſucceſſione legi-
7 tima † nullam hodie differentiam inter ſuos,& emancipatos eſſe, ſed æqualiter iure ciuili omnes admitti, l. meminimus, C. de legitim. hæred.quod etiam ſcribit Andr. Alciat. in l.pronunciatio,in verb.emancipatus,de verb. ſignif. ſic tamen vt emancipatus aditione opus ha-
8 beat, † cum in ipſo dominium, vt in ſuo non continuetur,l.in ſuis,d.tit.de liber.& poſthum. id illum habet effectum ſecundum Iaſ.in l.emãcipata,num.18.C.qui admit.& Minſingerium poſt Viglium in d.§.ſed hæc quidem, quòd ad
9 triginta certè annos † adeundi ius illi ſaluum manet, Non aditam tamen hæreditatem traſmittere ad hæredes nequit, quod ibidem num. 6.voluit Alexan.de Imol.& in l.cum quidam, §.ſuum hæredem,colum.fin.in gloſ.in verb.Ex dimidia,communem opin. eſſe aſſerens, vt dicit etiam Franciſc. Viuius in opinionum Sylua ſummo ſtudio compoſita atque diſtincta, opin.235. incip. Emancipationis, num.1. nec diſcrepat Eman.Coſt.in d.§.& quid ſi tantum, num.211.vbi aduerſus Angelum de Vbaldis in rep. l.qui ſe patris,num.5.C. vnd.lib.acerrimè inuehitur, dicẽtem hodie emancipatum ſuum hæredem eſſe, de hocque videri textum in §. emancipati,in fin.Inſtit.de hæredit.quæ ab inteſt. defer. licet ſuus ad quoſcunque tranſmit-
10 tat, neque enim emancipatus ius † ac priuilegium ſuitatis habet, quamuis ad ſui hæredis ſimilitudinem ſuccedat,d. l.meminimus. Quinimò facto teſtamento adhuc ſublata inter patriam poteſtatem emancipationemque differentia cenſetur, niſi quòd emancipatus cum cauſæ expreſſione præteritus, ſolum contra tabulas bonorum poſſeſſionem habet,l.fin.§.ſancimus, C. de liber. præterit.d.§. emancipatos, de exhæred. liber. ſimpliciter verò præteritus ac ſine cauſæ inſertione ad inſtar ſui, vel teſtamentum nullum dicet, vel per contra tabulas bonorum poſſeſſionem impugnabit, Bart. & cæteri in d. §. & quid ſi tantum, & in auth. ex cauſa, C. de liber. præterit. quicquid Ruinus apud eundem Gallum Aquilium, & Andreas Alciat. paradoxorum libro tertio,cap.10.contradixerint.

HYPOTHESIS.

Extraneo grauato ſubintellectam hanc conditionem non opitulari: Et communem ad tex. in d. l. generaliter, §. cum autem, intelligentiam controuerti, ac nouiter eundem textum interpretari.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, extraneo à teſtatore grauato, conquieſcere; & nu.6.*
2 *Extraneum omnem intelligi qui deſcendens non ſit.*
3 *Iacobi Butrigarij ac Raynerij Forolivienſis intelligentiam, ad text.in l. generaliter, in princ. C. de inſtit.& ſubſtit. communiter receptam eſſe.*
4 *L. generaliter, in princ. communem intelligentiã impugnari, ac nouo ſenſu textum ipſum enucleari, & num.5.*

CAP. IX.

SEXTVM corollarium elicitur, diſpoſitionem huius textus ac ſimilium conquieſcere,ſi perſo-
1 na extranea † à teſtatore grauaretur,Ioan. Andr.in c.in præſentia,extr.de probat. Bart. hic poſt princ. vbi Io. de Imol.& Soc.in 6.illat.col.25. dicens ita velle gloſ. communiter approbatã in d.l.cum acutiſſimi, vbi Odofred.in fin.Iacob.Butrig.Cyn. & Salyc.& gloſ.ſimiliter communi ſententia receptam in d.l.generaliter,§.cum autem, vbi Iacob.de Aren.Cyn.Odofred.col.1.& 5.Petr.de Bellapert. col.1. Alberic. in princ. & Iaſ.col.5. verſi.Sext.lim.omnesque ita pertranſire, adeſt etiam alia gloſ. in l.ex facto,§. ſi quis rogatus, circa medium gloſſæ magnæ, & ibi Alex.col.5. poſt Ioan.de Imol.& Angel.ff.ad Trebell.Socin.ſen.conſil.94.Pro clariori intelligentia,numero 12. plures allegans, lib.4.& in reg.167. Grauatus,in 1.fallen.Stephan. Bertrand. conſil.23. Ex themate, colum.5. num.21. libro 1. Bartholomęus Veronenſ. conſil.54. Quædam mulier,num.4.verſ. Nec obſtat,Curt.iun.conſil.33. Præſupponitur in facto,colum.6.& ſeq. num.8.Socin.iun.conſ.100.eiuſdem initij,colum. 3. numero nono libro primo, Scip. Trigona,ſing.97.Anton. Gabriel. libro quarto de fideicom. concl. 2. numero 43. in 3. limit. Simon de Pretis in tract. de interpr. vlt.vol.libro 3. dubit.3. fol. 2.numero 14. fol. 310. Anton. Gomeſ. in commentar. varijsque reſolut. iuris ciuil. tom. 1.de vltim. vol. cap. 5. de fideicom. ſubſtit. num.35.verſic. Quæro tamen,Gerard. Mulert,in eius addit. ad Rolandin. tit.de compend.rubr.25.ſub num. 8. Ioan. Cephal. conſilio 576. Reuerendus Dominus, numero decimooctauo libro quarto, Petr.Gregor.in Syntagm. iuris, part.3. libro 42.capit. 30. ſub numero 3.

Dicebatque in præallegato conſilio Bartho-
2 lomęus Cepolla,extraneum intelligi † omnem qui deſcendens non ſit,vt idem ſentit Bart.hic,

& ali-

& alibi inſpeximus; Dicta nanque iura in deſcẽdentibus grauatis loquuntur, vnde tanquam exorbitantia extendenda non ſunt, cum ſoboles extranei inſtituti non ſit teſtatoris poſteritas, nec propria eius ſucceſſio, & propterea pietatis coniectura recedat, de qua in hac lege, & ratio etiam d. l. cum acutiſſimi, ceſſet: facitque d. l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad S. C. Trebellian.

Diluenda nunc eſt oppoſitio ex l. generaliter, in prin. in finalibus verbis, C. de inſtitut. & ſubſtit. & Socinus primo dicit, in expreſſa ibi ſi ſine liberis deceſſerit cõditione verſari, ex qua colligitur, eandem ad vtroſque liberos affectionem habuiſſe, extranei ſcilicet & deſcendentis inſtituti, vnde qua ratione, &c. ad ordinarios repetentes circa huius textus intelligentiam ſe referens. Primus itaque intellectus fuit gloſſæ finalis in d. l. generaliter; Secundus Odofredi, & Franciſci de Ramponibus; Tertius Bartolomçi de Salyceto; Quartus intellectus fuit Iacobi de Butrigarijs, & Raynerij de Forliuio, quibus inhærent, † Bart. Alex. col. 1. Iaſ. col. 2. verſic. Operepreciũm, & Dec. num. 2. in d. l. generaliter, Ang. & Ioan. de Imol. in l. Lucius, la 2. ff. de hæredibus inſtit. & Oldrad. conſ. 189. De inſtitutionibus, in fin. hique vnanimiter in ratione textus conueniunt, quòd cum in illa ſubſtitutione ſi ſine liberis deceſſerit conditio appoſita fuerit, videtur teſtatorem liberis inſtituti fauere voluiſſe, illosque ſubſtitutis præferre, d. l. Lucius, in fin. Vnde ſi contingat inſtitutum cum liberis decedere licet ſine teſtamento, ſi alternatiua propriè aſſumeretur, eius liberi à ſubſtituto excluderentur, ad veritatem nanque alternatiuæ ſufficeret vnam conditionem eueniſſe, l. ſi hæredi plures, ff. de condit. inſtit. & ſic verificatam fuiſſe illam conditionem, obitus ſcilicet ſine teſtamento: cum tamen hoc contra defuncti mentem videretur, pro copulatiua accipietur, quemadmodum è conuerſo ſi inſtitutus ſine liberis deceſſiſſet teſtamentumque condidiſſet adhus caſus ſubſtitutionis defeciſſe diceretur, licet iſto caſu liberorum fauor recederet: poſtquam enim dicta ſubſtitutio liberorum fauore ſub illis conditionibus copulatiuè facta intelligitur, non debet diuerſo iure cenſeri, l. eum qui ædes, ff. de vſucap. Proinde ſicut quando ſine teſtamento, & cum liberis deceſſit, defeciſſe ſubſtitutio dicitur, ſic è conuerſo, ſecus tamen vbi liberorum illa conditio appoſita non fuiſſet, dicta l. hæredi plures. Sed cum Salyceto prætendi poteſt, caſum extraneorum, liberorum fauorem obnubilare, imò
4 tollere; Et ideo aduertendum exiſtimo, †communem hunc intellectum (vt alios paſſim improbatos referre impugnareque præteream) difficultate non carere: & propterea conſiderandum eſſe, abſolutum liberorum fauorem ad contextus deciſionem pro alternatiua in cõiunctam reſolutione non concurrere, ſed tres ipſas conditiones nuptiarum, inquam, liberorum, & teſtamenti, publicum fauorem ad reſoluendam alternatiuam continere: vt non abre ac fortuito caſu conditiones ipſæ ſpecialiter expreſſæ fuerint; imò fauorem liberorum aliter non exuberare nec excedere adiectas conditiones, cum etiam ex Bartoli intentione ad fauorem ratione prælationis in inſtituendo reducatur quo ad portionem ſcilicet inſtituri; nec ille ſimplex deſcendentium fauor in aſcendentium hæreditate verſetur, cum aliàs ad extraneos non fuiſſet extenſus; Nec obſtat à principio teſtamenti tempore omnes illas conditiones pro coniunctis ob ipſam liberorum conditionem habitas fuiſſe, cum vis ac calor iſte ad facti contingentiam in caſu exiſtentium liberorum reducatur; ſi autem ad contingentiam illorum non exiſtentium referatur, coniunctio ex liberis non procedet, ſed alterius conditionis implementum attendendum erit inefficaci remanente liberorum conditione, quæ tantæ virtutis non erit, vt coniunctio inde reſultet, abſolutumque reddatur ſolam liberorum cogitationem abſque ſuperexiſtentia, coniunctionem ipſam non operari: Imperatoris etiam propoſitum ad tres conditionum caſus æqualiter referendum eſſe, alias fruſtra in ſubſtitutione poſitas videri; Bartoli tamen intelligentiam à pluribus comprobari pro conſtantique haberi exploratum eſt, vt per Alexand. conſil. 88. Omiſſis tribus, colum. 1. lib. 7. conſil. 202. Viſo themate, colum. 2. nu. 5. eod. vol. & conſil. 59. Attentis verbis, col. 3. num. 7. lib. 3. rurſus in l. Gallus, §. quidam rectè, colum na 2. in fin. Benedict. Capr. conſ. 44. Et ſi viſo, num. 8.

5 Vel vlterius dici poſſet, †tres prædictas conditiones liberorum fauorem reſpicere, vnam expreſsè alias verò tacitè, & tanquam vniformes ex mente, circa diſpoſitionem, ſuſceptionem, & obitum, idem ad liberorum fauorem operari, pro alternatiua in coniunctam reſoluenda.

Non eſt quin communem opinionem prædictam impugnauerit Andr. Barbat. in rep. dicti c. in præſentia, col. 73. circà medium, verſic. Mihi videtur, extr. de prob. fuit Barbatia acerrimus receptarum ſententiarum impugnator, quod perſpicaci eius ingenio aſcribendum arbitror, veritas enim ex contrarijs clarius demõſtratur ac elucet: vt multis occaſionem ſpeculandi veritatemque ipſam diligentius inueſtigandi laudabiliter præbuerit.

HYPOTHESIS.

Filijs & extraneo poſt eorum mortem gratis textum in hac, l. cum annus, efficaciam non habere: Hinc de æquali determinatione plurium determinabilium, Ac ſubinde de reciproca ſubſtitutione impuberibus ac puberi, Item impuberibus filijs & extraneo facta quando pupillarem contineat inquiri: Et l. ſi ita ſcriptum, ff. de milit. teſtam. declarari: Ipſamque, l. cum annus, in deſcendente ac aſcendente gratis ceſſare.

SVMMARIVM.

1 *L. cum annus, filijs & extraneo gratis poſt eorũ mortem, non procedere.*
2 *Determinationem duo vel plura determinabilia reſpicientem, æqualiter determinare; idque limitari, nu. 10. ob differnem determinabilium rationem; & num. 11. ob maiorem vnius determinabilis favorem.*
3 *Caſum ſimplicem ad mixtum, in exorbitantibus, non trahi.*
4 *Reciprocam ſubſtitutionem impuberibus filijs, & extraneo ſimul inſtitutis factam, tacitam pupillarem non comprehendere.*
5 *Richardum de Salyceto celeberrimum Doctorem fuiſſe.*
6 *Reciprocam ſubſtitutionem non continere pupillarem, ſi impuberibus & puberi facta fuerit; idque limitari.*
7 *Reciprocam ſubſtitutionem impuberibus ac puberi factam, pupillarem non continere, etiam ſi in ipſa reciproca compendioſa adſit.*
8 *Reciprocam ſubſtitutionem imparibus factam, pupillarem continere, admixta ei compendioſa, ſi eſſet dictum vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.*
9 *Subſtitutionem poſt mortem plurium factam, quorum ſuperſtes ex mente præſumpta teſtatoris ſubſtitutum excluderet, reciprocum fideicommiſſum ob mixturam extranei, non inducere.*
12 *L. ſi ita ſcriptum, ff. de milit. teſtam. declarari.*
13 *Pupillorum intereſſe, ex teſtamento potius quàm ab inteſtato hæredem habere.*
14 *Determinationem inæqualem, facilius contra præſumptionem, quàm contra diſpoſitionem induci.*
15 *Præſumptionem ex ſermonis vnitate ſumptam, præſumptioni quæ ex teſtatoris mẽte ſumitur cedere: idque ex Vincentio Saluiolo interpretari, num. 17.*
16 *Militem cenſeri in dubio communi iure non militari voluiſſe teſtari.*
18 *Vxore relicta vſufructuaria, inſtituto filio & extraneo, reſpectu filij legatum ad alimenta reſtringi: quo verò ad extraneum, totum vſumfructum deberi.*
19 *Bulgari conſuetudinem vt legatum vſusfructus vxori factũ liberis relictis ad alimenta reſtringatur, contra iuris ſignificationem eſſe.*
20 *Verbum idem ad diuerſos relatum, diuerſimodè interpretari: ſi illud vniformiter aſſumendo iuri communi derogetur.*
21 *L. cum annus, deſcendente ac aſcendente gratis, locum ſibi non ſortiri.*

CAP. X:

SEPTIMVM corollarium infertur, hiſce legibus locum non forè, cum ſimul filij & extraneus
1 poſt † eorum mortem grauati eſſent, ità tenent Ioan. Petrut. de Monte ſperell. in l. in teſtamento, C. de milit. teſtam. Socin. ſen. conſ. 191. Licet difficultas, col. 5. & 6. verſic. Sed poſito, lib. 2. conſ. 94. Pro clariori intelligentia, col. 3. num. 10. verſic. Et tamen, lib. 4. Corn. conſ. 170. In conſilijs deciſiuis, ante num. 19. lib. 1. Dec. conſ. 504. In caſu occurrenti, col. 3. nu. 9. verſic. Tertio, Andr. Barbat. in apoſtill. ad Bald. in d. l. cum acutiſſimi, Anton. Gabriel. lib. 4. de fideicom. concl. 2. nu. 62. in 13. limit. Gulielm. de Benedict. in rep. c. Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur, il 1. num. 14. in 7. limit. extr. de teſtam. Carol. Ruin. conſ. 3. De pluribus, nu. 13. lib. 2. conſil. 157. Quantum ad ſubſtitutionem, num. 8. verſic. Et pro præmiſſis, eod. vol. Io. Franciſcus Calcan. inter conſilia Socini iun. conſ. 128. in 7. ſubſcript. num. 224. lib. 1. & in eodem conſilio, Vincent. Saluiolus in 10. ſubſcript. num. 252. Petr. Gregor. in Syntagm. iuris, part. 3. lib. 42. cap. 30. ſub num. 3. Simon de Pretis in tract. de interpr. vlt. vol. lib. 3. dubit. 1. fol. 9. num. 21. verſic. Vt in quæſtione, fol. 265. & fuit opinio Franciſci Aretini elegantis Iuriſconſ. conſ. 53. Diligenter diſcuſſis & ponderatis, col. antepen. verſic. Quia vna & eadem ſubſtitutio, quam quidem opin. comprobaſſe videtur Io. Cephal. conſil. 67. Circa caſtellaniam, num. 22. lib. 1. dum circa materiam determinabilium Carol. Ruin. in præcitatis conſilijs allegat: eandem quoque comprobant ex antiquioribus Pet. de Anchar. d. conſ. 46. Prima facie, iuxta fin. verſic. Præterea multum pondero, Bal. in l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Trebell. & in l. ſi legatarius, §. fin. ff. de leg. 3. Florian. de S. Petro conſ. 14. Verba in prædicto teſtamento, col. 5. num. 9. verſ. Ex qua ratione ſcripta in lege, & nu. 10. verſic. Ex qua mixtura, ac etiam num. 11. verſ. Et ideo Baldus, adhuc Io. Petrutius de Monte Sperell. antedictus, in prælleg. l. cum acutiſſimi, dicens in q.

facti

facti ſic conſuluiſſe, Ioan. Maria Riminal. conſ. 393. Caſus præſens, num. 13. lib. ſecundo, & Tiber. Decian. conſ. 60. Primò ergo dubitatur, nume. 17. lib. 3.

Incertum etenim non eſt, conditionem in perſona extranei nequaquam ſubintelligi, vt dictum fuit, & not. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell. ergo nec in perſonis filiorum
2 vt æqualis † determinatio fiat, arg. l. iam hoc iure, ff. de uulg & pupill. l. hereditatem, & l. quamuis, C. de impub. & al. ſubſtit. Maximè cum in exorbitantibus verſemur, vt ſimplex caſus, ad
3 mixtum non trahatur, † quando deſcendentes, & extranei grauati ſunt, l. ſi ita, ff. de liber. & poſthum. l. hoc legatum, ff. de leg. 3. Ad quod facit, nam in reciproca ſubſtitutione filijs impuberibus & extraneo ſimul inſtitutis facta, taci-
4 ta pupillaris † non comprehenditur propter admixtam perſonam extranei, vt per Salyc. Roman. & alios communiter in d. l. in teſtamento, Ioan. de Imol. in cap. Raynutius, de teſtamen. Fran. Aret. in d. l. iam hoc iure, idemque in quodam conſil. incip. Quidam teſtator, dicunt aliqui conſuluiſſe ſolennem Doctorem D. Richar-
5 dum de Salyceto, † qui verè maximus Iuriſc. fuit, reperi enim Bartholomæum de Salyceto ſcribentem eundem D. Richardum non omnibus in legali ſcientia ſe obtuliſſe, ad iuriumque allegationes acceſſiſſe, & perraro ob eminentiã profunditatemque doctrinæ, vt in l. ſi pecuniã, num. 2. ff. de condict. cauſſ. dat. dictamque concluſionem ſequuntur Iaſ. in l. Lucius, num. 14. de vulg. & pupill. & Carol. Ruin. d. conſil. 3. De pluribus quæritur, num. 14. verſ. Et iſtud etiam probatur, lib. ſecundo, & d. conſ. 157. Quantum ad ſubſtitutionem, nume. 5. in fin. eod. volum. Quicquid in cõtrarium ſenſerit Fernan. Vaſq. in tract. de ſucceſſ. progreſſ. lib. ſecundo, cap. 19. num. 4. verſic. Sed ad partem contrariam procliuior ſum, Idemque eſſet quando in ſubſtitu-
6 tione † alius frater maior admixtus eſſet, d. l. iã hoc iure, & d. l. in teſtamẽto, vbi Paul. de Caſt. per d. l. quamuis, C. de impub. & al. ſubſtit. ibidemque Dec. in 2. not. num. 7. Bart. in d. l. Lucius, colum. 2. in 3. quæſt. vbi Franc. Rip. num. 16. d. tit. de vul. & pupill. Angel, conſil. 97. Viuianus, colum. ſecunda, verſ. Concludo igitur, Aretin. d. conſil. 53. Diligenter diſcuſſis, colum. 5. verſ. Et quod notanter dixit Baldus, Carol. Ruin. conſil. 101. Super his, num. 8. lib. primo, conſil. 107. Pro deciſione, num. quarto, verſ. Et quamuis reciproca, lib. ſecundo, Didac. Couar. de receptiſſima opinione atteſtans in cap. Raynutius, §. 7. num. 4. verſic. Cæterum, Anton. Gomeſ. in commentar. varijsque reſolut. iuris ciuilis, tom. primo, tit. de ſubſtit. breuiloq. cap. 8. num. ſecundo, qui de communi meminit. Niſi voluntas ac mens teſtatoris expreſsè vel tacitè repugnaret, vt ſcribunt, Forcat. in Necyomant. cap. 13. relatus per Didac. Toletan. d. §. 7. num. 4. verſic. Huic communi opinioni. Ruin. d. conſil. 107. num. 4. verſ. Quoniam diſparitas, lib. 2. & Hieronym. Grat. conſil. 9. Viſo teſtamento, num. 22. lib. ſecundo, Vel niſi reciproca ſubſtitutio diuerſis orationibus conſtitueretur, d. l. iam hoc iure, iunct. gloſſ. Couarr. d. §. 7. ſub num. 4. vt quia dixerit teſtator. Titium impuberem & Sempronium puberẽ filios meos hæredes inſtituo, & ſi pubes hæres non erit, ſubſtituo ei impuberem, ſique impubes hæres erit & in ætate pupillari deceſſerit, puberem ei ſubſtituo, vt per eum, cui aſſentitur Ferdinan. Vaſq. in d. tract. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 2. §. 19. titu. de reciproca ſubſtit. num. 7.

Præcitataque concluſio admixtionis puberis in reciproca ſubſtitutione adeo vera eſt, vt
7 procedat † etiam ſi cum ea eſſet compendioſa admixta, gloſſ. in d. l. in teſtamento, & ibi Bal. in 3. quæſt. Alexand. in fin. num. 17. & Riminal. num. 3. Bart. in d. l. Lucius, num. 6. & conſil. 57. Annacellus, num. 4. conſil. 41. Factum tale eſt Iacobus, Petr. de Ancharan. conſ. 68. Subtiliter ad plenum, Io. de Imol. in cap. Raynutius, vbi Gulielm. in verb. Si abſque liberis moreretur, il 2. in materia reciprocæ ſubſtitutionis, num. 49. extr. de teſtamen. Angel. conſil. 118. Viuianus de Monte Politiano, conſ. 307. Teſtator de Verona, Benedict. Capr. conſil. 55. Cum viſo, num. ſecundo, Corn. conſil. 180. Principalis dubitatio, colum. ſecunda, conſil. 197. Circa primum, colum. prima, verſ. Et inſuper, vbi cõmunem opin. eſſe dicit, lib. primo, de qua teſtatur in d. l. in teſtamento, num. 4. Socin. ſen. conſil. 290. Quoniam præſens conſultatio, num. 2. & 3. isque de recepta ſententia atteſtans, libro ſecundo.

Et quamuis aliqui contrarium tenuerint, ſcilicet Paul. de Caſt. in præalleg. l. in teſtamento, colum. ſecunda in fin. verſic. Sed quæro, vbi rationem reddere molitur, dicens iſtam quæſtionem de facto Bononiæ habuiſſe, & D. Ioan. de Imol. in contraria ſententia fuiſſe, idem Corn. in d. l. in teſtamento, de rigore iuris, num. 4. & ibidem Dec. num. 7. verſ. Et retenta, Io. Coraſ. in l. 2. num. 2. verſ. Ego autem, C. de impub. & al. ſubſtit. Socin. iun. conſ. 121. Licet in occurrenti, num. 28. verſic. Non enim, & num. 29. libro primo, Natt. conſil. 326. num. primo, in 2. parte.

A priori tamen opinione contra Caſtrẽſem, vti magis communi recedendum nõ eſt, quam vltra præcitatos ſequuntur, Stephan. Bertrand. conſil. 132. Audito, & intellecto caſu, colum. 1. lib. 1. Car. Rui. conſ. 107. Pro deciſione eius, col. 2. num. 4. verſic. Et quamuis, dicens periculoſum eſſe opinionẽ Pauli de Caſtro tenere, propter

pter authoritatem aliorum diſſentientium, lib. ſecundo, Franc. Rip. in d. l. Lucius, num. 17. inquiens, ab opinione Baldi, & Ioan. de Imol. diſcedendum non eſſe tanquam communi: de eaque dubitandum non fore, ſcribit Andr. Alcia. in l. verbis ciuilibus, num. 41. de vulg. & pupill. & magis communẽ eſſe, reſoluit idem Alciat. in d. l. Lucius, num. 26. verſic. Sed ego, Hieron. Zanch. in rep. l. hęredes mei, §. cum ita, nu. 470. verſ. Aliàs enim, ff. ad Trebell. & Emanuel Coſta in cap. ſi pater, 3. part. in verb. Perſonis, ante num. 5. de communi atteſtans, & iudicando ac conſulendo ab ea recedendum non eſſe, aduerſus Caſtrenſem ſcribens.

Eſt benè verum, eandem concluſionem non procedere, ex illorum verborũ adiectione, vul-
8 gariter, † pupillariter, & per fideicommiſſum, ex ijs quæ tradit Paul. de Caſtr. conſil. 18. Si benè, colum. 3. ſub nu. 3. lib. 2. & nuncupatim voluere Zanch. in d. §. cum ita, num. 469. verſ. Et hoc vltimo caſu, atque Auguſtin. Bero. conſilio 79. Et ſi dubia narratione facti, num. 28. verſic. Verum vt dixi, libro ſecundo. Facit etiam, cum illa opinione retẽta, quòd ſubſtitutio facta poſt mortem plurium quorum ſuperſtes ex præſumpta mente teſtatoris ſubſtitutum excluderet, reciprocum fideicommiſſum inducat, non proce-
9 dit † quando extraneus admixtus eſſet, Franc. Aretin. d. conſil. 53. Diligenter diſcuſſis & ponderatis, colum. quinta, verſic. Deſcendo ad tertium, Pariſ. conſ. 44. Subſtitutio fideicommiſſaria, num. 30. verſ. Secundò quòd non ſit inductum, lib. 2.

Sed adhuc intimius de vera reſolutione opinionis Ioan. Petrutij & aliorum quærendũ eſt, Socinus enim, colum. 27. hic, contrarium ſtabilire videtur, idemque ſaltem de ęquitate Raph. Cumanus ibidem concludit, nec diſſentit Ioan. Bapt. de S. Seuerino in d. l. in teſtamento, ambos Raphaeles ita conſuluiſſe referẽs, ſequitur Corn. conſil. 197. Non alienam, colum. 9. num. 8. lib. 3. rurſus Socin. ſibi parum conſtans in l. hæredes mei, §. cum ita, colum. octaua, ante fin. verſ. Ex quo infero quòd ſi pater, vbi duas rationes inducit, d. tit. ad Trebell. Anton. de Padill. in d. l. cum acutiſſimi, num. 29. verſic. Sed finge, Puccius Antonij de Puccis conſil. incip. In propoſita conſultatione, fol. 5. in princ. verſ. Sed his non obſtantibus.

Ad eneruãdamque rationem ex d. l. iam hoc iure, æqualis determinationis plura obijciunt, Primum, quòd quando vna determinatio non poteſt vniformiter determinare propter diffor-
10 mem † determinabilium rationem, difformiter tunc determinat, vt eſt text. in §. hinc nobis, vbi not. Angel. Authen. de hæred. & Falcid. Ioan. de Imol. in l. Caius, colum. ſecunda, num. 7. ff. ſolut. matrim. Paul. de Caſtr. in l. fin, in fin. C. de ſenten. & interloc. omn. iud. Franc. Aret. in l. cohæredi, §. qui diſcretas, de vulg. & pupillar. Andr. Barbat. in cap. ab excommunicato, col. quarta, de reſcript. Alexand. conſil. 179. Viſo proceſſu, colum. penult. lib. quinto, Iaſ. conſil. 127. Pro parte negatiua, ad fin. lib. primo, Dec. conſil. 283. Et diligenter, colum. quarta, ad fin. ante num. 5. verſ. Sed in veritate Socin. ſen. conſil. 291. Viſis litteris, colum. ſeptima, num. 11. verſ. Sed præmiſſis, lib. ſecundo, conſil. quinto, Supraſcriptus inſignis Doctor, colum fin. nu. 16. lib. 4. Sebaſtian. Sapia. in l. hæreditatem, nu. 7. C. de impuber. & al. ſubſtit. Pariſ. conſil. 73. Vt præſens conſultatio, colum. penult. nu. 49. verſ. Nec iſtis erit impedimento, lib. 3. Carol. Ruin. conſ. 169. Viſo & examinato puncto, col. penult. num. 11. verſ. Reſpondetur tertiò, lib. 2. conſil. 64. Viſis ſtatutis, num. 8. lib. 3. Rolan. de Vall. conſil. 74. Quia de pluribus quæritur, nu. 23. lib. 2.

Sed reſponſionem iſtam tutam non eſſe inquit Socin. cum in caſu propoſito poſſit æqualiter determinare, ſcilicet quòd nec in filio intelligatur, diuerſitasque rationis dictam regulã æqualis determinationis nequaquam tollit, vt in d. l. iam hoc iure probatur, declaratque tum ibi num. 5. Alexander, tum in d. l. in teſtamento, & in l. Gallus, §. quidam rectè, de liber. & poſthum. Licet à Socino tradita nõ videantur ſubſiſtere, cum determinatio æqualiter fieri non poſſit quando vnum ex determinabilibus ſpe-
11 ciali ratione maiorem fauorem † continet, l. ſi ita ſcriptum, ff. de milit. teſtamen. quem tex. ad hoc ibi not. Benedict. de Plumb. & per Alexan. conſil. 50. Viſo inſtrumento, colum. prima, nu. tertio, lib. quarto, Quòd autem maior in nepote ex filio quàm in extraneo fauor adſit, ſatis apertum eſt. Nec obſtat d. l. iam hoc iure, cum ex Franciſco Aretino in dicto §. qui diſcretas, poſſit reſponderi, quòd in caſu dictæ legis poterat oratio ex identitate rationis aliquo caſu plura determinare æqualiter, ideo ad illum caſum coarctatur, ſubſtitutio enim reciproca de qua ibi, perſonis imparibus facta ad vulgarẽ reſtringitur, quia in illa reſpectu omniũ eadem ratio aderat, ſed non quo ad pupillarem: ſi verò vniformis ratio aliquo caſu habere locum non poteſt, tunc non videtur teſtator æqualiter determinare voluiſſe licet potuerit ſecundum eum, per d. §. qui diſcretas. Sed ad primum poſſet dici, quòd in contrarium facit text. in d. l. in teſtamento, vbi de ſubſtitutione pupillari quę pupillo eſt fauorabilis agitur, & tamen ęqualis determinatio fit, Et tex. in d. l. ſi ita ſcriptum, videtur ſolo libertatis fauore procedere, prout expreſsè dicitur ibi, Fauore libertatis receptum eſt, aduertitque Dec. in d. l. in teſtamento, nu. 8. poſt 2. limit.

Vel

12 Vel dici poteſt, in d.l.ſi ita ſcriptum † duo determinabilia in diuerſis orationibus poſita eſſe, ideo non pariter determinari, cum alterum magis fauorabile ſit, vel quia inter illa duo determinabilia diuerſa ratio militet, ſecus ſi in & ſub eadem oratione ponerentur, argumento diuerſitatis ſumptæ, ex traditis per Bart. in l. Seiæ, §. Caio, de fund. inſtruct. & per Doct. in l. Stichũ, §. ſtipulatio, de verb. oblig.

Vlterius verum non videtur diſpoſitionem huius text. ſpeciali nepotum fauore inductam fuiſſe, ſed potius ex cõiecturata præſumptaque mente teſtatoris, vt in d.l. generaliter, §. cum autem, & quamuis in conſequentiam nepotum fauor reſultet, hoc tamen vnum in conſideratione eſſe non debet, iuribus vulg. Eſt etiam dicta ratio contra caſum in l. quamuis, C. de impub. & al. ſubſtit. nam licet pupillaris ſubſtitutionis in vulgari cõprehenſio ex coniecturata ac præſumpta teſtatoris mẽte inducatur, d.l. iam hoc iure, in prin. concurratque etiam pupilli fauor,
13 cum ſua interſit † potius ex teſtamento quàm ab inteſtato hæredem habere, l. Iulianus, aliàs l. ſi pupillus, in princ. ff. de acquir. hæred. & expreſſim ſcribit Cyn. in l. precibus, traditque Bart. in d.l. iam hoc iure, tamen in d.l. quamuis quòd in vulgari non contineatur pupillaris, ea tantum ratione deciditur, quia vnica ſtructura verborum pupillo & extraneo facta fuerit; Accedente quòd aliquando vnum determinabile ſimpliciter ex legis diſpoſitione inducitur, quia lex ſic abſolutè diſponit, d.l. ſi ita ſcriptum, ubi libertas magis fauorabilis eſt lege ita dictante; non quia id ex mente tacita diſponentis præſumat, tuncque inæqualis determinatio admittitur, enimuero lex non præſumit diſponentem æqualiter determinare voluiſſe, nec alteri determinabili legis priuilegium auferre. Si verò vnũ determinabile magis fauorabile ſit, non ex ſimplici legis diſpoſitione, ſed ex tacita interpretaque mente diſponentis, tunc ſi illud ſub eadẽ oratione cũ alio determinabili ponatur, æqualis determinatio fieri debet, etiam ſi inter illa diuerſa ratio adſit, vel alterum magis fauorabile ſit, d.l. iam hoc iure, l. in teſtamento, l. quamuis, & l. hæreditatem, ceſſat enim legis interpretatio, cum ex verbis teſtatoris duo determinabilia ſimul ponentis, aliqua in contrarium præſumptio oritur, vt facilius contra præſum-
14 ptionem, quàm contra † diſpoſitionẽ inæqualis determinatio fiat, argum. not. in l. aſſiduis, §. exceptis, C. qui pot. in pign. hab. dum ibi dicitur, legem non ſuum, ſed tuum auxilium tibi denegare.

Et proinde ſecundo loco ex mente Seuerinatis nititur Socinus reſpondere, quòd præſum-
15 ptio ex ſermonis vnitate deſumpta, † præſumptioni cedit quæ ex teſtatoris mẽte excerpitur, d.l. in teſtamento, in fin. vt fortior ſit iſto caſu præſumptio mentis per Papinianum indagata, quemadmodum in hoc contextu, & conſequenter debeat aliam velut debiliorem vincere, arg. l. Diuus, de in integ. reſtit. iun. l. nam etſi parentibus, ff. de inoffic. teſtam.

Verum ſecunda hęc reſponſio ex eo tollitur, nam quòd vulgaris ſubſtitutio pupillarem contineat, ex præſumpta teſtantis voluntate accipitur, & tamen hoc cedit præſumptioni ex ſermonis vnitate aſſumptæ, vt eſt caſus in d.l. quamuis. Nec obſtat d.l. in teſtamento, cum ex intentione Laurentij Calcanei poſſit dici, æqualem ibi determinationem fieri, cum in neutrius perſona ſubſtitutio directa poſt aditam hæreditatẽ inducatur, non pupillaris, vt expreſsè ibi textus exprimit, non militaris, vt ibidẽ Paul. de Caſt. in vlt. not. declarat. Indeque probatur in dubio
16 militem cenſeri iure communi † & non militari teſtari voluiſſe, l. quanquam, C. de milit. teſt. illaque potuit ratio eſſe, cum in eadem l. in teſtamento, pupillaris ſubſtitutio non inducatur, & quia directa poſt aditam hæreditatem in perſona hæredis extranei non inducitur, nec etiam pupillaris in perſona filij, vt æqualis determinatio fiat, & ita intelligendo, tex. ille ex diametro in contrarium retorquetur. Prædictisque adſtipulatur concluſio illa Ludouici Romani in d.l. in teſtamento, quòd ſi extraneus in terminis dictę legis probaret teſtatorem voluiſſe ſibi directam militarem ſubſtitutionẽ facere, quòd ex hoc eſſet probatum pupillarem in perſona filiæ facere voluiſſe, ex quo colligitur non alia ratione in dicta lege pupillarem non induci, niſi vt æqualitas ſeruetur. Et quamuis Alexand. ibi huiuſmodi dictum dubitabile reddiderit, illud tamen extollunt Moderni Papienſes, idem dicentes ſenſiſſe Baldum in eodem loco in ſecunda quæſt.

Alio modo D. Vincentius Saluiolus Bononienſis in d. 10. ſubſcriptione reſpondebat, vt
17 ita demũ † ex mente præſumptio antecellat vnitatis præſumptionẽ, cum clarè voluntas contra æqualis determinationis rationem probaretur, vt patet in d.l. in teſtamento, in fin. ibi, Sed tibi probandum eſt, vt per eum num. 254.

Ex diuerſo pro opinione Ioannis Baptiſtæ de S. Seuerino ac Raphaelium, allegatur Primo, quod ſcripſit Bart. in l. Titia cum teſtamento, §. Titia cum nuberet, in fin. num. 9. verſ. Quęro pone quod teſtator, ff. de legat ſecundo, vbi
18 quòd vſusfructus vxori relictus † in alimenta quo ad filij portionem reſoluitur, quo verò ad extranei perſonam cum filio inſtituti, totum vſumfructum importat, & licet in contrarium Salyceti opinio adſit, prout ipſum refert Fely. in cap. 1. colum. 4. verſic. Et dicit latè, de præſcr. ſententia tamen Bart. communis eſt, ut Paul. à

Monte

Monte pico in d.§.Titia cum nuberet, atteſtatur,illamque tenet idem Bart.conſ.33. Præſupponitur,num.2.Carol.Ruin.conſil.26.Quamuis Franciſco,nu.quarto,lib.quinto, Et paſſim abſque directa impugnatione ad quæſtionis noſtræ terminos per Scribentes in argumentum aliegatur, vt per Socinum hic, colum. 26. verſ. Confirmo,hoc,& d.conſ.191.Licet difficultas, colum.6.verſ.Et pro eis bene facit,lib.ſecundo, Ioan.Franc.Calcan.in d.7.ſubſcript.num.229. verſ.Non obſtat, Ruin.d.conſil.3.De pluribus quæritur,num.11.lib.2.& conſ.157. Quantum ad ſubſtitutionem,num.2.eod.vol.

Huic inductioni attentis prænotatis reſponderi poteſt, quòd Bart.eo caſu loquatur, quo de mente interpretata teſtatoris nõ agitur, ſed de conſuetudinaria diſpoſitione quæ fauore liberorum contra verborum ſignificationem diſponit,quòd ſi vxor domina relinquatur,& vſu fructuaria, alimenta tantum relicta dicantur, non autem ſic ex mente tacita teſtatoris interpretatur,quod quidem clarè colligitur, ſi enim interpretatio ex mẽte tacita debuiſſet ſumi, ius commune prius ita interpretatum fuiſſet, conſuetudine etiam recedente, in caſu enim Bartoli quòd vſusfructus nõ cenſeatur vxori relictus ſed alimẽnta principaliter ſpeciali filiorum fauore inductum extitit, & ſic verſamur tunc in puris terminis dictæ l.ſi ita ſcriptum,notatorſique ibi per Benedictum de Plumbino, cuius dicta non procedunt vbi aliquid principaliter ex præſumpta teſtantis mente ſecundario in filiorum fauorem inducitur,d.l.quamuis. Alio modo Fabius Accorombonus in d.l.hæredes mei, §. cum ita,num.80.reſpondere conatur, cuius reſponſio duplici medio per Hierony. Zanch. ibi num.1223.proſternitur.

Eſt itaque conſiderandum, diſpoſitionem conſuetudinis quòd verba illa, relinquo vxorem maſſariam, & vſufructuariam,fauore filiorum legatum alimentorum tantum importent,
19 eſſe contra iuris communis † ſignificationem, diſpoſitionemque,l.vxori meæ,de vſufruc.leg. Bart.in d.§.Titia cum nuberet,num.7.Ruin.d. conſil.157.num.7.verſic.Nec obſtat quod notat Bar.lib.ſecundo, Si ergo admixto extraneo æqualis determinatio fieret, magis à iure recederetur: vnde cum conſuetudo contra ius ad aliam perſonam extenderetur, vt iuris communis correctio reſtringatur,inæqualis difformisque determinatio illo caſu ſumitur, idem enim verbum ad diuerſos relatum diuerſimodè poteſt,debetque interpretari, ſi vniformiter illud
20 aſſumendo † ius commune læderetur,cap.cum dilectus,vbi Abb. in 5. not. verſic. Item nota, de conſuet. ex quibus iurium per Bart. allegatorum diſſolutio oritur,videlicet l.ſi ita ſcriptũ, ff.de manumiſſ.teſtamen,l.ſi ſeruus,ff. de ſtatu lib.l.hac conſultiſſima,§. ex imperfecto, C. de teſtam.& l.fin.C. famil. erciſc. cum & illis caſibus, ſi æqualis determinatio locum haberet,illud quod in alterius determinabilis fauorẽ ſtatutum eſt,iure ſingulari, & cõtra regulas iuris, vulg.l.ius ſingulare,ff.de legib. ad aliud extenderetur, & ſic à iure communi recederetur relu ctante l.quod verò contra,d.tit.de legib.ideo illis caſibus diformis & inæqualis determinatio fit; Vnde dum Benedictus de Plumbino in d.l. ſi ita ſcriptum,& Alexan.in d.l. in teſtamento, ac in d.l.iam hoc iure,dicunt,æqualem determinationem ceſſare quando alterum ex determinabilibus magis fauorabile eſt,ſecundum prædicta debet intelligi, cum ſcilicet alteri contra iuris regulas maior fauor attribuitur, ex dicta ratione; Sed in terminis noſtris aliud cõtingit, cum huius contextus diſpoſitio ex mẽte defuncti præſumpta obueniat,interpretãs quòd ſubſtitutum minus dilectum ſuis liberis magis dilectis præferre noluerit, d.l.cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. l.Plautius, §.primo,de cond. & demonſt. ſi itaque de mente contraria appareat præſumptio ceſſat, appareteque dicitur ex admixtione perſonæ inſolitę ſubſtitutum excludere: videtur enim tũc teſtator voluiſſe omnes æqualiter determinare,vt ſubſtitutus à nemine excluditur. Nec ius commune corrigi dicitur ſi in extraneo ſtatutum ad liberos protẽdatur: cum lex iſta ex mente prę ſumpta nitatur,& propterea non ex neceſſitate,ſed teſtantis voluntate,& ſic talis prę ſumptio eatenus perdurat,quatenus de contraria voluntate nõ apparet: quod autem prę ſumptio iuris ceſſet, ſi ex alia coniectura de mente contraria appareat,non contra ſed ſecundum legem inducitur, quæ defuncti voluntatem ſequitur, iſtudque in d.l.iam hoc iure, iuxta inductionem Caroli Ruini probatur. Prædictis iuribus multipliciter etiam Salycetus reſpondet in Auth.hoc locum,nu.7.verſ. Quæro iuxta prædictum thema, C. ſi ſecund. nupſ.mul. Sed eius reſponſiones à quæſtione iſta extranę ſunt, ideo illas conſulto prętermitto, tandemque concludo à priori Baldi opinione, Ioan. Petrutij de Monte Sperello, ac aliorum tanquam communi recedendum non eſſe.

Prædicta concluſio ampliatur, vt procedat etiam ſi deſcendens cum altero ex † aſcenden-
21 tibus † grauaretur,ſicut enim ſoboles aſcendẽtis per deſcendentem grauati ſubſtitutum non excludit,vt deſuper dixi, ita nec ſoboles deſcendentis, vt ę qualis determinatio fiat, ita dicit Gulielm. de Benedict. in rep. cap. Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur,1.nu.14. verſic.Et idem,extr. de teſtamen.

HYPO-

HYPOTHESIS.

Legem iſtam in nepotibus naturalibus gratis ex filio legitimo naturalique ſuſceptis, ac in pronepotibus etiam naturalibus ex legitimo naturalique patre progenitis ſecundum Socini veram opinionem procedere.

SVMMARIVM.

1 *Naturales propriè filios non eſſe, proindeque filiorum, vel liberorum appellatione regulariter nō includi.*
2 *L. cum auus, in filijs naturalibus grauatis etiam procedere.*
3 *Idem non eſſe, quæ in appellatiuo nomine differunt.*
4 *Ingratitudinem patris, ingratitudinem filij non cenſeri.*
5 *Definitionem eſſentiam, deſcriptionem verò rei intelligentiam claudere.*
6 *Extenſionem ex ſcripta ratione induci rationabiliter poſſe.*
7 *Filij nomen aliquando reſpectu gradus, interdum reſpectu affectionis, quandoque verò reſpectu naturæ proferri.*
8 *Filij nomen reſpectu naturæ in dubio prolatum intelligi.*
9 *L. cum auus, in nepotibus naturalibus grauatis ex filio legitimo naturalique ſuſceptis, ac in pronepotibus etiam naturalibus ex legitimo naturalique nepote progenitis, locum ſibi vendicare.*
10 *Naturalibus nepotibus contingere, quod in cauſa inteſtati, vel teſtati naturalibus filijs conceditur.*
11 *Iacobum de Butrigarijs Iuriſconſultum ſuprema autoritatis ac celeberrimi nominis fuiſſe.*

CAP. XI.

OCTAVVM corrollarium ex Socino infertur, quòd licet hoc reſponſum, & d. l. cum acutiſſimi, in filijs ac diſcendentibus legitimis & naturalibus inſtitutis, ac
3 grauatis loquantur, naturalesque propriè † filij nō ſint, l. filium eum definimus, ff. de his qui ſui ſunt vel alien. iur. & tradit gloſſ. in l. fin. ff. de iur. delib. vt in legis diſpoſitione filiorū, vel liberorum appellatione minimè comprehendantur, Alexan. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, num. 15. & ibidem Franc. Rip. num. 1. & 58. ff. ad Trebell. Dec. in cap. in præſentia, num. 127. de probat. Cardinal. Palçott. in tract. de noth. ſpurijsque filijs, cap. 30. num. 6. Aurel. Corbul. in tract. de cauſ. ex quib. emphyt. iure ſuo priu. in 12 cauſ. ob lineam finitam, num. 57. verſ. Cęterum naturales, fol. 58. idem Dec. in l. generaliter, §. cum autem, in 2. not. num. 17. Ang. conſ. 366. nu. 3. Carol. Ruin. conſil. 120. Viſo ac perlecto inſtrumento, num. 12. verſic. Et hoc puto veriſſimum, lib. primo, Marc. Mant. conſil. 116. Quantum ad primum, num. 3. verſic. Sed natules, Hieronym. Grat. de communi opinione atteſtans, conſ. 145. Duo diuerſa dubia, num. 11. lib. 2. Pariſ. conſil. 14. Cum in facto certum ſit, num. 19. & infra lib. 2. Franc. Mantic. in tract. de conięct. vltim. volunt. lib. 8. titu. 7. num. 4. poſt magnum Azonem, Ioan. Petr. Surdus, conſil. 89. Antonius Bonfantus, ſub num. 36. quod aliàs vt ex præcitatis regulare etiam eſt.

2 Tamen dicta iura ſupplętur † extenduntur-que vt in naturalibus humanitatis intuitu inſuper procedant, quod dicit text. apertus in d. l. generaliter, §. cum autem, vbi Iaſ. in 1. ampl. num. 2. & Dec. num. 18. in vltim. not. Gerard. Mulert in tract. compendioſæ ſubſtitut. rubr. 25. poſt num. 8. Hieronym. Gabriel. lib. quarto de fideicommiſſ. concl. 2. num. 2. Franc. Mant. in d. tract. de conięct. vltim. volunt. lib. decimo, tit. 7. num. 12. verſic. Quartò extenditur, dicens eſſe caſum legis in dicto §. cum autem, & proinde omnem dubitationem ceſſare, l. proſpexit, qui & à quib. cap. erit autem lex, 4. diſtinct. l. ancillæ, C. de furtis, idemque tradunt, Pet. Duen. in reg. 352. Filij naturales, fol. 218. ſecundum paruam impreſſionem, Roderic. Suares. alleg. 27. Duo præſupponuntur, num. 12. Anton Gomeſ. in commentar. varijsque reſolut. iuris ciuil. tom. 1. tit. de fideicommiſſ. concl. 2. num. 2. Ioan. Cephal. conſil. 484. Antonius Angeli, numero 48. lib. quarto. Quod quidem de ea parte intelligendum eſt, in qua naturales ſuccedere de iure poſſunt, ita limitat, ac declarat Suarez, d. alleg. 27. nu. 12. vt per eum.

Hac cōcluſione ſtāte, quærit Socinus, nunquid in naturali nepote grauato ex legitimo ac naturali filio, vel in pronepote etiā ex legitimo naturaliq. nepote progenitis, eędē leges locum habeant? Et primo aſpectu quòd non dicendū videretur, certum enim eſt, textum in dicto §. cum autem, Papiniani ſenſum non ad naturales nepotes cæterosque deſcendentes, ſed ad naturales filios extenſum fuiſſe, Vnde Imperatoris verba attendenda ſunt, in fin. ibi, Quod inter iuſtos liberos ſancitum eſt, hoc & in naturales liberos extendatur, Quid ergo clarius, aut dilucidiusè & vtique ſi voluiſſet quemadmodū de legitimis & naturalibus liberis meminit, ſic in naturalibus non filiorum, ſed eodem verbo liberorum vſus fuiſſet, argum. l. vnic. §. ſin autem, C. de caduc. toll. quod cum non expreſſerit, noſtrum non eſt leges extendere, proinde verba legis propriè debent intelligi, ſed de propria

Digitized by Google

pria ſignificatione filij nomen minimè nepotē includit, ergo iſte caſus tanquam omiſſus in diſpoſitione dictaque iuris communis ſignificatione remanet, l. ſi verò, §. de viro, ff. ſolut. matr. quòd autem nomine filij nepos nõ includatur ex ipſo nomine patet, quæ enim in nomine ap-
3 pellatiuo † differunt, idem non ſunt, l. ſi quis in fundi vocabulo, ff. de legat. primo, patet ex genere, quia prima generatio filius eſt, nepos verò ſecunda, §. emphyteuſim, Authen. de non alien. patet ex perſona, nam propria perſona eſt anima, quæ formalis pars hominis eſt, & alia anima patris eſt, alia anima filij, hocque natura manifeſtum redditur; Quartò ex conſequentibus conſtat, vnde patris ingratitudo † filij non
4 eſt, l. Diui fratres, ff. de iur. patron. l. emancipatum, §. fin. ff. de Senat. l. 2. ff. de interdict. & roleg. l. 3. §. ſi emancipatus, de contratabul. & priuatio filij non eſt nepotis priuatio, l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. l. qui in aliena, §. interdum, ff. de acquiren. hæreditat. Præterea cui definitio non competit, nec definitum competere poteſt, ſed filij definitio eſt, vt generatio prima ſit quæ nepoti non competit, ergo, &c. probatur maior, nam filius definitur qui ex viro & vxore naſcitur, ſed dictio ex cauſam immediatam denotat, ergo nepos propriè filius non eſt, quia non ex vxore, ſed ex nuru naſcitur, d. l. filium eum definimus.

Accedit etiam quod dicit Boetius, vt definitio eſſentiam † deſcriptio intelligẽtiam rei clau-
5 dat, ſed aliter filius deſcribitur aliter nepos, igitur per vnum non includitur alter: hocque expreſsè confirmatur ex l. 2. §. nuſquam enim, ff. de excuſ. tut. & facit quod notatur in §. fi. Inſti. qui teſtam. tut. dari poſſ.

Sed conſiderandum eſt, extenſionis rationẽ humanitate ſuffultã nepotibus, pronepotibusque naturalibus congruere, propterea ex ratio-
6 ne ſcripta † hæc extenſio induci poteſt, l. milites agrum, in princip. ff. de re milit. Bald. in l. maximum vitium, colum. quarta, in princ. ante num. ſeptimum, C. de liber. præteritis; Ad tollendũque in contrarium allegata, eiuſdem Baldi di-
7 ſtinctione vti debemus, quòd nomen † filius interdum reſpectu gradus profertur, & tunc nepotem non continet, l. iubemus, C. ad Trebell. interdum reſpectu affectionis determinatę, & idem, d. l. Gallus, §. quid ſi is; interdum reſpectu naturæ, & tunc nepotem comprehendit, l.
8 tutelas, ff. de capit. dimin. ſed in dubio † videtur reſpectu naturæ proferri, vt in l. fin. ff. de his qui ven. ætatis impetr. legisque diſpoſitio ſecundum rationem regulatur non ſecundum affectum animi, ergo &c. argum. l. fin. C. fam. erciſcun.

9 Et retinendo hanc opinionem † quam ſignãter tenet hic Socinus, colum. 27. circ. med. vti veram, rationabilem, ac æquitati conſonam, cuius inuentorem ſe eſſe profitetur, pro ea facit text. in l. fin. C. de naturalib. liberis, vbi in ſuc-
10 ceſſione inteſtati † ac teſtati, quod in naturalib. filijs ſtatuitur, ad nepotes pronepotesque naturales extenditur. Vlterius qua ratione pater naturalem deſcendentem prædilexit, fortius liberos grauatos legitimos & naturales prædilexiſſe cenſetur, ex ijsque deſcendentes, vt ratio gloſſ. in dict. l. cum acutiſſimi, militare etiam videatur.

Nec aliter dici poteſt, mente Imperatoris attenta, non ſolum latius ſed & pinguius Papiniani hoc reſponſum interpretandi, ex qua quidẽ verborum prægnantium geminatione non aliã duram, & (vt ſic dixerim) diram ſignificationẽ admittere valemus, ſed benignam hanc atque penitus humanam, cum ſimplex illa naturalis qualitas Imperatoriæ clementiæ ac humanitati ad filiorum prælationem inducẽdam iſto caſu amplius odioſa non ſit, cui eadem humanitas de cætero non reſiſtit, quinimo fauorabiliter ei aſſiſtit, vt quaſi lenita, idem in naturali nepote ex legitimis naturalibusque filijs ad extraneorum excluſionem ſit extendẽdum, tanquã fauorabile Principis beneficium quod coangu ſtandum aut reſtringendum non eſt, imo omnis reſtrictiua intelligentia veluti tantæ humanitati obnoxia, & repugnans cum de mero fauore tractetur, in propoſito reijcienda videatur. Pro eademque concluſione munienda firmandaque facit in ſimili maximi † ac ſupremi
11 Iuriſconſulti autoritas, ſcilicet Iacobi de Butrigarijs in quadam eius ſolenni elegantique diſputatione per Baldum relata in d. l. maximum vitium, ſub numero ſexto, verſiculo, Et hanc partem tenuit, C. de liber. præterit. quę Butrigarij autoritas, atque ſententia eiuſdemmet Baldi Doctoris grauiſſimi comprobatione ibidem non obſcurè, ſed ſubtiliter, ac magiſtraliter fulcitur.

HYPOTHESIS.

Filij ab extraneo adoptati ſi inſtituantur et grauentur, nunquid huius legis diſpoſitione potiantur ſeriosè diſceptari: nec ipſis prodeſſe concludi; Idemque in filijs adoptiuis grauatorum verum eſſe: Et quid de expreſſa, Si ſine liberis deceſſerit, conditione. In filijs autem ab aliquo aſcendente adoptatis: Atque etiam in filijs à grauatis inſtante teſtatore receptis, vel ab ipſomet teſtatore in locum nepotũ habitis legem iſtam verificari.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Adoptiuos filios extranei inſtitutos, & granatos in coniecturali ſubintellecta cõditione ex l. cum auus, non comprehendi, & nu. 10. ac 42.*
2 *Adoptini, nunquid per omnia legitimis & naturalibus ſimiles exiſtant.*
3 *Naturales contra teſtamentum non ſuccedere.*
4 *Adoptiuorum legitimam hodie auctam, vt in legitimis & naturalibus non reperiri.*
5 *Adoptiuos minus legitimis, ac naturalibus diligi.*
6 *Nobilitatem ad adoptiuos ex Raynerio tranſire: Sed contrarium Benum de Curtili, Andreamq. Tiraquellum ſcripſiſſe.*
7 *Senatoris filios, adoptiuos etiam non ſecus ac naturales appellari.*
8 *Nobilitatem à parentibus ad filios tranſire veluti ex traduce, ob clari ſanguinis coruſcationem, & nu. 9.*
11 *Adoptiuos filios legitimos tantum eſſe.*
12 *Iura ciuilia quo ad ſucceſſiones naturalibus aquiualere.*
13 *Adoptiuum filium per fictionem dici.*
14 *Fictionem idem in caſu ficto operari, quod veritas in caſu vero; Maximè in ijs quæ à lege procedunt, num. 15.*
16 *Fictionem legis veritati comparari.*
17 *Prouiſionem per modum diſpoſitionis factam, caſum omnino ſimilem & habentem eundem effectum comprehendere; Hocque in conditionibus voluntarys etiam verum eſſe. nu. 18.*
19 *Adoptionem naturæ ſimilem cenſeri, vt inquam aliquis filium habere poſſit quem non generauit.*
20 *Adoptiuos ſuccedere cum legitimis & naturalib. ſuosque hæredes eſſe etiam propriè.*
21 *Adoptiuos pro immunitate ex numero liberorum obtinenda non prodeſſe.*
22 *Immunitatem æquitate moderari.*
23 *Onus non videri aliquid ex voluntate proueniens.*
24 *Tutelam legitimam onus non eſſe.*
25 *Immunitatem odioſam exiſtimari, propterea que non extendi, & nu. 26.*
27 *Immunitatem contra publicam vtilitatem eſſe.*
28 *Adoptiuos filios in feudo non ſuccedere.*
29 *Adoptiuos filios ſuccedere in feudo non habente naturam feudi, veluti in feudo emptitio.*
30 *Adoptiuos filios in feudo pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus recepto ſuccedere.*
31 *Adoptiuos filios ad emphyteuſim nequaquam admitti.*
32 *Adoptiuos filios ſub ſtatuto fœminarum excluſiuo ſtantibus maſculis, non comprehendi.*
33 *Feuda vaſallorum amore concedi.*
34 *Amorem (vt dicebam) non ſic in adoptiuos filios, vt in filios ſanguinis tranſire.*
35 *Feudum antiquitus nil aliud quàm vſumfructum fuiſſe.*
36 *Feudum beneficij nomen retinere.*
37 *Feudum vti beneficium non iure hæreditario concedi.*
38 *Feudalia iura extra terminos feudales allegandæ non eſſe.*
39 *Statutum quòd ſtantibus maſculis fœmina non ſuccedant ex parte fœminarum odioſum eſſe.*
40 *Filiorum maſculorum appellationem ad agnatos deſcendentes per virilem ſexum ex Raynerio arctari.*
41 *Deſcendentium nomen appellatiuum eße naturæ.*
43 *Adoptionem ab extraneo factam fragilem cenſeri.*
44 *Adoptionem in ſolatium illorum qui liberis carẽt, introductam eſſe.*
45 *Adoptaſſe cenſebatur cum teſtator aliquem hæredem inſtituiſſet cum onere nomen ferendi.*
46 *Adoptantis propoſitum eſſe, vt hæredem nominis ſibi faciat.*
47 *Adoptiuos filios antiquitus aliquod ſuæ gentis nomen cum nomine adoptiuo inſeruiſſe.*
48 *Verba naturaliter, non ciuiliter aſſumenda eſſe.*
49 *Adoptionem, filium non inueniße, ſed ex nihilo filium facere, natura non cooperante.*
50 *Filij nomen, naturæ eſſe.*
51 *Filiationem naturalem directè probari non poſſe, adoptiuam autem directè teſtibus inſtrumentisque probari.*
52 *Patrem adoptiuum extraneum ad aliquid adoptiuo filio relinquendum non compelli: ſed omne relictum ex mera eius voluntate proficiſci.*
53 *L. cum auus, diſpoſitionem exorbitantem eſſe: ſed nihilominus ex identitate rationis extendibilem.*
54 *Vſumfructum bonorum aduentitiorum adoptiui filij non ad extraneum adoptiuum patrem, ſed naturalem ſpectare.*
55 *Adoptatos filios ab aliquo aſcendente ad excluſionem ſubſtituti ex diſpoſitione l. cum auus, prodeſſe.*
56 *Adoptiuos filios granatorum liberorum, ex diſpoſitione eiuſdem l. cum auus, ſubſtitutum non excludere.*
57 *Adoptiuos filios ex expreſſa conditione ſi ſine liberis deceſſerit, ſubſtitutum minimè excludere.*
58 *Adoptiuos appellatione filiorum in legis diſpoſitione non comprehendi, vbi eadem ratio non adeſt.*
59 *Adoptiuos filios, ex l. ſi vnquam, C. de reuoc. dona. donata non reuocare.*
60 *Adoptiuos à filijs granatis in adoptionem receptos ad inſtantiam teſtatoris, vel ab eodem teſtatore in locum nepotum ex l. cum auus, ſubſtitutum, iuxta Socini ſententiam excludere.*

Digitized by Google

CAP. XII.

EX præcedenti circa naturales nepotes, pronepotesque Socinus hic ad quæſtionem adoptiuorũ filiorum inferebat, ſed vt huius difficultatis reſolutionem aſſequamur, duo caſus principales conſiderandi ſunt, Primus eſt, cum de filijs adoptiuis inſtitutis, & de reſtituendo grauatis loquimur, Secundus cum in filijs adoptiuis grauatorum verſamur; Et circa primum, aut de filijs ab extraneo adoptatis quęrimus, aut de adoptatis ab aliquo aſcendente. Primo caſu duæ principales Scribentium opiniones ſunt, quarum prima conſpi
1 citur, filios adoptiuos extranei † inſtitutos, & grauatos diſpoſitione huius legis potiri, in ijsque tacitam hanc conditionem locum habere, ipſamque ſequuntur, Raph. Cuman. hic in fin. Raph. Fulgoſ. in d.l. generaliter, §. cum autem, vbi Iaſ. Raphaeles comprobans, colum. 5. verſ. Secundo modo, Andr. Barbat. in d.l. cum acutiſſimi, fol. pen. verſ. Et limita iſtam legem. Pau. à Monte Pico in l. Titia cum teſtamento, §. Titia cum nuberet, num. 50. verſic. Nec obſtat, de leg. 2. & cum eadem opinione Socinus ipſe hic colum. 28. verſic. Sed in contrarium, pertranſire non dubitat.

Mouentur ad id dicendum, Primò ex mente Fulgoſij, nam adoptiui filij per omnia ſimiles
2 legitimis † & naturalibus cenſentur, l. ſi te parens, C. de ſuis & legitim. l. pen. §. & ſiquidem, C. de adopt. vnde aſcendentes excludũt, l. 3. §. liberi, & l. æquiſſimum, ff. ad Tertull.

Huic rationi contrarium ſuſtinendo reſponderi poteſt, negando adoptiuos per omnia ſimiles eſſe legitimis & naturalibus, nam vt Alexander in Lex facto, §. ſi quis rogatus, in 8. col. ff. ad Trebell. dicebat, ſi adoptiui præteriti ſint cõtra teſtamentum non ſuccedunt, l. cum in adoptiuis, C. de adop. in filijs autem veris ac legitimis ſecus eſt; Nec obſtat d.l. ſi te parens, cum ſimil. ab inteſtato enim loquitur, non condito teſtamento, l. 2. §. ſed ne articulum, d. titu. de adopt. And. Alciat. conſil. 84. Propoſita in quæſtione, nu. 1. lib. 9. Proinde cum in propoſito naturæ præſumptio locum non habeat, ex qua huius legis diſpoſitio deducitur, adoptiui hac coniectura nequaquam iuuantur.

Et ſi cum Iaſ. diceretur, quòd hæc reſponſio non tenet, hic enim textus in naturalibus tantũ
3 locum habet, qui contra teſtamẽtum † non ſuccedunt, vt notatur per gl. in l. 1. in prin. ff. de contratabul. Ex mente Philip. Dec. dici poteſt, in naturalib. per text. in d. §. cum autem, extenſionem factam fuiſſe, ibi, In naturales filios extendatur, quæ quidem extenſio in adoptiuis minimè reperitur: ad oſtendendamque manifeſtam adoptiuorum, ac legitimorum naturaliumque differentiam induci poteſt, ipſorum adoptiuo-
4 rum legitimam, † quartá partem eſſe illius partis quæ ſibi ab inteſtato obueniret, ſecundum glo. in §. item non aliter, verſic. Et ſi decedens, Inſtit. de adopt. Benedict. Capr. conſ. 80. Cum viſo, num. 4. quæ legitima hodie aucta non eſt, ſicut in legitimis ac naturalibus filijs, glo. in §. ſi verò vltra quattuor, verſic. Hoc obſeruandũ, in verb. Omnibus, auth. de trient. & ſemiſſ. Bar. in l. ſi arrogator, in 1. lect. colum. fin. ante fin. verſic. Quæro nunquid, ff. de adopt. remittens ſe ad Cynum, idemque tenere Iacobum Butrigariũ atteſtãs, quicquid Petrus ſenſerit, Capr. d. conſ. 80. nu. 5. & conſ. 105. Cum prout præſupponitur, num. 11.

Secundò adducit Iaſ. quòd teſtator qui filiũ adoptiuũ hæredẽ inſtituit, magis eũ q̃ ſubſtitutũ dilexit, igitur filij naturales & legitimi ab eo ſuſcepti ſimiliter ex coniectura voluntatis ſubſtitutũ excludere debẽt, arg. gl. in d.l. cũ acutiſſ.

Sed concludenter dici poteſt, huiuſmodi argumentationem extra terminos in quibus prędictæ leges loquuntur producendam non eſſe, alioquin in quolibet extraneo hærede grauato poſt mortem reſtituere hæreditatem locum haberet, quem teſtator ſanè ſubſtituto prætulit, & tamen in extraneo hæc lex non debet intelligi, vt dictum extitit. Igniculis itaque naturalis pietatis ceſſantibus, dictorum iurium diſpoſitio remouetur, naturalisque intuitus conditionem hanc tacitè ſubintelligendi ac coniecturãdi eua neſcit: vt ſit leuiſſima ratio omni iuris ſucco carens, & tanquam arida prorſusque exiccata ex ea nihil extrahi ſeu emungi ad hoc propoſitum poſſit, nec acutiori reſponſione egere.

Tertiò idẽ Iaſ. dicebat, naturales tantũ liberos à filio grauato genitos ſubſtitutũ nõ excludere, & tñ ſi filius naturalis tantũ hæres inſtitutus fuerit, & poſt mortẽ ſimpliciter grauatus, eius filij legitimi & naturales ex mẽte veriſimili teſtantis ſubſtitutũ excludũt, & vtrunque in d. l. generaliter, §. cum autem, probari: pari igitur ſimilitudine rationis affirmandum eſſe, 9 etſi filij adoptati ab hærede inſtituto excludere ſubſtitutum nequeunt, vt dictum eſt, tamen filij legitimi & naturales ab adoptiuo ſuſcepti, quem pater adoptiuus hæredem ſibi inſtituit fideicõmiſſoque prægrauauit, quaſi defecta tacita conditione, ipſum ſubſtitutum excludant.

Non obſtat hęc tertia ratio, nã ideo in naturali hærede inſtituto huiuſmodi cõiectura locũ habet, quia naturalis ratio affectioque ipſã voluntatis coniecturam parit, quam etiam lex ita ſubintelligit ac ſpecialiter extendit, in filio autẽ adoptiuo naturalis ratio deficit ceſſatq. extẽſio, ergo nos talẽ extenſionẽ facere non debemus, cũ eadẽ ratio nõ adſit, potẽtior enim naturalis

cauſa

cauſa eſt, quã ciuilis, nec amor in adoptiuos vt in eorundem filios præſumitur, ſed quòd teſtator magis naturales diligat, ipſorumque filios inſtinctu naturæ, quam adoptiuos ob mores
5 virtutemque† vt dixit Cyn. in d.l.generaliter, §.cum autem, quem ſequitur Andr. Barbat. in d.l.cum acutiſſimi, col.102.fol.30.verſ. Et limita iſtam legem.

Quartò, nam nobilitas ad filios adoptiuos
6 tranſit,† Rayner.in tract.de nobilit.in 4.quæſt. 5.q.princ.allegans text.in l.liberos,& l.Senatoris filium,ff.de Senat.vbi non tantum dicuntur Senatoris filij qui naturales ſunt, ſed etiam ado
7 ptiui,† hucque reſpicit illud Ouid.lib.4.Faſt.

Hic ad te magna deſcendit origine menſis
Et ſit adoptiua nobilitate tuus.

Cæterum Rayneri j opinio vera non eſt, contrariamque tenet Bonus de Curtili in ſuo optimo tract.de nobilit.in 4.part.colum.3.verſic.Quid autem in filijs legitimis tantum: nam ea nobilitas quæ à parentibus ad filios tranſit eſt veluti
8 ex traduce,† vt dicunt Laurent.& Cardinal. in Clem.grauis, in princ. de ſentent. excommun. quam Vdalricus Zaſius Friburgenſis in eius epiſt.ad Ioannẽ Baumgartner à Baumgarten ante ſingularia reſponſa, eodem modo deſcripſit,
9 à† coruſcatione clari ſanguinis; Bonumque ſequitur Andr.Tiraquell. in tract. pariter de nobilitate,cap.15. nu.6. fatetur tamen adoptiuos ex parentum nobilitate nonnihil illuſtriores fieri, ex iuribus per dictum Rayncrium allegatis, & idem quod Bonus de Curtili ſcripſit, ſibi voluit Iacob. Cuiacius in eius Conſultatione 56. incip. Cum quæreretur an ignobilis, tit. de adoptionibus & nobilitate, vbi ignobilem ſi à Nobili adoptetur non fieri nobilem pluribus demonſtrat, Quia hæc nobilitas ducitur ex genere vt Galli dicunt, la verge anoblit, vel ex beneficio Principis & conceſſione feudi, cui & poſteri aliquot longa ſerie ſucceſſerint, vt ibi per eũ optime de iure reſpondentem.

10 Altera ſuperiori cõtraria eſt opin.quod† hęc lex in adoptatis filijs ab extraneo inſtitutis, & grauatis locum non habeat, quam tenent Rayner.de Forliu. Cyn.in verſic.Quartò quæritur, Pet.de Bellaper.in 4.q.Alb.de Roſ.nu.2.in fin. & nu.6.Ang.in lect.Floren.& Guid. Pap.in d.l. generaliter,§.cum autem,C.de inſtit. & ſubſti. Alex.in l.ex facto,§.ſi quis rogatus,nu.11. verſ. An autem,ff.ad Treb.vbi Clau.de Seyſe. nu.3. dicebat Alex.de Imol.optimè loquutum fuiſſe, Dec. aſſerens Iaſon. verum non dicere, in d.§. cum autem, in 7.limit.nu.16.in fin.verſ.Dicunt tamen Guliel.de Bened.in rep.c.Raynutius, in uerb. Et uxorem nomine Adelaſiam, nu.740. in fin.in ſui tamen generalitate ac ſuboſcurè cũ ſe alibi referat, ubi in diuerſis terminis ſecundi ſcilicet caſus loqui uidetur. Ant.Gabr.lib.4.de fideicom.concl.2.nu.51.in 7.limit. & poſt Tib Decian.conſ.34. nu.14. lib. 1. dicentem omnes ita notare, tradit Fran.Mantic.in tract. de coniect.ult.uol.lib.10.tit.8.ante nu.20.uerſ.Quod uerò attiner, Io.Ceph. conſ. 576. Reuerendus D.nu.19.uerſ.Hinc nec ad filios adoptiuos, lib. 4.Georg.Natt.in tract.quòd ſtantib.maſc.in 3. q.prin.n.18.uerſ.Et adduco notata, Greg.Lup. in l.Regia, in uerb.O naturales, Padill.in d.l.cũ acutiſſimi, nu.18. uerſ. Septimò ampliabis, ubi de cõi. Adducitur Primò, nam in adoptiuis ceſ
11 ſat naturalis nexus, ſunt enim filij legitimi† tantum, iuxta glo.cõiter approbatam in d. l. ex facto,§.ſi quis rogatus, Benedict.Capr.conſ.108. Cum ut præſupponitur, nu.19.Curt.iun. conſ. 145.Facti contingentia, nu.1. ſed ex dicto nexu naturalis oritur pietas, quæ coniecturam hanc inducit, ergo debet etiam coniecturalis diſpoſitio ceſſare, nexusque iſte uerè fundamentũ huius ueriſimilitudinis uidetur.

Hæc ratio poſſet euitari, cum ut ſcribit Hier. Gabriel.conſ.113.Bartholomęus Papius,n.28.
12 iura ciuilia quo ad ſucceſſionem † naturalibus æquiualeant,l.ſi te parens,C. de ſuis & legit. & quamuis nexus ille naturalis recedat, eius uice electio ac deliberatio ſubrogatur, quæ uti uis animi in filios legitimos, & naturales ex eius prælecto adoptiuoque filio influit: cum parentibus filij ſimiles eſſe ſoleant, & ab illis non degenerare, in tantum quòd originem adoptiuæ filiationis ſuperare uideatur tanquam effectus cauſæ, & ſoboles electæ uirtutis: ac congruunt quæ in reſponſione ad proximam argumentationem ſtatim afferam.

13 Secundò, cum filij adoptiui per fictionẽ † dicãtur, Alex.in l.adoptiuum, num.3.& 4.ff.de iudic. uoc. Rol.de Vall.conſ. 18. In præſenti conſultatione, num.24.lib.2.ſicut etiam pater adoptiuus impropriè & fictè pater cenſetur, Bald. in l.ſi non ſpeciali, colum.2.in fin.C.de teſtam. Rolan.d.conſ.18.nu.23. Niſi dixerimus, idem
14 fictionẽ in caſu ficto operari quod ueritas † in caſu uero, l.filio quem pater, ff.de lib.& poſth. §.item per acceptilationem, Inſtit.quib. mod. toll.oblig. cũ adductis per Dec. in l. ſingularia, num.6.ff.ſi cert.pet. Cur.iun. in l.petens, col.2. in princ.C.de pact. Socin.ſen.conſil.23. Circa, num.16.lib.1.Pariſ.conſ. 118. Circa materiam, num.32.lib.4.Socin.iun.con.39. In caſu ad me tranſmiſſo, nu.45.& conſ.63. Præſuppono, nu. 36.lib.3.conſ.12. Quoniam in præſenti difficultate, num.8.lib.4.Marc.Mant.conſ.336.in præſenti caſu, num.4.citãs textum in l.adoptio, ff.
15 de adopt. Maximè in ijs † quæ à lege proueniunt nõ autem ab homine, Socin. iun. d.conſ. 12. num.15. cum fictio legis ueritati compare-
16 tur † gloſſ.in l.1.in princ. C.de rei ux.act. Pariſ. conſil.22. Licet, num.10.& 36.lib.2. Io. Ceph.

conſ.504.Antonius de Guainis,num.20.lib.4. Quinimo fictio veritati prævalet, quando cum ipſa veritate circa idem eodem reſpectu concurrit,l.retro,l.in omnibus,ff. de captiu. Bart. in l. 1. §. hoc Senatuſconſultum, ad Syllan. Carol. Ruin.conſil.115.Caſus iſte,num.18.verſic. Et quæ fictio,lib.3. Adeo quòd ſuccedat illa communis concluſio Bart.& aliorum in l.Gallus,§. & quid ſi tãtum,de liber. & poſthum. videlicet
17 quòd prouiſio † in vno caſu facta per viam diſpoſitionis, alium etiam caſum comprehendit omnino ſimilem & habentem eundem effectũ, per text.in l.fin.ff.mand.Quod & in conditioni
18 bus voluntarijs † in quibus ſolum effectus conſideratur procedit,ſufficit enim quòd per æqui pollens impleãtur ſi idem effectus ſequatur, vt dicit Socin.& alij tradunt in d.§. & quid ſi tantum,in vltim.not. Vnde Franc.Aretin.in l. ventre,colum.20.verſic. Vltimò adde, ff.de acqui. hæred.dicebat,quòd natiuitas adoptiui impropriè conſideratur, ſed non ſuitas; Vt adoptio, quemadmodũ Caius lib.primo, Inſtit. inquit, naturę ſimilitudo ſit, quò filium aliquis habere
19 poſſit † ab ipſo non generatum, quæ ab optimis quibuſque paſſim deſiderata eſt,& vſurpata inquit Tacitus,quia generare & naſci fortuitum eſſet, adoptandi autem iudicium integrũ, & ſi velis optimum quemque poſſis in ſpem nominis eligere: Itaque non immerito reſpectu ſucceſſionis caſus iſte fictus idem quod verus
20 operatur, inſimul enim adoptiui † cum filijs legitimis & naturalibus ſuccedunt, l.fin. C. de adopt.§.ſed ea omnia,Inſtit.de hæredit. quæ ab inteſt. defer. idque etiam authenticorum iure procedit,Cyn. in auth.in ſucceſſione,C.de ſuis & legitim.quam ipſe legit ſub tit. ad S.C. Tertull. eosque ſuos hæredes dici conſtat, ex l. arrogato,§.fin.ff.de adopt.& l.cum in adoptiuis, in princ.& ibi Bald.C.eod.tit.l.certum,in prin. ff.de iniuſt.teſtam.l.1.§.ſuos hæredes, d.titu.ff. de ſuis & legitimis, gloſſ. in l.3.§. fin. in verb. Non mutat,in fin. ff.de hæred.inſtit. Bald. in l. eam quam,colum. prima, C. de fideicommiſſ. Ludouic. Roman. in d.l.ventre, vbi Aretinus, d. verſic. Vltimò adde,id etiam eſſe uerè ac propriè aſſerit.

Tertiò allegatur text. in l.ſextum decimum, §. adoptiuis,ff.de uac.muner.& §.primo, Inſti. de excuſ.tut.uerſic.Sed adoptiui,ubi probatur
21 quòd immunitas † quæ datur patri propter liberos in adoptiuis locum non habet, & tradit Dec.conſil.399.Concluſionem,num.4.uerſic. Et immunitas.

Hic textus obſtare non uidetur, nam omnis
22 excuſatio & immunitas æquitate nititur,† vt in l.1.in prin.d. tit. ſed in adoptiuis ceſſat æquitas inductiua immunitatum,cum quis adoptando ex uoluntate filium ſibi faciat non ex neceſſitate naturæ,merito immunitati locus eſſe non de
23 bet,cum quod ex uoluntate pendet,onus † non cenſeatur,l.Spadonem,§.fin.ff.de excuſ.tut. licet enim tutela onus ſit,l.tria onera,d.tit.tutela
24 tamen affectata onus non eſt,ſcilicet tutela † legitima,ut ſcribit Corn.conſil.20.Licet ſatis,nu
25 me.3.& 4. lib. 2. immunitasque † odioſa eſt,l. 1.ff.de iur.immunit.l.1.C.de immunit.nem.conced.lib.10.But.conſ.9. Viſo puncto, Io,de Imo. conſ.62.Poſt exhibitum,col. fin. Alex. conſil. 125.Viſo titulo quæſtionis,nu.10.lib.ſecundo, conſil.123.Circa primum dubium, num.6. lib. 5.Iaſ.conſil.217.Immunitas,uel exemptio,col. 1.lib.2.Dec.conſil.223. In caſu propoſito, col. 2.ſub num.6.uerſic.Item fallit, idcirco non eſt
26 extendenda, † ut traditur in cap.porrò,de priuileg.nam immunitas eſt contra publicam utili
27 tatem, † gloſſ. in l.ſi ita ſcriptum,de leg.2. Pet. de Ancha.conſil.260.In quæſtione,col.2. uerſ. Ex iſtis omnibus, aliàs in poteſtate adoptantis eſſet immunitatem conſequi,quod graue uideretur,iuxta l.1.ff.de uac.& excuſ.mun.ibi,Sed ſi prætẽdentibus aliquid ſine iudice credatur,aut paſſim ſine tẽporis præfinitione prout cuique libuerit permiſſum fuerit ſe excuſare:non erunt qui munera neceſſaria in rebus publicis obeãt, quod quidem in ſucceſſione adoptiuis ex iure ciuili debita non contingit.

Quartò facit tex.in c.1.§.adoptiuus,tit.ſi de feud.fuer.controuer.inter domin.& agn.vbi diſponitur, † adoptiuos filios in feudo non ſuccedere,& tradunt Alex.conſ.10. Viſo inſtrumento inueſtiturę,num.9.verſic. Septimò quia,lib. 5.Curt.iun.conſil.138.Habita diligenti, nu.2. in fi.Carol.Ruin.conſ.87. Quia Matthęus, nu. 16.verſ.Et melius probatur,lib.3.Socin.iun.cõſil.95.Quia præſentis conſultationis, num.35. verſ. Ideo enim,lib.3.Franc.Marzar.conſil.70. Summa conſultationis,num.2.

29 Niſi eſſemus in feudo † non habente naturã feudi, vt puta in feudo emptitio, iuxta tradita per Bal.in tit.de pac.Conſt.in verb.Libellarię, verſ.Sed Spec.non dicit verum, & in l.liberti libertæque poſt Cynum,num.36.verſ. Item nota,C.de bonis libert.Corn.conſ.16.Aperta frõte videtur,nu.5.lib.1.Dec.conſ.208. Adclariorem,n.6.conſ.390.Quoniam ex facto, nu.7.ita dicit Andr.Alciat. conſ.27. Tranſeo in ſententiam,nu.6.lib.3.Vel in feudo † pro ſe,hæredib.
30 & ſucceſſorib.obtento,Curt.iun.conſ.138.Habita diligenti per totum,cum adoptiuus ſit hæres & ſucceſſor,vt ibi,n.2.& 9. Vel niſi eſſemus in caſu per Socin.relato in l.ſi cognatis,col.12.
31 ff.de reb.dub.Sicut nec in emphyteuſi † admittitur,Spec.in tit.de locato,§.nunc aliqua, verſ. 68. Alex. in d.l.adoptiuum, ff. de in ius voc.in princ.Dec.d.conſ.399. Cõcluſionem,nu.3.Ita
32 etiã ſtatutũ fœminarũ excluſiuuũ † in adoptiuo

locum

locum non habet, Ioan.de Anan.conſil.27. Viſo caſu,nu.5.vbi Ludouic. Bolognin. in addit. num.9.& infr. Dec. in præcitato conſilio, nu.3. verſic.Et pariter, Iaſ.in l.quique litigandi,§.prętor ait.num.13.d.tit.de in ius voc. Fran. Rip.in l.ſi vnquam,num.64.& ibidem Andr. Tiraqu. in verb.Suſceperit liberos,num.11.verſic. Nec etiam ſtatutum,vbi plures recenſet, C. de reuocan.donat.idem Rip.lib.3.reſpon. in 3.reſpon. Filia dotata,colum.3. Corn.conſ.85.Plura dubia,colum.1.lib.3. Dec.d.conſ.339.nu.3. verſ. Et pariter,ac conſil.52.Viſo eleganti conſilio, ſub nu.3.verſi.Quia ſtatutũ, conſuluitque Bal. conſil.24.Statuto,lib.1.& conſil.146.Titulus, col.1.eod.vol.Albert.Bruñ.in tract.quòd ſtantib. maſc.in 1.q.12.art. Franc. Viuius in Sylua commun.opin.lib.2.opiñ.812.Statutum excludens,num.37.verſ.Interpretatur octauo.

Contrarium autem defendendo huic textui & concluſionibus deſuper adductis poſſet reſponderi ,ex eo adoptiuos in feudis non ſucce-
33 dere, cum feuda † amore vaſallorum dentur, cap.1.tit.de feud.dato in vic.legis commiſſ.nec ſit ita veriſimile , quòd amor in extraneum de-
34 ſcendat,licet adoptiuum,ſicut in propriũ † ſanguinem,c.1.de duob.fratrib. de nou. beneſ. inueſt.c.fin.de l.Corrad.alioquin ex ſola diſpoſitione vaſalli poſſet in alium extraneum feudũ tranſire,contra c.1.in princ.tit.de ſucceſſ.feud. Secundò id contingere vt fraudes remoueãtur quæ faciliter committi poſſent, vaſallus enim morti proximus filium adoptaret, & ſic dominum vel agnatum excluderet, & conualeſcens adoptiuum poſſet emancipare , & ludibrio dominũ habere, hæc ſunt verba Præpoſiti in d. §. adoptiuus,in prin.verſ.Ratio quia cum dẽtur, allegantis in ſimili autoritatẽ Io.And. in addit. ad Spec.in tit.de ſucceſſ.ab inteſt.in fi. quòd ſola ciuilitas non conſideratur in feudo, ſicut nec ſola naturalitas, vt per eundem Præp. Alexandrinũ in §.naturales,d.tit. vel poteſt dici,quòd cum antiquiſſimo iure feudum nihil aliud eſſet
35 quam † vſusfructus, neque ad filios transferretur , tandemque à Conrado Imp. impetratum fuerit,vt filij nepotesque ad ſucceſſionẽ admitterentur, cum contra iuris rationem id receptũ fuerit, ad conſequentias producendum nõ eſt ; Vlterius ſatis conſtat feuda propriè non à parẽtibus,ſed à directis dominis,non ex paterna hæreditate , ſed ex dominorum beneficio & inueſtitura proficiſci, atque idcirco fidem & homagium à vaſallis præſtari, vt recognoſcant feuda ſe tenere non ab auis aut proauis , ſed ab ipſis directis dominis, & ob ipſam cauſam,beneficij
36 nomẽ † ſemper retinere,§.in primis,quib.mod. feud.amitt. & quia feudum perſonaliter beneficium eſt , & cũ perſona extinguitur , neceſſe eſt toties inueſtituram renouari,quoties patronus aut vaſallus renouatur,§.1.per quos fiat inueſt. §.nouã.Qui teſtes ſint neceſſ.§. 1. quæ fuit pri. cau.benef.amit.§.1.de capit.Conrad. Hinc dicit Bar.in Auth.ceſſante,poſt med. C. de legit. hæredib.feudum non diferri iure hæreditario ,
37 ſed ex beneficio † & prouiſione domini qui feudum cõceſſit,quem ſequitur Franc.Areti.conſ. 164.Diligenter & maturè,colum.6.nu.8.verſ. Et pro iudicantis inſtructione præmitto:proinde perabſurdum eſt, adoptiuum ad feudalia beneficia quæ aliundè quàm à parentibus profecta ſunt, iure adoptionis admitti ; vt perperam
38 hic text. extra feudalem materiam † ad terminos iuris communis allegetur , vt dicit Bart. in l.ut iuriſiurandi, §. ſi liberi, ſub num.5. verſic. Sed hoc ius,ff.de oper.libert.poſt Iacobum de Beluiſ. quem allegat.in c.1.tit. Epiſc. vel Abb. Bald.in c.1.in princ.colum.2. verſ. Nota quòd argumentum feudorum , vbi etiam gloſſ. 2. de feud. cogn. Alexan.conſil.106. Viſo themate, colum.pen.num.7.verſ.Tamen illud,lib.4.Iaſ. in l.1.nu.56.vbi rationem affert,C.de iur. emphyt.Dec.in l.1.in 1.lect.num.9.& in 2.nu.46. ff.ſi cert.pet.Pariſ.conſ.71. Simplex diuiſio bonorum,nu.53.lib.3.Curt.iun.conſil.26. Hieronymus,num.11.conſ.64. Præſupponitur,num. 14.Aemil.Ferrett.in l.qui manus,num.3.verſ. Cæterum , ff. de teſtamen. Ad id autẽ quod de emphyteuſi dictũ eſt, reſponderi poteſt ex traditis per Alex.d.conſ.106.nu.6. & 7.

Quantum ad ſtatutum attinet, clarum videtur non obſtare,cum enim ex parte ſęminarum
39 merum † odium cõtineat,l.maximum vitium , C.de liber. præterit. Bald. in l.certum, num.2. verſic.Et nota,C. unde cogn.Iaſ.in l.quod Seruius,col.1.ff.de condic.cauſ.dat.ultra quod ſtatuta ſtrictè intelligenda ſint ex ſui natura,l.conſtitutionibus,ff.ad municip.l.quod conſtitutũ, & utrobique Bar.ff.de teſtam.milit.& declarat Bald.in l.contractus,nu.2.C.de fid. inſtrum.dictumque ſtatutum non ſolum contra ius cõe, ſed etiam contra naturalem æquitatem cenſeatur,l.inter filios & filias,C.famil.erciſ. nõ mirũ ſi ad filios adoptiuos non porrigitur;Præſertim quia huiuſmodi ſtatutum non filios abſolutè, ſed maſculos ad ſęminarum excluſionem præ-
40 ferт,quæ quidem vox † ad agnatos deſcendentes tantum per virilem ſexum coarctatur,vt dicit Raynerius de Forliuio in diſp. incip. Quidam habens duos filios, quem Bald. ſequitur in l. Caius, colum. penult. verſic. Raynerius de Forliuio diſputauit , ff. ſolut. matrim. & in l. Gallus , §. etiam ſi parente , columna finali , verſic. Aut de hærede qualificato , ff. de liber. & poſthum. nomenque aſcendentium, nomen
41 appellatiuum † naturæ eſt , vt tradit Socinus , conſilio 251. Quoniam in præſenti conſultatione , columna 9. verſic. Succedit nunc quarta

difficultas,lib.ſecundo, per ea quæ tradit Bart. in l.tutelas,in princ.ff.de capit.dim. & ita Dec. argumentatur d.conſil. 399. num. 8. verſ. Poſtremò conſiderandum eſt.

Ex prædictis igitur conſtat vtranque opinionem diſputando defendi poſſe; Ego tamen ab
42 hac poſteriori Raynerij,† Cyni,Petri,& aliorũ in d.§. cum autem,recedendum nõ eſſe arbitrarer, tanquam cõmuniter recepta, veritatisque lumine ſuffulta concluſione: & ad hoc dicendũ moueor Primò,per tex.in l.cum in adoptiuis,in princ. C. de adopt. vbi Imperator adoptionis
43 fragilitatem in extraneũ † oſtendẽs ita inquit, Cũ enim tanta fragilitas eſt adoptionis,vt poſſit in ipſo die & filius fieri,& extraneus p emancipationem inueniri, quis patiatur iura patris naturalis nexu diuino copulata ludibrio defraudari? cum in hoc caſu & contradicendi filio ex iure veteri detur licentia, & inuitus tranſire ad aliam non cogatur familiam; Omnia igitur ſecundum quòd iam diſpoſuimus (cum ad extraneum patrem filius per adoptionem tranſfertur) maneant integra iura, ſiue ad inofficioſi querelam, ſiue ad alias omnes ſucceſſiones, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento quæ liberis deferuntur: vt & ipſe poſſit prodeſſe patri naturali, & ab eo naturalia debita percipere. Cur itaque dictum §.cum autem, ad huiuſmodi fragilem actum, qui naturalis pietatis fundamentum non retinet extendere volumus, ſi quæ naturalem æquitatem ac humanitatem reſpiciunt penes naturalem patrem tenaci nexu copulata remanſerunt? igitur cum adoptio in ſolatium
44 eorum † qui filijs carent introducta ſit, vt ſcribit Corn. conſil. 33. In hac quidem conſultatione num.octauo,lib. primo,ad nominis gentilitij conſeruationem, Quapropter & ſi quis teſtamento hæredem ſcripſiſſet,eumque iuſſiſ-
45 ſet ferre nomen ſuum, videbatur † adoptaſſe eum, velut Iulius Cæſar ſcripſit hæredem exdodrante Octauium,cumque in familiam, nomenque adoptauit vt Suetonius inquit, atque ipſe Octauius Tiberium ex parte dimidia, & ſextante, Liuiam ex parte tertia hæredes inſtituit, & nomen ſuum ferre iuſſit: quod in Iulio dixit,in familiam & nomen adoptare,id in Auguſto ferre nomen dicit Suetonius: idem in Tiberio à M. Gallio Senatore adoptatus hæreditate adita, mox nomine abſtinuit, quòd Gallius aduerſarum ab Auguſto partium fuerat,vt negari nequeat adoptionem ad gentilitium nomen perpetuandum fieri, & hoc vnum aut præ
46 cipuum adoptantis † propoſitum eſſe,vt hæredẽ ſibi nominis faciat; Quia verò (vt & hoc obiter dicam) nemo non libenter gentilitij nominis memoriam vſurpat, idcirco ſolebant adoptiui filij aliquod ſuæ gentis nomen retinere,
47 quod adoptitio † coniungerent, vt teſtatur Dion. lib. 47. de Auguſto loquens, Dictus eſt (inquit) Caius Iulius Cæſar Octauianus, is enim mos fuit illorum qui adoptarentur,vt cum nomine patris adoptiui gentilitiũ aliquod ſuũ retinerent, aliquantulum tamen immutatum, itaque non Octauius, ſed Octauianus appellatus eſt; Atqui poſtea ſunt in imperiũ adoptati, non ſemper adoptantis nomen ſibi adſciuerũt, Cæſaris tantum vſurparunt, non vt proprium aut gẽtile,ſed commune & Imperatoriũ, quod quomodo contigerit ex Dione & Tacito alibi explicandum eſt, nõ videtur vt ad rem redeam ſuper hac fictitia filiatione magnum fundamẽtum fieri poſſe ad extenſionem dicti §. cum autem, in adoptatos filios ab extraneo inducendam,quæ naturę auxilia requirit.

48 Secundò, nam verba naturaliter † non ciuiliter ſunt intelligenda,l.fin.C.de his qui ven.ætat.impet.& per adoptionem ſtatus perſonæ,vt Franciſcus Cõnanus Doctor eximius dicebat, ex nihilo oritur, non enim adoptio aliquem filium adinuenit, ſed ciuiliter ficteque facit natu-
49 ra † non cooperante, vt inquit Bald.conſ. 146. circa princ.lib. 1.igitur verba textus in d.§.cum autem,naturaliter aſſumenda ſunt,dum de libe-
50 ris meminit,filij nanque nomen† naturę eſt,nõ iuris,l.tutelas,in princ.ff.de capit.dimin. Ludouic.Gozadin. conſil. 4. Prima facie videtur dicendum,colum.3.num.14. verſic. Quartò corroboratur.

Tertiò facit,cum filiatio directè probari nequeat,l.Lucius,de condit.& demonſt. adoptio
51 autem † vel adoptiua filiatio per teſtes & inſtrumenta directè probari poſſit, vnde ſequitur, vt Corn. conſil.85. Plura dubia,num.ſecundo,libro tertio,inquit, adoptiuum propriè filiũ non eſſe,nec naturæ ſemina habentem, quæ in d. §. cum autem, circa extenſionem Imperatoriam conſiderantur,vt non immeritò ab hac naturali, vt ita dixerim, diſpoſitione, vel naturæ vim humanitatemque habente arceatur, filijque vero nomine nequaquam potiatur, iuxta tradita per Carol.Ruin. conſil. 87. Quia Matthęus reperitur,num.16.lib.3.

Quartò congruit idem tex.in d.l.cum in adoptiuis,§.ſed ne articulum, vbi Imperator extraneo adoptiuo patri licentiam tribuit nihil filio,
52 ſi voluerit,teſtamẽto ſuo† relinquẽdi,ſed quicquid ei reliquerit hoc liberalitatis ſit,nõ legitimo vinculo aſtrictũ, ceſsãte itaque naturali impulſu ceſſat etiam d.§.cum autem ratio,& ad filios adoptiuos extenſio, maximè cũ in materia
53 exorbitanti † verſemur,vt Io.de Imol.in l.filio præterito,col.9.verſ.Non obſtant, ff. de iniuſt. rupt.teſt.cadẽque ratio nõ militet, ſed penitus diuerſa, aliàs enim ex idẽtitate rationis extẽſio admittẽda eſſet,vt ſuo loco explicabimus.Cũq. filius adoptiuus imaginariã quandã & nouam

affectio-

affectionem, non priſtinæ cognationis diminutione aliter introducta, conſequatur, vt per omnia naturæ ſuæ filius aggregatus exiſtat, & hinc manifeſtiſſimum ſit acquiſitiones omnium rerum, quæ ad filiumfamilias peruenerint ſecun-
54 dum ius ciuile † non adoptiuo patri, ſed naturali vſque ad modum vſustructus perueniunt, & in ſacris patris naturalis remanent: ceſſante igitur amoris occaſione ceſſat dicta coniecturalis extenſio ex amore paterno potius pietateque proueniens: vt in vno tantummodo adoptio proſit, ne inquam inteſtati patris extranei adoptiui ſucceſſione filius defraudetur: & dictio illa taxatiua (tantūmodo) omnes caſus preter expreſſos excludat, Bart. in l. 1. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. & facit text. in l. nō ſolum, §. tale, ff. de liber. leg. Aut ſumus in filijs adopta
55 tis ab aliquo aſcendente inſtitutis † & grauatis, nunquid ſub huius legis diſpoſitione comprehendantur? & omiſſa diſputatione breuiter concludendum eſt, hoſce adoptiuos filios ſubſtitutum excludere, & ſub his legibus includi, ita dicit Soc. hic, col. 28. circa med. verſic. Infertur idem, eandemque opinionem ſequitur Frā ciſc. Mantic. in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 8. ſub num. 19. verſi. Idemque dicit, nam eodem modo cum vinculum ciuile ac naturale cō currat, in adoptantis poteſtatem tranſeunt, d. l. cum in adoptiuis, C. de adopt. §. ſed hodie, Inſtit. eod. tit. concurrente ergo naturali cauſa, atque accidentali, naturalis hoc operatur, quia ſunt deſcendentes, l. filio quem pater, cum ibi not. ff. de liber. & poſthum.

Secūdò vero caſu principali, dum quæritur,
56 an grauatorum filij adoptiui † ex coniecturali hac ſubintellecta conditione ſubſtitutum excludant, concludendum etiam eſt, ipſos ſubſtituti excluſionem non operari, ita tenent, Ang. & Iaſ. col. 5. ante num. 3. verſic. Primo modo, in d. l. generaliter, §. cum autem, vbi Dec. num. 16. & quamuis Iaſon conetur diſtinctione opiniones conciliare, infeliciter id aſſequitur, & ſic cō tra Fulgoſium & Cumanum concludere videtur, idem Dec. in l. precibus, col. 7. ſub num. 11. verſic. Et pro iſta differentia, C. de impub. & al. ſubſtit. Gulielm. de Benedict. in rep. c. Raynutius, in verb. Duas habens filias, nu. 149. & rurſus in verb. Si abſque liberis moreretur, in 3. limit. num. 10. extr. de teſtam. vbi Bartolum ſuper hac lege citat: idemque tenent Soc. hic colum. 28. verſic. Et hęc procedunt, Anton. Gabr. lib. 4. de fideicom. concl. 2. num. 53. And. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, num. 10. ibidemque Franciſc. Rip. q. 24. num. 64. verſic. Quarto facit, vbi communem opinionem eſſe dixit, C. de reuoc. don. Franciſ. Mantic. in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 8. ſub num. 18. verſi. Sed aduerte, dicens hanc ſententiam nullam prorſus dubitationem habere, ſeque putare in hoc caſu neminem diſſentire: & licet Gabrielius d. concl. 2. num. 53. adducat Decium in d. §. cum autem, col. 6. pro contraria parte, decipitur ſi rectè Decius inſpiciatur, d. num. 16. verſic. Et ideo videtur dicendum. Petrus Gregor. in Syntagm. iuris part. 3. lib. 42. c. 30. ſub num. 3. fol. 995. Socin. in l. ſi cognatis, col. 11. verſic. Primo enim infertur notabilis limitatio, ff. de reb. dub. Anton. de Padill. in d. l. cum acutiſſimi, num. 38. verſ. Tertio limitabis, text. Io. Saportell. hic, cap. 2. fol. 20. verſ. Communis hæc eſt omnium, eandem quoque tenēt Alex. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, col. 6. verſ. An autem habeat locum, ff. ad Trebell. Georg. Natta in c. quamuis, num. 146. de pact. in 6. Rolandin. in Flore teſtamentorum, rubr. 35. num. 30. Decius conſil. 399. Concluſionem plenè & ſubtiliter, in princ. Fortun. Garz. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 187. verſic. Quinto infero, ff. de liber. & poſthum. Rota Roman. deciſ. 124. Cum Illuſtriſſimus, col. 3. nu. 9. verſ. Quia lex cum acutiſſimi, lib. 1. Diuerſ. Natta in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, num. 83. C. de teſtam. Decian. d. conſ. 34. Quo ad illud, num. 14. lib. 1. & conſ. 1. Ex prædicta, nu. 43. eod. vol.

Ad hanc concluſionem roborādam pro fundamento aſſumunt, quòd ſi liberi adoptiui gra
57 uatorum ex expreſſa † conditione ſi ſine liberis deceſſerit, ſubſtitutum nō excludunt, l. fidei commiſſum, de condit. & demon. l. ſi ita quis, §. is cui, de leg. 2. & ratio duplex eſſe poteſt; Prima, cum tales filij adoptiui ciuiles dicantur, & ſic fictitij non autem veri filij, verba autem (vt dicebam) naturaliter debeant intelligi, d. l. fin. C. de his qui ven. ætat. impetr. Secunda vrgentior, ne ſit in poteſtate grauati ex ſuo facto ſubſtitutum eludere, cum facile alicui ſit filios adoptare, arg. l. nec ei, §. eorum, ff. de adopt. & vtrāque rationem affert, Curt. iun. conſ. 145. Facti contingentia, num. 21. poſt Raphaelem Cumanum in d. l. ſi ita quis, §. fin. poſt Bar. in d. l. ſi cognatis, col. 2. Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. in fin. & Alex. conſ. 2. Viſis codicillis, num. 3. verſ. Confirmatur, lib. 1. qui omnes in expreſſa conditione ſic concludunt, ac etiam Corn. conſ. 85. Plura dubia, nu. 2. lib. 3. etſi corruptè legatur, Dec. d. conſ. 339. Concluſionem, in princ. Carol. Ruin. conſ. 76. Viſo, num. 5. lib. 2. rurſus Alex. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, col. 6. num. 11. verſic. An autem, ff. ad Trebell. dum allegat tex. in d. l. fideicōmiſſum, prout etiam conſ. 40. Super primo dubio, col. fin. num. 14. lib. 4. idem Dec. in d. l. generaliter, §. cum autem, col. 6. num. 16. verſic. Vlterius tamen, & in cap. in præſentia, num. 33. in 4. limit. vbi Auguſtin. Bero. num. 293. verſic. Contra hanc concluſionem, extr. de probat. Gulielm. de Be-

de Benedict.in rep.cap.Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur,il 1.in 3.limit.nu.10. & in verb.Et vxorem nomine Adelaſiam,num. 740.extra de teſtam. & poſt multos quos allegat Franciſc.Mantic.in d. tract. de coniect. vlt. vol.lib.11.tit.8.num.4.& 5.Aſcan. Clemen.in tract.de patria poteſt.cap.5.num.11. quod alibi ſed magis congruo loco ſeriosius explicando, diſtinctione conciliabam, multo minus ex tacita conditione debent excludere,arg.d.l.precibus,& l.vlt.C.de inſtit.& ſubſtit.

Nec dicatur in propoſito circa legis diſpoſitionem verſari, ex ſubintelligentia inquam huius textus aliorumque conſimiliũ iurium,adeo quòd tunc verbo filiorum,vel parentum adoptiui comprehendãtur,l.3. §. prætor ait, iunct.l. adoptiuum, in princ.ff. de in ius voc. Nam reſponderi poteſt,in d.c.1.§.adoptiuus,ac etiam Inſtit.de excuſ.tut.in princ. in legis diſpoſitione eſſe, & tamen vt adoptiui regulariter in feudo non ſuccedunt, ſic ad tutelæ excuſationem non proſunt, quo ſit dicendum adoptiuos filio
58 rum appellatione non comprehendi † vbicunque eadem non adeſt ratio, vt Alex.in d.l.adoptiuum, in princ. & poſt cum Dec.in d.§.cum autem,num.16.verſi.Et vlterius,aduertunt:dictamque oppoſitionem, verba huius textus in fin.ibi, Quòd minus ſcriptum quàm dictũ fuerat inueniretur, proſternere adhuc videntur, Cumque vt dicebam iura prædicta naturalem pietatem requirant,quæ in naturali coniunctione radicatur,nõ mirum ſi adoptiui nõ proſunt, ad euitandam fraudem ſeu adoptionis commentum, quæ quidem fragilis ab Imperatore cenſetur.

59 Hinc eſt, † vt aliquid proximum huic Papiniani reſponſo afferam, adoptiuos filios ex l.ſi vnquam,C.de reuoc.donat. minimè donata reuocare,vt expreſsè voluit Paul.de Caſtr.in l.2. in fin.C.ſi in fraud.patron.& conſ.434. Reſpõdeo per ordinem,col.1.ſub'num.2.verſic.Præterea ſi aliud diceremus,lib.1.Alex.conſ.40.Super primo dubio,col.vlt.num.15.verſi.Nec puto etiam,lib.4.cũ allegatis per And. Tiraquell. in d.l.ſi vnquam,in verb.Suſceperit liberos,numer.2.verſ. Sed vt ad legem noſtram, qui latè articulum proſequitur, cumulat,& diſtinguit.

Retenta igitur dicta communi opinione, ipſam limitare poterimus, quoties adoptiui filij
60 eſſent † adoptati à teſtatore in locum nepotũ, vel à filijs grauatis ad inſtantiam patris teſtantis,ita limitat Socin. in d. l.ſi cognatis, col.11. verſic.Secus ſi fuiſſent, dicens hoc in illa litera probari, iuncta declaratione Bartoli ibi,col.1. verſic. Soluunt quidam, & ita D. Ioannem de Imol.in d.l.fideicommiſſum,inferre: quod perpetuò notandum videtur ſi verum eſt, vt cogitandum arbitrer, quicquid etiam ab opinione Bartoli non recedendo dixerint Franciſc. Rip. in l.ex facto,§.ſi quis rogatus, numer.34.ff.ad Trebell.& Andr.Tiraquel.in rep.d.l. ſi vnquã, in verb. Suſceperit liberos,num.23.verſic. Secundo limita notabiliter,& num.25.verſic.Verum Socinus ipſe,C.de reuoc. don.dicens Socinum in d.l.ſi cognatis,non fuiſſe auſum à Bartoli ſententia quam dicit communem, ſingularem & bene ſignandam recedere, & quæ in practica præualeret,quamuis(inquit)habeat difficultatem,vbi Tiraquell. ad feuda infert, vt per eum, allegantem ad eaſdem Socini limitationes Andream Barbat.in rep.c.Raynaldus, col. 29.extra de teſtam.Georg. Natt. in rep.c.quãuis,in 3.q.3.q. princ. verſic. In contrarium tamen facit,de pact.lib.6.& Hipp.de Marſil.ſing. 350.Damnum,verſic. Hoc tamen intellige verum,præcitatosque ſequi videtur Franciſ.Mantic.in eius eleganti tract. de coniect. vltim. vol. lib.11.tit.8.nu.6.verſic.Secundo quod dictum eſt: Sed iudicando,conſulendoque nec ego auderem à Bartolo raræ eruditionis viro recedere,præſertim quia cum eo alij graues Doctores ſentiant: ſat eſt,negocium in puncto iuris difficultate,vt ex præcitatis nonnulli præſenſere,ne quaquam carere,de qua re alibi.

HYPOTHESIS.

In arrogatis filijs tam expreſſam quàm tacitam ſiue ſubintellectam, Si ſine liberis deceſſerit conditionem nequaquam militare: & quantum ad tacitam in arrogato ab auo materno id limitari.

SVMMARIVM.

1 *L.cum auus,in arrogatis filijs locum non habere, & num. 53.*
2 *Filiorum appellatione ciuiles filios regulariter nõ contineri.*
3 *Cognationis nomen ciuile eſſe: ſed nu.5.inter ciuile ac naturale diſtingui.*
4 *Filiorum nomine, legitimos & naturales propriè comprehendi.*
6 *Arrogatos effici filios arrogantis: Suorum haeredum iura adipiſci: In poteſtatem patris arrogantis tranſire: In alienamque patris arrogantis familiam transferri: Inter arrogatos arrogantemque cognationem aſcendentium deſcendentiumque conſiderari: Legem punientem filium ſine venia patrem in ius vocantem in arrogatis etiam procedere: Arrogatos denique eiuſdem iuris eſſe cuius legitimi & naturales filij exiſtunt.*
7 *Arrogatos vniuerſaliter patri arrogatori defuncto ab inteſtato excluſis alijs agnatis ſuccedere: ſique*

ſique filij legitimi & naturales adſint, inſimul ad ſucceſſionem pergere, etiam ſi legitimi & naturales ante aut poſt arrogationem nati ſint.

8 *Arrogatum patrem ita è conuerſo arrogatis filijs ſuccedere.*

9 *Arrogatos vt naturales quarelare: idque inter puberem impuberemque diſtingui.*

10 *Dominium in arrogatos, vt in legitimos & naturales continuari.*

11 *Arrogatos teſtamentum arrogantis niſi inſtituantur vel exheredentur rumpere.*

12 *Arrogatione non ſic de facili ſubſtitutos, vt adoptione eludi poſſe.*

13 *Arrogare & filios legitimare eſſe de reſeruatis Principi.*

14 *Differentiam inter adoptionem & arrogationem afferri.*

15 *Principis auteritatem omnem fraudis ſuſpitionẽ excludere.*

16 *Impoßibilia apud alios cenſeri, quæ à voluntate Principis pendent.*

17 *Arrogationem impuberis cauſa cognita fieri.*

18 *Arrogationem impuberis inquiſitionem expoſcere: & quæ inquirenda ſint afferri.*

19 *Arrogationem impuberis inquiſitionem cognitionemque requirere, etiam ſi coram Principe fiat, niſi aliud velle exprimat: vel niſi Princeps ex certa ſcientia decretum interponat.*

20 *Arrogationem puberis cognitionem etiam expetere, ſed aliqualem imò leuiſſimam, vt nu. 21.*

22 *Arrogationem per procuratorem arrogantis confici non poſſe.*

23 *Arrogationem à iudice arrogantis ſolennizandã eſſe non autem arrogati.*

24 *Arrogatum filium propriè filium non eſſe, ſed fictum à lege inductum.*

25 *Arrogatum filium, ciuilem & legitimum nuncupari.*

26 *Arrogatis iura ciuilia verè, naturalia fictè concurrere.*

27 *Arrogationem in quantum poteſt naturam imitari.*

28 *Arrogatos imaginem filiorum gerere, veritatem autem naturæ non retinere.*

29 *Propriè tale non eſſe, quod per fictionem eſt.*

30 *Impoßibilia non cenſeri quæ à Principe pendent, ſi ſolita ſint concedi.*

31 *Culpa non carere qui à Principe dependentia non petierit.*

32 *Impoßibilia non cenſeri quæ à Principis voluntate pendent, cum voluntas ad actus validitatem neceſſaria eſt.*

33 *Impoßibilem cenſeri Principis gratioſam conceſſionem, non illam quæ iuſtitiæ fundamentum habet.*

34 *Argumentum de arrogatione ad legitimationem validum eſſe.*

35 *Arrogationem legitimationi ſimilem cenſeri.*

36 *Arrogatione veram legitimitatem induci.*

37 *Arrogationis & legitimationis ſimilitudinem in aliquibus verſari.*

38 *Legem in arrogatione circa ſubſtantiam filiationis diſponere, in legitimatione verò circa qualitatem.*

39 *Qualitatem cum ſubſtantia facilius induci.*

40 *Legitimatum plus eſſe, quàm arrogatum, ſiue adoptatum.*

41 *Legitimationem arrogatione fauorabiliorem exiſtimari.*

42 *Legitimum per legem diuerſis modis quempiam fieri, vt vno modo plus, alio verò minus conſequatur.*

43 *Argumentum à ſimili ita demum procedere, ſi ſimilitudo in eo ad quod fit comparatio verſetur, ſecus ſi ſint ſimilia ſecundum quid, & non ſimpliciter.*

44 *Similitudinem eſſe verum differentium eandem comparationem, ſeu qualitatem.*

45 *Similitudinem eſſe rectam adaptationem quando fit proceſſus ab vno particulari ad aliud, per aliquod vtrique commune.*

46 *Argumentationem à ſimili fortem eſſe rectè aſſumptam, aliàs autem fragilem, & claudicantem.*

47 *Argumentum à ſimili data etiam modica diſſimilitudine corruere.*

48 *Argumentum à ſimili non procedere, vbicunque ius naturale in aliquo læderetur.*

49 *Argumentum à ſimili per cõiecturam deduci, & in caſu non dubio ceſſare.*

50 *Argumentum ab æquiparatis non tenere ſi caſu aliquo æquiparatio ceſſare poßit, & data inſtantia conſequentiam corruere.*

51 *Æquiparatorum propoſitionem veram eſſe, vbi æquiparatio per viam regulæ proceßit.*

52 *Æquiparatorum argumentum in caſu tantum æquiparato, non in alijs procedere.*

54 *Arrogatos expreßa conditionis ſi ſine liberis deceßerit, defectum non inducere.*

55 *Arrogatos ab extraneo ſub ſtatuto fœminarum excluſiuo ſtantibus maſculis, non includi.*

56 *Arrogatos in emphyteuſi pro ſe & filijs legitimis ac naturalibus recepta non ſuccedere.*

57 *Arrogatos nec in feudo ſuccedere.*

58 *Arrogatos in feudo ſuccedere, ſi ad id Principis beneficio arrogati fuerint.*

59 *Adoptatos etiam ad feudi ſucceßionem admitti, ſi cum licentia Principis vt in feudo ſuccedere poßint, adoptati fuerint.*

60 *Naturales legitimatos in feudo quoque ſuccedere, ſi à Principe cum facultate in feudo ſuccedendi legitimati fuerint.*

61 *Principem etiam ſine cauſa iuri poſitiuo derogare poſſe.*

62 *Adoptatos cum licentia Principis in feudo ſuccedendi, non ſuccedere in feudo, ſi filiæ quæ in feudo*

feudo ex pacto poſſent ſuccedere adfuerint.

63 *L. cum anus, in nepote arrogato ab auo materno in filium procedere, cum in eo ciuile ac naturale vinculum concurrat, ſuusque patri efficiatur, & in ſuccedendo nihil à filys legitimis & naturalibus differat.*

64 *Arrogatum nepotem ab auo materno in filium ſub dicto ſtatuto fœminarum excluſiuo maſculis exiſtentibus comprehendi.*

65 *Arrogatum ab auo materno, & filium legitimũ ac naturalem, per modum regulæ ac extenſionis à iure antiquo, & quo ad patriam poteſtatem, & quo ad ſuitatem, & quo ad ſucceßionem ab inteſtato, ac etiam vt ratione præteritionis tanquam poſthumus rumpere teſtamentum poßit equiparari.*

66 *Arrogatum ab auo materno, nepoti ex filia non arrogato, ac etiam ſpurio legitimato præferri.*

67 *Arrogatum ab auo materno, & emancipatum, deindeque præteritum, vel exhæredatum, rumpere teſtamentum poſſe.*

68 *Arrogatum ab auo materno etiam poſt emancipationem, de familia conſanguinitateque aui arrogantis dici.*

CAP. XIII.

QVm de adoptiuis aliquid dixerimus, nunc de arrogatis inſpiciendum eſt, nunquid ſub diſpoſitione huius legis, & ſimiliũ ad ſubſtituti excluſionem intelligãtur, ſitque inter adoptiuos atq. arrogatos aliquod in propoſito diſcrimen; Et Soc. hic col. 28. verſic. Sed tu conſidera, in ea eſt ſententia, vt in arrogatis diſpoſitio huius contextus locum habeat, † & videtur idem ſenſiſſe Franciſc. Mantic. in trac. de coniect. vltim. vol. lib. 10. tit. 8. ſub num. 19. col. 10. verſic. Et hanc opinionem, & ante eum Andr. Barbat. in d.l. cum acutiſſimi, col. 112. verſic. Nec etiam videtur verum, & infra. 1

Et pro hac opinione facit Primo text. in l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. vbi Vlpianus inquit, ꝙ ſi cognatis legatum ſit, & quis teſtamenti facti tempore cognatus non fuit, mortis tempore factus eſt per arrogationem, facilius legatum conſequitur: & ideo Bart. ibi dicit appellatione filiorum ciuiles † filios non contineri, per text. in d.l. ſi ita, §. ſi cui, de leg. 2. ſubdens hoc inde cõtingere, cum non fiant filij facto teſtatoris, ſed facto alterius: ſed in d.l. ſi cognatis, ob id cognatos ciuiles venire, cum facto teſtatoris fiãt, ibidemq. Raphael Cuman. allegat l. ſi quis poſthumos, ff. de liber. & poſthum. & Andreas Siculus hoc nouum & mirabile eſſe dicebat, ſequitur ergo quòd cum iſti arrogati fiant facto teſtatoris, is enim filium arrogauit inſtituitque rogando vt poſt eius mortem alteri reſtituat, conditio ſi ſine liberis deceſſerit, tacitè ſubintelligatur. 2

Si tamen oppoſitum ſequi volumus, hic textus poteſt ex intentione Franciſci Aretini in d. l. ſi quis poſthumos, in prin. col. 2. verſic. Vnde Bartolus, faciliter euitari, quòd aliud eſt quando cognatis legatur, & aliud quando de filijs mentio fit, nomen enim cognationis † ciuile eſt, quod patet cum in ſeruum non cadat, l. 1. §. 1. ff. vnd. cogn. ſicut & nomen agnationis, vt dicit text. & ibi per Bar. in l. tutelas, in princ. ff. de capit. dimin. & plenè declarat idem Bart. in l. pronunciatio, §. familiæ, verſic. Quædam ſunt, ff. de verb. ſign. nõ mirũ igitur ſi verba ciuiliter ſignificantia facilius actum ciuilem complectuntur, quàm verba naturalem actum importantia. 3

Vel latius Aretini ſenſum declarando, ex intentione Socini dicendum eſt, quòd licet filij nomen naturalis ſit, tamẽ ſub hoc nomine propriè naturales † & legitimi includuntur, primũ probatur in d. l. tutelas, ſecundum in l. filium eum definimus, ff. de his qui ſui ſunt vel al. iur. nomen autem cognationis inter ciuilem & naturalem diuiditur, l. non facile, ff. de gradib. & vbicunque cognationis mentio fit, tam ciuilis quàm naturalis † comprehenditur, hanc regulam ponit text. in l. 1. §. 1. in verb. Vbicunque, ff. vnd. cogn. non mirũ itaque ſi in relicto facto cognatis, ciuiles etiam includuntur, cum propriè cognati ſint, vt de arrogatis tradit gloſ. in c. 1. de cogn. leg. vbi Henric. de Bohic, prope fin. col. 1. & Præpoſit. traditque Soc. iun. conſ. 32. Viſis & bene conſideratis, num. 2. lib. 1. quando autẽ de filijs mentio fit, ciuiles non veniunt, cum propriè filij non ſint, quemadmodum in propoſitis terminis contingit, vt parum concludenter & incõgruè textus in d.l. ſi cognatis, ab Andrea Barbatia, & Socino allegetur. 4

Secundò, vt omnia ferè vno fundamento cõſtringam, adduci poteſt quòd arrogati, † filij arrogantis efficiuntur, l. Iuriſconſultus, §. tranſeamus, ff. de gradib. Socin. iun. d. conſ. 32. Viſis, col. 1. num. 3. lib. 1. ac etiam ſui hæredis iura adipiſcuntur, l. certum, in princ. ff. de iniuſt. rupt. teſt. l. cum in adoptiuis, in princ. verſic. Sui hæredis habere iura, vbi Bald. not. C. de adopt. l. 1. §. ſuos, ff. de ſuis & legitim. Ioan. de Anan. conſil. 27. Viſo caſu, num. 3. Martin. Garrat. Laudenſ. conſ. 53. Spectabilis, in princ. fol. 218. Socin. iun. d. conſil. 32. colum. 2. ſub d. num. 3. tranſeuntque in poteſtatem patris arrogantis, §. illud proprium, vbi Ang. Aretin. aduertit, in princ. Inſtit. d. tit. de adopt. Bald. in d.l. cum in adoptiuis, in princ. col. 1. circa fin. Hieronym. Gabriel. conſ. 22. Thomas Campegius, num. 22. ac in alienam patris arrogantis familiam transferri dicuntur, Ioan. de Anan. d. conſ. 27. 5 6

ſub

ſub num.3.idem Gabriel. conſ. 113. Bartholomæus Papius,num. 21.Auguſtin. Bero. conſil. 159.Cum Almericus,num.7.lib.2.vt etiam inter arrogatos & arrogantem cognatio aſcendẽtium deſcendentiumque conſideretur, gloſ. in c. 1. de cogn. leg. vbi Henric. de Bohic, propè fin.col.1.& Præpoſit.Socin.iun.d.conſ.32.Viſis & bene conſideratis, nu.2.lib.1.Iexque poenam filio ſine venia patrem in ius vocanti irrogans, in filijs arrogatis procedat,l.adoptiuum, in princ.ff.de in ius voc.Socin.ibidem, num.12. & Roland.de Vall.conſ.18.In præſenti conſultatione,nu.25.lib. 2. Et denique arrogati eiuſdem iuris ſunt, cuius legitimi & naturales exi-
7 ſtunt, Nam vniuerſaliter † patri arrogatori defuncto ab inteſtato excluſis alijs agnatis ſuccedunt,ſique filij legitimi & naturales adſint, inſimul ab inteſtato ad ſucceſſionem pergunt,l.ſi te parens,C.de ſuis & legitim.l.nec ei,§.præterea,& l.ſi arrogator,ff.de adopt. Socin.iun.conſil.100.Pro habenda,num.33.lib.2.§. at ij qui, Inſtit.de hæredit.quæ ab inteſtat.defer. Hieronym. Gabriel.d.conſil.113.num.4. etiam ſi legitimi & naturales nati ſint ante vel poſt arrogationem,d.l.ſi te parens,Ioan.de Anan.d.conſil.27. Viſo caſu, in princ. Iaſ. in d.l. ſi arrogator,num.12.Aretin.in §.pen.in fin.d.tit.de hæredit. quæ ab inteſt. defer. Gabriel. vbi ſupra, num.24. & Andreas Tiraquell.in tract. de iure primogen.q.84. num.2.Sicut etiam filio arro-
8 gato pater arrogator † ab inteſtato ſuccedit, §. mortuo autem filio, Inſtit. de acq. per arrog. Iaſ. conſ.141.Circa primum conſultationis articulum, numero 5.lib.4. Qui etiam quærelant
9 vt † naturales ſi abſque cauſa exhæredentur,vt per Martin.Laudenſ.d.conſ. 53. in princ.intelligendo quòd quamuis impubes quærelam nõ habeat, quoniam ex conſtitutione Diui Pij quartam conſequitur, l. Papinianus,§.pen.de inoffic.teſtam.tamen pubes cui ex dicta conſtitutione quarta non debetur quærelam habet, §.tam autem,Inſtit.de inoffic.teſtam.Iaſ.in d.l. ſi arrogator,num.56.Gabriel.d.conſ.113. numero 22.

Et in ipſos vt in legitimos & naturales domi
10 nium † continuatur, Aretin. in §. adoptio, in princ.Inſtit.de exhæred. lib.Gabriel.vbi ſupra, num.23.Et quòd arrogatus teſtamentum arrogantis rumpat niſi inſtituatur vel exhęredetur,
11 † Inſtit. quibus mod. teſtam. infirm. in princ. Cyn.in l.2.C.de adopt.Benedict. Capr. conſil. 100.Cum prout in facto, in princ. Vnde videtur in præſenti quæſtione concludendum, ſtantibus inquam prædictis,quòd arrogati ſub hac Lege ad ſubſtituti excluſionem omnino includantur ex quo tot & tanta à iure conſequun-
12 tur; Præſertim quia in arrogatione † ceſſat illa facilitas eludendi ac fraudandi ſubſtitutum, ratioque ex d.l. fideicommiſſum, de condit. & demon.& d.l.ſi quis ita,§.1.de leg.2.deſumpta
13 cum arrogare filiosque legitimare, † ſit de reſeruatis Principi,Spec.in tit.de legato, §.nunc oſtendendum,verſic.Duodecimo,Capr.d.conſil.105.num.5.Signorol.de Homod.conſil.39. Quæritur,col.2.verſic.Sed arrogatio,vbi inter adoptionem & arrogationem diſcrimen conſti-
14 tuendo, dicit maius eſſe, † cum quis ſui iuris exiſtens alterius poteſtatem intrat, quàm cum ille qui ſub vnius poteſtate eſt, ſub alterius poteſtate conſtituitur,l.non eſt nouum, ff. de act. empt.l.hæredes,§.ſi pluribus, ff. famil.erciſc. l. vnic.ff.de bon.poſſ.ex teſtam. milit.coniungendo l. ex eo,ff.de milit.teſtam.& in arrogatione, Socin.iun.d.conſ.100. Pro habenda, num.35. lib.2. Vnde cum arrogatio(vt eſt dictum) Principis autoritate fiat,l.2.ff.de adopt. Stephanus Bertrand.conſ.175.Non dubito,num.7.lib. 1.
15 omnem † ſanè fraudis ſuſpicionem excludit, l. omnium, C.de teſtam. & inſuper quæ ab auto-
16 ritate Principis pendent † impoſſibilia cenſentur, l. apud Iulianum,§. fin.ff.de leg.1. Dyn. in cap.Deo dicatum,de reg.iur. Bald.in c.ad hæc, tit. hic finit. lex, Franciſcus Aretin. in l. continuus,§. illud,in princ.de verb.oblig. Signorol. d.conſil.39.colum. 2. verſic. Tertio impoſſibilium, Pariſ.conſ.7. Et ſi in præſenti cauſa,num. 18.lib.1. Ferrett.conſ.5. Quidam miles,num.9. Celſ. Hugo,conſ.44. Eſt quoddam,nu.2.conſil.111. Omiſſa ſerioſa facti narratione, num.18. Præſertim quia vt impuberis arrogatio cogni-
17 ta † cauſa fieri debet, §. cum autem impubes, Inſtit. de adopt.l.nec ei,§.cui eorum,ff.eodem tit.l.cauſa cognita,vbi gloſ. & Alexan. de vulg. & pupill. gloſ. in l. non aliter,ff.d.tit.de adopt. l. cum eum quem, C. eod. tit. imò adhibenda
18 ingens ac magna eſt inquiſitio, † gloſ.Salyc.& alij in l.2.C.eod. Placen.in ſumma,Gulielmus de Benedict.in rep.c.Raynutius,in verb. Vxorem,num.171.de teſtam.& quemadmodum magiſtraliter Hieronym.Gabrielius inquit,inquirendum eſt non ſolum de his quę ad vtilitatem pupilli pertinent,nempe quæ facultates vtriusque ſint, qui mores eius qui arrogare vult,qua cauſa moueatur, num affectio vel cognatio inter eos intercedat, d.l.nec ei, in princ. & §. eorum, de adopt. §. cum autem impubes, Inſtit. eodem tit.Sed etiam de aliquibus perſonam arrogantis concementibus, nempe num minor ſexaginta annis ſit, vt liberis potius procreandis ſtudere debeat, numve liberos habeat, vel alios arrogarit, d.l.ſi pater familias, §. fin.& d. l. nec ei, §.præterea,Pariſ.conſil.29.Cato, numero 35.verſic. Suadetur etiam,lib.2. vbi ſcribit, de ætate potiſſimum inquirendum, iccirco vocari debent etiam conſanguinei eius qui arrogandus eſt, non pro eorum intereſſe, l. cum

adoptio,

adoptio,de adopt. ſed vti defenſores pupilli,vt de rebus neceſſarijs iudicem inſtruant, l.2. vbi omnes, C.de adopt.Iacob.de Are. in l.adoptio non iure, de adopt. Alberic. in d.l.nec ei,§. eorum, & ſi cõſanguinei non adſint,amici vel alij à quibus iudex inſtructionem recipere valeat, iuxt.l.2. C. de his qui ven. æt. impetr. Alberic. in d.§.eorum, Etiam ſi arrogatio coram Prin-
19 cipe † fiat, niſi Princeps aliud velle exprimat, gloſ.in l.non enim aliter,de adopt. Bal.& Odofred.in d.l.ſi pater familias,§.fin.de adop.idem Bald.in d. l. non enim aliter, num. 3. vbi limitat, Niſi Princeps ex certa ſcientia authoritatem,& decretum interponat, & eſt text. in d.l. C.de adopt. traditque Hieronym. Gabriel. d. conſ.22.num.34.vbi num.36.declarat arrogationem per Principem quatuor modis fieri, vt per eum; Sic etiam in pubere aliqualis cauſæ
20 cognitio † requiritur,d.l. ſi pater familias,§.ſi. cum legibus ſequentibus, de adopt. vbi Alberic. declarat, diſpoſitionem eiuſdem §. fin. puberi etiam communem eſſe, licet Gabrielius, conſil. 23. Arbitror arrogationem leuiſſimam
21 in pubere cognitionem † ſufficere aſſerat,num. 4. vbi requiſita proſequitur; Et tanti eſt pon-
22 deris † vt per procuratorem arrogantis confici non poſſit, l. poſt mortem, vbi Bartol. ff. de adopt. cum adductis per Socin.iun. d. conſilio 100. Pro habenda,num.40. lib.1. triplicem rationem egregiè reddentem: à iudiceque arro-
23 gantis† ſolennizandam eſſe,non arrogati atteſtantem, num. 35. quod etiam tradit Carolus Ruin.conſ.147. De pluribus, num.3. lib.5. de hacque difficultate arrogationis reſpectu adoptionis,idem Ruin.conſ.173.Proponitur, ſub num.20.lib.2.

Hæc ſecunda ratio multis contexta propoſitionibus non vrget, nam negari non poteſt filium arrogatum propriè ac verè filium non eſ-
24 ſe,ſed fictum † à lege inductum,vt tradit Ioan. de Anan.conſ.17.Cum viſo,num.7.verſi. Hoc
25 probatur, & ſic filium ciuilem † & legitimum, Capr.conſ.108. Cum vt præſupponitur,num. 19. Vnde Bald.in d.l.ſi arrogator,colum.3.dicebat, in arrogato iura ciuilia verè & naturalia
26 fictè concurrere, † quem referendo ſequitur Hieronym.Gabriel.d.conſ.113.num.27. licet-
27 que arrogatio naturam † imitetur inquantum poteſt,l. adoptio,ff. de adopt. §.minorem, Inſtit. eod.tit. Socin.iun.d.conſ.100. num. 42.libro 2. tamen arrogatio nexum illum naturalẽ ex quo reſultat pietas inductiua diſpoſitionem huius textus non operatur, nõ mirum ſi patria poteſtas non inſpiciatur in propoſito, ſed ſola cauſa naturalis, nec etiam ſufficiat quòd quis ab inteſtato ſuccedat, ſed teſtantis voluntas ac votum requiritur, quod videtur deficere cum verba teſtatoris (vt dicebam) naturaliter & verè non autem fictè debeant intelligi: iſti enim arrogati imaginem filiorum gerunt,ſed verita-
28 tem naturæ † non retinent,l. filio quem pater, de lib. & poſthum. quodque per fictionem eſt
29 tale,non dicitur† propriè tale,l.lege Cornelia, in fin.de teſtam.

Non obſtat quòd in arrogatione non conſideretur illa facilitas ſubſtitutum fraudandi, cũ à Principe fiat, & quæ à voluntate Principis pendent quo ad alios impoſſibilia credantur; Nam reſponderi poteſt, Primò quòd quæ ſoli-
30 ta ſunt per Principem † concedi impoſſibilia non reputantur, Franciſc. Aretin. in d.l.continuus,§.cum quis,circa princ. de verbor. oblig. Matth.de Affict. in cap.1.num.75. de prohib. feud.alien. per Lothar. Deo. in l. 1.num.31.ff. de offic.eius,Natta conſ.60.num.10. Soc. iun. conſ.51. Eleganter & doctè, ante fin. num. 10. verſic.Nec verum eſt, lib.1. Franciſcus Burſat. plures allegans conſ. 56. num.24. Auguſtinus Bero.conſ.140. Præſentem conſultationem,numero 28.lib. 3. conſ. 143. In cauſa quæ coram arbitris,num.6.lib.1.Ioan.Petr.Surd.conſ.90. Presbiter Bartholomæus, num.40.& eſt text. in l.qui cum maior,§.1.ff.de bon.libert.& Aretin.allegat alium text. in l.1. ff. de his quæ pœnæ nom. Quod adeo verum eſt,vt quis non ex-
31 cuſetur † à culpa cur à Principe dependens nõ petierit, Bald. conſ. 395.Pro Domino Dynaldo,col.1.lib.2. Paul. de Caſtr. conſ. 432. Viſis omnibus ſupraſcriptis,col.3.circa med.libro 1. Aym. Crauett.conſ.121.Scripſi aliàs, col.3. nu. 10.verſic.Ad iſtud reſpondeo, Secundò quòd pendentia à voluntate Principis impoſſibilia
32 non cenſentur, † cum voluntas Principis ad actus validitatem neceſſaria eſt, puta ſi pater ſpurium filium inſtitueret ſi legitimabitur, Socin.in l.quidam relegatus,colum. 3. verſic. Secunda eſt,ff.de rebus dub. vbi exemplificat, & concordantes allegat, traditque Bald. in l.1. in princ.C.de inſtit.& ſubſtit.ſub condit.fact.pro quo dicto Baldi, Socinus in loco prædicto eſſe caſum ibi conſiderabat, non voluntas Principis reſtituentis ſeu impetratio reſtitutionis ad validitatem legati neceſſaria erat, quod aliàs tanquam incertum non valebat, licet Socinus quo ad illud de ſpurij inſtitutione ad eundem met Baldum alibi ſe remittat, remque clarius extricare conetur,vt per eum. Tertiò,dicta propoſitio vera eſt,quando cõceſſio Principis gra-
33 tioſa † eſſe debet,ſecus ſi iuſtitiæ fundamẽtum haberet, vt probatur ex ijs quæ notabiliter voluit Cyn.in l.fin.C.de ſentent.paſſ.& Bart.in l. cum quis, §. ſi pro reo, ff. de ſolut. Propterea cum arrogatio ſit de ſolitis per Principem concedi, & eius voluntas ad actum validandum ſit neceſſaria, non ſit etiam gratioſa, ſed iuſtitiæ fundamentum retineat, arrogationis impetratio iu-

tio impoſſibilis cenſeri non debet; Non obſtat cauſæ cognitio, nã volenti impedimentum non affert, nec huiuſmodi difficultas ſolennitatem debitam reſpiciens in iure conſiderabilis eſt. Minime vrget ſi diceretur arrogationem legitimationi ſimilẽ videri, eique æquiparari, & con-
34 ſequenter † argumentum de arrogatione ipſa ad legitimationem validum eſſe, gloſ. in l. 1. ad fin. ff. ad municip. Bart. in l. Gallus, §. nunc de lege, ff. de lib. & poſthum. vbi Andr. Alciat. in §. forſitan, n. 15. Ludouic. Roman. conſ. 194. In propoſita concluſione, in 4. dub. Carolus Ruin. conſil. 173. Proponitur, num. 19. lib. 2. & conſ. 71. Quamuis, num. 3. lib. 3. Rol. de Vall. conſ. 96. Decreueram, nu. 29. lib. 3. conſ. 88. In cauſa, num. 16. lib. 1. Et iura loquentia de arrogatis habere locum in legitimatis, l. iubemus, in fin. C. de natural. lib. & Alciatus d. num. 15. ſcripſit. Nam reſpondetur, quòd etſi arrogatio
35 legitimationi † ſimilis ſit, vt dicit Bald. in l. 1. col. vlt. C. de iur. aureor. anul. per text. in d. l. iubemus, idem Bald. in l. filius à patre, §. 1. verſic. Addè quintum modum, ff. de lib. & poſthum. Iacob. de Beluiſ. in auth. quib. mod. natur. effic. ſui, in princ. col. 2. verſic. Quæritur nunquid legitimatus; & in Diſput. quam ibi poſuit, col. 3. verſic. Secundò eodem argumento probatur, per text. in l. non putauit, §. ſi quis emancipatum, ff. de bonor. poſſ. contratabul. Alexand. in rubr. num. 3. d. tit. de liber. & poſthum. In
36 tantum quòd per arrogationem † veram legitimitatẽ induci dixerint, gloſ. Inſtit. de adopt. in princ. Franciſc. Aretin. in l. ex facto, in princ. colum. 12. verſic. Quòd autem legitimatus, de vulg. & pupill. Socin. in l. Gallus, §. ſi eius, colum. 4. verſic. Sed vltra, Carol. Ruin. conſ. 67. Viſo themate, col. 3. ante nu. 5. verſic. Sed ſicut ille modus, li. 3. eõſ. 75. Quia de pluribus quæritur, n. 14. verſic. Et idem quoque vult, & n. 19. conſ. 76. In quæſtione quæ proponitur, n. 14. in fin. verſic. Non enim ſecundum eum, conſ. 79. Primò videndum eſt, n. 3. verſic. Quemadmodum inducitur, conſ. 94. Vt eius de quo quæritur, num. 11. verſic. Sicut etiam, eodem lib. 3. Rol. de Vall. d. conſ. 96. num. 28. uerſic. Ideo aliud, lib. 3. Hæc ſimilitudo ſiue æquiparatio,
37 non † in omnibus uerſatur, ſed in aliquibus, ut dicit Ruin. dicto conſ. 173. num. 19. lib. 3. ſicut enim arrogatur is qui ſui iuris eſt, l. 2. ff. de adoptio. ita legitimatur natus illegitimè, qui in alterius poteſtate non eſt, §. fin. Inſtit. de nupt. & §. generaliter, auth. quibus mod. natur. effic. ſui. Item ſicut legitimatio eſt de reſeruatis Principi, ut not. in §. fin. auth. dicto tit. & in §. illud, ac traditur in cap. per uenerabilem, qui filij ſint legitim. ita & arrogatio, dicta l. 2. de adopt. Et ultra prædicta ad inſtar eorum qui legitimantur arrogati in poteſtatem arrogantis una cum filijs ſuis & bonis eorum etiam prius quæſitis ſaltem quo ad uſumfructũ hodie tranſeunt, §. illud, Inſtit. de adopt. & l. ſi paterfamilias in princ. ff. cod. Vnde cum in propoſito nulla adſit inter ipſos ſimilitudo, non poteſt à ſimili argumentum deduci uel ab æquiparatis; Nã lex in arrogatione circa ſubſtantiam filiationis
38 diſponit, † quia efficitur filius qui non erat, in legitimatione autem ſtante filiationis ſubſtantia additur qualitas, quia de illegitimo fit legitimus, ut dicit Nicol. de Neap. in l. excuſare, ff. de excuſ. tut. cuius lectura cum alia Bartoli reperitur, ut ualde differant ceſſante illa naturali ſanguinis coniunctione in ipſa arrogatione, hancque differentiam conſiderant, Iaſ. in d. l. Gallus, §. forſitan, colum. 4. uerſic. Adde quod alio modo, & Soc. iun. conſ. 100. Pro habenda, nu. 45. lib. 2. quicquid in cod. §. forſitan, nu. 15. in contrarium uoluerit Andreas Alciatus, & iſto reſpectu facilius lex legitimationem concedit quã arrogationem, ut Nicolaus de Neapoli aſſerebat, cum facilius inducatur qualitas inſi-
39 mul † cũ ſubſtantia, iuxta not. in l. talis ſcriptura, §. fin. in gloſ. fin. ff. de leg. 1. cum ſimil. adeo
40 quod uerum ſit plus eſſe legitimatum † quàm arrogatum ſiue adoptatũ, ſeque habere uti excedentia & exceſſa, Bald. in l. ſi te parens, C. de ſuis & legitim. dicens legitimatum naturalia primordia habere, nam eſſe ſpurium quoddam uelamen eſt propter quod filius non dicitur, tamen ipſa generatio non poteſt aboleri: ſimileque notatur in l. manumiſſiones, ff. de inſtit. & iur. traditque Iaſ. conſ. 40. Abſolui alias, colum. antepenult. uerſic. Non obſtat etiam dum obijciebatur, lib. 3. Subdens legitimationem fa-
41 uorabiliorem † arrogatione cenſeri, poſt Bald. in l. neque abſens, in fin. ff. de adopt. & Iaſonẽ ſequitur Rol. de Vall. conſil. 96. Decreueram, num. 30. uerſic. Imò legitimatio lib. 3. qui de Socino iuniore meminit; Nec inconueniens hoc uideatur, quia uarijs diuerſisque modis filius per legem fieri legitimus poteſt, & plus uno modo concedi quam alio, ita quòd uerè legitimus uno modo plus habeat, & factus ue-
42 rè legitimus † per alium modum minus conſequatur, vt declarat notabiliter Carol. Ruin. conſ. 94. Vt eius de quo quæritur, ſub num. 10. col. 6. uerſic. Quia uarijs modis, lib. 3. Non eſt itaque uis facienda in ſimilitudine, Primò cum huiuſmodi argumẽtatio ita demum procedat,
43 ſi ſimilitudo in eo ad quòd † cõparatio fit uerſetur, quando autẽ duo ſimilia ſunt ſecundum quid & non ſimpliciter, tunc a ſimili argumentatio non procedit, ſi in eo in quo comparatio fit ſimilitudo non adſit, ut uolunt Archid. Dominic. & Præpoſit. in c. relatum 37. diſtinct. & apertius Abb. Panormit. Io. de Imol. Felyn. & cæteri, in c. translato, de cõſtit. rurſus Panorm.

in c.conſtitutus, in 3.not. de appell. ſimilitudo enim ſecundū Io.Andr.in c.non poteſt,de prę-
44 ben.lib.6.in nouell.allegantem Boetium ſuper Topica Ciceronis,eſt rerum differentiū † eadē comparatio ſeu qualitas; Hinc dixit Bal.in l.1. in princ. ff.de iuſt.& iur.quod ſimilitudo eſt re-
45 cta adaptatio quādo fit proceſſus † ab vno particulari ad aliud particulare, per aliquod vtrique cōmune exiſtēs,puta per eandē rationem, l.his ſolis,C.de reuoc.donat.& l.non ſolum,§. qui primipilū, vbi pulcher text. ff.de excuſ.tut. Sique argumentatio rectè ſumatur fortis habe-
46 tur,† aliàs autem fragilis valde eſt,ac vno pede claudicans, vnde data etiā parua diſſimilitudi-
47 ne argumentatio † nō currit, vt voluit Anton. de Butr.in rep.c.fin.col.50.de conſuet.cum igitur nulla in hoc particulari identitatis ratio adſit nullaque ſimilitudo nexu naturæ ceſſante, meritò dicta argumentatio non procedit nec conſtans eſt.

Secundò,argumentum à ſimili nō tenet,vbi
48 in aliqua parte ius naturale † lędederetur,vt ſingulariter ſcribit Bald.in c.1.ante fin.tit.an agn.vel fil.Paul.de Caſtr.in l.lege xij.tabul.C.de legit. hæredib. ſed ita intelligendo & arguēdo ius naturale lędederetur,tribuēdo arrogatis & ciuilibus filijs vel legitimis,quod ex naturali pietate filijs naturalibus debetur, ergo à ſimili argumētatio inefficax redditur. Tertiò,vt dicit idē Bald.in l. data opera,n.11.verſic.Nā argumentum,C.de
49 ijs qui accuſ.non poſſ. argumentū † à ſimili eſt argumentū ex coniectura,& ideo in caſu nō dubio hoc argumentū coniecturale ceſſat, vt not. in auth.quas actiones,C.de ſacroſ.eccleſ.& facit l.cōtinuus,§.cum ita,de verb.oblig. cum in incertis nō certis locus cōiecturis tribuatur,ſed coniectura nunc deſumpta ab altera potentiori eliditur, veriſimile enim eſt teſtatorē non ſic arrogatos (vt eſt dictum) diligere vt naturales,in quibus ſanguinis influens ratio viget, nō ab re igitur eadē argumentatio claudicat; Et ita etiā æquiparationis argumentū ſubmouetur atque tollitur, Primò,nā non indiſtinctè omnique caſu procedit, taleque prędſuppoſitum ſemper verum non eſt, & quia aliquo caſu poteſt ceſſare,
50 ab eo † non eſt arguendū,vt dicunt Raph.Fulgoſ. & Salyc. in l.mancipia, C. de ſeru.fugitiu. aliosque allegat Dec.conſ.291. Viſis,n.7.& ſic data inſtantia corruit cōſequentia, c.ſicut vrgeri, 1.q.1. & inſtātia diuerſa ex hoc textu colligitur,& ex d.§.cum autē, cum ibi not. Secundò,
51 illa propoſitio † volens quòd duo æquiparata,&c. procedit quādo per viā regulæ ęquiparata ſunt, vt dicit Franciſc.Aret. in l.Gallus, §.& quid ſi tantū, in 4.not.de lib.& poſthum. Soc. in l.ſi mihi & tibi, §.regula,de leg.1. & Recent. in l.2. eod.tit. quæ quidē æquiparatio ſeu exæquatio nullibi reperitur. Tertiò, obiectio tolli-
52 tur,nā illa regula in caſu † ęquiparato procedit & non in alijs, ſique in caſu indiuiduo æquiparatio vniuerſalis eſſet,vt dicūt Ludou. Roman. conſ.179.Ampliſſimè Doctor,verſic.Tertiò reſpondet, & Matthefilan.in tractat.extenſionis, col.6. Veriorē itaque ac etiā tutiorem opinio-
53 nem ſuperiori contrariā † eſſe exiſtimo, quòd arrogati ſub diſpoſitione huius textus nō intelligantur, nec ad ſubſtituti excluſionē proſint;
54 Nā ſi in expreſſa conditione † ita cōcludit eminentiſſimus, ac ſubtiliſſimus Doctor Franciſc. Aret.in l.ex facto,col.10.verſic.Sed iſta reſpōſio nō videtur omnino ſufficiēs, à qua ſanè ſententia non recedit ex ijs quæ tradit ibi,Plus tamen placent reſpōſiones præcedentes. Mouetur Aretinus, nam quod ipſe teſtator in caſu & fortuna poſuit, vtrū ſcilicet grauatus ſine liberis decedat, non debet ex facto ſiue voluntate grauati pendere: Et in hac lege conditio tacitè ſubintelligitur tanquam plus dictum & minus ſcriptum;ipſumque ſequitur Franciſc.Mantic. in tract.de cōiect. vlt.vol.lib.11.tit.8.col.2.ſub n.4. & ante eum notabiliter idē concludit Soc. ſen.conſ.226. Quæſtio prędſentis cōſultationis, col.5.n.7.in fin.lib.2.multo fortius hoc in tacita & à lege ſubintellecta conditione quæ in naturali pietate omnino reſidet concludendū eſt.

55 Propterea filij arrogati † ſub ſtatuto fœminarum excluſiuo maſculis exiſtentibus non in-
cluduntur, vt ſcribunt Io.de Anan. d.conſ.27. Cum viſo,col.1.n.5.& infr.vbi Ludouic.Bolognin.in addit.n.9.& infra Iaſ.in l.in ius vocari, §.prætor ait,in 7.not. num.13. verſic. Hinc eſt quòd ſtante ſtatuto,ff.de in ius voc.& Soc.iun. d.conſ.32. nu.9. lib.1. Nec in emphyteuſi pro-
56 ſe & filijs legitimis ac naturalibus † recepta ſuccedunt, Hieronym.Gabriel.conſ.91.Bartholomæus accepit,col.1.in princ. Nec etiam in feu-
57 do † ſecundum Socin. iun. conſ.95. Quia prędſentis conſultationis, num.35. verſic. Et circa arrogationem, lib.3. Quamuis arrogatos per
58 Principis beneficiū in feudo † ſuccedere poſſe affirmauerit Andr.Alciat.conſ.11.In quæſtione propoſita, in princ.lib.3. Sicut etiam Bald. Aluarott. Cardinal.Alexandrin. & communiter feudiſtę in c.1. §.adoptiuus,ſi de feud.fuer. controuerſ. limitant illum text. non procedere
59 in filio adoptato † cū licentia Principis,vt poſſit in feudo ſuccedere, talis enim filius erit habilis ad ſucceſſionem feudi. Quod quidem confirmatur per ea quæ habentur in §. naturales, dicto tit. vbi gloſ. ac ceteri omnes concludunt,
60 quòd licet naturalis legitimatus † in feudo non ſuccedat, tamen ſi ſit legitimatus à Principe cum poteſtate ſuccedendi in feudo, tunc vtique ſuccedere poterit, cum diſpoſitio dicti §. naturales, ſit de iure poſitiuo, cui Princeps
61 etiam ſine cauſa † derogare poteſt, & vtrun-

que

que eleganter tradit Curt. iun. conſ.138. Habita diligenti ac matura conſideratione, col.2. ſub nu.6. verſic.Cum igitur,& in naturali legitimato tradit Alciat. d.conſ.11. num.2.

Quod intelligendum eſt vt per Andream de Iſern. in d.§. adoptiuus, & Cardinal. Alexandrinum, vt ſi ſint filiæ quæ ex pacto in feudo ſuccedere poſſunt, nec iſte quidem ita adopta-
62 tus † excludit, quin potius ab ijs excluditur. & Andream,ac Prępoſitum ſequitur Tiraq. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, num.12. verſic. Tamen hæc limitatio,C.de reuoc. donat. quanquam etiã cum filia ſuccedit in feudo, hoc intelligitur maſculis deficientibus,non aliàs,c.1.§.filia,ff. de ſucceſſ. feud. & Andreas Tiraquell.in prędicto loco admonet.

Opinio tamen Socini hic,vera ac concludẽs
63 fortaſſe videretur, in nepote † arrogato in filium ab auo materno, nam cum in eo ciuile naturaleque vinculum concurrat, §. ſed hodie, Inſtit.de adopt.§.ſed ea omnia,Inſtit.de hęred. quæ ab inteſt. qui etiam ſuus patri arrogatori efficitur,§.pen.Inſtit.de adopt.l.cum in adoptiuis,circ.fin. C.eod.tit.§.in noſtra autem, d.tit. de hęred.quæ ab inteſt.defer. in ſuccedendo nihil differt à veris legitimis & naturalibus,ac cũ eis pariter ab inteſtato ſuccedit, l.ſi te parẽs, & ibi Bart.C.de ſuis & legit.gloſ.in verb.ab inteſtato, in d.§. ſed ea omnia, Auguſt. Bero. conſil.13. In ſententiam, n.3.lib.2.conſ.14. Nihil. nu.3. & conſ.15. Pro reſponſione,n.7.cod.vol.

Et ideo nepos iſte ab auo materno arroga-
64 tus ſub ſtatuto † fœminarũ excluſiuo continetur,vt voluere Corn.conſ.85.Plura dubia,n.4. & infr.lib.3.ac Bero.d.conſ.13.n.4. cum in eo (vt eſt dictum) iura naturalia & ciuilia,necnon iura ſuitatis ac ſucceſſionis concurrant, quæ in vere legitimo ac naturali confluunt & reperiũtur: & d.conſ.14.nu.3.& 6. dicit nulli dubium
65 eſſe, per modum regulæ & extenſionis † à iure antiquo æquiparari filium vere legitimum & naturalem, filiumque ab auo materno arrogatum, & quo ad patriam poteſtatem, item quo ad ſuitatem, ac etiam quo ad ſucceſſionem ab inteſtato, vt in dictis iuribus: Necnon vt tanquam poſthumus effectus rumpere teſtamentum poſſit ratione præteritionis, vt per Alex. in rubr.in princ.n.2.ff.de liber.& poſthum.vbi Socin. & propterea ſub ſtatuto comprehendi virtute æquiparationis inter eos factæ extenſiuè, & per modum regulæ, per id quod voluit gloſſ. & ibi Bart.Bald. & alij in l.ſi quis ſeruo, in finalibus verbis, C. de furt. ibique Paul. de Caſtr. multum eleganter dicit, hoc fieri non per extenſionem actiuam ſed paſſiuam.

Hinc eſt primò, quòd iſte ab auo materno
66 arrogatus † præferri debet nepoti ex filia non arrogato, quia etſi vinculũ naturæ in illo adeſſe dicatur,non tamen ciuile; Secundò quòd ipſe concurrens cum ſpurio legitimato, illi etiã præferendus eſſet, in ſpurio enim legitimato nomen filij naturale non concurrit, auth. ex complexu, C. de inceſt. nupt. ſed duntaxat filij nomen ex legitimatione, vt vtrunque ſcribit Bero. d.conſil.15. Pro reſponſione num.2. ſubdens nu.3. & 4. quòd licet ſimpliciter adoptatus ſeu arrogatus ab extraneo poſt emancipationem nomen filij perdere dicatur, taliter quòd exhæredatus vel pręteritus teſtamentum rumpere non poſſit: tamen ſecus eſſe in arro-
67 gato † ab auo materno,qui ſi emancipatus fuerit & poſt emancipationem præteritus vel exhæredatus, teſtamentum arrogatoris rumpere poteſt, prout contingeret ſi filius legitimus & naturalis præteritus fuiſſet, vt inquit gloſ. in verb.Admittantur,in §.minus,Inſtit.de hęred. quæ ab inteſt. per text.expreſſum in l.2.§.adoptiui autẽ, ff.ad Tertyll. per quod apparet etiã poſt emancipationẽ huiuſmodi arrogatum de
68 familia conſanguinitateque † aui arrogatoris intelligi, l.2.in fin. de ſuis & legit. Et quamuis Petr. de Anchar. conſ.290. In ſucceſsione ab inteſtato, col.2. poſt med. uelit legitimatũ potentius ius habere in ſuccedendo contra teſtamentũ quàm arrogatum, ei multipliciter valideque reſpondet Bero.in prędicto cõſilio n.6. uerſic. Nec aduerſatur,ut inſiſtendum non arbitrer; Et quo ad comprehẽſionem ſub ſtatuto prædicto, quicquid dixerint in contrarium & de communi atteſtati fuerint Moderniores in d.l.ſi unquam, pro arrogatis tamen ab auo materno magis communem opinionem ſtare ſcribit Albert. Brun. in tract. quòd ſtantib.maſcul. in 5.concl.quæſt.13. & de eadem atteſtatur Auguſtin. Bero. d.conſ.15.num.11. & 13.

HYPOTHESIS.

Spirituales filios à comprehenſione ſub hac l.cum auus, ex vera opinione Interpretum ominò arceri.

SVMMARIVM.

1 *Andream Barbatiam communes ac veras opiniones ſæpe impugnaſſe, & nouas quæſtiones adinueniſſe, & num.28.*

2 *Filios ſpirituales ſub diſpoſitione l.cum auus, non includi, nec ſubſtitutum excludere.*

3 *Coniunctionem magnam inter leuatum, & leuantem à ſacro baptiſmatis fonte, oriri.*

4 *Patrem ſpiritualem pro filio aut ex fonte ſacro ſuſcepto, vel pro eo quem in chriſmate tenuit non teſtificari; Sed vide nu.10. 12. & 13.*

5 *Filiationem ſpiritualem, reſpectu ſucceſſionis nihil operari.*

6 *Filiationem ſpiritualem, cognationemque, reſpectu matrimonij efficacem eſſe: cum contrahendum impediat, & iam contractum dirimat.*
7 *Cognationem ſpiritualem per catechiſmum, impedire matrimonium contrahendum, ſed iam contractum non dirimere.*
8 *Impedimentum ex cognatione ſpirituali reſpectu matrimonij proueniens, maius eſſe impedimento carnalis cognationis.*
9 *Romanam Eccleſiam ſuper cognatione ſpirituali nunquam diſpenſaſſe.*
11 *Edictum de teſtibus, certarum perſonarum prohibitorium eſſe: vt quæ prohibita non reperiuntur admiſſa cenſeantur.*
14 *Filium ſpiritualem compater alere in egeſtatem collapſum teneri; & num.15.*
16 *Adoptiuum filium alendum eſſe.*
17 *Spiritualem filium, compatremque recuſari poſſe, ſi ex his aliquis index exiſtat.*
18 *Iudicem ex leuiſſima cauſa recuſari poſſe, & n.19.*
20 *Patrem in cauſa filiorum, familiaque iudicem attenta eius qualitate eſſe poſſe.*
21 *Patrē ſpiritualē in ius abſque venia non vocari.*
22 *Socerum, & ſocrum diſſoluta etiam affinitate, in ius ſine venia vocari non poſſe.*
23 *Reuerentiā, diſſoluta etiam affinitate perdurare.*
24 *Patrem ſpiritualem, filiumque in ſolidum conueniri nequaquam poſſe.*
25 *Patrem ſpiritualem pro leuato ex ſacro fonte, apud Deum fideiubere.*
26 *Patrem ſpiritualem occidens perindē teneri ac ſi patrem naturalem interemiſſet.*
27 *Filium ſpiritualem pro iniuria offenſaque patri ſpirituali illata admitti.*
29 *Filios ſpirituales, in expreſſa ſi ſine liberis deceſſerit conditione, ſubſtitutum non excludere.*
30 *Cognationem ſpiritualem, ad ius reuerentiale referendam eſſe.*
31 *L. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. in filijs ſpiritualibus non procedere.*
32 *Auth. res quæ, C. commun. de legat. diſpoſitionem, in filijs ſpiritualibus conquieſcere.*
33 *Spirituali cognatione perſonas coniunctas, ſine mandato pro coniunctis non admitti.*
34 *Verba in teſtamentis, naturaliter ac propriè, non autem fictè aſſumenda eſſe.*
35 *Ciuiliter factum, naturali facto non æquipollere: Si teſtator ad ſolitū naturaliter fieri ſe retulerit.*
36 *Patrem, filiumque de naturali intelligi.*
37 *Spiritualis cognatio nunquid in baptiſmatis reiteratione contrahatur, remiſſiuè.*
38 *Minorem annis decem & octo non poſſe aliquem de ſacro fonte leuare.*
39 *Cognationem ſpiritualem per procuratorem contrahi non poſſe, & num.40.*
41 *Cognationē ſpiritualē inter Iudæos non contrahi.*
42 *Franciſcum Connanum Iuriſconſultum Pariſienſem laudari.*

CAP. XIIII.

MVLTAS ac varias in iure ciuili quæſtiones Andreas Barbatia nimis ſubtiliter propoſuit, opinionesque edidit, quas ſi reticuiſſet compreſſiſſetque, maxima profecto moleſtia careremus: cum ſi velut penitus inutiles ac ieiunas illas poſteriores Iuriſconſulti præteriiſſent, occaſionē aliquibus fortaſſe eaſdem aut amplectendi, aut de ijs valde dubitandi præbuiſſent, vt congruentius fuerit illas creſcentes non ſolum
1 ſuccidere, ſed radicitus conuellere atque extirpare: ſtuduit Andreas † iuridicas ac veras ſententias impugnando, & quaſdam nouas ſed fallaces opiniones ſæpe conſtruendo æternitatem nominis ſibi comparare, illius exēplo qui Dianæ Epheſiæ tēplum incendit, vt veteres teſtantur, interque eius ſimiles quæſtiones illa etiam conſpicitur, nunquid hæc lex in filijs ex ſacro fonte leuatis quos ſpirituales vocat, locum ſibi
2 vendicet; Et affirmatiuam ſententiā † ipſemet Barb. in d.l.cum acutiſſimi, col.112. verſic. Nihilominus hoc eſt mihi dubiū, C. de fideic. pertinaciter amplexus eſt, quē ſequi videtur Andr. Alciat. in l. Gallus, §. forſitan, ſub n.22. verſic. Pro ea tamen facit, ff. de liber. & poſthum.

Ad hanc opinionem probandam inducitur Primò, nā inter leuatum & leuantem in baptiſ-
3 mo magna coniunctio † oriri dicitur, quemadmodum ſcribit idem Andr. Alciat. conſ.2. Tria principaliter, n.26. lib.1. quod ex text. in c. ita diligere, 30. q.3. elicitur, vbi Nicolaus Pontifex reſpondens ad cōſulta Bulgarorum ſic inquit: Diligere debet homo eum qui ſuſcepit ipſum de ſacro fonte, ſicut patrem, & facit gloſ. in c. ſeq. incip. pyctatium, in verb. Multo magis, dicens arg. illius text. patrem ſpiritualem magis diligendum eſſe quàm carnalem: cui conſimilis eſt gloſ. in c. qui dormierit, 27.q.2. copulā ſpiritualem magis quàm carnalē eſſe aſſerens. Ex qua quidē ſpirituali coniunctione uarias illationes Doctores afferunt, quæ ad noſtræ quęſtionis deciſionem facere videntur. Prima eſt, nā ſicut carnalis pater teſtis pro filio eſſe nō poteſt, §. pater, Inſtit. de teſta. l. parentes, C. de teſtib. l. teſtis idoneus, ff. eod. tit. ita nec pater ſpi-
4 ritualis, † pro eo quē ex ſacro fonte ſuſcepit aut in chriſmate tenuit, Bal. in l. generaliter, in fin. alib. verbis, ver. Ex ſimilitudine, ff. de in ius voc. Raph. Fulg. in l.4. §. prętor ait, eod. tit. Salyc. in l. ſi quis alumnā, in fin. C. de nupt. & in d.l. teſtis idoneus, n.1. Alex. cōſ.143. Quoniā abundè, col.2. num.6. lib.2. conſ.34. Viſo proceſſu, col. penult. num.8. lib.3. Matth. de Affict. in conſtit. Mores diſſolutè viuentium, col.2. verſic. Tri-

ſic. Trigeſimò repulſatur, tit. de aleat. Stephan. Bertrand. conſ. 177. Viſo proceſſu, n. 13. lib. 2.

Sed hæc ratio debilis eſt atque inefficax, vt aliæ omnes illationes parum ad terminos huius contextus conferunt, quas certè referre diſplicet, hæc enim ſpiritualis filiatio per baptiſmum aut confirmationem reſpectu ſucceſſionis † non conſideratur, vt tradunt Bald. in auth. niſi rogati, num. 19. verſic. Sed tunc quęro, C. ad Trebellian. Anton. in capit. tranſmiſſæ, extra qui fil. ſint legitim. Panormit. in cap. tanta, colum. 3. eod. tit. & Cardin. Alexandrin. in cap. per venerabilem, §. quod autem, fol. 11. in fin. 5. quæſt. princ. Gulielm. de Benedict. in rep. capit. Raynutius, in verb. Et vxorem nomine Adelaſiam, num. 761. verſic. Et tales etiam, extr. de teſtamen. Benedict. Capr. conſil. 108. Cum vt præſupponitur, col. 3. num. 18. verſic. Sunt & ſecundo, Nicol. de Vbald. de Peruſ. in tract. de ſucceſſ. ab inteſtat. fol. 3. num. 9. verſic. Septima & ultima ſpecies, & fol. 11. col. 2. verſic. De filijs ſpiritualibus. Ludouic. Bolognin. in addit. ad Matheſil. in eodem tractat. fol. 8. in addit. incip. Vltimus gradus, num. 81. verſic. Quid autem in filijs nullibi enim reperitur iſtos filios ſuccedere, ſed ut dicit text. in dicto cap. ita diligere, inter fratres & filios ſpirituales gratuitam ſanctamque communionẽ adeſſe, quæ dicenda non eſt conſanguinitas, ſed habenda ſpiritualis proximitas, gloſ. autem in d. cap. pyctatium, ad textum relata, quo ad abſtinentiã à matrimonio intelligẽda eſt, Cum ergo (inquit) à propria conſanguinitate iubemur abſtinere, multo magis à ſpirituali; Spiri-
6 tualis enim filiatio per baptiſmum † uel confirmationem impedit matrimonium contrahendum & iam contractum dirimit, capit. 1. de cognat. ſpirit. in 6. capit. ueniens, cap. Martinus, extr. eodem tit. cap. de eo quod interrogaſti, 30. quæſt. 1. cap. ſi unus, 30. quæſt. 4. Federic. de Sen. conſ. 15. Quæſtio talis eſt. Syndicus, in princ. Dec. conſil. 501. In ciuitate, col. 1. Nicol. Bellon. conſ. 74. Domina Barbara, nu. 2. Boer. conſ. 20. nu. 16. Cognatio uero per Cate-
7 chiſmum † impedit, non dirimit, c. per Catechiſmum, d. tit. de cogn. ſpirit. in 6. Præpoſit. in rubr. extr. eod. col. 3. in 5. q. & Io. Andr. in c. cõtracto. Impedimentumque hoc ex ſpirituali co-
8 gnatione circa matrimoniũ † maius eſt quàm ex cognatione carnali, ut inquit Panormit. in c. fin. col. 3. extr. de purg. can. ab eaque magis abſtinendum cum nobilior ſit & dignior, per c. 1. & d. c. pyſtacium, Vnde ſubdit, Eccleſiã Ro-
9 manam † nunquam diſpẽſaſſe legitur circa cognationem ſpiritualem, quamuis ſæpe diſpẽſet circa carnalem, quod ſingulare eſſe dicit Felyn. in c. at ſi clericis in fin. princ. de iudic. & Philip. Dec. conſ. 462. Viſa legitimatione, colum. 1.

Non obſtat Baldi authoritas in d. l. generaliter, vt pater ſpiritualis non ſit teſtis pro filio
10 ſpirituali, nam contrarium † dixit in d. l. parentes, & ibidem Salyc. n. 2. quos ſequuntur Alex. ſibi parũ conſtans conſ. 42. In cauſa, n. 18. lib. 2. conſ. 125. Viſo, n. 5. lib. 4. conſ. 237. Perſpectis, n. 8. lib. 6. Corn. conſ. 61. Viſa copia, col. 3. lib. 3. Iaſ. in l. apertiſſimi, in fin. C. de iudic. in §. pœnales, n. 68. de action. Veronẽſ. conſ. 5. In quæſtione, n. 11. in ciuilib. Dec. conſ. 43. An reus, col. fin. Aufrer. in tract. de reprob. teſtiũ, verſic. Pater. Curt. in tractat. de teſtib. concl. 30. Carol. Ruin. conſ. 81. Viſo proceſſu, col. 7. n. 19. lib. 3. Stephan. Bertrand. conſil. 300. Nobilis, in fin. lib. 2. conſ. 50. Ex forma, lib. 3. Petr. Plac. lib. 1. epit. delict. cap. 40. num. 11. Aym. Crauett. conſil. 169. Opponitur, in princ. Modern. Pariſiẽſ. ad Philipp. Decium, in cap. cum ſpeciali, nu. 6. de appell. Io. Crot. conſ. 3. Reperitur, nu. 20. idemque tradunt, Bart. conſ. 92. In quæſtione, col. 3. verſic. Nec obſtat, Franciſc. Aretin. in c. cum oporteat, col. 3. de accuſ. Felyn. in c. cum nuncius, col. 1. verſic. Et in quantum, extr. de teſtib. Lanfranc. de Orian. in rep. c. quoniam contra, in materia teſtium, fol. 13. de probat. Gulielm. de Benedict. in d. cap. Raynutius, in verb. Et vxorem nomine Adelaſiam, nu. 767. Viglius Phryſius, in §. pater, in gloſ. 1. in fin. Inſtit. de teſtam. Edictum enim de teſtibus prohi-
11 bitorium † certarum perſonarũ eſt, vt omnes quæ expreſſe prohibitæ non reperiuntur teſtificarique vetitæ, admiſſæ cenſeantur, l. 1. ff. de teſtib. gloſ. in l. quoniam, in verb. Anguſtetur, C. de hæret. Hoſtienſ. in ſumm. §. Quis poſſit eſſe teſtis, Dec. in c. placuit, n. 7. extr. de teſtib. Stephan. Bertrand. conſ. 212. Suppoſita, n. 9. li. 1. Andr. Alciat. conſ. 42. Vera eſt concluſio, nu. 2. lib. 2. Laurent. Syluan. conſ. 16. Quæritur, n. 4. cum itaque nullibi compater à ferendo teſtimonio arceatur, ſequitur ipſum admitti debere. Gloſſis autem ac iuribus præcitatis ex quibus proximitas cognationis ſpiritualis deducitur, reſpondet etiam Alex. d. conſ. 125. ante nu. 5. lib. 4. Licet in hoc aliqui tenuerint, compatris
12 teſtimonium ‡ non reijci vt præcitati affirmãt, ſed tamen eius fidem diminui vt non omni exceptione maior teſtis dicatur, Raph. Fulgoſ. cõſil. 11. Emphyteuta, in princ. Alex. d. conſ. 237. nu. 10. lib. 6. Curt. ſen. in d. tract. de teſtib. d. cõcluſ. 30. Andr. Alciat. in l. 1. num. 2. C. de in ius voc. & conſ. 2. Viſis atteſtationibus, n. 8. lib. 6. Franciſc. Rip. in l. admonendi, nu. 181. ff. de iure iur. Io. Cephal. conſ. 169. Statutum Mediolani, num. 15. lib. 2. Quod quidem contradictores habet, Corn. dicto conſil. 61. colum. 3. poſt med. verſic. Oſtenſo itaque, Aym. d. conſ. 169. num. 2. Et Veronenſ. d. conſil. 5. col. 3. vbi dicit, compatrem omni exceptione maiorem eſſe

in cauſa matrimoniali quæ grauis cenſetur, Abb. in cap.ſi pro debilitate, in vlt.not. de offic. deleg. Nec denique deſerunt qui hoc iudi-
13 cis arbitrio † demandarunt, Dec.in d.cap.cum ſpeciali, in princ.num.6. & Iacob.Menoch. in tractat. de arbitrar.iudic. qq.in 1.part. caſ.100. num.4. Hoc tamen propoſitam quæſtionem non reſpicit, cum multi à ferendo teſtimonio arceantur qui propterea ad ſuccedendum non admittuntur, huiuſmodique prohibitio reuerentialis ſit non naturalis, quæ ius ſucceſſionis tribuat, ſuper quo laborandum non videtur, nam communiter ſic Doctores ſentiunt.

Secundò affertur, quòd quemadmodum pater filium etiam emancipatum alere tenetur, l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, ff. de liberis
14 agnoſc. ita etiam pater iſte ſpiritualis † filium ex ſacro fonte ſuſceptum in egeſtatem collapſum alere debet, ſecũdum Bald.in d.auth. niſi rogati, num.19. Ioan.Fabr. in l.1. C. de alen. liber. Philipp.Franc. in cap.1. de cogn. ſpir. in 6. Nicol.de Vbald.in d.tract. de ſucceſſ. ab inteſtat. vbi ſupra, Andr. Barbat. in cap.Raynaldus,colum.37. de teſtamen. Catellian.Cot. in memorab. incip. Commater, Franciſc. Rip. in d.l.ex facto, §.ſi quis rogatus, num.43. & Ludouic.Gozadin. conſ.13. In hac cauſa, col.2. num.18.

Hæc ſecunda ratio, quæ ius naturale attingere videtur facillimè reijcitur, nã maior pars
15 præallegatorum Scribentiũ ſubdubitanter † loquuntur, prout Gulielm.de Benedict.in d.cap. Raynutius, in verb. Et vxorem nomine Adelaſiam, num.767. aduertit, vbi contrarium ſentire indicat, Et eſto hunc filium in ſubſidium
16 alẽdum fore, adoptiuus † quoque alitur, vt dicit Bald.in d.auth. niſi rogati, num.19. in fin. vt hinc ad ſubauditionem tacitæ conditionis inferri nullo modo poſſit, cum vt Gulielmus dicebat, iura omnia parentum liberorumque in vniuerſum in his filijs locum non habeant, præter illa quæ reuerentiam præcipiunt.

Tertiò, nam ſi compater aut filius ſpiritua-
17 lis alicuius cauſæ iudex ſit, † ab aduerſario recuſari vt ſuſpectus poterit dicta coniunctione attenta, Specul.in tit.de appellat.§.nunc dicamus, verſic. Circa hoc autem, in 2.part. Ioan. Andr. in cap.Romana, §.quòd ſi obijciatur,& ibi Dominic.colum.2.eodem tit.in 6. Ioan.de Imol. in cap.prudentiam, de offic.deleg.Iaſ.in l.apertiſſimi,col.3. C.de iudic.poſt eundẽ Imolam in cap.cum ſpeciali,colum.8. vbi Abb. colum.2. verſic. Et pone exẽplum, & Dec.etiam colum.2.d.tit.de appellat. ac Philipp.Franc.in cap.poſtremo, colum.vlt. eodemmet tit. Reijcitur & hoc fundamentum, cum iudex ex qua-
18 uis leuiſſima † cauſa recuſari poſſit, vt not. in cap. inſinuante, & in cap. cum R. Canonicus, de offic.deleg. l.apertiſſimi, C.de iudic.& facilius iudex quàm teſtis, cum plures iudices quã teſtes reperiantur, Ioan. de Amic. conſ.74. In proceſſu agitato, n.11. nõ mirum igitur ſi compaternitas recuſationem operetur: licet Io.Andreas in d.cap. Romana, §.quòd ſi obijciatur, de appellat.lib.6. hoc dubium eſſe ſcripſerit,& Gulielm. de Benedict. in ſępius citato c. Raynutius, in verb. In eodẽ teſtamento relinquens, 2.nu.20. ita demum id recipiat, ſi ex more pa-
19 triæ † ex compaternitate tanta inſurgeret amicitia, ſicut ex conſanguinitate inter propinquos, tanquam amicitia tunc magis conſideretur quàm cõpaternitas; Quinimò Andreas Tiraquell. Doctor egregius Pariſienſis, in rep.l.ſi vnquam, C. de reuocat. donat. in verb. Suſceperit liberos, num.37. in fin. in ampliſsimo Senatu Pariſienſi hanc recuſationem non admitti teſtatur. Vtque obiter hoc dicam, quamuis non poſsit quis in cauſa filiorum familięque iudex eſſe ob affectionis ſuſpicionem, vt in l. qui iuriſdictioni præeſt, ff. de iuriſdict. omn.iudic. tamen quando quis talis eſſet qualitatis, ob quam præſumeretur ſuſpicionem veriſimiliter
20 ceſſare, † poſſet eſſe iudex ſuſpitionis præſumptione excluſa, per aliam ipſam pręſumptionẽ, arg.l.non omnis, §.final.ff.de re milit. & l.3. in princ. vbi bonus textus, in verſic. Nam etſi careat ſuſpitione, ff.de teſtib.Io.de Amic.d.conſil.74. num.10.

Quartò dicunt, quòd prout pater legitimus & naturalis non poteſt abſque venia in ius vo-
21 cari, ita † nec pater ſpiritualis per leuatum filium ex ſacro fonte, Gulielm.de Cun. Angel. Paul.de Caſtr.Roman. Alexand. Iaſ. & cæteri vno ore, in d.l.generaliter, Ang.& Raph.Fulg. in l.adoptiuum, per illum text.ff.de adopt. Philip. Franc. in d.cap. poſtremo, Paris de Puteo inſignis luriſconſ.in tract. Syndicatus, in verb. Suſpicio, colum. fin. cum adductis per Andr. Tiraquell. in d.l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, nu.28. verſic. Ex his fit, eſtque communis opinio, quicquid Io.Petrutius de Monte Sperell. aliter ſenſiſſe videatur. Initio dicebam omnes haſce rationes friuolas eſſe valdeque à remotis, cum & aſſumptum iſtud de venia impetranda ius quoddam reuerentiale concernat, plures enim non poſſunt in ius ſine venia vocari qui tamen ad ſuccedendum non admittuntur; Et quamuis (vt dicebam) Gulielmi de Cuneo ſententia communiter recepta ſit, vt teſtatur Alexand. in d.l. generaliter, ſub nu.3. verſic. Tamen non diſcedo à communi, adhuc diſputando dici poteſt, dictam opinionem difficultate non carere, & contrariam tenet Ioan. Fabr. in §.pęnales, verſic. Et in eum, dicens id iure non caueri, ſed tutius eſſe veniam petere, ibi. Quid de patrino, Inſtit.de action. idemque

tenet

tenet Ludouic. Roman. ſibi inconſtans, in l. ſed etſi hac, §. prætor, ff. de in ius voc. maior enim coniunctio viget inter fratres, quàm ſit cum eo qui eſt de ſacro fonte leuatus, & qui eũ leuauit, & tamen inter fratres actio famoſa locum habet, puta actio de dolo, & ſic poſſunt in ius ſine venia vocari, l. filius, ff. de dol. iunct. d. §. prætor. Et vt dicebat Andr. Tiraquellus, Ioannis Fabri maxima eſt authoritas; Vlterius hoc de filio leuato ex ſacro fonte adoptiuorũ argumento Gulielmus de Cuneo & cæteri deducunt, per text. in d.l. adoptiuum, Sed adoptiuus filius ſub hac lege non includitur, vt in ſuperioribus inſpeximus, meritò nec filius ſpiritualis, vt venia ſoli reuerentiæ tribuenda ſit, quemadmodum Alexan. in d.l. generaliter, in princ. aſſeruit, vbi hinc inferebat, quòd diſſolu
22 ta etiam affinitate † ſocer & ſocrus nõ poſſunt in ius ſine venia vocari, per text. in §. ſocrum, in l. qui parentis, iuncta lege præcedenti allegata ibi in gloſ. quæ iura de affinitate diſſoluta loquuntur: ad idem text. in l. pen. ff. de iur. dot. Nec obſtat text. in l. cui eorum, §. affinitatis, ff. de poſtul. quia quotieſcunque aliquid affinibus conceditur alio reſpectu quàm prppter reuerentiam principaliter, tunc habet locum quod in d. §. affinitatis dicitur, ſecus ſi reſpectu reuerentiæ aliquid concedatur, vt in propo
23 ſito, nam reuerentia † etiam diſſoluta affinitate vel coniunctione perdurat, vt conſtat ex l. alia, §. eleganter, ff. ſol. matrim. & l. vnic. §. cum autem, C. de rei vx. act.

Quinto allegatur, huiuſmodi perſonas con-
24 ueniri non poſſe niſi in quantum facere † valeant, quemadmodum nec parentes aut filij naturales, vt concludit Io. Fabr. in §. ſunt præterea, verſic. Sed etſi quis, colum. 1. Inſtit. de act. quem ſequuntur ibi, Io. de Plat. Ang. Aretin. col. vterque 1.

Hæc quoque ratio non concludit, cum ad reuerentiam & obſeruantiam referatur, arg. text. in l. rei iudicatæ tempus, §. fin. ff. ſol. matrimon. Vnde licet ſocero gener non ſuccedat, tamen ſocer non in ſolidũ genero tenetur ſed in quantum facere poteſt, vt in d. §. fin. faciũtque leges immediatè ſequentes, quas eleganter interpretatur Vdalric. Zaſius lib. intellect. ſingul. 1. cap. incip. Variare inter ſeſe, fol. 257. & certè negari non poteſt, maximam patri ſpirituali reuerẽtiam deberi, cum is dicatur pro leuato ex ſacro
25 baptiſmali fonte apud Deũ fideiubere, † proinde in fide, oratione dominica, ſymboloque Apoſtolorum ipſum inſtituere tenetur, c. vos ante omnia, de conſecrat. diſt. 4. capit. de his, cap. ad limina, cap. omnes, 30. quæſt. 1. Philip. Franc. in cap. 1. colum. 2. in gloſ. in verb. ſpiritualem, de cogn. ſpirit. in 6. Andr. Alciat. in l. 1. num. 62. ff. de verb. oblig. & in l. Gallus, §. forſitan, num. 22. verſic. Sed reſponde, de liber. & poſthum. vbi poſt Abb. in cap. veniens, de cognat. ſpirit. dicit iſtam quandam largam eſſe fideiuſſionem, vt per eos; Nõ mirum ſi occidens
26 patrem ſpiritualẽ perinde cenſeatur † ac ſi carnalem patrem occidiſſet, gloſ. in c. aut facta, in verb. Parentem, de pœnit. diſtin. 1. quam comprobãt Paris de Puteo in d. tract. Syndicatus, in verb. Adulterium, fol. 49. & Hyppolit. de Marſil. not. 215. Validum eſt argumentum; Ac etiã ſi filius ſpiritualis ad accuſandum pro iniu
27 ria vel offenſa † eius compatri vel patri ſpirituali facta admittatur, vt tenet Bald. in l. 1. numer. 55. C. de his qui accuſ. non poſſ. licet dicat ſe neſcire quòd de hoc Lex vel Decretalis reperiatur, & poſt Plazam lib. 1. delict. cap. 40. n. 11. in fin. dicentem, quòd nemo vnquã Doctorum refragatus eſt, idem ſcribit Iulius Clar. lib. 5. §. final. q. 14. verſic. Quæro an compater.

Altera igitur ſuperiori contraria eſt opinio, quod imò huiuſmodi reſponſum in his filijs ſpi
28 ritualibus † locum non habeat, quam tenent Paul. à Montepico in rep. l. Titia cum teſtamẽto, §. Titia cum nuberet, de leg. 2. Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. vol. lib. 10. tit. 8. num. 21. & ante eum, Andr. Tiraquell. dum in Barbatiam inuehitur, in d.l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, num. 26. in fin. verſic. Quibus ego magis accedo quàm Barbatiæ, C. de reuocat. donat. dicens Andream Siculum nouarum opinionum cupidum admodum fuiſſe, nec immeritò, ſed ante Tiraquellum idem ſenſit Catellian. Cotta in memoral. incip. Filius ſpiritualis, lib. 2. vbi de Andrea Siculo ad hoc propoſitum meminit, eius dictum pro ſingulari referens ſi verum eſſet, ab eo tamen recedẽs, vt nunc dicã. & Martin. Laudenſ. in tract. de legitimat. n. 69. verſic. Et hoc quãquam ſit verũ.

Poſſent pro hac opinione complura afferri, ſed vrgentiora ac validiora tantum referam. Et Primò nam vera cõmuniſque reſolutio eſt, vt ex expreſſa ſi ſine liberis conditione hi ſpiri-
29 tuales filij ſubſtitutum † non excludant, quod concludunt, Bald. in d. auth. niſi rogati, nu. 19. verſic. Sed tunc quæro. Philip. Franc. in cap. 1. col. 3. verſic. Obligatur etiam, de cogn. ſpir. in 6. Andr. Barb. ſibi contrarius, in c. Raynaldus, col. 36. extr. de teſtam. Gulielm. de Benedict. in d.c. Raynutius, in verb. Et vxorẽ nomine Adelaſiam, nu. 761. & in verb. Si abſque liberis moreretur, num. 10. extr. eod. tit. Dec. conſ. 399. Concluſionem, n. 2. verſic. Et ſicut filius. Franciſc. Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, nu. 43. verſic. An autẽ filij ſpirituales, ff. ad Trebell. & ita ſeruari in practica tradit Catellian. Cotta in d. memoral. incip. Filius ſpititualis, lib. 2. Franciſc. Curt. ſen. in tract. de teſtib. in 30. concluſ. ad fin. Io. Campeg. in tract. ſtatuti excluſiui fœmin.

min.q.40.Georg.Natt.in c.quãuis,in 3.q.43. q.princ. de pact. in 6. & ſequitur Tiraquell. in citato loco.Cum vt dicit Gulielmus de Benedictis omnia iura de his filijs loquentia ac Doctorum ſententiæ ius reuerentiæ † cõcernant,quę patrino debetur ſicut patri naturali, hincque eorum cognatio dicitur compaternitas, idemque teſtatur Felyn.in cap.cum M.Ferratienſis, col.7.verſic.In eadem gloſ.ibi habebãt,extr.de conſtit. dicens quòd quantum ad ius reuerentiale non minus conſideratur coniunctio ſpiritualis quàm carnalis, d.c.pyctatium,cum ſimilib. tamen quo ad alios effectus ſuccedendi nõ conſideratur, vbi Felynus alios allegat, quibus addo Iaſ.in l.exigendi,col.3. verſic. Decimotertio, C.de procur.poſt Bald.in d.auth. niſi rogati,num.19.Si igitur in expreſſa conditione hoc verum eſt, multo magis erit in hac tacita à lege ſubintellecta.

Secundò, quia d. l. ſi vnquam, quæ vt pluries dixi huic legi finitima eſt,quę etiam ex medullis & oſſibus huius contextus proceſſit, vt Socinus iunior dicebat, in filijs ſpiritualibus non † procedit,vt poſt multa eruditè concludit Andr. Tiraq.in d.verb.ſuſceperit liberos,n.27. verſic. Et ego ſanè in hac ſum ſententia.

Tertiò, nam in his ſpiritualibus filijs priuilegium † ceſſare authẽticæ res quæ, C.cõmun. de legat. apud Gulielmum de Benedictis in d. verb. Et vxorẽ nomine Adelaſiam,nu.767. indubitatum eſt, vt inquam pro dotatione filiolę patrinus,ſiue pater ſpiritualis hæres inſtitutus, & ſub conditione reſtituere grauatus non poſſint res ſubiectas reſtitutioni alienare, tunc enim de iure reuerentiali non quæritur, imò fundamenta dictæ auth. ceſſant, vt per eum.

Quartò, licet coniunctus pro coniuncto ſine mandato admittatur,non tamen huiuſmodi perſonę quibus ſpirituali cognatione † coniungimur abſque mandato recipiuntur,ſecundum Hoſtienſ.in ſumm.eiuſdem tit. §.quæ poſſunt, col.26.verſic.Nunquid canonicus,Io.Andr.in c.fin.de procur.Dominic.& Io.Andr.in c.nonnulli,& ibi Felyn.in §.ſunt & alij,col.17. verſic. limita tertiò,extr.de reſcript. Archid.in c.ſtatutum, §.cum autem, eod.tit.de reſcript.in 6.

Vltimò facit text. in l.fin. C. de his qui ven. ætat.impetrau.vbi Bald.notat num.2. Quòd in teſtamentis præſertim verba debẽt naturaliter & propriè † non fictè intelligi, allegat pro concordanti textum in d.l.fideicommiſſum,de cõdit.& demonſt.& quod not.Cyn. vbi idem ipſe Bald.in l.Gallus, §.& quid ſi tantum,ff.de liber. & poſthum. Hoc vlterius maximè in conditionibus verum eſt, in quibus verba propriè interpretamur,l.qui hæredi,& l.Mæuius, d.tit. de condict. & demonſtrat. Quod liberius procedit in tacita hac conditione à lege ſubintellecta vt aliàs dicebam; Adeo quòd teſtator diſponens vbi cenſetur ſe retuliſſe ad ſolitum naturaliter fieri,vt hic contingit, ex iuris inquam intelligentia naturalem pietatem attendendo, ciuiliter factum non æquipollet,† ſed voluntati diſponentis tunc ciuiliter factum repugnare creditur, vt magiſtraliter Salyc. in d.l.fin. ante num.2. verſic. Solutio, hic diſponens, patrem igitur cũ de naturali † intelligamus, l.patre furioſo, ff. de his qui ſui ſunt vel alien. iur. idem de filio dicendum eſt, l.fin. ff. de acceptil. l.fin. C. de indict. vid. cum ſint correlatiua, filiumque cum definimus qui ex viro & vxore eius naſcitur, vt Vlpian. ad Sabinum inquit, & ita firmiter concludendum eſt.

An autẽ ſpiritualis hæc cognatio in baptiſmatis reiteratione contrahatur, † videre eſt apud Stephan. Bertrand. conſ.147. nu.4. & 5. lib.2.An etiam minor decem & octo annis aliquem ex ſacro fonte leuare poſſit, † quòd nõ, per Abb. in c.debitum,de baptiſm. ſed contrarium tenet Dec.in l.2.nu.3.verſic.Et per illum textum,C.de Carbon.edict. Nunquid contrahatur hæc cognatio per procuratorem, quod non,† tradunt Bart.Ang. Io. de Imol. Paul.de Caſtr.Franciſc.Aretin.& Iaſ.n.13.in l.Gallus, §.forſitan, ubi Andr.Alciat.nu.21.& infrà poſt num.22. uerſic. Sed mihi non placet, ff. de liber. & poſthum. Io.Andr. in cap. poteſt quis, de reg.iur.lib.6. Bald.in l.ſi quis alumnam, C. de nupt. Archid.Io.Andr. & Philipp.Franc.in c.ad limina, 30.q.1.in c.plures,de conſecr.diſt. 4.Federic. de Senis conſ.15. Quæſtio talis eſt, Syndicus,Felyn.in c.ex parte decani,col.5.uerſic. Amplia ſecundò, de reſcript. Ang.Aret. in §.illud,nu.6. Inſtit.de nupt.& in §.multis,n.7. de libertin. Ludou. Rom. ſing. 53. Quæro an filiatio, Cappell. Toloſ. ubi Autrer.in addit. deciſ.157. An compaternitas. Licet contrariũ tenear † Bald. ſibi cõtrarius,in l.1,§.ne autem, colum.fin.uerſic. Quæro ſolet,C.de caduc.tollen. dicens id de conſuetudine obſeruari, cui ſe ſubſcribunt alij de eadem conſuetudine atteſtantes, per Andr. Tiraquellum relati in dicto uerb. Suſceperit liberos, nu.42. uerſic. Quanquam contrarium. Et denique an inter ludęos contrahatur, † quod non, ut pẽr Præpoſit. in rubr. de cognat. ſpirit. in princ. ibidemque Io. Andr.Alexand.conſil.157. Circa primum, colum.1. lib.5. Gulielm.de Benedict. in d. capit. Raynutius,in verb. Et uxorem nomine Adelaſiam, num.761. Cæſar Vrſill. ad Affict. deciſio.151. num.4. Alia nonnulla huc pertinentia quę de ſpirituali cognatione afferri poſſent, pulcherrimè expliçat facundiſſimus Iuriſconſultus † Pariſienſis Franciſcus Connanus in commentarijs iuris ciuilis, lib.8. c.5. tit. de inceſtis nuptijs, ſub num. 2. Connanum uirum grauiſ-

grauiſſimum indicaſſe ſufficiat, in cuius certè laboribus aè uigilijs, artis & ingenij colore omni abſolutis, ius ciuile ſumma eloquentia ac dexteritate explanatum, ab elegantiſſimo & Græcarũ ac Latinarum litterarum apprimè culto Doctore inuenies: qui antiquarum ac reconditarum rerum cognitionem feliciſſimè nactus fuit, ut ad ſummum huius laudis & gloriæ, indefeſſo labore præſtantique exercitatione peruenerit: Verum ille intempeſtiua morte ereptus, optimorum ſpem quæ de eius uberiori doctrina præcepta fuerat, ciuium ſuorum ac Doctorum hominum amorem deſideriumque repente orbum & deſolatum reliquit, ſolet quidem mors meliora rapere, & florida hominum ingenia illuſtresque conatus deijcere ac impiè frangere.

HYPOTHESIS.

Ex legitimatis per reſcriptum Principis an ſubſtitutus tam in expreſſa quàm in hac ſubintellecta conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, excludatur, & hinc acceſſorias perdifficiles quæſtiones diſputatiuè reſolui: Plurimarumque legum intelligentias, nempè, l. Mauius, l. qui hæredi, & l. fideicommiſſum, hoc tit. l. qui habebat tutorem, in princ. ff. de tutel. l. fin. C. de his qui ven. ætat. impetr. & l. filium eum definimus, ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. atque aliorum iurium, vltra alios dilucidari.

SVMMARIVM.

1 *Legitimationis materiam profundam admodum, & prolixam eſſe.*
2 *Legitimationis per reſcriptum obtinendæ, preces afferri.*
3 *Legitimatos per reſcriptum, ſubſtitutum ſub expreſſa conditione ſi ſine filijs legitimis & naturalibus deceſſerit, excludere: & num. 45. ac etiam 85.*
4 *Conditionem ſecundum ſermonis proprietatem adimpleri, idque num. 9. declarari, in conditione inquam voluntaria ſecus in neceſſaria ad actum.*
5 *Legitimatum fictè & impropriè ac per quandam machinationem filium effici: idque num. 15. explicari.*
6 *Legitimationem propriam ex matrimonio proficiſci.*
7 *Principem qua facti ſunt non niſi per fictionem inducere poſſe.*
8 *Veritatis viam ex fictione non deleri.*
10 *L. Mauius, & l. qui hæredi, hoc titulo de conditio. & demonſtratio. declarari.*
11 *Heredem hæredis impropriè primi teſtatoris eſſe hæredem.*
12 *Compenſationem acceptilationemque veram ſolutionem non dici.*
13 *Bonorum poſſeſſorem impropriè ac fictè hæredem appellari.*
14 *Conditionem ſpecificè ac propriè non impleri, ſi aliter de mente illius qui teſtatus eſt conſtiterit.*
16 *Legitimatum ſecundum veritatem omnino & verè legitimum eſſe, & ſecundum fictionem legitimè natum.*
17 *Verba naturaliter non autem ciuiliter aſſumenda eſſe: idque num. 21. ex Franciſco Aretino ac crebriori opinione intelligi.*
18 *Naturalem rationem non accidentalem ſpectandam eſſe.*
19 *Conditionem ſi ſine filijs, per adoptiuos regulariter non deficere.*
20 *Ætatem legitimam propriè ad legis diſpoſitionem non ad Principis declarationem referri.*
22 *Legitimus quis ſit ex iure pendere.*
23 *Legitimi verbum in ciuilem intellectum ſonare.*
24 *L. final. C. de ijs qui ven. ætat. impetran. intelligi.*
25 *Legitimitatem & illegitimitatem lege poſitiua tolli inducique poſſe.*
26 *Adoptare aliquem facilius factu eſſe quàm legitimare.*
27 *L. fideicommiſſum, hoc tit. de condit. & dem. interpretari.*
28 *Legitimationem ipſam adoptione inſtituta fortiorem eſſe.*
29 *Argumentum de legitimatione ad adoptionem non procedere.*
30 *L. qui habebat tutorem, in princ. ff. de tut. declarari.*
31 *Filiorum verbum illos allicere quos inſita ſuptia demonſtrant.*
32 *Perinde, dictionem, fictionis ſignificationem retinere.*
33 *Diffinitum non competere cui definitio non conuenit.*
34 *Argumentum ex vi adæquationis in legibus ſubſiſtere.*
35 *L. filium eum definimus, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. intelligi.*
36 *Principem circa ea quæ iuris poſitiui ſunt diſponendo veritatem inducere.*
37 *Principem animatam legem eſſe, & qua iuris poſitiui ſunt poſſe auferre.*
38 *Legitimationem ex reſcripto Principis in præiudicium iuris iam quæſiti non retrotrahi.*
39 *Diſpenſationem à legitimatione differre plurimum & diſcrepare.*

Statute

40 *Statuto dictante aliquem pro cive haberi, verè illum civem eſſe.*

41 *Legitimationem ad initar iuris poſtliminij in integrum reſtituere.*

42 *Principem in dubio ius tertio quæſitum auferre non præſumi.*

43 *Verba teſtatoris ex communi vſu loquendi interpretari: idque num.44. diſtingui.*

44 *Verba per teſtatorem vulgariter prolata, & à tabellione Latinè conſcripta, quando ex communi loquendi vſu interpretationem recipiant.*

46 *Legitimatos à legitimis nihil differre: idque declarari num. 48.*

47 *Negatiuam vniuerſalem potentius negare, quàm affirmatiua affirmet.*

49 *Spurios in ſtatu ſpurietatis exiſtentes odibiles eſſe, non autem legitimatione ſubſequuta, iurium interpretatione.*

50 *Principum beneficia & conceſſiones factas latè interpretari debere.*

51 *Diſpenſationem odioſam cenſeri, ideoque ſtrictam intelligentiam admittere.*

52 *Principem ex iuſta & rationabili cauſa moueri præſumendum eſſe.*

53 *Extenſionem cum ad primaeuum ius reuertimur permitti, atque infra num.71. & 72.*

54 *Legitimationem ad ſpurium relatam, magis diſpenſationem videri.*

55 *Principem circa ius poſitiuum, cauſa non egere, & num.86.*

56 *Regem in ſuo regno plus poſſe, quàm lex communis & conſuetudo.*

57 *Principis ſub poteſtate, loca, ſtatuta, & conſuetudines eſſe.*

58 *Principem eſſe animal rationale, eiuſque imperium, aut Senatum inducere non poſſe quin rationi ſubijciatur.*

59 *Principem legibus ſubijci à ſe latis quo ad iudicium Dei conuenientiſſimum eſſe ſeque legibus alligatum profiteri æquum cenſeri; dignamque vocem maieſtate regnantis exiſtimari, vt reuera maius Imperio ſit, ſubmittere legibus principatum. num.60.*

61 *Pontificem, & Imperatorem boni patrisfamilias vicem gerere, & propterea non debere leges ſine rationabili cauſa rumpere: nec ex bono priuato ſed publico diſpenſare, alias enim non diſpenſatio ſed diſſipatio cenſeretur.*

62 *Principem appellari cum bene agit ſecus ſi perperam.*

63 *Principes ſeniorum prudentum virorum conſilio gubernari.*

64 *Principem in ijs quæ iuris poſitiui ſunt ex cauſa moueri præſumendum eſſe, cum veriſimilis cauſa imaginari poteſt.*

65 *Principem contra ius poſitiuum diſpenſare non poſſe, cum illud in ratione naturali vel Diuina radicatum reperiretur.*

66 *Hereditatem aditione, vel delatione quæſitam, per Principem auferri non poſſe.*

67 *Legitimationem ijs quibus ius certum quæſitum eſt præiudicium non inferre.*

68 *Legitimatione abſque cauſa exclusis per Principem tria remedia competere.*

69 *Princeps licet iuri ciuili, & quidem ſine cauſa derogare poſſit, id tamen de honeſtate facere prohibetur, ex Cranetta quem Cephalus ſequutus eſt traditione.*

70 *Rem de facili ad ſuam naturam redire; Vt ad primaeuum ius reuerſio ritè facta cenſeatur.*

73 *Legitimatos per reſcriptum de proprietate verborum appellatione legitimorum & naturalium comprehendi, idque infra declarari.*

74 *Legitimè natum, verba eſſe non iuris, ſed naturæ.*

75 *Conſuetudinem in ſucceſſione Primogenitum præferentem, ius naturale magis quam poſitiuum reſpicere.*

76 *Conſuetudinem in dubio naturalem veritatem non fictionem reſpicere.*

77 *Caſus verus ſi ficto per modum regulæ æquetur, diſpoſitum in caſu vero in caſu etiam ficto locum habere.*

78 *Fictionem in caſu inique non operari, ipſamque ceſſare æquitate ceſſante, numer. 79. in tertijque præiudicium fictionem non induci, vt ibidem.*

80 *Teſtatorem præſumi id in ſua diſpoſitione velle, quod ius commune diſponit.*

81 *Teſtatorem non præſumi ſe conformare in eo quod de iure erat, ſed quod de iure putabat, id tamen num.82. explicari.*

83 *Coniecturam vt teſtator iuri ſe conformem reddere voluerit, debilem eſſe, ac de facili auferri.*

84 *Legitimatos à legitimis & naturalibus in multis differre.*

87 *Principem ſuccedendi ſpem in hereditate tollere poſſe.*

88 *Legitimatum ex reſcripto Principis ſubſtitutum non excludere, ſi teſtator nobilis vel aliqua præditus dignitate fuerit.*

89 *Naturalem excludere ſubſtitutum ſtante ſtatuto quòd naturalis ſuccedere poſſit, etiamſi teſtator in dignitate reperiretur.*

90 *Statutum quòd ſpurius ex teſtamento vel ab inteſtato ſuccedat, nunquid valeat, controuerſi iuris eſſe.*

91 *Nobiles atque in dignitate poſitos, illicitos concubitus veriſimiliter abhorrere.*

92 *Cap.1. §.naturales, titulo ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum & agnatos rationem afferri.*

93 *Feudum, beneficium & honorem à Iuriſconſultis appellari.*

Spurium

Digitized by Google

94 *Spurium infamia facti licet non iuris infamem eſſe.*

95 *Spurium infamia iuris etiam ſecundum aliquos reputari infamem.*

96 *Legitimatum infamem non eſſe, & ab eo omnem maculam auferri: idque declarari infra numer. 97. & 98.*

97 *Infamiæ cauſa ceſſante, infamiam non ceſſare.*

99 *Proximitatem granantis & non granati ſpectari, vt ex nobilitate aut dignitate legitimatus ſubſtitutum non excludat.*

100 *Nobilitatem eximiam ſecundum vnam opinionem requiri, ne legitimatus ſubſtitutum excludat: Alios verò de nobilibus Imperium iuriſdictionem & caſtra habentibus ſenſiſſe, numero 102. Nonnullos ſufficere ſi teſtator nobilis non ſit, dummodo honeſta vita atque honorabilis cognationis fuerit, dixiſſe num. 103. Plurimos etiam hoc iudicis arbitrio relinqui, autumaſſe, num. 104. Denique nobiles ex vera opinione in terminis, l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Senatuſconſultum Trebellian. illos cenſeri, qui verè nobiles fuerint, prout in dignitate ſunt, dignitatem ab adminiſtratione ſeparatam aſſumendo, num. 105.*

101 *Comitem Illuſtri dignitate præfulgere, factumque eſſe de conſiſtentibus ad latus Principis & palatij, ſuoque in Comitatu magis Principi aſſimilari quam Præſidi, nobiliumque appellatione comprehendi.*

106 *Nobilem ex communi hominum opinione verè aliquem non conſtitui: horumque nobilium ex vulgi aſſertione, licet erronea magnum numerum hodie reperiri.*

107 *Nobilitatem in ictu oculi non naſci, ſed temporis antiquitate niti.*

108 *Doctores legum nobiles eſſe, eoſque qui generis proſapia nobiles exiſtunt antecellere ac in dignitate conſtitutos eſſe, num. 109.*

110 *Doctorali dignitate nihil altius ex Afflicti ſententia eſſe.*

111 *Doctorum liberos ſanguinis ſeriem cum gloria recenſere poſſe: Es ex ſplendidiſſima nobilitate proficiſci.*

112 *Doctorem legum in terminis d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, verè nobilem eſſe, eumque optima iure militi præferendum cenſeri.*

113 *Doctorem medicinæ nobilem, in dignitateque verè poſitum eſſe, & maximè ſi Doctoratus inſignia publicè ſuſceperit.*

Vbi contrarium ſentientes vt refellendi ſint atque intelligendi conſideranduin.

114 *Legitimatos effici nobiles ad excluſionem ſubſtituti, ſi eorum parentes nobiles eſſent.*

115 *Legitimatum excludere ſubſtitutum, etiam ſi teſtator nobilis & in dignitate poſitus ſit. Sed ſi ad honores & dignitates reſtitutus fuerit, perinde cenſeri debet ac ſi legitimus & naturalis eſſet, & numero 117.*

116 *Expreſſionem eorum quæ ex natura actus de neceſſitate inſunt nihil operari.*

118 *Legitimatum ſpecialiter ad feudi ſucceſſionem, quamuis teſtator nobilis & in dignitate fuerit, ſubſtitutum excludere.*

119 *Legitimatum ſi Princeps in ſpecie diſpoſitioni d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad S.C. Trebellian. derogauerit, ſubſtitutum excludere, patre licet nobili & in dignitate conſtituto exiſtente.*

120 *Legitimatum in terminis d. §. ſi quis rogatus, ſubſtitutum excludere, quando legitimans voluit ipſum in omnibus & per omnia haberi, ac ſi eſſet ex legitimo matrimonio progenitus.*

Et quid in voluntate principis, hoc caſu & voluntate teſtatoris conſiderandum ſit.

121 *In omnibus & per omnia, verba tanta eſſe virtutis, vt inter duo ſubiecta nulla differentia adſit. Et quid eadem verba ſtatutis inſerta operari poſſint.*

122 *Legitimatum ſub illa formula, vt in omnibus & per omnia ac ſi ex legitimo matrimonio natus eſſet, habeatur, nobilem effici. Idque etiam intelligi quamuis in ſpecie nobilitatis nulla mentio facta fuiſſet.*

123 *Legitimatum excludere ſubſtitutum nobilitate ac dignitate teſtatoris non obſtante, ſi teſtator tempore teſtamenti nobilis non fuiſſet. Tempus namque conditi teſtamenti in eius voluntate colligenda inſpicitur.*

124 *Legitimatum in terminis dicti §. ſi quis rogatus, multo minus excludere ſubſtitutum data teſtatoris nobilitate dignitateque, ſi in teſtamento prohibuiſſet filios ſuos vilibus mulieribus nubere, & contrafacientes priuaſſet: ac etiam in caſu Pariſij, vt num. 125.*

126 *Legitimatum multo minus ſubſtitutum excludere iuxta d. §. ſi quis rogatus, cum non ſolum teſtator fuiſſet nobilis, ſed etiam granatus nobilitate ac dignitate præfulgeret.*

127 *Legitimatum ex reſcripto Principis ſubſtitutum non excludere cum in precibus Principi oblatis non eſſet facta mentio fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, ſub illa conditione ſi ſine filijs legitimis & naturalibus deceſſerit.*

128 *Subreptionem & obreptionem omnia privilegia infirmare, præſertim privilegium legitimationis, atque legitimationis diſpenſationem.*

129 *Legitimationem extantibus filijs legitimis & naturalibus etiam factam per habentem poteſtatem non valere, niſi de illis mentio facta fuerit*

130 *Subſtitutum maius ius in hæreditate conditione pendente habere, quam filium vinente patre.*

131 *Legitimatum non excludere ſubſtitutum, niſi ſubſtitutus in legitimatione citatus fuerit, & num. 137.*

132 *Citationem ab inteſtato veniëtium quibus hæredita-*

Digitized by Google

ditas iam delata eſt, non requiri, ſi teſtator poſt eius mortem filium ſuum legitimari inſerit.

Et qua fuerit Illuſtriſſimi Cardinalis Mantica in hoc opinio.

133 *Legitimus contradictor quis dicatur, & nunquid ſubſtitutus per fideicommiſſum ad legitimationem oppugnandam, num.134.*

135 *Fideicommiſſarium in rebus fideicommiſſo ſubiectis quaſi creditorem appellari.*

136 *Citationem ſubſtituti non requiri ſi contra haeredem agatur, qua ratione intelligendum veniat.*

138 *Subſtituti citationem ad validitatem legitimationis requiri, ſi legitimatio poſt mortem teſtatoris fiat, ſecus ſi in vita: Quod procedit etiam in legitimatione poſt mortem facta ex patris tacita praeordinatione, num.139.*

140 *Subſtituti citationem non requiri ſi de voluntate Principis ſupremam poteſtatem habentis conſiſterit, praeiudicandi ſubſtituto per Clauſulam De plenitudine poteſtatis, motuproprio, ex certa ſcientia, vel non obſtante.*

141 *Legitimatum ab Imperatore Eccleſiam ſubſtitutam non excludere: Etiam ſi mediate Eccleſia eſſet ſubſtituta, num.142.*

143 *Legitimatum ex reſcripto Principis ſubſtitutum ſub conditione ſi ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerit non excludere, ſi in illa regione unde teſtator originem duxit, ex communi loquendi uſu legitimati non appellantur filij legitimi.*

144 *Legitimato probandi onus incumbere, ut ex communi uſu loquendi in regione teſtatoris legitimati per reſcriptum legitimi & naturales appellentur: Ulterius communem loquendi uſum tempore conditi teſtamenti viguiſſe probari oportere, num.145. Probationemque communis loquendi uſus illius generis perſonarum requiri, cui actus ille vel illa verba conueniunt, nu.146. idque num.147. declarari.*

148 *Legitimatum ita demum ſubſtitutum ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, excludere, ſi ipſe legitimatus, & is de cuius ſucceſſione agitur legitimantis iuriſdictioni ſubiaceant.*

Imperatorem in Regno Neapolis ſpurium quo ad ſucceſſionem legitimare non poſſe, utpote regno illo ab Imperio libero exiſtente.

149 *Legitimationem ex magis communi opinione extra legitimantis territorium effectum non ſortiri. Quid in Papa diſpenſante ſuper radice matrimonij dicendum ſit, num.150.*

151 *Legitimationem in alieno territorio factam valere inter ſubditos legitimantis, & de bonis in eius territorio ſitis: ſecus inter non ſubditos & reſpectu bonorum alibi ſitorum.*

152 *Legitimatum per Reſcriptum, ſubſtitutum ſub illa conditione non excludere, ſi poſt mortem teſtantis legitimatus fuerit, qui in teſtamento ſpecialiter aliquid ei reliquit.*

153 *L. cum anus, diſpoſitionem, in filia que ex filio gnato tempore teſtamenti nata erat, & cui teſtator ſpecialiter reliquit non procedere.*

154 *Spurium per legitimationem renaſci videri.*

Vnde per eandem legitimationem quaſi poſthumi natiuitate teſtamentum rumpi contingit; Decij ſententia in hoc approbata.

155 *Legitimatum per Reſcriptum, ſubſtitutum non excludere, vbicunque ex conieturis teſtatorem de legitimatis non ſenſiſſe appareret.*

156 *Legitimatum ex reſcripto Principis appellatione filiorum legitimorum & naturalium in feudis non venire.*

157 *Legitimatum ex Principis reſcripto ſub voce legitimorum & naturalium in feudis comprehendi vbicunque expreſsim & ſpecificè ad feuda etiam eſſet legitimatus.*

158 *Legitimatum expreſsim & ſpecificè ad feuda adhuc in nobilibus feudis & qua dignitatis exiſtunt non ſuccedere, niſi ad ipſa nobilia feuda nuncupatim legitimetur.*

159 *Feuda nobilia qua ſint explicari: Qua ſint etiam feuda ignobilia, num.160.*

161 *Feuda omnia à Rege conceſſa ſub quocunque reditu exiſtant nobilia eſſe, cum à Rege ſint nobilitata.*

162 *Collectam pro nobili feudo non ſolui, ſed pro ruſtico ſoluendam eſſe.*

163 *Legitimationem ad feuda, agnatorum citationem exposcere.*

164 *Legitimationem ad feuda, mentionem exiſtentium agnatorum requirere.*

165 *Citatio agnatorum prout in legitimatione ad feuda requiritur, nunquid etiam citatio inferioris Domini requiratur?*

166 *Legitimatio ad feuda vt efficax ſit, nunquid ſpecialis derogatione ad text. in cap.1. §.naturales, opus ſit perquiritur: Et quòd generalis derogatio ſufficiat concluditur, nu.167. Sed ex Propoſito Alexandrino tutius eſſe ſpecialem derogationem apponere, conſulitur, nu.169.*

168 *Derogationem generalem, ad tollendum priuilegia contenta in l.vnic. C. quand. Imp. inter pupill. & vid. ſufficere, nec ſpecialem requiri.*

170 *Cap.1.§.naturales, diſpoſitionem, in feudo alienabili limitari.*

171 *Legitimare ad feuda eccleſiaſtica nunquid Imperator aut Rex poſſit, perquiri.*

172 *Princeps quando, & in quibus caſibus ad feuda legitimare valeat, indicari.*

173 *Legitimationis cauſam principalem, magnique momenti cenſeri, cum poſsit ad ſe feudalem cauſam attrahere.*

174 *Legitimatum non excludere ſubſtitutum, vbicunque alienatio ſpecificè prohibita eſſet: Vel ſubſtitutus alius teſtatoris filius ſucceſsimeque alias duas limitationes afferri.*

Legiti-

Digitized by Google

175 *Legitimatum ex reſcripto Principis, ſubſtitutum ſub conditione ſi ſine filijs legitimè natis deceſſerit, non excludere.*

176 *Legitimatum ex reſcripto Principis, ſubſtitutum ſub conditione ſi ſine filijs ex legitimo matrimonio natis deceſſerit, non excludere.*

177 *Legitimatum ex Principis reſcripto ſubſtitutum ſub conditione ſi ſine filijs ex legitimo matrimonio natis deceſſerit, non excludere, etiam ſi in legitimatione fuiſſet dictum, vt is ac ſi de legitimo matrimonio natus eſſet haberetur.*

178 *Legitimatum ex reſcripto Principis ſubſtitutum ſub cõditione naturum ex legitimo matrimonio non excludere, etiam ſi in legitimatione diceretur, quòd ſubſtitutus à legitimato excludatur, Idque limitandum eſſe, vt nu. 180.*

179 *Legitimatum ex reſcripto Principis multò minus ſubſtitutum ſub conditione naturum ex legitimo matrimonio excludere, ſi eſſet dictum, Si hæres deceſſerit ſine filijs legitimè natis, non autem legitimatis.*

181 *Legitimè natos, legitimè deſcendentes, & ex legitimo matrimonio natos, idem ſignificare.*

182 *L. cum auus, in ſpurio per reſcriptum Principis legitimato, ſibi locum vendicare.*

183 *Statutum quòd ſtantibus maſculis fœmina non ſuccedant, in ſpurijs legitimatis etiam locum habere.*

184 *Legitimatum ex reſcripto Principis legitimam ex paternis bonis conſequi debere.*

185 *Legitimatum ex reſcripto Principis iura ſuitatis adipiſci.*

186 *Legitimato per reſcriptum contrectabulandi ius competere.*

187 *Legitimato per reſcriptum ius prothemiſeos reſeruari.*

188 *Agnationem familiamque per legitimatos conſeruari.*

189 *Legitimatos per reſcriptum, priuilegio, l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtamentis potiri.*

190 *Legitimatis ex Principis reſcripto immunitatem ob numerum duodecim liberorum competere.*

CAP. XV.

1 QVAMVIS legitimationis materia profunda admodum & prolixa † conſpiciatur, vt Matth. de Afflict. inquit deciſ. 386. In cauſa petitionis, num. 8. in fin. quem refert Franciſc. Marzar. conſ. 10. Conſtantius de Godis, num. 1. ipſam tamen Socin. hic leuiſſimè tangit, dum quærit an lex iſta in ſpurio legitimato grauati locum habeat; Vt igitur claram huius quæſtionis reſolutionem conſequamur intricatosque anfractus legitimationis diſtinguamus, tres ſunt principales caſus conſide-

2 randi, Primus eſt, cum ſumus in ſpecie † illa legitimationis quæ per reſcriptum Principis fit, cum inquã precibus ei oblatis, declaratur velle patrem naturæ & antiquæ ingenuitati iurique legitimo filios reſtituere, vt ſub eius poteſtate conſiſtant, nil à legitimis differentes, iuxt. text. in §. illud, auth. quib. mod. natural. effic. ſui, & in §. ſit igitur licentia, auth. quib. mod. natural. effic. legitim. Et quia plurimum confert perquirere quid in expreſſa liberorum conditione decidatur, antequam ad terminos ſubintellectæ conditionis accedam, inſpiciendum eſt nũquid reſcripto Principis legitimati, in dicta conditione expreſsè facta ſubſtitutum excludant? Et licet quæſtio ſit ardua ac perdifficilis, ipſam tamen breuiter attingã dilucidè procedendo, pluresque caſus conſiderando.

Primus eſt, ſi teſtator dixerit, Si ſine filijs legitimis & naturalibus deceſſerit Baldum ſubſtituo, & in hoc caſu duæ principales Doctorum

3 opiniones adſunt, & Prima quidem † eſt, iſtos legitimatos per reſcriptum ſubſtitutum non excludere, quam ſequuntur Bald. in l. ſi ita quis, §. is cui, verſic. Extra quæro, vbi Ioan. de Imol. ff. de leg. 2. in l. ſi quis poſthumos, in fin. princ. in gloſſ. Facile, ſed tamen implicitè, ff. de liber. & poſthum. Salic. in l. generaliter, §. cum autẽ, col. 2. num. 4. verſic. Ego puto contrarium, C. de inſtit. & ſubſtit. Paul. de Caſtr. in l. fin. num. 4. verſic. Et ſi alicui, C. de his qui ven. ætat. impetr. & in l. cum acutiſſimi, num. 3. verſic. In contrarium videtur, C. de fideicom. vbi Andr. Barbat. ſub num. 279. rurſus Ioan. de Imol. in l. ex facto, in princ. num. 14. ff. de vulg. & pupill. & in alia, l. ex facto, §. ſi quis rogatus, in fin. ſub numero 17. ff. ad Trebell. idem etiam reſponderunt, Io. Calderin. conſ. 1. An legitimatus, per totum, dicens hanc opinionem placuiſſe Iacobo Balduino, citansque Hoſtienſem, ſic ſenſiſſe, ac etiam Iacobum de Beluiſio vt per eũ circ. med. verſic. Quæ opinio, Petr. de Anchar. conſ. 427. Circa primum quæſitum, col. 2. Alex. conſil. 25. Circa primum dubium, nu. 1. & ſeq. cõſ. 67. Conſideratis his, nu. 3. & infra ac conſil. 94. eiuſdem initij, nu. 3. verſ. Quartò confirmatur, lib. 1. Raph. Fulgoſ. conſ. 62. Stante ſtatuto, nu. 3. in fin. idem tenuiſſe Oldradum & Richard. Malumbr. affirmans, Ludouic. Bolognin. ad Io. de Anan. in generica deciſione conſ. 46. Circa primum quæſitum, nu. 13. verſ. Accedat ad hoc, Iaſ. conſ. 39. In præſenti conſultatione, col. 1. verſic. Confirmatur, lib. 3. eandemque opinionem tenuit in l. ſi is qui pro emptore, nu. 263. verſi. Quartò ſi teſtator, ff. de vſucap. & in l. 2. n. 204. verſ. Veritas huius puncti, C. de iur. emphyt. vbi de magis communi teſtatur, licet perperam Ioannem de Imola de ea atteſtantem alleget, Dec. conſ. 284. Viſo puncto, num. 12. verſ. Poſtremò

ſtremò ex abundãti,& infr. Pariſ.conſ.9.Olim D. Camillus,numer. 28. verſic. Tamen quàm plures,vbi de veriori opinione, libro 2.conſ.1. Præſens legitimatio,num.39.verſic. Et eo magis,conſil.12.Tranſactio iſta, num.144. eodem vol. Stephan.Bertrand.conſil.149.Multa ſunt, numero ſecundo,lib.1. Celſ.Hug. conſilio 73. Titius mihi præſupponitur, num.47.verſic.Et multò minus,conſil.88. Tam eleganter, num. 6.7.& 8. vtrobique de magis communi opinione fidem faciens, Emanuel Coſta,in rep.cap.ſi pater, in 1. part. in verb. Si abſque liberis,numero 50. verſic. Sed profectò quamuis agnoſcam, de teſtam. in 6. vbi & hanc ſententiam ſola Iaſonis authoritate fretus magis communem eſſe affirmat,Ioan. Cephal.conſil. 525. In teſtamento, numero 74. & infra lib.4.nec prætermerim Matth. de Affict. deciſ. 386. In cauſa petitionis, ante numerũ 3.verſic.Tamen multi Doctores.

Mouentur ad id dicendum ex pluribus,Primò nam conditio† ſecũdum ſermonis proprietatem dicitur extitiſſe, non autem ſecundum fictionem,quæ improprietatem deſignat,l. qui hæredi,& l.Mœuius,hoc tit.ſed filius legitimatus fictè,& impropriè legitimus cenſetur, cum talis per machinationem quandam ideſt fictionem † efficiatur, §. filium verò, ibi Velut ex quadam machinatione,auth.quibus mod. natural. effic. ſui, & §. generaliter, ibi Siue per quandam aliam machinationem, ac §. illud tamen, ibi Tanquam ſub poteſtate filijs conſtitutis,l.qua in prouincia,§. Diuus,in fi.ibi, Perinde ac ſi legitimi concepti fuiſſent,ff.de rit. nupt. Bald. in l. eam quam, num.44.& 45. C. dè fideicom. Dec.conſil.284. Viſo puncto, num. 15.ad veram enim & originariam † legitimationem matrimonium requiritur, quod eſt facti, l. filium cum definimus, ff. de his qui ſui ſunt vel alien.iur. iunct.l.conſilio,§.fin.ff.de curat. furioſi,& iunct.l. Paulus, cum gloſſ. ff.de ſtat. homin. ea autem quæ facti ſunt, non poſſunt per Principem induci niſi † mediante fictione, arg. l.in bello,§. factæ, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. ergo ſub conditione illa legitimorum, & naturalium non comprehenditur: Hocque eſt, quod voluit gloſſ.in §.dubitatum, auth. de nupt.quæ dixit, tales haberi pro legitimis,per fictionem nanque viæ veritatis † non delentur, l.2. §. 1. de vſufruc. earum rer. quæ vſu conſum. l. filio quem pater, de liberis & poſthum. l. aſſumptio, in princ. ad municip. l. in rebus, C.de iur. dot. gloſſ.not.in cap. ſuſceptum,in verb. Non morte vacauerit, de reſcript. in 6. Curt.ſen. conſilio 73.Super memorata facti narratione, colum. 26. in princ. verſic. Tamen iſtam legitimitatem, ante nu.21. & infra num.22.

Sed contrarium ſuſtinendo, dictam rationem impugnare hoc modo poſſumus, Primò conditionem implendam eſſe in forma ſpecifica, cum ſumus in voluntarijs † conditionibus in quibus potius implendi modus quàm effectus conſideratur, & ita loquitur text. in dicta l.qui hæredi, & in l.commodiſſimè, ff. de liber. & poſthum. ſecus in conditionibus neceſſarijs ad actum, in quibus magis attenditur effectus quàm modus implendi, vt in l.ſi mater, C. de inſtit. & ſubſtit. l.mulier,§. 1.ff. ad Trebell. l.ſi ita quis,ff.quand.dies leg.ced.Fortun.Garz. in l. Gallus,§.& quid ſi tantum,num.69. d.tit.de liber.& poſthum.& tradit Socin. ſen.in d.l.qui hæredi,colum.2.poſt princ.verſic. Quod intellige. Et ſi diceretur cõditionem de qua agimus voluntariam eſſe non neceſſariam, Reſpondeo quòd attenta honeſtate ad euitandum illicitos complexus, magis neceſſaria quàm voluntaria erit, vnde ſequuta legitimatione cum idem ſequatur effectus per concurſum vtriusque qualitatis,naturalis ſcilicet,ac legitimitatis,poterit per æquipollens adimpleri.

Secundò poſſet reſponderi, regulam illam formalitatis in conditionibus ratione implemẽti omnino tutam non eſſe, nec aliter ex iuribus quæ ad id allegantur poſſe deduci: Non obſtat igitur text. in dicta l. qui hæredi, vbi conditio adimplenda in perſonam ſerui, non poteſt in perſonam domini adimpleri,Nam ſeruus† poſſet interim liber effici,& ſibi acquirere,intereſt ergo ſerui vt in eius perſona conditio adimplea tur: & quòd hoc conſiderabile ſit,probat text. in §. libertas, Inſtit. de ſing. reb. per fideicom. relict. hinc eſt, quòd domino dari poteſt voluntate ipſius ſerui cui dãdum erat,l. Stichum, §. vſumfructum, ff. de ſolut. Nec text. in dicta l.Mœuius,repugnat;nam ideo ibi conditio debet in forma adimpleri, & ſic de facto, quia de iure adimpleri non potuit, tuncque conditio de facto adimplenda eſt,l.mulier,§.1.ff.de condit. inſtit. cumque ibi in caſu æquipollenti adimpleri non poſſit,proinde formaliter adimplebitur: Ad oſtendendumque dictæ regulæ inefficaciam, allegari poteſt text.in l.ſi fundus, hoc tit. vbi conditio adimplenda in perſonam pupilli, in tutoris perſonam adimpleri poteſt,qui per fictionem loco domini habetur, l.qui fundum,§. tutor,ff. de vſucap. pro empt. ac etiam text.in l. paterfamilias,ff.de vulg. & pupill.vbi illa conditio, Si Titius mihi hæres erit, in caſu verificatur quo dictus Titius hæres hęredis fuerit,& tamen hæredis hæres † impropriè & non verè primi teſtatoris eſt hæres, l. ſi quis filium, §. fin. ff. de acquirenda hæred. item alius textus, in l. ſi peculium, §. primo,ff.de ſtatuliber. & in l. ſtatuliber. §.primo,eodem titul. vbi habetur, quòd ſi alicui libertas relicta eſſet ſub condi-

conditione ſi hæredi decem dederit, dicitur adimpleri ſi legatarius cum hęrede compenſet,
12 & tamen compenſatio † vera ſolutio non cenſetur, l. ſi debitor, in verb. Perinde, ff. qui potior. in pign. hab. facit etiam, l. Iulianus, hoc tit. vbi conditio de dando hæredi, per acceptilationem impletur, quæ non eſt vera datio, nec vera ſolutio imò ficta, l. in diem, in verb. Solutionis, ff. de acceptil. §. item per acceptilationem, Inſtit. quibus mod. toll. oblig. necnon text. in l. in conditionibus, §. ſi patronus, hoc eod. met tit. vbi conditio de dando ſi hæres non erit, in bo-
13 norum poſſeſſore verificatur, qui tamen † improprie & fictè dicitur hęres, l. 2. ff. de bon. poſſ. hæredit. petit. congruuntq. multa alia iura quibus Andr. Alciat. in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 23. verſic. Circa ſecundum dictum reſpondere egregiè conatur, ſuper quibus inſiſtendum non arbitror.

Tertiò, dictam regulam retinendo, limitatur
14 niſi aliter de mente † teſtatoris conſtiterit, quæ in conditionibus dominatur, l. pater Seuerinā, in princ. hoc tit. de condit. & demon. quomodo autem præſumatur dubium videtur, Vnde dicē dum eſt, quòd ſi teſtator conditionem in vnum caſum apponat, veriſimile eſt, q alteriusoblitus fuerit, puta quia rarus, & non præſumēdus, ſed ſi recordatus eſſet veriſimiliter idem ſtatuiſſet, vtputa quia militat ſuus fauor, vel fauor honorati, tunc conditio ad eum trahitur, in neceſſaria eſt text. in d. l. ſi mulier, & in d. l. ſi mater, in voluntaria eſt tex. in l. ſub diuerſis, §. fin. & in l. cum ita datur, hoc eod. tit. in l. Titius, §. Lucius, de liber. & poſthum. in l. ſi extraneus, ff. de condict. cauſ. dat. in l. fin. ff. de condit. inſtit. & in l. libertate, ff. de manumiſſ. teſtam. Sed caſus legitimationis æquipollens, & à Principis voluntate dependens tanquam rarus, ac difficilis reputatur, meritò ſi contingere cogitaſſet, vtique illum veriſimiliter prouidiſſet, igitur pro comprehenſo habēdus eſt, cum & in caſu ſimili per omnia illi qui non eſt omiſſus, implementum ęquipollens ſufficiat, vt hic euenit, d. l. Iulianus, ac l. fin. C. de condit. inſert. l. ſi peculium, §. 1. ff. de ſtatu liber. & Andr. Alciat. ſcribit in d. §. & quid ſi tantum, numer. 24. verſic. Quare dicendum videtur.

Quartò reſpondetur, abſolutum non eſſe le-
15 gitimatum fictè & impropriè legitimum † appellari, cum is verè & propriè legitimus ſit, Aut enim quæritur de originaria legitimatione quę ex matrimonio prouenit, & tunc dicendum eſt legitimatum verè legitimum non eſſe, cum ex maritali coniunctione natus non ſit, ſed pro tali habeatur, & perinde accipitur ac ſi legitimè conceptus fuiſſet, d. l. qua in prouincia, §. Diuus, in fin. de rit. nupt. Aut verò quæritur prout legitimitaş actus iuris ciuilis eſt, & tunc negari non poteſt, quin legitimatus etiam beneficio Principis, ſit verè ac propriè legitimus, vt dici ſummatim poſſit, legitimatum ſecundum
16 veritatem † legitimum eſſe, & ſecundum fictionem legitimè natum, vt declarat Paul. de Caſt. in l. fin. num. 5. C. de ijs qui ven. ætat. impetr. & Franciſcus Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 10. num. 13. & infra eleganter deducit, ſubdens hanc ipſam conditionem ſi ſine filijs legitimis & naturalibus non tam ſtrictè debere intelligi, ſicut alia conditio ſi ſine filijs non adeo anguſtam interpretationem admittit, vt ſolum ad eos filios referatur qui ex viro & vxore nati ſunt, iuxta d. l. filium, nam & naturales tantum qui ſecundum definitionem illam filij propriè ac verè non ſunt, l. fin. ff. de iure delib. continentur, ita vt ſubſtitutum excludant, l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebellian.

Secundò, cum verba naturaliter non autem
17 ciuiliter † ſint intelligenda, l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iur. fiſci, l. ex ea parte, §. in inſulam, ff. de verborum oblig. d. cap. ſuſceptum, de reſcript. in 6. cap. placuit, 16. q. 1. Auguſtin. Bero. conſil. 71. Dubitatur, numero 21. lib. 1. Sicut etiam naturalem rationem
18 † non accidentalem ſpectandam eſſe ſcribit Vlpianus, in l. qui habent tutorem, in princ. ff. de tutel. Sed filij legitimati, ex natura legitimi & naturales non dicuntur, cum ex legitimo matrimonio non proueniant, ſed per actus ciuiles, vt poſt alios tradit Oſaſc. deciſ. 119. Tertius principalis articulus eſt, num. 3. ergo conditio filiorum legitimorum & naturalium, de ijs qui naturaliter tales ſunt intelligitur, non autem de legitimatis qui per ciuiles actus legitimi dicuntur; Confirmatur hæc ratio, tum ex l. fideicommiſſum, hoc tit. & l. ſi ita quis, §. is cui, ff. de leg. ſecundo, vbi liberorum conditio per
19 adoptiuos † non deficit, qui per actus ciuiles legitimi dicuntur, tum etiam ex l. fin. C. de ijs qui ven. ætat. impetr. vbi ætas legitima, de illa quæ viginti ſit annorum intelligitur, non
20 autem quæ per reſcriptum † Principis declaretur.

Hæc etiam ratio non ſubſiſtit, nam ex crebriori ac veriori opinione Scribentium, de qua teſtatur Franciſc. Aretin. in d. §. in inſulam, colum. 1. verſic. Sed prima eſt communior, quando verba ciuilia eundem poſſunt effectum o-
21 perari † prout naturalia, dubio procul æquiparantur, quemadmodum de morte ciuili concludunt, quæ appellatione naturalis venit ſi eundem effectū cooperatur, ita & taliter quòd ex naturali morte nihil aliud conſequi poſſumus, vt Aretin. inquit, ſed ex iſtis legitimatis idem effectus reſultat, qui ex legitimis & naturalibus reſultare poteſt, nihil enim differunt à

legitimis & naturalibus, cum ſint verè legitimi & non fictè, §. quoniam variè, §. reliqui, §. illud, §. ſi quis igitur, §. adoptionis, & §. cum ſemel, auth. quibus mod. natural. effic. ſui, & tradit latè Rolan. de Vall. conſ. 13. Quòd Marcus Antonius, num. 12. verſic. Et ratio eſt, libro 3. in iis ſiquidem naturalis qualitas & accidentalis cõcurrit, ſcilicet ſuperuenientis legitimitatis per Principem, qui potuit per ipſum actum legitimationis omne obſtaculum à lege poſitiua inductum tollere, meritò ſub dicta conditione in
22 cluduntur: Nec omiſerim, ex iure † pendere, non à natura quis legitimus ſit, vt dicit Bart. in d. l. ſi is qui pro emptore, colum. 13. verſic. Item quæritur circa prædicta, ff. de vſucap. Ang. in l. 3. num. 4. verſic. Ex quo nota, ff. de inſtit. Et vt Petr. de Anchar. inquit, conſ. 225. Videtur prima facie, colum. 2. verſic. Non obſtat quòd iſte
23 dicatur, verbum legitimum † ſemper ſonat in ciuilem intellectum, hocque probatur ex l. legitima, ff. de pact. l. teſtamenti factio, & l. ſi quæramus, ff. de teſtam. §. licet autem patri, auth. quibus mod. natural. effic. legitimi. & ideo cum lex hos legitimos faciat, non repugnat quin legitimi ad ſubſtituti excluſionem habeantur; Vlterius vt dicebat Alexand. conſ. 2. Viſis codicillis, poſt num. 16. lib. 1. in d. §. in inſulam, mors ciuilis tantum ſuperuenerat, vnde naturali non æquiparatur, ſed quicunque legitimè natus iura naturæ habet, §. liceat, auth. præalleg. quibus mod. natural. effic. legitimi. ideo cum legitimati abſque dubio naturales ſint, ac etiam per legitimationem legitimi, vtroque vinculo concurrente, ipſis d. §. in inſulam, non obeſt.

Minus etiam vrget text. in d. l. fin. C. de his
24 qui ven. ætat. impetr. † nam non poteſt lex facere de minore maiorem, ideo ibi mera natura à qua & ipſa res pendet inſpiciatur neceſſe eſt, & ita ad hunc text. reſpondent, Anton. de Butr. in cap. cum Vintonienſis, columna 2. in 2. opp. extra de elect. Alexan. d. conſ. 2. colum. 9. verſi. Non obſtat, l. fin. lib. 1. Dec. conſil. 155. Natus ex muliere, col. fin. & rurſus conſ. 258. In caſu D. Franciſci, col. 3. verſic. Non obſtant ſupra allegata, & eſt etiam de intentione Petri de Anchar. d. conſ. 225. dum ad d. l. vltim. reſpondere
25 molitur, ſed legitimitas † & illegitimitas poteſt lege poſitiua tolli atque induci, tot. tit. C. de interdict. matrim. Bart. in d. l. ſi is qui pro emptore, in 3. quæſt. princ. ideo facere Princeps poteſt quem verè legitimum, vt ibi Bart. probat, Item legitimatio non facit quem legitimum, ſed obſtaculum remouet, quæ ratio ceſſat in caſu d. l. fin.

Neque obſtat text. in d. l. fideicommiſſum, quia de adoptiuo filio loquitur, ſicuti d. l. ſi ita, §. is cui, in quo diſſimilis admodum viget ratio, fraudis enim ſuſpicio à legitimatione remoue-
26 tur, cum facilius ſit adoptare † quàm legitimare, poteſt certè quilibet idoneus adoptare apud ſimplicem magiſtratum, l. 2. ff. de adopt. legitimatio autem non facile, nec niſi à Principe impetratur, l. prohibere, §. planè, ff. quod vi aut clam, & §. fi. auth. quib. mod. natural. effic. ſui, c. per venerabilem, Qui fil. ſint legitim. impoſſibile autem exiſtimatur, quod ſolus Princeps poteſt concedere, l. apud Iulianum, §. fi. vbi Doct. de leg. 1. & alibi dixi. Adoptio inſuper facile per emancipationem reuocatur, idque confeſtim ſi placuerit fraude facta, quod perſpexere qui illud S. C. promulgarunt, ideo ceſſat ratio d. l. fi-
27 deicommiſſum, † de cõmento ac fraude loquẽtis, quæ in præiudicium iuris tertij fieret, ſicque eam intelligunt, Bar. in l. ſi cognatis, col. 2. verſ. Oppono prout hæc lex, ff. de rebus dub. Raph. Cuman. in d. l. ſi ita quis, §. is cui, Io. And. in addit. ad Specul. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. in fi. Alex. d. conſ. 2. Viſis codicillis, in prin. lib. 1. & Curt. iun. conſ. 145. Facti contingentia, nu. 22. allegans text. in l. cum ratio, §. ex bonis, ff. de bon.
28 dam. Fortior etiam legitimatio eſt † quàm adoptio, §. adoptionis, auth. quib. mod. natural. effic. ſui, & l. legem, C. de natural. liber. vbi filij naturales non poſſunt à patre adoptari, poſſunt tamen legitimari, proindeque de vna ad alterã, vt Alex. de Imol. in præcitato cõſilio inquit, nõ
29 procedit † argumentatio, poſt Bal. in l. ſi te parens, verſ. Et nota, C. de ſuis & legitim. ſubdẽs legitimatum naturalia primordia habere, cum eſſe ſpurium ſit quoddã velamen propter quod non dicitur filius, ipſam tamen generationem aboleri non poſſe, ſimileque notari in l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iur.

Denique non repugnat alius tex. in d. l. qui habent, vt naturalis ratio ſit attendenda non ac
30 cidentalis, † Nam non erat ibi conceſſus legi effectus cauſæ accidentalis, qui erat conceſſus cauſæ naturali, ſed in caſu noſtro ſic, d. §. illud, & ſcribit Alex. d. conſ. 2. ante nu. 17. verſ. Et per hoc reſponſum eſt. Tertiò, quia appellatio filio
31 rũ de iis intelligitur, quos † iuſtæ nuptiæ demõſtrãt, d. l. filium eum definimus, de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. §. legitimi, auth. quib. mod. natural. effic. ſui, ſed legitimatus propriè filius nõ dicitur, cum ex viro & vxore natus non ſit, ſibique filiationis definitio non competat, ſecundum Bald. in l. quisquis, num. 5. C. ad l. Iul. maieſt. Ang. in l. iubemus, in princ. C. ad Trebell. & probatur in d. l. qua in prouincia, §. Diuus, in fi. de rit. nupt. ibi, Perinde ac ſi legitimè con-
32 cepti fuiſſent, quæ dictio, perinde † fictionem denotat, gloſſ. in l. ſi quis vi, in princ. vbi Ludouic. Roman. & Alexand. ff. de acquir. poſſ. vt alia iura idem dictantia præteream, meritò appellatione legitimorum & naturalium in conditione ad ſubſtituti excluſionẽ ipſi legitimati

non

non includuntur: hocque argumentum fortiſſimum eſt, vt cui non conuenit definitio nec de-
33 finitum poſſit † conuenire, l.1.§.dolũ, ff. de dol. l.1.ff.de teſtam.& vtrobique Bart.idemq. Bar. notat per illum text.in l. ſi quis ſeruo, nu.2. C. de furt.& deducitur ex l. Quintus Mutius, ff.de aur.& argen.leg. quam ad hoc allegat Oldrad. conſ.207.incip. Vniuerſis, col.2.nu.1.Gambar. in Dialect. legal. in loc. à Diffin. fol. 3. & ita in propoſito argumentatur Dec. conſ. 284. Viſo puncto, nu. 12. poſt Bald.in d.l. quisquis, nu.5. & Rol.d.conſ.83.nu.2.& infra lib.3.

Argumentum quoque iſtud à vi definitionis deſumptum corruere ex pluribus videtur, Primò cum vt Ang.inquit, ſufficiat ex legis diſpoſitione legitimatum nihil ab eo differre qui
34 ex iuſtis nuptijs eſt procreatus, & † propterea adæquatam fuiſſe legitimorum ac legitimatorum conditionem, l.1. de leg.1.l.2.commun. de leg.vbi Bart.& hoc modo poſt ipſum Ang. conſil.71.Pro parte negatiua, num.2. reſpondent, Alex.d.conſ.2.num.55.verſic.Non obſtat ſextum argumentum, lib.1.Curt. ſen. conſ.35. Vt veritas eluceſcat, num.10. Vincent. Paleott. inter conſil.eiuſdem Curtij, conſ. 17. Viſo puncto, num.3.verſic.Non obſtat dicit ipſe, Franciſcus Mantic.in tract.de coniect. vlt. vol.lib.11. tit.10.num.12.& Rolan.de Vall.d.conſ.83.poſt nu.19.lib.3.

Secundò, omiſſa reſponſione Io. Crot. in d. l.Gallus, §.& quid ſi tantum, nu.79. verſ. Nec obſtat tex. reſponderi alio modo poteſt cũ Alexandro Imolenſi in præcitato conſilio num.55. textum in d.l.filium eum definimus, loqui eo iu
35 re † quo nondũ fuerat cognita legitimatio niſi per matrimonium, licet aliquãdo Princeps ius liberorum cõfirmaret, vt dicit tex. in d.l.qua in prouincia, §. Diuus, ff.de rit.nupt.vnde poſtmodum legislator ad naturalem concupiſcentiam reſpiciens, per quam naturales tantum filij naſcuntur, pluribus modis quibus naturales fiant legitimi proſpexit, §.ſi quis ergo, d.auth. quib. mod.natural.effic.ſui, §.liceat, quib.mod.natural.effic.legitim. nimirum ſi legitimatus, à iure poſtea legitimus & naturalis fuerit appellatus.

Tertiò, hæc etiam reſponſio congruit, quòd Princeps natalibus reſtituendo ad priſtinum ius reſtituit, ita vt nihil differant à legitimis, quemadmodum dicebam, vt non cenſeatur legitimus per fictionem, ſed per veritatem, quia
36 diſponendo † circa ea quæ ſunt iuris Imperator veritatem inducit, non autem fictionem, l.ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact.& declarat Bart. in d.l.ſi is qui pro emptore, in 24.colum.& in 3.q.princ.verſic. Pone ergo, ſi enim iſtud poteſt lex mortua, idem & Princeps lex
37 animata † legitimando, quia dicitur lex, §. fin. auth. de conſulibus, iuraque poſitiua penitus tollere poteſt, c. propoſuit, extr. de conceſſ. præben. clem. 1. iunct. gloſ. de immunit. eccleſ. ergo dicendum eſt, huic legitimato dictam definitionem non obſtare, & ita aſſerebat Curt. ſen. d. conſil. 35. col. 3. num. 12. verſic. Et legitimante Imperatore.

Quartò, ex intentione Io.de Imol.in l.ex facto, nu. 14. verſ. Item quia videtur, ff.de vulg.& pupill. quem Franciſc. Aretin. col.pen.in l.Gallus, §.ſi eius, ff. de liber.& poſthum. ibidemque Soc. ſen. referunt, dici poteſt, ex reſcripto Prin-
38 cipis factam legitimationem non retrò † trahi in præiudicium iuris iam quæſiti, iuxt. gloſſ.in d.l.Gallus, §. & quid ſi tantum, & not. per Io. And.in reg. ſine culpa, de reg. iur.in 6. ſed ſi iſte legitimatus ſubſtitutum excluderet, retrò tractio in præiudicium iuris ſubſtituto quæſiti fieri videretur, ergo affirmandum eſt vt ſubſtitutus non excludatur.

Sed idé Franc.Aret.in præcitato loco, rationem iſtam nihil valere dicebat, cum hæc qualitas quòd filius ſit legitimus & naturalis ad excludendum ſubſtitutum, ſatis ſit vt filio tempore mortis grauati inſit, l.ex facto, §.penult. ff.ad Trebell. & ante mortẽ aliquid ſubſtituto quæſitum non dicitur. Suſtinendo autem rationem Imolæ, contra Aretinum obijci poteſt, quòd ſi iſte non dicitur legitimus vt ex tunc, & conſequenter antiquæ ingenuitati, ac natalibus non reſtituitur, quod eſt de natura ſimplicis legitimationis, vt in d.§.illud, auth. quib.mod.natural.effic.ſui, & §. ſit ergo licentia, auth. quibus mod.natural.effic.legitim. non videtur verè legitimum dici, ſed potius cum eo diſpenſatum, ſicut in ſimili dicimus, quòd ſi tantum ad par-
39 tem † bonorum diſpenſatum fuerit, ſimpliciter & verè legitimus non diceretur, ſecundum Alexan.in l.pactum quod dotali, num.5.verſic. Fallit etiam, C.de collat. argumento de re ad tempus deſumpto, iuxt.l.miles ita, ff.de teſtam.milit. vt idem dicendum ſit, quãdo legitimus quo ad partem temporis cenſeretur, ad quod facit text.in l.2.in fin.ff. de natal. reſtit. Vnde ſi non diceretur verè legitimus, vtique in tali conditione non intelligeretur, vt notanter dicit Paul. de Caſtr. per illum text.in l. ſed ſi hac, §.patronum, ff.de in ius voc. ergo ad hoc vt ſimpliciter, & verè legitimus dicatur, neceſſe eſt quòd retrò fingatur, vel natalibus reſtituatur vt antiquæ ingenuitati, quod quidem fieri poſſe in præiudicium tertij (vt in ſuperioribus) non videtur.

Aretino tamen inhærendo, conſiderandum eſt, legitimatum vere in futurum legitimum eſſe, nõ mirum ergo ſi de proprietate verborum ſub dicta conditione comprehendatur, quòd autem ita ſit, deducitur, cum in ijs quæ iuris ſunt, lex ſimpliciter & abſolutè (vt ex Curtio

ſen. dicebam, diſponenda per fictionem diſponat: Vnde ſi ſtatutum ſimpliciter velit aliquem
40 pro ciue haberi, ille † verè ciuis erit, ſecus ſi diſpoſitio iuris aliquam alicui qualitatem quo ad quid imprimat, ideſt quo ad vnum effectum vel duos, vt declarat Bart. in l. nec vtilem, numero 4. ff. ex quibus cauſis ma. & in l. ſi maritus, §. legis Iuliæ, colum. 1. ff. de adulter. Et propterea Bald. in q. iſta, in l. eam quam, num. 45. verſic. Quæro vtrum legitimatio, C. de fideicom. magiſtraliter ſcripſit, quòd legitimatio in
41 integrum † ſicut ius poſtliminij reſtituit, quod etiam voluit Dyn. conſil. 10. Quæſtio talis eſt, num. 1. & 2. verſic. E contra videtur, ius autem poſtliminij duo capita continet, vnum in quantum alteri iura ſua de præſenti reſtituit, & in hoc per veritatem non per fictionem diſponit, alterum in quantum trahit retrò hanc iuris diſpoſitionem, & in id fictè non autem verè diſponit, vt aperit Bart. in d. l. nec vtilem, hinc patet, legitimatum vt ex nunc verè legitimum eſſe, hucque tendere quod deſuper allegata iura ſtatuunt, legitimatum ſcilicet nihil à legitimo differre.

Et ſi vlterius cum Ioanne de Imol. diceretur, quòd ſaltem per legitimationem ſequutam ſi legitimatus ſubſtitutum excluderet, ius ſubſtituto quæſitum auferretur, quod in dubio
42 Princeps velle † non videtur, vt l. nec auus, C. de emancip. liber. & l. 2. §. meritò, ff. ne quid in loc. public. cap. quamuis, de reſcript. in 6. Ex intentione Franciſci Aret. reſponderi poteſt, quòd ex quo filius legitimatus verè ſub verbis teſtatoris comprehenditur, nullum ius fideicommiſſario ſeu ſubſtituto aufertur, non enim fuit ſubſtitutus in hunc caſum quando filius legitimatus extaret, ſi appellatione legitimi ex proprietate ſermonis legitimatus comprehenditur, vel ex alio capite: Sed Socinus reſponſionem Aretini nullam eſſe dicit, quia factum Principis eſt cauſa defectus conditionis, & ſic excluſionis ſubſtituti, huiuſmodi igitur factum non debet in dubio hoc operari, ex iuribus allegatis.

Vnde Socin. melius hoc modo reſpondere profitebatur, quòd eandem affectionem teſtator habuiſſe ad filios legitimatos cenſetur, ſi verè legitimi & naturales ſunt, arg. l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. talis ergo conditio de filijs legitimatis intelligitur, cum legitimi & naturales ſint, & conſequenter defectus conditionis, qui cenſetur velle conditionem impleri, vt per Bart. in l. illis libertis, hoc tit. de condit. & demon. & ſic præiudicium à tacita diſpoſitione teſtatoris cauſatur, qui diſponere poterat, iuxta not. per eundem Bar. in d. §. & quid ſi tantum, per iſtamque rationem (inquit ipſe) poteſt ad illud reſponderi, quòd legitimatio retrò trahi in præiudicium iuris iam quæſiti non debet, cum hoc ex mente tacita teſtatoris fiat, vt per eum.

Sed Socinus nil aliud agit, quàm Franciſci Aretini ſui præceptoris reſponſionem aperire ac dilucidius declarare, cum vtriuſque reſponſiones in ſubſtantia ſi rectè intueantur non differant, nec factum Principis proinde effugiant, qui cum ex iuſta cauſa motus in propoſito cenſeatur, tacita teſtantis voluntate attenta, virtute legis cooperante, eiusque miniſterio Principis factum approbante, legitimatus enim verè filius legitimus ac naturalis exiſtit, iuribus deſuper adductis, non videtur de ſubſtituti præiudicio ſpem tantum habentis tractari, remotis iuris poſitiui obſtaculis, legitimatoque priſtinæ ingenuitati reſtituto: conditio nanque nil ponit in eſſe, & qualitas à teſtatore requiſita tempore mortis grauati adeſt, vt intentio ſpectetur legitimitatem ac naturalitatem dicto tãtum tempore in conditione requirens: attentis maxime traditis per Alex. d. conſ. 2. Viſis codicillis, num. 17. lib. 1. dum ad ſextum argumentum reſpondet, ab exæquatisque ac çquipollentibus argumentatur.

Quintò omiſſis alijs, idem Franciſc. Aretin. argumentabatur, quia communis vſus loquendi legitimatos non vocat legitimos, ſed verba teſtatoris debent à communi vſu loquendi in-
43 terpretari, † l. librorum, §. quod tamen Caſſius, de leg. 3. l. Labeo, vbi Bart. de ſuppell. leg. gloſ. in c. præterea, de verb. ſignif. in cap. nonnulli, in princ. ſuper verb. Dietas, de reſcript. & eſt text. iunct. gloſſ. in cap. vnic. vbi Dominic. de iniur. in 6. ergo legitimatus ſub appellatione legitimi non comprehendetur: & ſine dubio (inquit) ſi iſte communis loquẽdi vſus probaretur, iſta ratio protederet, verumque diceret.

Cæterum huic rationi Alexander de Imola in præcitato conſilio reſponſum afferebat, quòd verba à teſtatore vulgariter prolata per
44 tabellionem latinè conſcripta † interpretationem à communi loquendi vſu non recipiunt, ſecundum Bartol. in l. ſi quis filiabus, numero quarto, ff. de teſtam. tut. arg. not. in l. prima, C. de vſur. & in l. ſciendum, ff. de verborum obligat. idem Bart. in l. liberorum, colum. fin. ff. de verborum ſignif. & in l. ſi quid earum, in princ. ff. de leg. 3. Socinus verò dubium hoc eſſe in caſu noſtro ſcripſit in dicto §. ſi eius, columna penul. in fin. verſic. Sed pro certo, cum Bartolus loquatur quando in Latino ſermone diſtinctus eſſet ſermo, qui non eſt in vulgari, vt in liberis & filijs qui Latinè, ſed non vulgariter diſtinguuntur, ſecus fortè eſſet quando eadem diſtinctio in vulgari ac Latino daretur, tunc enim prolata etiam Latinè, deberent ſecundum communem vſum intelligi, prout iſto caſu contingit,

tingit, Latino ſiquidem vulgarique ſermone legitimum dicimus ac legitimatum, argum. not. per Anton. de Butr. in cap. quamuis, de verbo. ſign. & in proœm. Decretal. idem in filio & nepote indiſtinctè voluit Alexan. conſil. 9. Viſis, num. 3. d. lib. 1. & in verb. Conſanguineus, conſil. 82. In cauſa, num. ſecundo, eod. volum. rurſus in filio & nepote, idem Alexan. conſil. quinto, Circa primum, num. 11. lib. 3. Ludouic. Roman. conſil. 4. Sententiam, colum. prima, verſ. Secus, vbi de verbo inteſtatus quo ad pupillũ, concinunt in id Cyni autoritatem in l. ſi cum ante, C. de donat. ant. nupt. Sed hæc ratio cum reſpectu probationis dubia ſit, tanquam in facto conſiſtens, non meruit ad huius quæſtionis deciſionem allegari, de qua ſtatim in limitationibus ad communem opinionem aliquid pro declaratione dicendum erit.

Altera igitur eſt opinio, quòd imo legitima
45 tus † per reſcriptum, ſubſtitutum ſub conditione ſi ſine filijs legitimis, & naturalibus excludat, quam tenent, Iacob. de Aren. in quadam ſua Diſput. An Imperator nondum coronatus legitimare poſſit, quem refert ac ſequitur Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. §. fin. verſic. Item ſcire debes, & Angel. in alia quadam Diſput. incip. Nobilis quidam genere, colum. ſecunda, & tertia, Anton. de Butr. in cap. per venerabilem, nu. 17. circ. fin. tit. qui fil. ſint legitim. Bald. in fin. Franc. Aret. colum. quarta, verſic. Nouiſſimè, Socin. ſen. num. quinto, verſic. Secundus caſus, & verſic. Quartus caſus, dicens ab ea iudicando & conſulendo recedendum non eſſe, & Andr. Alciat. num. 39. in l. Gallus, §. ſi eius, ff. de liber. & poſthum. Alber. de Roſat. in d. l. generaliter, §. cum autem, num. 6. C. de inſtit. & ſubſtit. vbi Alexand. num. ſecundo, verſic. Quid ſi aliquis, & in d. l. ſi quis poſthumos, num. quarto, d. tit. de liber. & poſthum. Ioan. de Imol. circ. fin. de communi atteſtans, Paul. de Caſtr. num. quarto, Franc. Rip. num. 47. communem opinionem eſſe dicens, & Alciat. num. 39. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, ff. ad Trebell. idem Socin. ſen. in l. ſi cognatis, num. 21. ff. de reb. dub. ipſeque And. Alciat. in rubr. num. 28. verſic. Nec me mouet, id ex receptiori ſententia traditum eſſe atteſtans, d. tit. de liber. & poſthum. & in §. & quid ſi tantum, vbi de communi meminit, num. 141. verſ. Tertiò facit, nec omiſerim Fran. Aretin. in l. ex facto, in princ. ſub num. 9. & 12. de vulg. & pupill. ac Ioan. Dilect. in tract. de art. teſtan. tit. 5. cap. 15. num. 3. Conſulendoque eandem opinionem comprobarunt, Bald. conſ. 347. Super eo quod quæritur, num. 3. verſ. Sequitur videre, lib. 3. Petr. de Anchar. conſil. 225. Videtur prima facie, colum. prima, circ. med. verſic. His tamen, num. ſecundo, Paul. de Caſtr. conſil. 30. Super puncto, num. ſecundo, libro primo, vbi ipſam confirmat ex omnium intentione, Raph. Cuman. conſil. 168. Reuerendus pater, num. 6. verſic. Nam ſi facta ſit ſubſtitutio, Alexan. conſil. ſecundo, Viſis codicillis, colum. quinta, nu. 15. verſ. Et comprobatur, de communi opinio. atteſtans, ab eaque in iudicijs non fore recedendum, lib. primo, conſ. 121. Viſo themate, num. 18. verſ. Non obſtat etiam, lib. ſecundo, vbi etiã de eadem communi meminit, Socin. ſen. conſ. 251. Quoniam in præſenti conſultatione, num. decimo, verſ. Et primo aſpectu, qui magis communem eſſe aſſerit, lib. ſecundo, conſ. 63. Viſis, num. quimo, verſ. Et videtur eſſe, vbi de communi, lib. tertio, Corn. conſ. 177. Egregiè diſcuſſa eſt, colum. fin. in fin. poſt num. 6. lib. primo, Dec. conſ. 366. Pro declaratione eorum, num. 4. verſ. Quartò idem comprobatur, communẽ ſententiam eſſe ſcribens, de qua etiam conſilio 365. Viſo conſilio, num. 6. verſ. Tertiò hoc comprobari videtur, conſ. 258. In caſu, num. 3. in fi. verſ. Sed tamen prædictis, conſ. 285. Viſo puncto, colum. quinta, num. nono, verſ. Et ſtudendo breuitati, vbi iterum de communi, ac etiam conſ. 399. Concluſionem, num. 6. verſ. Quia ſecundum communem, & conſ. 425. In caſu propoſito, nu. octauo, verſ. Et eſt quæſtio ſatis notabilis, Ludou. Gozadin. conſ. 29. Videtur prima facie, num. 19. & 20. verſ. Secundò quando eſt facta ſubſtitutio, & conſ. 48. In cauſa Florẽtina, num. 15. verſ. Iſte legitimatus, Vincen. Palæot. inter conſ. Curtij ſen. conſ. 17. Viſo puncto, num. ſecundo, poſt Petr. de Anchar. in cap. canonum ſtatuta, in 14. quæſt. colum. 37. verſ. Habui his diebus bis iſtam quæſt. dicentem ſe bis conſuluiſſe, & ſequutum fuiſſe Dynum in ſuis conſilijs, referens etiam Anton. de Butr. in d. cap. per venerabilem, colum. 26. verſic. Alius effectus, atteſtantem ita vidiſſe iudicatũ, & conſultum Bononiæ, Curt. iun. conſ. 64. Præſupponitur in facto, num. 12. verſ. Et hoc fatentur, vbi communem dicit, conſ. 83. Pro habenda, num. octauo, Pariſ. conſ. primo, Præſens legitimatio, nu. 64. 65. 78. & 85. lib. ſecundo, conſ. octauo, Aſſertum fideicommiſſum, num. octauo, de cõmuni atteſtans, eodem volum. vbi etiam quòd ab ea non eſt iudicando, conſulendoque recedendum, conſ. 58. Agit coram D. Suffraganeo Vicario, num. 43. & conſ. 63. Mortuus eſt, nu. decimo, lib. quarto, Andr. Alciat. qui de magis communi meminit, conſ. 69. Fideicommiſſi verba, num. 15. lib. nono, & lib. tertio, de verbor. ſignif. fol. 138. ſecundum paruam impreſſionem, vbi crebriorem quoque ſententiam eſſe dicit, Socin. iun. conſil. 77. Pro reſolutione, numero ſeptimo, libro tertio, conſ. 82. Conſului, num. 15. libro quarto, Ioan. Crot. conſilio 60. Dudum, colum. ſecunda, num. 14. conſil. 113.

Animad-

Animaduerſis jls, num. 20. de communi atteſtans, prout etiam conſil.144. Facti contingentia,num.35. Laurent. Siluan. conſ.45. Prætermiſſo,num.4. verſic. Hinc dicimus,vbi de magis communi,Carol.Ruin.conſ.173. Quæritur primò,num.ſeptimo,lib. primo, conſ.147. Ex pluribus,num.primo,lib.ſecundo,conſ.79. Primò vidēdum,numero primo, lib.tertio, rurſus Ruin.conſ.96. In quæſtione, num. 3. 5. & 15. conſ.87. Quia Matthæus,num.18.& conſ.145. Quoniam ad aliqua,numero 16.eodem volum. Natt.conſ.368. Vertente controuerſia,ante nume.2.lib.2.conſ.624. Teſtator ſubſtituit,num. octauo,verſic.Relinquitur item,lib.3. Roland. de Vall. dicens crebriori calculo ita omnes atteſtari, conſ.67. D.Iacobus de Ramo, nume.16. lib.3.conſ.83. Quòd Marcus Antonius, ſub nume.19.verſic.Non obſtat quoque,eod.volum. vbi communem eſſe affirmat,& triginta Doctores ipſam tenentes enumerat,de eademque crebriori ſententia meminit Ioan. Cephal. conſil. 117. In hac cauſa,num.20.lib.primo, & conſil. 118. D.Ambroſius,num.19.verſ.Secundò quia, lib.ſecundo,necnon conſ.186. Magnificus Comes,num.70.eodem volum.conſ.276. Magnificus D.Iacobus,num.9. pariter lib. 2. & denique conſ.570. In hac cauſa, nu.22.lib.4.Andr. Tiraquell.in rep.l.ſi vnquam,in verb.Suſceperit liberos,num.84.verſ.Similiter autem, C.de reuocan.donat.hisque omnibus accedunt etiā, Guid.Pap.Doctor apud Gallos excelſus,conſ. 6.Recolendæ memoriæ,num. ſecundo, Ioann. Neuiz.conſ.99. Omnis ſapientia à Deo eſt,ſub num. 20. & infr. Hieronym. Grat. conſ.29. In præſenti cauſa,colum.ſeptima,num.44.verſic. Adeo quòd communis opinio, libro ſecundo, conſ.65. Et ſi agatur,colum.ſecunda, nu.quinto,verſ.Et præſertim, lib. primo, vtrobique de communi opinione atteſtans, Alber.Brun. conſil.15. Viſa legitimatione,colum.tertia,in prin. verſ.Circa ſecundum dubium, vbi de communi,lib. primo, & in tract. quòd ſtantib. maſcul. in 12.artic.princ.num. 66. verſ. Ad idem facit. Ioan.Campeg. in cod. tract.quæſt.39.nu.171. Marc.Mant.conſ. 116. Quantum ad primum, num.quinto,verſ.Nihilominus tamen, Auguſtin. Bero.conſ. 63. Cum in articulo, nu.9. verſ. Ergo quamuis,lib.primo,conſ. 180. An pupillus,num.ſeptimo,libro ſecundo, conſ.173. Viſis,num.ſecundo,eodem volum.vbi de communi,conſ.184. Viſo eleganti conſilio,nu.12.conſ. 13. In ſententiam,num.quinto,verſ. Nec etiam communem eſſe affirmans,& conſil. 23. Quod electio,num.14.pariter d.lib.2.Hippol. Rimin. conſ.294. D.Fabricius,num.6.lib.3.conſ.540. D.Caſar,colum.quarta,num.17.verſ. Quibus non obſtantibus,& nume.18. poſt Manticam, Decianum, Cephalum, & Rolandum quos citat,lib.quinto, dicens ſe idem tenuiſſe conſilio 186.num.34. de communi atteſtans, & ab hac opinione iudicando conſulendoque recedendum non eſſe vt per eum. Tob. Nonius qui de receptiori ſententia fidem facit,conſ.70.In propoſita ſpecie,num.quinto,Iacob.Menoch.conſil. 266. Memini ne ſuperiore anno, colum. 4. nu.20.verſ.Septimò maximè vrget, lib. tertio, dicens hanc opinionem verè receptam eſſe, & in tract.de præſump.in prima parte, lib.primo, quæſt.35.num.12.verſ.Et idem eſſe, fol. 26. & in ſecunda parte,lib.quarto,præſumpt. 76.nu. primo,vbi de magis recepta ſententia teſtatur, fol.131.Franc.Burſat.conſ.primo,Non abeſt, de crebriori,num.30.& conſ.decimo, Illuſtris Comes,num.ſecundo, conſil. 85. Certum eſt, num.13.lib.primo,Didac.Couar.lib.3. variar. reſolut.cap.6.num.ſeptimo,verſic. Eadem quidem,Ioan.Dilect.in d.tract.de art.teſtandi,tit. quinto,caut.15.num.quinto, Iodoc. Damhouder.in enchirid.in verb.Legitimatus,Fran.Mātic.in tract.de coniect.vltim.volunt.lib.vndecimo,titu.decimo,ante num.10. verſ. Contrariā igitur ſententiam, qui receptiorem eſſe inquit, poſt Ioan. Cephalum eius collegam, videturque in ſui generalitate ſenſiſſe Iul.Clar.lib.tertio,ſentent.§.teſtamentum,quæſt.84.verſ.Regulariter enim,Franc. Viuius in ſua Silua, opinio.853. Subſtitutio pupillaris, num. quarto, verſ.Vnde legitimatus, Alexand. Trentacinq. in tract.ſubſtitut.in quarta parte, cap.ſeptimo, fol.150.verſ.Cum igitur,ante num. 49. dicens eſſe communem ac magis communem opinionem, Iacob. Benius Eugubinus in tract.de priuileg. Iuriſconſultorum, parte tertia, priuileg. 63.incip.Et ſi legitimatus,num.primo, fol.93. Sebaſtian. Maſſa Salernitanus in commentarijs ad l.ſi is qui pro emptore,num.164. verſic. Primum fundamentum eſt, ff. de uſucap. qui communem eſſe aſſerit, Nec prætercrierim Sfortiam Odd. in tract.de compend.ſubſtit. partic. 6.uerſ.An legitimati, fol.208. dicentem etiam magis communem opinionem,& ab ea iudicādo, conſulendoque recedendum non eſſe: cui addo Benedictum Capram eius conciuem conſil.108. Cum ut præſupponitur,num.21.conſil. 132. Viſo,num.octauo,uerſ.Quod & maximè, Lancell.Galiaul.in d.l.Gallus, §. & quid ſi tantum,num.87.uerſ. Sed aduerte. Poſterior hæc ſententia intraſcriptis fundamentis nititur, Pri
46 mò cum legitimati † nihil à legitimis differant, §.ſi quis ergo, Auth.quib.mod.nat. effic. legit. §.illud,& §.reliquū, Auth.quib.mod.nat. effic. ſui,l.qui in prouincia,§.Diuus,ff.de rit.nupt.in quibus quidem iuribus uidetur, quòd omnia legitimorum iura ipſis legitimatis conferātur, ergo diſpoſitio teſtatoris per interpretationem paſſiuam iuris communis, quæ de filijs legitimis.

mis & naturalibus loquitur, uidetur etiam in legitimatis filijs verificari, argum.l.prima, §. lex Falcidia, cum ibi not.ff. ad l. Falcid. Stringitur hæc ratio, nam in §.& quoniam variæ, d.titulo, quib. mod.natural. effic. ſui, expreſsè dicitur. Nihil diſſimilis legitimis, quæ vniuerſalis negatiua potentius † negat, quàm affirmatiua affirmet, vt not.in l.hoc genus, iſto tit. Dec.conſ.tertio. Et diligenter, num.quarto, poſt gloſ.in cap. cum dilectus, de conſuet. ad veritatemque vniuerſalis negatiuæ omnia debent eſſe vera, gloſſ. in cap.nemo poteſt, il primo, in verb. Obligari, in princ.de reg.iur.in 6. Bart.in l.nullam, in fin. C.ex quib.cauſ.infam.irrog. & ſi in vno vniuerſalis negatiua eſt falſa, in omnibus falſa redditur, l.ſi is qui ducenta, §.vtrum, ff. de reb. dub. legitimati igitur debẽt ſubſtitutum excludere, ſicuti illum excludunt ij qui ab initio legitimi ſunt.

47

Sed huic rationi poſſet ex Scribentium intẽtione dupliciter reſponderi, Primò quòd iura dictantia legitimatos in nihilo à legitimis differre, de naturalibus tantũ filijs† legitimatis intelligunt, qui legibus nõ adeo ſunt exoſi, vt Salyc. in ſua Diſput. aſſerebat, rationeque (vt Socin. inquit) comprobatur, iura enim prædicta eo caſu intelligenda videntur, quo Imperator legitimationem permittit, non quo prohibet, prout in filio ſpurio contingit, vt in Auth.quib. mod. natural.effic.ſui, in fin.§. fin. cum non videatur in dictis iuribus Imperator ſpurium legitimandum reſpexiſſe, quẽ immediatè legitimari prohibuit, iuxt.not.per Bart.in l.codicillis, §. inſtituto, num.quinto, ff.de legat. ſecundo, in odioſisque extenſio reſtringenda eſt, cap.primo, de fil. presbyt. Contra Socinum poſſet replicari, odium allegatum in genere ſpuriorum conſiderari, non autem in ſpecie reſpectu illorum qui per Principem legitimantur, nam vbi primum Cæſaris beneficio fruuntur, non amplius odibiles cẽſentur, ſed odium ipſis remittitur ex quo priſtinæ naturæ & veræ legitimati reſtituti sũt, iura igitur quæ ſpurios odibiles appellant, ante legitimationem loquuntur † in ipſo ſtatu ſpurietatis, vt ea ceſſante leges prædictę ad hunc caſum non pertineãt, ſicuti ſcripſit Tob. Nonius in §.poſthumi, colũm. 6. in princ. num. tertio, verſi. Et ſi tu cum Socino, Inſtitut.de exhæred. liber. & ante ipſum Vbertin. Zuchard. in prælud. ad l. poſthumo, num.vigeſimoquinto, verſic. Nec obſtat cum dicitur, C. de bonor. poſſ. contratabul.

48

49

Vlterius & ſi filius qui legitimatur ſit odibilis, ipſa tamen legitimatio fauorabilis eſt, & vt fauorabilis extendenda, cap.odia, de regul. iur. in 6. eiuſque attento fauore debet legitimatum fauorabilem reddere, vt inter cauſam & effectum proportio detur: beneficia etiam Principum † latè ſunt interpretanda, l.fin.ff.de conſtit.prin.cum legitimatio Principi donum ſit, §.ſi verò is ſolummodo, Authen.quib. mod.natural.effic.ſui, Petr.de Anchar.conſ.427. Circa primum quæſitum, colum.ſecunda, tex.uerò in d.cap.primo, de fil.presbyt. in 6. in diſpenſatione loquitur, quæ odioſa † eſt, ſtrictèque intelligenda, ut ibidem Doctores aduertunt, & tradit idem Ancharan.conſil. 241. Ex tenore priuilegij, colum.prima, uerſi. Et ſi iſta, & d.conſ.427. in princ. Curt.ſen.conſ.73. Super memorata facti narratione, colum.ſeptima, num.ſexto.uerſ. Circa quem paſſum, & colum.18. in fin. poſt nume.15.uerſic.Suadentur præmiſſa, Socin. ſen. conſ.246. Eleganter & ſubtiliter, colum. quarta, num.quinto, uerſic. Primò enim conſiderando, lib.ſecundo, Dec.conſil.586. Pro reſolutione, num.ſeptimo, conſ.695. Viſa donatione, nume.13. Corn.conſil.93. Primo aſpectu, colum. quarta, in princip.lib.ſecundo, conſ.9. Memini proximis diebus, colum. fin.lib. quarto, Marc. Mant.conſil.121. Nolebam, num.36. Soc. iun. conſil.120. Perſpectis, num.20.lib.ſecundo, addendus eſt etiam Paul.de Caſtr. in l. ſed ſi hac, §.patronum.num.quarto & quinto, ff.de in ius uoc. eſtque communis opinio, ut tradit Andr. Alciat.lib.paradox.1.cap.16. Non obſtat ſi adhuc diceretur, quòd iſte qui legitimatur cũ tanquam ſpurius ſit odibilis, meritò qui eum legitimat minus ei tribuere debeat, quàm naturalibus tantum tribuatur. Hoc enim eſſet uelle ſuperiori legem imponere, ut Vbertinus Zuchardus dicebat, quod nõ poſſumus, nec debemus, præſertim cum ipſum † ex iuſta ac rationabili cauſa moueri præſumendum ſit, ut per Cyn. in l.reſcripta, C.de precib.Imp.offer. Io.de Imol. & Anton. de Butr. in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtit. Iaſ.in l.ſi teſtamentum, num.tertio, C.de teſtamen. poſt glo.in l.relegati, ff. de pœn. Carol. Ruin.conſ.76. Primò eſt uidendum, numero duodecimo, lib.quinto, Et ut princeps legitimans præſumatur ex cauſa moueri, Alex. conſil.94. Conſideratis, num.octauo, libro primo, conſil.60. Viſa legitimatione, num.18. lib. ſecundo, Dec.conſ.307. Viſo puncto, num. decimo, conſil.288. Quæritur, colum. ſecunda, numero ſeptimo. Vltimò ambigendum non eſt, extenſionem † eſſe permiſſam, cum ad priſtinũ ius reuertimur, l.ſi unus, §.pactus ne peteret, ff. de pact. quod etiam in materia correctoria ſibi locum uendicat, ut ibi per Iaſon. num.6.

50

51

52

53

Sed intimius conſiderando, prætermiſſis ijs quæ tradit Alexan.de Næuo, conſ.33. Vidi, numero tertio, uerſ. Item legitimatio, huiuſmodi actus ad ſpurium relatus † non legitimatio ſed diſpenſatio uidetur, ut non de fauore legitimationis, ſed magis de odio diſpenſationis ſit tractandum, quod dicunt Paul.de Caſtr.conſ.30.

54

Super

Super puncto iſto,colum.tertia,num. quarto, uerſic. Item certum eſt,lib.primo, ubi aſſerit ſe reperiſſe ſic fuiſſe cõſultum per Collegium Bononienſe in quęſtione ualde ardua ſuper eaque Baldum & Dominum Petrum eius fratrem cõ ſuluiſſe, Dec.d.conſ.288.colum.ſecunda,num. 6.conſ.393.Conſului, colum. fin. & conſ.579. In præſenti caſu,in princ.Curt.ſen.d.conſ. 73. colum.34.in fin. numer.26. verſ. Veniamus ad quartam dubitationem,Roland.de Vall. conſ. 89.Viſa legitimatione,num.49.lib.primo,poſt Corn.conſil.93.Primo aſpectu,colum.tertia,libro ſecundo,& Caſtrenſ.in d. l. ſed ſi hac lege, §.patronum,num.4. De in ius voc.cum latè adductis per Iacob.Menoch.in tract.de pręſump. part.2.lib.quarto,præſumpt.79.num.38. verſ. Et huius quidem ſententiæ ratio, fol. 133.

Nec quicquam facit, quòd ſuperiori legem imponere videremur,cum de manca attributione ſpurijs concedenda tractamus, ſtante odio ex eiuſdem Zuchardi ſententia, & quia in Principe cauſæ iuſtitia præſumitur,vt per eum,licet enim quo ad ius poſitiuum expeditum ſit quòd
55 cauſa in eo † non requiratur, iuxt. text. iuncta gloſſ.in Clement.prima,de immunit. eccleſ. vt dixerit Bald. in Authen.hoc amplius,columna ſecunda,in princ.verſic.Quæro an filius Regis, C.de fideicommiſſ. Regem in ſuo regno legem animatam eſſe, & plus poſſe quàm lex commu
56 nis † & conſuetudo, deque libera derogatione conſuetudinis in Principe, Oldrad.conſil.117. Bonæ memoriæ,num.primo,verſic.Nullum enim,in tantum quòd conſuetudo nõ valeat per quã manus Principis ligantur, Rot. deciſ.103. Nota quòd nõ valet, in antiq.& in ſtatutis quę ius poſitiuum dicuntur,tradit Bald. conſ. 388. Si Princeps non vult,in princ.lib.quarto,vbi di
57 cit in poteſtate Principis † loca, ſtatuta, & conſuetudines eſſe, Affict.deciſ.361.Monaſteriũ, num.nono,rurſum de conſuetudine,idem Bal. conſil.301.Super eo quod vertitur, nu.tertio, lib.quarto. Hæc tamen aſſertio in propoſito tuta non videtur,cum vt ipſe Bald. inquit in l. ſecunda,nu.40.verſic. Nulla enim autoritas, C.
58 de ſeruit.& aqu. Princeps ſit animal † rationale mortale,nec eius imperium aut ſenatus inducere poteſt quin rationi ſubijciatur,vnde infere bat,quòd cum leges ratione editæ ſint,cap. erit autem, quarta diſtinct. Princeps ex dictamine rationis obligatur, quamuis legis imperio non arctetur, peccat ergo qui obligationem non ſeruat,cum leges violet, ad quas obſeruandas ratione tenetur: congruit quod ſcribit S. Thom. 1.2.quęſt.9.artic.quinto,ad tert. Principem ſci
59 licet ſubijci legi † quam fecit quo ad iudicium Dei,facitque text.in cap.iuſtum,nona diſtinct. dicens, iuſtum eſſe Principem legibus viuere ſuis, iniuſtè itaque ſine cauſa contra leges legitimaret,quod cum iniuſtum ſit, ſequitur id iure non poſſe,iuſtum nanque à iure & iuſtitia dicitur,l.1.ff.de iuſtit.& iur. cap. ius dictum eſt, extr.de verbor.ſign. vbi aſſeritur hoc iure poſſideri quod iuſtè,hoc iuſtè quod benè,cum ergo non iure,ſed iniuria legitimaret, l.penult. ff. de natal.reſtit.non poterit iuſtè legitimare, nec legitimatus iuſtè poſſidebit, facit quod vult text. in l.digna vox,vbi Bart. C.de legib.in l. Cæſar, ff.de public.æquum eſſe inquam,legibus alliga
60 tum † ſe Principem profiteri,dignamque vocẽ maieſtate regnantis exiſtimari,vt reuera maius imperio ſit ſubmittere legibus principatum, hincque autoritatem pendere, & quod legitur in cap.ideo permittente domino,§. item Hieronymus,25.quæſt.prima, Priuilegia,inquit,ſingulorum nõ poſſunt legem facere communem, Valet ergo vt ex præmiſſis colligitur, Sancta Romana Eccleſia ſuis priuilegijs quoslibet munire nempè extra generalia decreta quædã ſpeciali priuilegio indulgere,conſiderata tamen rationis æquitate,vt quæ mater iuſtitiæ eſt,in nullo ab ea diſſentire videatur, quodq. ſcripſit Io. Coraſ.Miſcellan.lib.ſecundo,cap.25.num.primo, & ſecundo, vbi in Iuliam nouercam inuehitur. Hinc Io.Andr. & Abb.in cap.de multa, de præbend. tenent non eſſe tutum quo ad veram iuſtitiam illum cum quo contra ius poſitiuum diſpenſatur, dum diſpenſandi cauſa non adeſt,cum enim Pontifex, vel Imperator boni patrisfamilias vicem gerat, non debet leges ſine rationabili cauſa rumpere, nec debet diſpen
61 ſatio ex bono priuato fieri, † ſed ex publico cũ cauſa,aliàs non diſpenſatio,ſed diſſipatio diceretur,idem voluit Abb.in capit. propoſuit, de conceſſ. præbend. in capit.non eſt,de vot.& ſic Theologi ſentiunt, vt videre eſt apud S. Thomam,ſecũda,ſecundæ,quæſt.97. artic. quarto, dicentem,quòd Legislator loco Dei diſponẽs prudentem ſe,ac fidelẽ adhibere debet,ut Luc. 12. qui putas eſt fidelis diſpẽſator & prudens, quem Dominus conſtituit ſuper familiam ſuã, expreſſeque ibi Abb.contra Innocentij doctrinam infert,in cap. cum ad monaſteriũ, de ſtat. regular. vbi tenebat contra ius poſitiuum ſola voluntate poſſe diſpenſare: Eſt itaque Prin-
62 ceps † cum bene agit, dum perperam, nequaquam,cap.ſcelus,2.quæſt.1.& cap.non omnis, quæſt. ſeptima,cap.admonere,33.quæſt.2. Poteſtas etiam de genere bonorum eſt, iuxt. text. cum gloſſ.in cap.principium,§.charitas,in glo. in verb. Poſſe,de pœniten.diſtinct.ſecunda, & propterea non poteſt in malis verſari, quia poſſe malum non eſt poſſe,vt ibidem gloſſ.inquit, in tantum vt Princeps non debeat ſuæ prudentiæ inniti, nec eſſe ſapiens apud ſeipſum, Prouerb.3.cap.ne innitaris, extr.de conſtit.& ideo
63 veri Principes † ſeniorum prudẽtum virorum

conſilio aguntur,de quibus Iob. 12. In antiquis eſt ſapientia & in multo tempore prudentia, & patet in c. Epiſcopus, 15. quæſt. ſeptima, l. conſenſu, C. de repud.

64 Et ſi cum Innocentio in ijs quę poſitiui iuris ſunt tacitè cauſam ſubeſſe præſumi † diceremus, quod tradit etiam Abb. in cap. quæ in eccleſiarum, in final. verb. d. tit. de conſtit. & in diſpenſatione ſic multi intelligunt per Innocent. tradita in d. cap. cum ad monaſterium. Primò poſſumus reſpondere, cauſam tunc præſumi cũ veriſimilis imaginari poteſt, vt per Socin. ſen. conſ. 120. Memini, colum. octaua, lib. tertio, Socin. iun. conſ. 65. In caſu, num. octauo, verſ. Tertiò etiã reſpondetur, lib. ſecundo, cauſaque imaginata ac veriſimilis publicam debet vtilitatem reſpicere, ſecundum Bart. in l. fin. colum. prima, poſt num. ſecundũ, C. ſi contr. ius vel vtil. public. cum concordantibus per Iaſ. in l. Barbarius, ſub num. 35. ff. de offic. prætor. & poſt Felyn. Alexan. & Dec. tradit Socin. iun. d. conſilio 65. num. nono, quę in propoſita quæſtione imaginari non poteſt, vt publicæ vtilitati conſulat, ſed magis vt aduerſetur.

Secundò, quod non poteſt Princeps contra ius poſitiuum ſine cauſa diſpenſare, quando in
65 ratione naturali vel diuina fundatum † aut radicatum eſt, Abb. in cap. per tuas, colum. 11. de arbitr. quem ſequitur Felyn. in cap. primo, col. ſeptima, de conſtit. Franc. Rip. in l. quo minus, num. decimo, ff. de fluminib. Roland. de Vall. conſil. nono, Quòd Dominus, num. nono, libro ſecundo, Ioan. Cephal. conſil. 133. Multa, num. 108. lib. primo, Princeps enim ſuperiora iura vſque ad animam & ſanguinem obſeruare debet, inferioribusque præſtare exemplum vt ſua obſeruemus, cap. ſunt quidem, cap. contra, & c. ideo, 25. quæſt. prima. Vnde quamuis ab inteſtato venientibus vel inſtitutis hæreditas auferatur, nec delatio iuris ciuilis habeat effectum, propter ſuperuenientem legitimationem, iure tamen naturalis ſucceſſionis defertur & competit, nam licet Princeps iura ciuilia valeat impedire vt actiones petitionesq. hæreditatis, quod not. in d. l. fin. iuſtitiam tamen veram naturalẽ
66 tollere non poteſt, Siue ergo aditione † hęreditas quæſita ſit, ſiue delatione pertineat, ipſam abſque iuſta probabilique cauſa Princeps auferre nequit, Primo caſu, magis communis opinio eſſe videtur, vt declarant Paul. de Caſtr. Alexand. Franc. Aretin. & Socin. in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ibidemque Lancell. Galiau. colum. fin. de ipſaque magis communi ſententia teſtatur, Socin. iun. cõſ. 120. Perſpectis, nu. 32. lib. ſecundo. Secundo caſu quamuis nõ ſit hæreditas in bonis iam acquiſitis, l. precia rerum, ff. ad l. Falcid. quam vnicam dicit Baldus, tamen in bonis noſtris iure certo & ſanè indubitato eſſe dicitur, cum ſimus in primo gradu ſucceſſionis, vt ius habere dicamur, l. cum antiquioribus, C. de iur. delib. & ibi not. in gloſſ. 2. hocque omnes Doctor. confirmant nemine diſ
67 ſentiente, dicentes legitimationem † ijs quibus certum ius quæſitum dicitur præiudicium inferre, vt teſtatur Fortun. Garz. (licet corruptè legatur) in dicto §. & quid ſi tantum, nu. 189.

Ad naturalemque ſucceſſionis iuſtitiam redeundo, excluſus legitimatione per Principem
68 abſque cauſa, tria remedia † haberet, Primum vniuerſalis iuſtitiæ iuriſgentium, & manus Regiæ, ſecundum Innocen. in d. cap. quæ in eccleſiarum, quem ibi ſequitur Abb. de conſtit. Secundum, ad Eccleſiam in defectum ſæcularis iuſtitiæ recurſus, cap. nouit, de iudic. cap. ex tenore, cap. licet ex ſuſcepto, de for. compet. Tertium proſecutionis coram ſucceſſore in Pontificatu vel Imperio, vt idem Fortun. in dicto §. & quid ſi tantum, aſſerit, num. 193. Nec omiſe-
69 rim, quòd etſi Princeps ſine cauſa † poſſit iuri ciuili derogare, non tamen de honeſtate debet, vt poſt Aym. Crauett. tradit Ioan. Cephal. d. conſ. 133. num. 107. lib. 1.

Nec obſtare videtur quod de extenſione afferebatur, vt ritè fieri poſſit cum ad primęuum
70 ius † reuertimur, res enim de facili ad ſuam redit naturam, dict. l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, Chriſtophor. de Caſtell. conſ. 29. Præſuppoſitis, nu. 18. Corn. conſil. 95. Diu, numero ſexto, lib. tertio, Dec. conſ. 69. Viſis, num. quinto, Socin. iun. conſil. primo, Præſentis conſultationis, num. 85. conſil. 65. Cum in præſenti, num. vndecimo, lib. primo. Vt extenſio hęc in correctorijs etiam ſibi locum vendicet, in ijſdem inquã terminis dicti §. pactus ne peteret, vt ibi tradit Iaſ. plura adducens quæ ex tali regreſſu ad priſtinam naturam perueniunt: eique addendus eſt Nicol. Bellon. conſil. ſecundo, Proponitur, num. 16. poſt Felyn. in cap. cum acceſſiſſent, colum. tertia, d. tit. de conſtit. faciuntque not. per Anton. de Butr. in cap. ſtatuimus, de tranſact. per text. in c. primo, de pact. in 6. quem ad hoc etiam citat Abb. in capit. veniens, de præſcript. ac etiam tradita per Dominic. in cap. ab exordio, 35. diſtinct. & Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de loc. §. nunc aliqua, verſic. xv. in parua addit. & per eundem in capit. inter dilectos, de exceſſib. prælat.

Primò nanque reſpondetur ex ijs quæ magiſtraliter ſcribit Felyn. in cap. quod ſuper his, numero ſexto, verſic. Fallit tertiò, extr. de maior. & obedien. dum enim illi concluſioni quòd nõ poſſit Epiſcopus contra canones ſtatuere, declarationes affert, illamque tertio loco limita-
71 tionem proponit, quando ſcilicet † Epiſcopus contra ius canonicum ſtatueret, & per eius ſtatutum ad ius commune antiquum rediretur,

ſecundum

ſecundum Abb.in d.capit.cum acceſſiſſent, de conſtit. quem citat & ſequitur Marian. Socin. in cap.qualiter & quando, il ſecondo,quæſt.1. artic.6.de accuſat.Subdit ad hoc propoſitum, dato & non conceſſo Abbatem id dixiſſe, licetque poſſit confirmari, per cap.ab exordio, 35. diſtinct. cum ſimil. tamen non videt quomodo ſuſtineri poſſit, ſi enim lex noua debet obſeruari, & antiqua ſit correcta, negari nequit quin iſtud ſtatutum ſit contra ius commune, aliàs ſequeretur quòd Epiſcopus per ſuum ſtatutum poſſet tollere diſpoſitionem,cap.non debet, de conſag.& affinit.conſanguinitatem ad ſeptimũ gradum reducendo iuxta antiquos canones, quod nemo concederet, Niſi fortè attentis notatis in d.cap. cũ acceſſiſſent, intelligamus hoc de ſtatuto contrario canoni per quod materia ad priſtinum ſtatum eccleſiç olim inductum ex conſuetudine contraria canoni reuertitur,quia attento primordio rationabilis conſuetudinis videtur potius quædam ipſius reuocatio quàm noui ſtatuti promulgatio: Iſtud tamen malè ſecurum apparet, ſi enim priſca illa conſuetudo nouo canone fuit abolita,nõ videtur per ipſam hoc ſtatutum canoni contrarium poſſe calefieri, ex quibus extenſio per Vbertinum inducta liquido reijcitur.

Secundò,ex Bart.in Authen.quas actiones, colum.fin.num.decimo,C.de ſacroſ.eccleſ.extenſio prædicta adhuc ſubuertitur, dum enim quæritur, vtrum hodie priuilegium quòd præſcriptio non currat niſi centum annorum concedi poſſit, dicit gloſſam tenere quòd ſic, quia res de facili ad ſuam redit naturam, vt fuit in eccleſia Nouantulana, Sed Bart. rationem iſtã vt ad antiquam formam redeatur expreſſe ibi
72 reprobat, in ijs enim quæ ipſo iure † tolluntur vt hic, non eſt ad formam antiquam cum minori ſolennitate regreſſum dare, vt in d.l. ſi vnus,§.pactus ne peteret,Et ideo ſubdit Doctores modernos dicere,quòd in tali priuilegio deberet exprimi tali lege non obſtante,vt l. reſcripta,C.de precib.Imperat. offer. & d.l.fin. C.ſi contr.ius vel vtil. public. hæcque ad iſtud propoſitum longiùs quàm exiſtimarem examinata ſufficiant, & iuxta relatum Bartoli intellectũ ad d.§.pactus ne peteret,conſuluit Mar.Mant. conſ.45.In præſenti,num.28.

Secundò communem opinionem roborando,Franc.Aretin. ac cæteri argumentabantur, nam iſte legitimatus de proprietate ſermonis,
73 in † conditione comprehenditur, quia legitimatus verè naturalis dicitur,iuxt.not. per Bar. in l.tutelas,num.tertio,verſic.Sed ſtatutum, ff. de capi.dimin.dicitur etiam legitimus vel quia lex confetur ipſum legitimum facere, cum nomen iuris ſit,ad tradita per eundem Bart.in l.ſi maritus,§.legis Iuliæ,colum.prima,in princip. verſic.Sed in ijs quæ ſunt iuris,ff.de adulter. & latius in dicto §.ſi eius,ergo ſubſtitutum ſub dicta conditione filiorum legitimorum & naturalium excludere debet,ad quod confirmandum poſſem multa iura ex Auten.quib.mod. natur. effic.ſui,& ex Authen.quib.mod.natur.effic. legiti. afferre ab alijs relata,ex quibus probatur legitimatos verè ac propriè legitimos eſſe, ut per Franc.Mant.d.tit.10.nume.10. verſic.Primum eſt.

Sed huic argumentationi poſſet ex intentione Socin.ſen.Primò reſponderi, ſpurium propriè naturalem non dici,prout naturalis in iure aſſumitur,ſcilicet ex cõcubina progenitus, nec verè legitimus eſſe videtur,cum Imperator aut ab eo autoritatem recipiens,non poſſit ſuperradice matrimonij diſpenſare, & ſubinde nec ſuper conſequutiuo ad matrimonium, capit. per venerabilem,in fin.extr.qui fil. ſint legitim.vbi non poteſt Papa aliquem legitimare, cum non poteſt ſuper matrimonio lege Diuina prohibẽte diſpenſare,ibidemque Hoſtienſ.notat.Hinc Benedict.de Plumbino in eius ſolemni Diſput. incip.Statuto Piſano,quam ad l.2. C. de natalib.reſtit.adiecit,dicebat, quòd quando matrimonium lege canonica prohibitum eſt, legitimatus verè legitimus non dicitur. Hæc tamen reſponſio uſquequaque tuta non eſt, nam aut loquimur vt uerè quis legitimus efficiatur tanquam ex legitimo matrimonio genitus,& tunc procedit dictum Hoſtienſ. per text.in dict.cap. per venerabilem,Aut loquimur vt quis verè legitimus efficiatur reductione ad priſtinum ſtatum naturæ differentiã illegitimitatis ac legitimitatis remouendo, & tunc dictũ Hoſtienſ.nõ procedit,cum talis per Principem ſeculare̅ poteſtatem habentem legitimus efficiatur, iure etenim naturæ omnes liberi naſcebantur, hocque diſcrimen à iure ciuili fuit adinuentum, vn de contrario iure poterit remoueri,§.ſed naturalia,de iur.natura.gent.& ciuil.hocque voluit text.in d.Authen.quib.mod.natural. effic. ſui, §.ſi quis ergo,verſ.Antiquę ingenuitati,& verſic.Ad ipſam deducentes naturam; Et propterea malè ſenſiſſe Benedictum de Plumbino in d. Diſput. dum noluit legitimatum ab Imperatore verè legitimum eſſe, quando matrimonij impedimentum adeſt, quod ab eo auferi non poſſit, Vbertin. Zuchard. ad l. poſthumo, numero 14. C. de bonor. poſſeſſ. contratabul.aſſerebat.

Proinde Secundò reſpondeo,quòd leges loquentes de filijs legitimis & naturalibus,cum à ratione regulentur,l.ſcire oportet,§. ſufficit, ff. de excuſ.tut. hanc paſſiuam interpretationem paterentur, vt de filijs legitimatis intelligãtur, ſecus autem in verbis teſtatoris videtur, quę magis ius & qualitatem legitimi prout eſt qua-

litas

litas naturalis respiciunt, quàm prout est qualitas ficta & accidentalis, verbum enim, natus
74 legitimè, † nomen est non iuris, sed naturæ, vt Bart. in d. l. tutelas, num. 2. & 3. de capit. dimin. exprimit, vnde non videtur ius legitimitatis accidentaliter, & non ex natura prouenieus considerari, quamuis enim quòd aliqui legitimi sint aliqui verò nequaquam ex lege positiua inductum sit, filium tamen legitimum patri esse, ex lege naturæ simpliciter inductum est, vtrunque probat tex. in d. §. si quis ergo, versic. Nec enim, & ideo notanter dixit Bal. in l. quoties, num. 6. versic. Et hæc faciunt ad quæstionem, C. de rei
75 vendic. quòd consuetudo † quæ primogenitũ in successione præferre, magis, ius naturale quã positiuum respicit, vnde si quis primogenitum naturalem habeat, & secundo genitum legitimum, deinde illum naturalem legitimet, secundo genitus præfertur, vt per eum, post Iacob. Butrig. in lecturis ibi, nec fictio attẽditur, quia
76 consuetudo in dubio naturalem † veritatem respicit non fictionem, l. fin. C. de his qui ven. ætat. impetr. sic in proposito concludendũ est, vt verba non à ratione, sed ex mera voluntate quæ in dubio ex verbis colligitur, l. non aliter, de legat. tertio, reguletur, siue igitur verba siue mentem ex verbis resultantem attendamus, de filijs qui naturaliter legitimi sunt intelligemus, argum. d. l. fin. & facit tex. in l. si ita quis, in fin. de leg. 2.

Tertiò & vltimò hanc partẽ tenentes dicunt
77 quòd quando casus fictus † & verus sunt æqui parati per modum regulæ, dispositum in casu verò locum etiam sibi in casu ficto vendicat, c. cum dilectus, cap. ad audientiam, vbi communiter Doctor. de cleric. non resid. & in l. Gallus, §. & quid si tantum, de liber. & posthum. sed legitimati qui per fictionem quandam legitimi sunt, l. qua in prouincia, §. fin. ff. de rit. nupt. & legitimi ac naturales per modum regulæ æquiparati reperiuntur, §. liceat igitur, Auth. quib. mod. natural. effic. legitim. & §. quoniam variæ, Authen. quib. mod. natur. effic. sui, ergo proue legitimi, & naturales substitutum excludunt, sic etiam legitimati in conditione legitimorum & naturalium ad substituti exclusionem continentur.

Denique hæc ratio omnino concludens non
78 videtur, cum fictio in casu iniquo † non operetur, l. denique, l. nec vtilem, ff. ex quib. caus. maior. Hippol. Riminal. in §. 1. num. 87. Instit. per quas pers. nob. ius acq. sed quòd fictio ad casũ verum trahatur, redundaret nunc in præiudicium iuris iam tertio quæsiti, substitutique exclusionem, quod iniquitatem, & iniuriam sapit, meritò argumentum prædictum ab æquiparatis de casu ficto ad casum verum non pro-
79 cedit: nam fictio † cessat vbi non subest æquitas super qua fictio in subsidium ex vrgenti causa radicatur, vt per Bal. in l. si is qui pro emptore, num. 30. ff. de vsucap. Corn. consil. 189. In hac consultatione, colum. quinta, num. 13. lib. secundo, Quòd autem fictio in tertij præiudiciũ non inducatur, est text. in l. debitor, ff. de separat. & not. in l. si socer, in princip. ff. solut. matr. in l. hæres a debitore, ff. de iudicij. quod & nuncupatim scribit idem Corn. consil. 159. Licet in iure, col. 4. num. 14. d. lib. 2.

Non obstat si diceretur, quod testator præsu-
80 mitur velle in sua dispositione † id quod ius præcipit, Bart. & Baldus in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebel. sed ius disponit quod legitimati nihil à legitimis differant, & quòd legitimi iudicentur, vt in d. §. liceat, & d. §. quoniam, ergo id quod testator de legitimis & naturalibus disposuit, de legitimatis etiam disposuisse censetur: Nam respondeo, præsuppositio hoc in conditionibus procedere, de quo post Socin. sen. valde dubitat Hieron. Zanch. in d. §. cum ita, num. 1155. & num. 1123. vers. Tertiò responderi potest, cum in conditionibus merum factum attendatur, quicquid Decius in contrarium dixerit: Quòd testator non præsumitur se conformare cum eo quod de iure erat, sed cũ eo quod
81 de iure † esse putabat, vt dixit Socin. sen. hic, col. 10. in princ. & in §. quidam liberis, ante n. 8. Andr. Alciat. lib. 3. de verb. sign. fol. 131. octauæ formæ, Paris. consil. 19. Ad resolutionem, nu. 167. vers. Tum etiam quia, lib. 2. post Paul. de Cast. in l. quo loco, §. 1. circ. princ. de hæredib. instit. Sed testator substituendo sub conditione, de legitimis & naturalibus intellexit, quos ipse tales esse existimabat, ergo noluit de legitimatis qui de iure legitimi, & naturales sunt intelligere. Præsertim quia vt infra dicam secundum communem vsum loquendi legitimati à legitimis, & naturalibus differunt, quo casu testator non
82 censetur se conformare cum dispositione † iuris, cum in hoc communis vsus loquendi secundum iuris dispositionem non intelligatur, vt per Socin. sen. consil. 37. Viso testamento, colum. penult. post num. 11. vers. Ad secundum dico, lib. tertio, Quicquid in contrariũ voluerit Ant. Rub. Alexandrin. in d. l. Gallus, §. quidam rectè, fol. 11, col. tertia, & vt aliàs dicebam, hæc
83 coniectura debilis est, ab eaque de facili † recedi tur, vt per Corn. consil. 83. Videtur in hac consultatione, col. 2. nu. 2. lib. 1. & consil. 91. Visa facti narratione, col. 2. in princ. vers. Tamen licet, eod. volum. Aym. Crauet. consil. 180. Quando reddidi consilium, colum. 4. num. 4. vers. Quartò respondeo, vbi multa alia Pet. Philip. Corn. responsa ad hoc allegat, Zanch. in d. §. cum ita, nu. 1158. uers. Limitatur quartò, Sed in proposita quæst. multæ fortiores coniecturæ considerari in contrariũ possunt, igitur à d. regula recedere

debemus, teſtator enim in dicta conditione nõ contentus fuit apponere filios ſimpliciter, non etiam filios legitimos, ſed filios legitimos & naturales, & fortè non cogitauit de legitimatis in actu à Principis voluntate & aliorum etiam dependente, & ſi de legitimatis cogitauit, de ijs in quibus aliqua rubigo remanet ſiue cicatrix quę ei exoſa eſſe potuit, non intellexit.

Vltimò reſpondeo, negari poſſe adæquationem per modum regulæ deſuper allegatum, nã
84 in multis legitimati † à legitimè natis differũt, pluresque differentias recenſent Curt. ſen. & Dec. in locis citatis per Iacob. Philipp. Port. conſ. 6. D. Conſtantinus de Godis, nu. 89. verſ. Videmus nanque lib. 1. vbi nouem differentias recenſet, vt per eum.

Ex prædictis itaque conſtat, vtranque opinionem poſſe diſputando defendi, ego tamen
85 nunquam ab hac poſteriori † ſententia recederem, quæ non ſolum communis, ſed crebrior in effectu eſt, quam etiam iudicando conſulendoque ſequi debemus, Non enim inficiari poteſt,
86 quin Princeps circa ius poſitiuum poſſit † diſponere, & quidem liberè, c. innotuit, de elect. c. propoſuit, de conceſſ. præben. cum adductis per Pariſ. conſil. primo, Præſens legitimatio, numero 63. verſic. Rurſus veriſſima concluſio eſt, lib. ſecundo, conſil. 46. Primum teſtamentum, num. 35. lib. tertio, Socin. iun. conſ. 121. Elegan ter, nu. quinto, lib. ſecundo, Ioan. Cephal. conſ. 23. Feudum, num. 12. conſil. 28. In hac cauſa, num. 72. cum ſequen. & conſil. 133. Multa ſunt, num. 92. lib. primo, & ſic ſuccedendi ſpem tol-
87 lere † poteſt, Pariſ. conſ. ſecundo, Conſultus, num. 35. lib. primo, & in ſucceſſionibus ipſis obſtaculum ſine cauſa remouere, diſpoſitionem ad primæuum ius naturæ & gentium reducendo, Albert. Brun. conſil. primo, Circa primum, colum. ſeptima, verſ. Tertiò per prædicta, conſ. 6. Reuerendæ patet, colum. prima, Pariſ. conſil. 46. Primum teſtamentum, num. 45. lib. tertio, Nicol. Bellon. conſ. ſecundo, Præſupponitur, num. 17. & latè in terminis legitimationis conſuluit Curt. iun. conſ. 157. Præſupponitur, nu. 19. facit text. not. in l. quæris, ff. de natal. reſtit. & tot. tit. C. pro quib. cauſis ſerui pro prem. libert. accip. ac etiam l. prima, & l. fin. C. de ſent. paſſis. Vnde Caſtrenſis in l. cum hæreditate, num. quarto, ff. de acquir. hæredit. ſed verius in l. tertia, num. 4. ff. de teſtam. ſcripſit, poſſe Principem ſine cauſa ſpurium legitimando hæreditatem illi auferre qui per aditionem eam ab inteſtato acquiſiuit, cũ huiuſmodi aditionem ius ciuile introduxerit, ſubdens ita ſe conſuluiſſe, quem refert Curt. iun. d. conſ. 157. nu. 17. Hoc in loco inſuper Authenticorum iura ſcilicet in tit. quib. mod. natural. effic. ſui, & præſertim, §. illud tamen, ac etiam in tit. quib. mod. nat. effic. legit. repetenda ſunt, quorum inductiones conſulto quidem prætermitto, illas tamen ex profeſſo tradit idem Cur. iun. conſ. 153. Circa controuerſiam, nu. 13. verſ. Cum igitur habeamus.

Retenta igitur Iacobi de Arena, & aliorum præcitatorum opinione, quæ extra omnem cõtrouerſiam communis ac magis communis eſt, omiſſisque ampliationib. quę per Scribẽtes, & ſignanter per Fran. Mantic. ad eam afferuntur.
88 Limitatur Primò vt non procedat † ſi teſtator aliqua præditus dignitate, vel nobilis familiæ extiterit, tunc enim ex reſcripto Principis legitimatus ſubſtitutum non excluderet, cenſeretur enim de filijs ex legitimo matrimonio, non autem legitimatis ſenſiſſe, Angel. in ſua Diſpu. Nobilis quidam genere, in ſecundo dub. Bald. conſ. 303. Punctus, quidã ſubſtituit ſic, in prin. verſic. Niſi fortè, lib. quinto, & conſil. 463. Quidam ſubſtituit, num. primo, eod. volum. conſil. 466. Quidam inſtituit Petrum, in princ. lib. tertio, Anton. de Butr. in c. per venerabilem, poſt med. verſ. Alius effectus quia ſi patri, Qui fil. ſint legit. Alberic. de Roſate in l. generaliter, §. cum autem, num. quinto, in fin. C. de inſtit. & ſubſtit. vbi Alexan. num. ſecundo, & Iacob. de S. Georg. num. 4. Io. de Imo. in l. ex facto, 2. nu. 4. in fin. ff. de hæredib. inſtit. Alex. conſ. ſecũdo, Viſis codicillis, colum. 2. ſub nu. 4. verſ. Vndeci mò probatur, lib. 1. conſ. 25. Circa primum dubium, col. 2. nu. tertio, verſ. Et tanto magis, cõſ. 67. Conſideratis, col. 4. num. 5. verſ. Fortificantur prædicta, & conſ. 94. eiuſdem initij, colum. 2. num. 4. verſ. Quintò quia etiam dato, eodem lib. primo, & d. conſilium 2. repetitur conſ. 87. lib. ſecundo, conſ. 172. Viſis duobus, in 2. dub. num. ſecundo, verſ. Præterea cũ dictus teſtator, lib. 7. Socin. ſen. in l. Gallus, §. ſi eius, colum. 2. verſ. Secundus caſus, nu. 44. ff. de liber. & poſthum. & ibi Franc. Aretin. col. penul. verſ. Et per iſtam rationem, licet diſtinguat, & à Socino redarguatur, Ias. conſil. 68. Dicta legitimatio, col. tertia, verſic. Nec de legitimatis intellexit, lib. tertio, Dec. cõſ. 425. In caſu propoſito, colum. quarta, verſ. Tertio in caſu iſto concurrit, poſt num. 12. conſ. 284. Viſo puncto, num. decimo, verſ. Secundò communis opinio, Ludouic. Gozadin. conſ. 29. Videtur prima facie dicendum, num. 33. verſ. Non obſtat, Alber. Brun. conſ. 15. Viſa legitimatione, colum. tertia, nu. vndecimo, verſ. Inſuper dicunt, poſt Andr. Barbat. in loco ibi allegato, Fran. Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, num, 44. in 1. limit. poſt Angel. Ioan. de Imol. Paul. de Caſtr. Alexand. & alios communiter ibi, Pariſ. conſil. nono, Olim, num. 47. lib. ſecundo, & conſil. 12. Tranſactio iſta, numero 149. verſic. Et conſiderata qualitate, eodem volum. Stephan. Bertrand. conſil. 169. Exiſtimo, in fine, lib. ſecundo, Ioan. Neuiz. conſ. 99.

Omnis

Omnis ſapientia à Deo eſt,num.25.Socin.iun. conſil.77. Pro reſolutione,num.24. lib. tertio, Carol.Ruin.conſil.27. Viſis his,num.6. conſil. 158. Primò videndum eſt,nu.6.verſic. Et iſtud confirmatur,lib.primo, conſ.36. In cauſa feudali,colum.tertia,num.ſeptimo,verſ.Et idem, eod.volum.conſ.178.Subtiliter & abundè,colum.quinta.num.11.verſ.Plus dici,lib.ſecũdo, & conſ.104.Non videtur,colum.2. nu.4. verſ. Ergo in ſubſtitutione,lib.tertio,Io.Crot. conſ. 60.Dudum Fridericus Rom. Imper. num.39. lib.primo,Andr.Tiraquell. in tract. de nobilit. cap.23.Sunt ſanè,num.15.verſic.Sed & multi, fol.200.Matth. de Afflict. deciſ. 386. In cauſa petitionis, colum. ſecunda, num. tertio, Sfort. Odd.in tract.de compend. ſubſtit. partic. 6. de legitimatis,concl. prima,incip.Quo ad quartũ, verſ.limitatur primò niſi teſtator,fol.209.Franciſc.Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. lib.11.tit.10.num.33.verſic. Decimò ſupradicta concluſio,fol.285.Hieronym. Grat. conſil. 29.In præſenti cauſa,num.51.verſ.Quinto dico, lib. ſecundo, Iacob.Philip. Port.conſ.106. D.Conſtantinus de Godis,num.92.verſ. Item in fideicommiſſo lib. primo,Andr.Alciat.conſ. 38.num.9.lib.8.Io.Cephal.conſ.82.Hęreditas duplex eſt, num. vigeſimoſecundo, conſ. 117. In hac cauſa,nu.23.verſ. Sicut nec excluditur, lib.primo,conſ.111.Magnificus olim, num.20. verſic.Colligitur autem,cod.vol.& conſil.188. D.Ambroſius,num.20.lib.ſecundo, rurſus Cephal.conſ.333.Supradicta conſultatio, colum. prima.nu.4.verſ.Hinc præterea,lib.tertio, cõſ. 606. Viſis ſcripturis,num.32.lib.4.conſil.570. In cauſa,num.23.verſ. Et tamen, cod. volum. Io.Petr.Surd.conſil.primo,Multa fuerunt,colum.quinta,num.vigeſimo,verſ.Et hæc præcipuè,Auguſtin.Bero.conſ.63.Cum in articulo, num.10.& 24.lib. primo, conſ. 73. Quòd eueniente caſu,num.15.lib.ſecundo,conſ.163. Primam ex propoſitis,nu.24.eodem volum.Fran. Marzar.conſ.46.Circa primum dubium,num. quinto,Ludouic.Molin.in tract. de Hiſpaniar. Primogen.lib.tertio,cap.tertio, num. 30. verſ. Secunda concluſio, fol. 360. vbi communem opinionem eſſe dicit omni dubio ceſſante neminemque ab ea recedere. Facit pro ea text.in d.l.ex facto,§. ſi quis rogatus, & text. in cap. 1. §.naturales, ſi de feud.fuer.controuer.inter domin. & agnat.

Et quamuis contrarium tenuerit Ruin. conſil. 161. Viſo themate, colum.decima. num. vigeſimotertio, verſic. Non obſtat dum ſecundò dicebatur,lib.ſecundo,conſil.76. In quæſtione quæ proponitur,ſub num.13.verſic. Vltimò poteſt dici, libro tertio, quem ſequitur Roland. de Vall.conſ.67. Dominus Iacobus de Ramo, numero vigeſimoquo, verſ. Secundò reſpondetur,lib. tertio,& cum ambobus videtur tranſire Iacob.Menoch.in tract. de præſumpt. in 2. part.lib.quarto, præſumpt. 79.num. ſeptimo, verſ.Cæterum prædictam opinionem,vſque ad numerum decimum,fol.132. Tamen Angeli opinio communis eſt, & frequentiori calculo comprobata, vt ex nominibus Doctorum deſuper relatis apparet, & ſcribit Franc. Mantic. in dict. tractat.de coniectur.vltim.volunt.libro vndecimo,tit.decimo,poſt num.39.verſic. Sed cum Doctores, vt non ſit de ea dubitandum, quemadmodum ipſe inquit, & ego exiſtimo ipſum verum dicere.

Carolus autem Ruinus eius propoſitũ Primò probabat ex not. per Bart. in l.hæredibus, §. fin. numero tertio, verſic. Tamen gloſſa facit ad quæſtionem., ff. ad Trebellian. vbi vult
89 per gloſſ. ibi, quòd ſi ex forma ſtatuti † filius naturalis ſuccedere poſſet, certè tunc ſ cerct deficere illam conditionem,ſi deceſſerit ſine filijs, quia ſunt tales vt tanquam legitimi ſuccedunt, & loquitur Bart. etiam eo caſu quo teſtator in dignitate conſtitutus exiſteret, aliàs dubium non haberet eius aſſeueratio, per d. §. ſi quis rogatus, & ita illum loqui iſto caſu intelligunt Ioann.de Imol. & Paul.de Caſtr. numero ſecundo,verſic. In gloſſ.fin. in dict.§. fin. ac Imol.& Alexan. in d.§.ſi quis rogatus, & cum eo omnes tranſeunt, Ruinumque in hoc ſequitur Rolan.de Valle vbi ſupra.

Porrò ſententiam Angeli vti paſſim receptã & indubitatam ſuſtinendo, reſponderi poteſt Bartoli doctrinam poſſe intelligi quando naturalis non poſſet alia ratione ſubſtitutum excludere, niſi quia eius pater eſſet nobilis vel in dignitate conſtitutus, vt in plurimis caſibus contingit, quemadmodum Franciſcus Mantica aduertit: ſubdens dicto titu. decimo,ſub num. 39. Bartoli aſſertionem in dicto §. fin. de ſpurio intelligi, textum autem in dicto §.ſi quis rogatus, de naturali verba facere: quanquam ma
90 gna dubitatio ſit,vtrum illud ſtatutum †valeat diſponens ſpurium ex teſtamento, vel ab inteſtato ſuccedere poſſe, & huiuſmodi ſtatutum non valere concludunt, Bart. in l. tertia, vbi Bald. Ioan.de Imol.Paul.de Caſtr.& Franciſc. Aretin.ff.de teſtamen. Bald.in l.eam quam, numero trigeſimoprimo,& trigeſimotertio,C. de fideicom.in l.1.de communi opin.atteſtans,numero tertio,vbi Iacob. Butrig.Ang.& Salyc.C. de iur.aur.anul.idem Bald.num.tertiodecimo, Franc.Aretin.num.15.& Ioan. Bap.Caccialup. qui de communi meminit, in l. cunctos populos, C. de Summ. Trinit. & Fid.Cathol. idem Caccialup.in l.omnes populi,in 41.quęſt. verſ. Septimò quæritur, ff. de iuſtit. & iur. Iaſon. in l.ait prætor, in princip.ff.de iur. iuran. Dec. in cap. in præſentia, num. 43. vbi plures allegat,

extr. de probat. Gulielm. de Benedict. in rep. cap. Raynutius, in princip. num. 39. extra, de teſtamen. Petr. de Ancharan. in reg. poſſeſſor, de regul. iur. in ſexto, & in rep. capit. canonum ſtatuta, colum. antepenult. de conſtitut. in Clement. ne Romani, in princip. colum. tertia, de elect. Federic. de Sen. conſil. 277. Factum ex quo iuris conſilium petitur, colum. prima, verſic. In contrarium videtur, Bal. conſil. 457. Ad euidentiam præmitto, colum. tertia, libro quinto, Ludouic. Roman. conſil. 102. Super eo, colum. ſecunda, verſic. Primò quia induceret, Alexan. conſil. 129. Videretur prima conſideratione, colum. tertia, in fin. nu. 15. verſ. Accedit, vbi de magis communi ſententia Doctorum, lib. 6. Socin. conſ. 95. Nulli dubium eſt, colum. ſecunda, num. octauo, lib. 4. Carol. Ruin. conſil. 179. De validitate donationis, colum. ſecunda, in fin. num. 7. & 8. lib. primo, Stephan. Bertran. in tract. de public. concubin. fol. 344. nume. 63. Henric. de Bott. in tract. de Synodo, part. 3. art. 1. num. 33. fol. 36. Palat. Ruuios, in l. 9. nume. 6. in legib. Taurinenſib. Andr. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 1. præſump. 6. num. 2. Ferdinan. de Loazes in tract. matrim. in 2. dub. in 2. fundam. pro part. neg. nu. 7. & in tract. de conuerſ. pagan. colum. 22. nu. 7. Ioan. Dilect. in d. tract. de art. teſtan. tit. 1. cautel. 14. num. primo, Cęſar Vrſill. in addit. ad Aſſt. deciſ. 96. Eſt concluſio, in fin. num. 18. idem conſuluiſſe Cynum refert Bart. in d. l. tertia, & Paulum de Eleazarijs, ac Robertum de S. Miniato ſic reſpondiſſe tradit Nicol. de Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſtat. nume. 26. Hieronym. Cagnol. in l. impoſſibilium, num. 1. ff. de reg. iur. de quo tamen alibi latius. Vlterius multum intereſt, vtrum ſpurius ex iure municipali ſuccedat, vel ex ipſa legitimatione, cũ iure enim municipali teſtator præſumitur ſe conformare voluiſſe, iux. tradita per Bart. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, at cum ſpurius ex legitimatione ſuccedit, poteſt dici, quòd cum ipſe teſtator nobilis fuerit, vel in dignitate conſtitutus, qui veriſimiliter illicitos
91 concubitus † abhorruerit, argum. l. ſi qua illuſtris, C. ad Orfic. ſuccedat præter ſpem vel cogitationem, imo contra eius voluntatem, ideoque ſubſtitutum excludere non debeat.

Secundò aſſerebat, non obſtare d. c. 1. §. natu
92 rales, † ſi de feud. ſuer. controuer. inter domin. & agnat. quia ſecundum Aluarott. ibi, in feudis agitur de pręiudicio aut agnati aut domini, quibus in dubio noluit, aut non potuit legitimans nocere, l. ſecunda, §. merito, & §. ſi quis à Principe, ne quid in loco public. idemque ſcribit Alexand. conſilio ſecundo, Viſis codicillis, numero decimooctauo, verſic. Non obſtat quod habetur, libro primo.

Sed reſponderi poteſt negari non poſſe, non ratione præiudicij, ſed dignitatis ac nobilitatis legitimatum à feudi ſucceſſione repelli per illum text. quem ita intelligunt, Angel. in d. Diſput. Nobilis quidam genere, & Ant. de Butr. in cap. per venerabilem, poſt med. qui fil. ſint legitim. Alexan. conſ. 67. Conſideratis his, colum. 4. poſt num. 5. verſic. Hinc dicit etiam Angel. lib. primo, & conſ. 94. eiuſdem initij, colum. tertia, num. quinto, verſic. Ita per expreſſum eodem volum. Dec. conſil. 285. Viſo puncto, poſt num. decimũ, colum. 6. verſ. Secundò communis opinio, hanc fuiſſe rationem affirmãs, quod etiam ſibi voluit idem Carol. Ruin. conſ. ſeptimo, Quæritur, colum. 10. num. 33. lib. 1. conſil. 69. Diligenti, colum. 9. num. 20. & infr. lib. 3. conſ. 77. Viſo, colum. 2. nu. 5. & 7. eod. volum. ac etiam, conſ. 27. Viſis his, nu. 6. d. lib. primo, nuncupatimque annotauit Andr. Tiraquell. in tract. de nobilit. cap. 24. nu. 16. Nam quòd quis non poſſit facere præiudicium agnatis per legitimationem dici non poteſt, quia nec ſpecialiter ad feudi ſucceſſionem legitimare valeret, quod tamen eſt falſum, vt ſcribunt Doct. poſt gloſſ. in d. §. naturales, Bald. conſ. 214. Caſus eſt talis, quidam habet vxorem, lib. 2. Dec. conſil. 498. Viſo caſu, colum. 6. in fin. num. 30. Pariſ. conſ. 1. Præſens legitimatio, num. 122. & infr. libro ſecundo, vbi plures citat, & de communi teſtatur, Vel vt dicit gloſſ. Ex eo illud contingit, nam quod ab initio non valet, nec ex poſt facto conualeſcit, ſecundum quod plenius not. in cõſtit. Friderici Imperialem, circ. fin. 1. reſponſ. & cum gloſ. ſentit ibi Iacob. de Beluiſ. in 1. not. Et vt Bald. inquit in d. l. generaliter, §. cum autem,
93 num. 2. feudum dicitur † beneficium & honor, ideo legitimati non includuntur, & ſic non cenſetur inueſtiens de reprobatis ſenſiſſe, cum legitimati non ſint legitimè nati, c. innotuit, ext. de electio. Denique hæc obiectio eneruatur ex ijs quæ ſcribit Fortun. Garz. in l. Gallus, §. & quid ſi tantũ, ante num. 183. verſ. Non obſtat tex. ff. de liber. & poſthum. vbi Alexandro reſiſtit, vt per eum.

Tertiò non repugnare dictum §. ſi quis rogatus, cum de filio naturali tantum loquatur, nec habeat locum in eo qui etiam vt legitimus ſuccedere poteſt, ſecundum Bart. in d. §. fin. & rationem diuerſitatis (inquit) cuidentem eſſe,
94 quia ſpurius † infamia facti infamis eſt, ſecundum Azon. in tit. ex quib. cauſ. infam. irrog. colum. penult. Bal. in l. 3. poſt num. 2. verſic. Vltimò nota, ff. de lib. & poſthum. Hoſtienſ. in ſum. tit. de fil. presbyt. §. quæ eſt cauſa prohib. Albe ric. de Roſat. in Authent. licet, C. de natural. liber. rurſus Bald. in l. prima, in princip. num. ſecundo, verſic. Et quia, C. de iur. aur. anul. in d. l. generaliter, §. cum autem, num. ſecundo, verſ. Scias etiam, & conſil. 70. Quæſtio eſt, colum. 3.

lib.

lib.primo; Ludouic.Roman. in l. admonendi, ff.de iur.iur. Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore,num. 260.ff.de vſucap.& conſ. 154. In cauſa mota, colum.7.lib.ſecundo,Alexand.conſ. 25. Circa primum,colum.2.num.4.lib.primo, conſ. 67. Conſideratis,colum.4.num.5. verſ. Et tales illegitimè nati,eod.volum.conſ.57.In caſu præmiſſo,colum. 2.num.2.lib.4. Dec.conſ.602. Viſo puncto,colum.fin.nu.27.Curt.iun.conſ.81. Viſo,num.9.Andr.Alciat.conſ.42.Teſtamenti hæc ſunt verba,num.9.lib.9.& in tract.de ſing. certamine,cap.18.Matth.de Afflict. in conſtit. Proſequentes,in 7.not.Nicol.de Vbal. in trac. de ſucceſſ.ab inteſt.col.16.verſ. Sequitur quarta ſpecies,Io.Lopez in rep.c. per veſtras, in 1. concl.num.4.§.49.in 3.not.Carol.Ruin. conſ. 158.Primò videndum,num.5. conſ. 164. Viſa legitimatione,num.1.lib.primo,conſ.161. Viſo themate,num.23.lib.2.Rolan.de Vall.conſ. 79.Stante forma,num.45.lib.2.Aurel.Corbu. in tract.de cauſis quib.emphyt.priu.in titu.ob lineam finitam,num. 55. Imo multi tenuerunt
95 ipſos infamia etiam iuris † infames reputari, vt poſt alios tradit idem Ruin.conſ.36.In cauſa Magnificorum,nu. 7. lib. 4. Sed legitimatus
96 deſinit eſſe infamis à quo omnis macula † aufertur,nec aliquam facti infamiam retinet ac ſi eſſet legitimus, Bald.conſil.146. Titulus principis,colum.3.ante num.9.verſ. Præſertim quia, lib.primo, per text.in l. Imperiali, §. 1. verſic. Nam omni macula,C.de nupt. Lăcell.Galiaul. in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,num.77.verſic. Item ex hac concluſione,d.tit.de liber. & poſthum.Andr.Alciat.in d.tract.de ſingul. certam. quæſt. 18.& conſil.34. Quia per aduocatos,columna fin.in fine,numero octauo,libro primo, Matth.de Afflict. in ſui generalitate, in tractat. de iur. prothomiſ. in princ. fol.vigeſimoſecundo,num.33.

Niſi dixeris rationem eandem in legitimato militare,in quo remanet quædam rubigo, nec prorſus legitimatio maculam illam abſtergit,
97 ceſſante enim † infamiæ cauſa non ceſſat infamia, iuxta gloſſ. in l.qui cum vno, in verb. Abſolutus,ff.de re milit. gloſſ. not. in can. conſtituit, 17. quæſt. quarta. Marc.Mant.conſ. 191. In præſenti dubio, num.quinto, cumque contrariorum eadem ſit diſciplina, prout ceſſante infamiæ cauſa, non ceſſat infamia, ita ceſſante dignitatis cauſa,durat adhuc dignitas, Bald. in cap.Sedes Apoſtolica,nu.4.verſ. Tamen ſi finita,de reſcript.gloſſ.in cap.accedens,50.diſtinc. facit text.in l.vnius,§.ſeruus,ff.de quæſtionib. in l.fin. ff. de decur. Et in ſpecie quod in legiti-
98 mato † infamia illa perduret, tenuerunt Bald. in d.l.generaliter,§.cum autem,num. ſecundo, Alexand.in l.3.colum.2.num.7. verſ.Prædictis addo,d.tit. de liber. & poſthum. cum alijs concord.adductis per Iaſ.in d.l.ſi is qui pro empto re,num. 260. qui communem opinionem eſſe dicit,Franc.Curt.ad Alexan.in l.turpia,nume. 6.ff.de leg.1.Roch.de Curt.in tract. de iur. patron.in verb.Competens alicui, queſt. 1.Andr. Alciat.conſ.38.Puto,nu.8.lib. 8. Marc. Mant. d.conſil.191.In præſenti dubio,num.15.& Hippol.de Marſil.in not.273.Notiſſimum eſt in iure,colum.ſecunda,verſic.Ego autem, in prima ampliat. Vnde ex prædictis cum Angelo in dicta Diſputatione tranſeundum, ſentiendumque eſt.

Videndum nunc expedit, quænam in propoſito nobilitas exigatur, & præſuppoſito pro
99 ximitatem † teſtatoris grauantis & non grauati attendendam eſſe, vt ex nobilitate aut dignitate legitimatus ſubſtitutũ non excludat, quod eſt de intentione Angeli in dict.quæſt. Nobilis quidam genere,ac etiam eiuſdem Angel. Io.de Imol.& Alex.in d.l.ex facto,§. ſi quis rogatus, & tradunt Io.Cephal.d. conſ.333. Supradicta conſultatio,num.4.& conſ.493.Bartholomæũ de Bondelmontibus,num.26.verſic. Hinc quoque lib.4.ac Io.Pet.Surd.d.conſil.1.Multa fuerunt,colum.5.nu.20. videturque ſentire in naturalibus,Sfort. Odd.in tract.de compend.ſubſtit.partic.6.concl.2.verſ. Ampliaturque hæc limitatio,fol.206.

Primò quam plures dixere eximiam nobili-
100 tatem, & autoritatem † requiri,adeo quòd de decus futurum eſſet ſi tales ſpurios legitimatos haberet ſucceſſores vniuerſales, vt loquitur Bald.de eo qui legitimatus extiterat etiam per ſubſequens matrimonium,conſ.203. Punctus quidam ſubſtituit ſic,ante num. 2. lib. 5. quod conſilium repetitum inuenitur conſ. 463. eod. volum.& ita Angeli opinionem declarant & reſtringunt Rolan.de Vall.d.conſil.67.D.Iacob. de Ramo,num.38.verſic.Reſpondetur, & alio modo,lib.3.Auguſtin.Bero.conſil.180. An pupillus,colum.4.in fin. num. 28. verſic. Tamen quando perſona,lib.2. Franc. Mantic. in tract. de conject.vltim.volunt.lib.11. tit. 10. nu.40. verſ.Sextò illud etiam eſt aduertendũ,fol.286. & cum præcitatis videtur etiam tranſire Sfort. Odd.in d.partic.6.tit.An legitimati, concluſ.1. fol.209.in 1.limit.dũ declarat Iacobi de Aren. concluſionem vt non procedat ſi teſtator eſſet nobiliſſima perſona, vt per eum Iaſon inſuper conſ.86.Dicta legitimatio, colum.3. verſ. Nec de legitimatis,lib.tertio,in cauſa cuiuſdam nobilis Petri Angeli teſtatoris de Vrſinis qui erat Baro Romanus ſic de iure reſpondebat, & Hieronym.Gratus conſ.29. In præſenti cauſa, nu. 51.lib.2.in quodam Comite loquitur,qui Illu-
101 ſtris † dicitur,l.1. C. de offic. magiſtr. milit. & eſt factus de cõſiſtentibus ad latus Principis,& Palatij, l.1.C. de præpoſ.lab. lib.12. ibi, Quos

lateris nostri comitatus illustrat. Comes enim in suo comitatu magis Principi assimilatur quã Præsidi, vt post Bald. in l. receptitia, colum. prima, C. de constit. pecun. tradit Albert. Brun. cõ sil. 45. In causa, colum. quarta, in fin. & Comes nobilis persona dicitur, vnde nobilium appellatione Comites comprehenduntur, cap. grandi, vbi Gemin. de supplen. neglig. prælat. in 6. cap. constitutus, il 2. extr. de testib. & post Cassan. in 8. part. cathalog. glor. mund. consider. 46. idem scribit ex communi opinione Marin. Frecc. in trac. de subfeud. lib. 2. tit. Quis dicatur Comes, num. 12. fol. 72. Reperi etiam Bartholomęum
102 Veronensem † in tract. de Imper. milit. delig. in 3. q. incip. Nobilitatis etiam causa, vers. Vigesimaquinta opinio, & infr. in 29. priuileg. nobil. dicẽtem, nobiles ac in dignitate positos de quibus in d. §. si quis rogatus intelligi de nobilibus habẽtibus imperium, castra, & iurisdictionem, quem sequi uidetur Marin. Frecc. in d. tract. de subfeud. li. 2. in 38. differ. inter feuda regalia & feuda nobilia, fol. 253. vbi declarando nobiles ad terminos d. §. si quis rogatus, de Comitibus Baronibus & in Ecclesiastica dignitate positis meminit, fuitque opinio Paul. de Castr. in eod. §. si quis rogatus, num. 6. dicentis intelligẽdum esse de dignitate ac nobilitate habente dominationem, castra, & iurisdictiones, cum his nobilibus maius sit dedecus, & magis subditi affligantur, quia naturales solent esse vitiosi, non sic putat de simplicibus nobilibus habentibus priuatum patrimonium, vnde in nobilibus Venetis non credit illum text. habere locum; sed idem ius versari quod in alijs, hancque opinionem videtur sensisse Bald. consil. 129. Factum proponitur, num. quarto, lib. secundo. Et Alexand. consil. secundo. Visis codicillis, num. quinto, libro primo, in Protonotario loquitur, vt per eum allegantem l. primã, C. de mandat. Princ. & consil. 94. Consideratis, colum. tertia, nume. secundo, eod. volum. de Consiliario Principis verba facit Curtius etiam sen. consil. 73. Super memorata facti contingentia, post nu. 24. vers. Et potissimè quia D. Philippus, in Equite aurato loquitur, vt per eum.

Alij verò dixerunt quòd Ang. opinio procedat etiam si testator nobilis
103 † nõ fuerit, sed honestæ vitæ vel honorabilis cognationis, ita vt dedecus ei videretur tales spurios legitimatos habere successores, vt de naturalibus scribit Bart. in d. l. ex facto, §. si quis rogatus, colum. 1. ante versic. Et intelligo, num. 3. vbi Io. de Imol. circa colum. 1. quem alij sequuntur: & ita in proposito affirmant Alexan. d. consil. 94. Consideratis, colum. 2. in fin. vers. Et idem dixit Bart. lib. 1. consil. 25. Circa primum dubium, colum. secunda, sub num. 4. versic. Et plus ẽtiam dicũt Doctores, consil. 67. Consideratis his, colum. 4. sub num. 5. versic. Accedit quia Ang. eod. 1. volum. Dec. consil. 285. Viso puncto, num. 10. versic. Et idem si testator, & consil. 425. In casu proposito, sub nu. 12. colum. 4. post princ. vers. Et idem est, Carol. Ruin. consil. 161. Viso themate, nu. 11. vers. Et vbi etiam, lib. 2. Io. Crot. consil. 60. Dudum, Fridericus Roman. Imper. nu. 41. lib. 1.

Quid dicendum? ob diuersitatem opinionum non defuere qui asseruerint, iudicis arbi-
104 trio † hoc relinqui, per textum in l. voluntatis quæstio, C. de fideicommiss. iunct. dict. §. si quis rogatus, ibi, Ex dignitate, & voluntate, vt admonet Franc. Mantic. d. tit. decimo, nume. 40. in fin. Iacob. Menoch. in tract. de præsumptio. parte secunda, lib. quarto, præsumpt. 79. num. 15. in fi. remittens se ad tradita in suo alio trac. de arbit. iudic. quæstionib. lib. secundo, centur. prima, casu 67. incip. Controuertitur, num. 3. fol. 103.

Ego vt & meum calculum addam, in illa sum opinione, vt in terminis dicti §. si quis rogatus,
105 nobilis intelligatur † de verè nobili, & prout nobilis in dignitate constitutus est, cum nobilitas sit dignitas, in quantum dignitas separata ab administratione sumitur, secundum Bart. in l. 1. num. 46. vers. Secundo quæro, vbi Io. de Platea, C. de dignit. lib. 12. Andr. Tiraq. in tract. de nobilit. cap. 20. num. 191. Ofasc. decis. 100. Magnifici, num. 47.

106 Non erit igitur in proposito nobilis † ex communi opinione, is inquam qui communiter nobilis habetur, quorum vt dicit Luc. de Penn. in l. mulieres, num. 14. d. tit. de dignit. lib. 12. hodie infinitus est numerus, talis enim assertio non facit quem nobilem, seu veram nobilitatem, sed asserit vt hic habeatur, quod quibusdam mercatoribus auro illinitis, ac serico ornatis contingit, qui licet de limo terræ progeniti, & obscurissimi, dum nobilibus (vt sic dixerim) vestibus induuntur, lautè epulantur, pecuniarum sonitu, ac tinnitu protonobiliissimos esse se existimant, hosque falsa vulgi opinio seu insana popularis aura nobiles opinatur, sed de ijs
107 alibi, cum nobilitas † in ictu oculi non nascatur, l. stemmata, ff. de gradib. sed antiquitati ascribatur, Bald. Iacob. Aluarot. & Præposit. in cap. primo, §. cæteri, quis dic. Dux, Com. vel March. nec de nobili genere quis dicatur nisi probauerit quòd eius maiores nobiles fuerũt, Natt. consilio 637. Contentio hæc insignis, numero quinto, Iacob. Philipp. Port. consil. 167. Contingit, numero 37. 45. & infr. libro secundo.

108 Proinde cum legũ Doctores † nobiles sint, l. prouidendũ, C. de postul. Fely. in rubr. extr. de magistr. col. 2. vers. Ad secundũ, & in c. quanto, in prin. extr. eod. Luc. de Pen. & Io. de Plat. in l.

iudices,

iudices,num.2.d.tit.C.de dignit.lib. 12. & tradit Cyn.in d.l.prouidendum,quòd Doctor dicitur magis nobilis,quàm ille qui genere nobilis eſt,quem refert & ſequitur Alex. conſil. 94. Conſideratis his,ante num,3.lib.1.Bald.in l.nemini,num.6.C.de aduoc.diuerſ. iudic. Ang.in l.ſed & ſi ſuſceperit,§. 1.nu.4.ff.de iudic. Paul. de Caſtr.in 1. conſtit.C.col.2.num.6.Io.Rayner.in tract.nobilit.in 1. q. princ. Alex.conſilio 213.Ponderatis his,col.fin.lib.6.Guid. Pap.de ciſ.88.Sed quæro an Domini,Socin.iun. conſ. 39.Perſpectis his,col.4.num.28.lib.2. And.Tiraquell.& is in ſuo celebri tract. de nobilit.cap. 5.num.3.Io.Crot.conſ.60. Dudum, num.40.

109 Sintque in dignitate † conſtituti,d.c.quanto, vbi Abb.& Felin.ante num. 2. de communi atteſtans,poſt Io.de Anan.ibi,col.2.l.1.vbi Bart. num.10.C.de nou.C.facien. Iaſ. in l.pen.nu.4. verſic.Hinc ſume,C.de pact. Dec.conſ.161.Pro D.Præpoſito,num.2.Franciſc.Rip. in tract. de peſte,de remed.ad conſeru.vbert.num.215.Angel.Aretin.in prin.Inſtit. num.2. Vnde Matth. de Afflict. in procem. ſui operis ſuper Conſtit. Sancimus,de iure prothomiſ.ſcripſit, Doctora

110 li dignitate † nihil altius eſſe : & Vldaric. Zaſ. in commentarijs ad l.2.§.primus Diuus Auguſtus, in verb. Proauum ſuum Seruium Sulpitium,ff. de orig. iur. non mediocre argumentũ inde ſumit, ſplendidis eos ornari parentibus,

111 qui à Iuriſconſultis † naſcerentur,vt non iniuria Doctorum liberi ſanguinis nobilem ſeriem cum gloria recenſere poſſint: aliudque euidens argumentum colligens contra nobiles qui cum frequenter legali ſcientię operam dederunt, nomen tamen Doctoris faſtidiunt,cum legalis doctrinæ lumen clariſſimum ſit, ac vndique luciduſſimos radios emittat: Ex his atque alijs Scribentes non ab re concludunt, Doctorem militi præferendum eſſe,vt per Aretin.& Iaſ. in præcitatis locis,& tradit Io.Lopez in rep.rubr.de donat.inter vir.& vx.§.30.incip. Ex iſtis infertur, col.3.nu.20.allegans Bald. in procem.ff.in fin. & in l.quod cõſtitutum,ff.de teſtam.milit.poſt gloſſ. ibi.

112 Dicendum eſt, Doctorem verè nobilẽ † eſſe,iuxt.terminos,d.§.ſi quis rogatus, ne legitimatus ſubſtitutum excludat, vt determinat Iacob.Benius Eugubin. in tract. de priuileg. Iuriſconſult.par.3.priuileg.63. incip. Et ſi legitimatus,num.2.fol.93.ac etiam Io. Crot.d.conſil.60. Dudum Fridericus Roman. Imper. nu. 40. Loquor tamen de Doctoribus qui eminenti virtute ſcientiaque præfulgẽt,l.ſi quid in bello,in princ. cum gloſſ. ff. de captiu. non autem de Doctorellis qui propriè Doctores pedanei vocantur,quia parum merentur, vt dicit Iaſ.in d.l.pen.num.4.C.de pact.ſicut è conuerſo omnis Doctor excellentiſſimus non ſolum nobilis ſed nobiliſſimus eſt,vt ſcribit Paul.de Caſtr. in d.l.ſed & ſi ſuſceperit,§.1.num.4.

Ampliatur hoc de Doctore,vt procedat etiã

113 in † Artium & Medicinæ Doctore,qui dicitur in dignitate conſtitutus, vt in indiuiduo tradit Alex.conſ.94. Conſideratis,col.3.num.2.verſ. Sed ita eſt,lib.1.quod etiam tradunt, Bart.in l. omnes,num.2.verſic.Et ideo,C.de Decur. lib. 10.Aretin.in procem.Inſtit.num.24.ſenſitque gloſ.in l.lege Iulia,in verb.Oratores,ff.ad l.Iul. de vi public. Et non ſolum dicitur Doctor in Medicina cõſtitutus in dignitate,ſed etiam nobilitate fulget, cũ publicè Doctoratus inſignia ſuſcipiat, vt expreſsè tradit Nicol. Feſtaſius in tract.de æſtimo & collectis,part.4.tit. de immunit.nobilium,num.61.& 62.fol.187. vbi ſubdit quòd licet in hoc dubitari poſſit, cum medici obſtetricibus æquiparentur, quę certam corporis partem curare ſolent, vt dentium vel auricularum dolorem,vt aſſerit Bald.in l.1.num.3.C. mãd.Specul.in tit.de ſalar.§.poſtremò,in prin. Alex.conſ.15. Viſo proceſſu,col.fin.ante num. 12.libro 1. Addit. ad Guid.Pap.deciſ.394.De medicis Doctoribus,in princ. & videtur tex.in l.ſi duobus, in princ. ibi,Medicos autem & obſtetrices,C.commun.de legat. facitque gloſ. in c.non ſanè,in verb.Nec medico,14.q.5. Tamẽ veritas eſt, quòd Doctores medici ſunt nobiles, & contraria procedunt in medicis qui inſignijs Doctoratus non decorantur, licet enim medici nuncupari ſoleant, non tamen gaudent medicorum priuilegijs,vt exprimit l.1.§.medicos,ff. de var. & extraordin. cognit. Vel poteſt reſponderi illam æquiparationem de medico, & obſtetrice veram eſſe quo ad ibi expreſſa, in alijs nequaquam, nam in alijs abſurda eſt præſumptio,ita Nicol.Feſtaſius vbi ſupra,qui vere loquitur, dũ dicit Doctores Artium ac Medicinæ nobilitate præfulgere,de quorum præcellentia plura ſcribunt Andr. Tiraquell. in d.trac.de nobilit. & Bartolomæus Caſſaneus in cathalogo glor. mundi,vt per eos vberrime. in hisque terminis, quòd eccleſia & miles auratus in dignitate dicantur,tradit Ludouic. Molin. lib.3. de Hiſpan. Primogen.c.3.nu.40.

Supradicta tamen Angeli opinio multipliciter declaratur, Primò quòd legitimatus efficitur nobilis ſi eius parentes erant nobiles,& con

114 ſequenter debet ſubſtitutum † excludere quãuis teſtator nobilis fuerit, vt per Carol. Ruin. conſ.76.In quęſtione,num.13.verſic.Quod declaratur ex eo,lib.3.Franciſc.Mantic. d.lib.11. tit.10.num.37.verſic. Secundo loco animaduertendum eſt, & ita intelligendus eſt Iacob. Menoch.in d.tract.de præſump.in 2.par.lib.4.præſumpt.79.nu.10.verſic. Et legitimationem, dũ Ruinum allegat.

Secundò, ſi legitimatus ad honores & digni

tates

115 tates † reſtitutus fuerit, ac ſi eſſet legitimus & naturalis, tunc enim ſubſtitutum excluderet, Ruin.d.conſ.76.num.13. verſic. Quod ex alio, lib.3.& ante eum idem dixit Alex.d.conſ.2. Viſis codicillis, col.antepen. poſt num. 19. verſic. Denique per legitimationem, libro 1. poſſe inquam admitti ad eas dignitates ac ſi abolita eſſet omnis macula infamiæ, c.cum Vintoniēſis, de elect.nec amplius ſpurium dici, Bald.in l.Imperialis, per illum text. C.de nupt.rurſus Ruin. conſ.104.Non videtur, nu.14. verſic. Non obſtat inſuper, lib.3.Pariſ.conſ.1.Tranſactio iſta, num.81.lib.2.Rol.de Vall.conſ.67.D.Iacobus de Ramo, num.39.lib.3.Tiber.Decian.conſ.3. num.89.verſic. Tertio, lib.1.& poſt Andr. Alc. idem concludit Iacob.Menoch.d.lib.4.de præſumpt.in 71.præſumpt.num.11.

Et quamquam ipſe Carol.Ruin. ſibi parum conſtans conſ.77. Viſo ac diligenter conſiderato, num.10.d.lib.3.contrarium aſſeruerit, vt nec per dictam reſtitutionem actualiter patris nobilitatem conſequatur, nec nobilis efficiatur ſicut erat pater, ſecundum Bald.in cap.per tuas, num.2.verſic.Quæro in honoribus, de maiorit. & obed.cum quo tranſit Alex.in d.§.ſi quis rogatus, circa fin.& in hoc quòd memoria nobilitatis non conſeruetur, fundat etiam ſe Angelus, aliàs ſi dicta ratio locum haberet, ſequeretur quòd dicto modo legitimatus ſuccederet in feudo & emphyteuſi eccleſiaſtica, quod eſt contra intentionem omnium in d. c.1.§. naturales, & ipſiusmet Ang. in d.diſput. Item ſequeretur quòd legitimatus ſimpliciter ſubſtitutum indiſtinctè excluderet, & ſic etiam eo caſu quo teſtator, vel grauatus nobilis eſſet; cōtra prædictos, etiam ſi ad honores & dignitates non reſtitueretur, quia ipſa legitimatio ex natura ſui, & ipſius verbi importat, quòd reſtitutus ſit quīs ad primæuum ius naturæ ſecundum quod omnes legitimi naſcebantur, & per conſequens ad omnia quę legitimis competunt, & ſic etiam ad honores ac dignitates; & ideo cum expreſſio prædictorum ex natura actus, & verborum de neceſſitate inſit, ſecundum Ang. conſ. 17. Comes Brandiſius, verſic. Vnum autem ſolum, Franc. Aretin.in l.Gallus, §.& quid ſi tantum, de libe.
116 & poſthum. expreſſio † nil debet operari, l.3. de leg.1.& l.non rectè, C.de fideiuſſ. Ruinoque Franciſc.Mantic.d.lib.11.tit.10.num.37.verſic. Quod maxime procedit, innititur.

Tamen non arbitror ab opinione Alexandri
117 fore † recedendum, quam etiam tenuit ipſemet Carol.Ruin.conſ.109. Circa caſum, num. 14.verſic.Nec obſtat prædictis, d.lib.3. & conſil.161. Viſo themate, num. 25.verſic. Præterea dictum Baldi, lib.2. Nam licet legitimatus natura reſtituatur, tamen in eo remanet illa macula & rubigo originalis, quæ ex illicito coitu contracta fuit, & quæ veriſimiliter cenſetur teſtantem in dignitate ac vera nobilitate conſtitutum ab illius comprehenſione retrahere, & non ſequitur ex dicta reſtitutione ad honores & dignitates ad feuda legitimatum non reſtitui, ergo nec ad ius ſuccedendi nobilius teſtantibus, ius enim ſuccedendi in feudis ex multiplici causarum genere ſpecificam expreſſionem ne dixerim diſpenſationem requirit; Et quamuis paternam nobilitatem actualiter non conſequatur, ſat eſt ex dicta reſtitutione honoris dignitatisque adipiſcendi capacem habilēque ex proprio Principis beneficio fieri, adeo quòd habilitas licet non proueniat ex transfuſione paterna, Principis tamen munere in legitimati perſonam confertur; hæcque opinio ſæpius à Ruino, & alijs concelebrata reperitur, nec verum eſt tacitè dignitatum & honorum conſequendorum habilitatem legitimationi ineſſe.

118 Tertiò limitatur, vt ſi ſpecialiter † etiam ad feudi ſucceſſionem legitimatus quis fuerit, poſſit quoque ſubſtitutum à nobili teſtatore excludere, ceſſante Angeli fundamento, qui ex præalleg.c.1.§.naturales, ſi de feud.fuer.cōtrouerſia inter domin.& agnat.vaſalli, mouetur, cum tacitè non inſit vt legitimatus in feudo ſuccedat, ita tenet Carol.Ruin.d.conſ.76. num.13. verſi. Quia etiam, lib.3.& d.conſ.161.num.24. verſi. Et tanto magis, lib.2.

119 Quartò, ſi Princeps nominatim † & in ſpecie derogauerit dictæ l.ex facto, §. ſi quis rogatus, ff.ad Trebell. tunc enim videtur admiſiſſe legitimatum ad ſubſtituti excluſionem, quamuis pater nobilis, & in dignitate conſtitutus fuerit, Ruin.eod.conſ.76.col. 6.num.13.verſic.Ex alio etiam, lib. 3. licet enim per clauſulam non obſtante non augeatur gratia, clem. ei qui, de præbend. declaratur tamen intentio circa conceſſionem, ſecundum Bald.in l.eam quam, col. 10.num.36. verſic. Sed pone quidam, C. de fideicom. qui ex hoc infert, quòd ſi omnes qualitates ſpurietatis expreſſæ non fuerint, non propterea legitimatio vitiatur ſi ex clauſula nō obſtante poteſt de mente apparere, vt quia ſit dictum non obſtante, l. qui contra, C. de inceſt. nupt.& §.pen.auth.quib.mod.natural.effic.ſui, idemque voluit Ruin.conſ.156. Viſo themate, num.24.in fin.verſic.Præterea Imperator, lib. 2.ac etiam Franciſ. Mantic.in tract.de coniect. vlt.vol.lib.11.tit.10.nu.38.verſi. Quarto etiam aduertendum, Iacob.Menoch.d.præſump.79. num.12. Quintò limitatur, quando legitimans clauſulam illam adiecit, legitimatum inquam
120 in omnibus, & per omnia † haberi ac ſi ex legitimo matrimonio progenitus eſſet, vt dixit Carol. Ruin. conſ. ſæpius citato 161. Viſo themate, num.24.in fin.lib.2. quam quidem limitationem latè comprobando ſequitur Rol. de

Vall.

Vall.d.conſ.67.num.40.verſic. Vltimò reſpon deri potett,cum pluribus ſeq.lib.3. Et licet dici poſſe videatur,quòd in propoſito de voluntate Principis non agatur,ſed de voluntate teſtatoris,qui ſi de legitimatis non ſenſit, nulla clauſula operari poterit, vt contra teſtatoris voluntatem legitimatus ſubſtitutum excludat, cui etiã Principes non videntur poſſe derogare,iuxta l. ſi teſtamentum,C. de teſtam.& tradit Soc.iun. conſ.65.In caſu occurrenti,num.3.lib.2. Attamen non eſt ab eadem limitatione recedendũ, nam non minus de voluntate teſtatoris legitimatus qui in omnibus, & per omnia legitimo & naturali exęquatus ſuccedit,quàm de voluntate ac poteſtate Principis eum legitimantis, vbi primum enim obſtaculum remouetur, voluntas teſtantis præſto eſt ac ſe ſe offert,ſtatimque conquieſcit, ac vult bona ad filium deueni re,cum ſine dedecore ad eũ peruenire poſſunt, ex communi parentum voto,l. ſcripto, ff. vnd.
121 liber.Siquidem verba illa,in omnibus† & per omnia,tantæ ſunt virtutis, quòd inter duo ſubiecta non debeat aliqua differentia adeſſe, vt inquit in præcitato conſ. Rol. num. 43. verſic. Nam iſta verba,poſt Ang.in loco de quo ibi;ad quod faciunt not. per eundem Ang. in l. 2.§. ſi furioſus,per illum tex.ff. de iur. codicill. quòd ſi ſtatutum diceret ſcholares habendos eſſe in omnibus,& per omnia pro ciuibus,huiuſmodi verba operari, quòd pro veris ciuibus habeantur,& quòd omnia iura tam actiuè quàm paſſiuè,tam commoda quàm incõmoda ad eos ſpectent, & Angelum ſequuntur Ludou. Roman. in l. adoptiuum,§. patronum, ff. de in ius voc. Alex.in l.ſi Ruffinus,col.fin. ante num.6.verſi. Dixit etiam,vbi Iaſ.ſub num. 6. verſic. Secundò limita,ff.de teſtam. milit. idem Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore,num.302. verſic. Tamen qui eſt effectus,ff.de vſucap.Corn. conſ. 324. Viſo proceſſu,col.5.in fin.num.4.verſi. Et maximè, lib.1.Pariſ.conſ.71. Conſultatio abſoluta, col. 2.num.7.verſic.Prout,lib.1.Auguſt. Bero.conſil.35.In hac cauſa,num.5.verſic. Quoniam illa verba,lib.3. congruitque quod ſcripſit Ang. conſil.6. Dictum ſtatutum, verſic. Nec obſtat quòd ſatis attribuit, & in fortioribus terminis Bald.in l.omnes populi,col.pen.ante num. 24. verſic. Sed pone, ff. de iuſtit. & iur. de ciue inquam recepto cũ clauſula, quòd habeatur pro originario quo ad omnia, in terminis ſtatuti, quòd nullus poſſit eſſe de prioribus niſi ſit originarius ciuis,vt is de prioribus eſſe valeat.Præ
122 ſertim quia† ſub dicta forma legitimatus quo ad omnia nobilis dicitur, vt notanter tradit Pariſ.conſ.58.Agit coram D.Suffraganeo,col. 5. num.45. verſic. Et legitimatus quo ad omnia, lib.4.allegans Paul.de Caſt.in l.ſed ſi hac,§. patronum,in fin.verſic.Secus ſi fuiſſet,d.tit. de ius voc.vbi Caſtrenſis dicit, quòd legitimatus quo ad omnia, appellatione legitimi continetur, licet in ſpecie de nobilitate non loquatur, de qua nec loquitur Felin. per eundem Pariſiũ allegatus, Confert ad hoc quod voluit Ludou. Gozadin.conſ. 92. Breuiter vltra allegata, col. 5.ante num.16.verſic. Præterea datur poteſtas à Principe,dicens ſub dicta forma legitimatum in omnibus,& per omnia,ac ſi de vero & legitimo matrimonio natus eſſet,ſubſtitutum excludere, qui aliàs non excluderetur ex voluntate teſtatoris,poſt Socin.ſen.conſ.63. Viſis,col.penul.num.22.verſic. Nam in effectu, lib.3. ſubdentem dictam formulam legitimationis multum eſſe præciſam,d.l.2.§.furioſus,& ibi Ang. ff. de iur. codicill. cum concordantibus allegatis per Alex.in l.1. vbi Iaſ. num.20.ff. de leg.1. & quòd dicatur nobilis ſub dicta forma in omnibus, & per omnia legitimatus, tradit Rolan. de Vall.d.conſ.67.nu.48.verſ.Accedit etiam,libro 3.vt hinc omne dubium ſubmoueatur.

Sextò limitatur, vt non procedat ſi conditi
123 teſtamenti tempore teſtator nobilis† non fuiſſet, vel in dignitate conſtitutus, nam iſto caſu etiam de legitimatis intellexiſſe cenſeretur, tẽpus enim conditi teſtamenti in eius voluntate colligenda inſpicitur,l.ſi ita,ff.de aur. & argen. leg.& in terminis iſtis tradit Carol.Ruin.d.conſil.76.In quæſtione,col.6.num.13.verſic. Præterea tempore teſtamenti,lib.3.quem ſequitur Franciſc.Mantic.d.lib.11.tit.10. ante num. 38. verſic.Rurſus tertio loco,fol.285. Iacobus Menoch.in tract. de præſumpt. part.2. libr.4.præſumpt.79. num.15. fol.132.verſic.Declaratur quintò.

Septimò limitatur, vbicunque teſtator hæredi inſtituto decedenti ſine filijs legitimis & naturalibus ſubſtituiſſet illegitimum & naturalẽ, vt inquit Ang.in d.Diſput. incip. Nobilis quidam,colum.3.verſic.Non obſtat, Vel ſi ſubſtituiſſet alium legitimatum, vel inſtituiſſet, aut ſubſtituiſſet aliquem plebeium,vel ignobilem, vt ſcribit Menoch.in d.præſumpt.79. num.17. & 18.

Denique Angeli limitatio,Primò latius pro
124 cederet † in caſu quo teſtator expreſsè prohibuiſſet ne filij ſui vilibus mulieribus nuberẽt, priuando contrafacientes ſua hæreditaria portione,vt per Ioan. Cephal. conſ. 111. Magnificus,num.21.verſic.Et ex prohibitione,lib.1.
125 Secundò latius † procederet,in conſultatione Cardinalis Pariſij conſ.9. Olim, nu.47.lib. 2.ibi enim Camillus teſtator nobilis excluſerat de ſua hæreditate Scipionem filium ſuum legitimatum fratres præferendo.

Tertiò, quando teſtator nõ ſolum fuiſſet no
126 bilis,ſed grauatus etiam† nobilitate aut dignitate fulgeret,Alex.conſ.2. Viſis codicillis,poſt

num.

num.5.verſic.Item etiam,lib.1.Carol.Ruin.cõ ſil.77.Viſo ac diligenter ponderato,num.10.libro 3.Auguſt.Bero.conſ.73. Quòd eueniente caſu,col.fin.num.15.lib.2.

Secundò Iacobi de Arena principalis ſentẽ-
127 tia declaratur,quando in precib. oblatis† nõ fuit facta mentio fideicommiſſariç ſubſtitutionis,ſub illa cõditione,ſi deceſſerit ſine filijs, vel ſine filijs legitimis & naturalibus,tunc enim legitimatus ſubſtitutum non excludit,Alex.conſil.67.Conſideratis his,col.5.num.7.verſ.Multo magis,lib.1.& conſ.94.eiuſdem initij, in fin. num.9.cod.vol.Socin.ſen.conſ.251. Quoniam in præſenti conſultatione,num.12.lib.2.Carol. Ruin.conſ.178.Subtiliter & abundè, in fin.nu. 12.verſic. Et ideo Alexander,lib.2. & conſ.106. In quæſtione,nu.11.lib.3.Hieronym.Grat.cõſ. vltim.incip. Quoniam res, col.4.nu.36.verſic. Tertiò quia,lib.1.

Et quamuis Socin.ſen.ſibi contrarius oppo
• ſitum alibi tenuerit conſ.63.Viſis teſtamento, col.4.num.6.verſic. Præterea patet, lib.3.& cũ eo tranſeat Ludouic.Gozadin.conſ.48.In cauſa Florentina,col.4.num.15.verſic. Octauo iſte legitimatus,citans D. Silueſtrum Aldobrandinum idẽ tunc tenentem: Non eſt tamen à priori opinione tanquam vera recedendum, quam etiam tenet,Curt.iun.conſ.83. Præſupponitur in facto,col.6.num.8.verſic. Non obſtat etiam præmiſſis, & Franciſc. Mantic. in tract. de coniect.vltim.vol.d.lib.11.tit.10.num.24.verſ.Sed
128 quæret aliquis; Certa enim & communis† eſt doctrina,quòd ſubreptio & obreptio vitiãt omnia priuilegia omnesque diſpenſationes,maximè priuilegium legitimandi diſpenſationemque legitimationis,l.ſed ſi hac,§.patronum,ibi per obreptionem,ff.de in ius voc.quem tex.ibi ponderant Ang.Paul.de Caſtr.& alij, Io.And. in addit.ad Specul. in rubr. qui fil. ſint legitim. Bald.in l.eam quam,col.10.nu.36. C. de fideicom. Doct.in c.per venerabilem,qui fil. ſint legitim.& in quolibet alio reſcripto eſt text. in c. poſtulaſti,in verb. De leui non ſcribimus,extra de reſcrip.vbi Felin.multa cumulat:neceſſe eſt enim de qualibet clauſula mentionem fieri quę potuiſſet retardare Principem à concedendo, vt dicit Panormit.in c. in noſtra,in fin.prim.colum. d. tit. de reſcript. cum adductis per Curt. ſen.cõſ.16.Iſtis duabus legitimationibus, poſt num.27. col. pen. verſic. Nam omnes qualitates,Hocque illa ratione confirmatur, nam ex-
129 tantibus filijs legitimis & naturalibus† non valet legitimatio facta per habentem poteſtatẽ ſi de illis mentio facta non fuerit,ſecundum Io. And.in addit.ad Specul. in tit.de ſucceſſ.ab inteſt.§.1.verſic.Item ſcias,Iacob.de Beluiſ. in §. & quoniam,auth.quib.mod. natural. effic.ſui, Anton.de Buti.in d.cap. per venerabilem,poſt med. referens ita ſentire Vbertum de Bobio, Laurent. Siluan.conſ.45.Prætermiſſo, nu.47. poſt Paul.de Caſtr.in l.Gallus,§. & quid ſi tantum,col.7.ante num.17.verſi.Si autem habeat filios legitimos,vbi cęteri,de liber.& poſthum. Princeps nanque in præiudicium illorum veriſimiliter ſpurium non legitimaſſet ſi de ijsdem notitiam habuiſſet,minus ergo debet valere legitimatio ſi de ſubſtituto mentio facta non fit,
130 qui maius ius habet in hæreditate † pendente conditione quàm filius viuente patre,vt colligitur ex not.per Bart.in l.is poteſt, nu.8.9. & 11. ff.de acq.hæredit.& in l.1.§.ſi impuberi,num.1. verſic. Vltimò facit,ff.de collat.bonor.

Tertiò declaratur non procedere, quando
131 ſubſtitutus in legitimatione citatus† non fuit, ita videtur eſſe de intentione Bar.in d.l.Gallus, §.& quid ſi tantum,num.14.verſi. Reſpondeo, vbi Paul.de Caſtr.num.16.Alex.num.17.ad fi. Iaſ.num.92.& 134.& communiter Scribentes, conſulueruntque Petr.de Anchar. conſil.427. Circa primum quæſitum,num.2.& infra Alex. conſ.67.Conſideratis his,num.5.& infra conſ. 94.eiuldem initij,num.5.lib.1.Socin.ſen.conſ. 251.Quoniam in præſenti conſultatione,num. 11. lib. 2. vbi refert ita conſuluiſſe Franciſcum de Ramponibus in conſil. incip. In themate & quæſitis præmiſſis,in 2.dub.ac ipſe Socin. in d. §.& quid ſi tantum,num. 30. verſic. Quartum corollarium,Anton. de Roſell. in tract.de legitimat. in cap. de cauſa formali legitimationis, num.4.Dec.conſ.284. Viſo puncto,nu.10.verſic. Tertiò communis opinio, conſ.393. Conſului ſuperioribus diebus,num.7.conſ.425. In caſu propoſito,num.8.in fin. & infra ac conſil. 557.Accuratè,col.1.num.5.Curt.iun.conſ.83. Præſupponitur in facto,num.10.verſic. Vel aliter & ſecundo, vbi de communi opinione teſtatur,& ante eum idem voluit Curt.ſen.conſ.73. Super memorata facti narratione,nu.29.Pariſ. conſ.1.Præſens legitimatio,num.37. vbi de cõmuni,conſ.9.Olim D.Camillus,num.29.dicẽs ſic communem opinionem eſſe,conſ.12.Tranſactio iſta,num.154.vbi idem repetit,poſt Martin.Laudenſ.in tract.de legitim. col.18. verſic. Circa hoc,& conſ.14. Cum in facto certum ſit, num.32.verſic.Tamen iſtud procederet, lib.2. conſil.63. Mortuus eſt, num.10.verſic. Tamen iſtud,lib.4.Carol.Ruin.conſ.3. Videtur, nu.4. lib.1.conſ.161. Viſo themate,num.14.verſic.Præterea non videtur,conſ.173.Proponitur, num. 10.verſic.Et tamen ad hoc,& conſ.178.Subtiliter & abundè,col.fin.num.12.verſi. Et vbi etiã poteſtas, lib.2.conſ. 79. Primò videndum eſt, num.7.verſ.Et dato,ac nu.8.conſ.106. In quæſtione,quæ proponitur,num.4.verſic. Sed iſtis non obſtantibus,vſque ad num.8.lib.3. rurſus Carol. Ruin. conſ. 36. In cauſa feudali, col.9.

poſt

poſt num. 20. verſ. Vnde non potuit eis, d. lib. 1. conſ. 99. Viſa ampliſſima poteſtate legitimandi, num. 2. verſ. Et præſertim, & conſ. 95. Quamuis ſatis clarum, col. 2. verſ. Et iſtud probatur, lib. 3. idem etiam tenuerunt, Cardinal. Alexandrin. in d. c. per venerabilem, §. quod autem, colum. 26. qui fil. ſint legitim. Corn. conſ. 245. licet aliàs conſuluerim, col. 2. num. 3. verſ. Et ſaltem in legitimatione, lib. 1. Io. Crot. conſ. 113. Animaduerſis ijs, num. 23. verſ. Iſtud patet, cõſil. 144. Facti contingentia, num. 37. verſ. Cum ergo, & infra Io. Neuizz. conſ. 99. Omnis ſapiẽtia à Deo eſt, nu. 21. Hieronym. Grat. conſ. 29. In præſenti cauſa, num. 63. & conſ. 158. Difficultas præſentis cauſæ, num. 24. lib. 2. Soc. iun. conſ. 154. In caſu occurrenti, num. 10. lib. 2. conſil. 95. Cum præſentis conſultationis reſolutio, num. 87. verſ. Et hinc eſt, vbi de magis communi opinione meminit, libr. 3. & in d. §. & quid ſi tantum, num. 145. Anton. Gabriel. in ſuis concluſ. lib. 2. tit. de citatione, num. 150. verſ. Infertur ex prædictis, communem ſententiam eſſe affirmans, Didac. Couarr. in epitom. de ſponſal. & matrim. in 2. part. §. 9. num. 8. Ioan. Cephal. conſ. 186. Magnificus Comes Io. Baptiſta, col. 7. num. 41. verſ. Nono nam etiam, vbi magis cõmunem eſſe dixit, lib. 2. Franciſc. Burſat. conſ. 1. Non abeſt, num. 31. verſ. Attamen id procedit, lib. 1. Io. Petr. Surd. conſ. 1. Multa fuerunt, nu. 18. Franciſc. Marzar. conſil. 46. Circa primum dubium, num. 2. verſ. Nam communis eſt, Hieronym. Cardinal. Alban. conſil. 29. Pater filio Alexandro, ſub nu. 4. Ludouic. Molin. in tract. de Hiſpan. Primoge. lib. tertio, cap. 3. fol. 358. vbi de communi, de qua etiam teſtatur Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. par. 2. lib. 4. præſumpt. 79. in fin. verſ. Decima quinta eſt coniectura. Sed quicquid præcitati ſcribentes aſſeruerint, pro contraria opinione, vt citatio ſubſtituti non requiratur non deſunt defenſores, inter quos Socin. ſen. conſ. 226. Quæſtio præſentis conſultationis, col. 4. poſt num. 7. verſic. Aliquando & ſecundo, lib. 2. & infra verſ. Aliquando pater nihil diſpoſuit, Felin. in c. cum olim, num. 16. extra de ſentent. & re iudic. Carol. Ruin. conſ. 76. In quæſtione, num. 15. lib. 3. & in d. §. & quid ſi tantum, num. 190. Pariſ. conſ. 8. Aſſertum fideicommiſſum, col. 2. in fin. nu. 13. verſ. Et quòd Princeps poſſit, lib. 2. Ludou. Gozadin. conſ. 29. Videtur prima facie, num. 23. Sfort. Odd. in tract. de compend. ſubſtit. partic. 6. tit. An legitimati, fol. 209. verſic. Sed ego teneo cum Ruino, Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 11. num. 9. verſic. Non obſtant contrariæ leges, fol. 288. vbi latè diſputat.

Mouentur hanc partem tenentes ex plurib. ac ſignanter huiuſmodi valida concludentique ratione, vt Franciſc. Mantic. inquit, Aut enim ſub hac conditione, ſi inſtitutus deceſſerit ſine filijs, legitimati non continentur, & tunc fruſtrà quæritur an ſubſtitutus citari debeat, cum legitimatus in conditione non intelligitur: Aut includitur, vt Doct. communiter præſupponunt, & tunc neceſſe eſt dicere ac confiteri, quòd teſtator de eo etiam ſenſerit, quòd ſi teſtator de legitimato ſenſit ergo conſenſit, vt ad excludendum ſubſtitutum poſſit legitimari, igitur quãuis poſt mortẽ teſtatoris legitimatus fuerit non tamen ſubſtitutus debuit citari, quia ſatis eſt ipſum teſtatorem huic legitimationi conſenſum ſaltem tacitè præſtitiſſe, nam etſi iuſſerit filium
132 ſuum † poſt mortem ſuam legitimari, proximiores qui ſunt ab inteſtato ſucceſſuri quibus hereditas iam eſt delata, citari non debent, quãuis per ipſam legitimationem excludãtur, Bar. in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 14. verſic. Reſpondeo, hancque rationem ſenſit Franciſc. Aretin. in ead. l. §. ſi eius, in fin. vbi Socin. ſen. num. 5. circa fin. verſ. Vnde poteſt melius, idemque Aretin. in l. ex facto, in prin. ſub num. 12. de vulg. & pupill. ſubſtit. eadẽque ratio fuit Ruini in præcitata l. Gallus, §. & quid ſi tantũ, num. 126. verſ. Tamen in contrarium.

Sed idem Carol. Ruin. d. conſ. 106. In quæſtione, ſub num. 10. verſ. Non obſtat dum dicitur, lib. 3. prædictæ rationi reſpondebat, quòd quando ſubſtitutus nõ fuit citatus quo ad eius præiudicium filius legitimatus nõ cenſetur, nec pro legitimato habetur, & ideo verba conditionis, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalib. non poſſunt ei conuenire, ſed tunc demum conditio in eo defeciſſe intelligitur, vt ſubſtitutus excludatur, quando etiam quo ad legitimatum pro ſubſtituto habetur, quod ſanè intelligendũ eſt citato ſubſtituto, & cum legitimatio ritè ac rectè facta conſpicitur, alioquin reſpectu ſubſtituti nulla eſt, & pro non facta habetur, l. 4. §. cõdemnatum, de re iudic. l. non putauit, §. nõ quæuis, ff. de bonor. poſſ. contrabul.

Hanc tamen reſponſionem Franciſc. Mantic. in citato loco ſub num. 7. verſ. Sed ego conſidero ſubtiliter ſubuertere conabatur, cum id præſupponat de quo quæritur ſcilicet citationẽ eſſe neceſſariam in legitimatione, & hoc ipſum negatur, ſupradictum enim argumentum contrarium probat, quod certè ex eo non ſoluitur, quod dicitur vel præſupponitur citationem eſſe neceſſariam, & ideo legitimatus nõ cenſetur legitimus in præiudicium ſubſtituti non citati, quia imò cum legitimatio videatur fieri ex voluntate teſtatoris, cõcluditur, quod citatio ſubſtituti non requiratur.

Cæterum replicatio hæc non ſubſiſtit, nam in ea vnum etiam præſupponitur de quo valdè diſceptari contingit, nunquid teſtator de legitim ato

timato ſenſerit, illa nanque aſſertio quòd appellatione legitimorum, & naturalium filiorũ legitimatus includatur multifariã declaratur, adeo quòd tacitus aſſertus conſenſus poterit alijs argumentis ſubuerti, quæ per ſubſtitutum allegari valerent ipſo citato, ex omiſſione itaque citationis defenſio ipſi ſubſtituto auferretur in ſuisque iuribus læderetur dum voluntatis quæſtionem proponere prohiberetur: hic ergo caſus legitimationis quo ad teſtatorem incertus erat in legitimatione præſertim quæ ex Principis voluntate pendet: adeo quòd ex actu dubio incertoque non poteſt certa voluntas reſultare ac determinatus conſenſus, plurimumque hic caſus ab illo differt quando iuſſit teſtator filium ſuum poſt eius mortem legitimari, vt tunc proximiorum ab inteſtato citatio non requiratur quamuis per legitimatum excludantur, vt in citato loco Bart. dicebat, & cum Ruino concurrit Andr. Alciat. in d. l. Gallus, §. Et quid ſi tantum, ſub nu. 153. verſic. Subſequenter quæro.

Secundò alij dicebant, quòd præſuppoſita communi concluſione, vt grauatus in poteſtate habeat ipſum ſubſtitutum excludere ſi voluerit etiam eo contradicente, legitimando filium ſuum naturalem, ſequitur quòd non ſit tale ius vt eundem ſubſtitutum legitimum cõtradicto-
133 rem conſtituat, & conſequenter † quòd eius citatio requiratur, l. cum ſeruum, §. fin. ff. de fideicom. libert. l. qui poteſt inuitis, ff. de reg. iur.

Sed in iſta etiatu argumentatione vnum præſupponitur, vt inquam ſimpliciter in poteſtate grauati ſit ſubſtitutum excludere eo etiam contradicente per legitimationem, quod minimè
134 concedendum eſt, præſuppoſitis ijs † iuribus quæ ſubſtitutus allegare poſſet, iuxta not. per Bart. in l. is poteſt, ſub num. 10. d. tit. de acq. hæred. vt ſit proinde ſubſtitutus per fideicommiſſum legitimus contradictor, qui interim cautionem petit, vt tot. tit. vt legator. nom. cau. nec certat de viuentis hæreditate, ſed iã mortui, auth. niſi rogati, C. ad Trebell. & latè Bart. ibi deducit, quem ad hoc propoſitũ ſequitur Io. Crot. in d. §. & quid ſi tantum, num. 71. & de iſto iure ſubſtituti in ſpe conſiderabili quo ad legitimationem, latè Hieron. Gabriel. conſ. 197. Quamquam, num. 9.

Et pro intereſſe ſubſtituti, vt citandus ſit ne lædatur, facit text. in l. creditoris, vbi Andr. Alciat. in verb. Sub conditione, ff. de verb. ſign. & in l. irritum, C. ad l. Falcid. ex quibus deducitur fideicommiſſarium quodammodo creditorem
135 in † rebus fideicommiſſo ſubiectis dici poſſe, vt aduertit Simon de Pretis in tract. de interpr. vlt. vol. lib. 5. dubit. 4. & vlt. num. 307. fol. 553. faciunt etiam not. per Guid. Pap. deciſ. 232. Dicta Ioanna, poſt princ. cui aſſentitur Cell. Hug. conſ. 120. Et ſi dici poſſit, num. 80. verſ. Reſpondeo enim, citans etiam Dec. conſ. 239. Primo non videtur dubitandum, in 3. dub. ante nu. 6.

Sique adhuc diceretur, quòd agens contra
136 hæredem non tenetur † ſubſtitutum citare, l. 1. §. denunciari, ff. de ventr. inſpic. Reſpondeo vt per Bart. in l. in diem, poſt num. 1. verſic. Ad dicta reſpondeo, ff. de aq. pluuia arcen. quòd in actu qui voluntariè celebratur, vt venditio parique ratione legitimatio, id non procedit, cum non valeat ſine conſenſu illius ad quem res debet deuenire irreuocabiliter, vt ibi probatur, ſecus in actu iudiciali, d. §. denunciari, & l. filius familias, §. Diui, in vlt. reſponſ. de leg. 1. l. nihil, §. omnibus, eod. tit. facitque, l. peto, §. prædium, de leg. 2. & Bar. ſequuntur Carol. Ruin. d. conſil. 106. In quæſtione, col. 3. num. 8. verſ. Et concludit, libr. 3. Rol. de Vall. conſ. 67. D. Iacobus de Ramo, num. 49, in fin. verſic. Corroboratur hæc ſententia, lib. 3. & Io. Crot. in d. §. & quid ſi tantum, ante num. 72. verſic. Contra quam concluſionem.

Vt non arbitrer à magis communi opinione
137 iudicando conſulendoque fore † recedẽdum, licet contraria opinio validas etiam habeat rationes; Et quòd ſubſtituti citatio neceſſaria ſit, tenuerunt etiam Ial. conſ. 39. In præſenti conſultatione, col. 2. lib. 3. & Franciſc. Viuius opin. 853. Subſtitutio pupillaris, num. 4. & 5. vbi plures cumulat, rationem reddit, deque communi opinione teſtatur.

Declaratur Primo dicta opinio, vt procedat
138 in legitimatione † facta poſt mortem teſtatoris, nã ſi in vita tunc de citatione non eſſet quærendum cum non requiratur, vt tradunt, Ioan. Andr. Anton. de Butr. Calderin. & Abb. in d. c. per venerabilem, qui fil. ſint legitim. Cyn. in l. nam ita Diuus, vbi Bald. in princ. verſ. Quartò quando pater, ff. de adopt. Bart. in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, circa fin. ante num. 15. verſic. Quandoque pater, Federi. de Sen. conſ. 57. Videtur mihi, in prin. in 1. dub. Io. de Lignan. & Franciſc. de Rampon. conſil. 18. In quæſtione propoſita, col. 3. verſic. Surgit tertius punctus, inter conſil. Baldi lib. 4. & ipſe Bald. conſ. 204. Super primo articulo, num. 2. verſ. Nec ſunt, libro 2. conſ. 306. Caſus quæſtionis talis eſt, col. fin. num. 3. verſ. Sed Bartolus in iſta quęſtione, eod. vol. conſ. 105. Primò eſt videndum, ante fin. verſ. Et ita ſentit, conſ. 361. Verba Bartoli, in princ. & conſ. 363. Quæritur vtrum filius, numer. 2. verſ. Quæritur vtrum ſi pater, libr. 5. Io. de Anan. conſ. 29. Viſa Imperiali, in 5. dub. nu. 6. Raph. Cuman. conſ. 98. Suppoſito tenore, colum. fin. verſ. Circa ſecundum articulum, vbi de communi opin. atteſtatur, Alex. conſ. 188. Perſpectis verbis, col. 3. num. 19. verſ. Et tamẽ, lib. 5. Corn. conſ. 1. In preſenti ardua conſultatione,

tione,col.5.num. 16. verſ. Nec obſtat ſecunda ratio,lib.3.Soc.ſen.conſ.147. In præſenti conſultatione,col.10.nu.41.verſ. Ad ſecundam rationem reſpõdetur,vbi de communi meminit, libro 4. Dec.conſ.338.In caſu propoſito, poſt prin.nu.2.verſ.Et cum talis legitimatio,conſil. 366.Pro declaratione,col.2. in fin.ſub num.5. verſic.Præmittendum eſt primo,conſ.367.Viſo puncto,col.4.nu.7.verſ.Et ideo,dicens communem eſſe ſententiam,Soc.iun.conſ.14.Viſo tenore,num.3.verſ.Nam licet aliàs, & num.4. verſ.Et ad prædicta,communem opin.eſſe affirmans,& conſ.97.Viſo puncto,num.40.verſ.Et hanc opinionem,vbi de communi, lib. 2. & ita diſtinguit Sfort.Odd.Peruſin.in tract.de compend.ſubſt.partic.6.tit.An legitimati, fol.209. verſic.Ego breuiter diſtinguo, faciuntque tradita per Paul.de Caſtr.conſ.461. Viſis,num.3. verſic.Secundum principale fundamentum,libro 1.& Ludouic. Gozadin. conſ. 6. Prima facie,num. 6. declaratque Viuius in præallegato loco,Chriſtophor.dẽ Caſtelliono conſ.20.Reuerendus pater,num.5.6.& 13.

239 Idem etiam erit in legitimatis† poſt mortem patris de eius præordinatione, cum legitimatis per ſubſequens matrimonium æquiparentur, Socin.iun.conſ.120. Perſpectis his, nu.38.lib. 2. deque huiuſmodi præordinata legitimatione,idem Marian.conſ.121.Eleganter,num.12. eod. vol. & quòd de tali præordinatione ſufficiat inter viuos etiam per ſimplicem epiſtolam conſtare,idem Soc.iun.d.conſ.120.nu.16.Lancell.Galiaul.in d.§.& quid ſi tantum,col.15.verſic.Secunda cadit dubitatio.

Declaratur Secundò,vt nõ procedat in Prin
240 cipe ſupremam † habente poteſtatem,nam ſi appareat eum voluiſſe præiudicium ſubſtituto inferre ex clauſula de plenitudine poteſtatis,ex certa ſcientia,motu proprio, vel non obſtante, tunc quælibet dictarum clauſularum citationẽ tollit,Alex.conſ.2. Viſis codicillis,col.antepen. & fin.lib.1.Carol. Ruin.conſ.76. In quæſtione, num.9.lib.3.Pariſ.conſ.1. An iſta legitimatio, nu.66.cũ plurib.ſeq.lib.2.Rol.de Vall.d.conſ. 67. D.Iacob.nu.57.& infra,vſque ad nu.63.de omnibus dictis clauſulis agens,lib.3. Franciſc. Mant.in tract.de coniect.vlt.vol. lib.11.tit.11. num.10.verſ.Hæc tamen ſententia,fol.288. Io. Cephal.conſ.23.Feudum de quo agitur, n.32. lib.1.Alex.de Næuo,conſ.33.Vidi,num.12.

Quartò Iacobi de Arena dicta principalis cõ
241 cluſio declaratur vbicunq. eccleſia† eſſet ſubſtituta, tunc enim ab Imperatore legitimatus eccleſiam non excludit,Bald.in c.in præſentia, nu.35.vbi Fel.nu.29.verſ. Fallit primo, dicens ſe alibi hoc non legiſſe,extr.de probat. hosque ſequitur And.Tiraquell.in trac.de priuileg.pię cauſæ,priuil.94.ac etiam Franciſ.Rip.in d.l.ex facto,§.ſi quis rogatus,nu.46. id extendens ad quemlibet alium in dignitate conſtitutũ,quod Manticæ in d.tract.de coniect.vlt.vol.lib.11.tit. 11.nu.26.nequaquam arriſit, dicens Curtium ſeniorem non probare id ad quod per Ripam allegatur: Baldique declarationi aſſentiuntur etiam Io.Cephal.cõſ.111. Magnificus olim,nu. 32.lib.1.Hieronym.Alban.conſ.29. Pater filio maſculo Alexandro,nu.1.& Ludouic.Molin.in tract.de Hiſpan.Primogen.cap.3. num. 40. Et quamuis Alex.in d.l.ex facto,§.ſi quis rogatus, num.8.verſ.Plus etiam dicit Bald.contradixerit,tamen ab opinione Baldi,& aliorum præcitatorum recedendum non erit.

Ampliatur ſupradicta limitatio,etiam ſi ec-
242 cleſia†mediatè eſſet ſubſtituta,Cephal.d.cõſ. 111.nu.33.verſ. Cuius dictum, per theoricam Bal.& Ang.in l.auia,§. Titio,hoc tit. vbi per illum tex.notat Bal.quòd idẽ fauor debetur mediæ perſonæ qui debetur illi ad quam commodum finale peruenire debet, & tradit Dec. cõſ. 504. In caſu occurrenti,num.4.& 5.Aym.Crauet.conſ.137.D.Robertus,num.13.

Quintò declaratur,vt legitimatus ſubſtitutũ
243 nõ excludat ſi in ea regione†vnde teſtator originem ducit,vel in qua diu verſatus ſit ex communi vſu loquendi legitimati non appellantur filij legitimi, & teſtator ſubſtituerit ſi ſine filijs legitimis & naturalibus deceſſerit, quia ſecundum communem vſum loquendi verba teſtatoris ſunt intelligenda,l.librorum,§.quod tamen Caſſius,de leg.3.& ita tenent Paul.de Caſtr. in l.fin.num.5.verſic. Mihi autem videtur, C. de his qui ven.ætat.impetr. Ioan.de Imol.in d.l.ex facto,§.ſi quis rogatus,in final.verb. vbi Franciſc.Rip.num.44.idem Imol.in l.ſi ita quis,§.is cuius,ff.de leg.2.Andr.Barbat.in l.cum acutiſſimi,num.225.in fin.C.de fideicom. Alexand. conſil.25. Circa primum dubium,num.2.lib.1. Dec.conſ.258.In caſu D.Franciſci,num.2. verſic. Secundò hoc idem ſuadetur,conſ.365. Viſo conſilio,num.3.verſic.Tertiò hoc idem confirmatur,& conſ.366. Pro declaratione, num. primo, verſic. Et ſecundum communem vſum loquendi,ac denique,conſ.425.In caſu propoſito,colum.antepen.verſic. Quartò conſiderandum eſt,Raph.Fulgoſ.conſ.62.Stante ſtatuto, num.tertio,Albert.Brun.conſ.15.Viſa legitimatione,num.vndecimo,Ludouic.Gozadin.conſilio 6. Prima facie videtur,col.2.num.vndecimo, dicens vbique de hoc communi loquendi vſu notorium eſſe,And.Barbat.conſ.27.Scripſit,col.24.lib.2.Hieronym. Grat. conſil.29. In præſenti cauſa,colum.8.num.49.verſic. Quartò dico,lib.2.Io. Cephal. conſ.82. Hæreditas, num.19.lib.primo,ubi ampliat etiam in legitimato ex matrimonio ſubſequenti, & d.cõſ.111. Magnificus olim,num.18.eod.uol. conſil. 276.

Magnificus D.Iacobus, nu.28.lib.2.conſ.318. Præſentis conſultationis,num.62.lib.3. & conſil.525.In teſtamento,num.81.lib.4.idem quoque voluere Franciſc.Aretin. in d.l.Gallus,§.ſi eius circa fin.verſ.Primò quidem, dicens hanc limitationem ſine dubio procedere ſi talis communis vſus loquendi probetur,Franciſc.Niconit.in rubr.de nou.oper.nunc.num.246.Curt. ſen.conſ.73.Super memorata facti narratione, col.20.in 3.dubit.poſt num.19.verſ.Idem conſuluit,Hipp.Riminald.conſ.521. Prętendit D. Iuſtinianus,num.13.verſ. Ad ſecundum,lib.5. & Ludouic.Molin.in d.trac.de Hiſpan.Primogen.lib.3.cap.3.num.32.verſ. Quarta concluſio,fol.360.

Circa hanc autem limitationem animaduertendum eſt,vt Franciſc. Mantic. ſcribit, legiti-
144 mato † incumbere probationem, vt appellatione legitimorum & naturalium per reſcriptũ legitimati ex communi vſu loquendi includantur,aliter enim excludere ſubſtitutum non poſſet,nam Paul. de Caſtr. Ioan.de Imol.Decius, Fulgoſ. Curt. & Gratus concludunt, ita communem vſum loquendi, vt inquam legitimati non veniant in quocũque loco ſe habere, adeo quòd quis fundatam habeat intentionem nulla facta probatione, vt Mantica dicebat. Hæc certè magna reſtrictio eſt ſi vera eſt, per quam ferè communis cõcluſio in totum ſubuertitur, magna etiam eſt dictorum Scribentium autoritas: Et propterea Rolan. de Vall. conſil.83. Quòd Marcus Antonius, num. 20. verſic. Vlterius dicitur, libro tertio, voluit hoc de communi vſu loquendi procedere, ſi communis v-
145 ſus loquendi † probetur fuiſſe tempore conditi teſtamenti,iuxta tradita per Ruin. conſilio 63.Quamuis copioſè,num.7.lib.3.poſt Socin. ſen.in d.l.Gallus,§.ſi eius,in fin. vbi refert Cumanum idem conſuluiſſe,de liber.& poſthum. Et licet de prædictorum reſtrictione dubitare videatur Hieron.Grat.d.conſ.29.nu.50.lib.2. tamen cum ijſdem ſenſit Hipp. Riminald.conſil.522.Prætendit D.Iuſtinianus, nu.15.quicquid Rolandus aſſeruerit,allegans Io. Cephal. conſ.525.In teſtamento D.Clementis, nu.81. libro 4. vbi dicunt communem hunc loquendi vſum vbique vigere.

Quicquid tamen prȩcitati Doctores alioqui celeberrimi affirmauerint, ego valde de ipſorum aſſertione cum Hieronymo Grato ac Frãciſco Mantica dubius ſum, quæ communem opinionem eludere ac omnino (vt dicebam) proſternere conſpicitur: Vnde Hippol. Riminald.conſ.540. Et prima conſideratione,num. 22. lib.5. in contraria videtur eſſe ſententia, & non ſolum admittit communem vſum loquendi probandum eſſe tempore conditi teſtamenti,vt Rolan.de Vall. aſſerebat,poſt Dec.conſil. 365. Viſo conſilio, col. fin. ſub num.8. verſic. Tertiò non obſtat, quod etiam voluit Iacobus Menoch. conſ. 266. Memini me ſuperiore anno,num.63.lib.3.ſed etiam vnum aliud,ſcilicet
146 † communem loquendi vſum illius generis hominum cui actus ille conuenit,vel illa verba, Dec.conſ.7.Et pro tenui facultate,col.antepenul. ſub num. 3. & poſt Socin. ſen. tradit in his terminis Riminald. vbi ſupra num. 26. verſic. Subditque,qui aliud addit,vt non ſufficiat probare teſtamenti tempore communem vſum loquendi viguiſſe, ſed à decem annis ante ſic duraſſe, Bart.in l. Labeo, num.6.ff. de ſupell.leg. Bald.in l.omnes dies, num.2. C. de fer.& poſt Camill.Gallinium,lib.4. de verborum ſignific. cap.11.ſic ipſe ibidem concludit num.28. verſic.Quinimò: Denique opinionem de communi vſu loquendi,inquit procedere quando ver-
147 ba eſſent † vulgariter prolata, ſecus autem ſi Latinè,vt diſtinguit Bald. in l.lege 12. tabul.in fin.C.de legitim.hęred.Alex.d.conſ.2.Viſis codicillis,num.9.& conſ.9.Viſis verbis,num.4.libro 1.Ludouic.Roman.conſil. 4. Sententiam, num. 2. & in iſtis terminis legitimationis Rol. de Vall.conſ.83.

Quòd Marcus Antonius,in fin.nu.21.& 22. lib.3.Riminald.in præcitato conſ.num.29.verſic.Tertiò reſponderi quoque poteſt, Hocque maxime verum eſſet, vbi notarius bene eruditus appareret,vt in terminis tradit Menoch. d. conſ.266.num.65.lib.3.Quamuis hæc declaratio ſiue diſtinctio anceps fortaſſe reddatur ex ijs quę in reſponſione ad vltimum argumẽtum partis negatiuæ ſuper principali quæſtione ex intentione Socini dicebam:Ad iſtamque communis vſus loquendi probationem,quòd quattuor requirantur,optimè Iacob. Menoch. ſcribit d.conſ.266.n.63.verſ.Et vt dicatur d.lib.3.

Sextò limitatur & reſtringitur, quòd itȧ demum legitimatus valeat ſubſtitutum excludere ſi ipſe legitimatus, & is de cuius ſucceſſione tra-
148 ctatur fuerint † iuriſdictioni legitimantis ſubiecti,Ang.conſ.301. Pro deciſione primi puncti, nu.10.verſ.Eadem ratione dico, quem referendo ſequitur Curt.ſen.conſ.65. Super præmiſſa narratione,nu.15.verſ.Secundò cõcludit,Martin.Garrat.Laudenſ.in Diſput.ſua facta Papiæ, incip.Augerius, Præp. Alexandrin. in cap.per venerabilem,§.quod autem,vbi Aegid.de Ruſtic. qui fuit celeberrimus Doctor, & magnus Canoniſta, colum. 3. verſic. An autem,qui fil. ſint legitim. Pariſ.conſil.1.Prȩſens legitimatio, nu.42.uerſic.Prout etiam,lib.2. citans Affict. deciſ.128.Fuit dubitatum,numero quarto,ubi concludit Imperatorem non legitimare ſpuriũ in Regno Neapolis quo ad ſucceſſionem, quia hoc Regnum liberum eſt ab Imperio, ut dicit Andreas de Iſern. in prælud. feud. numero 38.

rurſus Pariſ.conſ.1.Viſa facti narratione,num. 203. verſic. Et etiam contra aliam communem concluſionem,vbi de communi atteſtatur, lib. 2.& conſ.3.legitimatio,nu.23.in fin.d.libro 2. fuitque opinio Baldi poſt Iacob. Butrig. in l.1. num.5.verſ.Item quęro, C.de iur.aureor.anul. & in l.eam quam,num.28.verſ. Conſueuit eſſe quæſtio, C.de fideicom.Signorol.conſ.221.Factum ſic ſe habet,colum.5.circa med.verſ.Præterea ipſa Caſſandra,Fulgoſ.conſ. 23. Hengelperus,col.2.nu.2.verſic. Et vt illud prætereat, vbi de communi teſtatur.

Magis ſiquidem receptum intuemur, legiti- 249 mationem extra legitimantis territorium † effectum non ſortiri, adeo vt legitimatio facta à Cæſare, vel eius Comite Palatino ad bona ſita in aliena iuriſdictione,veluti Eccleſiæ non extẽ datur,Bald.conſ.67.Si dicta inſtitutio, num.4. verſic.Item legitimatio propriè dicitur, lib. 1. conſ.336.Verba primi priuilegij, in fin. verſic. Imo expreſſe apparet,lib.2.conſ.406.Caſus talis eſt,quidam magiſter Andreas, nu.3.verſic. Sed nunquid capere poterit,lib.3.Petr.de Auchar.conſ.320.Primum dubium, nu.3.& infra Paul.de Caſtr.conſ.180. Super eo,col.1.in fin. lib.1.conſ.343.Circa primum articulum,nu.1. & infra,& conſ.467.Viſo dicto puncto,nu.3.6. & 7. vbi latè inſiſtit rationes hinc inde afferendo,lib.2.Corn.conſ.9.Memini, num.4. verſic. licet ſit non parua diſceptatio,lib. 4. vbi plures allegat, & ſignanter Iacob. Butrig.in l.3.ff. de offic.præſid.

Et quamuis contrarium tenuerint Iacob.de Beluiſ.in auth.quibus mod.natural.effic.ſui,in princ.col.3. verſic. Solutio quæſtionis primæ, vbi valde diſputat,Bald.in procem.C. col.pen. Bart.conſ.75.Viſo,in fin.Dec.conſ. 52. ciuſdẽ initij,num. 2. ac plures alij per Didacum relati in loco ſtatim allegando, quibus addendi ſunt Calderin.conſ.3.Habens poteſtatẽ, poſt princ. Ioan.de Anan.conſ.29.Viſa,num.1.vbi alios citat,Socin.ſen. conſil. 47. In præſenti conſultatione,numero 31.libro quarto,Alex.conſil.11. Aliàs conſului, col.2.num.10.lib.7.Iacob.Philipp.Port.conſ.105. Quia inter plura, num.6. & infra,lib.1.

Tamen prima opinio eſt communior à qua non eſſet iudicando recedendum, vt ſcribit Alexan.conſ.67.Conſideratis his,num.8.verſ.Et ita ſe habet magis communis opinio, lib. 1. ac etiam Dec.conſ.55.Et pro tenui facultate,n.3. verſic.Et licet plures,conſ.150. Dubitatur principaliter,num.5.& 6.& cõſ.557. Accuratè,nu. 22.& num.24.quam etiam tenent,Carol.Ruin. conſ.178.Subtiliter & abundè,num.12.verſ.Ex alio quoque,lib.2.conſ.86.Attẽta legitimatione,num.10,verſ. Item nec quo ad bona, lib.3. conſ.77.Viſo ac diligenter ponderato, num.3. conſ.66.Perlectis,col.2.num.3.verſic.Sed propter hoc non diſcedo,& infra,conſ.67.Viſo themate & dubijs,col.2.num.2.eod. vol.3. dicens in prælleg.conſ.77. quòd quamuis contrariæ opiniones adſint, hæc tamen de iure verior videtur, vt per eum. Didac. Toletan. in epitom. de ſponſal. & matrim.in 2.part.cap.8.num.14. verſic. Quarta concluſio,vbi de magis communi meminit,Io. Crot.in d.§. & quid ſi tantum, numero 89.in fin.etiam indiſtinctè vt ibi, Rol. de Vall.conſil. 88. In cauſa, numero 25. & 41. libro primo.

Quid verò in Papa diſpenſante ſuper radice 150 matrimonij † dicendum ſit, Hieronym. Gabrielius ſcribit communem veramque opinionem eſſe, quòd poſſit,conſi.21.Sebaſtianus,numero 14. vbi multos allegat, Sed contrarium conſuluit Curt.iun.conſil.136. Quidam vaſallus nobilis genere, numero ſeptimo,vbi etiam de communi.

Dumque aliqui dicunt quòd viuente patre eoque volente poſſit legitimatio in alieno fieri territorio,intelligendum eſt,quãdo Imperator 151 illam † feciſſet extra territorium ſuum, ſed inter ſuos ſubditos, ſecus quando inter non ſubditos & reſpectu bonorum ſitorũ in alieno territorio,vt per Dec.d.conſ.557.Accuratè,n.14. verſ.Non obſtat dictum Baldi, Rol.de Vall. d. conſ.88.In cauſa,nu.41.lib.1. vbi alios enumerat;& quamuis ipſe non dicat,requiritur etiam licentia Domini illius loci in quo fit legitimatio,& ita procedere huiuſmodi concluſionem, deducitur ex ijs quę tradit Alex.d.conſ.11.Aliàs conſului, num.11.in fin. verſic. Et eſt communis opinio quando,&c.lib.7.& Laſ.conſ.71.Super vtraque legitimatione,col.3.verſic.Confirmo prædicta,lib.3.Sed Portius d. conſilio 105. Quia inter plura, num.22. verſic. Idem dicendum eſt,lib.1. videtur hoc diſtinguere, de eius autem diſtinctione ex quibuſdam præſuppoſitis reſultante dubitari fortè poteſt, vbi numero 23. quærit nunquid tacitus conſenſus Principis illius loci ſufficiat an verò expreſſus requiratur.

Septimò debet limitari, vt legitimatus ſubſti- 152 tutum † non excludat ſi poſt teſtatoris mortẽ qui in teſtamento ei ſpecialiter reliquit, legitimatus fuerit, cũ enim teſtator ſpecialiter ei prouiderit,non videtur de eo ſenſiſſe cũ ſic loquutus extitit, ſi quis ſine filijs legitimis & naturalibus deceſſerit,arg.l.doli clauſula,de verb.oblig.& l.ſanctio legũ,ff.de pęn. ita cõcludit Dec. conſ.284.Viſo puncto,col.5.in fi.nu.10.verſic. Quartò ſimpliciter in caſu iſto, & fuit opinio Alex.de Imol.conſ.67.Conſideratis his, nu.5. lib.1. quem hoc modo intellexit Hieron. Grat. conſ.65.Et ſi agatur,nu.47.lib.1.& poſt Io.Cephal.quẽ allegat, idẽ ſcribit Iacob. Menoch. in

tract.de præſumpt.in 2.par.lib.4.præſump.79. nu.32.& conſ.164. Non caret,ante nu.9. verſ. Secundò & clarius,lib.2.

Allegat ad hoc comprobandum Dec.ſpecialem Ludouici Romani deciſionem conſ. 370. In propoſita conſultatione,col.2.verſ.Præſumptio eſt igitur,vbi concludit regulam † huius
153 contextus non habere locum in filia quæ ex filio grauato nata erat tempore teſtamenti,& cui teſtator ſpeciale legatum reliquerat, quia ſicut illam in legato nominauit,pariter eandem ſi voluiſſet, nominaſſet ad euacuationem fideicommiſſi, arg.l. 1.§. ſin autem ad deficientis, C.de caduc.tollen.Et quamuis vt Dec. inquit ,deciſio Romani in dubium reuocetur, vt infra oſtendam , tamen diſputatio illa procedit iſto reſpectu an l.cum auus,quę videtur loqui in nepotibus naſcituris locum habeat in iam natis tempore teſtamẽti, & iſto caſu Doctores vario modo loquuntur, ſed in caſu in quo loquitur Roman.aliud concurrebat,quia illi nepti quæ erat nata tempore teſtamẽti fuerat factum legatum à teſtatore,& iſtud eſt quod in caſu noſtro ponderatur; & circa hoc alij Doctores contradicere minimè videntur.

Sed contra hanc Decij opinionem nonnulla allegãtur,Primò quòd ſpecialis prouiſio fuit facta tanquam naturali ſeu ſpurio,ſique ſciuiſſet teſtator eum legitimatum iri, vtique ipſum in conditione comprehendiſſet. Secũdò quòd
154 per legitimationem ſpurius videtur† renaſci, Bald.per illum text.in l.filius à patre,§.1. ff. de liber. & poſthum. Io. de Imol. in l. certum eſt, num.2.ff.de iniuſt.rupt.teſtam. Vnde per legitimationem quaſi poſthumi natiuitate rumpitur teſtamentum,Socin.ſen.conſ.226.Quęſtio præſentis conſultationis,col.2.nu.5.verſ.Nam legitimati,vbi alios allegat, deque cõmuni opinione atteſtatur,lib.2.

Et licet eximius ſanè Doctor Franciſc. Mantic.in tract.de coniect.vlt.vol.lib.11.tit.10.numer.20.à Decij ſententia receſſerit, ego tamen illam vti iuri cõſonam valdeque rationabilem ſemper amplecterer: Et Prima quidem obiectio non ſubſiſtit,cum pater in vita potuiſſet filij legitimationem à Principe obtinere prout poſt mortem obtenta fuit,vnde cum non curauerit ſpurio de legitimatione prouidere, ſed tãtum de ſpeciali legato,quamuis poſtmodum legitimatio ſequatur, non poteſt ex ea augeri intentio teſtatoris qui in eo quod voluit ſpurio prouidit.

Non obſtat Secunda, nam licet legitimatus renaſci credatur, & veluti poſthumus rumpat teſtamentum, fictio huiuſmodi quæ per legem inducta videtur,operari non debet,vbi expreſſa hominis prouiſio adeſt,& vbi ex mente teſtãtis coniecturata eliditur: Nam & generaliter di
155 cta principalis concluſio† temperanda eſt,niſi ex verbis teſtamenti, vel legitimis coniecturis appareat teſtatorem de legitimatis non ſenſiſſe, quia in conditionibus(vt vulgare admodum eſt)voluntas teſtatoris primum locum obtinet,eaque conditiones moderatur,cum & de quib.liberis teſtator ipſe ſenſerit in primis ſpectari oporteat,d.l.ex facto,§.ſi quis rogatus,ff. ad Trebell.& tradit ipſe Mantic.qui dictam cõcluſionem hoc modo declarat, d.tit.10.numero 22.verſic. Verum planè hæc ſententia,vt Decij opinio non ſit negligenda,cum nobile ingenium rectumque iudicium in iure ciuili declarando habuerit.

Octauò dicta concluſio limitatur, vt legitimatus per reſcriptum non veniat ſub illa con-
156 ditione legitimorum & naturalium † in feudis à quibus repellitur, Oldrad. conſ.247. Factum tale eſt,col.2.in fin.num.4.verſ.Ad quartum & vltimum,vbi dicit,quòd videretur confitendum ipſum poſſe ſuccedere iure communi Romanorum vbi legitimatio tenet,§. ſi quis ergo,auth.quib.mod.natural. effic. legitim. de cõſuetudine verò in ſcriptis redacta in feudum non ſuccedit legitimatus, c.naturales, tit.ſi de feud.fuer.controuerſ.inter domin. & agnat.Salic.in auth.item ſi quis,colum.2.C. de natural. lib.Ioan.Calderin.conſ.5.An naturales, tit. de feudo,Siguorol.conſ.220.Quidam dictus Ioãnolus,colum.2. Dec.conſ.275.In cauſa,columna 5.num.9.verſic.Nam legitimatus, Franciſc. Aretin.conſ.pen.quod in ordine eſt conſ. 167. Magnifici & excelſi Domini, colum.pen. verſic.Circa filios legitimatos,Pariſ.conſ.14.Cum in facto, num.29.lib.2.Socin.iun.conſ.72.Propoſita quæſtio,num.49.lib.1.poſt Præpoſ. Alexandrin.in d.cap. per venerabilem, colum.46. verſic.Quod autem,vbi Aegid.col.3.in fi.Laurent. Siluan. conſi.3.Quo ad primum dubium, num. 27. verſic. Similiter taliter legitimati, & num.51.idem etiam tenent,Alex.conſ.67.Conſideratis his, colum.4.num.5.verſic.Hinc dicit etiam,lib.1.& conſ.94.eiuſdem initij, colum.3. num.5.eod.vol. Carol.Ruin.conſ.7. Quęritur, col.10.num.33.lib.1.conſ.69. Diligenti,col. 9. num.20. & infra,lib.3. & conſ.77. Viſo, col.1. num.5.& 7.eod.vol.& ne Baldum taceam, idẽ ipſe tenet conſil. 229. Ad euidentiam præmittendum eſt,in princ.libro 3.Camill. Borrell.in commentar. ad Pragm. Regis Ferdinandi: Odia quæ inter coniunctos,§.1.gloſſ.3.num.183. verſic. Demum quo ad ſucceſſionem, fol. 27. Franciſcus Burſat.conſil.76.Ex hac ſerie facti, num.25. verſic. Qui ideo,libro primo,vbi communem eſſe dicit. Auguſtin.Bero.conſilio 127. Ad veritatem eliciendam, num.16.lib. primo, conſil.73.Circa primum,num.33.eod.vol.conſil.65. Pluribus ſe offerẽtibus dubitationibus,

num.

num.91.d.lib.1.conſ.23.Quòd electio facta,numer.18.conſ.54. Ad fauorem,num. 20.libro 2.
Hæc tamen limitatio intelligenda eſt, niſi per
157 Principem ſpecificè & expreſſim † ad feuda etiam fuerit legitimatus,ſecundum gloſ.in d.c. naturales,quam ſequũtur ibi Iacob. de Beluiſ. Bald.Petr.de Ceruott.Andr.de Iſern.Aluarot. Præpoſ.Matth.de Afflict.& alij,communiterq. approbatam eſſe,tradit Socin.conſ.3. In cauſa Domini Guidi, verſ. Et pro fundamento præmitto,lib.3.idemque ſcripſere Io.And. in c.lator,extr.qui fil.ſint legitim.Bal.in d.l.eam quã, num.42.verſ. Quæro vtrum legitimatus, C.de fideicom.& conſ.214. Caſus eſt talis, quidam habet vxorem,poſt princ.verſ.Quod autem de naturalibus,lib.2.dicens hoc de facto contigiſſe Mutinæ, in cauſa cuiuſdam Hugonis contra Paſſamontes, Prępoſit.in d.c.per venerabilem, fol.13.col.tertia,verſi.Quæro ſexto,ibidemque Aegid.de Ruſtic.col.4.poſt princ. verſ. Et hoc de feudo,Signorol.d.conſ.220.Quidam dictus Ioannolus,col.2.verſ.Sed vt legitimatus,Dec. d.conſ.275.In cauſa,col.fin. & conſ.624. Copiosè,num.5.Curt.iun.conſ.157.Præſupponitur,num.15.& 28.de communi atteſtans, & in tract.feud.in 2.part.col. 29. verſic. Decimo ſeptimo quæro,Franciſc.Aret.d.conſ.pen. quod eſt conſ.266.Magnifici,col.fin.verſic. Circa filios legitimatos,Albert.Brun.conſ.15. Viſa,colum.pen.& fin.Pariſ.conſ.1. Præſens legitimatio,num.14.lib.1.Franciſc.Rip. in d.l. ex facto, §.ſi quis rogatus,num.18.ff.ad Trebell.Afflict. deciſ.195. Dictat capitulum, num. 1.Laurent. Syluan. conſ.3. Quo ad primum dubium, ſub num.49.verſi. Si legitimatus à Principe,Ruin. conſ.7.Quæritur,num.33.lib.1.Franciſc. Burſat.conſ.76. Ex hac ſerie facti,num.3.verſ. Ad ſecundum dubium,lib.1.Auguſtin. Bero.d.conſil.127.Ad veritatem eliciendam, num.16.libr. primo,d.conſ.73. Circa primum,num. 33. eodem vol.conſ.168.Tria ſunt,num.6.lib.2.Franciſc.Beccius,conſ.3. Tam doctè & copiosè,numero 36.Socin. iun. conſil. 95. Quia præſentis conſultationis reſolutio,num.12.lib. 3. Ludouic.Molin.in tract.de Hiſpan.Primogen. libro tertio,cap.3.num.26.verſic.Quę dubitatio,fol. 359.Iacob.Menoch.conſ.266.Memini,nu.59. lib.tertio.

Iſtudque vt legitimati expreſſim ad feuda, admittantur in feudis nobilibus, & dignitatis
158 †non procederet,cum niſi id expreſſe dicatur à feudis iſtis reijciantur,ſecundum Bal.in d.l.eã quam,col.antepen.nu. 42. verſ. Quæro vtrum legitimatus,vbi Andr.Barbat.in addit.C.de fideicom.Petr.de Anchar.nuncupatim de feudis nobilibus loquẽs,conſ.308. Prima facie,col.2. verſ.Tertio mouet,Andr.Tiraquell.in tract.de nobilit.cap.24.num.18. verſ. Sed & quod plus eſt,fol.200.Præpoſ.Alexandrin.in d.c. 1.§.naturales,ibidemque Laudenſ.Curt.iun.d. conſ. 157.nu.15.verſ.Ex præmiſſis,& in trac.de feud. in 2.par.tertiæ part.princ.q.17.nu.39.Gloſ.ſuper conſuet.Pariſienſib. §.8. fol.120. in 8.q.& poſt Baldum conſulendo,& Andr.de Iſern.tradit Marin.Frecc.in trac.de ſubfeud.lib.2.in 15. differ. inter feud. regalia titulata, & alia feuda nobilia,fol.250.Soc.iun.conſ.95.Quia præſentis conſultationis reſolutio,nu.92.verſ.Secundò quia,lib.3.Io.Cephal.conſ. 23. Feudum de quo agitur,num.45.verſ. Secundo quia legitimatus, Nicol. Boer. de magis communi opin. atteſtans deciſ.123.Et ſemper,nu.6. in 1. part. Ludouic. Molin. qui alios citat in tract. de Hiſpan.Primogen.lib.3.cap.3.n.26.verſ.Et etiã, fol. 359. vbi de communi, dicens hoc etiam in feudis Regalibus procedere. Quod tamen limitandum eſt, quòd non procedat in proprio feudo Regni, requiritur enim quòd ſit dictum nominatim ab Imperatore,vt in Regno valeat ſuccedere, aliàs ſi in genere ad feuda dignitatis eſſet legitimatus non ſufficeret,ſic per Bald. in d. l.eam quam,nu.43.verſ.Sed pone.

Quæ autem ſint feuda nobilia, dic propriè
159 omnia feuda† regalia habentia regalem dignitatem annexam,ſiue ſit feudũ Regni,ſiue Principatus Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, cum omnia hæc titulata ſint & regalia, licet Regni non ſint,cap.1.de feud.march.cap.1. quis dic. Dux cum vtrobique notatis. Sed Iacob.de Beluiſ.in prælud. feud. in 6. diuiſ.dicebat, feudum nobile eſſe, quod ab Imperatore Regi conceditur, vel Marchioni, Comiti & ſimilibus dignitatem habentibus, Minus nobile dici,quod datur ijs qui accipiunt à Marchione Comite ac ſimilibus, Mediocriter ſeu aliqualiter nobile,quod ab ijs datur qui feudum à Marchione vel Comite receperunt: primosque dici Capitaneos Regni, ſecundos Valuaſores maiores & Capitaneos, Tertios verò minores Valua
160 ſores:ignobile † verò feudum dici,quod à minoribus vaſallis alijsque inferioribus datur,tũc enim accipientes nullam acquirunt nobilitatẽ, vt circa princ.tit.qui feud.dar.poſſ.& d.cap.1.§. cæteri, Et quamuis Beluiſ. ibi, nobilitatem ex parte concedentis conſideret, vt aduerſus eundem Iacobum dicebat Ioan. Andr. in addit.ad Specul.in rubr. de præſcript. in addit. magna, verſic. Sed hoc nihil ad propoſitum, qui nobilitatem feudi ex vi verborum inquirebat, tamen Beluiſius verum dicit, quem ſequuntur, Præpoſ. Alexandrin. in prælud. feud. col. 13. circa med.verſic. Secunda eſt diuiſio,Iacobin. de S.Georg. in inueſtit. feudal. in verb. In feudum,col.4.verſic.Octaua diuiſio feudi eſt, Iaſ. & is in prælud.feud. in 10. diuiſ. num.119. verſic. Verum quia iſta diuiſio,poſt Ioan.de Imol.

in c.fin.col.26.in 3.q. extra de feud. Andream de Iſern.& Ioan. Rayn.alibi, vt per eum, Berber.in 2.q.Alex.conſ.30.Quoniam,num.19.libro 1. Petr. Rebuff.in arbor.feud.in 3,diuiſ.Anton.Capyc.in inueſtit.feud.tit.de feudorum generib.col.4.verſic.Nobile feudum,fol.107.Carol. Ruin.conſ.69.Diligenti,col.9.num.19.verſic.Nec obſtat,lib.3.Hieronym. Grat. conſ. 4. Dubitatur,num.12.lib.1.& Ioan.Cephal.conſ. 23.Feudum de quo agitur,num.56.lib.1.

261 Et quòd omnia feuda à Rege conceſſa†regulariter nobilia ſint ſub quocunque redditu exiſtant, cum à Rege fluat nobilitas, tradit Frecc. in d.tract.de ſubfeud. lib.2. in 5. authorit. Baron.num.7.verſ.Et ideo,fol.197.Inſuper quòd

262 pro feudo nobili collecta † non ſoluatur, ſed pro feudo ruſtico, And.de Iſern.in tit. quæ ſint regal.in verb.Et plauſtrorum, Luc.de Penn.in l.1.num.59.verſ.In feudis autem nobilibus, C. de impon. lucr. deſcript. lib. 10.& in l.cum Diuus Aurelianus, num. 5. & 6. C. de omni agr. deſert.lib. 11. & tradit idem Marin. Frecc. in d. trac.lib.2.de differ.feud.num.14.in 9.differ. Et quòd feudum antiquum nobile dicatur, poſt Bald.& Dec.tradit Hieronym.Alban.conſil.3. Et ſi anguſtia,num.5.verſ. Quartò iſta conceſſio, Nunquid autem vt huiuſmodi legitimationi ad feuda locus ſit agnatorum citatio requira

263 tur?& dicendum eſt,ipſam citationem†requiri etiam ſi viuo patre, vel auo legitimatio fiat, vt dicunt,Signorol.d.conſ.220.col. pen. verſi. Præterea ſpes iſtius,Albert.Brun.d.conſ.15.Viſa legitimatione,col.2.verſi.Quintò poteſt reddi nulla,& colum.fin.verſic.Quæ fundamenta, Curt.iun.d.conſ.157.num.4.& num.21.Carol. Ruin.conſ.36.In cauſa feudali, col.9.num.20. verſi. Vlterius dicta legitimatio,vbi hoc declarat,lib.1.poſt Paul.de Caſtr. quem ibi allegat, & conſ.99.Viſa ampliſſima poteſtate,col.2.numero 3.verſic.Nec obſtat,lib.3.Marian.Socin. in tract.de citationib.artic.7.princ.in 30. caſu, col.2.circa med.verſ. Niſi reſpectu feudi,Ioan. Cephal.d.conſ.23.nu.58.lib.1.

Et an legitimatio hæc ad feuda exiſtentium agnatorum mentionem requirat ne ſubreptitia dicatur, puta quòd extabant fratres,aut filij fratrum,aut patrueles,vel eorum filij,aut ſimiles?& dicendum eſt mentionem prædictam de-

264 bere† fieri,cum de facili fortaſſe Princeps nõ legitimaſſet ſi ſciuiſſet ex prædictis aliquem extare,ne illi præiudicaret, vel ſaltem non tam de facili, ita poſt Vbert. de Bobio ab eo relatum, voluit Anton.de Butr.in d.c. per venerabilem, colum.13.verſi.Exigitur tamen quòd fiat mentio agnatorum,& infra verſ. Idem tenuit Vbertus de Bobio de agnatis,vbi Ægid.colum.quinta,poſt princ.extra qui fil.ſint legitim. Ioannes Andr.in addit.ad Specul.tit.de ſucceſſ.ab intеſtat.§.1.verſic. Ita non videntur naturales legitimati,Paul.de Caſtr.num. 19.verſ. Si verò legitimatio,& Franciſc.Aretin.col.16.in fin.verſ. De legitimatione vide,in l.Gallus, §. & quid ſi tantum,de liber.& poſthum. Signorol.d.conſ. 220.col.3.verſ.Præterea cũ dicto D. Comes, Corn.conſ.93.Primo aſpectu,col.4.verſ.Conſtat enim quòd Papa,lib.2. vbi refert ita tenuiſſe Io.Andr.in dictis addit.idem Franciſc.Aret. d.conſ.pen.quod eſt,167.col.fin.Stephan.Bertrand.conſ.110.Viſis,col.5.poſt med.lib.2. Socin.iun.conſ.99.Viſo themate, col.pen.nu.40. verſ. Poſſet etiam, lib.2. Marian. Soc.ſen.in d. tract.de citationib.art.7.princ.in 30. caſu,verſ. Et quamuis de exiſtentia.

Vlterius quæro,nunquid in feudis prout legitimatio agnatorum citationem requirit, ſic etiam inferioris Domini citationem ad eius validitatem expoſcat? & Salic.in quodam conſil.

265 incip.Comes Palatinus,tenuit † quòd ſic,idẽ etiam Anton.de Roſell. in tract. legitim. in vlt. cart.verſic.Sed vlterius,rurſus Salic. in ſua Diſput.incip. Mediolanenſis quidam, de quibus deciſionibus Saliceti meminit Alex.conſil. 60. Viſa legitimatione,num.2.verſ.Fortius, lib.2. Sed Curt.iun.d.conſ.157.Præſupponitur, nu. 24. voluit Saliceti opinionem poſſe procedere vbi Princeps poteſtate ordinaria vteretur non autem plenitudine poteſtatis,dicẽs aut eſſe falſam aut ita dictam opin. Saliceti in citatis locis intelligẽdam fore,vt per eum,Sed eiuſdem Saliceti ſententiam comprobat Socin. iun. conſ. 96.Quia præſentis conſultationis reſolutio,nu. 98.lib.3. dicens ab ea vti magis communi recedendum non eſſe.

Quæro etiam,vt legitimatio ad feuda teneat,

266 an requiratur † ſpecialis derogatio ad d.c.1.§. naturales, Bald. ibi, col.prima,verſic. Sed ego quæro,tenet non requiri clauſulam,non obſtãte, quãdo Princeps ſpecialiter, & ex certa ſcientia reſcribit, & hæc verba ex certa ſcientia in litteris ſunt expreſſa, ſecus ſi daret alicui generalem authoritatem legitimandi, plus enim operatur ſpecies certa quàm diſpoſitio generalis, vt ipſe Bald. dixit in l.prima,num.22.C.de furt.& licet alij clauſulam derogatoriam requiri aſſeruerint, tamen primam opinionem defendi (inquit ipſe) de iure poſſe, per text. in l. qua in prouincia,§.Diuus,ff.de rit.nup.Sed Signorol.de Homod. d. conſil. 220.colum. ſecunda, circ.med.verſic.Vnde notanter, videtur tenere derogatione opus eſſe,adeo quòd in priuilegio ſui Comitatus apponi fecit nominatim ac ſpecialiter poteſtatem legitimandi quo ad feudorum ſucceſſionem cum derogatione d. cap.naturales,hancque opinionem poſt Curt.ſen. cõſil.65.Super præmiſſa,colum.14.tenet,Marian. Socin.iun. conſil.65.Memini,num.94.lib.3.

Quic-

Quicquid tamen præcitati dixerint, contra
167 rium † verius eſt, quòd imo generalis deroga
tio ſufficiat ad tollendam diſpoſitionem, d.cap.
naturales, prout ibi dixere Aluarott. Præpoſit.
Alexandrin. & Martin. Laudenſ. idem etiam te
nent, Raph. Cuman. conſil. 168. Reuerendus
pater, colum. vlt. poſt num. 7. verſic. Quod au-
tem vltimo dicebat, dicens contrariam opinio
nem communiter non approbari, Alexan. con-
ſil. 187. Videretur prima conſideratione dicen
dum, colum. penult. num. 19. verſic. Quia reſpõ
deo, & infr. lib. quinto, allegans gloſſ. iun & tex.
in l. prima; in verb. Reſcripti, C. de natural. lib.
vbi Bald. & Angel. dicensque formaliter in his
terminis conſuluiſſe Pet. de Anchar. conſ. 335.
Viſo diligenter tenore indulti, colum. ſecunda,
verſ. Non obſtat quod dixi ſupra, adeſtque au-
thoritas D. Matthæi de Afflict. deciſ. 195. Di-
ctat capitulum, num. quarto, verſ. Nec obſtat,
& de communi opin. meminit Curt. iun. d. con
ſil. 167. num. 28. dicens idem tenuiſſe in tracta.
feudali, in tertia parte, in ſecunda concluſ. cum
iſtis etiam pertranſit Thom. de Marin. in tract.
feud. tit. tertio, de feud. ex pact. & prouid. libro
primo. num. 47. poſt Pernum, & alios quos ci
tat. Et multo magis opinio Ancharani proce-
deret cum in derogatione adeſſet clauſula, Etiã
ſi talia forent quorum oporteret ſpecialem mẽ
tionem fieri, vt Cur. iun. in ſæpius citato conſil.
d. num. 28. verſic. Tamen omiſſa diſputatione,
inquit, in hoc omnes conſentire affirmans, & in
ſpecie Felyn. in cap. nonnulli, in princ. colum.
octaua, ante numerum ſeptimum, verſ. Secun-
168 da declaratio. Ad quod induci poteſt † quod
ſcribit Alberic. in l. vnic. C. quand. Imper. inter
pupill. & vid. licet enim Cyn. & Angel. ibi ex-
preſſam derogationem ad dictam legem requi-
ri ſenſerint, vt per eam tollantur priuilegia ibi
contenta, idem tamen eſſet ſi conceſſio clauſu-
lam contineret, non obſtante aliquo priuilegio
de quo oporteret ſpecialem mentionem fieri,
quamuis ſpecialis derogatio non adeſſet, vt ibi,
& Albericum ſequi videtur Matth. de Afflict. in
conſtit. Stauimus, la ſeconda, tit. de offic. magi
ſtri iuſtitiarij, num. decimo, verſ. Quid ſi eſſet
dictum, Sed cum Afflict. remittat ſe ad Felyn.
in cap. accedentes, extr. de præſcript. nu. 4. verſ.
Cæterum ſuper his, dicẽtem cum Alberico ſen
ſiſſe Federicum de Senis, & Ioan. de Anan. qui
de communi atteſtatur, & denique concluden
tem contra Ananiam re vera communem opi-
nionem eſſe, ac enumerãtem Calderinum Car-
dinalem, eundem Federicum, Paul. de Caſtr.
Ludouic. Rom. Alexand. Marianum Socinum,
& Laurent. de Rodulph. quos ſi Anania vidiſ-
ſet, fortè non dixiſſet illam communem opinio
nẽ eſſe, Et ideo tenenda eſt opin. Paul. de Caſt.
in d. l. vnic. num. 2. verſic. Vel non obſtante, q
ſint miſerabiles, dicentis ſufficere apponere de-
rogationem ſub conceptione illa verborum,
Non obſtante quòd ſint miſerabiles perſonæ,
ſecundum quam iudicaſſe Sacrum Regiũ Con
ſilium refert D. Vincent. de Franch. deciſ. 187.
Quamuis vt derogetur, ſub num. 2. in 1. part.
Præpoſit. itaque in d. cap. naturales, colum. 4.
169 verſic. Et per hoc tutius eſt, dicit † ſe conſuluiſ
ſe, quòd ſemper in reſcripto gratiæ feudalis di-
cta clauſula derogatoria in ſpecifica forma ap-
ponatur, quod indicaſſe videtur Raph. Cuma.
d. conſil. 168. in fin. faciuntque tradita per Fran
ciſc. Burſat. conſil. decimo, Illuſtris Comes Lu
douicus, ſub num. 3. verſic. Quia reſpondetur
primò.

Secundò principaliter diſpoſitio d. cap. na-
turales, ne legitimatus in feudo ſuccedat limita
170 tur, † vt per Natt. conſ. 159. In cauſa, num. 32.
lib. primo, in feudo inquam alienabili, quod cõ
ſilium inſertum etiam reperitur inter conſilia
Laurent. Siluani, conſ. 52. eiuſdem initij & cõ-
tinentiæ, fol. 249.

Penultimò quæro nunquid Rex vel Impera
tor poſſit ad feuda Eccleſiaſtica legitimare? &
171 dicendum eſt † quòd non, vt per Bal. conſ. 129.
Ad euidentiam præmittendum eſt, colum. ſe-
cunda, num. ſecundo, verſic. Sed dictum ſuum,
lib. tertio, & in l. eam quam, columna ſeptima,
verſic. Ex his apparet, poſt num. 28. C. de fi-
deicommiſſ.

172 Vltimò ſciendum eſt, quod legitimatus † ad
omnia beneficia curata & non curata cenſetur
etiam ad feudum legitimatus, cum feudum lar
go modo ſit beneficium quatenus beneficium
eſt beneuola actio gaudium tribuens capienti,
Dec. conſ. 76. Licet in caſu propoſito, col. 2.
Hieronym. Gigas in tract. de Penſionib. quæ-
ſtion. 86. numero quarto, verſic. Ad prædicta
facit.

Nec omiſerim videndum eſſe Ioan. Petrum
Surdum, conſil. primo, Multa fuerunt, num. 17.
verſic. Et quamuis gloſſ. declarantem poſt Ca-
173 ſtrenſem, Cephalum, & Ruinum, quando † &
in quibus caſibus poſſit Princeps ad feuda legi-
timare, vt ibi, Ac etiam intuẽda eſſe notata per
Ioan. Bolognett. conſil. 32. Prſupponitur in fa
cto, num. quartodecimo, inter alia aſſerentem,
cauſam legitimationis poſſe dici in omnibus
cauſam principalem, cum poſſit cauſam feuda-
lem ad ſe trahere.

Nonò dicta principalis concluſio declaratur
174 quando expreſsè alienatio † prohibita eſſet,
tunc enim legitimatus ſubſtitutum non exclu-
deret, Petr. de Anchar. conſil. 427. Circa primũ
quæſitum, num. 2. in fin. verſic. Eſſet enim, Ale-
xand. conſ. 25. Circa primum dubium, colum.
prima, lib. primo, & poſt Aancharanum tradit
Hieronym. Grat. conſil. 29. In prſenti cauſa,

num.

num.48.verſ.Tertiò dico, lib. ſecundo, Socin. iun.conſ.95. Quia præſentis conſultationis reſolutio,num.43.&infr.lib.tertio,Pariſ.conſ.12. Tranſactio iſta,num.151.verſ.Maximè cum teſtator, lib.2. Iacob. Menoch. conſil. 461. Et ſi hac de graui cauſa,nu.44.verſ. Tertia eſt coniectura,lib.5.

Decimò declaratur, ſi teſtator alium eius filium ſubſtituiſſet,tunc enim illa verba,Si deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus nõ comprehendunt legitimatum , cum teſtator magis ſuũ filiũ ſubſtitutum dilexiſſe præſumatur quã naturalem illum legitimatum, vt in ſpecie dixit Bald.conſ.349.Super eo quod quæritur,col.2. verſic.Sequitur videre de alio puncto, lib. tertio,Alex.conſ.94.Conſideratis his,num.3. verſic.Quod confirmatur,lib.1.Iacob.Menoch.cõſil.164. Non caret,num.8.verſic. Primò mouet me,lib.2.& conſ.461.prælleg.in 3.dubit. ante num.42.verſ.Prima inquam eſt cõiectura, lib. 5.Mouebatur Bald.quia ſupereſt perſona,quæ ex pręſumpta voluntate teſtatoris eſt potior,& magis dilecta dicto legitimato,vt ſupra.

Vndecimò dicta concluſio limitatur, vt non procedat in eo qui natus ex ijs eſt inter quos matrimonium eſſe nõ poterat prohibitione iuris Diuini ſecus ſi prohibitione iuris Canonici poſitiui vel iuris Ciuilis,nam ij reſtituti ad primæua iura veræ legitimitatis dicuntur, non autem diſpenſati,Olaſc.deciſ.119. Tertius principalis articulus, nu.6. & 7.verſ. Non obſtant, Iacob.Menoch.in tract.de præſumpt.part.2.libro 4.præſumpt.79.num. 41. verſ. Declaratur primò,fol.134.

Duodecima limitatio eſt,quando legitimatus per reſcriptum tempore impetratæ legitimationis commodè potuit ex ſubſequenti matrimonio legitimari , hoc ſiquidem caſu excludere ſubſtitutum non poteſt,cum illa legitimatio nullius effectus eſſe cenſeatur, niſi Principi id expreſſum fuerit atque eo non obſtante legitimationem conceſſerit,quod probatur ex tex. in Authen.quib.mod. natural. effic. legitim. §. ſit igitur licentia,coll.6.per quem text. hoc notat Bal.in cap.illud,num. tertio , verſ. Item nota vnum mirabile, extr.de præſumpt.dicens alibi non reperiri,Hipp.Sing.130.Dixi tibi,Iaſ.in l.Gallus,§.& quid ſi tantum, num.107. verſic. Sextò pro limitatione, ff. de liber. & poſthum. vbi dicit Baldum nihil ignoraſſe, Dida.Couar. in epitom.de ſponſalib.part.2.cap.8.§.9.nu.5. verſ. Eſt item,Emanuel Coſta in eod.§.& quid ſi tantum, nu.97.verſ. Et tunc demum , fol.25. & poſt Gregor.Lopez , & Telliũ Ferdinandez, tradit Ludouic.Molin. in tract.de Hiſpan. Primogen.lib.tertio,cap.tertio.num.37. verſ. Septima concluſio , pulcherrima certè eſt hæc limitatio ex Baldi ingenio acerrimo proueniẽs, qui non ſolum vt Iaſon ac omnes inquiunt nihil ignorauit,ſed ingenij ſubtilitate & acumine ſuorum laborum gloriam ſupremam reportauit, vt Vbaldorum familiæ Peruſinæ Ciuitatis totiusque Italici nominis decus atque ornamẽtũ extiterit : alias limitationes vt breuitati quæ ſemper valuit incumbam,cõſulto prætermitto, legitimationis enim materia adeo ampla conſpicitur vt niſi compendio vtamur in infinitum ferè progreſſus detur .

Secundus eſt caſus, ſi teſtator dixerit,ſi ſine filijs legitimè natis , vel legitimè deſcendentib. deceſſerit , & tunc concludendum eſt legitima-
175 tum † non excludere ſubſtitutum, cum modũ deſcendendi naturaliter non autem iuris fictionem inſpexerit ac conſiderauerit, argum. l.fin. C. de his qui ven. ætat. impetr. ita concludunt Bald.in l.Gallus,§.ſi eius,in fin.verſ.Item prædicta faciunt ad quæſtionem , de liber. & poſthum. dicens quendam Bononiæ diſputantem in eius diſtinctione ſic tenuiſſe , & verum eſſe , vbi Ioan.de Imol. in fin. & Socin. ſen. num. 6. verſ. Tertius caſus , cõmunem opinionem eſſe affirmans , Andr. Barbat. in l. cum acutiſſimi , col.90. nu.279. verſ. Solum autem deficit vno caſu, fol.25. C. de fideicommiſſ. Alexand. in l. generaliter,§.cum autem,colum.ſecunda,verſ. Limitantur tamen prædicta, C.de inſtit. & ſubſtit. Ioan.de Imol.in l.ex facto , num. 14. ff. de vulg.& pupill.vbi etiam Franciſc.Aretin.num. 10.colum.9.verſ.Tangit etiam hic, Io.de Imo. in l.ex facto,§. ſi quis rogatus,in fin.vbi Franc. Rip.num. 47. verſ. Sextò limita,ff.ad Trebell. Ioan.Crot.in d.l. Gallus , §. & quid ſi tantum , num. 81. dicens idem ſenſiſſe D.Benedictum de Plumbino in ſua Diſput. incip. Statuto Piſano,in ſolut.4.dubij,ac etiam Angelum in alia Diſput.incip.Nobilis quidam genere, Auguſt. Bero. in capit. in præſentia,num.486.verſ.Sed aduertendum eſt , extr. de probat. Io. Dilect. Duran.in tract.de art.teſtan. tit.de ſubſtit.cautel.15.num.quinto,Sfor.Odd.dicens omnium eſſe ſententiam,in tract.de compend.ſubſtitut. partic.6.tit.An legitimati,fol.209. verſic. Primus eſt, vbi etiam de veritate atteſtatur , Alex. conſil.ſecundo, Viſis codicillis,colum. quinta , num.13.verſic. Et comprobatur , ac colum. 8. num. 18. verſ. Non obſtat octauum argumentum,lib.1.Dec.conſ.155.Et diligenter,col.vlt. in fin.num.7. verſ. Non obſtat quòd legitimatus,& conſil.425. In caſu propoſito, colum. 4. poſt num.12.verſ.Quo caſu,poſt Bal. in addit. ad Specul. in tit. de procur.§.1. verſ. 24. Curt. ſen.conſ.73.Super memorata facti narratione, colum.26.in 3.dubit.num.21.verſ.Adeo quòd qui moritur,& ante dictum num. verſ.Et illud eſt quod voluit idem Bald. Pariſ. conſ. primo, Et ſi agatur, num.42.& 81.lib.ſecundo,conſ.9.

Olim

Olim D. Camillus, num. 46. conſil. 11. Cum iſte infans, num. 12. & 149. eodem volum. Soc. iun. conſ. 39. In caſu ad me tranſmiſſo, num. 43. lib. tertio, Carol. Ruin. conſil. 36. In cauſa feudali, colum. quinta, num. 12. verſ. Secundo dicta legitimatio, & nu. 18. verſ. Nec obſtat alia ratio, & verſic. Præterea, lib. primo, conſ. 92. De duobus principaliter, colum. 6. poſt num. 13. verſic. Aut eſt facta pro filijs legitimè deſcendentibus & verſic. Pro iſta opinione lib. tertio, conſil. 95. Quamuis ſatis clarum, colum prima, in princ. & num. ſecundo, ac conſ. 80. De duobus eſt videndum, in princ. & num. 7. ac 8. eod. volum. Curt. iun. conſ. 64. Præſupponitur in facto, col. 6. num. 12. verſ. Tamen iſta communis concluſio, conſil. 83. eiuſdem initij, colum. ſeptima, numero vndecimo, verſ. Puto etiam, Ioan. Crot. conſil. 113. Animaduerſis ijs, num. vigeſimo, verſ. Nam licet, lib. primo, Hieronym. Grat. conſil. 29. In præſenti cauſa, num. 45. & 46. lib. ſecundo, conſ. 158. Difficultas præſentis cauſę, num. 27. & infr. eod. volum. Neuizz. conſil. 99. Omnis ſapientia à Deo eſt, num. 25. Marc. Anton. Natt. conſ. 624. Teſtator ſubſtituit, colum. tertia, num. 8. 9. & 10. verſ. Veniẽdo nunc ac caſum noſtrum, lib. tertio, Ioan. Cephal. conſ. 23. Feudum de quo agitur, num. 43. conſ. 82. Hæreditas duplex eſt, num. 19. conſ. 111. Magnificus olim D. Zannonus, colum. ſecunda, num. 7. verſ. Imo nec veniunt, lib. primo, conſ. 276. Magnificus D. Iacobus, num. 9. lib. ſecundo, conſ. 372. Illuſtriſſimus, num. 35. lib. tertio, Affict. deciſ. 195. Dictat capitulum Regni, num. tertio, verſ. Et pro hoc benè facit, Auguſtin. Bero. de communi opin. atteſtãs, conſ. 180. An pupillus, num. 9. lib. ſecundo, conſ. 177. Conſideranti mihi, num. 49. & conſ. 23. Quod electio, num. 14. eodem volum. Iacob. Philipp. Port. conſil. 6. D. Conſtantinus de Godis, num. 91. lib. primo, Franc. Burſat. conſil. 17. D. Hieronymus, num. 14. vbi de communi, Hippol. Riminald. conſ. 294. D. Fabricius, num. octauo, lib. tertio, conſil. 522. Prætendit D. Iuſtinianus, num. 25. verſ. Præterea concludendo dico, libro quinto, Ludouic. Molin. de Hiſpan. Primogen. lib. tertio, cap. tertio, num. 31. verſic. Tertia concluſio, fol. 360.

Tertius caſus eſt, cum ſubſtitutio conditionem filiorum ex legitimo matrimonio natorũ continet, & in hoc tertio caſu pariter ex intentione ac reſolutione Scribentium magis com-
176 muniter cõcludendum † eſt, legitimatum per Principis reſcriptum ſubſtitutum non excludere, Bald. conſ. 492. Quidam tres hæredes, lib. 4. Alexand. in d. l. Gallus, §. inſtituens, in princip. poſt num. 2. verſ. Et ſuſtinendo eius limitationes, qui idem ex facto reſpondit conſil. 172. Vitis duobus teſtamentis, num. ſecundo, verſ. Circa ſecũdum principale quæſitum, lib. ſeptimo, vbi multos allegat, & de communi opinione attestatur, Socin. ſen. conſ. 63. Viſis teſtamento, colum. 12. num. 17. in fin. & 18. verſ. Quando quis eſt grauatus, lib. tertio, Curt. ſen. conſ. 74. Super memorata, colum. 25. Pariſ. conſ. nono, Olim, num. 46. vbi de communi, lib. ſecundo, & conſ. 12. Tranſactio iſta, num. 144. & infr. eod. volum. Carol. Ruin. conſ. 103. Viſis legitimationibus, colum. quinta, num. quinto. verſ. Quæ licet dici poſſit, lib. tertio, Hieronym. Grat. conſ. 65. Et ſi agatur, colum. ſecunda, num. 6. verſic. Rectius tamen conſideranti, lib. primo, conſil. 29. In præſenti cauſa, num. 44. & 45. lib. ſecundo, Didac. Couarr. Toletan. in epitom. de ſponſal. & matrim. in d. 2. part. cap. octauo, §. ſecundo, in fin. verſic. Prædicta tamen opinio Baldi, fol. 126. ſecundum paruam impreſſionem Venetam, Socin. iun. conſ. 65. In cauſa occurrenti, num. ſecundo, lib. ſecundo, conſi. 39. In caſu ad me tranſmiſſo, nu. 43. lib. tertio, conſil. 63. Præſuppono ante omnia, num. 36. & 16. conſil. 110. Diù in hac conſultatione, num. 25. & conſ. 145. Viſo teſtamento, num. 39. lib. tertio, Stephan. Bertrand. conſ. 149. Multa ſunt de quibus quæritur, num. tertio, colum. ſecunda, verſ. Sed dictum eſt, omnes ita tenere affirmãs, lib. primo, quem referendo ſequitur Franc. Mantic. in d. tract. de coniect. vltim. volunt. lib. vndecimo, tit. decimo, numero 23. verſ. Secundò in ſpecie, fol. 284. vbi de crebriori opinione poſt Tiberiũ Decianum per eum allegatum meminit, Sfort. Odd. in d. tract. de compend. ſubſtit. part. 6. tit. An legitimati, verſ. Tertius caſus eſt, fol. 209. eandemque ſententiam tenuerunt, Curt. iun. conſ. 64. Præſupponitur in facto, colum. 6. nu. 12. verſ. Tamen iſta communis concluſio, conſ. 83. eiuſdem initij, colum. ſeptima, num. vndecimo. verſ. Puto etiam, Ioan. Cepha. conſ. 66. Plura ſunt quæſita, colum. ſecunda, num. 15. lib. primo, conſ. 111. Magnificus olim, num. 6. conſ. 117. In hac cauſa, nu. 21. eod. volum. conſil. 276. Magnificus D. Iacobus, num. nono, lib. ſecundo, conſil. 364. Pro Magnifico Dominõ, num. 58. & 59. lib. tertio, & conſil. 606. Viſis ſcripturis, num. 37. lib. quarto, Vbertin. Zuchard. in l. poſthumo, num. 14. verſ. Prætermitto quod Socin. & num. 29. verſ. Secundò cogita, C. de bon. poſſ. contra tabul. Hieronym. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 755. verſic. Ex prædictis inferri poſſet, ff. ad Trebel. Auguſtin. Bero. conſ. 180. An pupillus, colum. quarta, num. 16. verſic. Et hęc communis opinio, quod eſt conſ. vltim. lib. ſecundo, conſil. 177. Conſideranti mihi, num. 49. & conſil. tertio, Viſo puncto, num. 30. eodem volum. Iacob. Philipp. Port. d. conſ. ſexto, D. Conſtantinus de Godis, num. 91. lib. primo. Natt. conſ. 368. Vertente controuerſia,

num.

num.ſecundo,verſic. Tamen iſta procedunt,libro ſecundo, Franc. Burſat. conſil. 17. D. Hieronymus,num.14.vbi de communi,lib. primo, Ioan. Petr. Surd.conſil.primo. Multa fuerunt, num.98. Hippol. Riminald.conſil. 540. Et prima conſideratione,ante num.49.lib.quinto, & conſil.544.Circa primum,nu. 30. cod. volum. Iacob. Menoch.conſil.266.Memini, verſic. Et Baldum,lib.tertio,Simon de Pret.de communi atteſtans poſt Alexandrum,in tract. de interpret.vltim.volunt.lib.tertio,dubit.tertia,ſolut. tertia,ante numerum quintum,verſi. Ac etiam non de legitimatis,fol.315.

Et pro hac opinione facit text. iuncta gloſſ. in verb.Coniugata,in cap.innotuit,iuncto alio text.in c.cum iunctis,extr.de elect. congruuntque tradita per Bald. in l. manumiſſiones, poſt numerum ſecundum,verſic. Vnde legitimatus, ff.de iuſtit.& iur.ac in dict. l. Gallus, §. ſi eius, in fin.

Ampliatur iſte tertius caſus vt procedat etiã ſi in legitimatione foret expreſſum vt legitima-
177 tus † habeatur, ac ſi de legitimo matrimonio natus eſſet, vt concludunt, Dec.conſil. 284. Viſo puncto,colum.fin.num.15. verſic. Non obſtat, quòd propriè legitimatus, conſil. 155. Et diligenter,in fin.poſt numerum ſeptimum,conſil.357. In caſu,colum.tertia,num.quinto, verſic. Prædictis tamen non obſtantibus,& conſil. 557. Accuratè,num.quarto,Carol. Ruin.conſ. 80. De duobus eſt videndum, colum. quinta, num.duodecimo,verſic. Et prędicta confirmantur, & num.tertiodecimo,lib.tertio,conſil.103. Viſis legitimationibus,nume.quinto,& ſexto, verſic. Nec obſtat,eodem volum. Pariſ.d.conſ. nono,Olim D. Camillus, nume. 53. conſil. 12. Tranſactio iſta,num.173.lib.ſecundo, Hieron. Grat.conſ.158.Difficultas præſentis cauſæ,nu. 27.lib.ſecundo,Socin.iun.conſil.65. In caſu occurrenti,num.ſecundo,verſi. Et licet,lib.ſecundo.conſil. 110. Diù in hac conſultatione anceps fui, colum.octaua,num.26.verſic. Et ita ſeruandum eſt,conſ.145. Viſo teſtamento, colum. octaua,num.39.verſ. Poſſent etiam alię coniecturæ conſiderari,vbi de communi poſt Franc. Aretin.lib.tertio,& in l.Gallus,§.& quid ſi tantũ num.146.vbi plures refert, dicens hoc eſſe commune dictum & veriſſimum imo indubitatum, nec diſſentire auſus eſt Franc. Mantic. in tract. de coniect.vlt.volun.lib.vndecimo,tit.decimo, num.vigeſimoprimo,verſ. Ego tamen ſubſiſto, Et de ſtatuto ad teſtamẽtum in his terminis argumentatur Ioa. Cephal.conſil.66.Plura ſunt quæſita,numero vndecimo,lib.primo, Decian. conſ.88.num.76.lib.ſecundo,& Iac. Menoch. in tract.de præſumpt.2.part.lib. quarto, præſ. 79.numero vigeſimoſecundo,verſ.Extenditur. primò,fol.133.

Et quamuis Dec.conſil.624.Copioſè & elèganter,colum.ſecunda,num.ſexto,verſic. Non obſtat, quòd illa verba, ac etiam Carol. Ruin. conſil.161. Viſo themate cum dubijs, columna octaua.num.19.verſ. Sed quamuis dici poſſit, libro ſecundo, & conſil. 76. In quæſtione quæ proponitur, num. duodecimo, verſic. Nam ex quo voluit,libro tertio,Ioan.Petr. Surd. conſ. primo,Multa fuerunt,num.98. & inſ. ac Hipp. Riminald.conſil.294.Fabricius, nu. vigeſimoprimo,verſic.Nec obſtat,lib. tertio, nihilominus non eſt à prædicta opinione iudicando diſcedendum rationibus per Decium d. conſil. 284.num.15.& frequenter per dictos Scribentes allegatis.

Ampliatur ſecundò,ut verùs ſit idem tertius
178 caſus,etiam ſi in legitimatione † diceretur, vt ſubſtitutus à legitimato excludatur, Dec.d.conſilio.557.num.quarto,Ruin.d.conſ.80.num.ſeptimo, & octauo,& conſ.95.Quamuis ſatis clarum,colum.quarta,num.ſeptimo, libro tertio, Pariſ.d.conſ.nono,num.45.& 46.conſil.vndecimo,Cum iſte infans,num.duodecimo,verſic. Eo etiam, libro ſecundo, Quicquid in contrarium dixerit Alexand.d.conſ.ſecundo,Viſis codicillis,colum.penult. num.58.verſ.Quinimo dato, libro primo, quod reperitur conſilio 87. libro ſecundo.

Ampliatur tertiò, ut nec etiam filij uerè legitimi iplius legitimati admitti debeant, ità deducit Iacob. Menoch.in d. præſumpti 79. numero 25.

Vlterius Baldi,Alexandri de Imola, & aliorum circa dictum tertium caſum opinio maximè procederet, ubi teſtator expreſsè ſic conditionem concepiſſet, Si hæres deceſſerit ſine ſi-
179 lijs legitimè † natis,non autem legitimatis,tũc enim nulli dubium eſſet legitimatos ſubſtitutũ non excludere,ut notanter ſcripſit Ioan. Dilec. Duran.in tract.de art.teſtan.tit.quinto,de ſubſtit.cautel.quintadecima,quem ſequitur Ioan. Cephal.conſ.82.Hæreditas,nu.74.lib. primo, id ſimili autoritate Matthæi de Affict.comprobans in cap.primo,§.naturales,in quinto, & ultim. not. num. uigeſimoquinto, tit. ſi de feud. fuer. controuerſ. ubi quando expreſsè in inueſtitura diceretur, ut legitimatus per matrimonium ſubſequens non ſuccedat, haud dubiè à ſucceſſione feudi repellitur, idem Cephal.dict. conſil.117.In hac cauſa, num. uigeſimoprimo, eodem primo uolum.

Limitatur, prædicta concluſio, ut procedat cum legitimatio fieret ab Imperatore,uel à Comite, aut alio inferiore qui poteſtatem legitimandi etiam ampliſſimã haberet, ſecus ſi à Pa-
180 pa † immediatè facta fuiſſet,ad tradita per Socin. in l. Gallus, §. ſi eius, uerſ. Tertius caſus, quia ſicut Papa ipſe poteſt legem condendo

ſuper

ſuper matrimonio eiuſque radice diſponere, c. non debet, de conſang. & affinit. cap. tanta, qui fil. ſint legiti. cap. innotuit, de elect. ita & per reſcriptum poteſt, ex not. plenè in cap. quæ in eccleſiarum, per Doctor. maximè Innocent. extr. de conſtit. Auguſt. Bero. conſil. 180. An pupillus, colum. 2. num. 10. & 11. verſ. Et hoc abſque dubio procedit, lib. 2.

Secundò limitatur, ſi teſtator dixiſſet, Si deceſſerit ſine filijs legitimis, aut ex ſuo corpore deſcendentibus, hoc enim caſu non videtur excluſiſſe naturales præſertim legitimatos, vt nuncupatim reſpondit Bal. conſ. 463. Quidam ſubſtituit, lib. 5. quem ſequitur Iacob. Menoch. in d. tract. de præſumpt. 2. part. lib. 4. prę ſump. 79. num. 26.

Et quamuis ego caſum legitimè natorum, vel legitimè deſcendentium, à natis ex legitimo matrimonio diſtinxerim, tamen idem eſt dice-
181 re † vnum caſum prout alium, cũ vterque idẽ importet, atque ſignificet, ſic tradit Socin. iun. conſ. 39. In caſu ad me tranſmiſſo, num. 39. lib. 3. relatus per Ioannem Cephalum conſil. 541. Cum teſtator, num. 31. lib. quarto, hancque verbalem differentiam conſtitui, vt illis morem gererem, qui non ſolum caſus circa ſubſtantiam, ſed etiam circa eandem propriam verborũ conceptionem ſiue formulam in terminis, ac in indiuiduo reperire deſiderãt, iudicibusque oſtendere gloriantur atque exultant.

Ex prædictis clarã reſultare quæſtionis propoſitæ reſolutionem arbitror, nunquid hæc lex in ſpurio per reſcriptum Principis legitimato locum ſibi vendicet, vt ſit liberè dicendum in
182 eo † hoc reſponſum aliaque cõſimilia iura procedere, quod Socin. hic colum. 28. nu. 57. verſ. Infertur etiam ex præmiſſis, affirmare non dubitauit, eiuſque opinionem ſequuntur, Alberi. de Roſat. in fin. & Alexand. in d. l. generaliter, §. cum autem, colum. prima, verſ. Quid ſi aliquis, quem referẽdo ſequitur Anton. Gabriel. lib. 4. tit. de fideicommiſſ. concl. 2. nu. 33. in 19. ampl. fol. 522. Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, nu. 84. verſ. Similiter autem, C. de reuocan. donat. ibidemque de cõmuni opinione atteſtatur Franc. Rip. quęſt. 30. ante num. 82. verſ. Secundò pro opinione Socini, Albert. Brun. qui etiam communem opinionem eſſe dixit, conſ. 15. Viſa legitimatione, col. tertia, in princ. verſ. Circa ſecundum dubium, lib. primo, Franc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 10. ante num. 17. verſ. Id quod locum habet, & lib. 10. tit. 7. num. 17. verſ. Nonò hęc coniectura, vbi de communi opinione fidem facit, & alios allegat, quã etiam ſequi viſi ſunt Iaſ. in l. ſed & eſt quæſitum, num. 11. ff. de liber. & poſthum. Curt. iun. conſil. 63. Præſupponitur in facto, num. 12. conſ. 83. eiuſdem initij, nu. 8. col. 5. in princ. rurſus Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, num. 44. ff. ad Trebel. Io. Dilect. de arte teſtan. tit. 5. caut. 15. atque explicitè Ant. de Padil. in d. l. cum accutiſſimi, nu. 17. veramque eſſe ſententiã exiſtimat Iac. Menoc. in tract. de præſump. in 2. par. princ. lib. 4. præſ. 89. num. 22. verſ. Extenditur ſecundo, fol. 160. colum. 11.

Mouetur Socin. Primò, nam ſi diſpoſitio horum iurium in filijs naturalibus tantum locum habet, vt in d. l. generaliter, §. cum autem, multò fortius in filijs legitimatis locum ſibi vendicare debet, quia vel filij legitimi, & naturales dicuntur, vel iura filiorum legitimorum ac naturaliũ retinere, §. liceat, ibi, Nihil à legitimis differentes, §. illud, & §. quàm variè, Auth. quib. mod. natural. effic. ſui, vbi probatur (vt ſuperius dicebam) à legitimis nihil differre.

Secundò, quia ſtatutum quòd ſtãtibus filijs
183 maſculis † filia non ſuccedat in ſpurijs legitimatis etiam verificatur, ſecundum Bald. in d. l. eam quam, colum. ſeptima, num. 26. verſ. Item fuit quæſitum à me, C. de fideicom. vbi Andr. Barbat. dicit in propria cauſa iuxta Baldi opinionem conſuluiſſe, Alber. Brun. in tract. quòd ſtantib. maſcul. in 12. artic. princ. num. 70. verſ. Puto concludendum, qui num. 63. verſ. Contrariam autem opinionem, & infr. concordantes allegat, fol. 98. Vbertin. Zuchard. in prælud. ad l. poſthumo, num. 22. verſ. Et ex hoc etiam ſequitur, vbi communem eſſe dixit, C. de bon. poſſ. contratabul. Auguſtin. Bero. conſ. 173. Viſis, nu. tertio, lib. ſecundo conſ. 14. Nihil de ijs, num. ſecundo, eod. lib. ſi ergo in ſtatuto quod ſtrictè debet interpretari, verbum filijs verificatur in legitimatis fortius id in teſtamentis recipiendum erit, l. in teſtamentis, ff. de regulis iuris.

Tertiò allegat doctrinam Bart. in l. ſi is qui pro emptore, colum. 14. in 3. quæſt. princ. verſ. Item quæritur circa prædicta, & rurſum, verſic. Et ſi tu opponis mihi, ff. de vſucap. vbi dicit iſtũ ſic legitimatum verè legitimum eſſe, quod an generaliter verum ſit, latè Benedict. de Plumbin. in d. ſua Diſput. quę incip. Statuto Piſano, examinat & declarat: vt non ſit ab opinione Socini, tanquam communiter recepta recedendum.

Et quamuis ab illa concluſione Baldi in dicta l. eam quam, colum. ſeptima, num. vigeſimoſexto de ſtatuto fœminarum excluſiuo, vt ſpurios legitimatos non reijciat, declinauerit Riminald. iun. conſ. 446. Opponuntur aliqua in princip. libro quarto, de veriori, ac crebriori opinion. poſt Decium atteſtans, pluresque enumerans, ac etiam conſ. 522. Prætendit D. Iuſtinianus, num. 47. libro quinto, ac multos congerit Andr. Tiraquell. in d. repet. l. ſi vnquam, in verb.

in verb. Suſceperit liberos, numero 98. verſ. Et quamuis, vbi dicit hoc aſſerentes, vt numero, ita ratione vincere, Gloſſ. Pariſienſ. in prima part. §. octauo, glo. prima, in verb. Le fils aiſnè, numero 50. verſ. Eandem partem, fol. 193. à tergo, vbi de communi opinione poſt Decium teſtatur, ac etiam de vera ſententia multos citans, vt per eam. Prior tamen opinio re ipſa receptior, celebrior, & fortaſſe verior apparet: quæ magis procederet, ſi legitimatio eſſet facta cum adæquatione, & perinde ac ſi de legitimo matrimonio progenitus eſſet, vt per eundem Riminal. ibi, num. quarto, verſ. Secundo reſpondetur, poſt Caſtrenſ. Decium, Gozadin. & Rolandum.

Nõ mirum igitur ſi ex Principis reſcripto le
184 gitimatus ex paternis bonis legitimam † conſequi debet, ſecundum Bald. in cap. de cauſis, colum. fin. verſ. Et ideo ſpurius, de offic. deleg. & in addit. ad Specul. tit. de ſucceſſ. ab inteſtat. circ. fin. & poſt Benedict. de Plumbin. in d. Diſput. incip. Statuto Piſano, in ſecundo, & tertio dub. idem ſcribit Iaſon. in rubr. num. vndecimo verſ. Confirmatur quia legitimatio, ff. de liber. & poſthum. & conſil. 154. Ad habendam veritatem, colum. antepenult. in fin. verſ. Item ei debetur legitima, conſil. 184. Circa legitimationem Cæſaris, colum. antepenult. in fin. verſ. Item legitimato, & conſil. 202. In præſenti conſultatione, colum. quinta, in princip. libro ſecundo, & Auguſtin. Bero. conſ. 57. Concludo, nume. 40. & is lib. ſecundo.

185 Item ſi ſuitatis iura † adipiſcitur, §. inteſtatorum, & §. quibus, ibi, Suorum iura nanciſcuntur, Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. Bald. in d. l. eam quam, colum. ſecunda, ante numerũ primum. verſic. Item in legitimatis, C. de fideicommiſſ. Ioan. Franc. de Capitibus liſtæ conſil. 98. Stante dicto Statuto, colum. ſecunda, verſ. Sed in hoc caſu propoſito, inter conſil. Raphaelis Cumani, Socin. conſ. 63. Viſo teſtamento, colum. vndecima, ſub num. 20. verſ. Nam filij legitimati, Iaſon. in dict. rubr. de liber. & poſthum. num. decimo.

Vlterius ſi legitimatus per reſcriptum præteritũ ſe inueniat ius cõtratabulandi nullumque
186 dicendi teſtamentum † habeat, Bald. in l. filius à patre, §. primo, verſ. Et not. ff. de liber. & poſthum. Iaſ. in rubr. eodem titu. num. decimo, & in l. qui ſe patris, numero quintodecimo, C. vnd. liber. Socin. ſen. in l. ſi cognatis, columna decima, verſ. Tertiò infero, ff. de reb. dub. Dec. in d. l. poſthumo, numero decimoſeptimo, verſ. Adde etiam prioribus ſcriptis, C. de bonorum poſſeſſ. contratabul. Petr. de Anchar. conſ. 225. Videtur prima facie, colum. ſecunda, verſ. Ad cuius confirmationem, poſt Iacob. de Beluiſ. in Authen. quib. mod. natural. effic. ſui, in prin. Paul. de Caſtr. conſ. 30. Super puncto iſto, colum. tertia, ſub num. 4. libro primo, Curt. ſen. conſ. 13. Statuto Ianuæ cauetur, colum. quarta, num. tertiodecimo, verſ. Et ideo præteritus, Alexand. conſ. 139. Eleganter fuit conſultum, colum. prima, vbi de cõmuni, lib. primo, & conſil. 189. Perlectis verbis, colum. fin. ante num. 10. verſ. Et per hæc patet, lib. quinto, rurſum Dec. conſ. 52. Viſo eleganti, colum. prima, in princ. verſic. Similiter videtur rumpere, vbi de communi meminit, conſ. 257. Quæritur an legitimatus, colum. ſecunda, in princip. verſ. Prædictis tamen non obſtantibus, conſ. 338. In caſu propoſito, colum. fin. num. nono, verſ. Et certè iſta concluſio, poſt Anton. de Butr. in cap. per venerabilem, fol. vlt. verſ. Alius eſt effectus, qui fil. ſint legitim. Ludou. Roman. conſ. 34. Licet naturalis, in princ. Franc. Viuius deciſ. 213. Filij legitimati & naturales, num. quarto, fol. 285. in prima part. nec Iaſonem omiſerim d. conſil. 202. In præſenti conſultatione, colum. quinta, verſ. Ex iſtis ſequitur, lib. 2. de magis communi opinione atteſtantem.

Necnon ſi ius congrui ſiue prothomiſeos ex
187 Regia Conſtit. Sancimus, eidem † legitimato competat, vt per Matth. de Afflict. in tract. ad eandem conſtit. in princ. verſ. Item quæro, nu. 33. fol. 22. & in hanc partem inclinauit Arnal. Ferron. in conſuetud. Burdegal. tit. de retract. §. decimo, cum quibus idem ſenſere Andr. Tiraquel. in tract. de retract. lignagier, §. primo, gloſſ. octaua, nu. vndecimo, & duodecimo, Camill. Borrell. in d. Pragm. Odia, §. primo, gloſſ. tertia, nu. 181. fol. 27. dum Andreæ Tiraquell. ſe remittit, Nouiſſ. Pariſienſ. in conſuetud. Pariſ. tit. primo, §. octauo, gloſſ. prima, Didac. Couar. in Epitom. de ſponſal. lib. part. 2. cap. 8. §. 10. num. 3. Fernand. Vaſq. in l. ſi quando, C. de inoffic. teſtam. num. 70. Rolan. de Vall. conſ. 83. Quòd Marcus Anton. num. 14. lib. 3. Iac. Menoch. conſ. 266. Memini, num. 9. pariter libro tertio. Ad quod in primis illam rationem An-
188 dreas affert, ſcilicet agnationem † familiamque in qua ratio retractus verſatur per legitimatos conſeruari, Azo in ſumm. tit. quib. mod. natural. effic. ſui, §. in ſucceſſionibus autem, Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de ſucceſſ. ab inteſtat. ante fin. Paul. de Caſtr. conſ. 34. Super primo dubio, numero tertio, libro ſecundo, Angel. conſ. 17. Comes Brandiſius, colum. penult. verſ. Præterea concludendo, Salyc. in Authen. Item ſiue legitimis, colum. prima, num. tertio, C. de naturalib. liber. & in l. Imperialis, §. ſic itaque, C. de nupt. Alexand. dicto conſil. ſecundo, Viſis codicillis, colum. quarta, num. duodecimo, verſic. Ad prædicta bene facit, lib. primo, Socin. conſil. 63. Viſis teſtamentis, colum. antepenult. libro tertio, Dec. conſ. 365. Viſo conſilio

filio, num. 5. verſic. Secundò hoc confirmatur, conſil. 433. Viſa copia, numero decimonono, verſic. Et talis agnatio, conſ. 307. Viſo puncto legitimationis, numero tertiodecimo, verſic. Et ita, ac numero quartodecimo, conſ. 316. In caſu propoſito, numero ſeptimo, & octauo, & dicto conſil. 307. communem opinionem eſſe dixit. Ludouicus Gozadin. conſilio 85. Videtur prima facie, colum. 5. num. 19. Tob. Nonius conſilio 76. In hac cauſa, num. 30. Io. Cephal. conſil. 88. Originalis ſcriptura, num. 25. verſic. Vel ſaltem legitimati, lib. 4. conſil. 606. Viſis ſcripturis, numero quinto, lib. 4. Gloſſ. Pariſienſis, in dictis conſuetudinibus Pariſienſ. lib. tit. 1. §. octauo, gloſſ. 1. num. 42. Couarruuias in præcitato loco, & poſt Oroſcium in l. cum legitimè, in princ. ff. de ſtatu homin. tradit Ludouicus Molina, in tractat. de Hiſpaniæ Primogen. libro primo, capit. quarto, num. 44. verſic. Hæc autem, folio vigeſimoſexto, vbi cum Decio communem opinionem eſſe aſſeruit, Iacobus Menoch. conſil. 266. Memini, num. 16. libro 3.

Item ſi lex permittens inter liberos duobus adhibitis teſtibus patrem condere teſtamentum, iuxta l. hac conſultiſſima, §. ex imperfe-
189 cto, C. de teſtamen. in iſtis ex reſcripto † legitimatis ſibi locum vendicet, Bald. in capit. de cauſis, numero 34. extra de officij delegati. Iaſon. in l. ſecunda, num. 20. verſic. Hinc etiam eſt, ff. de vulgari & pupillari, in l. ſi is qui pro emptore, num. 237. ff. de vſucap. Dec. conſil. 258. In caſu D. Franciſci, columna tertia, numero ſexto, verſic. Ideo inſtitui poteſt, & conſil. 264. Reuocatur in dubium, columna prima, verſic. Præterea dato quòd valeret, Catell. Cott. in memoral. incip. Spurius legitimatus, in princ. Gulielm. de Benedict. in rep. c. Raynutius, in verb. Et vxorem nomine Adelaſiam, num. 207. verſic. Et valere teſtamentum imperfectum, & iterum in verb. Teſtamentum, il primo, num. 83. verſic. Secus ſi eſſent legitimati, extra de teſtam. Vdalric. Zaſ. in tractat. ſubſtit. tit. de pupill. in 1. requiſ. verſic. Imò ſicuti pàtri, fol. 588. ſecundum paruam impreſſ. Lugdunenſem. Et denique vt alia ſimilia præteream,
190 non mirum eſt ſi immunitas † ob numerum duodecim filiorum patri propter filios ex Principis reſcripto legitimatos competat, ſecundum Carol. Ruin. conſ. 124. Circa illud, col. 2. num. 5. verſic. Inter quos ſunt connumerandi, lib. 4. proinde pater ex legitimatorum numero tam à muneribus patrimonialibus ſeu collectis quibuſcunque, quàm à perſonalibus immunitatem conſequeretur, vt ſcribit idem Ruin. conſ. 127. Quamuis de iure, in princ. & num. 3. verſic. Nam iure communi, vbi de magis recepta opinione teſtatur, eod. volum.

HYPOTHESIS.

Legitimati per ſubſequens matrimonium quibus in caſibus ſubſtitutum excludant perſcrutari. Et l. filiæ meæ emancipatæ, ff. ſol. matrim. cap. ſi te, de renunc. in 6. l. Imperialis, §. fin. C. de nupt. § ſed & aliud, ac §. ſi igitur licentia, Auth. quib. mod. natural. effic. legitim. § fin. auth. de trien. & ſemiſs. §. ſi quis autem, vt liber de cetero, l. qui libertinus, § poſthumus, ff de operis libert. l. 1. §. ceterum, ff. de acq poſſ. l. ſi filius, in 2. reſponſ. ff. de gradib. & l. Celſus, in princ. ff. de arbitr. germanis interpretationibus nouiter inſigniri.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatum per ſubſequens matrimonium, ſubſtitutum ſub expreſſa conditione ſi ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerit, excludere.*
2 *Legitimationem ex ſubſequenti matrimonio potentiorem legitimatione ex reſcripto eſſe, omniumque legitimationum fauorabiliorem, & num. 5.*
3 *Matrimonij fauorem cenſeri maximum.*
4 *Legem non eſſe Principe maiorem.*
6 *Legitimationem ex ſubſequenti matrimonio propriè legitimationem eſſe.*
7 *Legitimatos ex ſubſequenti matrimonio ad omnia perinde ac ſi ex legitimo matrimonio concepti forent admitti.*
8 *Legitimatos per ſubſequens matrimonium non ſolum legitimos, verum etiam iuſtos filios effici.*
9 *Legitimationem per matrimonium ſubſequens de talia inſtrumenta iure ciuili inſpecto requirere, & num. 10.*
11 *Legitimationem ex ſubſequenti matrimonio, ſecundum ius Canonicum de talia inſtrumenta minimè expoſcere.*
12 *Ius Canonicum vel ciuile in terris Imperij an ſit ſpectandum quo ad ſucceſſionem legitimatorum per ſubſequens matrimonium reſpectu dotalium inſtrumentorum diſcutitur, & num. 25. illam opinionem veram eſſe affirmari qua concluditur, vbique locorum iuri Canonico hoc caſu ſtari oportere, num. 34.*
13 *Diſpenſationem reſpectu illorum in quibus diſpenſans poteſtatem non habuit effectum non producere.*
14 *Hereditas quo iure nobis debeatur.*
15 *Succeſſionem olim natis ex matrimonio ſine conſenſu patris contracto ius ciuile interdixiſſe: illudque hodie correctum reperiri.*
16 *Iure Canonico hereditates etiam in terris Imperij ex Hieronymo Gabrielio deferri in caſibus ad*

ius ipsum Canonicum pertinentibus.

17 *Indirectè multa permitti quæ aliàs directè non admitterentur.*

18 *Legitimationem ex subsequenti matrimonio omnem labem abluere illegitimosque ad primæua iura quibus omnes liberi nascebantur restituere.*

19 *Legitimationem natalium restitutionem esse quæ absque coniugio natis extra causam ingenuitatis conceditur.*

20 *Dispensatione non restitui personam sed habilitari.*

21 *Dispensationem in genere sumptam appellari, quando Papa vel etiam inferior contra ius dispensat.*

22 *Dispensationem in specie sumptam esse, cum quis ad certos actus tantum aut limitatè quo ad quid habilitatur: Sed multos non infeliciter contrarium tenuisse, num.23.*

24 *Legitimationem ex subsequenti matrimonio sub dispensatione tam in genere quàm in specie desumpta, nequaquam comprehendi.*

26 *Succedendi ius ad legitimationem accessorium esse, ex iuris dispositione.*

27 *Ius Canonicum sicut in causa matrimonij cum à iure ciuili discrepat in terris Imperij attendendum est, sic etiam in causa legitimationis ex radice matrimonij prouenientis idem ius spectandum esse, & num.35. ac etiam 91.*

28 *Legitimari filium posse vt ad certam portionem in nihilum succedat.*

29 *Legitimatos per oblationem Curiæ non omnibus successibiles fieri, sed offerenti tantum.*

30 *Filiam dotatam per Statutum exclusam legitimam remanere.*

31 *Successionem de essentia substantiali legitimationis non esse.*

32 *Legitimatum, ex actu illo legitimationis, ius succedendi acquirere.*

33 *Succedendi ius ex filiatione proficisci, licet illud ius à filiatione separatum sit.*

36 *Imperatorem leges condendo tempore quo erat mundi dominus multas leges circa spiritualia promulgasse, quarum dispositio deinde & nunc proprio iure ad Ecclesiam Dei pertinuit, atque pertinet, num. 37.*

38 *Leges non dedignari sacros Canones imitari: idque declarari.*

39 *Imperatoris propositum esse continuo sequi Dei omnipotentis indicium.*

40 *Legitimationem ex subsequenti matrimonio multo minus dotalia instrumenta exposcere iure Canonico inspecto filijs legitimis & naturalibus non existentibus.*

41 *Legitimati per subsequens matrimonium in mortis articulo contractum nunquid substitutum excludant, & num.48. & 58. substitutum excludi concluditur.*

42 *Actum per quem alter excluditur in articulo mortis celebratum in fraudem præsumi.*

43 *Fideicommissio gratuatus sub conditione si sine filijs decesseris, religionemque ingressus si in mortis articulo religionem profiteatur in fraudem professionem ipsam præsumi.*

44 *Renunciationem in articulo mortis factam in fraudem expectantis censeri.*

45 *Legitimationem per subsequens matrimonium in mortis articulo contractum secundum Baldum, bonum prolis dici.*

46 *L. filia mea emancipata, ff. solut. matrimon. interpretari.*

47 *Cap. si te, de renunc. in 6. declarari.*

49 *Legitimationem per rescriptum Principis obtentam substitutis non citatis nequaquam obesse.*

50 *Præsumendum esse pro indice qui causæ cognitionem præmisit.*

51 *Fraudem non præsumi cum quis de rebus suis lege permittente disponit quamuis ex hoc alteri præiudicium inferatur.*

53 *Dolo præsumptionem ex qualibet causa cessare.*

54 *Salutis æternæ memorem quempiam in mortis articulo præsumi.*

55 *Præiudicium in consequentiam actus permissi contingens considerabile non esse.*

56 *Matrimonium in mortis articulo contractum tenere.*

57 *Absolutionem à iuramento ei non opitulari qui minimum prope terminum ad solemnem se arctauit.*

59 *Legitimatum per subsequens matrimonium in mortis articulo contractum multo fortius substitutum excludere, si matrimonium vigere præcedentis promissionis subsequutum fuisset.*

60 *Dotis confessio licet non valeat veluti in fraudem creditorum facta eum tamen promissio confessionem præcessit ipsam valere concluditur.*

61 *Legitimatum ex subsequenti matrimonio in mortis articulo contracto multo fortius in duobus casibus super quibus Hieronymus Gabrielius consulit substitutum excludere.*

62 *Legitimatum ex subsequenti matrimonio in articulo mortis contracto, substitutum non excludere si de fraude ex alijs coniecturis appareat.*

63 *Legitimatum per matrimonium subsequens in articulo mortis contractum non excludere substitutum vbicunque moribundus ita propè mortem esset quòd consensus deficeret.*

64 *Nobilis aut in dignitate existens si eam quæ vilis conditionis fuerit vxorem duxerit, adeo quòd inspectis bonis moribus Ciuitatis indecens videatur cum tali muliere matrimonium contrahere nunquid liberi antea ex ea suscepti legitimentur: ibique Doctores negatiuam opinionem tenentes recensentur, Sed pro affirmatiua nu.78. Scribentes afferuntur, & num.89. affirmatiuam confirmari.*

Nuptia-

Digitized by Google

65 *Nuptiarum inutilium dupliciter rationem deduci, aut peregrinitate aut vitæ generiſque diſſimili conditione.*

66 *Connubij nullam rationem plebeis cum patribus ex L. xij. tabularum fuiſſe: Canulei tamen rogatione legem illam abrogatam remanſiſſe, num. 69.*

67 *Facinus duorum in coitu deprehenſorum ex eorundem aſſertione dicentium ante inuicem matrimonium contraxiſſe excuſari, dummodo perſonarum æqualitas concurrat.*

68 *Amicitiam morum paritate coniungi.*

70 *Patricios ac Senatores à Principe patrum loco aſcitos fuiſſe.*

71 *L. Imperialis, §. fin. C. de nupt. interpretari.*

72 *Caſtitatem intactam in ſcenico vitæ genere difficillimum habitum fuiſſe.*

73 *§. Sed & aliud, in auth. quibus mod. natural. effic. legitim. declarari, vſque ad num. 77.*

74 *Naturalem filium ſimpliciter in patris teſtamento filium nominatum, legitimum ſucceſſorem fieri ſi ex ea natus ſit muliere cum qua matrimonium eſſe poſſit: idque intelligi ſi honeſtè & ſecundum ſuam dignitatem poſſit.*

75 *Voluntatis verbo liberam voluntatem ſignificari.*

76 *Legitimandi normam per ſubſequens matrimonium explicite ac dilucide à iure ciuili traditam fuiſſe.*

79 *Ancillam inter humiles mulieres connumerari.*

80 *§. fin. auth. de triens. & ſemiſ. intelligi, & infra.*

81 *Aureorum annulorum ius imaginem ingenuitatis non ſtatim præſtare.*

82 *Natalibus à Principe reſtitutos non ſolum in ciuium numerum inſertos, ſed Quiritibus etiam aſcriptos fuiſſe.*

83 *§. Si quis autem, in auth. vt liberti de cætero, proprio ſenſu reſtitui.*

84 *§. Sit igitur licentia, in auth. quib. mod. natural. effic. legitim. enucleari, & infra.*

86 *Principem deficiente iure ex maxima æquitate adeundum eſſe.*

87 *Legem eſſe quicquid Imperator per epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decreuit, vel edicto præcepit.*

88 *Argumentum à minori quando id quod minus videtur eſt in veritate maius, eo reſpectu quo ius illi plus ex cauſa reſiſtit, non procedere.*

92 *Matrimonium conſenſum tantum ad ſui ſubſtantiam expoſcere.*

93 *Nobilem, vxorem ducentem quæ vilis ſit ac vitæ turpitudine infamis, opus charitatis non minimum exercere.*

94 *Matrimonium cum ancilla contractum validum eſſe.*

95 *Concubinas de iure viles perſonas cenſeri.*

96 *Veritati præſumptionem cedere.*

97 *Legitimari liberos ante ſuſceptos per matrimonium ſubſequens cum muliere quæ vilis & abiecta conditionis exiſtat conſuetudine etiam inſpecta.*

98 *Mutanda de facili non eſſe quæ ſemel certam interpretationem habuerunt.*

99 *Legitimationem per ſubſequens matrimonium iure ciuili inſpecto expoſcere, vt filij ex concubina domi retenta ſuſcepti ſint: Hoc autem de iure canonico ſecus eſſe traditur, num. 101. Idem etiam conſuetudine communique loquendi vſu comprobari, num. 105.*

100 *Concubinatum proteſtationem requirere.*

102 *Concubinatum per ius canonicum expreſsè prohiberi.*

103 *Imperatorem vti caſtitatis amatorem in ſpiritualibus canones amplecti.*

104 *Concubinatus licet de iure ciuili impunibilis ſit, ipſum tamen inhoneſtum eſſe, concubinamque inhoneſtam cenſeri, in concubinatu denique bonos mores non ineſſe.*

106 *Vulgo conceptos ex ſubſequenti matrimonio non legitimari: Idque iure canonico inſpecto adhuc verum eſſe, num. 107.*

108 *Vulgo conceptos quantumuis legitimatos ſubſtitutum non excludere.*

109 *Vulgo conceptos in tantum ex ſubſequenti matrimonio non legitimari, vt procedat etiam ſequuta parentum certioratione.*

110 *Vulgo quæſitis parentum certiorationem ad ſubſtituti præiudicium non prodeſſe, ſed ad parentum ſolum præiudicium, non ceſſante reſpectu ſubſtitutorum, fraudis commento.*

111 *Legitimari filios ex clandeſtino matrimonio ſubſequuto non poſſe, ſed matrimonium in fraudem eccleſiæ contractum requiri: idque declarari, num. 116.*

112 *Matrimonium vt in facie eccleſiæ contractum dicatur & non clam, quæ requirantur: opinioneſque recenſeri, vſque ad num. 115.*

117 *Nepotem ex filio prædefuncto per matrimonium cum eiuſdem nepotis auia deinde contractum non legitimari, numero 117. & numero 125. contrarium autem aſſerentes, numero 120. recenſeri.*

118 *L. qui libertinus, §. poſthumus, ff. de oper. libert. declarari.*

119 *L. 1. §. cæterum, ff. de acquiren. poſſeſſ. interpretari.*

121 *Legitimatione per ſubſequens matrimonium inducta, omnem coitum licitum & matrimonialem à principio fingi, & num. 136.*

122 *Habilitatem extremorum in conſequentiam non attendi, dummodo habilia principalia adſint.*

123 *Medij directini in finem annotionem, eiuſque inhabilitatem, effectum extremi impedire.*

124 *L. ſi filius, in 2. reſponſ. ff. de gradibus noniter intelligi.*

Digitized by Google

126 *Legitimatos per ſubſequens matrimonium ad excluſionem ſubſtituti cum ſubſtitutio ſub verbis de, vel ex legitimo matrimonio procreatis concepta reperitur, ſecundum vnam opinionem non comprehendi, Sed contrariam affirmatiuam eſſe magis communem & aquiorem, num. 150. ipſamque comprobari, num. 178. & infra.*

127 *Voluntatem teſtatoris ex propria verborum ſignificatione deſcrpi.*

128 *De, dictionem, cauſam proximam propriè importare.*

129 *Ex, dictionem, cauſam immediatam ſignificare.*

130 *Legitimationis cuiuslibet naturam eſſe vt fingat retrò, ad initiumque natalium protrahatur: Hocque explicari, num. 144.*

131 *Haberi, verbum, fictionem inducere: aliquando etiam veritatem importare, num. 139.*

132 *Fictione inductum propriè non eſſe tale.*

133 *Verba non tantum naturaliter ſed etiam civiliter eſſe intelligenda: cum civiliter ſumpta eundem effectum habere videantur.*

134 *Legitimum aut illegitimum quempiam eſſe, à iure pendere.*

135 *Verba alias fictionem denotantia in ijs quæ iuris ſunt veritatem ſignificare.*

137 *Dictiones ſecundum ſubiectam materiam impropriari.*

138 *Ex, dictionem, ſæpe etiam cauſam remotam denotare.*

140 *Qualitatem verbo adiunctam, ſecundum tempus verbi intelligi: idque declarari, num. 141.*

142 *Conditione pendente in vltimis conditionalibus voluntatibus, nihil in rerum natura eſſe dici.*

143 *Finem primum in intentione licet vltimum in executione attendi.*

145 *Extenſionem ad caſum fictum non fieri cum teſtator modum conſiderat.*

146 *Interpretationem ex legis ratione deſcendentem naturaliter neceſſariam cenſeri.*

147 *Matrimonium factii eſſe ex vtriuſque conſenſu conſiſtens.*

148 *Legitimationem ad tempus natiuitatis non retrotrahi vbi de tertij præiudicio agitur, idque numer. 170. non admitti, ac num. 180.*

149 *Legem, filium non legitimum verè legitimum, in poteſtate exiſtentem verè ſui iuris, ſeruum verè liberum, ſi hoc velit conſtituere.*

151 *Exequutionis vim in ijs quæ ex lege deferuntur, non autem ex indicio teſtatoris obuenient attendi.*

152 *Legitimè natum & ex matrimonio legitimatum exæquatos eſſe.*

153 *Naſci malos ex malis ſæpe conſueuiſſe.*

154 *Verba teſtatoris quèmadmodum de iure communi intelliguntur debere intelligi: Hincque ad quæſtionem Pauli Caſtrenſis inferri.*

155 *Effectum rei magis quàm originem attendi debere.*

156 *Legitimatum per matrimonium ſubſequens in Epiſcopum eligi poſſe.*

157 *Legem facilius ſuam diſpoſitionem quam hominis moderari.*

158 *Fratris filium paternum gradum, ſecundum fictionem ingredi, idque num. 161. impugnari.*

159 *L. Celſus, in prine. ff de arbitr. interpretari.*

160 *Filium fratris in hominis diſpoſitione gradum paternum ingredi.*

162 *Fideicommiſſarium ſibi caueri de reſtituendo fideicõmiſſum eueniente conditione petere poſſe.*

163 *Fideicommiſſarium, vt hæres de reſtituendo gratus inuentarium conficiat obtinere: inuentariumque iſtud ſolemne non eſſe & propterea magis deſcriptionem quandam videri, nu. 164.*

165 *Subſtituto ob ſpem probabilem ius quæſitum cenſeri, Decium atque Rutnum tenuiſſe.*

166 *Epiſcopos in locum Apoſtolorum ſucceſsiſſe.*

167 *Epiſcoporum in electione plurimum laborandum eſſe, & quare.*

168 *Epiſcopum inter Illuſtres perſonas connumerari.*

169 *Epiſcopos atque Cardinales Præfecto prætorio comparari.*

171 *Legitimatum per matrimonium ſubſequens in feudo ſuccedere.*

172 *Legitimatum per matrimonium ſubſequens in feudo ſuccedere, etiam ſi in inueſtitura feudi ad ſucceſsionem filij ex legitimo matrimonio nati vocarentur: Sed contrarium multos tenuiſſe vt num. 174. & demum affirmatiuam opinionem comprobari, num. 175.*

173 *Legitimatum ex ſubſequenti matrimonio ſub ſtatuto excluſiuo fœminarum, maſculis legitimè natis, vel de legitimo matrimonio exiſtentibus comprehendi.*

176 *Feudorum opiniones, ad deciſionem cauſarum in alia materia quàm feudalis, allegari non poſſe.*

177 *Feudum beneficium eſſe, in eoque latam interpretationem fieri.*

179 *Deum opus imperfectum non reliquiſſe.*

181 *Verba ſine filijs legitimè natis, & de legitimo matrimonio deſcendentibus, idem importare.*

182 *Legitimatos ex ſubſequenti matrimonio appellatione legitimè natorum in conditione ad ſubſtituti excluſionem intelligi.*

183 *Legitimatos per matrimonium ſubſequens ad eccleſiaſticam emphyteuſim pro ſe & filijs legitimè natis receptam admitti.*

184 *Legitimatos ex ſubſequenti matrimonio ſubſtitutum non excludere quando ſubſtitutio ſub conditione ſi gratus ſine filijs legitimis & naturalibus ac de legitimo matrimonio procreatis concepta reperitur, & num. 207.*

185 *Geminationem plurimum operari ad cognoſcendam loquentis mentem, & num. 208.*

Legiti-

Digitized by Google

186 *Legitimationem per reſcriptum ſubſtituti citationem expoſcere.*

187 *Interpretationem fiendam eſſe per quam verbum aliquod ſuperfluum non remanet.*

188 *Clauſulam codicillarem aliaſque tanquam appoſitas ex capite & vſu notarij non operari ſolere, hocque declarari, num.190.*

189 *Notarium à partibus rogatum cenſeri vt in inſtrumento clauſulas apponat quæ de conſuetudine apponi ſolent, eaſque inſeriſſe de mente, voluntateque teſtatoris ac contrahentium.*

191 *Clauſulas acceſſoriè & in executinis poſitas principalem diſpoſitionem non alterare.*

192 *Clauſulas non acceſſoriè ſed principaliter poſitas diſpoſitionem alterare multumque operari.*

193 *Clauſulas acceſſoriè & in executinis poſitas diſpoſitionem declarare licet illam non alterent.*

194 *Clauſulam acceſſoriam cum ſi non ampliaret nihil penitus operaretur, diſpoſitionem ſecundum vim ſuorum verborum ampliare, vt inquam aliquid operetur.*

195 *Clauſulas acceſſoriè & in executinis poſitas non alterare principalem diſpoſitionem cum ex ſtylo notarij eſſent appoſita, aliàs ſecus.*

196 *Et copulam inter genus & ſpeciem poſitam, in diſiunctam reſolui: Et an tunc ſtare expoſitiuè poſit, num.200.*

197 *Et naturam habere aquè principaliter copulãdi.*

198 *Copulatiua vnam partem aliam declarare.*

199 *Copulam inter extrema copulata quæ omninò diuerſa non ſint poſitam, copula naturam non retinere, ſed pro ideſt exponi.*

201 *Copulatorum concurſum requiri, cum plura reſpectu alterius copulantur.*

202 *Copula vim ſignificationemque ex præſumpta mente illam proferentium perpendi.*

203 *Dictionem vnam vt menti deſeruiat pro alia accipi.*

204 *Legitimatione per reſcriptum præſuppoſita ſi in ea ſubſtitutus citatus non fuerit ipſam adhuc valere nullo citato, tanquam Comes in reſcripto huiuſmodi facultatem habeat, præſupponi etiam poterit.*

205 *Geminationem verborum nunquam operari ſolere vbi quis damnum pateretur, vel abſurdum emergeret.*

206 *Verbum nullum adeo vniuerſale vel indiſtinctum eſſe quin ex conſideratione debitarum circumſtantiarum debeat ciuiliter intelligi.*

209 *Legitimatos ex ſubſequenti matrimonio ſubſtitutum non excludere ſtantibus conuentionibus inter illos de cippo domus, vel ſtante teſtatoris expreſſa diſpoſitione vt filij in conditione poſiti, de legitimo matrimonio procreati intelligantur ita quòd naturales etiam per ſubſequens matrimonium legitimati non admittantur.*

CAP. XVI.

SECVNDVS principalis caſus eſt cum in alia ſpecie legitimationis quæ per ſubſequens matrimonium cõtingit verſamur, in quo ſimiliter quid in expreſſa liberorum conditione iura conſtituant perquirẽdum eſt, vt circa tacitam ſubintellectamque conditionem facilius reſolutionem deinde aſſequamur, in hoc etiam ijdem caſus quos in priori conſiderabam inueſtigandi ſunt, & Primus ſeſe offert, ſi de filijs legitimis & naturalibus fermo habitus fuerit, in quo quidem caſu Doctores communiter † cõcludunt legitimatum per 1
matrimonium ſubſequens ſub dicta verborum formula ſubſtitutum excludere, vt Sfort. Odd. Peruſinus in d.tract.de compend.ſubſtitut. inquit, partic.6.tit. An legitimati, fol.208.verſic. Primo caſu, ac etiam Alexan. Trentacinque in ſuo celebri tract. ſubſtit.in 4.par. cap.7.nu.41. verſic. Et primus eſt, idemque tradunt, Iaſ. in l.generaliter, §. cum autem, num.10. C. de inſtit. & ſubſtit. Franciſc.Rip. in l. ſi vnquam, q. 32. num.86. C.de reuoc.donat.& in rubr.n.3. ff.ſi cert.pet. Dec.conſ.155. Et diligenter, ante nu.5.col.fin.in princ. verſic. Et ad hoc facit, Nicol.Boer. deciſ.159. Et videretur, num.20. verſic. Sed an legitimatus, in 1.part. poſt Baldum quem conſulendo citat, Pariſ.conſ.13. De pluribus, nu.39.lib.2. conſ.15. Circa præſentem conſultationem, nu.6. eod.vol. Curt.iun. conſ.27. Habita diligenti conſideratione, ante nu.7.col.3.Carol.Ruin.conſ.78. Viſo ac perlecto, num.5. vbi de magis communi opinione teſtatur, lib.3. conſil.80. De duobus, num.2. & conſil.92. eiuſdem initij,n.15.eod.lib.Franciſc.Mantic. in tract.de coniect. vlt.vol. lib.11. tit.12.poſt n.4.dicens ſine vlla dubitatione hoc verum eſſe,& Rol.de Vall.conſ.ult. Reuocatur in dubium, num.47. uerſic. Quintò, lib.2.

Hæc concluſio probatur euidenter Primò, cum hi per matrimonium ſubſequens legitimati, ſint naturales ac etiam legitimi nuncupentur, l.nuper, C. de natural. liber. §. ſi quis igitur, auth. quibus modis natural. effic.ſui, & §.1, auth. quibus modis natural. effic. legit.

Secundò, nam ſi ex reſcripto Principis legitimati iuxta communem opinionem appellatione filiorum legitimorum & naturaliũ includuntur vt in ſuperioribus dicebam, quanto fortius per ſubſequens matrimonium legitimati eadem appellatione uenientè Eſt enim per matrimonium ſubſequens legitimatio potentior
2 quàm † ex reſcripto prouenies, & omnium legitimationum fauorabilior, Ludouicus Gozadinus, conſil.25. Prima facie, num.2. in fin.

Curt. ſen. conſ.73. Super memorata facti narratione,ante num.25. verſic. Quia dicunt ipſi, Hipp. de Marſil. ſing.542. Textus, in fin. verſic. Et ſic ex ſupradictis,Andreas Tiraquell. in tract. Primogen. q.34.nu.51. Laurent. Siluan. conſ.3. Quo ad primum dubium, nu.49. verſic. Ergo idem,Pariſ.conſ.13.De pluribus,numer.40.lib.2.Io.Cephal.conſ.111.Magnificus olim, num.2.lib.1. conſ.186. Magnificus Comes, num.27.lib.2. Iacob.Menoch.conſil.18. Præpoſita iuris conſultatio, nu.13. verſic. Sextò ſuffragatur,lib.1. Hieron.Gabriel. conſ.21. Sebaſtianus,nu.32.lib.1. Oſaſc.deciſ.154. Dominus Ludouicus, num.12. quod quidem ob
3 maximum fauorem † matrimonij qui ei accedit contingit, idcirco paſſim Doctores & præſertim in cap.lator, in cap.tanta, qui fil. ſint legitim. & in cap.1.§.naturales, ſi de feud.fuer. controuerſ. inter domin. & agnat.ita arguunt, ſi poteſt Princeps legitimando per reſcriptum multo magis lex, non quòd ſit maioris potentiæ lex
4 † ipſo Principe, vt Luc. de Penn. in l. cos,n.54. verſic. Ex quibus patet, C.de his qui ſponte muner. ſub.lib.10. ſenſiſſe Doctores arbitratur,ſunt enim paris potētię,à legeque animata ad inanimatam paſſim argumentantur: ſed quia cum legitimatio per matrimonium ſit potentiſſima,maximoque fauore digna,impoſſibile ſit vllum à Principe legitimatum plus iuris conſequi legitimato per matrimonium, & quia vt ipſemet Lucas ait, lex autoritate Principis nititur, videnturque ab ipſo Principe legitimati per viam legis generalis filij ante matrimonium nati matrimonio ſubſequuto: Legitimati verò per reſcriptum maximè exiſtētibus filijs per viam priuilegij, vnde conſequitur vt
5 potentior † ſit, iuxt.not.per Dec.conſ.520. In cauſa Piſtorienſi, colum.penult.num.10. lateque tradit Gabrielius d.conſ.21. ante num.33. proinde idem Oſaſcus alibi deciſ.119.Tertius, num. 21. hanc legitimationem per ſubſequens
6 matrimonium propriam † legitimationem eſſe aſſerebat,& deciſ.154. D.Ludouicus Nicellis, num.12.

Tertiò,nam ob dictum ſubſequentis matrimonij fauorem,filij ſic legitimati ad omnia perinde
7 † ac ſi ab initio ex legitimo matrimonio concepti forent admittuntur, vt dicit gloſ.quā ibi omnes ſequuntur in d.cap.tanta, traditque Didac.Couarr.de ſponſal.in 2.par.cap.8.n.21. verſic. Decimoquinto, fol.124. ad plura inferens,vt per eum, de quibus ſtatim diſſeremus, & ante eum Hoſtienſ. in cap.1.qui fil. ſint legitim. Petr. de Anchar. conſ.290. In ſucceſſione ab inteſtato,colum.fin.verſic. Quibus non obſtantibus. Hieron.Gabriel. d.conſ.21.num.33. Et non ſolum legitimi fiunt,etiam nati ante cō
8 tractum † matrimonium, ſed etiam iuſti, vt eſt text.apertus, in d.l. nuper, C.de natural. liber. & quicquid Andr. Alciat. lib.4. Paradox. c.7. ſcripſerit,iuſtosque non eſſe crediderit, aduerſus d.l. nuper,imò & contra l.cum quis, §. fin. d.tit. quam ipſe allegat, per omnia exęquātem filios ante matrimonium natos,ijs qui poſt matrimonium progeniti ſunt,iuſtos eſſe dicēdum eſt,& conſequenter omni ex parte perfectos atque legitimos,l.3.§.de illo,ff.pro ſoc.quod quidem affirmauit Gabrielius in præcitato loco, horumque omnium rationes reddit Io. Ceph. conſ.541. Cum teſtator,num.12.lib.4.

Vltimò dictæ concluſionis claram eſſe rationem Sfort. Odd.inquit,quia quando nulla alia ratio adeſſet, ſatis eſt ceſſare illud de qualitate adiuncta verbo, vt debeat adeſſe iuxta tempus verbi, quod ſolum Doctores in contrariam traxit ſententiam,quando adeſt verbum natis, ſcilicet legitimè ſeu legitimo matrimonio natis, vt nunc dicam.

Hac concluſione ſic firmata in ſuo robore vti vera ac communi exiſtente,pro eius maiori abſolutione nonnulla ex intentione Scribentium quærenda breuiterque reſoluenda erunt, antequam ad vlteriora in hac varia & ancipiti materia progrediar. Primò nunquid ad eſſentiam dictæ legitimationis ex ſubſequenti matrimonio dotalia inſtrumenta requirantur vt filij ante nati legitimentur, in hacque difficultate, aut loquimur iure ciuili inſpecto,& dubiū non
9 eſt dotalia † inſtrumenta requiri, vt probatur in §.fin.Inſtitut.de nupt.& ibi gloſ.in verb. *Inſtrumentis*,in §.1.in gloſ.ſuper verb.Suſtulerit, Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. & in §. dubitatum, in verb. Confectione, auth. de inceſt.nupt.eſtque alia gloſ. in auth.maximis,C. de nupt. Et hanc opinionem tenent, Bald. in l. eam quam, num.27. verſic. Conſueuit quæri, in fin. C.de fideicom. in l.neque, la 1. num.2. verſic.ibi Indicia,C.de nup.in l.ſi qua illuſtris, colum.1.num.4.verſic. Item nota quòd quando filij legitimantur, C. ad S.C. Orfic. & in c. 1.§.naturales, colum.3. verſic. Item legitimat. & matrimonium, vbi Aluarott. colum.5. verſic. Quæro quid ſi filius,ſi de feud.fuer. cōtrouerſ. Iacob.de Aren.& Cyn.in l.& ſi contra, d. tit. C.de nupt.rurſus Cyn.in l.fin. C. de interdict.matrimon.Ang. in d.auth. de inceſt.nupt. §.dubitatum, & in d.l.nuper, C.de natural. liber. Anton.de Roſell. in tract.legitimat.fol.5. col.1. verſic. Venio ad examinandum, vbi dicit ita vidiſſe conſultum per Dominum ſuum Antonium de Butrio, & Dominum Bartholomæum de Saliceto, idem Ang.conſ.29. Titius exiſtens,in 3.dub. Philipp.Franc. in d.c.tanta, ibidemque Præpoſit. col.15. Luc.de Penn. in d.l.cos, colum.2. num.15. verſic. Et ſuper hoc, C.de his qui ſponte mun.ſub.lib.10. Socin.iun.

conſ.52.

conſ.52. Memini,col.1.num.4.lib.1.conſ.100. Pro habenda,num.25.lib.2. vbi citat Matthæũ de Afflicto, in d. c.1. §.naturales, dicentem ita ſeruari in Regno,Laurent.Siluan.conſ.3. Quo ad primum dubium,num.30. Curt.iun.conſil. 136.Quidam vaſallus,num.8.de communi opinione atteſtans, Hieron. Gabriel. d. conſ.21. Sebaſtianus,num.3. verſic. Tertiò loco,dicens gloſ. in auth. matri & auiæ, §. quia verò, & in auth. Maximis,C.de nupt.communiter approbari, Andr.Alciat.conſ.16. Breuiter,n.6.lib.9. Hieronym.Cagnol.in d.l. ſi qua illuſtris,nu.5. Franciſc.Mantic.in tract.de coniect. vltim.vol. lib.11.tit.12.nu.7. Antonin.Teſſaur.deciſ.83. Inſtrumenta dotalia,in princ. Et quamuis multi † arbitrentur nuptialia inſtrumenta nõ ſufficere, ſed requiri vt inſtrumenta cum dotis cõſtitutione interceſſerint, inter quos Curt. iun. conſ.156. Quidam vaſallus,num.2. tamen obtinuit ſatis eſſe etiam iure ciuili inſpecto quòd inſtrumenta de matrimonio confecta ſint, licet dos non ſit conſtituta, vt per gloſ. & Doct. in auth. ſed nouo iure, in auth. maximis, C. de nupt. in l.cum quis, C. de natural. liber. & ita poſt Ioan. Brun.in tract.de ſponſal. & matrim. col.5. ampl.1.tradit Hieron.Gabriel.in præalleg. conſ.21. ante num.4. verſic. Et licet, quod etiam voluere Salyc.in d.auth. maximis, ante num.2. verſic.Sed meo iudicio, Angel.Aretin. in §.fin.ante num.7.de nupt.per text.in d.l.nuper, & in dicta l.cum quis, probatque text. in auth. vt liberti de cet. §.ſi quis autẽ, verſic. Et ſi cui, Carol. Ruin. conſil.211. Prima videtur conſideratione dicendum,num.3.verſic.Quoniam ad hoc,lib.1. & Franciſc.Mantic.d.tit.11. cap.12. num.3. verſic. Tertiò à iure ciuili.

Aut verò loquimur ſecundum ius Canonicum, & tunc dotalia † inſtrumenta non requiruntur,Anton.de Butr.Abb.n.2.dicens ita cõmuniter teneri per Canoniſtas, & practicari per Legiſtas,ac etiam alij in d.c.tanta,extr.qui fil.ſint legit. Bald.in c.innotuit,nu.10.de elect. vbi Abb.nu.17.verſic. Nam iura,idem Bald.in c. vt clericorum,nu.2.de vit.& honeſt.cleric.& conſ. 129. Ad euidentiam præmittendum eſt, num.3.in fin. verſic. Tale tamen matrimoniũ, lib.3. Io.Faber.in d. §.fin.num.4.verſic.Hodie autem, vbi Ang.Aretin.ante nu.7. verſic.Prædicta procedunt, ibidemque Sjlueſt. Aldobr. & in præcitato loco Abbas refert ſic Gaſparẽ Calderinum, Antonium de Butrio, & Cardinalem conſuluiſſe, Iaſ.conſ.168. In cauſa & lite vertente,num.7. verſic. Et licet de iure Canonico, & nu.8. verſic. Secundò reſpondetur, lib.4. poſt Ang.quem allegat conſ.17. Comes Brandiſius,colum.2.referens Abbatem prædicta aſſerentem & quòd ſic ſæpè conſuluerat,Legiſtæque in practica opinionẽ iſtam Canoniſtarum ſequũtur. Rurſus Abb. in c.1.in 2. not. d.tit.qui fil.ſint legit. & in d.cap.innotuit, col. pen. Martin. Laudenſ. in q. per eum diſputata incip. Augerius, col.13. vbi dicit ſe ita aliàs in Ciuitate Mutinæ conſuluiſſe, Io. de Imol. in l. donationes,in princ.ff.de donat.Salic.in Auth. maximis,ſub n.2.d.tit.de nupt.Dec,conſ.155. Et diligenter,col.2. dicens communem opinionem eſſe,ac ita iudicandum, Pariſ.conſ.13. De pluribus, nu.49. verſic. Nam ſecundum,lib.2. vbi de communi opin. teſtatur,pluresque allegat,& in ſpecie Bart.in l.cum quis, C.de natural.liber.in fin. verſic.Canoniſtæ dicunt cõtrarium, ac Io.Andr. in reg. ſine culpa,in Mercurial.Carol.Ruin.d.conſ.211. Prima videtur cõſideratione dicendum,nu.5.& 6.lib.1.Gabriel Palçott. in tract. de nothis ſpurijſque fil. c.12. nu.6. Rot.Roman.in deciſ.Mohed.n.181. referens ita fuiſſe concluſum aliàs in ipſa Rota coram D. Raynaldo de anno 1538. Didac. Couar.in Epitom.de ſponſal. c.8.nu.8. uerſic.Septimò intellige, ubi de communi, Io.Lopez in rep. c.per ueſtras, §.20. in fin. uerſic. Iſta autẽ inſtrumenta, extr. de donat. inter uir. & ux. & poſt Hieronym.Zannett. Ludouic. de Sardis, & ante iſtos Io.Faber.in l.cum quis,C.de natural.liber. eandem concluſionem cõprobat Antonin.Teſſaur. d.deciſ.83.ante num. 2. Nunc uerò inſpiciendum eſt,nunquid quo ad ſucceſſionem ius Canonicũ uel Ciuile in terris Imperij ſeruandum ſit, in hacque difficultate duæ ſunt Scribentium opiniones, Prima eſt quòd legitimati per ſubſequens matrimoniũ abſque dotalibus inſtrumentis vel nuptialibus,in ditione Cæſaris nequeant ſuccedere, iurique ciuili in hoc † ſtandum ſit.Et hanc opinionẽ ſequuntur,Cyn. poſt Iacob.de Aren.in l. & ſi contra, C.de nupt.& in l. fin. C. de interdict. matrim. Bald.in rubr.extr.de conſtit.n.35. in d.l.ſi qua illuſtris,n.4.C.ad Orfic. Io.de Plat.in §.fin.Inſtit.de nupt. Præpoſit. Alexandr. in d.cap. tanta,in 10.quæſt.col.27.verſic.Deſcendo ad tertium,Ang.conſ.29.Titius exiſtens,n.4. Carol. Ruin.cõſ.51.Circa caſum col.3.n.7.verſic.Tertiò ex illo, lib.1. & d.conſil.211. Prima uidetur conſideratione dicendum,ſub nu.6.verſic.Sed ſuſtinendo dictum Angeli,eod.vol.licet pro cõtraria parte allegetur,Curt.iun.conſ.136. Quidam vaſallus nobilis genere,num.2.& infr.Socin.iun.conſ.52. Memini, num.4. verſic. Nam cum in ſubſequenti,lib.1.conſ.100. Pro habenda, col.5. num.26.lib.2. & conſ.12. Quoniam in præſenti difficultate, ante nu.3. verſic. Quibus ſic ſtantibus, & infr. de communi atteſtãs, lib.4.ſubdens num.4.quòd licet aliqui contrariũ teneant,eorum tamen opinio non eſt tenẽda, niſi reſpectu iuris Canonici & fori in quo illud contrarium iuri ciuili ſit ſeruandum, vt

non

non uideatur uera talis contraria opinio in terris Imperij foroque ciuili, & quòd errauit Decius dicendo ſuam opinionem communem eſſe, ut per eum: Eandemque ſententiam ueriorem magiſque communem eſſe dixit Andreas Alciatus, conſilio decimoſexto, numero quinto, libro 9. quam ipſe ſequitur, & fuit etiam opinio Petri de Ancharano, in capit. Canonum ſtatuta, de conſtitutione quem referendo celebrat extollitque tanquam Doctorem maximæ autoritatis, ac ſequi uidetur Franciſcus Marzar. in tractat. de fideicom. q. 30. circ. fin. uerſic. Sed tamen quia ego reperio, fol. 26. & nouiſſimè Alexand. Trentacinq. in tractat. de ſubſtit. in 4. part. cap. 7. ante num. 44. uerſic. Ego cum hac opinione fol. 148. dicens ex Curtio iuniore hanc concluſionem ueram & communem uideri in iudicandoque ab ea diſcedendum non eſſe; Siluester Aldobrand. in §. fin. numero quintodecimo, Inſtit. de nupt. Auguſtin. Bero. conſil. 167. Diligenter conſideratis omnibus, num. 9. lib. ſecundo. Et ultra prædictos hanc eandem opinionem intrepidè tenet Iacob. Menoch. conſ. 16. Quòd iam non ſatis, num. 13. uerſic. Quintò ut huius ſim opinionis, lib. 1. ubi de ueriori & receptiori opinione quo ad ſucceſſionem in terris Imperij fidem facit, ſubdens male contrarium tenentes reſpondiſſe pluresque Doctores allegans & in ſpecie Andream Alciatum, & Ioannem Brunellum ut per eum.

Mouentur Angel. & Franciſcus Curt. iunior in præcitatis locis potiſſimè, nam legitimatus ſolum redditur habilis ex legitimantis diſpenſatione, ergo legitimatus per ſubſequens matrimonium non formaliter contractum eſt ſolum legitimus ex diſpenſatione Papali, ſed di-
13 ſpenſatio aliquos effectus † non producit reſpectu illorum ſuper quibus diſpenſans poteſtatem non habuit, ſecundum Innoc. & Ioan. Andr. in cap. per uenerabilem, in gloſ. incip. Vnde eadem, qui fil. ſint legit. ſucceſſionemque deferre in terris Imperij proprium eſt Imperialis culminis, & (ut dixit Ang.) Imperialis ſtatuti, l. lege obuenire hæreditatem, ff. de uerborum ſignificatione, ut omnis hæreditas, †
14 ad nos pertineat aut nouo iure aut ueteri, ex lege xij. tabul. uel ex teſtamento quod iure factum fuerit, l. 1. ff. de petit. hæredit. ergo diſpenſatio facta illegitimo per matrimonium contractum ſine dotalibus inſtrumentis non proderit ad faciendum legitimatos, ſucceſſores legitimos in terris Imperij.

Huic rationi quæ (ut Angelus dicebat) potiſſima uidetur, contrarium ſuſtinendo facilè reſponderi poteſt, quòd lex ciuilis nulla alia ratione ſucceſſionem filijs ex ſubſequenti matrimonio legitimatis deferebat cum iuris ciuilis ſolemnia aderant, niſi quia legitimi erant, & non deferebat cum confecta non fuerant inſtrumenta aut aliud ſolenne deerat, quia legitimi non fiebant, hodie cum legitimi ſint etiam in terris Imperij & ubique abſque ulla ſolennitate, quia ſolennitates ſuſtulit lex canonica quæ prævalet in hac materia etiam in terris Imperij, ut not. in cap. lator, & in dicto capit. per venerabilem, ſequitur ut correcta ratione propter quam eis hæreditatem non deferebat, & ſubſiſtente ea propter quam deferat, hodie dici poſſit etiam à iure ciuili eos ad ſucceſſionem vocari, iuxt. not. in l. 2. de legitim. tut. in auth. ingreſſi, ubi Salic. latè, C. de ſacroſanctis eccleſijs, cap. translato, de conſtitut. Sicut in ſi-
15 mili materia, † licet olim natis ex matrimonio contracto ſine conſenſu patris aut alio modo iure ciuili prohibito ſucceſſionem ius ipſum ciuile non deferebat, quia non habebat eos pro legitimis, his legibus hodie correctis defert, illique etiam in terris Imperij ſuccedunt, ut not. Antonius de Butr. in capitulo primo, de ſponſal. & omnes in dicto cap. per venerabilem ubi Præpoſ. num. ſeptuageſimoprimo, conſtat igitur ſatis dici poſſe eos ad ſucceſſionem de iure ciuili inuitari cum correcta ſit ratio per quam excludebantur.

Vlterius (ſicut Hieronymus Gabrielius dicebat) neceſſe non videtur, nec in terris quidem Imperij quòd ius ciuile hæreditates deferat, ſed ſatis eſt, ut ius ipſum canonicum deferat, cum ſimus in caſibus ad ius illud ſpectan-
16 tibus, quibus certè in caſibus † poſſe ius Canonicum ubique hæreditatem deferre & auferre conſtat, cap. quod nobis, cap. ex tenore, qui filij ſint legitimi faciuntque not. per Bart. in l. 1. in fin. de ſacroſanctis eccleſijs, Alexander in l. captatorias, numero quarto, C. de teſtam. milit. & not. in cap. relatum, de teſtamen. ubi traditur, etiam in locis Imperij & contra diſpoſitionem iuris ciuilis admitti ad hæreditatem piam cauſam, coram duobus tantum teſtibus ijsque nec rogatis inſtitutam, quia illa materia ad ius Canonicum ſpectat, cum igitur negocium pariter de quo agimus ad illud idem ius ſpectet, iuxt. cap. tua, de ordin. cogn. dicto cap. innotuit, de elect. nihil afferri poteſt quod ſuadeat legitimatis per ſubſequens matrimonium iuxta ſimplicem iuris Canonici diſpoſitionem hæreditates in locis Imperij non deferri. Ad-
17 dique poteſt indirectè nonnunquam † multa permitti quæ directo non admitterentur, l. quæſitum, ff. de natalibus reſtitu. Albert. Brun. conſil. 1. Circa primum articulum, columna ſeptima, verſic. Tertiò pro prædicta ſententia, ubi optimè ad hoc propoſitum loquitur, & Pariſ. eleganter conſ. 1. Præſens legitimatio, num. 129. & infra lib. 2.

Vltimò

Vltimò non eſt verum habilitatem ſuccedendi in propoſito ex diſpenſatione procedere, ſed potius ex vera propriaque legitimatione, cum per eam omnis defectus natalium tollatur quẽ legitimatus pati poſſet, omniſque labes & macula ſuæ geniturę omneque iuris obſtaculum,
28 & per eam ad primæua iura † reſtituatur, quibus omnes liberi ac legitimi naſcebantur, ex totoque illegitimus eſſe deſinit, vt declarat Roland. de Vall. conſ. 26. Stante capitulo, num. 8. cum ſeq. lib. 4. vbi num. 10. poſt Didac. tom. 1. §. 8. in princ. ſcribit, legitimationem eſſe quandam natalium reſtitutionem quæ abſque con-
29 iugio natis † extra cauſam ingenuitatis conceditur, Vnde Bald. in l. Paulus, poſt princ. ff. de ſtat. homin. differre plurimum (inquit) Principis diſpẽſationem ab hac legitimatione quo ad matrimonij virtutem, & deducitur ex traditis per Alexand. conſ. fin. Perlectis verbis legitimationis, num. 5. lib. 5. cum per diſpenſa-
20 tionem perſona non † reſtituatur ſed habilitetur, vt declarat Dec. in l. pactum quod dotali, ante num. 16. C. de collat. Hinc Iaſon. conſil. 40. Abſolui aliàs, numero primo, verſic. Ad iſtam obiectionem, lib. 3. dicebat, diſpenſationem in genere ſumptam dici, quando Papa
21 vel etiam inferior † contra ius diſpenſat, cap. requiſitis, verſic. Niſi rigor, 1. quæſt. 7. vbi gloſ. magiſtra definit Diſpenſationem eſſe iuris communis relaxationem cum cauſæ cognitione factam ab eo qui ius diſpenſandi habet, 11. quæſt. 1. cap. ſicut, §. ex his, iſtaque diſpenſatio non niſi ex magna cauſa fieri poteſt, vt ibi gloſ. aſſeruit, aliàs diſſipatio eſſet, non diſpenſatio, ſecundum Innoc. & Canoniſtas, in cap. cum ad monaſterium, de ſtat. monach. hæcque cum contra ius ſit odioſa dicitur, & conſequenter eſt reſtringenda, de eaque propriè loquitur text. in capit. fin. de fil. presbyt. in 6. & in cap. non poteſt, de pręben. eodem lib. Quædam vero in ſpecie eſt diſpenſatio quæ fit illegitimè natis quando ad certos actus habilitantur tantũ, vel quando limitatè habilitantur quo ad quid,
22 hæcque propriè diſpenſatio † eſt, non autem legitimatio, quia nõ ſimpliciter ſed quo ad quędam ſic, & quo ad quædam nequaquam facta reperitur, ſecundum Paul. de Caſtr. colum. fin. & Alexand. in d. l. pactum quod dotali, nu. 5. vel quãdo eſſet facta ad certos articulos, vel ad certos actus tantum, vt per eundem Caſtrenſ. conſ. 30. Super puncto iſto, colum. 3. num. 4. verſic. Sed diſpenſatio, lib. 1. in nou. Et quamuis multi teneant hanc legitimationem limita-
23 tam † diſpenſationem non eſſe, ſed veram legitimationem, idque feliciter aſſequantur, inter quos ita concludunt, Socin. ſen. conſ. 246. Eleganter, col. 2. in fin. verſic. Secunda limitatio, lib. 2. Curt. ſen. conſ. 73. Super memorata facti narratione, col. 8. ante num. 7. verſic. Et ſuper omnia, & col. 16. verſic. Secundò reſpõdemus, poſt num. 16. Dec. conſ. 52. Viſo eleganti conſilio, col. fin. verſic. Non obſtat quòd Alexãder, conſ. 264. Reuocatur in dubium, col. penult. in princ. num. 3. verſic. In hoc tamen, conſ. 258. In caſu Domini Franciſci, ad fin. ante num. 11. verſic. Vltimò non obſtat, & in dicta l. pactum quod dotali, num. 15. verſic. Dicit tamen, C. de collat. in l. ſolet, colum. 2. num. 7. ff. de iuriſdictione omn. iudic. Ludouicus Gozadinus, conſil. 6. Prima facie videtur dicendum, numer. 64. Ludouic. de Sard. in tractat. de legit. §. ſeptimo, in princ. Pariſ. conſ. 7. De poteſtate Comitis legitimantis, num. 15. verſic. Nam ſi benè conſideremus, lib. 2. Carol. Ruin. conſil. 86. Attenta legitimatione, num. 6. libro 3. conſil. 75. Quia de pluribus, num. 13. conſ. 145. Quamuis ad aliqua, num. 4. eodem vol. Didac. Couarr. in 1. tom. cap. 8. in 2. par. colum. 2. Andreas Alciatus. Parerg. iuris, lib. 3. capit. 4. in fin. & conſ. 205. circ. fin. Socin. iun. conſ. 93. Perſpectis, num. 41. verſic. Et licet, lib. 3. Iacob. Mãdell. conſ. 7. In cauſa iſta, n. 4. & 5. Franciſc. Marzar. conſ. 37. In hac cauſa, nu. 69. Rol. de Vall. conſil. 26. Stante capitulo conuentionis, n. 12. 15. & 16. lib. 4. & poſt Rotam Romanam in cauſa de Soderinis, vt in deciſionibus manu ſcriptis per Achyll. deciſ. 185. idem concludit Hieron. Gabriel. conſ. 30. Alfonſus fuit legitimatus, nu. 2. Tamen hæc per ſubſequens matri-
24 monium legitimatio nec ſub vna † nec ſub alia diſpenſatione comprehenditur, cum fiat virtute matrimonij quod Sacramentum nouę legis eſt, vt probatur ex Paulo, ad Epheſ. 5. dicente, Sacramentum hoc magnum eſt, quæ verba ita Sancti Doctores interpretantur, & tradit Ambroſ. Cath. lib. 5. contra Caietan. capit. 1. de matrimonio, Eccleſia etiam hanc aſſertionem profitetur, in cap. ad abolendam, de hæretic. & in Concil. Florent. ſub Eugenio IV. ſic etiam concludunt Ang. de Clauaſ. in Summa in verb. Matrimonium, numero primo, verſic. Vtrum matrimonium ſit Sacramentum nouæ legis, in fin. poſt Richard. in 4. diſtinct. 26. articulo 4. quæſt. 2. Felin. in cap. 1. columna 6. & 7. de ſponſal. Ioan. Lopez in rep. capit. per veſtras, §. vigeſimo, ante num. 16. extra de donat. inter vir, & vxor, nuncque adeſt Sacrum Concilium Tridentinum, ſeſſ. 24. can. 1. decidens, Si quis dixerit, Matrimonium non eſſe verè & propriè vnum ex ſeptem legis Euangelicę Sacramẽtis à Chriſto Domino inſtitutum, ſed ab hominibus in Eccleſia inuentum, neque gratiam conferre, anathema ſit. Sumus ergo in vera legitimatione ex iureque cõmuni proueniente, dicto capit. tanta, non autem ex priuilegio ſpeciali & odioſo, ac propterea debilio-

ri iure,

ri iure, l.militis codicillis, ff.de teſtamen.milit. & auth.de non alien. §. quia verisimile, in hiſque terminis eleganter declarat Petr. de Ancharan. conſil. 241. Ex tenore priuilegij, colum.fin. in princ. verſic. Iſti autem ſpurij. Altera igitur ſuperiori contraria eſt opinio, quòd vbique gentium filij per ſubſequens matrimonium legitimati ſuccedant, & ius Canonicum
25 etiam in terris Imperij † ſeruandum ſit, quam tenent, Antonius de Butr. in capit.per venerabilem, numero vndecimo, & in dicto cap. tanta,inquiens de hoc neminem dubitare poſſe,& & ſecundum hanc partem Calderinum conſuluiſſe, Salicet. in auth. maximis, ſub numer. 2. verſic. Nec poſſet Imperator, & infra verſic. Concludo, C. de nupt. dicens contrarium ſibi tanquam quid monſtruoſum videri, ſeque ſecundum hanc opinionem conſuluiſſe in Ciuitate Ferrariæ vna cum Domino Iacobo de Pignis decretorum Doctore non modicæ authoritatis, Iaſon. conſ. 168. In cauſa & lite vertente, num.8. verſic. Et ſubdit, libro 4. idemque ſcribit in l. ſed eſt quæſitum, num. 9. ff. de liber. & poſthum. Matth. de Afflict. in dicto capit.1. §. naturales, verſic. Quintò, num.27. & 35. ſi de feud. defunct. fuerit controuerſia inter domin. & agnat. vaſall. Dec. conſ. 155. Et diligenter, numero primo, in fin. communem opinionem eſſe affirmans, Pariſ. dicto conſ.13. De pluribus, num.49. & numer.51. verſic. Et etiam quia ius Canonicum, libro ſecundo, dicens eandem ſentẽtiam tenuiſſe Hieronymum de Zannett. in capit.1. de accuſat. in 11. differ. quam ponit inter ius Canonicum & Ciuile, & ab ea tanquam communi nõ eſſe recedendum iudicando, & conſulendo, Didac. Couarr. de communi in epitom. par.2. de ſponſal. & matrimon. dicto cap.8. num.8. Hieronymus Gabriel. dicto conſil.21. Sebaſtianus, num.14. & infra, qui de crebriori concluſione atteſtatur, Franciſcus Mantic. in dicto tractat. de coniect. vlt.vol. lib.11. tit.12.num.8. verſic. Sed contrariam opinionem fol.289.idem etiam ſentiunt, Bald. in dicto §. naturales, Ioan.Fabr. in d.§. fin. num.4. verſic. Hodie vero, Inſtit. de nupt. vbi expreſſius hoc firmat Angelus Aretin. ſub num. 6. verſic. Ex quo ſequitur, Ludouic. de Sard. in tractat. de legitimat. colum. 23. verſic. Septimò quæritur, Iacob. Zoccus in dicto capit. tanta, & poſt Baldum ac alios multos quos allegat ſic tenuit, Laurentius Siluan. dicto conſil.3. Quo ad primum dubium, numero 32. communem eſſe inquiens,& conſilio ſecundo. Circa primum dubium, num.74. verſic. Nam ex quo iure Canonico, magis communem Doctorum opinionem eſſe concludẽs, & vtrobique plures citans vt per eum,Bartolomæus Fumeus in eius Summ. Armill. in verb. Filius, §.11. dicens ita communiter practicari, Petr. Duen. in reg. 350. incip. filius naturalis, in 10.limit. num.10.in fin. verſic. Contrariam tamen opinionem, poſt Cyn. in d.l. nuper, C. de natural.liber.& alios quos ſeriosè ibi refert, Et quamuis Ruin. dicto conſ. 211. ſub numero ſexto, verſic. Sed ſuſtinendo dictum Angeli, cum eodem Angelo pertranſierit, dicit tamen hanc communem eſſe opinionem,columna ſecunda,ſub num.4. Ioſeph.Ludouic. concluſ. 26. incip. legitimatio facta, in 1. ampl. de magis vera magiſque communi opinione atteſtans.

Probatur hæc opinio per text. in d.cap. tantà,in princ. extr.qui fil.ſint legitim. cum efficacia ac vis matrimonij tanta ſit vt filios antea natos legitimos efficiat: quæ quidem iuris Canonici diſpoſitio vera eſt etiam ſine dotalibus inſtrumentis, quod quidem Angelus & Curtius iunior fatentur, ergo neceſſario ſequitur ipſos ſucceſſibiles fieri cæteraque iura legitimitatis nanciſci, §. reliqui, auth. quibus modis natural. effic. ſui, ius enim ciuile ſpecialiter non diſpoſuit quòd per ſubſequens matrimonium ſine inſtrumentis dotalibus filij ad iura ſucceſsionis non legitimentur, ſed ſimpliciter quòd legitimi non efficiantur, vt notat gloſſ. in dicto §.fin. Inſtit. de nupt. & ita loquitur text. in §.fin.auth.de trient. & ſemiſſ.ac in tit.de fil.ante dotal. inſtrumen.nat. cum ſimil. Si igitur legitimitas admittitur, cætera acceſſoria & ab ea conſequentia hi filij obtinebunt, perfecta nanque ac abſoluta legitimatione, ſtatim ius operatur atque diſponit quòd legitimatus ſuccedat ac ſi natus eſſet legitimus, & eo ipſo quòd filius eſt legitimus iura legitimorum conſequitur, iuxta tradita per Bart. in l.ex facto, columna ſecunda, ff.de vulgari & pupillari,& in l.1.§. lex Falcidia, ff. ad leg.Falcid. & ſic legitimatio hominis facto perficitur propter matrimoniũ
26 ſubſequens, iuſque ſuccedendi † acceſſorium eſt ad legitimationem ex iuris diſpoſitione, vt eleganter ſcribit Socin.ſen.conſil.226. Quæſtio præſentis conſultationis, colum.penult. in fin. verſic. Et ad confirmationem prædictorum adducitur, lib.2. abolita itaque macula illa & obſtaculo ſubmoto illegitimitatis, remanet filius ac ſi ex matrimonio natus eſſet, quo fit, vt ad ſucceſſionem & cætera legitimorum iura admitti debeat. Cæterum cum propter ius Canonicum modo contrarium cautum ſit, vt inquam matrimonium ſine dictis inſtrumentis dotalibus teneat, dicto cap. tanta,legitimi etiam efficiuntur filij in neceſſariam conſequentiam matrimonij, l.filium eum diffinimus, ff. de his qui ſui ſunt vel al.iur. Vnde ſicut attendendum eſt
27 ius canonicum † in cauſa matrimonij quando à iure ciuili diſcrepat, etiam in terris Imperij,

ita in

ita in legitimatione attendi debet, quæ ex radice matrimonij in neceſſariam ſequelam deſcendit, ſecundum Io. Andream, in d. cap. per venerabilem, col. 2.

Et ſi aduerſus prædicta cum Curtio iuniore diceretur, non tenere conſequentiam eſt legitimatus vel legitimus ergo lex eum ad ſuccedendum inuitat, vt patet in deportatis, l. 1. C. de hęredibus inſtit. in fratribus mendicãtibus, Clem. exiui de paradiſo, de verb. ſign. & in ingratis filijs erga patrem, §. aliud quoque capitulum, in auth. vt cum de appellat. cognoſc. idem videmus in c. 1. de fil. nat. ex matrimon. ad morgan. contract. Item poteſt pater filium legitimare
28 quòd ad certam portionem † in nihilum ſuccedat, vt inquit Bart. in l. quæſitum, in lect. antiq. ff. de adopt. & ſequitur Anton. de Butr. in d. c. per venerabilem, in 7. chart. congruitque quod dicit Bart. in l. 1. §. in filijs, ff. ad Trebellian. conſtat etiam in legitimatis per oblationem Curiæ
29 quia non fiunt omnibus † ſucceſſibiles ſed tantummodo offerenti, §. filium, in auth. quibus modis natural. effic. ſui, l. cõmunium, vbi Bart. C. de natural. lib. & optimè facit text. in l. ab eo, & in l. de emancipatis, C. de legitim. hęredibus vbi Angelus notat, patet inſuper in filia dotata quæ vigore ſtatuti à ſucceſſione patris
30 excluditur, & tamen non deſinit † eſſe legitima, iuxta tradita per Bartol. in l. fin. ff. ad Tertullianum.

Ex intentione Scribentium poteſt reſponderi, quòd licet ob aliquod extrinſecum filii etiam legitimi & naturales non ſuccedant, vt in exemplis Angeli & aliorum ipſum approbantiũ contingit, inſpicitur tamen quod frequenter non quod rarò accidit, l. nam ad ea, ff. de legibus ve-
31 rum enim eſt de eſſentia legitimationis † ſubſtantiali ſucceſſionem neceſſariam non eſſe, vt aiunt Socin. ſen. conſ. 246. Eleganter & ſubtiliter, colum. 2. in fin. verſic. Secundò prima legitimatio, lib. 2. Andreas Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Donatione, nu. 259. C. de reuocat. donat. ex not. per Bart. in l. is poteſt, col. 2. num. 8. ff. de acquir. hæredit. & ius ſuccedendi à legitimatione ſeparatum cenſeri, vt tradunt etiam Dec. conſ. 258. In caſu Domini Franciſci, ante num. 11. verſic. Non obſtat quòd ſucceſſio, conſ. 264. Reuocatur in dubium, colum. penult. poſt num. 3. verſic. Quid enim ſi Margareta, & in l. pactum quod dotali, num. 15. verſic. Et vlterius, C. de collat. ac poſt Curt. ſen. conſil. 73. Super memorata facti narratione, ſub num. 16. verſic. Secundò reſpondemus, & Carolus Ruin. conſ. 75. Quia de pluribus quæritur, nu. 13. lib. 3. Rolan. à Vall. conſ. 26. Stante capitulo conuentionis, nu. 12. 13. & 14. lib. 4.
Tamen æque verum eſt eo ipſo quòd quis re-
32 ctè legitimatus reperitur eum adipiſci † illud ius, ex ipſaque legitimatione ſuccedẽdi facultatem conſequi, iuxt. l. ſi duo, cum ibi not. d. tit. de acquiren. hæredit. & declarant Socin. in rubric. de lib. & poſthum. colum. 3. ante num. 14. & dicto conſ. 226. colum. fin. lib. 2. Hoſtienſ. in cap. 1. qui filii ſint legitim. Vbertin. Zuchard. in l. poſthumo, num. 25. C. de bon. poſſeſſ. contrabul. & eſt text. clarus in §. dubitatum, verſic. Qui enim aliud, auth. de inceſt. nupt. ſicut
33 idem ius ex filiatione † conſequitur, licet etiam ab ipſa filiatione ſeparatum ſit, iuxta illud, filius, ergo hæres, cap. dicat, 27. quæſt. 4. Collect. in cap. quod nobis, dicto tit. qui fil. ſint legitim. ad quod certè ſola voluntas filii exigitur, l. 1. C. ſi vt ſe ab hæredit. abſtin. not. in l. neceſſariis, ff. de acquiren. hæredit. in l. in ſuis, dicto tit. de liber. & poſthum. Andreas de Iſern. in dicto cap. 1. §. naturales, numero quarto, verſic. De iſtis dicit.

Quid nunc erit in hac quęſtione concludendum? Angelus dicto conſil. 29. colum. 2. ante fin. non negat quin quæſtio dubia ſit, & quòd plures forſitan inuenientur contra eius dictum conſulentes, opinionique Ioannis Andreæ inhęrentes, & tamen in ſecunda columna profitetur breuiter eandem difficultatem ſe enodaturum, Ego quicquid Angelus & cæteri cum eo pertranſeuntes dixerint, arbitror ab hac poſteriori opinione Antonii de Butrio iudicando & cõ-
34 ſulendo † recedendum non fore, cum mihi verior, crebrior magiſque communis ac etiam maxima æquitate ſuffulta videatur, quam vltra præcitatos tenet Antonin. Teſſaur. d. deciſ. 83. Inſtrumenta dotalia, ante num. 2. verſic. Etiam ſi eſſemus.

Ad hoc que dicendum moueor, Nam cano-
35 nes † de matrimonio iudicantes non ſolum pręualent quo ad ordines clericales, ſed etiam quo ad ſucceſſiones & legitimationes quæ ſunt ſequelæ matrimonii, §. pen. vbi gloſ. Inſtit. de gradibus cogn. gloſſ. in l. 1. C. de ſecund. nupt. & tradit magiſtraliter Bald. in l. Paulus, num. 1. ff. de ſtat. homin. vbi quærit, vtrum in materia legitimationis ſequamur ius Ciuile vel Canonicum, & refert Cynum dicentem quòd quãtum ad ipſum matrimoniũ eſſentialiter conſiderandum ſequimur ius Canonicum, ſed quantum ad ſucceſſionem ius Ciuile, vt not. in l. fin. C. de interdict. matrimon. & in l. & ſi contra, C. de nupt. Subdit autem erraſſe Cynum, quia cum ſucceſsio pendeat ex matrimonio, oportet ius Canonicum ſpectari, in acceſſorio ſicut in principali, capit. tuam, extra de ordin. cognit. dicto cap. per venerabilem, qui fil. ſint legitim. & argumen. capit. de prudentia, extra de donation. inter vir & vxor. facitque quod not. in princ. Inſtit. de nupt. Ioannes Lopez in rep. cap. per veſtras, §. vigeſimo, numero ſextodecimo, verſic. Et

ſic. Et propterea matrimonium, Natt. conſil. 473. Quædam nomine Siluia, numer. 38. verſic. Et ponderandum eſt, lib. 2. poſt Bald. in dicta l. & ſi contra, Oſaſcus notabiliter decil. 154. D. Ludouicus Nicellis, numero nono, verſic. Et canones: Vnde cum de iure Canonico huiuſmodi inſtrumentorum ſolennitates ſint ſublatæ, vt ex magis communi opinione dicebam, habeamuſque text. expreſſum in dicto cap. tanta, decidentem per ſubſequens matrimonium filios vi matrimonij legitimos effici, quicquid ante de iure ciuili diſponebatur, cõcludendum indubitanter eſt hoſce legitimatos in terris etiã Imperij vti legitimos ſuccedere: Emanarunt
36 enim leges † ab Imperatore eo tempore quo ipſe erat mundi dominus, & præerat non ſolum in temporalibus ſed etiam in alijs, vt dicit Odofred. in l. qui contra, C. de inceſt. nupt. & tunc temporis prohibuit Imperator matrimonium contrahi inter tutorem & pupillam, l. 1. C. de interdict. matrim. ac inter liberum & ancillam, vt in l. cum ancillis, dicto tit. de inceſt. nupt. interque rectorem prouinciæ ac prouincialem, vt l. vnic. C. ſi quacunque prædit. poteſt. & inter alias multas perſonas, quas longum eſſet enumerare: permiſit etiam illo tempore diuortium & repudium inter coniuges ex aliquibus cauſis, vt tot. tit. C. de repud. hiſque caſibus ius Ciuile ſuper eſſentia ſubſtantiaque matrimonij diſponebat, & hoc non ex alio quàm ex amplitudine tunc Imperij, proinde diſpoſuit de Abbatibus, Monachis, Epiſcopis, ac de quamplurimis Clericorum generibus, vt conſtat ex auth. de Monachis, & quomodo oport. Epiſc. ac de ſanctiſs. Epiſcop. Deinde autem atque hodie
37 diſpoſitio † ſpiritualium proprio iure ſolum ad Eccleſiam ſpectauit, pertinet atque ſpectabit, non ad Imperatorem, vt in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. cap. fin. de rebus eccleſ. non alien. & cap. bene quidem, 96. diſtinct. meritò ergo prædicta iura ciuilia ſuper ſubſtantia eſſentiaque matrimonij diſponentia abrogata ſunt, ex quo iuri Canonico contradicunt. Et ſi quis rectè conſideret, dicet hoc non eſſe contra dictas leges ciuiles, nam in huiuſmodi ſpiritualibus eorumque acceſſorijs procedunt ac intelliguntur iura dicentia quòd leges imitari ſacros Cano-
38 nes † non dedignantur, vt dicit text. in capit. Clerici, extra de iudic. in capit. fin. de ſecund. nupt. & in auth. vt Clerici apud propr. Epiſc. §. penult. coll. 6. vt egregiè ſatis declarat Ioannes Lopez, in dicto capit. per veſtras, §. vigeſimo, ſub numero 17. dicto tit. de donation. inter vir & vxor.

Congruunt tradita per Salyc. in dicta auth. maximis, poſt numer. ſecundum, verſic. Nec dicat quis, vbi in iſtis terminis dicit putaſſe Imperatorem illud potuiſſe tunc ritè ſtatuere, ſed erraſſe, propterea intentionem in vniuerſum habuiſſe, quòd ſi aliquando apparuiſſet eum id ſtatuere non valuiſſe, quòd ab eo ſtatutum ſeruari non deberet, perindeque eſſet ac ſi id ipſe non ſtatuiſſet, vt dicimus in vſuris tunc permiſſis, auth. ad hæc, C. de vſuris, ſubdens quòd cum ſtatuere non potuerit, vt matrimonium abſque ſcriptura non valeat, ſequitur pro non ſtatuto haberi, matrimoniumque tenere vt omnes filij legitimi efficiantur, quia Imperatoris
39 propoſitum eſt, † continuo ſequi Dei omnipotentis iudicium, l. ſi libertam, dicto tit. de nupt. Et hoc de iure ciuili nouiſſimo, §. ad hoc, auth. vt liceat matri & auiæ, coll. 8. & tranſumptiuè, in auth. item ſi quis hæres, C. de naturalibus liber.

Et eo magis ab hac opinione diſcedendum non arbitror, cum ſit fauorabilis matrimonio, ac liberis, maximamque æquitatem contineat, quam vltra præcitatos tenuit Rota Romana in quadam cauſa matrimoniali, vt teſtatur Antonius Gabriel. libro ſexto, de legitimat. concluſio 1. ampliat. 4. numero 11. de quo meminit Franciſcus Burſat. conſil. 10. Illuſtris Comes Ludouicus, num. 8. lib. 1. vbi arbitratur ſententiam Rotę allegatam per Gabrielium fuiſſe Colonienſis illegitimitatis, in quo omnes Domini die decimaquinta Nouembris, 1538. terminarunt, legitimatum per ſubſequens matrimonium admitti ad omnem ſucceſsionem, ſiue in terris Eccleſiæ, ſiue Imperij, licet inſtrumenta dotalia non interuenerint, vt refert Mohedanus, deciſ. 181. Colonienſis, idem in alia Anagnina Caſtri Scurculæ coram Puteo, vt in deciſ. Creſcentij ſeptuageſima. Omnes Domini. in qua quidem omnes tenuerant ex magis communi opinione, inſtrumenta dotalia non requiri, maximè nullis legitimis filijs exiſtentibus, & in hoc ius Canonicum attendendum fore: & ipſe Puteus deciſ. 1. & 2. tit. de ſponſalibus ac cum Rota dictus Burſatus pertranſit, licet implicitè loqui videatur.

Hæc magis communis & verior opinio multo fortius procederet, vt dictum eſt, quando fi-
40 lij legitimi & naturales † non extarent, nam ſi tunc de iure ciuili ſine dotalibus inſtrumentis per ſubſequens matrimonium filij legitimantur, Baldus in l. cum multæ, C. de donat. ante nupt. colum. 2. num. 4. verſic. Nam quòd requirantur, Iaſ. conſ. 168. In cauſa & lite vertente, col. 5. ſub nu. 8. verſic. Tertiò notabiliter reſpondetur, lib. 4. Carol. Ruin. conſ. 211. Prima videtur conſideratione dicendum, col. 2. ſub nu. 3. verſic. Ideo ſecundo reſpondeo quòd inſtrumenta, lib. 1. allegat Bald. text. in §. ſi vero ſolummodo naturalium, verſic. Omnino enim, auth. quibus mod. natural. effic. legitim. multo magis id erit de iure Canonico, vt concludit

Tran-

Franciſc. Burſat. dicto conſilio decimo, ſub numero octauo, libro primo, poſt Dominos de Rota præallegatos.

Secundò inſpiciendum eſt, an legitimati per ſubſequens matrimonium in mortis articulo contractum ſubſtitutum excludant, & in hac difficultate duæ ſunt Doctorum opiniones, Pri
41 ma eſt quòd hi in vltimo vitæ ſpiritu † ex matrimonio ſubſequenti legitimati ſubſtitutum non excludant, quam tenuerunt, Angel. in l. ſed eſt quæſitum, numero ſecundo, verſ. Quod puto verum, ff. de liber. & poſthum. & in l. nuper, num. tertio, vbi etiam Bald. in princip. C. de natural. liber. Ioan. Fabri in l. cum quis, in fin. eodem tit. rurſus Bald. in l. eam quam, numero 27. C. de fideicommiſſ. Andr. Alciat. in l. prima, num. 44. ff. de vulgar. & pupill. Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, num. 74. verſic. Et ſi teneamus, C. de reuocan. donat. poſt Ioan. de Anan. in cap. audiuimus, colum. ſecunda, verſic. Adde etiam quod habetur, de colluſ. deteg. & Andr. Barbat. in addit. ad Bald. in cap. primo, §. porrò, tit. qual. feud. olim alien. poterat. rurſus ipſe Barbat. conſil. 59. Illud in medium afferam, colum. vndecima, verſic. Et adduco quod ſapienter, libr. ſecundo, conſil. 68. Clementiſſimi Dei patris, colum. fin. verſic. Præterea adduco, eodem volum. Albert. Brun. conſil. 15. Viſa legitimatione, colum. quarta, circa med. verſ. Facit etiam quia legitimatio, adhuc Alciat. conſil. 140. num. 6. & conſil. 189. num. tertio, libro nono, Carol. Ruin. d. conſil. 211. Prima videtur conſideratione dicendum, num. ſeptimo, libro primo, conſil. 46. Quamuis aliàs conſuluerim, colum. tertia, num. octauo, verſic. Et dicit etiam Angel. libro ſecundo, conſilio 163. Caſus talis eſt Sempronius, numero ſeptimo, verſic. Tamen ſecundum eum, libro tertio, Ioan. Cepha. conſilio 239. Subſtitutionis verba, numero decimo, & decimoſeptimo, conſil. 276. Magnificus Dominus Iacobus Philippus, numero 30. & infra, libro ſecundo, & conſilio 364. Pro Magnifico Domino Iacobo Trotto, numero quadrageſimoquinto, libro tertio, poſt Andream Alciatum quem refert.

Probatur hæc concluſio per text. in l. 'filiæ meæ emancipatæ, ff. ſolut. matrim. vbi caſus, ibique notant Doctor. quòd quotics actus per quem alter excluditur in mortis articulo cele-
42 bratur, in fraudem † geſtus præſumitur, & ad illius excluſionem: per quem text. dicit not. Bald. in cap. in præſentia, numero 31. vbi Felyn. num. 34. ſub dubio tamen, & Dec. nume. 61. de probat. quòd ſi grauatus fideicommiſſo ſi ſine filijs deceſſerit, in mortis articulo religionem profiteatur fideicommiſſum expirat, quia
43 profeſſio † in fraudem facta præſumitur, idemque tenent Specul. in titu. de ſtat. monach. circa finem. Pet. de Ancharan. in cap. ſicut nobis, in primo not. de regular. rurſus Bald. in Auth. niſi rogati, numero 24. verſic. Quæro quid ſi rogatus, C. ad Trebellian. Andr. Alciat. in d. l. prima, numero 44. de vulgar. & pupill. ac Gulielm. de Benedict. in rep. cap. Raynutius, in verb. Si abſque liberis, il primo, num. decimo, extr. de teſtamen. Hinc infertur, quòd renunciatio in articulo mortis facta, præſumitur in
44 fraudem † expectantis, cap. ſecundo, de renun. in 6. Ruin. d. conſil. 211. ſub num. primo, idemque in permutatione concludit Petr. de Ancharan. conſilio 388. In caſu permiſſo, columna prima.

Huic textui, Primò reſponderi poteſt, quòd tunc ex actu geſto in mortis articulo fraus argui poſſet, quãdo actus ita geſtus nihil morienti prodeſſet, ſed ſoli tertio noceret, cumque morientis interſit, vel filiorum ſuorum, matrimonium in vltimo vitę ſpiritu cum concubina contrahere extantibus filijs vt legitimi efficiantur, ſecundum Bald. in cap. primo, §. naturales, ſi de feud. fuer. controuerſ. inter domin. & agn. dicentem, quòd legitimatio quæ fit per matri-
45 monium contractum † etiam in articulo mortis dicitur bonum prolis, ergo ſequitur legitimationem dicto tempore proueniẽtem in fraudem non cenſeri: & ita procedit text. in d. l. filiæ meæ emancipatæ, vt Ruinus dicebat, quem Franciſc. Mantic. in locis infra allegandis comprobabat.

Secundò reſpondeo, textum firmiter præ-
46 ſupponere † cauſa fraudandi repudium vxori fuiſſe miſſum, vt ſcilicet ea mortua, dotem potius hæredibus eius quàm patri maritus redderet, qui dotem reſtitui filia in matrimonio decedente ſtipulatus fuerat, & ſic cum nulla alia coniectura, quàm fraudis colligi poſſit, ex quo filia erat emancipata, & infirma, paterque ea decedente in matrimonio (vt dicebam) dotem reddi ſtipulatus fuerat, nec Proculus aliam legitimam cauſam mittendi repudium conſideret, Sabinus proinde vtile iudicium recuperandi non immeritò patri tribuit; quod in propoſito non contingit, cum alia legitima coniectura quàm fraudis rationabiliter aſſumi poſſit, vt fortaſſe textus iſte non meruerit ad hoc allegari.

Poſſet etiam vlterius dici, quòd cum vxor ſtatim eſſet peritura, ineptum, & ridiculum erat repudium mittere, & propterea neceſſaria erat illa fraudis præſumptio, ab hoc vt pater actione dotis priuaretur.

Non obſtat text. in dicto capitulo ſi te, de renunciat. libro ſexto; nam alijs omiſſis quæ Ancharanus alibi pro eius intelligentia ſcripſit,
47 reſpondeo † de fraude renunciationis ibi de-

bere per aliquas probabiles coniecturas ſaltem apparere,& quamuis exempli gratia vnam coniecturam exprimat,vt quia dictæ renunciationis tempore is qui præbendam, vel dignitatem pinguiorem habebat infirmitate graui detinebatur,non tamen hoc ſolum ſufficere dicendum eſt, dum coniecturas probabiles textus requirit. Quod videntur ſenſiſſe in ſimilibus terminis permutationis Domini de Rota,deciſione 361. incip. Præſumitur permutationem factam, in antiquis. Reſponſio autem quæ ad inſtantiam de ingreſſo Monaſterium in mortis articulo attinet, inferius proprio in loco inuenietur.

Secundò mouetur Bald. ex §. fin. Inſtitut. de nupt. & per text. in l. cum quis, C. de naturalibus lib. vbi dicitur, quòd vt ex matrimonio cum concubina contracto filij nati legitimentur, neceſſe eſt, quòd ſint confecta dotalia inſtrumenta, conſtat autem tempore mortis dotem conſtitui non poſſe, l. Iulianus, ff.de iur. dot. ergo per dictum matrimonium filij non legitimantur in mortis inquam articulo ad ſubſtituti excluſionem.

Sed ratio hæc facillimè euitari poteſt, Primò cum iure ciuili inſpecto procedat non autem de iure Canonico, ſecundum Doctor. in dicto cap. tanta, & deſuper inſpeximus, quod quidem ius Canonicum,in matrimonijs ſeruari debet, iuxta gloſſ. Inſtitut. de nupt. in prin. & ita reſpondet Bald. in d.l. Iulianus, in fin.ibi Canoniſtæ non curant.

Secundò tolli poteſt ex mente Alexandri de Imol. in l.ſi quis poſthumos, numero quarto, ff.de liber. & poſthum. quod dict. l. Iulianus, procedit, quando expreſſe dotis conſtitutio poſt mulieris mortem confertur, quo tempore matrimonium conſiſtere non poteſt, ſed in caſu noſtro matrimonium expreſſe in tempus quo moreretur collatum non fuit, ergo &c. Simile videmus in vſufructu, per l. Titio cum moreretur, ff. de vſufruct. & tamen iure prohibitum non reperitur vſumfructum in mortis articulo conſtitui poſſe: ſimilemque differentiam in ſententia lata expreſſo iuris errore perſpicimus, l. prima, §. item cum contra ſacras, ff. quæ ſentent. ſine appell.reſcind.iunct.l.cum prolatis,ff.de re iudic.

Tertiò & vltimò, ſed vrgentius vt alia prætermittam, allegant text. in dict. l. nuper, in verb. Et ſpem tollendæ ſobolis habeant, ſed ſpes procreandę ſobolis in mortis articulo non ſubeſt, ergo ſic legitimati ſubſtitutum excludere non debent.

Sed reſponderi poteſt, vt de mente Cyni ibi, ſcilicet quòd eo ipſo quo matrimonium, quis in articulo mortis contrahit, ſobolis tollendæ ſpes ſubeſt, id eſt legitimæ, legitima enim perfecto matrimonio efficietur, & dicetur quodammodo de nouo naſci, ſecundum Abb. in dicto cap. per venerabilem, quem Carolus Ruinus ſequitur.

Altera igitur ſuperiori contraria eſt opinio, quòd imo per ſubſequens matrimonium in ar-
48 ticulo † mortis contractum legitimati, ſubſtitutum excludant, & hanc ſequuntur, Richard. Malumbra,in quæſt. incip. In quibuſdam partibus, Ioann. Andr. in cap. ſine culpa, in prima quæſtione, numero primo, de regul. iur. libro ſexto, idem Ioann.Andr. Anton. de But. & Præpoſit. numero ſeptimo, in dicto capit. tanta, Cyn. in dict. l. nuper, Bald. in l. prima, columna prima, poſt numerũ ſecundũ, verſic. Solutio propter matrimonium, C. de priuileg. dot. Albericus de Roſate in l. cum quis, C. de natural. liber. Ioann. de Imol. in l. Gallus, in princip. ff. de liber. & poſthum. & in l. cum tale, §. Mæuiæ, hoc titu. Alexand. in d. l. ſi quis poſthumos, in princip. numero quarto, Abb. in cap. commiſſum, in primo not. de ſponſal. & in capit. ſecundo, in tertio not. de frigid. & malefic. Felyn.in cap.in præſentia,numero trigeſimoſexto, & ibi Dec. numero ſexageſimoprimo, extr. de probat. Iaſon. in dicta l.ſed eſt quæſitum,columna ſecunda, numero octauo, & vndecimo, poſt Chriſtophor.de Caſtellion. Raphael. Cuman. & Franciſc. Aretin. ibi,dict. titu. de liber. & poſthum. vbi Iaſon. dicit, Cumanum vnum notabile verbum in practica proferre, quòd ita cõmuniter tenetur, ibidemque Socin. numero ſecundo, verſic.Quartò, Franciſc. Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, numero quadrageſimooctauo, ff. ad Trebellian. eandemque opinionem conſulendo comprobarunt, Bald. conſilio 319. Matrimonium in articulo mortis, in princip. & numero tertio, verſic. Super tertio dico, libro quarto, vbi notabiliter loquitur, Curt. iun. conſil. vigeſimoſexto, Hieronymus, numero nono, verſic. Eſt verum, Pariſ. conſilio tertiodecimo, De pluribus, numero trigeſimoquinto, verſic. Quod procedit, libro ſecundo, & conſilio quintodecimo, Circa præſentem conſultationem,numero tertio, eodem volum. communem eſſe atteſtans, Carol. Ruin. conſilio 78. Viſo ac perlecto, numero octauo,libro tertio,vbi numero ſeptimo, de communi opinione meminit. Laurent. Siluan. conſilio tertio, Quo ad primum dubium,numero vigeſimonono, verſic. Et huiuſmodi legitimatio, vbi de eadem communi fidem facit, Hieronym. Grat. conſilio vigeſimoquarto, Puto filios legitimatos, numero ſecundo, verſ. Non obſtat quòd matrimonium, Franciſ. Veggius conſilio quinquageſimoquinto, Quæritur in præſenti cauſa, num. ſecundo, Ludouic. de Sardis in tract. de legit. in prima

quæſt.

quęſt. legitimationis quę fit per matrim. Dida. Couarr. cap. octauo, §. ſecundo, de ſponſal. & matrim. in ſecunda part. epitom. numero decimo, verſic. Nono prędictam legitimationem, vbi de communi teſtatur, Petr. Duen. in reg. 350. Filius naturalis, ſub numero 21. verſic. Sed nihilominus, dicens eſſe veram & communem ſententiam, citanſque Ioann. Brunell. in tract. de ſponſal. ſecunda conclu. num. decimo, Didacum de Caſtillo in l. duodecima, Tauri, numero vigeſimoquinto, & ibidem Ciſuętem, numero tertiodecimo, Gulielm. Mayner. in l. quoties idem ſermo, numero vigeſimoſecũdo, de regul. iur. & Montal. in gloſſ. l. ſecunda, titu. ſexto, libro tertio, Fori, Franciſc. Burſat. conſil. quadrageſimo, D. Ioan. Maria, numero 71. vbi de communi, libro primo, Alexan. Trentacinq. in tract. ſubſtit. in quarta part. cap. ſeptimo, ante num. 43. verſic. Et propterea contraria opinio. Franciſc. Mantic. in tract. de coniectur. vlt. volunt. libro vndecimo, tit. tertiodecimo, num. quinto, idem quoque ſenſere, Angel. Aretin. in §. fin. num. decimo, verſic. Quæro an deſponſatio, Inſtit. de nupt. Nicol. de Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in princip. num. 63. Bald. in d. cap. primo, §. naturales, colum. fin. verſic. Quæro quid de eo, Ioan. Dilect. Gualdenſ. in tract. de art. teſtan. tit. primo, cautel. quartadecima, numero ſecundo, Sfort. Odd. in tract. de compend. ſubſtit. particul. 6. concluſ. quarta, in fin. verſ. Contrarium tenent, fol. 211. & in hanc partem frequentioribus ſuffragijs itum fuiſſe, ſcribit Mich. Craſ. in lib. ſent. §. fideicõmiſſum, quæſt. 38. num. 6. verſ. Quid autem, fol. 329. citans Franciſcum Sarmient. lib. primo, ſelect. interpret. cap. 6. num. quinto, idem tenentem, ac etiam Antoniũ Gabrielium, vt per eum, quos ante eum referebat Burſatus in prælleg. conſilio. Adducit ad hanc opinionem fundandam Alexand. de Imola nam ſi verum eſſet legitimationem per ſubſequens matrimoniũ in mortis articulo contractum in fraudem cõceptam cenſeri, ſequeretur, quòd nullo caſu legitimatus poſt teſtamentum, excluderet ſubſtitutum, ſed conſequens eſt falſum ex magis communi opinione de qua per Doctor. in d. cap. per venerabilem, & in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtitut. & ſubſtitut. ac alijs in locis, ergo & antecedens. Sed contrariam ſententiam ſuſtinendo, Primò hæc ratio commodè ſubuerti poteſt, quia communis opinio de qua in d. §. cum autem, procedit quando legitimatio per reſcriptum facta extitit, quæ in fraudẽ ſubſtituti non poteſt dici obtenta, aut enim non conſtat quòd de plenitudine poteſtatis voluerit ſubſtituto Princeps præiudicare, & illi non nocet niſi ci-
49 tatus † fuerit, ſecundum Petr. de Ancharan. conſilio 427. Circa primum quæſitum, numero ſecundo, Alexand. conſilio 67. Conſideratis his, numero quinto, conſilio 94. eiuſdem initij, pariter numero quinto, libro primo, & deſuper inſpeximus, qua citatione interuenien te, nocet ſubſtituto legitimatio, cum cauſæ cognitio adfuerit, proque actu iudicis dicta co-
50 gnitione præambula † præſumatur, l. prima, C. de offic. ciuil. iudic. & per omnes in l. ſciendum, de verbor. obligat. Aut voluit Princeps de plenitudine poteſtatis ſubſtituto præiudicare, quo caſu citatio omitti poteſt, vt in dictis conſilijs Alexander ſcripſit, & ſimiliter non poteſt fraus allegari propter autoritatem legitimantis, quæ omnem fraudis ſuſpicionem ceſſare facit, per text. in l. fin. quod met. cauſſ. facit l. omnium, C. de teſtam. quæ rationes non procedunt, ceſſantque quando legitimatio fit per matrimonium contractum in mortis articulo non citatis, neque conſentientibus ſubſtitutis, nec etiam Principis autoritate interuenięte, & ita hanc rationem euitabat Ruin. conſil. 211. numero nono, verſic. Sed cum reuerentia, libro primo.

Secundò reſponderi poteſt, concedendum eſſe Alexandro de Imola, ac alijs qui illum ſequuntur, Ex hoc tantum quòd extet ſubſtitutus fraudem non præſumi, ſed vbi etiam aliud concurrit, ſcilicet legitimationem per ſubſequens matrimonium fuiſſe factam per conſtitutum in mortis articulo, tunc in fraudem ſubſtituti præſumi, dict. l. filiæ meæ emancipatæ, iſtoque caſu Angelum non loqui: vbi autem legitimatio facta alio tempore fuerit, tunc enim cum fraudis ceſſet præſumptio, illam communem opinionem, quòd legitimatus ſubſtitutum excludat ſibi locum vendicare, vt idem Carol. Ruin. conſil. 163. num. ſeptimo, lib. tertio, conſiderabat.

Secundò Doctores mouentur, nam dolus, vel fraus in dubio nõ præſumitur quando quis
51 de rebus ſuis † lege permittente diſponit, quãuis ex hoc alteri præiudicium, vel damnum inferatur, vt ſcribit Carol. Ruin. conſilio 213. In quęſtione propoſita, numero decimo, verſic. Nec in dubio, libro primo, Franciſcus Beccius in pulcherrimo eius conſilio quinquageſimoſecundo, Cum ſimulatio, numero vigeſimo quinto, quod probatur ex l. fluminum, §. fin. cum ibi not. per gloſſ. & alios, ff. de damn. infect. nam vt ibi dicitur, cuilibet licet ędificare, & in ſuo opus facere quamuis ex hoc damnum vicino inferatur, quod verum eſt ſecundum gloſſ. niſi illud factum ſit ad ęmulationem vici-
52 ni, † & vt illi principaliter prędicetur, in dubioque dicit etiam gloſſ. pręſumi opus fieri vt ſibi quis proſit, non autem vt principaliter alteri noceat, argumen. l. meritò, ff. pro ſocio. & tradit Io. Cephal. conſil. centeſimo trigeſimo,

Videbatur prima conſideratione, numero ſecundo, libro primo. Vnde cum in propoſito matrimonium contrahens in mortis articulo, animæ ac liberis principaliter conſulere intendat licet in ſubſtituti præiudicium emergat, nõ propterea dolus, vel fraus argui poteſt, cum quælibet cauſa à dolo excuſet, dolique præſumptionem † ceſſare faciat, l. igitur, §. poteſt, de liberal. cauſ.

53

Fortificatur hæc ratio, nam cum exiſtente in mortis articulo periculum mortis immineat, non præſumitur quòd illo tunc in præiudicium animæ ſuæ delinquere voluerit, quamuis enim ſemper omnique tempore quis religionem erga Deum habere debeat, & memor eſſe ſalutis æternæ, illo tamen tempore quo in mortis articulo verſatur multo magis hoc debet exequi, cum poſtea † non ſit locus pœnitentiæ, ſecundum Bartol. in l. prima, C. de ſacroſan. eccleſ. in repet. & in figurat. caſus, circa tertiã columnã, proinde in propoſito ceſſat fraudis præſumptio, ex quo præſumi poteſt, quòd ex alia iuſta cauſa matrimonium fuerit contractum, l. igitur, de liberal. cauſ. Et ſic debet potius præſumi, quòd ſibi ſuisque prodeſſe voluerit, & quidem principaliter, quam ſubſtituto nocere, licetque illi præiudicetur, tamen quia hoc in conſequentiam actus permiſſi † contingit, iſtud in conſideratione non eſt, l. rogaſti, & l. ſi quis nec cauſam, in princ. ff. ſi cert. pet. & l. prima, in princ. de author. tut.

54

55

Quamuis fundamentum iſtud firmum, atque admodum ſtabile videatur, poſſet tamen fortaſsè debilitari conſiderando legitimationem hanc ex virtute matrimonij abſolutè pendere, vt eſt text. apertus, in dicto capit. tanta, cumque potuerit in recta valetudine illud contrahere, & non contraxerit vſque ad interitum mortiſque articulum differendo, non ſolum dicitur in legem commiſiſſe cuius quidem benignitate eius beneficio, nec priuatus remanet, cum matrimonium † teneat, quemadmodum Cyn. Bald. Angel. & alij in dicta l. nuper, C. de natural. liber. & Ioann. Andr. ac Anton. de Butr. in præallegat. capit. tanta, concludunt, rurſus Ioann. Andr. in capit. ſine culpa, columna tertia, de regul. iur. in Mercurial. Bald. dicto conſil. 319. Matrimonium in articulo mortis, in princip. libro quarto, eſtque communis opinio, vt Ioann. de Imol. teſtatur in dicta l. ſi quis poſthumos, in princip. de liber. & poſthum. ibidemque Alexand. numero quarto, & Iaſon. numero quarto, & ſexto, & decimo, Socin. ſen. in dicta l. ſed eſt quæſitum, numero ſecundo, verſic. Quartò limita, cum adductis per Didacum Toletan. in ſecunda part. præalleg. capit. octauo, numero decimo, verſic. Nonò prædictam limitationem, Sed dicitur etiam dictum legis beneficium deſpexiſſe, perdurando vſque ad extremum vitæ in concubinatu, & propterea quamuis quo ad filiorum legitimationem, & conſcientiæ exonerationem matrimonium efficax ſit, grauatoque in hoc, liberisque eius profit, non videtur tamen, vt profit, quo ad ſubſtituti excluſionem, vtque fideicommiſſum euertatur, quinimo eius intuitu fraudem continere præſumendum, eſt cum nõ omnis moriens videatur S. Ioannes Euangeliſta, vt ſæpè legitur, dictoque in articulo mortis exiſtenti, & matrimonium contrahenti quo ad præiudicium excluſionemque ſubſtituti, non ab re obijciendum ſit, ipſeque dicere valeat quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui, in concubinatu turpiter perdurando ac marceſcendo.

56

57

Sicut in ſimili dicimus † de iuramenti abſolutione, vt non profit cum quis nimium ſe arctauit ad illam obtinendam propè terminum ſolutionis, vt perinde ſit, ac ſi poſt terminum ſolutionis obtẽta fuiſſet, quemadmodum poſt Ioann. Andr. Anton. de Butr. & Abb. in cap. debitores, de iureiuran. tradit Aſflict. deciſ. trigeſimaprima, Epiſcopus Nucerinus, poſt princ. verſ. In contrarium dicebatur, vbi de eodem Abbate alibi meminit.

Ex prædictis conſtat diſputando vtranque opinionem ſuſtineri poſſe, Ego tamen ab hac poſteriori tanquam magis communi, & verio-

58

ri † iudicando, & conſulendo recedendum nõ fore exiſtimo, cum Baldo Iuriſconſul. grauiſſimo ſentiendo, qui vltra per eum magiſtraliter tradita in præallegat. conſilio 319. dum alibi in dicta l. nuper, in princip. hanc difficultatem tetigit, breuiter quæſtionem in hoc ſtare dixit, ſi tenet matrimonium iſti ſunt legitimati, aliàs non, Sed quia (vt dicebam) ex communi opinione matrimonium tenet, merito ex eo legitimati, & ad ſuccedendum ſubſtitutumque excludendum habiles redduntur, dicto cap. tanta, & ratio ſecundum Cyn. eſt, in dicta l. nuper, quia licet ſpes non ſubſit ſobolis procreandæ propter accidens, tamen illud non attenditur, ſed natura: Cynumque referendo ſequitur Alexand. de Imol. in dicta l. ſi quis poſthumos, num. 4.

Nec obſtat text. in d. l. filiæ meæ emancipatæ, & in dict. cap. ſecundo, de renunc. nam illi actus principaliter fiebant ratione eius ſolius rei cuius relinquendæ, vel acquirendæ cauſa fraus cogitata præſumitur.

Prædicta communis opinio ſine ſcrupulo, ac omninò liberè procederet ſi matrimonium

59

eſſet contractum in mortis articulo † vigore precedentis promiſſionis, tunc enim fortius legitimatus ſubſtitutum excluderet, vt poſt Ioa. Cephal. dicto conſilio 239. Subſtitutionis verba

ba ſunt hæc, numero decimoſeptimo, verſic. Nec obſtat, libro ſecundo tradit Franciſc. Mantic. in d. tract. de coniect. vltim. volun. lib. vndecimo, tit. 13. num. 6. verſ. Illud autem non recipit dubitationem. Pro quo facit, nam licet confeſſio dotis non valeat veluti facta in fraudem creditorum, valet tamen ceſſatque fraudis præſumptio, quando promiſſio dotis† confeſſionem præceſſit, Paul. de Caſtr. in l. prima, num. octauo, verſ. Quartus eſt, ſolut. matrim. cum multis adductis per Socin. ibi, nume. 95. uerſ. Octauò & ultimò, & colum. penult. uerſic. Hanc tamen concluſionem, Anton. Rub. conſ. 78. Præſupponitur, colum. fin. poſt medium, Afflict. deciſ. 402. Agitur, num. decimo, Aym. Crauett. conſ. 40. Proponitur, nu. primo, Fran. Becc. conſ. 52. Cum ſimulatio, nume. decimo, uerſ. Secunda coniectura eſt, ubi Ioannem Cephal. in præcitato conſilio allegat, numero 18. in fine.

Secundò dicta concluſio magis procederet
61 in duobus † caſib. ſuper quibus conſuluit Hieronym. Gabriel. d. conſ. 24. Puto filios legitimos, num. tertio, verſ. Quod puto eſſe indubitatum.

Limitatur Primò eadem principalis concluſio, ſi ex alijs coniecturis† de fraude appareret,
62 Alexan. in d. l. ſi quis poſthumos, ante num. 5. verſ. Poſſet tamen limitatio Angeli, argum. d. cap. ſecundo, de renunc. in ſexto, dicens quòd hoc omnes ſequuntur, & quod ſolum fideicõmiſſum ſiue ſubſtituti exiſtentia non ſufficit ad fraudis ſuſpicionem inducendam, hocque ſenſiſſe videtur gloſſ. in Authent. niſi rogati, C. ad Trebellian. Dec. in dicto cap. in præſentia, numero 60. in fine, & infr. de probat. Socin. in l. ſed eſt quæſitum, num. ſecundo, verſ. Quartò limita, de liber. & poſthum. Carol. Ruin. conſ. 77. Viſo ac perlecto teſtamento, numero octauo, libro tertio, Curt. iun. conſil. uigeſimoſexto, Hieronymus, numero nono. Hieronym. Gabriel. dicto conſil. vigeſimoquarto, Puto filios legitimos, numero ſecundo, Franciſ. Mantic. in dicto tract. de coniect. vltim. volunt. libro vndecimo, tit. tertiodecimo, ſub numero quinto, & octauo. Et Alexander, Ruinus, Mantica, ac alij communiter, exemplificant ſi grauatus, & moribundus minatus eſſet ſe ſubſtitutũ excluſurum.

Secundò limitatur, quando exiſtens in mortis articulo, ita propè mortem eſſet, quòd con-
63 ſenſus † deficeret, conſenſu enim deficiente nõ videtur quòd matrimonium contrahi poſſit, & ſic quòd filij legitimi ſint, vt in cap. tuæ, de ſpõſal. & concludunt inſignis Doctor D. Anton. de Roſell. in tractat. de legitim. in primo libell. cap. ſecundo, Iacob. de Zocchis, & Cardinal. in dicto cap. tanta, & poſt hos Socin. ſen. in d. l. ſed eſt quæſitum, ſub num. quarto, verſ. Quam concluſionem, ad aliam limitationem inferens, vt per eum.

Tertiò indagandum eſt, an ſi vir nobilis aut in dignitate exiſtens, eam quæ vilis ſit, & abiectæ conditionis vxorem duxerit, adeo quòd inſpectis bonis moribus ciuitatis indecens eſſet cum huiuſmodi muliere matrimonium inire, liberi antea ex ea ſuſcepti legitimentur ſubſtitutumque excludant? Et in hac tertia difficultate duæ ſunt Scribentium opiniones, Prima
64 eſt, filios legitimos † non effici, nec excludere ſubſtitutum, gloſſ. in §. ſit igitur, in verb. Permittimus, Authent. quib. mod. natural. effic. legitim. Angel. in §. ſed & aliud, eodem titulo, Bald. conſil. 206. Caſus talis eſt, quidam A. colum. ſecunda, ante numerum ſecundum, verſic. Dicit Bartolus, libro tertio, Iaſon. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, numero 107. verſ. Sextò nota, de liber. & poſthum. Bologn. in Authent. habita, num. 61. C. ne fil. pro patr. Paul. de Montepico in l. Titia cum teſtamento, §. Titia cum nuberet, num. 52. ff. de legat. ſecundo, Hieronym. Cagnol. in l. ſi qua illuſtris, numero quinto, C. ad S. C. Orfic. Ioan. Lopez. in rep. c. per veſtras, §. ſeptimo, colum. ſecunda, numero ſeptimo, & octauo, verſic. Imo fortius, extr. de donat. inter vir. & vxor. Silueſt. Aldobrandin. in §. fin. numero vndecimo, Inſtit. de nupt. & conſulendo eandem opinionem vltra Baldum tenuerunt, Curt. iun. conſil. 136. Quidam vaſallus, numero nono, verſi. Secundò principaliter moueor, vbi dicit eſſe communem concluſionẽ Carol. Ruin. conſil. 211. Prima videtur conſideratione dicendum, numero quinto, verſ. Et primò, & numero ſexto, verſic. Sed ſuſtinendo dictum Angeli, libro primo, conſil. 66. Perlectis, & diligenter conſideratis, numero vigeſimoquarto, & vigeſimoſexto, libro tertio, conſ. 92. De duobus principaliter, num. 16. in fin. verſic. Et dato quòd iſta opinio, eodem volum. referens Angelum in dicto §. ſed & aliud, affirmãtem ita vidiſſe de facto ſeruari, idque valde ponderandum eſſe: & conſil. 51. Circa caſum de quo quæritur, numero vigeſimoprimo, libro quinto, Socin. iun. conſil. 52. Memini, numero ſecundo, & tertio, libro primo, dicens iſtam opinionem communem eſſe, nec contradictorem habere, & propterea nefas eſſe ab ea iudicando recedere: & in principio eiuſdem reſponſi aſſerens, ita etiam conſuluiſſe Dominum Bartholomæum Socinum eius patruum, ſeque illud conſilium nomine dicti ſenioris Socini, tunc impediti ſubſcripſiſſe, ubi ad idem citat Cardinal. Alexandrin. in dicto capit. tanta, in ſextadecima quæſtio. verſic. Aduerte ad hoc, & conſilio duodecimo, Quoniam in præſenti difficultate, numero primo, quarto, & ſexto,

libro quarto, vbi etiam meminit de dicto conſilio eius patrui non impreſſo, incip. In præſenti conſultatione ex puncto confusè narrato, in prima quæſtione, opinionemque iſtam communiter à noſtris Doctoribus receptam eſſe teſtatur Ioan. Cephal. conſil. 82. Hæreditas duplex eſt, numero vndecimo, verſic. Et conſidero, libr. primo, conſilio 86. Magnificus Comes Ioan. Baptiſta, numero vigeſimoſexto, verſic. Hoc patet, libro ſecundo, & conſ. 276. Magnificus Dominus Iacobus, numero decimonono, verſic. Vel ſaltem filius, eodem uolum. idem ſequuti ſunt Martin. Laudenſ. in tract. de legitim. numero 158. Gerard. de Petraſancta ſing. 60. Legitimatio non pendet, numero ſecundo, uerſic. Sequitur Angelus, Bartholom. Veronenſ. cautel. 247. Debes ſcire, quòd ſi quis habet concubinam, uerſ. Sed audi, allegat Baldũ, in cap. illud, in fin. ult. colum. extr. de præſump. Auguſtin. Bero. conſ. 167. Diligenter conſideratis, num. 9. lib. 2.

Et ad id dicendum mouentur Primò, ſiquidem inutilium nuptiarum dupliciter ratio de-
65 ducitur, aut peregrinitate, † aut uitæ generisque diſſimili conditione: Ciuibus enim Romanis interdictum erat cum peregrinis, ideſt extraneis connubium, niſi illi ius connubij impetraſſent, Cicero in Topicis, Si mulier fuiſſet nupta cum eo cui non connubij ius eſſet, nuncium remiſit, quoniam qui nati ſunt patrem non ſequuntur, pro liberis manere nihil oportet: ubi Boetius, Filij non iure ſuſcepti in patrum non erant poteſtate, ſed matres potius ſequebantur: Non autem omnibus erat cõnubium cum Romanis, nec erant nuptiæ iure contractæ, quæ non aut inter ciuem Romanum, ciuemque Romanam inibantur, aut cui Princeps populusuè ciuitatem, uel connubium permiſiſſet, eo ſcilicet modo ut in poteſtatem parentum liberi redigerentur: idem apud Athenienſes obſeruatum fuit, quorum de hoc legem recitat Demoſthenes in oratione κατὰ νικίας, dummodo ea ſit Demoſthenis, Si peregrinus ciuem Athenienſem, quauis ex cauſa, aut prætextu duxerit, accuſato eo apud theſmotetas de populo qui uolet, & cui per leges licet, olli peractum reum cum omnibus ſuis bonis publicanto. Horum tertiam partem accuſatori danto. Si peregrina ciui nupſerit idem ius eſto. Ciuem qui illam duxerit mille drachmis multanto. Si quis autem ciui Athenienſi, peregrinam tanquam ſibi conſanguineam nuptui dederit, infamia notanto, bonaque publicanto, horum tertia pars accuſatoris eſto. Quam legem ab Athenienſibus acceptam retulerunt Romani in ſuas tabulas, eamque ſedulo, & magna cura ſeruauerunt ne barbari, & peregrini homines in ſuorum ciuium infunderentur genus. Legem tamen lenitudine pœnæ mitigarunt, quæ apud hos non vltra progreditur, quàm vt ne tale matrimonium iuſtum ſit & procreati ex eo liberi pro iuſtis ne habeantur.

Gentis autem diuerſitate, quoniam Duode-
66 cim Tabul. lege plebeis † cum patribus nulla fuit connubij ſocietas, ne ſi miſcerentur colluuio gentium perturbationem auſpiciorum publicorum priuatorumque afferret, nihil ſynceri eſſet, nihil incontaminati: & eo diſcrimine ſublato, nec ſe quiſquam noſſet, nec ſuos. quam enim aliam vim connubia promiſcua habere niſi vt ferarum propè ritu vulgentur concubitus plebis patrumque? vt qui natus ſit ignoret cuius ſanguinis, quorum ſacrorum ſit, dimidius patrum ſit, dimidius plebis, nec ſecum quidem ipſe concors. Sunt verba Conſulum apud Titum Liuium, libro quarto, quibus nitebantur ad aduertendam Canulei Tribuni rogationem de connubio patrum, & plebis iungendo.

Eam etiam ipſe addit cauſam, quòd nemo plebeius auſpicia haberet, ideo decemuiros connubium diremiſſe ne incerta prole auſpicia turbarẽtur, quæ auſpicia peragebantur à Coſſ. omnes autem patricij generis poterant eſſe conſules. Huius veteris Romanorum inſtituti meminere Ioann. Coraſ. libro Miſcellan. tertio, capit. quarto, incip. Sacramentum matrimonij, ſub numerum octauum, verſic. Quibus & illud quod ſcribit Boetius, Franciſcus Connanus Commentariorum iuris ciuil. libro octauo cap. ſexto, de inutil. nupt. numero ſecundo, columna tertia, & Iacobus Menochius, conſilio decimooctauo, Propoſita iuris conſultatio, columna ſecunda, in princip. numero quarto, libro primo, Hincque Coraſius aſſerebat, quòd tametſi dici ſoleat ad excuſationem facinoris duorum in coitu deprehẽſorum ſufficere quòd matrimonium antea ſe contraxiſſe dicant, ſte-
67 turque ipſorum † aſſertioni matrimoniumque præſumatur, gloſſ. in l. penultima, C. de fideiuſſ. cæterique paſſim ſequuntur, illud tamen intelligi debet modo perſonarum concurrat æqualitas, vt quia vterque nobilis vterque iuuenis conditioneque ambo pares ſint, alioqui eorum aſſertioni non ſtaretur, Bald. in l. prima, ante numerum primum, verſic. In textu ibi, C. de colluſ. deteg. cum adductis per Hippol. de Marſil. ſing. vigeſimoſecundo, Confeſſio offenſi, circ. princip. verſic. Pro quibus facit etiam, & de æqualitate in matrimonijs obſeruanda plura ſcribunt Alexand. conſilio 209. Ponderatis his, numero primo, & ſecundo, atque infr. libro ſexto, vbi hoc ſingulariter declarat, Stephan. Bertrand. conſilio 161. Circa proceſſum, numero 29. libro tertio, necnon Iaſon. in l. ſi diuortio, numero 9. cum ſeq. ff. de

verb.

68 verb.oblig. Quod etiam in amicitia † attendendum eſt, nam diſpares mores diſparia ſtudia ſequuntur, quorum diſſimilitudo (vt inquit Cicero) amicitiam diſſoluit: proinde Terentius in Heautont. ſcribit, Ita vt filium meum amico atque æquali ſuo, Video inſeruire, & ſocium eſſe in negocijs, Nos quoque ſenes eſt æquum ſenibus obſequi. Quinimò lege Iulia lata ab Auguſto Cæſare (vt Menochius refert) de maritandis ordinibus conſtitutum fuit, ne Senator Senatorisve filius nepos & pronepos libertinam duceret: nec cuius pater materve artem ludicram faceret, vt in l. lege Iulia, ff. de rit. nup. Cũque dubium eſſet quæ vitæ conditio mulierem impediret ne viro patritio, & nobili iungeretur matrimonio, humilem & abiectam eſſe ancillã, libertam, ſcenicam, tabernariam, lenam, earũque filias, aut eam quæ mercimonijs publicè præfuit, in l. humilem, C. de inceſt. nupt. Valen. & Marcian. Impp. ſanxerũt: Quas ſanè legis xij. tabul. Cæſarumque conſtitutiones ea ratione editas credere oportet, quòd indecorum eſſet virum patricium atque nobilem indecenti hoc connubio atque cõſortio vileſcere, liberosque plebeiorum ſanguine cõinquinatos inſolenti quadam mixtura procreare.

Huic rationi ex vetuſtis moribus deſumptę, contrarium ſuſtinendo reſponderi poteſt, verbis Conſulum non obſtantibus ipſisque adhuc
69 repugnantibus, perlatam rogationem † fuiſſe, quòd connubia tenerent, patrisque ſolius conditionem ſequerentur liberi, & per eum aut plebeis aſcriberentur ſi plebeius eſſet, aut patritijs ſi fuiſſet ipſe patricius: ſic vt ſociaretur eorum ſanguis, certi tamen liberi eſſent, certa cuique gentilitas, quam de patre accepiſſet, non etiam à matre quę nullam generi ſuo autoritatem nullum nomen præberet. Sic Canulei rogatione vulgata, vt patrum cum plebeis matrimonia tenerent M. Genutio Augurino, P. Curiatio Philone Conſulibus anno ab Vrbe condita trecenteſimo decimo, quod Liuius ipſe refert; manſit tamen vt libertinorum, & ingenuorum diſcrimen eſſet, neque eorum matrimonia miſcerentur, licet poſtea lege Papia cautum fuerit omnibus ingenuis præter Senatores eorumque liberos, libertinam vxorem habere licere; Nec legem hanc Cæſar Auguſtus de maritandis ordinibus abrogauit, cum in d. l. lege Iulia, ſolũ proſpexerit, ne Senator Senatorisque filius, nepos & pronepos, libertinam ducere poſſent, quæ ſanè exceptio, vt Iacobus Menochius conſiderat, in cæteris quemadmodum dici aſſolet regulam confirmat.

Secundò hanc opinionem comprobare nõnihil videtur text. in l. Imperialis, §. fin. C. de nupt. ubi ſi patricius à Cæſare impetrata prius licentia in uxorem illam duxiſſet, quæ iam artem ludicram & ſcenicam exercuiſſet, ſed tamẽ reſipuiſſet, confectis dotalibus inſtrumentis, filios legitimos ex eo connubio effici patrique ſuccedere; ergo à ſenſu contrario deſumpto argumento, ſi licentia ab Imperatore impetrata non fuiſſet filij inde nati legitimi non efficiebantur.

Conſtitutionem Imperialem prædictam Iacobus Menochius euitare ex eo conabatur, q in uiris patricijs ſeu Senatoribus loquatur, quibus turpiſſimum erat cum uili & abiecta mulie re matrimonium contrahere, cum ipſi à Princi-
70 pe loco patrum † aſciti fuerint, §. ſed ex conſtitutione, Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt, ſolu. hodieque iure Cæſareo nouiſſimo dictę legi derogatum uideatur, cum omnes abſolutè poſſint uiles abiectasque mulieres ducere, §. ſi quis autem, in auth. ut liberti de cętero; Quod apertius iure Pontificio ſancitum eſt. Sed ulterius dici poteſt, in dicto textu de ſcenicis tractari, qui nõ
71 minus † infames erant quàm uiles, ut Vlpianus lib. 6. ad edictum ſcripſit, in l. 2. in fin. ff. de ijs qui not. infam. Ait prætor qui in ſcenam prodierit infamis eſt; & infra, Eos enim qui quæſtus cauſa in certamina deſcendunt, & omnes propter pręmium in ſcenam prodeuntes, famoſos eſſe Pegaſos & Nerua filius reſponderunt; Cum enim ſcenicorum cõuerſatio penitus inhoneſta mulieribus habita fuerit, abſurdum videretur mulieres in ſcenam prodeũtes infamia carere; quam ſcenicarum inhoneſtatem Imperator in eadem conſtitutione ſæpe repetendo execratur; Vnde Auguſtinus lib. 2. de Ciuitate Dei, docet artem omnem ſcenicam probroſam Romæ fuiſſe. atque etiam omnes ſcenicos Cenſoria nota tribu moueri ſolitos, idque ex iuris ciuilis compẽdio, quod Romæ in Vaticano eſt, ſermone Græco compoſito; Gulielm. Budæus in annot. ad Pande&. in l. Athletas, d. tit. declarabat; cumque ex Modeſtino lib. ſingulari de ritu nupt. ſemper in coniunctionibus non ſolum quod liceat conſiderari oporteat, ſed quid honeſtum ſit, nimirũ ſi Senatoris filia, neptis, proneptisve libertino, vel ei qui artem ludicram exercuit, cuiusve pater materve id fecerit, nupſerit, nuptiæ non erant; E conuerſo etiam lege Iulia prohibebatur Senator libertinam ducere eamve quæ ipſa eiusve pater materve artem ludicram feciſſet, cuius verba hæc ſunt apud Paulum lib. 1. ad l. Iuliam Papiam, Qui Senator eſt quive filius neposve ex filio proneposve ex eius filio natus, cuius eorum eſt, erit ne quis eorum ſponſum, vxoremve ſciens dolo malo habeto libertinam, aut eam quæ ipſa cuiusve pater materve artem ludicram facit, fecerit, necve Senatoris filia neptisve ex filio, proneptisve ex nepote, ex filio nato, nata; libertino eive qui ipſe, cuiusve pater materve artem ludicram facit,

fecerit,

ſecerit, ſponſa nuptave ſciens dolo eſto; neve quis eorum dolo malo ſciens ſpõſam vxoremve eam habeto. Difficillimum nanque in eo vi-
72 tæ genere † habebatur caſtitatem conſeruare intactam, vt Franciſc. Connan. d.lib.8. Commentar.iuris ciuil.cap.6. ante num.5. aduertit, dum rationem Imperialis conſtitutionis attingere nititur. Prædicta ergo in Senatore,& ſceni ca muliere tradita,non paſſim ad alias viles mu lieres cuiuscunque vilitatis macula notentur, nec ad alios omnes viros in quacunque dignitate exiſtentes referenda erunt.

Tertiò facit text.in §.ſed & aliud, in authen. quib.mod.natural.effic.legitim. in quo Angeli opinio potiſſimum fundatur, vbi videntur ita demum ex ſubſequuto coniugio filij effici legitimi,ſi filiorum mater eo connubio digna fuit, quemadmodum ex illis verbis,Neque dignam eam exiſtimauit legitimo quodã nomine, quæ etiam ſemetipſam iniuriaucrat. vbi Ang.ſic inquit, Nota,licet quis ducat in vxorem concubi nam, tamen filijante nati non legitimantur ſi talis mulier matrimonio nõ erat digna, vt quia mulier viliſſimæ conditionis,vel meretrix erat.

73 Hunc textum † Scribentes varijs modis interpretantur, eique diuerſas applicare reſponſiones conantur,ſed nõnullorum friuolis omiſſis imaginationibus,Primò ex intentione Ema nuelis Coſtæ in d.l.Gallus,§.& quid ſi tantum, num.103. verſic. Ergo ita conſtituendum eſt, reſponderi poteſt: is enim Nicolai de Vbaldis opinionem ſequutus, matrimonium verum à præſumpto diſtinguit, cumque verum contrahitur matrimonium etiam cum meretrice,filij iam ex illis nati,modo conſtet ex ijs natos eſſe, legitimi efficiuntur;cũ verò de præſumpto matrimonio agitur, tũc filios ex vili inhoneſtaque muliere progenitos factos eſſe legitimos,etiam ſi pater teſtamento filios appellaucrit, nec adic cerit naturales,non præſumitur; ita hoc caſuſſo qui textum in d.§. ſed & aliud, & text. in §. ad hoc,in auth.vt lic.matr.& auiæ,Emanuel intelligit,poſt Bart.conſ.120. Verutius Corradutij, num. 3. verſic. Vnde ſi talis mulier, licet enim (vt apertius loquar)per auth.ſi quis liberos,C.
74 de natural.liber.filius naturalis ſimpliciter † in teſtamẽto paterno filius nominatus, legitimus ſucceſſor efficiatur,admittendum eſt,ſi ex ea natus ſit muliere cum qua matrimonium eſſe poſſit, illud tamen intelligitur ſi honeſtè & ſecundum dignitatem ſuam poſſit,iuxta gloſ. not. in l.nepos Proculo,ff.de verb.ſign.l.filius,ff.de cõdit.inſtit.& cum Bartolo tranſeunt, Bald.in d. auth.ſi quis,verſic.In textu ibi,& in l.2.num.3. verſic. Diligenter tamen conſidera,C.quib.res iudic.non noc.Oldrad.conſil.196. Factum tale eſt,quidam nobilis,num.1.verſic.Ad iſtam rationem,laſ.in l.neque profeſſio, num.4. verſic. Limita tamen,C. de teſtam. Petr. Gerard.not. 60. Legitimatio non pendet,in princ.Oſaſc.deciſ.154.D.Ludouicus Nicellis,ante nu. 2. idẽque conſuluiſſe Franciſcum Tigrini de Piſis, Angelum de Ameria,& Hugonẽ Peloni de Perufio refert Ang.in d.§.ſed & aliud.

Cum tamen hæc Emanuelis diſtinctio dicti textus inductionem non tollat,vt ex ſe ſatis cõſtat,loquitur enim prȩcitatus celeberrimus Doctor multum obſcurè ac conciſe, ideo Secundo loco ex mente Iacobi Menochij reſpondetur, textum in d.§.ſed & aliud, loqui cum pater recuſat ducere in vxorem illam inhoneſtã,& quæ torum violauit, & ob id non poteſt ex eo matrimonio filios legitimos reddere, & ſi hoc maximè cuperet, atque ita lex relinquit in poteſtate patris,quòd illam ducat vel non ducat,id quod his verbis ipſe Emanuel Coſta in d.§.& quid ſi tantum,num.104.eruditè ſenſit: Denique (inquit)Iuſtinianus in d.§.ſed & aliud, non negauit filios ſequenti matrimonio potuiſſe fieri legitimos, ſi pater voluiſſet vxorem ducere concubinam,quæ circa torum deliquerat, ſed magis patrem excuſauit qui matrimonium eius mulieris iuſta ex cauſa recuſauit, ad auxilium reſcripti decurrendo: qui ſanè ſenſus ex Menochio ſuadetur per illa verba,Neque dignam eſſe exiſtimauit,quod quidem verbum exiſtima-
75 uit, † voluntatem liberam ſignificat, idemque importat, quòd iudicare,ſtatuere,vel decernere, vt apud Ciceronem in Oratione 4. in Verrem, Certiſſimum accipite argumentum quo facilius de ſingulari eius impudentia exiſtimare poſſitis.

Tertiò Hieronymus Gabrielius conſ.21.Sebaſtianus ciuis Senogallienſis, num.5.& 6. dictam proximo loco intelligentiam expreſſe cõprobans conſiderabat, modum legitimãdi per
76 ſubſequens matrimonium † à iure ciuili explicitè ſatis ac dilucide traditum fuiſſe in l. cum quis,in l.nuper,C.de natural.liber. in §.dubitatum,auth.de inceſt.nupt.quibus quidem Conſtitutionibus tria tantum requiruntur, quæ ipſe eleganter ibi proſequitur, vt veriſimile non ſit,Imperatorem fuiſſe prætermiſſurum, oportere ne mulier vilis eſſet neve inhoneſtæ vitæ, ſi hoc præterea ad legitimationem filiorum antè natorum eſſet neceſſarium: Hoc ipſum fecit in auth.quib.mod.natural.effic.ſui, vbi in vnũ redegit omnem tractatum legitimationum ac naturalium liberorum, omniaque ante ſancita repetijt, dumque modum legitimandi tradidit per ſubſequens matrimonium in §. ſi quis igitur dotalia, hoc de quo quærimus non requiri euidens ibi eſt: nec requiſitum hoc infra in §.illud tamen,aſcripſit, ſed vtrobique legitimandi facultatem ſi pater velit,non ademit, quod indubitatum videtur.

Vlti-

77 Vltimò non abre erit † dicere, in dicto text. nullam legis neceſſitatem conſiderari poſſe, ſed voluntatis ac exiſtimationis ſimplex impedimentum; cum enim mulier peccato non careret, & circa torum deliquiſſet, ac propterea viro iniuriam intuliſſet, quod ex illis verbis deducitur, Quæ etiam ſemetipſam iniuriauerat, ſufficit enim hoc tantum dicere, nõ mirum ſi exulcerato viri animo, ſuo connubio indignam exiſtimauit; ſi quis autem mulieris delictum ad animum non reuocaſſet, non prohibet lex connubium, nec ex illo textu matrimonij interdictio aliqua colligi poteſt.

78 Altera ergo ſuperiori † contraria eſt opinio, quòd imo ex matrimonio per nobilem virum, aut in dignitate conſtitutum cum vili & abiecta muliere contractum filij legitimentur, ſubſtitutumque excludant, quã approbarunt Angel. ſibi contrarius, in §. quia verò, auth. vt lic. matr. & auiæ, Io. Andr. in d. c. tanta, colum. 2. in princ. verſ. Vbi etiam inuenies, qui fil. ſint legitim. quem Anton. de Butr. alijque ſequuntur, Socin. ſen. in d. l. ſed eſt quæſitum, col. 2. in 3. limit. verſic. Quæ opinio mihi non placet, ff. de liber. & poſthum. Franciſc. Rip. in l. ſi vnquam, q. 23. num. 55. C. de reuoc. donat. dicens de iure canonico natos ex quacunque muliere cum qua pater tempore conceptionis potuiſſet nuptias contrahere, per ſubſequẽs matrimonium legitimari, ſecũdum Goffred. in ſumm. de filijs presbyt. col. pen. & Bald. in addit. ad Specu. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. §. 1. verſic. Naturalis filius, & in l. Paulus, col. 1. verſic. Sed Io. Andreas dicit, ff. de ſtat. homin. ac in c. 1. §. naturales, col. 3. verſic. Tu dic contra, ſi de feud. fuer. cõtrouerſ. inter domin. & agnat. vaſall. Eandem quoque opinionem ſequuntur, Io. Lopez in d. rep. cap. per veſtras, in 3. not. §. 20. ſub num. 17. verſ. Ex his etiam reſultat, quòd non bene dixerit Angelus, extra de donat. inter vir. & vx. ac in l. 1. nu. 32. Tauri, Emanuel Coſta in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, in 2. par. in verb. Qui deinde aquæ & ignis interdictionem pateretur, d. tit. de liber. & poſthum. idem conſulendo tenent, Paul. de Caſtr. conſ. 429. Præſuppoſito quòd iſte pater, colum. 2. in princ. verſic. Secundò dicit Bar. lib. 2. dicens de iure canonico ſolum inſpici an ſubſiſtat impedimentum canonicum vel non, cum ſit matrimonium ſacramentum, & ius canonicum in matrimonijs præualere, vt non dedigne tur ius ciuile hodie ſacros canones imitari, vt per eum, laſ. conſ. 234. Pro parte negatiua, colum. 2. verſ. Sed præmiſſis non obſtantibus, lib. 2. iſtam opinionem veram eſſe dubio procul ex vtroque iure canonico & ciuili, ibi affirmans, col. 3. verſic. Ego vt dixi, & inferius, verſic. Tenendo iſtam partem, Dec. conſ. 155. Et diligenter & pro tenui, col. 1. poſt princ. verſic. Et de iure canonico, ac infra, verſic. Et iſtam concluſionem, dicens hanc opinionem ſaltem de iure canonico poſſe procedere, Laurent. Siluan. conſil. 3. Quo ad primum dubium, num. 43. vbi in verſic. Præterea videtur, opinionem cõtrariam Baldi aliorumque Doctorum à conſuetudine receptam nõ videri teſtatur, cum videamus indies contrahi matrimonia inter nobiles & viles perſonas, & tamẽ ſobolem ante huiuſmodi matrimonia ſuſceptam legitimari, & ſolum conſideraſſe Deum optimum Maximum an conſenſus interueniret in matrimonio, non autem an eſſet vir & vxor æqualis conditionis, Hierony. Gabriel. conſ. 21. Sebaſtianus ciuis Senogalliẽſis, col. 2. num. 5. & 6. verſ. Sed puto ego patere, Iacob. Menoch. conſ. 18. Propoſita iuris conſultatio, per totum cõſil. lib. 1. Nicol. de Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. col. 18. in 6. ſpecie filiorum, nu. 47. verſ. Tamen ſatis durum, Ludouic. de Sard. in tract. de legitim. in 2. par. Andreas Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 5. ſub num. 6. verſic. Eſt verum, Gabriel. Palçott. in tract. de nothis ſpurijsque filijs, c. 12. num. 7. Io. Brunell. in tract. de ſponſalib. & matrim. concl. 2. num. 36. Phanucius in tract. de lucro dot. in gloſ. Per mortem, numero 32. Petr. Duen. in reg. 350. Filius naturalis, ſub num. 8. Nicol. Boer. q. 240. num. 16. verſic. Sed hæc cõmunis opinio, Gulielm. Caſſad. deciſ. vnic. nu. 6. tit. de ſponſalib. vbi communem opinionem eſſe dicit, Didac. Toletan. in epitom. 2. par. §. 8. num. 9. verſic. Octauò principaliter, And. Tiraquell. in tract. de nobilit. cap. 15. nu. 23. & cap. 20. num. 173. Franciſc. Mantic. in tract. de conject. vltim. vol. lib. 11. tit. 12. ſub num. 9. verſic. Sed contrariam ſententiam, Alexand. Trentacinq. in tract. ſubſtit. in 4. par. cap. 7. ante num. 46. verſ. Ex prædictis apparet, fol. 149. Ioſeph. Ludouic. commun. concl. lib. 1. concl. 26. in 6. ampl. de veriori & magis communi opinione atteſtans, quam ſequutus fuit Senatus Pedemont. vt per Oſaſc. d. deciſ. 154. Dominus Nicolaus Nicellis, col. 3. num. 5. & infra, ſaltem iure canonico attẽto, vt per eum, nouiſſimeque per eundem Senatum, vt apud Antonin. Teſſaur. deciſ. 83. Inſtrumenta dotalia, num. 2. verſ. Amplia hãc iuris canonici, fol. 77. & Simon de Pretis in tract. de interpr. vltim. vol. lib. 3. dubit. 3. fol. 3. ante num. 7. verſ. Quia tamen omnis ſolemnitas, fol. 316.

Probatur prędicta concluſio, Primo per tex. in §. fin. auth. de trient. & ſemiſſ. vbi dicitur, natos filios ex ancilla deinde in vxorem ducta, cõfectis dotalibus inſtrumẽtis legitimos effici, patrique abinteſtato ſuccedere: Sed ancilla † inter
79 humiles mulieres cõnumeratur, in l. humilem, C. de inceſt. nupt. Humiles verò (inquit) abiectasque perſonas eas tantummodo perſonas eſſe

eſſe cenſemus, ancillam, ancillę filiam, libertam libertæ filiam, ſcenicam ſcenicæque filiam, tabernariam tabernariæ filiam, tabernarij vel lenonis, aut arenarij filiam, aut eam quæ mercimonijs præfuit, ideoque huiuſmodi inhibuiſſe nuptias Senatoribus harum fœminarum quas modo enumerauimus æquum eſt; ergo legitimum inter nobilem & ignobilem eſt connubiũ, & per conſequens legitimi efficiuntur filij iam ex illis progeniti ſucceſſoresque patri exiſtunt.

Contrariam autem opinionem ſuſtinendo, 80 hic text. facillimè euitari poteſt, † cum verum ſit ancillam in ſeruili ſtatu conſideratam humilem & abiectam cenſeri, d.l. humilem, ſed ſi extra ſeruilem conditionem poſitam ipſam inſpexerimus vilitate carebit, quæ huiuſmodi legitimationem impedire multi aſſerunt; adeo quòd textus iſte potius retorqueatur quam hoc aſſumptum probet, nam ita demum pater ante progenitos ex ancilla filios legitimos efficit, ſi libertate honorauerit & ancillam, & natos, quinimò Imperator hoc non ſufficere vult, ſed ius eis aureorum anulorum petere debet, ſed quo-
81 niam anulorum vſus beneficio principali † tributus imaginem ingenuitatis non ſtatum præſtat, l. 2. C. de iur. aureor. anul. regenerationis etiam ius per natalium reſtitutionem à Principe poſtulabit, tunc enim antiquis natalibus reſtituti liberti, ingenui Imperiali conſtituuntur beneficio, vt ibidem ſcribitur, & alibi lib. 1. Inſtit. Martianus annotauit, Interdum (inquit) & ſerui nati ex poſt facto iuris interuẽtu ingenui fiunt, vt ecce ſi libertinus à Principe natalibus ſuis reſtitutus fuerit, Illis enim vtique natalib. reſtituitur, in quibus initio omnes homines fuerunt, non in quibus ipſe naſcitur cum ſeruus natus eſſet, hic enim in quantum ad totum ius pertinet, perinde habetur atque ſi ingenuus natus eſſet, nec patronus eius poteſt ad ſucceſſionem eius venire, ideoque Imperatores non facile ſolent quemquam natalibus reſtituere, niſi conſentiente patrono; omni igitur macula vilitatis deterſa, quæ in totum per natalium reſtitutionem, iusque aureorum anulorum abluitur ex Modeſtini ſententia lib. 7. regularum, Libertinus, ait, qui natalibus reſtitutus eſt, perinde habetur atque ſi ingenuus natus medio tempore maculam ſeruitutis non ſuſtinuiſſet, nimirum ſi conſumatis nuptijs, documentisque nuptialibus conſcriptis, ante nati filij efficiuntur legitimi, cum (vt dixi) nullum reſtitutionis ius illud relinquebat priſtinæ ſeruitutis veſtigium, ſed reſtitutos non in numerum ciuium inſere-
82 bat modo, verum etiam Quiritibus † aſcribebat, vt eſſe poſſent omnium honorum, & munerum participes; itaque ius Quiritum appellatur à Plinio lib. epiſtol. 10. ad Traianum, Item rogo indulgeas ius Quiritũ L. Satrio Abaſcanto, & P. Cæſio Phoſphoro, & Panchariæ Soteridi, quod à te volentibus patronis peto: Hùc reſpexit text. de quo loquimur, dum inquit, Et inter ingenuos ſecũdũ iuſtos reduxerit modos.

Secundò, per alium text. in §. ſi quis autem, auth. vt liberti de cætero, cuius ſanè Conſtitutionis verba hæc ſunt: Si quis autem libertam ducere voluerit, aut legitimam facere cõiugem cuiuslibet dignatio exiſtens, nuptialia cõficiat documenta (hanc enim ſolam poſt manumiſſionem obſeruationem adijcimus) & ſint etiã præcedentes filij ſicut & qui poſt dotalia nati ſunt liberi & ingenui, & ſui, & patris ſucceſſores; & à poſtulatione anulorum aureorum, & priſtinum natalium libertati, nullamque penitus habentes differentiam ad cætera ingenuorum matrimonia.

83 Hic textus † ſi rectè ponderetur, licet videatur prima fronte clarus & apertus ad prædictã opinionem probandam, non tamen negocium facit, neque vrgere videtur: Iuſtinianus enim Antonini Pij Imperatoris exẽplo, ſicut ius Romanæ ciuitatis omne in commune ſubiectis donauit, quod prius ab vnoquoque ſubiectorum petebatur, atque etiam Theodoſij iunioris imitatione, qui etiam filiorum ius petitum prius in commune dedit ſubiectis, ita ipſe regenerationis, & aureorum anulorum ius vnicuique petẽtium datum omnibus ſimiliter ſubiectis ex illa lege donauit, reſtituendo naturæ ingenuitati dignos non ſingulares de cætero, ſed omnes dẽinceps qui libertatem à dominis meruiſſent: hocque ex illo Imperiali ſtudio inductum fuit, quo libertates ſubſiſtere atque valere, & in ſua flore re & augeri republica: cuius quidem cauſæ deſiderio & in Libya & in Heſperia pro ſubiectorum inquam libertate multa bella ſuſceperat, & eo magis cum ius iſtud regenerationis damni ac ſcrupuloſitatis occaſionem præberet; Voluit igitur matris libertatem nuptialeque documentum ſobolem liberam & ingenuam patri ſuccedentem demonſtrare, in filijs inquam ſpecialem libertatem fieri, & ſimul cum matre manumitti, vel ante eam fortè libertatem accipere non requirendo; Quod enim (inquit) maius vtique oſtenſurus eſt pater libertatis filiorum indicium quàm vxorem oſtendere liberamque ſimul & legitimam nuptialium documentorum conſcriptione? ſolam igitur manumiſſionem loco omnium potendorum iurium ſubrogari voluit, ad ingenuitatem plenè reſtituendam & donandam cenſuit, vt deterſa ex hoc obſcuritate ac caligine ſeruitutis & vilitatis (vt ad tex. in d. §. ſed & aliud dicebam) nõ eſt quòd in iſto alio textu fundamentum aliquod facere valeamus, tunc enim (licet antea ancilla) non in ſeruitute amplius non in vilitate, quæ connubio ipſam reddebat indignam, ſed in libertate ingenuita-

teque

teque conſpicietur, cuiuſlibet dignitatis viro honeſtè copulanda; quemadmodum igitur qui ſunt à ſcorpijs icti ſolent ab ijſdem remedium petere, ſic nos non aliunde quàm ex eodem cõtextu veram reſponſionem congruè eliciamus.

Tertiò allegatur, cum maior ſit vis legitimationis factæ per ſubſequens matrimonium quã ex reſcripto, cum illa à natura, iſta ab arte, natura ſatis inferiore proueniat, illaque ex ſubſequẽti matrimonio vera ac propria ſit legitimatio; atqui ex reſcripto poteſt legitimari natus ex turpi vilique perſona, vt ex illa quæ torum violauit, & meretricata eſt, §. ſit igitur licentia, d. authen. quib. mod. natural. effic. legitim. ergo etiã poterit huiuſmodi ſoboles ex ſubſecuto matrimonio legitima effici.

Cæterum hæc ratio debilis eſt, & parũ ſtrin-
84 git, nam ideo Princeps † ſuo reſcripto ibi filios illius quæ torum violauit efficit legitimos, cum pater derelicta ea quã ex lege honeſteque vxorem ducere non debebat ad principalem clemẽtiam recurrens, paternumque erga liberos ſtudium proponens, principis affectum pro honeſtate exercenda, ſupplicãtisque dignitate & honore conſeruando excitauit, eſt ſiquidem Impe-
85 rator † caſtitatis & honeſtatis amator, §. & nos non latuit, ac §. illud, d. tit. quod à patre non immeritò factum fuit, cum Princeps adeundus ſit
86 ex maxima æquitate, deficiente † iure, l. & ideo, ff. de legib. Bald. in l. ſi frater, num. 2. verſ. Credo quòd in hoc caſu Auguſti remedium, C. qui teſtam. fac. poſſ. ille ergo caſus non eſt trahẽdus ad hoſce terminos diuerſam lõge rationem habentes, ſicut admittendum non eſt de minori ad maius argumentum, cum prædictæ legitimationes diuerſos ac ſeparatos limites habeant, Princepsque (vt ex Gabrielio dicebam) lege ipſa inferior non ſit, animata nanque lex eſt, vt in auth. de Conſulibus; quodcũque ergo Impera-
87 tor per epiſtolam † conſtituit, vel cognoſcens decreuit, vel edicto prçcepit, legem eſſe conſtat, §. ſed & quod Principi, Inſtit. de iur. natural. gent. & ciuil. Hocque à minori argumentũ non procedit quando id quod minus videtur, eſt in veritate maius eo reſpectu quo ius illi plus ex
88 cauſa † reſiſtit, ſecundum gloſ. in clem. ſi. ſuper verb. Videbatur, de reb. eccleſ. non alien. tuncque vlterius procedit, quando minus ſub maiori cõtinetur aliàs ſecus, vt poſt alios per Nicol. Euerard. in eius centur. in loco à minori, ſeu à fortiori qui eſt, 65. verſ. Et idem eſt de mente Hoſtienſ. fol. 99. iuxta Bononienſem impreſſ.

Apparet itaque vtranque opinionem diſpu-
89 tando defenſari poſſe, ſed ego † ab hac poſteriori iudicando & conſulendo nõ recederem, quã tutiorem, veriorem, ac crebriorem eſſe exiſtimo, & præſertim iure canonico inſpecto, quod
90 in cauſis matrimonij ſequendum † eſt etiam de iure ciuili, c. pen. & fin. de ſecund. nupt. Bald. in c. ex tranſmiſſa, col. 1. de reſtit. ſpol. Abb. in c. ecclesia S. Mariæ, col. 6. vbi cæteri Scriben. de conſtit. Adeo quòd canones de matrimonio iudicãtes non ſolum prævalent quo ad ordines cleri-
91 cales, ſed etiam † quo ad ſucceſſiones & legitimationes quæ ſunt ſequelæ matrimonij, Bal. in l. Paulus, num. 3. vbi dicit Cynum ſomniaſſe in Parnaſſo, ff. de ſtat. homin. & tradit Oſaſc. d. de ciſ. 154. D. Ludouicus Nicellis, vbi alios citat & in ſuperioribus dicebam; Probatur hæc opinio Primò ex generalitate text. in d. c. tanta, qui fil. ſint legitim. nam matrimonij vis tãta eſt, vt qui antea illegitimi nati ſunt, poſt matrimonium ſubſequutum legitimentur, per quem text. ita ſentit Abb. in c. innotuit, num. 17. verſ. Et quãquam, extr. de elect. cum enim ad ſubſtantiam matrimonij aliæ ſolennitates non requirantur
92 † præterquam conſenſus, vt not. Abb. in c. cum locum, per illum text. de ſponſal. gloſ. fin. in c. ex publico, de conuerſ. coniugat. cap. matrimonium, 27. q. 2. cum alijs allegatis per Dec. in l. nuptias, in prin. ff. de reg. iur. non erit habenda ratio qualitatis perſonarum an ſcilicet æqualis conditionis eſſent vir & mulier ita vt ſecũdum bonos mores matrimonium inter eos conſiſtere potuerit, ſed eorum ſolus conſenſus erit ſpectandus; quinimò inter opera charitatis non il-
93 lud minimum eſſe cenſetur ſi nobilis vir † mulierem vilem, & vitæ turpitudine infamẽm corpusque ſuum proſtituentem vxorem ducat, c. inter opera, de ſponſal. c. non eſt culpãdus, 32. q. 1. & c. integritas, cad. q. gloſ. in c. non omnis, 32. q. 2. idemque legitur in cap. dixit Sarra, 32.
94 q. 4. & quòd cum ancilla † teneat matrimoniũ, eſt text. in c. recurrat, 32. q. 4. & expreſſius probatur in c. propoſuit, & c. fi. de coniug. ſeru. vbi vir liber ſciens mulierem eſſe ſeruam, ſi illam in vxorẽ ducere promiſerit, vtique tenetur vt ibi, cum alijs adductis per Iaſ. d. conſ. 234. Pro parte negatiua, col. 2. & fin. lib. 2.

Secundò, nam ſi Angeli opinio requirentis honeſtatem concubinę in matrimonio ad filiorum legitimationẽ vera eſſet, certè nulli vel pauci in huiuſmodi terminis per ſubſequens matrimonium legitimarentur, nam eo ipſo quòd mulier extra figuram matrimonij cum viro rem haber, inhoneſtè viuere agereque dicitur, ita vt acceſſus ad alterius concubinam impunitus rema-
95 neat, cum tales concubinæ viles † in iure reputentur, l. ſi vxor, ff. de adulter. Ang. in §. conſideremus, col. 3. in fin. auth. de triente & ſemiſſ. Matthefilan. not. 100. Nota quòd concubina, ſi ergo inhoneſtæ ac viles tales mulieres ipſo iure exiſtimantur, inquirendum non erit, an potuerint nuptiæ cum his honeſtè contrahi, aliàs enim inanis ac ſuperflua diſpoſitio redderetur, quòd per ſubſequens matrimonium cum con-

cubinæ

cubinæ filij legitimentur, & ita ex hac ratione potiſſimum Oſaſcus cum hac opinione pertran ſibat.

Et ita tenendo non obſtat ſi quis obijceret textum in d. §. 1. auth. vt lic. matri & auiæ, ille enim tex. loquitur de legitimatione quæ fit per patris nominationem, per quam lex præſumit, quòd vir cum muliere matrimonium contraxe rit, & conſequenter quòd ex eo legitimatus ſit filius; quæ quidem præſumptio ceſſat quando mulier inhoneſtam vitam duceret, & vir cum ea honeſtatis ſtimulo matrimonium contrahe re non poſſet, tunc enim præſumitur quis velle quod honeſtè fieri poteſt, l. filiusfamilias, ff. de teſtam. Sed in propoſita quęſtione hæc prę ſumptio per veritatem matrimonij ſubſecuti cõſun
96 ditur, veritas nanque† præſumptionem vincit, c. fin. de prę ſumpt. l. cum ſeruus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. c. ſuper hoc, de renunc.

Hæcque opinio quemadmodũ veritatis auxilio lumineque ac communiori applauſu fulcitur, ſic conſuetudinis certitudine roboratur; cum videamus indies alijque viderint inter nobiles vilesque perſonas matrimonia iniri atq. contrahi, & ſobolem antea ex ipſis ſuſceptam ob vim matrimonij legitimari, vt de huiuſmodi
97 conſuetudine teſtatur† clariſſimus Iuriſconſ. Laurent. Siluan. d. conſ. 3. Quo ad primum du bium, num. 43. verſic. Præterea videtur, quem referendo ſequitur Oſaſc. d. deciſ. 154. col. fin. nu. 12. verſ. Quare vt plurimum videmus: quo fit vt quæ ſemel certam interpretationem ha-
98 buerunt de facili immutari† non debeant, l. mi nimè, ff. de legib. l. fin. C. de iniur. cum adductis per Oſaſcum ibi, egregiè ſatis loquentem.

Quartò videndum eſt, nũquid ad eſſentiam huiuſmodi legitimationis per ſubſequens ma-
99 trimonium, opus ſit, quòd filij† ex concubina domi retenta in ſchemate concubinę ab vxorio parum diſtante progeniti ſint, & vt filij ex ſubſequenti matrimonio legitimẽtur ſucceſſores- que fiant id requiri inſpecto ciuili iure videtur ex tex. in §. tribus, & §. ſi quis autem defunctus, auth. quib. mod. natural. effic. ſui, & in §. conſideremus, auth. de trient. & ſemiſſ. §. fi. Inſtit. de nupt. & §. quib. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. idemque comprobarunt, Bart. in l. fi. ad fi. verſ. Hi ergo filij, ff. de concubin. Oldrad. conſ. 196. Factum tale eſt quidam nobilis, Ang. conſ. 29. Ex themate tria eliciũtur dubia, in 2. & 3. dub. Anton. de Roſell. in tract. de legitim. lib. 1. cap. de cauſ. material. legitim. num. 45. Aret. in d. §. fin. colum. 1. verſic. Tertiò requiritur, de nupt. Curt. iun. conſ. 136. Quidam vaſallus, nu. 9. ver ſic. Secundò principaliter moueor, vbi commu nem eſſe dicit, Hieronym. Gabriel. conſ. 21. Se baſtianus ciuis Senogallienſis, num. 2. in fin. & is de communi atteſtans de iure ciuili, licet con trarium ibi teneat, Io. Cephal. conſ. 82. Hæredi tas duplex eſt, num. 23. lib. 1. allegant Specul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. verſ. Et nota tria, qui in alijs terminis loquitur.

Adeo enim ſchema concubinæ proximum, & affine eſt ſchemati vxoris, vt lex proteſtatio-
100 nem† requirat, quòd ſit concubina, vbi inge nua in concubinatu habetur, l. in concubinatu, ff. de concub. l. in liberæ, ff. de rit. nupt. alibiq. di citur, concubinam ab vxore ſola dignitate præ ſtare, l. itẽ legato, §. parui, ff. de leg. 3. hinc Virg.

Sequiturque nefas Aegyptia conux.

nam concubina erat hęc & tamen coniugem vo cat ob ſimilitudinem, poetarum more qui finitimis vocabulis abutuntur; non mirũ ſi ius ciui le hoſce natos ex concubina per ſubſequẽs ma trimonium vti legitimos admiſit, ex illa nãque cohabitatione vnius concubinæ domi retentæ maior quædam ſobolis certitudo oriri cẽſetur, & amor quidam erga ſobolem, cõcubinamque ipſam vxoris effigiem præferentem, qui quidem amor vetuſta illa inſcriptione Romæ ad forum Iudæorum parieti cuiuſdam domus affixa detegitur.

P. CLODIVS. A. ET. CLODIAE. L. BROMIVS. EBORARIVS
CVRIATIA. AMMIA. CONCVBINA. MEL. AMANTISSIMA
HILARO. P. ET. CVRIATIAE. DELICIAE
P. CLODIVS. P. ET. CVRIATIAE. L. P. CLODIVS. P. ET. CVRIATIAE. L.
RVFIO. ANTEROS
P. CLODI. P. L. HERACLIDA. SVAVIS. CVRIATIAE. L

Atque alio etiam marmore qui Aliſſis,

C. PVRELLIVS. PAPIA. AVG
ET. QVAESTOR. AVG. ALLIFIIS. SIBI
ET. C. ATTILIO. NATALI. AVG. ET
Q. AVG. ALLIFIS. ET. ATTILIAE
LARINAE. CONCVBINAE. ET
C. ATTILIO. QVARTIONI. AMICO
H. M. H. N. S.

Sed

Digitized by Google

101 Sed canonico iure† inſpecto Bartoli aliorũque prędcitatorum opinio non recipitur, cum nati ex ſoluto ſolutaque extra domum nõ in ſchemate concubinæ retenta, per ſubſequens matrimonium legitimi efficiantur, & ita concludunt, gloſſ. in verb. coniugata, Ioan. Andr. Anton. de Butr. Io. de Imol. Compoſtell. & Abb. num. 17. dicens eſſe text. expreſſum in c. innotuit, extra de elect. gloſſ. in cap. qualis, 30. q. 5. Goffred. in ſumm. tit. de fil. presbyt. col. pen. verſic. Quid ſi quis natus ſit, Bald. in l. eam quam, numer. 24. verſic. Conſidera tamen, C. de fideicom. & in addit. ad Specul. d. titul. de ſucceſſ. ab inteſt. in princ. verſic. Naturalis filius, Ang. in §. vltra ſiquidẽ, auth. quib. mod. natural. effic. ſui, Abb. in cap. tanta, num. 14. vbi Præpoſit. num. 6. & in cap. per venerabilem, num. 31. Didacus Couarr. in epitom. de ſponſalib. in 2. part. cap. 8. §. 4. num. 2. & 3. Gulielm. Mayner. in l. quoties, idem ſermo, num. 12. de reg. iur. Silueſter Aldobrandin. in d. §. fin. num. 11. Inſtit. de nupt. Franciſcus Rip. in l. ſi vnquam, num. 55. verſic. Sed de iure canonico, C. de reuoc. donat. Nicol. de Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in 1. par. num. 44. & 45. dicens omnes ferè Canoniſtas ita tenere in d. cap. tanta, & in d. cap. innotuit, Ioan. Brunell. in tract. de ſponſal. concl. 2. num. 27. rurſus Bald. conſ. 206. Caſus talis eſt quidam A. num. 6. lib. 3. Iaſ. conſil. 51. Circa primum, colum. 2. verſic. Quantum ad Deum, & verſic. Stat ergo, lib. 3. Dec. conſil. 155. Et diligenter, colum. 1. verſic. Et in terminis, dicens eſſe communem opinionem canonicam ab eaque non recedendum, Aym. Crauett. conſilio 166. Licet plurimi, num. 8. verſic. Sed ad iſtud, Andr. Alciat. conſ. 52. num. 1. lib. 9. Petr. Duen. in reg. 350. Filius naturalis, num. 11. Antonius Gabriel. de legitim. num. 50. lib. 6. de dicta communi atteſtans, vt ſcribit etiam Viuius opin. 315. Filij naturales, num. 9. verſic. Et hinc eſt, Franciſcus Mantic. in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 12. num. 6. Alexand. Trentacinq. in tract. de ſubſtit. part. 4. cap. 7. num. 46. verſic. Quintò principalis concluſio, fol. 149. nec omiſerim Andr. Tiraquell. in tract. de nobilit. cap. 15. num. 23. verſic. Et id quidem ex quocũque coitu nati ſint, fol. 106. Celſ. Hug. conſ. 73. Titius mihi præſupponitur, num. 14. verſic. Cum autem hodie, Port. conſ. 21. Nobilis quidam, num. 16. lib. 1. Natt. conſ. 623. In præſenti controuerſia, num. 5. 6. & infra, lib. 3. Franciſc. Burſat. conſ. 98. Quia quanto diffuſe, num. 20. verſic. Quod procedit etiam, lib. 1. Auguſtin. Bero. conſil. 165. In cauſa ſpurietatis, numero 6. 9. & 33. vbi communem opinionem eſſe aſſerit, lib. 2.

Pro hac opinione viget tex. in d. c. tanta, vbi ad hoc, vt filius ex ſubſequenti matrimonio legitimetur, non ſe fundat ſuper concubinatu, ſed indiſtinctè propter potentiam matrimonij legitimat ante genitos, nec ad concubinatum
102 debemus attendere, cum expreſſe de iure† canonico prohibeatur, c. nemo, 32. q. 4. & idcirco eccleſiaſticum crimẽ exiſtimari ſolet, Goffred. Anton. de Butr. Cardinal. Io. de Imol. & Abb. in rubr. de adulter. idem Abb. in c. cum ſit, nu. 25. verſ. Item poteſt comprehendi, de for. compet. in c. per venerabilem, nu. 31. Qui fil. ſint legitim. in c. cum veniſſent, num. etiam 31. de inſtit. & poſt Federic. de Senis tradit Portius d. conſ. 21. Nobilis quidam, num. 17. aliàs ex contraria opinione ſequeretur, quòd magis faueretur peccato diutino & continuo, quam momentaneo, quod non eſt dicendum, vt in cap. fin. de conſuet. cap. cum haberet, de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adulter. & c. cum eccleſia,
103 de ſimon. cum ſimil. & Imperator† tanquam caſtitatis amator in his ſpiritualibus vult ſequi canonum diſpoſitionem, vt in auth. de eccleſiaſtic. titul. coll. 9. Et licet de iure ciuili concu-
104 binatus videatur impunibilis, non tamen† eſt honeſtus, nec concubina honeſta dicatur, l. ſi vxor, in princ. ff. de adulter. l. ſtuprum, & ibi Raph. Fulgoſ. ff. de rit. nupt. per quem legem dicebat Bald. quòd nunquam in concubinatu boni mores ſunt, quem refert Celſ. Hugo d. conſilio 73. Titius mihi præſupponitur, numero 4. in fin.

Prædictamque concluſionem cõi conſuetu-
105 dine ſiue loquendi vſu † comprobatam eſſe dicit Abb. in d. c. per venerabilem, ſuper gloſ. in verb. Naturalibus, & ſequuntur Aym. d. conſilio 166. Licet plurimi, colum. 3. ante numerũ nonũ, & Didac. in 2. part. cap. 8. §. 4. ante numerum 3.

Quintò breuiter inſiſtendum eſt, nunquid vulgo concepti ex ſubſequenti matrimonio legitimentur, ſuper quo veritas eſt, vt matrimo-
106 nium ſubſequens vulgo conceptos † nequaquam legitimet, cum pater incertus ſit, iuxta l. vulgo concepti, ff. de ſtat. hominum, ita concludunt, Bald. in l. eam quam, num. 24. C. de fideicom. & in l. ſi qua illuſtris, numero tertio, C. ad Orfic. Gulielm. Mayner. in d. l. quoties idem ſermo, numero decimoſexto, ff. de reg. iur. Nicol. de Peruſ. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in 1. part. numero 48. verſic. Quod verum intelligerem, Iaſ. conſilio 234. Pro parte negatiua, in fin. verſic. Et ſic ille text. libro ſecundo, Didacus Couarr. in epitom. de ſponſal. & matrim. 2. part. cap. 8. §. 2. numero nono, qui ſic textum in §. ſed aliud, auth. quibus mod. natural. effic. legitim. intelligendum eſſe aſſeruit, verſic. Textus tamen, Carolus Ruin. conſilio 103. Viſis legitimationibus, ſub numer. 16. colum. 10. circa med. verſic. Et propterea, libro tertio, Andreas

Alciat.conſil.ſecundo,num. 11. libro ſecundo, Ioan.Cephal.conſil. 48. In cauſa quæ vertitur, numero vigeſimoſecundo,lib.1.Petr. Duen.in reg.350. Filius naturalis,in 4. limit.Franciſcus Mantic. in tract.de coniect.vltim.vol.libro vndecimo,tit.12.numero decimo,verſic. Illud vero,Alexan.Trentacinq. in d.tract. ſubſtit.in 4. part.cap.7.num.47.verſic.Sextò & vltimo,Auguſtin.Bero.conſilio 180. An pupillus, numero 25.lib.2.

Hancque opinionem non ſolum de iure ciui
107 li procedere,ſed etiam de iure † canonico tenet expreſſe Ludouic.de Sardis in tract. de natural.liberis, in cap. de legitim. per verum matrim.q.7.num.21.

Et propterea ſubſtitutum non excludunt e-
108 tiam † ſi legitimati fuiſſent, vt ſcripſere Alberic. de Roſate in l.generaliter,§.cum autem,numero quinto,C. de inſtit. & ſubſtit. & Andreas Alciat. in rubr. numero 46. verſic. Sanè quod ſupra dixi, ff. de liber. & poſthum. & in l. Gallus,§.ſi eius,numero trigeſimonono,verſic. Vltimò ponit.

Dictaque concluſio in tantum vera eſt, vt iſtis vulgo quæſitis non proſit ad efficaciam legitimationis per ſubſequens matrimonium pa
109 rentum† certioratio filios eſſe ſuos ex tali muliere affirmantium, vt per Alciat. in d.rubr.numero 46.Carol.Ruin.conſ.103. Viſis legitimationibus, num. 16.lib.3. Quicquid in legitimato ex reſcripto Principis in contrarium præſupponere videatur,verſic.Iſtud tamen,quod quidem in hac ex matrimonio legitimatione contingere non poteſt. Et quòd certioratio non proſit ad præiudicium ſubſtituti, ſed ſolum ad prꝫiudicium parentum ſatis liquet:nam quo ad
110 ſubſtitutum fraudis commentum† non ceſſaret,l.fideicommiſſum, hoc tit.patrisque confeſſio aut tractatus, quemadmodum dicit Alciatus alteri obeſſe non debet, cum lex (vt dicebam) vulgi filios & incerto patre natos præſumat, ventre aliter non cuſtodito,d.l.vulgo, & l. tertia, C. ſol.matrim. l. cum legitimæ, d. tit. de ſtat. homin.

Sextò inquirendum eſt, an filij per ſequens matrimonium clandeſtinè contractum legitimentur?concludẽdumque eſt filios ita demum legitimos effici ſi matrimonium in eccleſiæ fa-
111 cie † contrahatur, ſecus ſi clandeſtinum fuerit,cap.cum inhibitio,§.ſi quis vero, de cland. deſponſ.cap.ex tenore,qui fil.ſint legitim.& ibi tradunt Doct. Matth. de Afflict. in cap.1.§.naturales,in 5.not.nu.32.tit.ſi de feud. fuer.controuerſ.inter domin.& agn. Socin.iun.conſ.31. Themate prædicto conſiderato, num.46.verſ. Poſſet etiam dici,lib.2.& conſ. 86. Diſputatur in præſenti conſultatione, num.46.& infra eodem vol.poſt Cardinal.in d.c.cum inhibitio,in fin.Petr. de Anchar. in 7. not.& Abb.in 3.not. Hoſtienſis,in ſumm. de clandeſt. deſponſ.in §. quam pœnam patiantur,verſic. Si quis vero in ſolo quarto,cum verſic.ſeq.Henric.Boich in d. cap.ex tenore,colum.2.verſi. Si contraxerunt, vbi Abb.in fin. latè Didac. Couarr. in epitom. de ſponſal. & matrim. in 2. part. cap. 6.tit. De his quæ matrimon. imped. num.12. verſic. Secundò ex eodem vitio, Ioan.Faber,in §.fin.colum.1.verſic.Caue tamen,Inſtit.de nupt.Guid. Pap.q.482. Vtrum legitimatus,num.3.Io. Cephal.conſ.82.Hæreditas duplex eſt, nu.24.lib. 1.conſ.276.Magnificus D. Iacobus Philippus, num.17.& 38.lib.2.& conſ.364. Pro magnifico D.Iacobo Trotto,num.42.lib.3. Auguſtin. Bero.q.107.Cum quæritur,in princ. & conſil. 180.An pupillus,num.19.verſ.Præterea natus, lib.2.Franciſc. Mantic.d. lib.11.cap.12.verſ. Illud etiam.

Quando autem matrimonium clandeſtinè
112 contractum † dicatur,apud Doctores controuerſum reperitur,nam ſecundum vnam opinionem matrimonium in facie eccleſiæ contrahi dicitur quando ſeruantur banna & ſolennitates de quibus in d.c.cum inhibitio, vt ibi gloſſ. voluit,ac etiam Hoſtienſ.& Ioan.de Imol.in d. cap.ex tenore,vbi etiam Ioan.And. dicens hoc eſſe verius, Anton. de Roſell. in tract. de legitim.fol.8.Cardinal.in d.cap. cum inhibitio, & in cap.quod nobis, columna 3.qui fil.ſint legitim. Vel ſecundum aliam opinionem,tunc in facie eccleſiæ matrimonium contrahi dicitur,
113 cum publicè fit † coram conſanguineis & amicis,nullo ſerioſe excluſo,attenta loci conſuetudine,vt dicit Ioan.Andr.in addit. ad Specul. in tit. de clandeſtin. deſponſ.in princ.& ante eum Oldrad.conſ.256.Clemens Epiſcopus, numero 4.& 5. concludens ſufficere ſolennem benedictionem in eccleſia, aliasque ſolennitates de quibus legitur in cap. aliter, in cap.nullus,in c. noſtrates,& ſequentibus,30.quæſt.5.Benedic. Capr.conſ.116. Et ſi prima facie videatur dicendum,num.7.verſ.Nec obſtat ſi dicatur, matrimonium dici contractum in facie eccleſiæ ſine requiſitis per d.cap.cum inhibitio,aſſerens, dummodo alia adſint ſecũdum opinionem Oldradi,& Ioannis Andreæ in locis præcitatis,Pariſ.conſilio 13.De pluribus,numero decimotertio, libro ſecundo, poſt Abb. & alios quos ibi refert,idem affirmans,& conſil. 57.Stante priori matrimonio, num. 28. libro quarto, & poſt Gemin.conſil. 27.Super dubijs,colum.fin.tradit Socin.iun.conſil.86. Diſputatur in præſenti conſultatione,numer. 56.vſque ad num.65. lib.2.Carol.Ruin.conſ. 128.Quamuis in facto, columna ſecunda, num. 5.lib.4. idem quoque ſibi eleganter voluit poſt Abb. Palud. Io.Lup. & Silueſter; Didac. Couarr.de ſponſal.& matrim.

trim. in 2. part. cap. 6. num. 10. verſic. Sed tota controuerſia, Gabr. Palçott. in tract. de noth. ſpurijsque filijs, cap. 9. ante num. 4. verſic. Ego autem, dicens receptiorem eſſe opinionem, citansque Dec. conſil. 153. In effectu quæritur, colum. 1. verſic. Dicitur enim natus in figura matrimonij, vbi multos Doctores ad hoc allegat, Ioan. Cephal. conſil. 421. Verè vt clariſſimi D D. Conſultores exordiuntur, numer. 56. libro 3.

Quicquid tamen præfati Doctores dixerint,
114 Carolus Ruin. † conſ. 14. Super quæſtione, colum. 3. num. 10. lib. 3. ſequutus fuit priorem opinionem, vt forma tradita in d. cap. cum inhibitio, ſit omnino ſeruanda, dicens non ſufficere, quòd matrimonium ſit contractum conuocatis amicis, nemineq. excluſo, prout obſeruant Lombardi, idemque concludunt Innoc. Hoſtienſ. Ioan. Andr. & D. Anton. in d. cap. ex tenore, ac etiam Cardin. in d. cap. quod nobis, Et quamuis Oldradus videatur in præallegato conſilio contrarium aſſerere, ac etiam Ioan. Andreas, ſubdit opinionem Innoc. eſſe veram quo ad effectum legitimationis filiorum, ſed quo ad alios effectus procedere opinionem Oldradi, vt per eum, cum quo videtur pertranſire licet implicitè Ioan. Cephal. conſil. 82. Hæreditas duplex eſt, numero 26. verſic. Sicque cum aſſertum matrimonium, libro primo, & d. conſilio 364. Pro magnifico D. Iacobo Trotto, numero 42. verſic. Quartò ſi non eſt probatum, libro 3.

Hodie autem Sacrum Tridentinum Concilium adeſt, veſtigijs Sacri Lateranenſis Conci-
115 lij † ſub Innocentio III. celebrati cap. 51. inhærens, ac præcipiẽs vt in poſterum antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus feſtiuis in Eccleſia inter miſſarum ſolennia publicè denuncietur inter quos matrimonium ſit contrahendum, quibus denunciationibus factis ſi nullum legitimum opponatur impedimẽtum, ad celebrationem matrimonij in facie eccleſiæ procedatur, vbi Parochus viro & mulieri interrogatis eorumque mutuo conſenſu intellecto, vel dicat: ego vos in matrimonium cõiungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, vel alijs vtatur verbis iuxta receptum vnius cuiusque prouinciæ ritum, vt in Decreto de reformatione matrimonij, cap. 1. ſeſſ. 24. & pro declaratione Concilij prædicti, vt concordetur cum ſecunda opinione Oldradi & Ioannis Andreæ, quæ receptior eſt, videndus eſt Ioannes Cephal. d. conſilio 421. numero 55. & infra libro tertio, vbi latè inſiſtit, & per decem fundamenta concludit, matrimonium ſine denunciationibus contractum non ſeruata diſpoſitione Sacri Concilij nullum inualidumque eſſe; ac etiam Petr. Nicol. Mozzius in tract. de contractibus, titul. de matrim. cap. de ſubſtantialibus, formalibus matrimonij numero decimoſeptimo, verſic. Sed hodie, & Iacobus Menoch. conſil. 199. Matrimonialis hæc controuerſia, numero 40. verſic. Secundò reſpondeo, vbi alios citat, lib. 2.

Nec omiſerim Ioannis Fabri opinionẽ procedere in contrahentibus clandeſtinum matri-
116 monium † in caſu de iure prohibito, ſcilicet ſi contrahentes ſic clam, ſibi in ſecundo, tertio, vel quarto gradu parentelæ attinerent, cum vſque ad hunc quartum gradum incluſiuè matrimonia prohibita ſint, d. cap. cum inhibitio, in princ. & cap. non debet, de conſanguinitate, & affinit. vt poſt Hoſtienſ. in capitulo primo, de clandeſtin. deſponſ. tradit Stephan. Bertrand. conſil. 210. Licet Honoratus Germani, in princip. libro primo, dicens ibi, numero ſecundo, ita loqui text. in eodem cap. cum inhibitio, §. ſi quis verò, & Bertrandum ſequebatur Franciſcus Mantic. in d. tract. de coniect. vltim. vol. libro vndecimo, tit. 12. ſub numero decimotertio, verſic. Sed aduertendum puto, Quod verum eſt etiam ſi aliud quodcunque legitimum impedimentum probaretur, ſecundum Innocentium Cardinal. & alios, relatos per Didac. Couarr. de ſponſal. & matrim. cap. ſexto, numero 12. Quamuis enim tex. in d. cap. cum inhibitio, in princ. pœnalis ſit, cum tamen fauore animæ conditus ac editus appareat, ampliandus eſt, ita Abb. in d. cap. ex tenore, poſt gloſſ. in capitulo ſciant cuncti, de elect. in 6. in verb. Alios, Ioannes Andreas, in capit. primo, de homicid. Vnde Didacus dicebat falſam eſſe Goffredi, & Vincentij opinionem, dicentium in dicto capitulo ex tenore, præfatum text. in dicto capitulo cum inhibitio, in princ. in alio impedimento quàm ibi expreſſo, locum non habere, vt per eum.

Septimò & vltimo, cum de nobili in dignitate poſito circa legitimatos per reſcriptum deſuper nonnulla dixerim, eadem materia nũc prætermiſſa, illud dubium declarare expedit, nunquid mortuo naturali filio poſſit legitimare quis ſibi nepotem per matrimonium cum eius auia contrahendum, & in hac quæſtione duæ ſunt Scribentium opiniones, Prima eſt, q̃ nepotes ex filio prædefuncto per ſubſequens matrimonium poſt ipſius filij mortem contra-
117 ctum † non legitimentur, & hunc tenuerunt Gulielm. de Cuneo in l. benignius, vbi Albericus de Roſat. numero tertio, verſic. Item quæritur, & Bald. numero quarto, verſic. Item incidenter, ff. de legib. Paul. de Caſtr. in l. 1. §. cæterum, num. ſecundo, verſic. Et eſt argumentum, ff. de acq. poſſ. & poſt Anton. de Butr. in d. cap. per venerabilem, colum. 20. qui fil. ſint legitim.

idem tenet Alexan. in l. Gallus, §. ſi eius, numero nono, verſic. Et iſta inducuntur ad quæſtionem, ff. de liberis & poſthumis, dicens concluſionem Gulielmi de Cuneo ſe non reperiſſe ab aliquo reprehenſam, Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, numero 121. verſic. Iſta concluſio Bartoli, ff. de vſucap. rurſus Caſtrenſis, in l. ſcire leges, numero tertio, verſi. Secundò dicit, d. tit. de legib.

Et pro hac parte Primò allegatur text. in l. qui libertinus, §. poſthumus, ff. de oper. libert. nam ſicut ibi, poſthumus liberti hæredes liberat mortuo patre à præſtatione operarum quoniam proficiſci liberatio à liberto debet, nec quiſquam poſt mortem liberari poteſt intelligi, non ſecus hic matrimonium ſubſequens nepotem ex filio præmortuo legitimare non poteſt cum legitimatio in filij non nepotis perſona radicetur, & ex legitimatione filij debeat nepotis legitimatio reſultare, quæ mortuo ac extincto filio fundamentum aliquod non habet.

Huic textui reſponderi poteſt, illud ibi non contingere, quòd extremum ceſſet, & ſic pro-
118 pter mortem patris, ſed quia ceſſat † in hæredibus ratio, quæ in patrono militabat, prætor enim introduxit, vt per duos filios, vel vnum quinquennem liberaretur libertus contemplatione ipſius, qui debuerat potius laborare in quærendis filio alimentis, l. necare videtur, ff. de liber. agnoſc. quàm in præſtando gratis patrono operas, arg. l. 1. ff. de bon. libert. l. 2. & ſequen. ff. de oper. libert. quæ quidem ratio ceſſat in mortuo.

Secundò inducitur text. in l. 1. §. cæterum, ff. de acq. poſſ. vbi Paulus Iuriſconſ. edixit per illum qui penitus intellectu caret nos acquirere non poſſe, ſecus ſi non penitus licet illum perfectum non habeat, & ſic inde apertè deducitur quòd inhabilitas medij per quod debet facere tranſitum de te per me non permittit fieri, vt ſic in propoſita inhabilitas filij impediat, ne legitimatio quæ in eius perſona concurreret per ſaltum ad nepotem extendatur.

Sed contrarium ſuſtinendo ex intẽtione Andreæ Alciati poteſt dici, quod ideo illud eſt in
119 illo † contextu, quia lex non fingit in poſſeſſione, l. in bello, §. factæ, ff. de captiu. & d. l. ſi is qui pro emptore, ſicut in legitimatione, d. cap. tanta, qui fil. ſint legitim. non mirũ ſi ibi denegatur tranſitus, hic ex vi matrimonij permittitur; Vlterius conſiderandum eſt in illo textu, intellectum eſſe fundamentum poſſidendi quo quidem cum furioſus omnino careat non mirũ ſi ſublata ſubſtantia ac fundamento reliquum corruit, adeo quòd poſſeſſio nullo modo obſecutum, & inhabilitatem medij apprehendi poteſt, ſed ſi omnino habilitas non recederet, quemadmodum in impubere qui licet non perfectè intelligat intellectu tamen penitus non caret, vtique ex eo quis poſſidere incipiet: Sed in caſu iſto legitimationis licet ſit extincta per mortem perſona filij tamen nepos ſuperſtes repreſentando patris perſonam dicitur aliquid de patre remanſiſſe, & ſic priſtinæ cauſæ reliquiæ adhuc perdurare videntur: adeo quòd ſi legitimatio fauore ſobolis ac poſteritatis introducta cenſetur, illa ratio quæ in filio erat non minus in progenitis ab eo militare debet, vt parum videatur dicta lex congruere, cum intellectus in furioſo adeo finiatur, quòd nullo modo alterius intellectus eſſe poſſit, quod non eſt in perſona nepotis, quæ ex ſanguine velut ex quodam ſeminio deſcendit, vimque repreſentatiuam originalemque retinet.

Altera igitur ſuperiori contraria eſt opinio; quòd imò nepos ex filio naturali prædefuncto
120 per † ſubſequens matrimonium ab auo cum eius concubina contractum legitimentur, quã tenuit Socin. ſen. in l. Gallus, §. ſi eius, columna 2. verſic. Sed aduerte, vbi idem comprobat Andreas Alciat. ſub num. 35. verſic. Et hanc partem, d. tit. de liber. & poſthum. & Alciatus ipſe in tract. de præſumpt. in princ. numero 10. verſic. Et ex hoc infero ad quæſtionem, vbi Ioan. Nicol. in addit. ſui præceptoris ſententiam confirmat.

Probatur Primò poſterior hæc opinio, nam quando filij per ſubſequens matrimonium le-
121 gitimantur, omnis coitus † licitus & matrimonialis à principio fingitur, prout habetur in d. cap. tanta, qui fil. ſint legitim. in matrimonio ergo ſuper quo lex fingit, datur habilitas extremorum, & ſic licet reſpectu filij non detur habilitas extremi à quo, tamen non debet nepotis legitimatio impediri, nec illa habilitas neceſſaria videtur, cum hoc in cõſequentiam matrimonij fingatur, vnde non curamus de habi-
122 litate † extremorum in conſequentiam dummodo adſint habilia principalia, l. penult. ff. de ſuis & legitim. & not. Bart. in l. fin. numero decimo, C. de ſentent. paſſis, & ſuper iſta ratione Socinus in dicto §. ſi eius, cogitandum relinquit.

Sed ſi rectè conſideretur, ratio hæc debilis eſt, extremum enim conſequutiuum, quod ipſe appellat, principale potius videtur, de eoque tantum principaliter agitur in d. cap. tanta, vt ex vi matrimonij antea geniti poſt contractum matrimonium legitimi habeantur, quæ quidem vis cum reſpectu filij efficaciter operetur in eumque dirigatur, dempto filio vti extremo principali non operatur in nepote, eſt enim quoddam medium directiuum, vt Baldus inquit in dicta l. benignius, numero quarto, amo-
123 tio ergo medij directiui † in finem eiusque inhabilitas impedit effectum extremi, arg. l. huic

ſcriptu-

ſcripturæ,ff.ad l.Aquil.& Bald. ſequitur Iaſ. in d.l.ſi is qui pro emptore,numer. 121. ad quod facit text.in l.bonorum, ff. rem rat. hab. & in l. veluti,ff.de bon.poſ.ac alius pulcherrimus tex. in l.ſi ille,C.de decur.lib.10.

Secundò ad hanc fundandam opinionem Andreas Alciatus Iuriſconſultus ſublimis ingenij ac eruditæ facundiæ,in d.l.Gallus,§. ſi eius, num.35.in dictoque tract.de præſump.in prin. nouum text.in hac materia allegabat, in l.filiũ, in 2.reſponſ.ff.de gradib. Si filio(Paulus lib.6. ad Plautium inquit)meo mortuo Titium adoptauero,videri eum defuncti fratrem fuiſſe Arrianus ait; certè attenta Doctorum ratione nõ poſſet hoc ſtare ex quo talis filius iam erat mortuus.

Hic text.inuentus à tam graui Doctore pul-
124 cherrimus eſt habendus,ſed iudicio meo† parum ſtringit ſi rectè ponderetur,ex eo enim frater mortui videtur Titius adoptatus, cum expreſſe id in adoptione actum fuiſſet, ſcilicet vt filio mortuo in fratrem adoptans cenſeretur, quamuis enim pater mortui adoptaſſet ſibi filium,tamen non minus mortuo filio ipſum adoptauerat,in eius inquam fratrem vt dicebam, & ſic non ablatiui caſus, ſed datiui verba ſunt: Quod deducitur ex tex.in l.antepen.ff. de adopt. vbi inquit Proculus,ſi is qui nepotem ex filio habet in loco nepotis aliquem ſic adoptauit vt tam iure legeque nepos ſuus eſſet, quàm ſi ex Lucio puta filio, & ex matrefamilias eius natus eſſet,putat mortuo auo iura conſanguinitatis inter nepotes futura eſſe,vt hæc duo iura inuicem non repugnent quemadmodum Accurſius exiſtimabat: & ſi ablatiui caſus eſſe verba illa diceremus,adhuc ex Proculi ſententia ſunt interpretanda, cumque hic ſit germanus dictæ legis ſenſus,alias omitto reſpõſiones quas poſſem afferre.

Patet ergo diſputando vtrãque opinionem defenſari poſſe, ſed ego à priori ſententia Gu-
125 lielmi † de Cuneo Baldi, & aliorum vti communi prout dictus Ioannes Nicolaus ad Alciatum de præſumptionibus atteſtatur,iudicando & conſulendo recedendum non fore arbitror, quam etiam ſequitur Ludouic. de Sard. in ſuo tract.de natural.lib.ac ſucceſſ.eorum, tit.de legitim.per ſubſeq.matrim.colum.5.num.19.verſic.Quintò quæritur,& mihi plurimum arridet, Moueor: nam iſtud legitimationis beneficium (vt Albericus inquit)cum quo omnes communiter concordare videntur, debet in nepotem progredi per filium qui erat in medio, ſed nũc hoc eſſe non poteſt, poſtquam mortuus eſt, l. Neratius,ff.de reg.iur. & non entium non ſunt partes,l.non omnis,ſi cert.pet. facitque text.in cap.ad diſſoluendum,in princ.extr.de deſponſ. impub. Petr.de Anchar.conſil.409. Viſo & diligenter inſpecto, colum.1.ergo legitimatio ad nepotem non extenditur,conſequentia probatur per text.not. in l. Diuo Marco, C.de quæſtionibus,& in l. tria prædia,ff.de ſeruit.ruſtic. præd. Hancque opinionem ſequitur etiam præclariſſimus ob eminentem iuris ſcientiam Iuriſ conſ.Luc. de Penn.in l.eos,numero 18.verſic. Secundò quæritur,C.de his qui ſponte public. mun. ſub.libro decimo, cuius quidem maxima eſt autoritas in hoc Regno, & in toto terrarum orbe.

Abſolutis prænarratis quæſtionibus pro omnium faciliori intelligentia ac reſolutione, circa hanc per ſubſequens matrimonium legitimationem,Secũdus nunc principalis caſus eſt, quando ſubſtitutio eſſet concepta ſub verbis, de,vel ex legitimo matrimonio procreatis,nunquid legitimati per ſubſequens matrimonium horum appellatione ad ſubſtituti excluſionem intelligantur, Et in hoc ſecundo caſu duæ ſunt principales ſcribentium opiniones, quarum
126 Prima † eſt, huiuſmodi legitimatos non excludere ſubſtitutum ſub dicta conditione liberorum ex legitimo matrimonio, quam tenent, Anton.de Butr.in cap.per venerabilem,colum na 19.verſic.Quid ſi dixerit,num.17.& ibi Præpoſit.Alexandrin.in §. quod autem,num.104. extra qui fil. ſint legitim. Bald.in l.Gallus, §. ſi eius,in fin.de liber. & poſthum. ac conſil. 206. Videamus,lib.2.& conſil.367.Quidam tres hæredes,colum.1.verſic.In contrarium videtur,libro 5.Alexand.conſ.121,Viſo themate,nu.18. lib.2.conſil.5.Attentis narratis, num.3.verſic. Sed præmiſſis,lib.7.Curt. ſen. conſilio 73. Super memorata facti narratione, ante num. 25. verſic. Vbi faciunt differentiam, Carol. Ruin. conſil.92. De duobus principaliter,num.15.& 16.lib.3.conſil.106.In quæſtione,num.10.eodem vol.Ludouic. Gozadin. conſil. 25. In hac cauſa,num.3.Curt.iun. conſil. 27. Habita diligenti conſideratione,colum.3. ante num.7. dicens ſe non aſſentiri Decio qui contrarium cõſuluerat, ſeque in cauſa ardua per Rotam Romanam terminanda conſuluiſſe,conſil.64.Præſupponitur in facto, numero 12. Andr. Alciat. de verborum ſignif.fol.78.& 84.ac conſil. 187. num.2.lib. 9. aſſerens iuxta conſilium Alexandri de Imola bis vel ter in ampliſſimo Senatu Mediolanenſi iudicatum fuiſſe, & conſilio 59. num.3.in fin.eod.vol. Hieronym. Grat. conſilio 29. In præſenti cauſa, num.45. lib.2. Pariſ. conſ.12.Tranſactio iſta,num.147.lib.2.Socin. iun.conſ.77. Pro reſolutione,nu.14.lib.3.conſil.12. Quoniam in præſenti difficultate, num. 12.lib.4.vbi multos citat, & ſignanter eius patruum,qui concordantes affert, ibidemque Socin. iun. communem doctrinam eſſe dicit Baldi,Imol.Abbat. & aliorum, in cap.innotuit,de

elect. Vbert in. Zuchard. in rubr. ſi cert. pet. numer. 2. & 11. Franciſc. Niconit. in rubr. ff. ſolut. matrim. num. 35. Rol. de Vall. conſ. 100. Reuocatur in dubium, num. 19. & infra lib. 1. Natt. conſ. 602. Verba arbitror, num. 2. & infra lib. 3. Ioan. Cephal. conſ. 66. Plura ſunt quæſita, numero 16. lib. 1. conſ. 82. Hæreditas duplex eſt, num. 16. eod. vol. conſil. 276. Magnificus Dominus Iacobus, num. 22. cum ſeq. lib. 2. conſil. 364. Pro Magnifico D. Iacobo Trotto, nu. 23. libro 3. Auguſtin. Bero. conſil. 167. Diligenter conſideratis, num. 3. & 8. lib. 2. Iacob. Menoch. conſil. 16. Quòd iam non ſatis, num. 19. libr. 1. vbi multos allegat, Franciſcus Mantic. in tract. de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 12. numero 17. cum ſeq. vbi plures cumulat, & in ſpecie Riminaldum ſeniorem, vt per eum, Alexand. Trentacinq. in tract. ſubſtit. part. 4. cap. ſeptimo, numero 53. fol. 151. col. 2. verſic. Ex prædictis apparet, & de communi opinione teſtatur Ruin. d. conſil. 92. num. 16. verſic. Et vbi etiam, communemque ac veram eſſe dicit Pariſ. d. conſil. 12. num. 147. & de magis communi teſtatur Bero. d. conſil. 167. num. 3. & 8. rurſus Ruin. in d. §. ſi eius, num. 88. Decian. conſil. 88. num. 12. lib. 2.

Et pro hac parte Primò adducitur voluntas
127 teſtatoris, quæ ex propria verborum † ſignificatione decerpitur, l. non aliter, in princ. de leg. 3. & l. ſi alij, de vſufruct. leg. cum vulg. illa enim
128 dictio De, cauſam † proximam propriè ſignificat, l. 1. §. emancipatus, de coniug. cum emancip. liber. l. prætor, §. 1. ad fin. ff. de bon. auth. iudic. poſſid. l. 1. C. ſi ſeruus extero, Corn. conſil. 167. In hac conſultatione, num. 15. lib. 2. conſil. 290. Ardua plurimum, num. 13. lib. 3. Dec. conſilio 604. Copioſe & eleganter, num. 7. ita & di
129 ctio Ex, propriè cauſam † immediatam denotat, l. eo tempore, in fin. ff. de pecul. l. non dubium, C. de legib. Alexand. in l. petens, num. 7. C. de pact. & conſil. 49. Viſo proceſſu, num. 3. libro 3. conſ. 124. Super primo quæſito, num. 12. lib. 4. conſ. 56. Aldourandus, num. 3. lib. 5. conſilio 61. Viſo proceſſu cauſæ, num. 6. eod. vol. & conſ. 144. Viſo themate, num. 12. lib. 6. Iaſ. in l. ſi mihi & tibi, num. 11. ff. de leg. 1. Dec. in l. qui iuriſdictioni, num. 23. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & conſil. 539. In inclita Ciuitate Ianuę, numero 7. Sed legitimati per ſubſequens matrimonium cum primum in lucem editi ſunt non proprie ex matrimonio vel de matrimonio progeniti ſunt; ergo ex voluntate teſtatoris ſubſtitutum excludere nõ poſſunt: Nec obſtat quòd matrimonium retrotrahatur, d. cap. tanta, quia hoc per fictionem inducitur, hæcque eſt natu-
130 ra regularis † cuiuslibet legitimationis, vt fingat retrò & ad initium natalium protrahatur, l. fin. de natalib. reſtit. Bart. in l. 2. in princ. nu. 10. de vulg. & pupill. ſubſtit. & clarè conſtat ex d. c. tanta, ibi, Vt poſt contractum matrimonium legitimi habeantur, quod quidem verbum ha-
131 beantur, † fictionem importat, gloſſ. in l. mercis, de verbor. ſignif. Bart. in l. ſi maritus, §. legis Iuliæ, ff. ad l. Iul. de adulter. in l. ſi is qui pro emptore, colum. 4. ff. de vſucap. Natt. in his terminis, conſil. 602. Verba arbitror, numero quinto, eſtque fictio translatiua, vt omnes conſentiunt, & tradit poſt alios nuncupatim Socinus iun. conſil. 39. In caſu ad me tranſmiſſo, numero 63. verſ. Verumtamen dico, lib. 3. Cæterum
132 quod per fictionem † eſt tale non eſt propriè tale, l. lege Cornelia, in fin. ff. de teſtam. l. 2. ff. de vſufruc. ear. rer. quæ vſu conſum. §. conſtituitur, Inſtit. de vſufruct. & teſtatoris verba debent naturaliter ac verè intelligi non autem per fictionem, l. final. ff. de his qui ven. ætat. impetr.

Sed contrarium ſuſtinẽdo huic rationi multipliciter poſſumus reſpondere, Primò negan-
133 do verba naturaliter † eſſe intelligenda non ciuiliter, cum ciuilia eundem effectum importare videntur, ſecundum Franciſcum Aretin. in l. ex ea parte, §. in inſulam, colum. prima, de verborum oblig. & in ſuperioribus eſt oſtenſum, quod vel maximè in hac legitimationis materia (vt dicebam) verum videtur, nam aliquem eſſe, vel non eſſe legitimum iuris eſt, à iureque
134 pendet, quod ſcribebat Decius conſilio 365. Viſo conſilio, numero quinto, & conſilio ſeq. quod incipit Pro declaratione eorum, numero ſecundo, & in his quæ iuris ſunt, verba quæ a-
135 liàs fictionem important, veritatem † ſignificant, vt per Bartol. in d. l. ſi is qui pro emptore, in 3. princ. quæſt. in fin. verſic. Et ſi tu opponis mihi, ff. de vſucap. & in d. l. maritus, §. legis Iuliæ, de adulter. Bald. in l. nuper, in fin. C. de natural. liber. Alexand. conſilio ſecundo, Viſis codicillis, columna quarta, numero decimo, libro primo. Vnde cum ex legis diſpoſitione ob vim & virtutem matrimonij omnia præce-
136 dentia fuerint † purgata, & ſic proxima ſiue præcedens cauſa turpitudinis ſublata extiterit, vt inquit gloſſ. in verb. Legitimi, in d. cap. tanta, videtur voluntas teſtatoris reddita iuris diſpoſitioni conformis, quæ ſtatum legitimatorum ad legitimum reduxit; Nec obſtat dictio De, quæ licet regulariter cauſam immediatam denotet, tamen dictiones ſecundum ſubiectam
137 materiam † impropriantur, l. inſulam, ff. de verborum obligatione, l. ſi vno, ff. loc. l. eas cauſas, l. pater Seuerinam, in princ. & §. conditionum verba, hoc tit. Decius conſilio 629. In occurrenti caſu, numero ſeptimo, & ita in terminis harum dictionum De, & Ex, dixit Corn. conſilio primo, Circa primum, numero vigeſimoſecundo, libro 4. Et dictio Ex, ſæpè etiam

cauſam

138 cauſam remotam † denotat, l. 1. §. ex incẽdio, ff. de incend. ruin. & naufrag. & ibi per Bart. l. ſi ex falſis, C. de tranſact. l. ſi eo tempore, in fin. ff. de pecul. gloſſ. in l. apud Trebatium, in princip. ff. de aqu. plu. arcen. Iaſon. in l. certi condictio, num. 15. ff. ſi cert. petat. Corn. conſil. 97. Primò conſultus, colum. 4. in princ. verſ. Et licet filius, ante num. 5. lib. 1. Carol. Ruin. conſil. 109. Viſo ac perlecto inſtrumento, num. octauo, lib. primo, Non repugnat ponderatio verbi habeantur, in dicto cap. tanta, quod fictionem deno-
139 tat, nam quandoque veritatem † importat, vt dicit Bart. in d. l. ſi is qui pro emptore, in fin. 3. quæſt. princ. & probatur in cap. ſecundo, vt lite pend. lib. 6. ac in §. pen. de rer. diuiſ. l. ſecunda & tertia, cum ſequen. ff. pro derelict. Corn. conſilio 104. Licet in hac conſultatione videatur, colum. ſecunda, in fin. ſub num. 3. verſic. Et inſuper etiam, eodem lib. primo, ad textum autẽ, in d. l. fin. ex prænarratis patet reſponſio, vt repetere illam non expediat, cui etiam reſpondet Dec. d. conſil. 155. Et diligenter, colum. tertia, num. 6.

Secundò facit, quòd qualitas adiuncta ver-
140 bo ſecundum tempus verbi † debet intelligi, l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal. act. l. Titius, ff. de milit. teſtamen. l. ex facto, §. pen. ff. ad Trebell. Bart. in l. ex facto, in princ. de vulgar. & pupill. ſubſti. Sed per teſtatorem verba illa ſine filijs ex legitimo matrimonio, iunguntur verbo natis, ergo iuxta illud tempus intelligi debent, ſed eo tempore legitimati non erant ex legitimo matrimonio, neque legitime nati, probatur in §. reliqui, Authen. quib. mod. natural. effic. ſui, quem tex. ad hoc ponderat Socin. ſen. in l. Gallus, §. ſi eius, num. 5. verſ. Tertius caſus, ff. de liber. & poſthum. igitur ſecundum intentionem teſtatoris ſub illis verbis legitimè natis ſiue ex legitimo matrimonio, legitimati non comprehenduntur.

Hæc quoque ratio minus ſubſiſtit, nam aut
141 qualitas determinat verbum † per quod ſignificatur ipſe actus diſponendi, aut determinat verbum per quod ſignificatur tempus à quo diſpoſitio ſumit effectũ, aut determinat quoddam aliud verbum ſeparatum ab his: primo caſu ſufficit regulariter qualitatem adeſſe tempore quo fit diſpoſitio licet poſtea deſinat, l. Mela in prin. ff. de alim. & cib. leg. l. ſecũda, ff. de aur. & arg. leg. niſi aliquod abſurdum ſequeretur, vt contingit in l. ex facto, de vulgar. & pupill. ſecundo caſu requiritur quòd illa qualitas adſit illo tẽpore quo diſpoſitio ſubſtitutionis ſumit effectum, vt d. l. ſecunda, d. tit. de aur. & argen. leg. l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell. d. l. in delictis, §. ſi extraneus, ac l. Titius, ff. de teſtamen. milit. tertio caſu ſufficit illam qualitatem ſemel extare licet deſinat, l. in ſubſtitutione, d. tit. de vulgar. & pupill. prout ſic magiſtraliter diſtinguit Bart. in d. l. ex facto, columna ſecunda, vbi Franciſc. Rip. num. 29. & infr. latè inſiſtens, Sed in propoſito illa qualitas appoſita eſt ad determinandum tempus quo hęres decedit, ergo ſufficit ſi eo tempore adſit, & ſic ſumus in ſecundo caſu diſtinctionis Bartoli, & tradunt Iacob. Menoch. conſil. 97. Habet hæc conſultatio, nu. 107. verſ. Secundus eſt caſus, & Ioan. Bolognett. conſil. vlt. incip. Super hoc themate, num. 26. verſic. Quæ regula, quod reſponſum pro Triuultijs reddidit.

Sique diceretur verum non eſſe, quòd qualitas tempore verbi adſit, cum teſtator velit, vt conditio deficiat, & ſubſtitutus nõ admittatur quando hęres decedit cum filijs legitimè natis, ſeu ex legitimo matrimonio, ſed tempore quo decedit hæres licet matrimonium antea contractum fuerit, filij legitimè nati non dicuntur neque ex legitimo matrimonio, cum natiuitatis tempore ex concubina orti fuerint, & matrimonium quod cauſa legitimatis eſt præcedere debebat, quod in caſu iſto ſubſequitur, & ſic effectus ſuam cauſam præcurrit, Proinde cum hoc per naturam aſſequi nequeat, fit ex legis fictione, quam vt teſtator excluderet, addidit verba illa ex legitimo matrimonio progenitis, vel legitimè natis. Reſpõdet Sfortia Oddus in tract. de compend. partic. 6. conclu. 4. verſic. Et ſi inſtes, fol. 210. quòd quando lex requirit vt aliquid dicatur non quid factum à tali, ſed ſimpliciter opus, & factum talis, tunc non requiritur illum fuiſſe talem dum fecit, ſed duntaxat deceſſiſſe talem, vt eſt notab. text. in d. l. Titius, de militar. teſtamen. inducendo à contrario ſenſu apertiſſimè ibi, Non militum teſtamenta, ſed quæ à militibus facta ſunt: ſed lex & teſtator in caſu noſtro non requirunt vt iſti dicantur procreati vel geniti ab exiſtente marito vel ab exiſtente vxore, Sed quòd ſint geniti ex eo, & ea qui ſint vir & vxor, vt ex verbis conſtat, dum dicitur ex legitimo matrimonio, id eſt ex marito & vxore, ergo &c.

Sed quamuis hæc eruditiſſimi ac præclariſſimi Iuriſconſulti Peruſini reſponſio ſubtilis atque optima ſit, adhuc aliter ego reſpondeo, q in vltimis voluntatibus conditionalibus pendente conditione nihil in rerum natura eſſe dicitur, neque legata vel fideicommiſſa reſpectu
142 iuris vel ſpei dicuntur eſſe † in rerum natura, ſed incipiunt eſſe tantummodo exiſtente conditione, & quoniam non trahuntur retro etiam exiſtente conditione, ante eã nihil ſunt in mun-

do

do reſpectu iuris, & ſolum exiſtente conditione incipiunt, vt dicit Goffred. in l.nam etſi ſub conditione, num.ſecundo, ff. de iniuſt.rupt. & irrit.fact.teſtam. quem referendo ſequitur Bolognet.d.conſil.vlt.pro Triuultijs, nu. 19. quo fit, vt teſtator qualitatem retulerit ad tempus conditionis, quando inquam ſucceſſio habebit effectum, vt poſſit vtilitatem præſtare, & hic finis eſſe videtur, finis autem attenditur qui pri-
143 mus † eſt in intentione licet vltimus ſit in exe cutione, l.4.ff.ſi cert.pet. l.quod autem, §.ſufficit, ff. de adulter. & finalis cauſa alterat legatũ, l.ſi habitatio, §.ſed etſi, ff. de vſu & habit. effectusque attenditur qui verbis præualet, l.1. §. pen.ff.quod quiſque iur.cap.licuti, vbi Ioann. Andr. de verbor. ſign. in ſexto. Ne admiſerim (vt dicebam) legitimationem per ſubſequens matrimonium per fictionem induci, vt ex Pet. Philippo Corneo indicaui, & ſtatim clarius declarabo, Nec etiam matrimonium vti cauſam legitimitatis ſemper præcedere debere.

Tertiò affertur, quòd etſi legitimatio per ſubſequens matrimonium trahatur retro, ad ea ta-
144 men quæ determinato modo † voluntatem ha bent non fingit retro, vt ea extendere poſſit, Bald.in l.in teſtamento, num. 14. in fin. C.de teſtamen. milit. Alexand.in l. Lucius, num. 17. ff. de vulgar.& pupill.ſubſtit. dicens quòd licet aliàs legitimatio ad tempus natiuitatis retrotrahatur, tamen non trahitur retro quo ad interpretationem voluntatis teſtatoris, & ſequitur Carol. Ruin.conſil. 92. De duobus principaliter, num. 16. verſic. Et ita etiam vult in his terminis, lib. 3. ac Franc. Rip.in l.ex facto, nu. 30. verſic. Ad contrarium autem non reſpondit, d. tit.de vulgar.& pupill.ſubſtit. & rurſus in alia l.ex facto, §.ſi quis autem, num.quarto, verſic. Non obſtat quòd legitimatio, ff.ad Trebellian.
145 cum enim teſtator modum † conſiderat ad ca ſum fictum extenſio non fit, Bart.& cæteri, in l. Gallus, §.& quid ſi tantum, num. 3. de liber. & poſthum. ergo legitimati etiam per ſubſequens matrimonium ſubſtitutum ſub conditione legi timè natorum, vel de legitimo, ſeu ex legitimo matrimonio non excludunt.

Hæc ratio licet pungens ac fortis videatur, poterit nihilominus obtundi, atque proſterni, conſiderando in propoſito non tractari de retrotractione ad interpretandam volũtatem certum ac determinatum modum continentem, nec de extenſione ad caſum fictum, nam ſi volũtas teſtatoris iuris diſpoſitioni conformis eſſe cenſetur, vt not.in l.hæredes mei, §. cum ita, d. tit.ad Trebell. & ius ipſum hoſce legitimatos verè legitimis à principio exęquauit, vt inferius dicam, non plus eſt in vna quàm in alia, ſcilicet non plus in voluntate quàm in legis diſpoſitione, dictamque regulam in contrarium allega-
tam, ad interpretationem hominis non autem legis referendam eſſe exiſtimo, iuxt.l.quamuis, C.de adulter. vt in propoſito non de extenſione agamus, ſed verius de comprehenſione, vel tutius non de extenſione, ſed de caſus expreſſione, dicto cap. tanta, Adeo quòd interpreta-
146 tio † quæ ex legis ratione deſcendit, naturaliter neceſſaria cenſeatur, l.ſecunda, §. his legib. ff.de origin.iur.cum ipſorum Legislatorum autoritate fiat, vt Andreas Alciatus inquit: Nec abſurdum videbitur cum Gulielmo de Cuneo aſſerere, in d.cap.tanta, non de fictione, ſed de veritate tractari, vt mox apertius dicam: Et forſitaſſe impertinens non erit arbitrari qualitatem ſiue modum deſuper expreſſum tacitè ineſſe, dum filiorum legitimorum abſoluta fit mẽtio, vt expreſſio nihil augeat ad derogandum legitimationi pro ſubſtituti excluſione.

Vltimò dictam opinionẽ comprobantes hoc fundamento vtuntur, Filius ex ſubſequenti matrimonio legitimatus non dicitur legitimè natus, nec ex legitimo matrimonio, nam ad hoc, vt talis dicatur, neceſſe eſt matrimonium præ-
147 ſupponere, quòd cum ſit facti † ex vtriuſque conſenſu conſiſtens, l. nuptias, ff.de regul. iur. per legẽ uere induci non poteſt, ſed fictè, Bart. in l.ſi is qui pro emptore, dum de fictione inductiua loquitur, num. 29. ff.de vſucap. & in l.maritus, §.legis Iuliæ, nu. primo, ff. de adulter. hoc præſuppoſito, ſi filius ex ſubſequenti matrimonio legitimatus ſubſtitutum excluderet, legitimatio ad tempus natiuitatis in præiudiciũ ſubſtituti retrotraheretur, fideicommiſſum enim ſibi in ſpe probabili competens tolleretur, ſed conſequẽs eſt falſum, quia legitimatio non trahitur retro ad tempus natiuitatis ubi de tertij
148 præiudicio † agitur, §. liceat, & ibi not. Ang. Authen.quib.mod.natural.effic.legitim. etiam ſi ius tertij in ſpe tantum non in re quæſitum eſſet, ut patet ex deciſione Ioa. Andreæ, in reg. ſine culpa, ſecunda quæſt. princ. in Mercurial. ergo falſum eſt etiam antecedens, & ſic quòd iſte legitimatus qui uerè & propriè legitimè natus non eſt, ſeu ex legitimo matrimonio, ſed fictè, ſubſtitutum excludat.

Denique & huic rationi reſponderi poteſt, negando id quod prædicti in primis præſupponunt, totum nanque in controuerſia eſt, ut pro fundamento aſſumi non debeat, nam licet contractus matrimonij facti ſit, tamen legitimatio per matrimonium ſubſequẽs, eſt iuris, ut tradit Bart.in d.l.ſi is qui pro emptore, num. 29. uerſ. Aliquem eſſe legitimum uel non, & ſæpè dixi: Vnde cum lex ante matrimonium progenitos uoluerit per matrimonium ſubſequens legitimari, d.cap.tanta, non ſecundum fictionem (ut Bartoli ibi uerba uſurpem) ſed ſecũdum ipſam puram ueritatem hoc facit: quia ſeruus uerè li-

ber

194 ber † erit, filius non legitimus verè erit legitimus, & in poteſtate exiſtens verè erit ſuĩiuris, ſi hoc voluerit: ſicque loquitur text. in conſtit. quæ de dignit. per totum, coll.6. poſita in l.ſacroſanctæ, C. de Epiſcop.& cleric.ſic in Auth. quib.mod.natural.effic.legitim.coll.6.& quib. mod.natural.effi.ſui,coll.7. de ſeruo autem qui liber efficitur,patet quando per legem repreſentatur libertas,l.prima,cum ibi not. C. ſi mãcip. ita fuer.alien. Quinimo in ijs quæ iuris ſunt idẽ eſt eſſe talem,vel haberi pro tali,niſi ratione cõtrarietatis aliud dici oporteat,vt Bart.in d. §.legis Iuliæ,poſt princ.ſcribit.

Nunc verò abſurdum de retrotractione ad tertij præiudicium tutè euitandum eſt, conſiderando æqualem teſtatoris affectionẽ erga iſtos legitimatos ex ſubſequenti matrimonio, affectioni erga natos verè legitimos à principio: ‖ enim matrimonium omnia præcedentia purgat atque abluit, ſecundum gloſſ.in d.cap. tanta,in verb.Legitimi,& aliam gloſſ.not.in c.innotuit, in verb.Coniugata, extr. de elect. vtique teſtator interrogatus nunquid voluiſſet hoc modo legitimatum admittere, vel magis ſubſtitutum ad fauorem legitimati verbis illis ex legitimo matrimonio, vel legitimè natis, non obſtantibus reſpondiſſet, & propterea pro diſpoſito eſt habendum,l.tale pactum,§.fin.iunct.glo.ff. de pact.præſertim cum ex lege pro tali verè, ac efficaciter habeatur,& ſic tacita hęc voluntas teſtatoris præiudicium ſubſtituti in ſpe conſiſtẽs auferre videtur, vt Socinus aliàs dicebat, cum diſponere potuerit: Vlterius ſubſtitutio dicitur conditionalis inſtitutio,ut notiſſimum eſt, ſed conditio nihil in eſſe ponit,l.ſi quis ſub conditione,ff.ſi quis omiſſ.cauſſ.teſtamen. l. ex facto etiam,ff.de hæredib.inſtit.ergo ſubſtitutus non purificata conditione nullum ius retinet, & propterea eſt cenſendum teſtatorem noluiſſe excludere quem legis benignitas vocat.

Altera igitur ſuperiori contraria eſt ſententia, quòd imo per ſubſequens matrimonium legitimati ſubſtitutum ſub conditione ſi deceſſerit grauatus ſine liberis ex legitimo matrimo
150 nio excludant, & hanc † ſequuntur, Bal.conſil. 319. Matrimonium in articulo mortis, in princ.& num.tertio,lib.quarto, Franc. Aretin. in l.Gallus,§.ſi eius,in fin.ff.de lib.& poſthum. Afflic.in cap.primo,§.naturales,in quinto not. tit. ſi de feud. fuer. controuerſ. inter domin.& agnat. Franc.Rip.in rubr.num.3.ff.ſi cert. pet. in l.ex facto,§.ſi quis rogatus, num. 47. vbi de communi opinione meminit,ff. ad Trebellian. & in l.ſi vnquam,quæſt.32.num.86.verſ. Ideo excludunt,C.de reuocan.donat. Dec. in c.cum in cunctis,num.duodecimo,verſ. Ex quibus infertur, de poſtul. prælat. Hieronym. Zanch. in rep.l.hæredes mei,§.cum ita,num. 755. verſic. Niſi eſſent legitimati,d.tit.ad Trebellian. Laurent. Siluan.conſilio tertio,Quo ad primum dubium,num.22.verſ.Hinc fit,rurſus Dec.in l.generaliter,§.cum autem, nu.23. verſ. Notandũ tamen eſt, C. de inſtit. & ſubſtit. & conſ. 155. Et diligenter,num.5.& 6.conſ.624. Copiosè, num. ſeptimo, & conſ. 626. Ad dubium quod mouetur, num.3.verſ. Et ſpecialiter facit, Moderni Pariſienſ.in addit. ad Alexand. conſil. 5. Attentis narratis, num.3.verſ. Sed hæc ſententia,libro ſeptimo,dicentes contrariam opinionem duram eſſe,& contra ius commune, in nudoque verborũ rigore fundari, & ideo ſibi non placere,cum verba non ſint mordicus Iudaico more oſeruanda contra æquitatem, & ius commune, contrariamque interpretationem eſſe contra veriſimilem mentem teſtatoris, Car. Ruin.conſ.80. De duobus eſt videndũ, in prin. lib.3.Andr.Alciat.conſ.52. Hæc præmitto, nu. 3.lib.9.vbi de veriori, ac crebriori ſententia fidem facit, Socin. iun. conſ. 39. In caſu ad me tranſmiſſo, num.63. verſ. Verum tamen dico, lib.3.& conſ.63. Pręſuppono ante omnia,num. 56.uerſ. Et per eandem conſiderationem, eod. uolum. utrobique allegans Iaſon.conſ.168. In cauſa & lite,num.6.lib.quarto,dicitque Socin. iun. quòd non poterat tunc diſcerni quænam eſſet communis opinio,Emanuel Soarez in lib. recept.ſentent. in uerb. Legitimatus ob matrimonium, Celſus Hugo conſ. 119. Eſſet opus, num.quinto,Ioan.Cephal.conſ.111.Magnificus Dominus Paſqualettus, num.3.& 4. libro primo,conſ.239.Subſtitutionis uerba, nu.12. libro ſecundo,& conſ.541.Cum teſtator,num. undecimo,& infr.lib.quarto, ubi nu. 36. iſtam crebriorem opinionem eſſe dicit poſt Andreã Alciatum quem allegat, Hieronym. Gabriel. conſ.21.Sebaſtianus,num.39.conſ. 24. Puto, numero primo,libro primo,Fran.Burſat.conſ. primo,Non abeſt, num.28.ubi plures citat, & magis communem opinionem eſſe ſcribit, conſilio 17. Dominus Hieronymus, num.quarto, de eadem communiori atteſtans,idem etiam aſſerens conſ. 18. Conſului,num.3.8.9.& 10.plures cumulans,libro primo, Andr. Tiraquell.in tract. Primogen.quæſt.34.num.57. uerſ. Nam & iſti,Franc.Marzar. in tract. de fideicommiſſ. part.ſecunda,quæſt.30.uerſ.Contrariũ tamen, Ioſeph.Ludouic.libro primo.concl.in 26. concluſ.in fin.uerſ. Contrarium uoluit, ubi de ueritate iſtius opinionis meminit, poſt Auguſtin. Bero.conſ.177.Conſideranti mihi,num.47.libro ſecundo,Sfort.Odd. Peruſinus in tract. de compend.ſubſtit.partic.6.concluſ.4. fol. 211. uerſ.Ego teneo,dicens collatis authoritatibus hinc inde eſſe æquales, & utrinque reperiri de communi atteſtantes,ut hæc tanquam æquior, & benignior ſequenda ſit ad fauorem filiorum

& ma-

& matrimonij,& poſt Andr. Alciat. in præcitato conſ. 52. ita etiam firmiter concludit Simon de Pretis in tract. de interpret. vltim. volunt. libro tertio, dub. 3. ſolut. tertia, num. 6. verſ. Limita & ſecundo, fol. 316. Michael Craſſ. in lib. ſentent. §. Fideicommiſſum, ſub num. 5. verſic. Contrariũ verò, fol. 329. vbi affirmat hanc partem benigniorem, æquiorem, ac receptiorem eſſe, & contrariam in rigore verborum fundari duramque videri, ac contra veriſimilem teſtatoris intentionem: ſubdens proinde iſtam vltimam tanquam matrim. fauorabiliorem iuriq. Canonico magis conſonam ſequendam eſſe.

Mouentur Scribentes Primò, nam legitimè natus, & matrimonio legitimatus, exæquati videntur, dicto cap. tanta, qui fil. ſint legitim. l. cũ quis, C. de natural. liber. cum concor. vtrunque igitur complecti teſtator voluiſſe videtur, vt quod in vno dicitur in alio ex æquiparatis dictum paſſiua extenſione cenſeatur, etiam ſi legis fictione exæquatio facta fuerit, l. prima, §. lex Falcidia, ad l. Falcid. ibique Ioan. de Imol. & Alexan. probarique videtur in l. generaliter, §. cum autem, d. tit. C. de inſtit. & ſubſti. ſed qui ab initio ſunt legitimi proculdubio ſubſtitutũ ſub conditione prædicta excludunt, ergo etiam per ſubſequens matrimoniũ legitimati debent eum excludere.

Fundamentum primum hoc de exæquatione multipliciter ſubmouetur, Primò quòd exæquationis vis prædicta procedit in ijs quæ ab
151 ipſa lege deferuntur, † non autem in ijs quæ ex iudicio teſtatoris obueniunt, in ijs enim eius voluntas attenditur quæ potiſſimum in conditionibus primum locum obtinet, l. in conditionib. in princ. hoc tit. totumque efficit, l. ex facto, §. rerum autem Italicarum, ff. de hæredib. inſtit. ac in omnibus dominatur, l. cum quæſtio, in fin. C. de legat.

Secundò dici poteſt, quòd etiam legitimati per reſcriptum, & per curiæ oblationem nihil ab ijs qui ab initio ſunt legitimi differre dicuntur, §. ſit igitur licentia, Authen. quib. mod. natural. effic. legitim. & §. quoniam variè, Authen. quib. mod. natural. effic. ſui, & tamen in eo differunt, vt ſubſtitutum excludere nequeant, cum teſtator dixit, Si deceſſerit ſine filijs legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio procreatis, voluntas enim teſtatoris quæ ex verbis colligitur euidenter refragatur: quod de oblatis curiæ proprio loco declarandum eſt.

Tertiò dicebat Natta dict. conſ. 602. Verba arbitror, numero quinto, hãc æquiparationem de legitimè nato ad legitimatũ per ſubſequens matrimonium non fieri propter ſimilitudinem caſuum, & rationis identitatem, ſicut dicimus de filio qui ſeruo æquiparatur, vt quę dicta ſint de ſeruo dicta de filio intelligantur, ob ſimilitudinem, & identitatem rationis, vt ſcribit gloſſ. fin. in l. ſi quis ſeruo, C. de furt. Sed iſtam æqui parationem fieri legalis fictionis virtute, vt probatur in dicto cap. tanta, vbi dicitur quòd pro legitimis habentur, aliud enim eſt talem eſſe, & aliud haberi pro tali, vt per d. gloſſ. in l. mercis, ff. de verbor. ſignif. hancque fictionem teſtator excludit, dum expreſſe ad initium natalium ſe retulit, macula ſiquidem impreſſa eſt origini, vt inquit Bald. in d. cap. innotuit.

Vlterius dicebat Ioa. Cephal. d. conſil. 364. Pro Magnifico Domino Iacobo Trotto, num. 34. & infr. libro tertio, ex intentione tamen Socin. iun. conſ. 39. In caſu ad me tranſmiſſo, nu.
152 49. libro tertio, negari poſſe † legitimè natum & matrimonio legitimatum eſſe exæquatos, cũ legitimè natus abſolutè omni tempore verè, & propriè ſit legitimus, matrimonio autem legitimatus nequaquam, & propterea peioris ſit cõditionis nato ex matrimonio putatiuo, igitur credendum eſt teſtatorem dum de progenitis ex legitimo matrimonio conditionem cõcepit, ſenſiſſe de natis eo tẽpore quo vere, & proprie matrimonium extabat, & ſic de ijs qui plus habent, & abſolutè ac ſimpliciter tales ſunt, non autem de minus habentibus, qui tales ſunt dun taxat ſecundum quid, l. Titiæ textores, vbi Bal. de leg. primo, l. hoc legatum, vbi Bart. de leg. 3. Angel. in l. prima, in princ. de verbor. oblig. Et ratio eſſe potuit, quia teſtator ſucceſſionem ad legitimè natos reſtringendo, uoluit excludere natos ex illicita copula etiam ſi poſtea per matrimonium legitimentur, & hoc quidem ad reprimendum prauas fornicationes illicitosque coitus illorum quibus ſubſtituit, ut matrimonia cum paribus contraherent, non autem cum concubinis, quæ plerunque uiles ſunt, & abiectæ conditionis, quibus frequenter ſimiles naſcuntur deſcendentes, cum ex malis ſæpènume
153 ro † non naſcantur niſi mali, ut explicat in citato conſilio Socinus iunior, & rurſus conſilio 63. Præſuppono, numero uigeſimooctauo, & 33. d. lib. 3.

Sed dictis reſponſionibus plurimum fortaſſe obſtabit tex. in §. reliqui igitur, d. Authent. quib. mod. natural. effic. ſui, ibi Semel enim eos efficientes legitimos, damus habere etiam ſucceſſiones illas quas habẽt ij qui ab initio legitimi ſunt, iunctis traditis per gloſſ. in dicto cap. tanta, in uerb. legitimi, & in dicto cap. innotuit, in uerb. Coniugata, ex hocque etiam tollitur, quòd exæquatio in ijs quæ ſunt iuris procedat, non autem in ijs quæ ex uoluntate teſtatoris dependent.

Secundò dicebat Dec. dicto conſilio 155. Et diligenter, colum. ſecunda, numero tertio, uerba teſtatoris debere intelligi quemadmodum de iure communi intelligantur, ut not. Paul. de

Caſtr.

Caſtr. in l. fin. C. de verbor. ſignif. inquiens, q̃ ſi teſtator prædium fratribus ſuis reliquerit, ſe-
154 cundum † iuris communis diſpoſitionem intelligetur, & ſic tali caſu fratres ex vtroque latere coniuncti fratribus ex vno tantum latere præferentur, prout de iure communi diſponitur, Authent. defuncto, C. ad Tertull. moueturque Caſtrenſis per illum tex. egregiè id probãtem: ipſumque Paulum ſequuntur Corn. conſil. 22. In hac conſultatione, colum. quinta, num. 14. verſic. Item aliàs, lib. ſecundo, Socin. ſen. conſ. 51. Viſa facti narratione, colum. quinta, verſic. Vnde dicit, libro quarto, Iaſon. in d. l. fin. num. 26. verſ. Item dicit Paul. hic, Dec. conſil. 153. In effectu quæritur, colum. ſecunda, in fin. ſub num. 4. Et retenta iſta concluſione, d. conſ. 155. num. tertio, verſ. Ex quo enim, & conſil. 299. In cauſa mihi commiſſa, colum. tertia, numero ſeptimo, verſ. Subſequenter videndum eſt, Carol. Ruin. conſ. 107. Pro deciſione eius, colum. tertia, in fin. numero octauo, verſic. Et adhuc, lib. ſecundo, conſil. 151. In cauſa illorum de Lignamine, colum. quinta, numero nono, verſic. Et pro prædictis, & conſil. 165. Circa caſum, colum. quarta, numero nono, verſ. Et adhuc prædicta, libro ſecundo, Pariſ. conſil. 49. Viſis dubijs, colum. tertia, num. 18. verſic. Et Paulus de Caſtro, libro ſecundo, Socin. iun. conſilio 104. Vt in præſenti conſultatione, colum. quinta, numero 28. verſ. Et hinc eſt etiam, lib. primo, conſilio 133. Quia præſens conſultatio, colum. 6. numero vigeſimoquarto, verſic. Hinc eſt, & conſilio 140. Præſens conſultatio, colum. ſecunda, numero octauo, verſ. Ad quod optimè facit, eodem volum. Idem etiam not. Bald. in l. ſecunda, in fi. in vlt. not. C. de condit. inſert. vbi inquit, quòd teſtator in dubio videtur velle diſponere ſecundum ius commune, non autem contra, Sed legitimatus ex ſubſequenti matrimonio quo ad omnes effectus iuris dicitur legitimus, dicto cap. tanta, & §. fin. Inſtit. de nupt. ergo ſub conditione ex legitimo matrimonio natorum vocatus videtur, Et Decius plures iuris effectus recenſet vt per eum, quorũ aliquot ſtatim ſubijciam.

Ad hoc autem argumentum idem Natta in præcitato loco reſpondere conatur, quòd procederet niſi verba teſtatoris apertè repugnarẽt quibus ſtandum eſt etiam contra mentem l. ſi alij, in fin. ff. de vſufruct. leg. cæterum nemo exiſtimandus eſt dixiſſe quod mente non agitauerit, vt inquit Iuriſconſ. in l. Labeo, ff. de ſuppel. leg. Sed hæc reſponſio debilis valde eſt, & omiſſa illa broccardica vulgariq. materia, quãdo verba præualeant, vel quando mens uerbis præferatur, dicendum eſt iura in propoſito effectum ac finem rei reſpicere, & propterea uerba originem denotantia inſpicienda non eſſe magis e-
155 nim effectus † rei quàm origo attendi debet, l. nemo, C. de Summ. Trinit. l. cuius effectus, de regul. iur. cum igitur principia non perſcrutemur, ſed executionem finium, finis debet conſiderari, l. Pomponius in negocijs, ff. de negoc. geſt. & tradit magiſtraliter Bald. in l. humanitatis, in tertia oppoſit. numero tertio, C. de impub. & al. ſubſtit. ſed legitimatus quo ad iuris effectus dicitur legitimus, ergo uoluntas diſpoſitioni iuris congruere debet, l. nemo poteſt, ff. de legat. primo.

Tertiò mouentur per text. in c. cum in cunctis, iuncto cap. innotuit, cum glo. in uerb. Coniugata, extr. de elec. dicitur enim in d. c. cum in cunctis, nullum in Epiſcopum eligi debere, niſi qui de legitimo matrimonio ſit progenitus, ſed legitimatus per ſubſequens matrimonium po-
156 teſt † eligi, ut per gloſſ. in d. cap. innotuit, in uerb. coniugata, quam ibi ſequuntur Anton. de Butr. & Abb. ac idem Abb. in dicto cap. tanta, Ioan. Calderin. conſ. ſecundo, Conſtitutio ordinis, tit. qui fil. ſint legitim. Iaſon. conſ. 168. In cauſa, & lite, colum. quarta, ante num. 7. uerſ. Pro hoc adducit, libro quarto, Franciſc. Rip. in l. ſi unquam, quæſt. 32. num. 87. uerſic. Ideo tales, C. de reuocan. dona. Ioan. Cephal. conſ. 82. Hæreditas duplex eſt, colum. ſecunda, poſt nu. 5. de communi opinione atteſtãs, libro primo, ergo idem in propoſito cõcludendum uidetur, ut iſte ex matrimonio legitimatus ſubſtitutum excludere habeat.

Sed ex intentione Alexandri de Imol. conſ. quinto, Attentis narratis, colum. tertia, numero ſeptimo, & octauo, libro ſeptimo, reſponderi Primò poteſt, quòd prædicta militant in diſpoſitione legis ſecus in hominis diſpoſitione, & ita etiam reſpondebat Anton. de But. in cap. per uenerabilem, fol. antepenult. uerſic. Alius eſt effectus, d. tit. qui fil. ſint legitim. lex enim fa-
157 cilius moderatur, & ampliat † ſuam diſpoſitionem, quàm diſpoſitionem hominis, glo. magna in l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab. Vnde dicimus mitius agi cũ legis diſpoſitione, quàm cum diſpoſitione hominis, l. Celſus, in princ. ff. de arbitr. & ibi not. pleneque declarat Bart. in l. amplius, numero ſecundo, ff. rem rat. hab. & in l. ſi inſulam, num. 10. de uerborum obligat. Quod ultra Alexandrum confirmabat Natta in præcitato conſilio, numero ſeptimo, quia in ſimili uidemus, quòd in legali ſucceſſione filius alterius fratris concurrit cum fratre, quod fit ſecundum fictionem legis, per quam filius fratris
158 paternum gradum † ingreditur, §. cum filius, Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. ſecus in diſpoſitione teſtatoris qui ad fideicommiſſum proximiores uocauit, tantum enim frater tunc admittitur, qui eſt proximior teſtatori quàm filius alterius fratris, quia teſtatoris uerba accipi debent

bent ſicut expreſſe ſonant,& non eſt locus tunc iuris interpretationi, ſecundum Bald. in l. cum ita, §.in fideicommiſſo,ff.de legat.ſecundo,cuius deciſio inquit Natta magis à Scribentibus approbatur, vt latè oſtẽdit Dec.conſil. primo, Memini me aliàs conſuluiſſe, nu.quarto, quinto, & per totum: Hæc tamen reſponſio per D. Sfortiam Oddum impugnatur ex text.in d. l. generaliter, §.cum autem, C.de inſtit.& ſubſti. iuncta l.ex facto,§.primo,ff.ad S.C.Trebell.ex quibus iuribus videtur in hac materia confundi illa aſſertio,vt mitius cum lege agatur quàm cum homine.

Adhuc autem nos dicere poſſumus,diſpoſitum in d.l.Celſus,in princip. extraneum prorſus ab hac quæſtione videri, cum nõ tractemus num lex, vel homo mitius agat, ſed rationem qua lex mouetur ad promouendum in Epiſcopum ex matrimonio ſubſequenti legitimatum
159 in medium afferamus: Quod verò † apud Vlpianum lib.13. ad Edictum Celſus inquit, aliã habet rationem quæ ab æquitate,quicquid alij dixerint,non diſtat, moræ enim purgationi tũc locum non eſſe conſtat,cum id æquum non eſſe apparet, veluti cum ita conuenit inter contrahentes,l.ſancimus,C. de fideiuſſ.nihil namque magis congruit æquitati quàm ea quæ placuerint inter aliquos ſeruari, l.prima,de pactis,Cõueniſſe autem tum quoque intelligimus cum in concipienda ſtipulatione ita ſibi cauit ſtipulator,vt minimè obſcurum ſit,eum voluiſſe reo purgandę moræ facultatem adimere,vt cum ſtipulatio diem certam pœnamque certam contineret hoc modo, Si intra calendas inſulam non feceris centum dabis, l.traiectitiæ, de act. & obligat.& d.l.Celſus, in hac enim ſtipulatione, adeo certa eſt contrahentium voluntas,vt nullus locus indulgentiæ, aut interpretationi illi,quę ἐκ τὸ ἐπιεικὲς ſit, relinquatur: quo enim ſe vertat reus ſemper verum eſt, vt Celſus inquit,intra calendas datum non eſſe,ceſſante igitur omni obſcuritate quæ iudicij clementiã benignitatemque in interpretanda voluntate ex bono & æquo requirat,d.l.traiectitiæ,non mirũ ſi pœna committitur, & purgationi locus non datur: Quamuis etiam conditionis natura tunc ſpectanda ſit,propter quam etiam reus ad purgandam moram non admittitur,quod alibi explicandum eſt.

Exemplum etiam quod idem Natta ad confirmationem dictæ reſponſionis ex Bald. in d. l.cum ita,§.in fideicommiſſo,adducit,quem vltra Decium ſequuntur alij graues Iuriſconſulti, Alexand. conſ.203. Conſideratis,columna tertia,libro ſecundo,conſilio quarto,Ponderatis verbis teſtamenti,colum.quarta,libro quarto,conſil.129. Perſpectis his, colum. ſecunda, libro quinto, Carol.Ruin. conſil. 134. Viſo ac perlecto,numero vigeſimoſecundo,verſic. Sed præmiſſa,lib.ſecundo,Rub.Alexandrin.conſil. 36.Enitar,num.nono,& conſil. ſequent. incip. Circa dubium, quod eſt Iaſonis de magis communi atteſtantis, Nicol.Bellon.conſ.50.In præſenti conſultatione, crebriorem eſſe dicens, numero ſecundo, idem Natt.conſil.679.In caſu, numero vigeſimo,vbi de communi meminit,& alij multi quos conſulto prætereo,infirmum atque inconſtans eſſe videtur, cum Baldi ac præ-
160 citatorum ſententia † vera non ſit, illamque reprobant, gloſſ. in dicto §. in fideicommiſſo, in verb. Primò, vbi Angel. de Periglis, Iacob. de Put.& Ioan.de Imol. circ.fin. Bald. ſibi contrarius,conſil.488.Quidam Titius deceſſit,lib. tertio,conſil.432. Proponitur quòd mortuo,libro quarto, Dec. ſibi parum conſtans,conſilio 79.Et pro tenui,colum.prima,& ſequen.conſ. 217. In caſu propoſito,num.ſecundo,Corn.in l.fin.circ. fin.num.quinto,vbi hanc ſententiam in praxi ſeruandam eſſe ſcribit,C.de verborum ſignif. & ne omnes memorem cum longum valde eſset, dixerim magis communem opinionẽ contra Bald.in d.§.in fideicommiſſo,verè eſse vt atteſtantur Socin. iun.conſil.116. Viſo puncto,num.octauo,& nono,& conſil.126.Magna profectò,num.25.libro primo, conſ.146. Viſo teſtamento,numero 17.libro ſecundo,conſilio vigeſimo,Non diſputabo,in princ.libro tertio, Gualdenſ.tit.de ſubſtit.cautel.27.num. primo, Ruin.conſilio.68.Primum dubium, in finalib. verbis,libro ſecundo,Ioan.Cephal.conſilio 16. Viſis omnibus,num.30.libro primo,conſ.215. Præſuppoſita,num. duodecimo, & conſ. 283. Magnificus Dominus Vbertinus, num. 14. libro ſecundo,Rolian.de Vall. conſ. 68. Perſpectis diligenter omnibus,num.22.33. & 46.lib. primo.Quòd autẽ humanior ſit atque æquior, ſcribunt Fernan.Vaſq. in tract.de ſucceſs.creat. lib.3.§.27.num.17.& ante Vaſquium idem dixit Ang.de Periglis in prælleg.§. in fideicommiſſo,quem referendo ſequitur Didac. Tolet. in lib.Pract.quæſt.cap.38.num.4.& ſecundum hanc opinionem aliàs ego pro Riuerijs cõſului in conſil.incip.Dubia ſuper teſtamento, num. 48.verſ.Quartò de iure.

161 Nec eſt uerum repręſentationem iſtam † ſecundum fictionem præcedere,ſed magis ex præſumptione, vt declarat Socin. iun. conſil.116. Viſo puncto prædicto,numero quintodecimo, libro primo,Pariſ.conſil.38.In hac conſultatione,num.14.lib.2.Ioan.Cephal.conſ.489. Teſtator filijs inſtitutis,numero 57.libro quarto, Iacob.Menoch.alios allegans,conſil.357. Dubitatio hæc expreſsè, numero trigeſimotertio, libro quarto, & dixi in præcitato conſilio pro Riuerijs, numero 146. verſic. Quartò reſpondetur.

Secun-

Secundò Alexan.d.conſ.5.ſub num.8. verſ. Poteſt etiam reſponderi, dicebat quòd in caſu notato per gloſſ. & Doctor. in dicto cap.innotuit,& in dicto capit.tanta, tertio præiudicium non afferebatur per admiſſionem legitimati ex ſubſequenti matrimonio ad illam dignitatem, ad quam legitimè nati promouentur, ſed in caſu noſtro ſic. ſubſtituto enim per fideicommiſſum præiudicium inferretur, cui ius in ſpe probabili quæſitum eſſe dicitur, Vnde fideicom-
162 miſſarius poteſt petere ſibi † caueri de reſtituendo fideicommiſſum eueniente conditione, quod petere non poſſet ſi eſſet ſpes improbabilis, l. cum Archimedoram, C. vt in poſſ. leg. l. inter omnes,ff.qui ſatisdar. cogant.iuncta l. ſecunda,§.interdum,ff. de vulgar. & pupill. & l. fin.C. de pact. declaratque notabiliter Bart. in l.is poteſt,columna tertia, verſic. Sed circa hoc quæro an ſubſtitutus, de acquiren.hæredit.rurſus Bart. Paul. de Caſtr. & Ioan. de Imol. qui de communi opinione teſtatur, in l. cum tale, §. Titius, hoc tit. Petr.de Ferrar. in tit.de fideicommiſſ.hæredit.pet. numero quinto, Alexan. conſil. 187. Videretur prima conſideratione, columna tertia,num.13.verſ.Vnde grauati,lib. quinto,Ioan.Cephal.conſil.381.Teſtator inſtituit maſculos, num. 29. verſ. Nono debitor in diem,libro tertio, Simon de Pretis in tract. de interpret.vltim.volunt.lib.5.interpr.2.ſolut.2. num.148.

Poteſt etiam petere vt hæres de reſtituendo
163 grauatus † inuentarium conficiat, Bart. in d.l. cum tale, §. Titius,num.ſecundo, & in l. Marcellus,num.octauo,ff.ad Trebell. Cappell. Toloſ.deciſ.314.incip.Item fuit quæſitum an fidei commiſſarius, vbi latè Stephan. Aufrer. in addit. plures inſignium antiquorum Doctorum autoritates allegans, Guid. Pap.deciſ.351.Vtũ hæres rogatus, in princip.verſ.Attamen iſta ratione non obſtãte,vbi rationes affert,Caſtrenſ. in dicto §. Titius,numero ſecundo. Car.Ruin. conſil.159.Quamuis,numero vigeſimoquinto, verſ.Tertiò not.libro tertio,Auguſtin. Bero.q. 118. An fideicommiſſum,vbi in princip. & poſt num.quarto, teſtatur eſſe communem opinionem, Franciſc.Marzar.in Epitom.de fideicommiſſ.quæſt.54.in fin. Licet huiuſmodi inuentarium ſolenne non ſit,vt illud de quo in l.fin.C.
164 de iur.delib. ſed magis † quædam deſcriptio, vt inquiunt Caſtrenſ. in dicto §. Titius, Ruin. dicto numero vigeſimoquinto, Guid. Pap. & Bero. numero tertio, in præcitatis locis: Et vbi de tertij præiudicio agitur legitimatio ad tempus natiuitatis retro non trahitur,§.liceat,aliàs incip. Si quis ergo, Authent. quib. mod.natural. effic. legitim. & ibi not. Angel. Et quòd ſubſtituto ob ſpem probabilem ius quæſitum
165 cenſeatur, † ſcribunt Dec. conſilio 425. In caſu propoſito, ante numerum nonum, & Carol.Rui. conſilio nonageſimoſecũdo, De duobus principaliter, numero ſextodecimo, libro tertio.

Si tamen rectè aduertatur, hæc ſecunda Alexandri de Imol. reſponſio vſquequaque tuta non videtur,Primò negando in caſu poſito per gloſſ.& Doctores in dicto cap. innotuit, de tertij præiudicio non agi, cum de maiori præiudicio ibi tractetur, quàm in terminis propoſitæ quæſtionis, hic enim de particulari,ibi de vniuerſali iactura agitur,ratione Epiſcopalis dignitatis, & Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, quæ eſt vt caſtrorum acies ordinata, Epiſcopi enim in A-
166 poſtolorum locum † ſucceſſerunt,& ideo præter cæteros Eccleſiaſticos gradus Epiſcopos ad hunc hierarchicum ordinem pertinere non ambigitur, & poſitos (ſicut Apoſtolus ait) à Spiritu Sancto regere Eccleſiam Dei, eoſque Preſbyteris ſuperiores eſſe, ut in Sacro Tridentino Concilio ſeſſione vigeſimaquarta,cap.quarto, incip. Quoniam verò. Nõ mirum ſi in ipſorum
167 electione multo magis † elaborãdum eſt,cum ſupra omnes gradus conſtituantur,totius enim familię Domini ſtatus,& ordo nutabit,ſi quod requiritur in corpore non reperiatur in capite. Hoc itaque munus huiuſmodi cẽſetur,vt ſi pro rei magnitudine expendatur, nunquam ſatis cautum de eo videri poſſit:vt non ab re ſtudeãt Sacri Canones illos præfici debere qui digniores, & Eccleſiæ magis vtiles fuerint, non quidem precibus, vel humano affectu,aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis, & qui ex legitimo matrimonio nati,& vita,ætate,doctrina,atque omnibus alijs qualitatibus præditi ſint,quæ iuxta Sacros Canones & Tridentinæ Synodi decreta requiruntur, vt in Decret.de reform. ſeſſione vigeſimaquarta, cap. primo, & in dicto cap.cum in cunctis,ext. de elect. Ne igitur Epiſcopalis dignitas natalium vilitate coinquinetur,& illuſtris ordo obſcuretur, graue præiudicium eſt cenſendum, ſi contra decreta Epiſcopus eligatur, qui inter il-
168 luſtres perſonas † connumeratur, ſecundum Bart. in l.omnes populi, in quarta quæſt. primæ quæſt. princip. numero decimo, verſic. Illi uerò, ff.de iuſtit. & iur. quem ſequitur Ioan. Bertachin. de Firmo in tract.de Epiſcopo, in prælud. ante finem, uerſic. Item Epiſcopus. Et quamuis Specul. in tit. de iuriſdictio. omn. iudic. in princip. columna tertia, Epiſcopum inter ſpectabiles numerari ſcripſerit, & Bald. in l.ad ſimilitudinem, in ſecundo not.C.de Epiſcop. & cleric. crediderit Epiſcopum illuſtribus æquiparari,illuſtrem tamen non eſſe,idemque Bald. in l.prima,§. his cunabulis, numero tertio, ff. de offic. præfect. prætor. Epiſcopos inter ſpectabiles connumerauerit: tamen Dec.

in l. prima, columna quarta, numero vigeſimo-tertio, verſic. Quintò inter Spectabiles, ff. de of fic. eius, videtur primam opinionem tenere, q Epiſcopus ſit illuſtris, allegat ad hoc gloſſ. in dicta l. prima, de offic. præfect. prætor. quæ E-
196 piſcopos † & Cardinales Præfecto prætorio æquiparat qui eſt illuſtris, ac etiam tex. in c. fi. de re iudicat. in ſexto, vbi Epiſcopus per alium ad inſtar illuſtrium ferre poteſt, ſed ſiue ſpectabilis, ſiue illuſtris ſit, Epiſcopalis dignitas magna eſt, vt maximum ſit præiudicium illam minuere, & hoc quidem præiudicium præferendum ſit ſubſtituti præiudicio de lucro captãdo agentis, quinimo de omnium vere legitimorũ præiudicijs adhuc agi dicitur, & illorum præſertim, qui ad eandem Epiſcopalem dignitatem eligi poſſent, eamque ſcandere promerentur, ſi ille per ſubſequens matrimonium legitimatus non eligatur.

170 Secundò, negando retrotractionem † ob ius in ſpe quæſitum impediri, quod expreſsè probatur ex text. in l. prima, §. qui mortis, ff. ad S. C. Trebellian. vbi ſi is qui mortis tempore ciuis Romanus erat ante aditam hæreditatem in ſeruitutem deducatur, legitima hęreditas ei nõ defertur, nec ſi poſtea liber factus ſit, niſi beneficio Principis fuerit reſtitutus, & tamen eo ſeruo pœnæ effecto interim erat alteri ſcilicet ſequenti proximiori ius quæſitum. Et id quoque probatur in l. prima, §. fin. ff. de bonorum poſſ. contratabul. iunctis ijs quæ not. gloſſ. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. ex quibus conſtat, quòd licet habens primum locum illum perdat, quia fortè deportatus eſt, & ſic ſecundus ſit in ſpe iuris ſuitatis, ille tamen poſtea reſtitutus, qui primus erat locum ſuum recuperat.

Vltimò (vt alia præteream) adducitur, quòd legitimatus per reſcriptum in feudo non ſuccedit, capitulo primo, §. naturales, ſi de feu. fuer. controuerſ. inter domin. & agnat. vaſall. ſuper quo multa in præcedentibus dicebam,
171 ſed ſi ex matrimonio † ſubſequenti legitimatus quis fuerit, vtique in feudo ſuccedet, vt in dicto §. naturales, Andr. de Iſern. Princeps feudiſtarum, & maximus Iuriſconſul. inquit, ac Iacob. de Beluiſ. Aluarot. & Matth. de Affic. in quinto not. numero ſexto, de communi atteſtans, Hoſtienſ. Ioan. Andr. Anton. de Butr. Cardinal. Abb. & alij, in capit. lator, qui fil. ſint legitim. Abb. in dicto cap. tanta, columna ſecunda, verſic. In gloſſ. prima, Alberic. de Roſat. in rubric. columna prima, verſic. Sed nunquid, & verſic. ſequen. C. de natural. liber. Alexand. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, numero decimooctauo, in fin. verſic. Benè tacit, communem eſſe aſſerens, ff. ad Trebellian. Iaſon. in l. generaliter, §. cum autem, poſt numerũ decimũ, verſic. Confirmo per ſimile, C. de inſtitut. & ſubſtitut. vbi autoritates allegat Iacobi de Beluiſio, & Andreæ de Iſern. quem ſummum feudiſtam appellat, vt reuera eſt, Dec. conſil. centeſimo quinquageſimoquinto, Et diligenter, poſt numerum quartũ, verſic. Et taliter legitimatus, de recepta opinione fidem faciens, & in cap. cum in cunctis, numero vigeſimoſexto, extr. de elect. Socin. ſen. conſilio tertio, In cauſa Domini Guidi, numero ſextodecimo, libro tertio, & is communem eſſe affirmãs, ut idem ſcribit Curt. iun. conſilio centeſimo trigeſimoſexto, Quidam vaſallos, in princip. vbi citat Andream, qui mouetur per text. in dicto cap. tanta, non diſtinguentem inter bona feudalia, & allodialia, cum non ſit rationem diuerſitatis aſſignare, ut per eum, Franciſc. Rip. in l. ſi vnquam, quæſt. trigeſimaſecunda, numero octuageſimooctauo, C. de reuocan. donat. Carol. Ruin. conſilio 211. Prima videtur conſide ratione dicendum, numero ſecundo, libro primo, Pariſ. conſilio tertiodecimo, De pluribus, numero quadrageſimoquarto, ac infr. libro ſecundo, & Franciſcus Viuius opinio. 304. Filij nati, numero ſecundo, Felyn. in capit. in præſentia, columna decima, verſic. In quantum, de probat. Laurent. Siluan. conſilio tertio, Quo ad primum, numero vigeſimoſeptimo, verſ. Similiter, & num. 49. verſic. Et in tali feudo, Nicol. Boer. deciſ. 123. & breuiter dico, num. quarto, verſic. Vbi etiam tenet in prima parte, Marc. Mant. conſ. quadrageſimoquinto, In præſenti difficultate, num. quintodecimo, Petr. Duen. reg. 350. incip. Filius naturalis, in ſexta ampl. vbi multos allegat, & de communiori teſtatur Franciſc. Burſat. conſilio decimo, Illuſtris Comes Ludouicus, numero ſexto, libro primo,
172 Quod eſt verum etiam † ſi in inueſtitura feudi ad ſucceſſionem vocauerit filios natos ex legitimo matrimonio, vt concludunt Andr. de Iſern. in dicto §. naturales, ibidemque Affict. in quinto not. Cardinal. Alexandrin. in dicto capit. tanta, columna quarta, verſic. Quæro an filij, vbi de communi meminit, quemadmodum etiam Abb. columna quarta, verſic. Quæro amplius, Iaſon. conſilio 168. In cauſa, & lite, numero ſexto, verſic. Iſta ergo legitimatio, libro quarto, Nicol. de Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſtat. numero 65. in fin. Anton. de Roſell. in tract. de legitim. in quinta chart. columna quarta, verſ. Sed iuxta iſtam quæſtionem, Ludouic. de Sardis in eodem tractat. columna vigeſimaquinta, Franciſc. Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, poſt numerũ quadrageſimũſeptimũ, verſic. Et ibi Panormitanus, ff. ad Treb. de communi atteſtãs, Duen. in d. regul. 350. in 6. ampliat. in fin. verſic. Sed indiſtinctè, Didac. Couarru. in Epitom. de Sponſal.

Sponſal. in prima part. §. ſecundo, in fin. numero 30. Andr. Alciat. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, in ſecunda lectur. numero 31. verſic. Et ideo ſuccedunt, vbi magis communem eſſe affirmat, ff. de liber. & poſthum. deque eadem crebriori teſtatur in l. ex facto, numero quartodecimo, ff. de vulgar. & pupill. & libro tertio, de verbor. ſign. numero duodecimo, ac etiam conſilio 52. numero 6. libro nono, communemque ac veriorem opinionem eſſe dicit Franciſc. Burſat. conſilio decimoſeptimo, Dominus Hieronymus Pictor, numero tertio, libro primo, poſt Thomam de Marinis, in tract. de feud. libro primo, tit. tertio, num. 45. & 48. idem quoque voluit Diomedes in conſtit. Honorem, in glo. prima. verſ. Aut per matrimonium, fol. 49. ac eruditiſſimus Iuriſconſult. Ioan. Vincen. de Anna Neapolitanus, in rep. rubr. de vaſall. decrep. ætat. in verb. Vt filij, numero 425. verſic. Etiam ſi feuda.

Confirmatur, quia ſimiliter fœminas excludit, ſi dictaret ſtatutum, quòd extantibus filijs
173 maſculis † legitimè natis, vel de legitimo matrimonio procreatis, fœminæ non ſuccedant, Anton. de Butr. in cap. per venerabilem, num. ſextodecimo, verſic. Sed poſſet eſſe dubium, d. tit. qui fil. ſint legitim. Dec. conſilio 52. Viſo eleganti conſilio, numero tertio, & d. conſilio 155. Et diligenter, numero quarto, verſic. Ad idem facit, poſt Paul. de Caſtr. quem citat conſilio 180. Super eo, numero quarto, & quinto, libro primo, Pariſ. conſilio tertiodecimo, De plurib. numero 40. & cõſilio quintodecimo, Circa præſentem conſultationem, numero ſeptimo, verſ. Vbi etiam tenent, libro ſecundo, Rolan. de Val. conſilio 100. Reuocatur in dubium, numero 4. & infr. lib. 2.

Huic rationi Franc. Mantic. d. lib. 11. tit. 12. num. 22. ac alij complures nituntur reſpõdere,
174 negando dictam opinionem † quæ conſtituit legitimatos ex ſubſequenti matrimonio ſub inueſtitura pro ſe, & filijs legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio procreatis comprehendi, & ad feudum hoc modo acquiſitum admitti, contrarium enim tenent, Bald. in d. cap. primo, §. naturales, colum. prima, verſ. Quæro quid de legitimato per matrimonium, Præpoſit. Alex. in cap. per venerabilem, §. quod autem, nu. 60. verſ. Vltimò dicas, vbi etiam Aegid. de Ruſtic. colum. 9. verſ. Attende hic, qui fil. ſint legitim. Alexan. conſil. quinto, Attentis narratis, ſub num. 3. verſ. Hoc etiam confirmatur, lib. ſeptimo, Cur. ſen. conſ. 35. Statuto ſeu in capitulis, colum. 7. num. 22. verſ. Et benè facit, poſt Ioan. Andr. & Iacob. de Arct. quos citat, Ludouic. Gozadin. conſ. 25. In hac cauſa, nu. 2. verſ. Ita dixit Baldus, Andr. Barbat. in l. cum acutiſſimi, num. 240. C. de fideicommiſſ. Carol. Ruin. conſilio 92. De duobus principaliter, colum. 6. ſub num. 13. verſ. Et hoc etiam, libro tertio, Curt. iun. in trac. de feud. in 3. par. verſ. Secunda principalis regula, num. 41. Ioan. Cephal. conſilio 111. Magnificus olim, num. vndecimo, verſic. Quæ concluſio, lib. primo, Natt. conſ. 602. Verba arbitror, numero octauo, vſque ad num. 11. Fortun. Garz. in d. l. Gallus, §. & quid ſi tãtum, num. 279. & 280. Rolan. de Vall. conſ. 100. Reuocatur in dubium, num. 39. verſ. Sextò ſententia iſta, & num. 47. libro ſecundo, vbi hanc partem veriorem, cõmunioremque eſſe dicit, Hippol. Riminal. conſ. 522. Prætendit D. Iuſtinianus, num. 30. verſ. Dicunt enim, libro quinto, Iacob. Menoch. conſilio 16. Quod iam non ſatis, colum. ſecunda, nu. 6. lib. primo, vbi de magis recepta Doctorum ſententia teſtatur, & nu. 20. Luc. de Penna in l. eos, nu. 49. verſ. Et quid per canones, & nu. 61. verſ. Præterea dominus qui locauit, C. de his qui ſpõte publ. mun. ſub. libro decimo, latè hanc opinionem defendens: Vnde hæc reſponſio in tanto Doctorum conflictu, ac contrarietate afferri non debuit, præſertim cum ipſa quæſtio de feudo ijſdem ferè difficultatibus laboret quibus propoſita concluſio fluctuat, eſtque veluti in medium deducere id de quo diſputatur, & in omnem euentum pri-
175 ma opinio † ſequenda eſt, quàm vltra præcitatos tenent Iul. Clar. de communi atteſtans, libro quarto, in §. feudum, quæſt. 82. verſ. Sed quid ſi feudum, Franc. Burſat. conſilio decimo, Illuſtris Comes Ludouicus, ante nu. 7. dicens magis communem opinionem eſſe, Lauren. Siluan. conſilio tertio, Quo ad primum, num. 49. verſ. Quinimo Abbas, qui etiam de magis communi meminit, & numero 52. conſulendo, ac iudicando ab eadem opinione recedendum non eſſe ſcribit.

Propterea dupliciter reſponderi poteſt, Pri-
176 mò, quòd feudorum opiniones † ad deciſionem cauſarum in alia materia quàm feudali allegari nequeunt, ut clarè dicit Bart. in l. ut iuriſiurandi, §. ſi liberi, circa medium, ff. de oper. libert. ſcilicet quòd cum conſuetudines feudales non ſint regulæ, nec rationes à iure communi traditæ, non ſunt ad deciſionem cauſarum in alia materia, quàm feudali allegabiles, cum enim ſint ius conſuetudinarium, non ſunt ad conſequentias trahendæ, l. quod verò contra, ff. de legibus, latèque declarat Curt. iun. conſilio ſexageſimotertio, Præſupponitur in facto, columna octaua, ſub numero quartodecimo, uſque ad numerum ſextumdecimum. Vnde cũ diſpoſitio d. cap. primi, §. naturales, ſit exorbitans à communibus regulis, ut ibi Curtius inquit, non poteſt trahi extra caſum ſuum, & ſic ad materiam fideicommiſſariam pro ſubſtituti excluſione.

Et quoniam fortaſſe hæc ſecunda reſponſio, tanquam nimis generalis alicui omnino non ar ridebit, ideo tertio dici poteſt, in dicto §. natu-
177 rales, id propter exuberantem naturam † ſeu di contingere quod eſt beneficium, cap. primo, §. penult. quib. mod. feud. amitt. & ſic videtur facienda lata interpretatio, ſic in legali diſpoſitione fieri ſolet, argum. not. per Alexand. & Iaſon. in dicta l. Gallus, §. inſtituens, de liber. & poſthum. Denique ad id de ſtatuto dupliciter poteſt reſponderi, Primò (ſupponendo id verum eſſe) quòd habeat locum in legis diſpoſitione, at nos loquimur in diſpoſitione teſtatoris, & ita ad tale ſtatutum reſpondet Carol. Ruin. dicto conſilio nonageſimoſecundo. De duobus principaliter, numero quartodecimo, verſic. Et ex hoc etiam reſpondetur, libro tertio, ac etiam Ioan. Cephal. dicto. conſilio 82. Hæreditas duplex eſt, columna pennlt. in prin. numero ſeptuageſimo, libro primo, Rollan. de Vall. conſilio vltim. Reuocatur in dubium, numero quadrageſimoquinto, verſic. Pariter non obſtat, libro ſecundo, & Franciſc. Mantic. dicto libro vndecimo, titu. duodecimo, numero vigeſimotertio, verſic. Quod verò dictum eſt, fol. 292.

Secundò, id falſum eſſe quãdo ſtatutum eſt iuris communis correctorium, ſecundum Rui num, dicto numero quartodecimo, verſic. Vel eſt dicendum, vbi aſſerit Caſtrenſem malè ſenſiſſe, iſtoque caſu contrarium tenuiſſe Ludoui cum Romanum, & Ioan. Andreæ, ac cum ipſis Doctores magis communiter tranſire: & Rolandus dicto conſilio vltimo, numero quadrageſimoquarto, refert in eandem ſententiam concurrere Antonium de Roſell. Ludouic. de Sard. & Albertum Brun. poſtque iſtos pertranſit Mantic. dicto numero vigeſimotertio, verſic. Secundò idem Ruinus. Hic Franciſcus Mantica Vtinenſis ille Iuriſconſultus eſt, cuius opus elaboratiſſimum cum primum improuiſo in quadam bibliotheca vidiſſem, ſolo titulo de coniecturis vltimarum voluntatum (teſtor veritatem) obſtupui, cum autem deinde eruditiſſimi, acutiſſimique viri opus ipſum legiſſem atque conſideraſſem, magis, ac magis eminentẽ eius doctrinã ſubtilitatẽ ordinẽ, atque copiã admirari, ac obſtupeſcere cępi, vt non ab re ſit, ſi ipſum vti benemeritũ in Rotæ Romanæ Auditoriũ inter illos ampliſſimos Iuriſconſultos maxima cum laude in pręmiũ virtutis aſcitum, & nũc etiã purpura ſplendeſcentẽ aſpiciamus.

Quid nũc abſoluta iam diſputatione in hoc perdifficili articulo dicendum erit? negari certè nequit dubitationem eſſe obſcuram, & ſcabroſam propter conflictum Scribentium inuicem acerrimè diſcrepantium, vt inquit Rolan. de Vall. dicto conſilio centeſimo, Reuocatur in dubium, in princip. libro ſecundo. Ego autem vt meum quoque calculum addam, ab hac po-
178 ſteriori ſententia † non arbitrarer fore recedendum iudicando, ac conſulendo, nam quic quid exercendi ingenij cauſa, in contrarium conſiderari poſſet, vt Laurentius Siluanus dicebat, in ſubſtantia hæc opinio videtur verior, & æquior ex Andrea Alciato viro grauiſſimo, magisque communis, ac crebriori calculo recepta ex prælegatis Scribentium autoritatibus, & licet multas rationes huc pertinentes poſſem adducere, breuiter tamen moueor ad id dicendum.

Primò, nam iſta legitimatio reducit ad ſtatum primum contrahentes eorumque liberos, text. eſt in dicto capit. tanta, quod affirmauit Hoſtienſ. in Summ. eodem titu. §. qualiter, & à quo, inducitur enim per Principem Principum, ac Dominum dominantium, videlicet, DEVM OPTIMVM MAXIMVM Omnipotentem ob pęnitentiam, & conuerſionem quæ per huiuſmodi ſequens matrimonium ad eum fit, ideoque latius operari debet, iuxta tradita per eundem Hoſtienſ. in capit. ex tranſmiſſa, de renunciat. cum enim agimus de amiſſis per peccatum reſtituendis per gratiam, reſtitu-
179 tio debet pleniſſimè intelligi, quia Deus † opus imperfectum non nouit, capit. maiores, de baptiſm. cum ſimil. & Geneſi capit. primo, in fin. ibi. Viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona, hocque ob ingentem vim matrimonij, ideſt uirtutem maximam huius ſacramenti, quemadmodum Ioan. Andr. ibi interpretatur, columna ſecunda, in princip. uerſic. Vbi etiam iuuenies: Quod quidem ſacramentum matrimonij magnum eſt, gratiamque confert, ut in ſacro Tridentino Concilio ſeſſ. uigeſimaquarta, de Sacram. Matrim. Proinde retro tractionem in dicto cap. tanta, non fictione illa iuris ad ſimilitudinem poſtliminij ex lege Cornelia, aut alia introduci crederem, ſed ipſam uti effectum tantæ efficaciæ ſacramentalis potentiori ui, ac uirtute non ordinaria, ut lex fingere aſſolet conſiderari, quod alibi Petrus Philippus Corneus Peruſinus Iuriſconſultus nobiliſſimus ſubodoratus eſt, habuit ſiquidem ſuaue ingenium, & iuris ciuilis miram cognitionem, atque ſcientiam, quemadmodum eius reſponſa ac lecturæ teſtantur, Ioannis Petrutij de Monte Sperello, & Benedicti Capræ prę clariſſimorum Iuriſconſultorum diligens imitator, ut Corneam familiam altius extulerit, ac latius prouexerit, ex qua Illuſtres imo Illuſtriſſimi uiri prodiere, inter quos Aſcanius Corneus Iulij Tertij Pontificis nepos Fuluijq. Cornei Cardinalis frater, is bellica uirtute Peruſiam magis, atque magis exornauit, tantisque animi, ac corporis dotib. p̃ſtitit, ut Rom. primis illis

illis exercituum Ducibus qui Romanam virtutem belli artibus æternitati conſecrarunt iure ſit æquandus.

Secundò, nam ante legitimationem nullum ius quæſitum eſt legitimis, ſed ſolum quædam ſpes ſuccedendi, quæ tanti non eſt, vt ius quæſitum eſſe dicatur ad impediendam dictam retrotractionem quaſi imminente tertij præiudicio', cum multa accidere poſſint ne ſubſtitutus hæreditatem accipiat, argum.l.naturalem,§. illud quæſitum eſt, in fin. ff. de acquiren. rerum domin. vnde ſpes ſucceſſionis iſta non attenditur,ut dicit Bart.in l.ſciendum,in princip. ante fin.num.12.verſ. Prȩterea iſta ſpes,ff.qui ſatiſd. cogant.

Tertiò, quòd ius in ſpe quæſitum (vt dicebam) retrotractionem non impediat, probatur
180 tum † in d.l.prima,§.qui mortis,ff.ad Trebel. tum etiam in l.prima,§.fin.ff.de bonor.poſſeſſ. contrabul.iunctis ijs quæ not.gloſſ.in d.l.Gallus,§.& quid ſi tantum,ff. de liber.& poſthum.

Vltimò, ſi ius in ſpe quod habet ſubſtitutus retrotractionem ex matrimonio ſubſequenti inductam impediret, ſequeretur quòd per antecedentem natiuitatem legitimorum habentium ſpem ſuccedendi in totum, legitimatio ſequens naturalium filiorum impediretur, quæ quidem nihil primis obeſſet quin in totum ſuccederent, quod cum ſit falſum,quia id ita intelligitur niſi, & alij naſcantur, etiam naturales qui legitimentur, dicto cap. tanta, ergo à fortiori falſum eſt, antecedens, vt ſpes ſubſtituti retrotractionem impedire habeat, ſpes enim illa liberorum legitimorum non conſideratur, argum.l. poſt emancipationem,ff.de adim. leg. & notatorum ab Hippol. Riminal.in §. primo, numero 262. & 263. Inſtitut. quib. alien. lic. vel non.

Concludo igitur vltimam hanc opinionem veriorem,validioremque eſſe, quamuis plures quos recenſebam contrariam Antonij de Butrio ſequantur, qui medullam fortaſſe dubitationis non attigerunt, frequens enim in iure ciuili eſt,vt Doctores aliqui autoritate præceptorum freti, vel aliorum Scribentium quos graues eſſe exiſtimant, cum ijs abſolutè omni diſceptatione prætermiſſa tranſire audeant, vt hinc numerus opiniones comprobantium excreſcat, exemplo ſociorum Aeneæ apud Homerum,lib.Iliad.13.

Αἰνείας δ' ἐτίραθεν ἐκέκλιτο οἷς ἑτάροισι
Λυφοβόν τε Πάριόν τ' ἰσοφαρίζοντα, καὶ Ἀγχίαλον δῖον,
Οἵ οἱ ἄμ' ἡγεμόνες Τρώων ἔσαν αὐτὰρ ἔπειτα
Λαοὶ ἴσουθ', ὡσεί τε μετὰ κτίλοισι νέμηται
Πώμνης ἐκ βοτάνης, γαίνται δ' ὅρα τε φρίνα ποιμήν.

Licet calculatis nominibus hæc poſterior ſit etiam (vt dicebam) crebrior, atque communior, viſaque adhuc fuerit æquior,& benignior.

Tertius principalis caſus eſt, quando conditio ſubſtitutionis ſub qualitate legitimè natorum concepta reperiretur, nunquid ex matrimonio ſubſequenti legitimatus ſubſtitutum excludat? hic caſus à priori non differt niſi in verborum conceptione, ſed cum aliqui autoritates, ac deciſiones in terminis deſiderent, & exquiſita diligentia delectentur, proinde diſtincte ipſum hic inſerere ſtudui, vt enim ſcribit Curtius iun.dicto conſilio 64. Præſupponitur in facto,numero duodecimo, verſ. Tamen iſta
181 communis concluſio,idem eſt dicere † ſine filijs legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio deſcendentibus, hæcque verba æquipollent,vt probatur in cap.innotuit,iunct.cap.cum in cũctis, extr. de elect. Et in hoc tertio caſu omiſſa
182 diſputatione concludendum † eſt, legitimatũ ex matrimonio ſubſequenti appellatione legitimè natorum ad ſubſtituti excluſionem intelligi, vt concludunt Paul. de Caſtr. in l. fin. circa fin.verſ.Mihi autem videtur,C.de his qui ven. ætat.impet.& conſ.180. Super eo quod primo loco quæritur,colum.quarta, numero quinto, verſ.Niſi quando,libro primo, Dec. in d. cap. cum in cunctis,columna tertia, numero vndecimo,verſ.Et ideo,extr.de poſtul.prælat.ac dicto conſil.155.Et diligenter,numero ſeptimo,verſ. Nõ obſtat quòd legitimatus,Nouiſſ.Pariſienſ. ad Alexand.conſ.quinto,Attentis narratis, numero ſecundo,in verb. Contrariam,libro ſeptimo,Auguſtin.Bero.in cap.in præſentia,numero.338.de probat. Laurent.Siluan. dicto conſ. tertio,Quo ad primum dubium, numero vigeſimoſecundo,Andr. Alciat. conſ.52. Hæc præmitto,numero quinto,libro nono, Pariſ. conſ. 13. De pluribus, numero 39. libro ſecundo, conſ.15.Circa præſentem conſultationem, numero ſeptimo,eodem volum.Carol.Ruin. conſil.80.De duobus, numero ſecundo, libro tertio,Natt.conſ.121. In cauſa poſſeſſorij, colum. quinta,num.13.verſ.Sed ſic eſt,lib.primo,Franciſc.Burſat.conſ.10. Illuſt. Comes Ludouicus, num. 7. qui de communi opinione atteſtatur, lib.primo,Hierony.Gabriel.conſ.21. Sebaſtianus,num.37.& is lib.1.

Et quamuis contrariũ ſcripſerint Natta ſibi parũ conſtãs,conſ.624.Teſtator ſubſtituit,nu. 18.& infr.lib.3.Curt.ſen.conſ.73.Super memorata facti narratione,col.27.verſ.Et idẽ Barbatias ante nu.25.& Io.Ceph.conſ.364. Pro Magnifico D.Iacobo Trotto, nu.26.lib.3. tamen non eſt ab opin. Caſtrenſ. in iudicijs & reſpõſis recedendum, cum ſit verior,& non ſolum cõis, ſed etiam frequẽtiori calculo recepta, pro qua faciunt omnia quæ ad firmandam opin. affirmatiuam in præcedenti caſu ſcripta reperiũtur.

Cũ igitur talis ac tãtus ſit fauor matrimonij,
183 non mirũ ſi ex eo ſubſequenti legitimati † ad

emphyteuſim Eccleſiaſticam receptam pro ſe, & filijs legitimè natis admittantur, Io. de Imol. in l. quod dicitur, numero decimo, in fin. verſic. Et per hanc rationem, ff. de verbor. oblig. Petr. de Anchar. conſil. 241. Ex tenore priuilegij, numero quinto, verſic. Quinimo & ſi iſta eſſet, Alexand. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, numero 18. de communi atteſtans, ff. ad Trebel. Iaſ. in l. generaliter, §. cum autem, num. decimo, verſ. Et quòd legitimati, C. de inſtit. & ſubſtit. Felyn. in cap. in præſentia, numero 24. verſ. Quintò in quantum, extr. de probat. Dec. in dicto cap. cum in cunctis, numero nono, in fi. verſ. Et in ſimili habetur, & conſilio 155. Et diligenter, numero quarto, Franc. Rip. in l. ſi vnquam, quæſt. 32. num. 89. verſ. Ideo tales ſuccedunt, C. de reuocan. donat. Laurent. Siluan. d. conſ. tertio, Quo ad primum dubium, num. 24. verſic. Similiter ſuccedunt, Ioan. Lopez in rub. extr. de donat. inter vir. & vxor. §. 60. numero octauo, verſi. Niſi ſint legitimati, Duen. in reg. 350. Filius naturalis, num. ſeptimo, vbi multos allegat, Andr. Tiraquell. in tract. de iure primogen. quæſt. 34. numero 55. verſic. Item licet emphyteuſis, fol. 252. Pariſ. conſ. 13. De pluribus num. 43. verſ. Tamen quando filius, libro ſecundo, Franciſc. Viuius, opin. 304. Filij nati, num. ſeptimo, verſ. Similiterque iſti, Hieron. Gabriel. conſil. 21. Sebaſtianus, num. 42. qui loquitur etiam vbi conceſſio eſſet facta pro ſe, & filijs legitimè natis, de magis cõmuni atteſtans, libro primo, Ioan. Cephal. conſ. 276. Magnificus Dominus Iacobus Philippus, numero 43. libro ſecundo, Antonin. Teſſaur. in deciſionib. Pedemontanis, deciſ. 84. Legitimatione, numero ſecundo. verſic. Amplia ſecundo, fol. 78.

Quartus principalis caſus eſt, quando ſubſtitutio eſſet concepta ſub conditione ſi grauatus ſine filijs legitimis & naturalibus, ac de legitimo matrimonio procreatis deceſſerit, nunquid tunc ad excluſionem ſubſtituti ex ſubſequenti matrimonio legitimatus admittatur, & concludendum eſt ſtante huiuſmodi gemina-
184 tione qualitatum † prædictarum legitimatũ non comprehendi, neque admitti, vt ſcripſere Bald. conſilio 367. Quidam tres hæredes, libro quinto, Socin. ſen. conſil. 63. Viſis, colum. 13. ſub num. decimooctauo, verſ. Confirmatur iſta opinio, libro tertio, Andr. Barbat. conſ. 27. ſcripſit doctiſſimus, colum. decimanona, verſic. Eſt autem animaduertendum, Dec. conſil. 155. Et diligenter, in fin. verſ. Præterea Baldus loquitur, Curt. iun. conſ. 64. Præſupponitur in facto, columna octaua, ante num. 13. verſ. Accedit, & verſ. Ex præmiſſis, Car. Ruin. conſ. 92. De duobus principaliter, num. 15. ante & poſt, lib. 3. dicens hanc opinionem eſſe indubitatam apud Anton. de Butr. in cap. per venerabilem, col. 15. verſ. Quid ſi dixit ſine filijs legitimè natis, extr. qui fil. ſint legitim. nec in his terminis contradictorem reperiri, & num. 16. verſ. Et vbi etiam aliter ſentiret, iſtam opinionem communem eſſe, Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, num. 82. dum Angeli conſilium refert, Socin. iun. conſ. duodecimo, Quoniam, numero decimoſeptimo, libro quarto, referens Ruinum in citato loco, & ita etiam tenere Angelum in ſua Diſput. incip. Nobilis quidam genere, vt per eum. Et quamuis contrarium tenuerint Stort. Odd. in tract. de compend. in fin. tractatus, verſic. Ego contrarium teneo, & Franciſ. Burſat. conſ. decimoſeptimo, Dominus Hieronymus, num. ſeptimo, verſic. Reſpondetur, & conſil. 18. Conſului, numero tertiodecimo, libro primo, dicens ita etiam tenere Marcum Mantuam, & Ioan. Mariam Riminaldum. Tamen non erit recedendum ab opinione Bald. Anton. de Butr. Socini ſen. & aliorum præcitatorum vti vera & communi applauſu frequentiſſime recepta, quam tenent etiam infraſcripti Illuſtres Doctores Moderniores, ſcilicet, Ioan. Cephal. d. conſil. 82. Hæreditas duplex eſt, num. 29. verſ. Sexto adducor, referens Ruinum in præallegato conſil. dicẽtem, neminem huic ſententiæ contradicere, & conſ. 111. Magnificus olim, nu. 14. libro primo, conſ. 239. Subſtitutionis uerba, nu. 16. lib. ſecundo, conſil. 276. Dominus Iacobus, num. 29. eodem vol. conſ. 364. Pro Magnifico D. Iacobo Trotto, nu. 33. lib. 3. & conſ. 541. Cum teſtator, nu. 8. lib. 4. Auguſt. Bero. communem opinionem eſſe affirmans, conſilio 167. Diligenter conſideratis, ſub num. 3. verſ. Nec obſtant, lib. ſecundo, & Rol. de Vall. conſ. 190. Reuocatur in dubium, num. 16. lib. 2. poſt Anton. Rub. Alexan. in l. Gallus, §. quidam rectè, num. 169. verſic. Secundus caſus, de liber. & poſthum. quem ibi allegat, quibus etiam addo Pariſ. conſilio duodecimo, Tranſactio iſta, numero 145. & infra, libro ſecundo, dicens hanc opinionem ſine dubio procedere, Franciſc. Marzar. in tract. de fideicommiſſ. quæſt. 30. fol. 25. verſic. Nihilominus quando ſtant verba, Mantic. in eius tract. de coniect. ultim. uol. libro vndecimo, tit. duodecimo, num. 25. uerſ. Hæc autem opinio, Iac. Menoch. in tract. de præſumpt. parte ſecunda, libro quarto, præſumpt. 81. ante numerum uigeſimumquintum dicens iudicando, ac conſulendo non eſſe ab hac recepta opinione recedendum, cum qua in effectu ipſe pertranſit licet deſuper dixerit aliquali dubitatione non carere, & conſilio 227. Iuri & æquitati, numero ſeptuageſimo, libro tertio, utrobique citans Antonium Canetium in Extrauagan. cap. Valentes, in uerbo, Sed quid ſi dictaret, in fine, fol. 180.

Si

Si enim (vt Ruinus inquit) mentio ſimplex de filijs legitimis & naturalibus cum verba indefinitè tunc concipiantur, legitimatos modo prædicto comprehenderet, ſecundum Bald. in cap. 1.§.naturales, ergo ſi comprehenderentur etiam quando verba geminauit, illa vltima verba, Et ex legitimo matrimonio natis, nihil operarentur, ſed ocioſa ac inania remanerent, contra, l. ſi quando, in princ. de leg. 1. & not. in l. ſi quando, C. de inoffic. teſtam. c. ſi Papa, de priui leg. in 6. cum ſimil. Nec dubium eſt, geminatio
185 nem † plurimum operari ad cognoſcendam mentem loquentis, l. baliſta, cum ſua materia, ff. ad Trebell. & not. in l. cum ſcimus, C. de agricol. & cenſit. lib. 11.

Et ſi diceretur, quòd vbi facta fuit mentio de filijs legitimis, & naturalibus, verba etiam de legitimatis per reſcriptum intelligerentur, vt per Bal. & alios in d. l. Gallus, §. ſi eius, & Doct. in l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. ac in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit. qui ex verbis ſequentibus, & ex legitimo matrimonio procreatis excluſi videntur, ſecundum Doct. in dictis locis.

Reſpondetur, quòd imò hoc nõ procederet quando de excluſione ſubſtituti ageretur niſi
186 ille † citatus eſſet, Petr. de Anchar. conſ. 427. Circa primum quæſitum, num. 2. & infra Alex. conſ. 67. Conſideratis his, num. 5. cum ſeq. conſil. 94. eiuſdem initij, num. 5. lib. 1. Soc. ſen. in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 30. verſic. Quintum corollarium: Et caſu quo teſtator eſſet nobilis ſi mentionem de legitimis & naturalibus feciſſet legitimati per reſcriptum non venirent, Ang. ita limitans prædictorum opinionem, in Diſput. incip. Nobilis quidam genere, in 2. dub. Et ſic iſto caſu verborum geminatio nihil operaretur ſi legitimatus per matrimonium ſubſequens non excluderetur, contra iura prædicta, & contra notata per Bald. in rubr. C. de contrah. empt. dicentem interpretationẽ fiendam eſſe per quam verbum aliquod ſuper-
187 fluum † non remaneat. Et ita tenendo non obſtant tradita per Burſat. d. conſilio 18. Primò, quòd ſi matrimonij ſequela omnia vitia præcedentia aufert, & verè filium ex matrimonio legitimè natum conſtituit virtute legis, quæ quo ad omnia illũ proverè legitimo habet, ad not. in d. c. tanta, qui fil. ſint legitim. & in d. c. innotuit, extr. de elect. ergo virtus legis tam in ſolis verbis, natis vel procreatis, operabitur, quàm ſi verba geminata vel triplicata fuerint, cũ iuxta eandem legem teſtator diſponere ſemper cẽſeatur, l. ſi duo, ff. de acq. hæredit. not. in l. precibus, C. de impub. qua quidem inductione Mãtua, & Riminaldus vtebantur.

Nam reſpondetur, dictam ſequelam non tollere voluntatem teſtatoris, & coniecturas quæ ex verbis prolatis elici poſſunt, cum rei ſuæ qui libet moderator ſit & arbiter, voluntasque teſtantis pro lege cenſeatur, adeo quòd hominis prouiſio facit legis prouiſionem ceſſare, & proinde dicta ſequela non tollit vim geminationis, ex qua voluntas enixa excerpitur, vt videamur non in ancipiti, ſed in claro verſari, nec coniecturis egere, videtur enim teſtator originem ex dictis verbis geminatis omnino reſpexiſſe, & ſic natiuitatis principium, adeo quòd dictum motiuum Burſati inefficax reddatur, qui inſuper videtur huc transferre omnes difficultates quas in principali quæſtione dum ſecũdum caſũ abſoluimus, per uarios anfractus tetigimus.

Secũdò, quòd illa uerba, Et de legitimo matrimonio natis, poſita poſt alia, ſcilicet filijs legitimis & naturalibus, cenſentur ferè poſita, & addita magis ex capite vſuque notarij quam ex mente volũtateque teſtantis, ideo nihil operari debent, nec alicui præiudicium inferre, ar-
188 gumento eius, quod in ſimili de clauſula † codicillari, & alijs notant, Bar. in l. 1. q. 6. num. 10. verſic. Et hoc puto verum, ff. de iur. codicill. Curt. iun. conſ. 101. Præſupponitur in facto, nu. 11. verſic. Ergo ſuccedit, dicens Bartoli doctrinam communiter approbatam eſſe, Socin. iun. conſ. 116. Præſens caſus, col. 3. nu. 21. lib. 2. Pariſ. conſ. 19. Conſideratis coniecturis, col. 3. nu. 20. lib. 3. Carol. Ruin. conſ. 98. Viſa renunciatione, in fin. nu. 82. lib. 1.

Huic etiam rationi, Primò reſpõderi poteſt,
189 notarium cenſeri à partibus † rogatum, vt ponat in inſtrumento clauſulas, quæ ſunt de conſuetudiue, easque appoſitas per ipſum intelligi de mente, & voluntate teſtatoris, ac contrahentium, Alex. conſ. 5. Circa primum dubium, colum. 4. ſub num. 11. verſic. Quia præſumendum eſt, lib. 3. conſ. 125. Viſis & conſideratis ſtatutis, col. pen. in princ. verſic. Nec obſtat quòd notarius, lib. 1. & conſ. 1. Ponderatis his, col. 6. nu. 22. vbi loquitur in terminis Bart. in præcitata, l. 1. lib. 5. pulchrè Corn. conſ. 194. Videtur, col. 3. num. 8. lib. 3. dicens ita reſpondere ad ſimile motiuum Salicetum & Caſtrenſem, ſcilicet notarium non preſumi ſcribere niſi quod teſtator voluit, & notarium præſumi doctum non indoctum, & ideo ſi communiter notarij clauſulas apponunt, cenſeri teſtatores communiter ita velle, ſique non in ſpecie ſaltem in genere, volũtatemque in genere ſufficere, l. qui iure militari, ff. de teſtam. milit.

Secundò, quòd licet verba quæ ſolent apponi de ſtylo notariorum nihil deberent operari,
190 tamen † hoc intelligi quo ad aliquid præiudiciale non veriſimiliter cadens in mentẽ partiũ, vt poſt Abb. in Diſput. incip. Statuto Senenſi, in vltim. chart. tradit Ruin. d. conſ. 98. num. 28. in fin. verſic. Et vltra eum, lib. 1. ſubdens congruere,

gruere,quod not.Anton. de Butr. & Abb. in c. cum contingat,dum loquuntur de notario ponente verba nimis ampla,quæ deliberatam mẽtem contrahentium diſgregant, vt nihil operentur, Sed in propoſito geminatio iſta veriſimiliter potuit cadere in mentem teſtatoris ambientis ad ſuam hæreditatem à principio aut origine verè legitimos, non legitimatos poſtea & in peccato genitos aſpirare ac ſuccedere, igitur verba prædicta operari debent.

Tertiò dixerim inſpiciẽdum eſſe,vbi,& quo modo clauſulæ ponantur,nam ſi acceſſoriæ ſue
191 rint, & in executiuis † poſitæ,principalem diſpoſitionem non alterant, clem. 1. de præben. Bart.in l.1.num.6. verſic. Secundum Petrum, ff.de offic.procur.Cæſaris, Anton. de Butr. Io. de Imol.col.fin.verſ. Vltimò, & Cardinal.col. pen.verſic.Decimotertio quæro,in c.quoniam Abbas,de offic.deleg.Felin.in c.licet in corrigẽdis, num.7.verſ. Confirmo dictis notabilibus, de offic.ordin.Iaſ.in l.ex pupillari,num.2.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit. Socin. ſen. conſ.66. Viſa donatione,num.6.lib.3.Dec.in l.non omnis,in princ.num.11.ff. ſi cert. pet. conſ.2. Et pro tenui,in fin.num.10.verſ. Nam iſtæ clauſulæ,conſil.38.Circa primum dubium,nu.5.verſ. Confirmatur hoc,conſ.195.Studendo breuitati, colum.pen.verſ.Secundò diligenter, conſil.413. Conſuluit accuratè, ad fin.num.9. Aym. Crauett.conſ.25.Dubia,num.3.verſ.Tertiò reſpõdeo,Carol.Ruin.conſ.137.De duobus principaliter,num.10.verſ.Et confirmatur hoc,lib.2. Natt.conſ.372.Quoniam,num.20.lib.2. conſ. 582.Verba inueſtituræ,num.7.& 8.lib.3.Ioan. Cephal.conſ.94.In præſenti caſu,num.29.verſic.Ea enim,lib.1.Franciſc.Becc.conſ.24.Cum magnificus,num.21.verſ.Verbum autem,conſilio 111. Et ſi perlectis, num. 25. Vincent. de Franch.deciſ.213. In cauſa, num.53.in 1.part.
192 Si verò non acceſſorie, ſed principaliter † ponantur,alterant & operantur,vt in verbis diſpoſitiuis & ſubſtantialibus teſtamenti, quemadmodum in ſimili declarant, Dec.conſ.305. Iuridicam eſſe arbitror,num.7.& d.conſ.413.col. fin.ante & poſt num.8.& infr. Oſaſc.deciſ.164. Alia ſæpe contingit quæſtio,in princ.Pariſ.conſil.23.Prima,num.42.lib.1.vnde cum dicta verba in parte teſtamenti ſubſtãtiali appoſita ſint, ſcilicet in ſubſtitutione,non poteſt ipſorum virtus debilitari.

Sed quantumuis eſſemus in executiuis & acceſſorijs,vt ex clauſulis non poſſet alteratio aliqua diſpoſitionis inferri iuxta præallegatam cõcluſionem, attamen ex ijſdem clauſulis princi-
193 palis diſpoſitio † declararetur, Bald. in l. eam quam,num.36.verſic. Sed pone quidam,C.de fideicom.Socin.ſen.conſ.272.Non proſequendo,col.fin.verſ. Et licet huiuſmodi clauſulæ,libro 2. Curt.ſen. conſ. 49. Memoriæ recolendæ Dux,nu.53.verſ. Et facit illud, Dec.conſ.423. Negari non poteſt,in fin.num.19.& 20. Carol. Ruin.conſ.87.Quia Matthæus,num.15. verſic. Nec obſtat,lib.3.conſ.100. De tribus,num.7. verſ.Et quamuis,eod.vol.Hieronym.Grat.cõſil.8.Illuſtris Comes Antonius,num.16.verſic. Et clauſula,lib.2.Soc.iun.conſ.93. Perſpectis, num.28.verſ.Et ex hoc,lib.3.vbi multos citat, Natt. conſ.39.De nullitate,num.7.verſ.Et ſi in oppoſitum, conſ.111. Pluribus,num.5.verſic. Tertiò præſuppono, lib. 1. & in propoſito illa declaratio reſultaret, ſcilicet teſtatorem de legitimis verè attenta natiuitate,& origine intellexiſſe.

Vlterius dici poteſt, quòd quando clauſula acceſſoria ſi non ampliaret nihil penitus operaretur,tunc vt aliquid inducat, ampliat diſpoſi-
194 tionem † ſecundum vim ſuorum verborum, Franciſc.Rip.in l.qui Romæ,§.duo fratres,nu. 84.verſic. Non obſtat,de verb.oblig. Sed vt ex mente Ruini dictum eſt,verba illa,Et de legitimo matrimonio,niſi operarentur excluſionem dictorum legitimatorum ex ſubſequenti matrimonio,vacua & inutilia remanerent, & ſtatim etiam oſtendam:ergo debent ſecundum vim ipſorum diſpoſitionem ampliare,& Ripã ſequuntur Soc.iun.d.conſ.93.Perſpectis, num.25.lib. 3.Hieronym.Grat.conſ.9. Facti ſpeciem ſubijciam,num.142.verſ. Et ideo clauſulæ,lib.1.allegat Iaſ.in d.§.duo fratres, in 8.q.num.73.verſ. Sed cauc,Iacob.Menoch.conſ.87.Quæ adhuc, num.42.lib.1.

Vltimò hoc de clauſulis acceſſorijs reſtringi debet ad illas, quæ ſimpliciter de ſtylo notarij eſſent appoſitæ, quaſi non principaliter conſi-
195 deratæ † ſed acceſſoriæ, vt poſt Lud. Gozadinum tradunt Soc.iun.d.conſ.93.num.33. verſ. Sextò etiam reſpondetur, & Menoch.d.conſil. 87.nu.44. verſ. Rurſus inquit, ſed dicta verba non ex ſtylo notarij cenſentur appoſita,cum reſpiciant ſubſtantiam negocij,& voluntatem teſtatoris ex rationabili cauſa ad id diſponẽdum impulſam,ſimusq.in diſpoſitiuis, meritò obiectum ceſſare debet,eſto quòd in acceſſorijs uereſaremur,quod dicendum non eſt.

Tertiò,quòd copula,&,inter dictam geminationem poſita nihil operetur, ſed tanquam in-
196 ter genus,& ſpeciem † in diſiunctam reſoluatur,iuxt.not.per Doct.in rubr.C.de inſtitut. & ſubſtit. Bald.conſ.239.Teſtator ita dixit,col.1. lib.1.admittendum non eſt,cum dictio copulatiua non ſit interiecta,ut prædicitur,de una nãque ſpecie filiorum in dicta ſubſtitutione agitur,quæ inquam à natiuitate originaliter ſit legitima, ex uerbis igitur Et de legitimo matrimonio procreatis, quędam fit declaratio,ac intentionis teſtatoris certificatio ex ipſa expreſ-

ſione

ſione qualitatis originalis reſultans, de quibus filijs, ſeu de qua ſpecie filiorum ſenſerit, euincitur que ex illa geminatione de veris filijs quib. definitio competit intellexiſſe, iuxt. l. filium eũ definimus, cum ibi, not. ff. de his qui ſunt ſui, ve lalie. iur. vt copula, &, in ſuo eſſe permaneat
197 æque principaliter † copulandi, ad not. in l. 1. ff. de pecul. Bart. in l. Titiæ textores, §. nihil, de leg. 1. Dyn. in reg. acceſſorium, de reg. iur. in 6. Carol. Ruin. conſ. 53. Viſa & intellecta, num. 7. lib. 1. conſ. 168. Viſo ac perlecto, num. 29. lib. 3. Clarumque etiam eſt vnam copulatiuę partem
198 aliam † declarare, Ludouic. Roman. conſ. 231. Præmiſſorum Doctorũ concluſione, poſt prin. verſ. Secundò verò moueor, Soc. in l. 1. in 1. not. ff. de reb. dub. Ruin. d. conſ. 53. nu. 8. lib. 1. conſ. 61. Caſus de quo quæritur, num. 8. lib. 2. conſ. 23. Viſis, num. 9. lib. 3.

Præterea dici poteſt, quòd quando copula ponitur inter extrema cõpulata, quæ omnino diuerſa non ſint, tunc naturam copulæ non re-
199 tinet, ſed exponitur † pro ideſt, ſecundũ Abb. & Ioan. de Imol. in c. 2. de reſcript. & probatur in c. monaſteria, de vit. & honeſt. cleric. idem Ruin. d. conſ. 53. num. 9. verſ. Quia quando, libro 1. & conſ. 56. Stante ſexto capitulo, num. 1. eod. vol. vnde cum copula ſtet inter legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio progenitos non omnino diuerſos, meritò verba ſequentia copulata expoſitiuè aſſumenda ſunt: Quinimò copula ſtans inter genus, & ſpeciem
200 † expoſitiuè aſſumenda eſt, ſecundum gloſ. & Bart. in l. 2. in princ. ff. ad l. Aquil. quod eſt verum quando de mente teſtatoris conſtat, aliàs ſecus, Bart. in l. vbi pactum, circa princ. C. de tranſact. Ruin. d. conſ. 56. num. 8. lib. 1. vbi hoc de copula magiſtraliter ex Bartolo declarat, ad terminos præſentis quæſtionis diſtinguens, vt per eum, Sed in propoſito de mente teſtantis conſtat qui nixus eſt omnem dubitationem tollere, meritò ſi eſſet copula interiecta (vt nõ eſt) inter genus & ſpeciem, non diſiunctiuè, ſed ſecundum propriam copulatiuam naturam interpretanda foret, concurſus enim copulatorum
201 requiritur † quando plura reſpectu alterius copulantur, l. ſi hæredi plures, de condit. inſtit. nõ autem quando per ſe principaliter copulantur tunc enim copula ſtat continuatiuè, & alterum tantũ ſufficit, l. 1. de his, qui not. infam. vbi Bar. & per eundem in l. ſi is qui ducenta, §. vtrum, de reb. dub. Ruin. conſ. 88. Quia de quàm pluribus, num. 11. lib. 5.

Sed quid plura? cum ſi copulæ ſignificatio,
202 & vis ex præſumpta † mente eam proferentium perpendi debeat, Bar. in l. Gallus, §. etiam ſi parente, num. 6. de liber. & poſthum. Alexan. conſ. 9. Viſis, col. 3. num. 8. verſ. Et pro hoc facit, lib. 2. conſ. 22. Viſo inſtrumento, col. 2. numero 5. verſ. Bene facit, lib. 1. Et regulariter, vt menti deſeruiat vna dictio vnaque coniunctio
203 pro † alia accipiatur, gloſſ. Bartol. & Paul. de Caſtr. in l. eas cauſas, ff. de condit. & dem. Alex. conſ. 81. Lecto & diſcuſſo, col. 3. num. 5. verſic. Et ad dictam interpretationem, libro 3. vtique non in diſiunctam reſoluemus copulam, vt ſupra interiectam, ſed illam interpretationem aſſumemus ex intentione teſtantis, vt filios omni tempore, & originaliter legitimos ſub geminatione illa verborum comprehendi intellexerit, & quòd illicitos amplexus atque in peccato ex illicito coitu genitos abhorruerit: Vt diſtinctionem quam circa copulæ vim tradit alibi Ruin. conſ. 112. Circa primum dubium, nu. 13. lib. 5. aliasque Baldi ac multorum varias diſtinctiones conſultò prætercam, quæ fortaſſe ad dictam obiectionem tollẽdam poſſent cõgruere.

Quartò, dum Franciſcus Burſat. ad ſubmouendum reſponſionem Ruini d. conſ. 92. num. 15. & 16. dicentis, quòd niſi legitimatus ex ſequenti matrimonio excluderetur, verba illa, Et ex legitimo matrimonio natis, nihil operarentur, nec etiam in legitimato per reſcriptum niſi eſſent citati ſubſtituti, vel teſtator eſſet nobilis, replicabat non ex hoc primam tolli reſponſionem, Nam præſuppoſita legitimatione per reſcriptum prę ſupponetur etiam ſi ſubſtitutus citatus non ſit, quòd ideo valeat legitimatio nul-
204 lo citato tanquam comes in reſcripto † huiuſmodi facultatem habeat, Portius conſilio 105. Quia inter plura, num. 34. verſ. Eo maxime, libro 2. Vlterius nam in vili muliere etiam meretrice, & omnino imparis conditionis cum viro, legitimatio per ſubſequens matrimonium procedit, ac effectum habet, vt iam diximus, & ex communi Burſat. ibidem num. 22. verſ. Secundo verò reſpõdeo, affirmat, etiam quòd in mortis articulo matrimonium celebraretur, cum & tunc legitimatio effectum ſuum ſortiatur, Vnde ſi ſubſiſtit legitimatio licet cum vili, & meretrice ſequatur matrimonium, geminatio verborum procedet in legitimato per reſcriptum ac ſuum in illo operabitur effectum non autem in legitimato per ſubſequens matrimonium, ac ideo quia talis legitimatio qua omnis macula per matrimonium abſtergitur, & ex qua vera, & originaria ac potentior inducitur legitimatio, multum fauorabilior, & efficacior reddatur, ac plus roboris, & fauoris in hoc conſequatur, quàm ſimplex legitimatio per reſcriptum.

Poteſt faciliter reſponderi, citationem ſubſtituti in legitimatione per reſcriptum neceſſariam eſſe, Portius verò & Viuius in legitimatione viuente patre facta, uel eo conſentiente, aut præordinante loquuntur, quo caſu dicta communis opinio ſolet limitari: Non obſtat quod idem Iacob. Philipp. Portius nimis indiſtinctè

ſcribit,

ſcribit, Comitum priuilegia facultatem ſine citatione legitimandi continere, cum non omnia priuilegia id contineant, nec poſſint Comites id efficere ſine ſpeciali authoritate legitimandi, citatis, vel non citatis illis quorum intereſt, & Doctores per ipſum allegati præſupponunt in caſibus ſuper quibus conſultant dictam authoritatem adfuiſſe, non quòd adeſſe ordinariè debeat, vt videre eſt apud Dec.conſ.6.Copioſe & eleganter, col.fin.num.12.verſ.Nec in iſto caſu obſtat, & Iaſ.conſ. 39. In præſenti conſultatione, col.fin. verſ. Quartò non obſtat, vnde cum raro priuilegia id contineant, licet enim Princeps legibus ſit ſolutus, legibus tamen ipſis viuere cenſetur, l. digna vox, ff.de legib. l. Cæſar, ff.de public.cum ſimil. & propterea non cenſetur velle iuri tertij præiudicare, non debet ad deciſionem præſentis quæſtionis allegari, l. nã ad ea, d.tit.de legib. non enim probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, l.non hoc, ff.vnd. cogn. factaque non præſumuntur niſi probentur, l.in bello, §.factæ, ff.de captiu.& poſtlimin. reuerſ. Quod verò ad matrimonij validitatem cum vili muliere, & ex eo legitimationis efficaciam pertinet, non inficior, ſed in legitimato ex reſcripto Ang.opinio in Diſput. incip. Nobiſis quidam genere, in 2.dub.magis communis eſt, vt in alia legitimationis ſpecie cum multis Scribentibus dicebam, vt Ruini reſponſio vera ſit: Et quid dicendum foret ſi abſque illa dictione copulatiua ſubſtitutionis cõditio ita ẽconcepta eſſet, Si ſine filijs legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio natis deceſſerit, vt paſſim ſic ſubſtitutiones concipiuntur?

Vltimò non obſtat, quòd geminatio verborum nunquam operari ſoleat vbi quis damnũ
205 pateretur, vel abſurdum aliquod† emergeret, ſecundum Iaſ.in l.1.num.22.ff.de leg.1.Oſaſc. deciſ.90. Et ſi ad quæſtionis, num.13.& 19.verſic.Nec etiam, citans Oldrad. conſ.148. Factũ eſt tale quidam Comes, num.7.verſ.Ad alia autem, vbi dicit, quòd nullum verbum adeo vniuerſale, vel indiſtinctum eſt, quod ex conſideratione debitarum circumſtantiarum non debeat
206 ciuiliter† intelligi, l.obligatione, ff.de pignor. cum alijs iuribus, ibi, per eum adductis, ac etiã allegans Dec.conſ.355. Diſpoſitum fuit à teſtatore, col.3.num.6.verſ.Secundò poteſt reſponderi, dicentem quòd verba, quæ de ſui natura voluntatem liberam important, reſtringuntur vbi de tertij præiudicio agitur, poſt Bald. in l.ſi quis maior, in princ.C. de tranſact. & in l. ſi cũ ea, in fin.C.de dot.promiſſ. in l.1. ff. de teſtam. milit. Quod certè in propoſito contingeret contra matrimonij fauores, & priuilegia, ac contra filios ita legitimatos ex d. c. tanta, & pro veris iuſtisque filijs quo ad omnia receptos.

Nam communem ſententiam ſuſtinẽdo, dicendum in hac quæſtione videtur, verius fortaſſe de præiudicio ſubſtituti quàm legitimati dubitari poſſe, voluntatis quidem quæſtio eſt, quæ vbi primum in aperto cõſpicitur, præiudicium omne remouet, cum ſufficiat ſic legem ſcriptã fuiſſe, ſicque teſtatori placuiſſe, quilibet enim rerum ſuarum moderator eſt, & arbiter, Vnde ſi teſtator excludere hoſce legitimatos voluit, certè ei licuit, & quia hoc ex verbis manifeſtiſſimè colligitur, quæ originem reſpiciunt, non aliud quærendum eſt, ſed enixę volũtati acquieſcendum atque parẽdum, nam matrimonio teſtator iniuriam non infert, ſed natiuitatem originemque coinquinatam, ac interuallum temporis medium inter natiuitatem, atque legitimationem conſiderans, huiuſmodi prolem nõ verè ac formaliter ſemper origine legitimam fauoribus non proſequatur.

Concludendum denique eſt, ex geminatio-
207 ne prædicta, legitimatos† ex ſubſequenti matrimonio ſubſtitutum non excludere, hæcque opinio, vt verior eſt, ita etiam frequentiſſimo Doctorum applauſu, atque concurſu concelebrata conſpicitur, pro qua adeſt duplex vis geminationis, ſcilicet quæ potens eſt, cum verba
208 geminata magis deliberatè enixeque † prolata cenſeantur, d.l.baliſta, vbi Bald.ac alij, Dec. conſ.637. Viſa prohibitione, num.7.& 14.conſil.666. Ad dubium, num.4. ac etiam conditionis, cum geminatio in cõditionem deducta fuerit, quę in forma ſpecifica impleri debet, d.l.qui hæredi, & l.Mæuius, hoc tit.

Hinc infertur, dictos ex ſubſequenti matrimonio legitimatos ſubſtitutum non excludere
209 ſtantibus† conuentionibus inter illos de cippo domus, vel ſtante expreſſa teſtatoris diſpoſitione, vt filij in conditione poſiti intelligãtur de legitimo matrimonio procreati, ita quòd naturales legitimati etiam per ſubſequens matrimonium non admittantur, tunc enim extra omnem dubitationem eſſemus, vt ſcribit Curtius iun.conſ.81. Viſo, num.7. & num.8. ubi uidetur in hanc partem inclinare, quod etiam præſenſiſſe apparet Dec. d.conſ.155. Et diligẽter, num.7.circa fin.dum nititur cõſilio Baldi, eius dicta ſaluando, reſpondere, idem etiam expreſſe concludit Franciſc.Marzar.in tract.de fideicom.in 2.part.q.30.uerſ. At maior difficultas, & uerſ.Quando tamen, fol.25.& poſt Ioan.Dilect.in tract.de art.teſtandi, tit.15.in fin. eiuſdẽ ſententiæ fuiſſe uidetur Sfort. Odd. in tract. de compend.ſubſtit.partic.6.in fin.operis, uerſic. Quę omnia, licet loquatur quando teſtator expreſſe dixiſſet, quòd de legitimatis quomodocunque non intelligebat, ut per eum.

Quòd autem citra omnem controuerſiam filius conceptus ante contractum matrimoniũ, ſed deinde contracto matrimonio natus exclu-

dat

dat ſubſtitutum ſub conditione ſi grauatus ſine filijs ex legitimo matrimonio natis deceſſerit, in ſpecie concludunt, Alex. conſ. 5. Attentis narratis, num. 3. in fin. verſ. Et ipſemet, libro 7. Carol. Ruin. in l. Gallus, §. ſi eius, num. 97. ff. de liber. & poſthum. & conſ. 92. De duobus principaliter, num. 3. lib. 3. ac Socin. iun. conſ. 12. Quoniam in præſenti difficultate, num. 17. lib. 4. Hic enim filius verè natus ex legitimo matrimonio dicitur, l. nuper, verſ. Et multo magis, C. de naturalib. liber. cuius verba referendo, idem tenet Iacob. Menoch. in d. tract. de præſumpt. par. 2. lib. 4. præſumpt. 81. num. 27. verſic. Sextus eſt caſus, fol. 137. dicens idem etiam eſſe in conceſſione feudi pro ſe, & filijs ex legitimo matrimonio natis, vt ij ſic concepti ante contractum natique poſt contractum matrimonium admittãtur, vt per Iacob. Aluarott. in c. 1. §. naturales, col. 6. in princ. verſ. Sed ego concordarem iſtas opiniones, quẽ ſequuti ſunt, Curt. iun. in tract. feud. in 3. par. in verb. Expedita, nu. 41. & Ant. Gabriel. Roman. lib. 6. concluſionum, tit. de legitim. concl. 1. nu. 23.

An vero ex matrimonio ſubſequenti legitimatus teſtamentum rumpat paternũ ante ſubſequutam legitimationem factum, crebrior Doctorum eſt opinio, vt rumpat, ſecundum Bart. Ang. & Io. de Imol. in l. certũ, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. vbi text. videtur ad hoc ſatis apertus, & poſt Caſtrenſ. Curt. ſen. Dec. Rip. Ludouic. de Sard. Anton. Roſell. Alexand. de Imol. Barbat. & alios, ita tenet Antonin. Teſſaur. deciſ. 84. legitimatione, col. 1. fol. 77.

Quæ in ſuperioribus diximus ad veram nos cognitionem conducunt, vt legitimati per ſubſequens matrimonium, ſub tacita liberorum cõditione ex hac l. ſubintellecta, proculdubio ad ſubſtituti excluſionem comprehendantur.

HYPOTHESIS.

Per curiæ oblationem legitimati an ex hac l. cum auus, & expreſſe etiam ſi ſine liberis deceſſerit conditione, ſubſtitutum excludere ualeant; Antiquitatis præterea non parum interijci.

SVMMARIVM.

1 *Legitimandi modum per curiæ oblationem, diſſue factum eſſe ab aulaque receſſiſſe.*
2 *Ius ciuile ex vetuſtatis indagine ſuauitatẽ quandam redolere.*
3 *Duodecim tabularum leges vetuſtatis effigiem præſeferre.*
4 *Iuris ciuilis gloriam ex M. Cicerone oſtendi.*
5 *Duodecim tabularum libellum omnes bibliothecas continere.*
6 *Curiæ ſignificationem ex Vdalrico Zaſio afferri.*
7 *Curiam cuique ciuitati, vel municipio quondam fuiſſe.*
8 *Decuriones à curijs promanaſſe.*
9 *Curiatas leges à curijs appellari.*
10 *Legitimationem per curiæ oblationem Theodoſium Imp. primum inueniſſe.*
11 *Theodoſium Imp. conſobrinarum nuptias tanquã ſororum vetuiſſe.*
12 *Theodoſium curæ Cyri Præfecti Orientis Conſtantinopoleos pretuliſſe pomœrium.*
13 *Claudium Imp. Romæ pomœrium protuliſſe.*
14 *Auentinum Vrbis montem ab ijs qui pomerij proferendi ius habebant intra Vrbis fines clauſum non fuiſſe: rationemque ex Meſſala oſtendi.*
15 *Legitimari per oblationem curiæ naturales tantum ſiue mares, ſiue fœminas poſſe: idque declarari.*
16 *Legitimari per oblationem curiæ vnum ac plures pro libito poſſe: anumque ex filio naturali nepotem offerendo, ipſum ſibi legitimum reddere.*
17 *Legitimationem per curiæ oblationem poſſe fieri per procuratorem.*
18 *Spurium neceſſitatis cauſa decurionem effici poſſe: non tamen per oblationem Curiæ legitimari.*
19 *Legitimandum, Curiæ illius ciuitatis offerendum eſſe, ex qua pater oriundus eſt: idque explicari.*
20 *Legitimandum offerri curiæ poſſe à maſculis parentibus, non autem fœminis.*
21 *Curiæ quempiam ſe ipſum offerre poſſe mortuo auo, vel patre dummodo legitimi, & naturales non adſint.*
22 *Legitimari ita demum oblatum curiæ ſi is ratum habeat.*
23 *Legitimatum per oblationem curiæ, ſuo genitori legitimum ſucceſſorem fieri, non autem alijs agnatis & cognatis, nec è contra: Et circa eius ſucceſſionem afferri diſtinctionem, nu. 24.*
25 *Legitimatum per curiæ oblationẽ in plus non ſuccedere, quàm vnus ex legitimis minus de hæreditate habens.*
26 *Legitimatum per oblationem curiæ ſoli patri non autem alijs agnaſci: & è contra.*
27 *Legitimatum per curiæ oblationem, ius abſtinendi non habere.*
28 *Legitimato per oblationem curiæ quinam ſuccedant, diſtingui.*
29 *Legitimates per curiæ oblationem fictè non autem verè legitimos dici.*
30 *Legitimum eſſendi, triplicem qualitatem afferri.*
31 *Legitimationem per curiæ oblationem, legitimationi per ſubſequens matrimonium æquiparari; fauorabiliorem etiam ac latiorem eſſe legitimatione per reſcriptum, num. 32. Sed in aliquibus debilio-*

debiliorem eſſe: ad innicemque ſe haberi vti excedentes, & exceſſe, nu. 39.

33 *Legitimato per reſcriptum Principis nunquid poſſit plus relinqui quàm legitimo ac naturali: Doctoresque negatiuam opinionem tenentes afferri: Doctores autem pro affirmatiua inueniri, nu.* 42. *ipſamque affirmatiuam vti communem, imo magis communem comprobari, ac etiam vti veriorem, nu.* 48. *&* 49.

34 §. *& quoniam varia, auth. quib. mod. natural. effic. ſui, explicari, ac num.* 40. 41. 43. 44. 45. 46. *&* 47.

35 *Legitimationem per oblationem Curiæ non retrotrahi.*

36 *Legitimatum per curiæ oblationem proprium ac particularem ſuccedendi modum habere.*

37 *Legitimatum per reſcriptum omnibus agnaſci, & num.* 47.

38 *Argumentum à ſimili data inſtantia diſſimilitudinis ac differentia circa illum actum ad quem fit collatio, corruere.*

50 *Legitimatum per oblationem curiæ ex mente Caroli Ruini, ac Socini iunioris ſubſtitutum non excludere.*

51 *Affectionem teſtatoris in fideicommiſſaria ſubſtitutione attendi, & ſic affectionem grauantis, nõ autem grauati: Idemque in vulgari ac pupillari ſubſtitutione contingere.*

CAP. XVII.

TERTIVS, & vltimus caſus eſt, cum in legitimatione ſumus quę per oblationem curiæ fiebat, de qua multa Azo, Angelus, & Ludouicus de Sardis, inter Doctores qui hanc materiam pertractarunt aliquanto ſerioſius ac diſtinctius ſcripſerũt. Et quamuis legitimatio hæc, ſiue modus iſte legitimandi † diſſuefactus ſit, ab aulaque receſſerit, vt idẽ 1
Ang. conſilio 17. Comes Brandiſius, numero quinto, verſic. Hodie autem, & Ludouicus de Sard. ipſe in tract. de naturalibus liber. ac eor. ſucceſſ. §. de legitimatis per obl. cur. in princ. teſtantur, ac etiam Franciſcus Mantic. in tract. de coniect. vltim. vol. libro vndecimo, tit. 10. numero primo, fol. 281. Connan. libro ſecundo, commentar. iur. ciuil. cap. 16. numero quinto, verſic. Fuit & alius modus, fol. 149. non tamen impertinens erit de ipſa legitimatione in medium aliqua proferre, cum paſſim ex ea videamus ad alias legitimationis ſpecies argumenta deſumi, plurimumque in iure ciuili ſuauitatis, & ornamenti † habeat abſoleta, diſſuefacta, vetuſtaque 2
diligenter perquirere, & admirari, quod nobis Cicero in dialogis de Oratore in perſona L. Craſſi magni illius oratoris, ac iurisperitiſſimi dum de facilitate perdiſcendi iuris ciuilis agit, his verbis clarè oſtendit: Omnia enim (inquit) ante oculos collocata in vſu quotidiano, in conſeſſione hominum atque foro, neque ita multis litteris, ac voluminibus magnis continẽtur: Eadem enim ſunt lata primum à pluribus, deinde paucis commutatis verbis, etiam ab ijſdẽ ſcriptoribus ſcripta ſunt ſæpius: Accedit verò quo facilius percipi cognoſcique ius ciuile poſſit (quod minimè plerique arbitrantur) mira quædam in cognoſcendo ſuauitas, & delectatio: Nam ſi quem hæc aliena ſtudia delectant, plurima eſt, & in iure ciuili, & in Pontificum li-
bris, & in duodecim tabulis antiquitatis † effi- 3
gies: quod & verborum priſca vetuſtas cognoſcitur, & actionum genera quædam, maiorum conſuetudinem, vitamque declarant. Seu quis ciuilem ſcientiam contempletur, quam Scæuola non putat eſſe oratoris propriam, ſed cuiuſdam ex alio genere prudentiæ, totam hanc deſcriptis omnibus ciuitatis vtilitatibus, ac partibus, duodecim tabulis contineri videbit: ſiue quem iſta præpotens, & glorioſa Philoſophia delectat (dicam audacius) hoſce habet fontes omnium diſputationum ſuarum qui in iure ciuili, & legibus continentur. Ex ijs enim cum di-
gnitatem † maximè expetendam eſſe videmus, 4
tum verò & iuſtus ac honeſtus labor honoribus prẽmijs ſplendore decoratur. Vitia autem hominum, atq. fraudes, damnis, vinculis, ignominijs, verberibus, exilijs, morte multantur: & docemur non infinitis concertationumque plenis diſputationibus, ſed autoritate nutuque legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, noſtra tueri, ab alienis mentes oculos manus abſtinere. Fremant omnes licet (di-
cam quod ſentio) bibliothecas † mehercule vnus 5
mihi videtur xij. tabul. libellus, ſi quis legum fontes, & capita viderit, & autoritatis ponderе, & vbertatis vtilitate ſuperare. Hactenus ille.

Inſpiciendum igitur primò videtur quid curia ſignificet, vt melius legitimationem, quæ per oblationem ipſi curiæ fit attingamus, & in huius vocis ſignificatione, Ludouicus de Sard. Ferrarienſis in dicto tract. de naturalibus liberis, §. de iſta legitimatione, numero primo, dicebat Curiam vniuerſitatem eſſe quandam in qua omnes ad conſilium ciuitatis electi uniuntur, hosque Decuriones nuncupari, l. pupillus, §. Decuriones, ff. de verborum ſignif. l. ſi quis, C. de naturalibus liber. eoſdemque aliquando Curiales appellari, l. ſi quis presbyter, C. de epiſcop. & cleric. & l. Decuriones, C. de Decur. libro 10. Decuriones enim ac Curiales, idem ſignificant, l. cum ancillis, C. de inceſt. nupt. l. cõmunium, §. illo videlicet, d. tit. de naturalib. liber. gloſſ. in rubr. eodem tit. de Decurionib. & l. ſi illo, C. libro decimo, Sed hanc ſignificationem

nem longius ex antiquitatis veſtigijs repetere
6 expedit: Curiam à cura † dictam eſſe ex l. 2. de origin. iur. Vdalricus Zaſius deducit, quòd Reipublicæ cura per eius ſententias expediretur, hoc idem etiam Feſtus ſcribit: Curiaque apud Romanos non ſolum is locus erat in quẽ Senatores pro Reipublicæ vtilitate conuenerant, ſed & vbi ſacrorum cura tractaretur. Denique & Sacerdotes in ſua quiſque curia ſacra fecere, feriaſque obſeruauere, teſtes Varro & alij ſunt, illi enim in curijs familiarũ (vt idem Varro inquit) ita res diuinas curarunt, ſicuti Senatus Romanus res humanas in curia Hoſtilia: Quondam ſua cuique ciuitati † vel muni-
7 cipio curia fuit, à Romanorum decurijs forſan vſurpata quæ hodie magna ex parte abierunt, in pagis tamen (vt Zaſius inquit) curię dominicales ſunt quæ vetuſtatis velut vmbram referunt, de quibus ipſe pro iure feudorum ex Dionyſ. Alicarn. libro vndecimo, altius exor-
8 ditur; Ab iſtis curijs Decuriones † prouenerunt, nam vnicuique ciuitati ſecundum mores ſuos magiſtratus fui ſunt qui Decuriones dicuntur, conſilij publici gratia primum introducti: Emanauitque nominis origo à Colonijs (vt Andreas Alciatus tradidit) Populi Romani, in quibus qui eas deducebant, Triumuiri decimum quemque conſilij cauſa aſcribebant, ex his magiſtratus municipales eligebantur, quorum varia fuere munera, l. & ideo, de compenſat. quæ cum ab eodem Alciato viro grauiſſimo in dicta l. pupillus, §. Decuriones, explicentur non erunt hic repetenda. Curia-
9 tas verò leges † à curijs dici ex hiſtorijs liquet, conuocato nanque per triginta curias Populo, ſingulisque curijs (vt Merula ait) in ſeparata ſepta conſtitutis, & ſententiam rogatis, leges olim ferebantur, quæ Populi congregatio comitia curiata dicebantur à coeundo, quòd Populus coiret & viritim leges ferret: & licet in creandis magiſtratibus Seruius Tullus Rex hunc morem immutaſſet, tamen Populo ea poteſtas relicta eſt, vt plebiſcita & leges comitijs curiatis ferrentur, huiuſmodique leges Iuriſconſultus maiorum more curiatas nominat, Suetonius in Auguſto ait, Tiberium à Cæſare in foro lege curiata eſſe adoptatum, hoc eſt, ſuffragiis Populi per curias collectis, eaſdem curiarum leges Cicero in Orationibus populares nominauit.

Secundò quis hanc legitimationem introduxerit, expeditumque eſt Theodoſium huius
10 legitimationis primum † inuentorem fuiſſe, vt in §. quod verò, verſic. Primus itaque modus, authen. quibus modis natural. effic. legitim. collatio. ſeptima, ſancitum nanque ab eo fuit vt poſſit naturales filios aut omnes aut aliquos pater offerre curiis, aut filias curialibus copulare: Exiſtimo hunc Theodoſium illum fuiſſe Imperatorem genere Hiſpanum à Traiano Principe originem trahentem, qui Hunnos & Gothos diuerſis prælijs deuicit quivè Traiano ſimilis corpore ac moribus extitit: is conſobrinarum nuptias tanquam ſororum ve-
11 tuit, † tantum pudori & continentiæ tribuebat: fuit pius, ſagax, nec à litteris alienus: de quo multa ſcribunt Aurelian. Victor. Pomponius Letus, Baptiſta Egnatius libro ſecundo, & Paulus Diaconus, libro duodecimo, non mirum ſi in dicto §. quod verò, ſcribitur eundem Theodoſium hanc legitimationis formam piè nouæ memoriæ mandaſſe, ſi ipſum inſigni pietate exornatum fuiſſe legimus; hunc etiam Imperatorem cura Cyri Præfecti Prætorio Orien-
12 tis Conſtantinopoleos † protuliſſe pomœrium, quod dignum memoratu Zonoras exiſtimat, ſicut etiam de pomœrii productione à Seruio Tullo, à Sylla, Auguſto, & Diuo Claudio Tacitus libro duodecimo, & Gellius libro decimotertio, capitulo decimoquarto, meminerunt: productionis autem à Claudio factæ te-
13 ſtis † præterea extat etiamnum Romæ in peruetuſto lapide inſcriptio huiuſmodi.

T. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAESAR
AVG. GERMANICVS. PONT.
MAX. TRIB. POT. VIII. IMP.
XVI. COS. IIII. CENSOR. PP.
AVCTIS. POPVLI. ROMANI. FINIBVS. POMOERIVM. AMPLIAVIT
TERMINAVITQ.

Hic Claudius Auentinum montem extra pomœrium antea excluſum intra pomœrii fines recepit, vt idemmet Gellius atteſtatur, idque ſe in Elidis Grammatici veteris commentario offendiſſe, cauſasque aliquot cur Seruius Tullus, Sylla, ac poſtea Diuus Iulius qui proferendi pomœrii ius quæſiuerunt, intra Vrbis fines Auentinũ non incluſerint Meſ-
14 ſala † affert, ſed præter eas omnes ipſe vnam probat, quod in eo monte Remus vrbis condendæ gratia auſpicauerit, auesque irritas habuerit, ſuperatuſque in auſpicio à Romulo fuerit: Idcirco (inquit) omnes qui pomœrium protulerunt, montem iſtum excluſerunt, quaſi auibus obſcęnis ominoſum.

Tertiò quis poſſit per legitimationem hanc
15 legitimari, hocque beneficio † naturales tantum ſiuè mares ſiuè fœminas potiri dicebam, maſculi quidem ſi ſe curiæ offerant, fœminæ ſi curialibus nubant, leg. 3. C. de naturalibus liber. §. ſi quis igitur, authentica quibus modis natural. efficiantur ſui, columna ſeptima, Etiam ſi ex ancilla naturales ſint, dummodo liberi facti fuerint, §. oblationis autem modus,

in eadem authentica, etiam ſi fortè Illuſtris dignitatis ſint filij ſuſcepti, niſi tamen dignitas talis interceſſerit quæ homines licet curiales ſint ab hac fortuna liberos faciat, dicto §. ſi quis igitur, in principio poſſeque vnum vel plures
16 ad patris libitum † offerri, habetur in §. primus itaque modus, dicto titulo. Auumque ex filio naturali nepotem offerendo ipſum ſibi legitimatum reddere etiam filio non exiſtente vel oblato, §. ſi quis igitur ex qualibet, verſic. Palam verò eſt, titul. præallegat. indeque de-
17 ſumi † huiuſmodi oblationem per procuratorem fieri poſſe, vt not. Bartolus in l. poſt mortem, §. final. verſic. Quæro quid in legitimatione, ff. de adoption. & in l. Gallus, §. forſitan, columna prima, verſic. Quæro vtrum pater, & ibi communiter Doctores, ff. de liber. & poſthumis, Dec. conſilio quinquageſimo quinto. Et pro tenui facultate mea, columna tertia, numero ſexto. verſic. Sed breuiter contrarium, vbi multos allegat & communem opinionem eſſe teſtatur, Angelus Aretinus in §. final. numero quarto, Inſtitut. de nupt. hocque verum eſt, ſiue alij legitimi adeſſent ſiue non, dicto §. ſi quis igitur, Alij autem hoc beneficio indigni omninò ſunt, §. final. verſic. Eos enim, quibus modis naturales efficiuntur legitim. Vndè dicebat Ludouicus de Sardis, in dicto tractatu de naturalibus liber. §. de legitim. per oblation. cur. in ſecunda quæſtione, numero ſecundo, in fin. quòd quamuis ſpurius
18 neceſſitatis † cauſa decurio eſſe poſſit, l. tertia, §. ſpurios, ff. de Decur. non tamen ex hoc legitimus efficeretur, hoc enim ſolis naturalibus (vt eſt dictum) competit, dicto §. ſi quis igitur.

Quartò, cui curiæ debeat offerri, in hocque
19 dicendum † eſt vt curiæ illius ciuitatis ex qua pater eſt oriundus oblatio facienda ſit, vel ſi ex aliquo vico originem ducat, illi à patre offeratur ciuitati aut ſemetipſum offerat ſub qua ciuitate vicus tributa perſoluit, dicto §. ſi quis igitur, in princ. & l. communium, in princ. C. de natural. liber. Si verò pater offerre volens ex maxima ciuitate oriatur, aut ex senioni Roma, huic licentia tribuitur in quam voluerit metropolim oblationem celebrare, hancque eſſe regulam etiam in filiabus, vt eas curialibus iungat aut ex ciuitate ipſa ex qua orti ſunt aut ſub qua vicus, vel villa tributa perſoluit, dicto §. ſi quis igitur, verſic. Si tamen aliquis, & dicta leg. 3. Ludouicus de Sard. in præcitato §. de legitim. per oblat. cur. numero tertio, in 3. quæſt.

Quintò qualiter fiat, quæve requirantur, & certè poteſt pater vel auus offerre vel ali-
20 quis aſcendentium parentum † maſculorum, ſi enim mater vel auia offerret, non fieret patri vel auo legitimus, offert ergo pater naturalem filium curiæ ſiuè inter viuos ſub geſtis monumentorum, ſiue moriens in teſtamento conſcribens: poteſtque hoc fieri ſiue vnum filium naturalem habeat, ſiuè plures, ſiuè habeat alios legitimos ſiuè non: niſi ex ancilla natus ſit, tunc ſiquidem legitimis exiſtẽtibus offerri non
21 poteſt: Mortuo autem patre auoque † filius ſemetipſum poteſt offerre: hoc tamen caſu requiritur quòd legitimi non ſuperſint, prout hæc omnia leguntur in dicta leg. 3. de naturalibus liber. & in dicto §. ſi quis igitur, authentica quibus modis natural. efficiantur ſui, colum. 7. Hisque caſibus tunc demum filius legi-
22 timus efficietur, ſi ratum † habuerit, vt in dicta authentica, §. cum ſemel autem, & §. ſi quis igitur fuerit, ibi, Deinde ille amplectatur ſcripturam, & tradit gloſ. in l. quoniam deſideria, in verb. Concedatur facultas, dicto tit. de naturalib. liber.

Sextò quis ſit huiuſmodi legitimationis effectus, dicendumque eſt per hanc oblationem filium naturalem ſuo genitori legitimum ſucceſſorem effici, non tamen alijs aſcendentibus
23 aut ex latere cognatis † vel agnatis, nec etiam è contra, §. filium, in præallegat. authentica. Quod intelligendum exiſtimat Ludouicus de Sard. quando ab ipſo genitore oblatus extitit, vbi verò ab auo, ipſi legitimum effici ſucceſſorem non patri: quod fortaſſe vndique tutum non eſt, ratione ſuitatis patriæ poteſtatis ac identitatis reſpectu aui offerẽtis erga filium, ex quo nepos naturalis eſt genitus: Breuiterque circa eius ſucceſſionem ſic diſtinguendum
24 erit, † Aut pater inteſtatus decedit, aut teſtatus, ſi inteſtatus, & tunc aut non ſuperſunt legitimi & in totum ſuccedit, nihilque diſſimilis erit à legitimis, l. 3. C. de naturalibus liber. & dicta authent. quibus modis natural. efficiantur ſui, §. & quoniam variè: Aut ſuperſunt & ſuccedit pro virili, vt ibi, ita tamen vt non amplius habeat vno illorum qui à principio legitimi fuerunt, & inter omnes minus habente, quod non erit minus legitima, vt gloſ. in d. §. & quoniam, teſtatur. Si verò teſtatus deceſſerit, tunc filium ac ſi eſſet legitimus inſtituere tenetur, dummodo ei plus non relinquat quàm vni filiorum legitimorum ſi quem habuerit cui minima portio data eſt, dicto §. & quoniam variè, & l. communium, in fin. C. de naturalibus liber. Non poterit itaque in vtraque ſucceſſio-
25 ne (vt eſt dictum) pluſquam vnus † ex legitimis minus habens, de hereditate conſequi, Angel. d. conſ. 17. Comes Brandiſius, colum. 2. in princ. Aretinus, in dicto §. final. num. 4. Dec. conſ. 393. Conſului, nu. 2. Soc. iun. conſ. 142. Viſo puncto, num. 40. lib. 1. Iacobus Philipp. Port. conſ. 106. D. Conſtantinus, ante nu. 79. verſic.

verſic. Et prædictam concluſionem, libro primo. Nec fieri poterit omnibus ſucceſſibilis ſed patri tantum offerenti, alijs verò non agnaſci-
26 tur† nec illi adinuicem ipſi legitimato agnaſcuntur, §. filium verò, d. auth. ac dicta l. communium, vbi Bart. facitque text. in l. ab eo, & in l. de emancipatis, C. de legitimis hæredibus, & ibi not. Angelus ac etiam dicto conſil. 17. colum. 1. verſic. Item talis legitimatus, Aretinus in dicto §. fin. numero ſecundo, in fin. Nicolaus de Vbaldus, in tract. de ſucceſſione ab inteſt. numero ſexageſimoſecundo, in fin. Laurentius Siluanus, conſilio 3. Quo ad primum dubium, numero trigeſimoquarto. verſic. Patet etiam, Ioannes Thom. Minadous in conſtitut. Regni in aliquibus, numero 101. folio 87.

Septimò, licet legitimis & naturalibus abſtinendi beneficium prætor conceſſerit, iſtis per oblationẽ curiæ legitimatis hoc abſtinendi beneficium poſt oblationis acceptationem, vel
27 ſucceſſionis interdictum† fuit, quinimò nec donata per patrem relinquere valent fortunaque recedere, dicto §. & quoniam varie, verſ. Cum ſemel, auth. quibus modis natural. effic. ſui, dicta l. quoniam deſideria, C. de naturalibus liber. Et quamuis ab initio tales inſtituti vel non ab hæreditate paterna valeant ſe abſtinere, §. ſi verò ab initio, dicta auth. & l. 3. dicto tit. tamen ſi bona patris poſſidere reperiantur, munera curialia ſubire etiam inuiti tenentur, vt dicto §. ſi verò ab initio, & tradit Ludouicus de Sard. in dicto §. de legitim. per obl. cur. in 5. quæſt. in fin. verſ. Si tamen reperitur, & quòd abſtinendi beneficium non habeant, tradit Baldus, in cap. per tuas, num. 2. de maioritate & obedientiæ.

Octauò, cum dictum ſit, quomodo filius naturalis curiæ oblatus ſuccedat patri, nunc qualiter quis naturalibus ipſis ſiue legitimatis ſuccedat, perquirere oportet, & cum ſuper hoc Ludouicus de Sard. in 6. quæſt. optimè diſtinxerit, dicens hanc partem non ſummaſſe Azonem in Summ. de naturalibus liber. ideo omiſſis aliorum dictis de eadẽ ſucceſsione tractantium, qui diminute loquuti ſunt, diſtinguen-
28 dum† eſt, quòd aut ſunt nati antequam curialis eſſet, & tunc iſti non coguntur curiales effici ſed in totum ſuccedunt prꝛter quàm in quarta in qua curia ipſa ſuccedit, l. communium, §. ſed ſi quidem iſte, C. de naturalibus liber. Aut ſunt nati poſt, tuncque curiales, eſſe coguntur, vt in eodem §. in fin. verſic. Illo videlicet obſeruando, ſucceduntque auo vel patri in totum, §. ergo ſciendum eſt, dicta auth. quibus modis natural. effic. ſui.

Si verò nullos habeat filios, tunc olim habebat locum in dicta l. communium, §. ſi verò ſine liberis, hodie ei in nouem vncijs curia indiſtinctè ſuccedit, in alijs verò tribus vncijs ſiquidem inteſtatus deceſſerit venientes abinteſtato ſuccedunt, ſi verò teſtatus ſuccedunt ſcripti hæredes, §. ergo ſanciendum eſt, verſic. Si verò etiam generaliter, dicta auth. Si tamen ab inteſtato venientes, vel ſcripti hæredes velint curiales eſſe, tunc ſi Imperator hoc eis conceſſerit fient curiales & reprobabunt illas nouem vncias quas curia habuerat, §. ſi quis autem vel ex genere, dicto tit. Si uerò filios habeat naturales tamen non legitimos, tunc diſtinguendum erit, aut decedit teſtatus, aut inteſtatus, ſi teſtatus tunc licitum erit ei honore curiæ ſcribere eos in totum hæredes, non tamen poterit eis relinquere minus quàm ſuppleretur à lege, hocque caſu ſi hæreditatem acceptauerint facti erunt hoc ipſo curiales & hæredes in ſcripta portione: Sique plures fuerint filij & aliqui hæreditatem repudiauerint, aliqui uerò acceptauerint, tunc refutantium partes acceptantibus accreſcent, Si uerò refutauerint omnes, tunc portio in qua deſcripti erunt decreſcet, ut probatur in §. ſi quis autem legitimos, cum §. ſequent. dicta auth. Si uerò inteſtatus deceſſerit, tunc ab inteſtato uenientes tres uncias habebunt, naturales autem filij nouem uncias, ſi effici curiales uoluerint, Si uerò noluerint, tunc in illis nouem unciis curia ſuccedet, §. ſi uerò ille quidem tacuerit, dicta auth. hæc de natis ex libera, Si uerò natos ex ancilla habuerint, tunc idem, quia ſi manumiſsi fuerint uelintque curiales effici, nouem vncias conſequentur ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato, aliàs in illis nouem vnciis curia ſuccedet, §. ſi verò etiam de ancilla, in prꝛallegat. auth. quibus modis naturalibus effic. ſui: cumque Ludouici Sardii diſtinctionem hanc pleniorem repererim, non libuit ab ea diſcedere, omiſſa diſtinctione illa quam Angelus tradidit dicto conſilio 17. Comes Brandiſius, colum. 3. verſic. Ad ſucceſſionem autem talis legitimati.

Nonò, iſtos oblatos curiæ fictè non uerè di-
29 ci legitimos† incertum non eſt, dicta l. 3. C. de naturalibus liber. quod pro ſtatutis notandum eſſe ſcribit Angelus Aretinus, in dicto §. final. numero quinto. verſic. Vltimò circa prꝛedicta, Inſtit. de nupt. Præpoſit. in dicto capit. per tuas, columna fin. numero vigeſimooctauo, extr. de maioritate & obedientiæ. Et proinde Gulielmus de Benedict. in rep. capitulo Raynutius, in verb. Si abſque liber. moreretur il ſecundo, de teſtamen. numero quinquageſimotertio, dicebat, quòd eſſendi legitimum
30 (vt eius verbis vtar) triplex† eſt qualitas, ſcilicet naturalis, vt quando quis de legitimo matrimonio naſcitur, quod eſt de iure naturali,

& emergens cui natura non cooperatur vt per oblationem curiæ, ac Principis reſcriptum, item emergens cui natura cooperatur vt per ſubſequens matrimonium.

Decimò dicunt, huiuſmodi legitimationem
31 per curię oblationem æquiparari † legitimatio ni quæ ex ſubſequenti inducitur matrimonio, dicto §. fin. Inſtit. de nupt. Dec. conſ. 393. Conſului, num. 2. Iacob. Philipp. Port. conſ. 106. D. Conſtantinus, num. 80. lib. 1. Scribuntque eandem curiæ legitimationem fauorabiliorem
32 eſſe † legitimatione per reſcriptum, l. communium, §. quoniam omnino, dicto tit. de naturalibus liber. Ioan. de Imola, & Franciſcus Aretinus, in l. ex facto, vbi Iaſon. numero decimonono, verſic. Secundò aduerte, ff. de vulgari & pupillari, Dec. dicto conſil. 393. colum. 2. dicto numero ſecundo. Port. dicto conſil. 106. nu. 80. & 82. dicto lib. 1. Ac etiam eadem per reſcriptum legitimatione latiorem, Paulus de Caſtro, in dicta l. ex facto, in fin. princ. Quinimò potentiorem Socin. iun. conſil. 142. Viſo puncto, num. 33. lib. 1.

Hinc reſultat quæſtio nunquid pater poſſit plus filio per reſcriptum legitimato quàm verè legitimo relinquere, vel debeat quantum vni ex legitimis in minori quantitate inſtituto, ad inſtar legitimati per oblationem curiæ tribuere, in qua quidem difficultate duę ſunt Scribentium opiniones, Prima eſt vt non poſſit pater
33 plus † legitimato per reſcriptum relinquere quàm vnus ex legitimis minoris ſummę habuerit, & hanc opinionem tenent, Angelus in §. & quoniam variè, auth. quibus modis natural. effic. ſui, & in §. fin. columna prima, Benedict. de Plumbino in ſua Diſputat. Incip. Statuto Piſano, in fin. tertij dub. referens Vbertum de Bobio idem tenentem, Bald. in cap. per tuas, numero ſecundo, verſic. Et ideo, de maioritate & obedientiæ, in dicta l. communium, in fin. C. de naturalibus liber. Alexander in l. neceſſarijs, numero decimo, ff. acquiren. hæredit. ac etiam numero 11. in l. ſed ſi hac, §. patronum, numero nono, ff. de in ius voc. & in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, num. 59. ff. ad Trebellian. Iaſon. in l. vnic. num. 31. C. quando non peten. part. Socinus ſen. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, numero vigeſimoprimo, vbi Iaſon. num. 108. ff. de liberis & poſthum. Mayner. in l. quoties, numero nonageſimoquinto, & 102. ff. de regulis iuris, Gulielmus de Benedict. in dicta rep. cap. Raynutius, in verb. Et vxorem, numero 205. extra de teſtamen. Natt. in §. ex imperfecto, quæſtione decimaoctaua, num. 103. C. de teſtamen. Andreas Tiraquell. in tract. de iure primogenit. quæſtione trigeſimaquarta, numero 50. Eandem etiam opinionem conſulendo ſequuti ſunt, idem Bald. conſil. 206. Caſus talis eſt, quidam A. habebat, columna vltima, lib. 3. Iaſon. conſil. 68. Dicta legitimatio, columna ſecunda, verſic. Sextò facit, lib. 3. Curt. ſen. conſ. 16. Clarus vir, columna quarta, Socinus ſen. conſ. 112. Prima conſultatione, numer. 11. lib. 2. Iacob. Philipp. Port. dicto conſil. 106. D. Conſtantinus, num. 77. lib. 1. Carolus Ruin. conſilio octuageſimotertio. Videtur ex pluribus, numero nono, & decimo, lib. 3. Ioannes Cephal. conſilio 117. In hac cauſa, numer. 18. libro primo, Bernardinus Alphan. Peruſinus, in eius collect. numer. 991. vbi refert ita conſuluiſſe, & ita eſſe ex communi, Nouiſſimi Parienſiſ. in addit. ad Alexand. conſ. 187. Videretur prima conſideratione, num. 18. in finali addit. lib. 5. Et latius in conſuetud. Pariſienſ. tit. 1. §. 8. gloſ. 1. num. 46. Franciſcus Burſat. conſilio quintodecimo. Viſo ſubtili, numero primo, lib. 1. vbi communem opinionem eſſe teſtatur, de qua communi ante eum fidem fecit Dec. conſ. 393. Conſului, numero ſecundo, Ludouic. de Molina in tractat. de Hiſpan. Primogen. lib. 2. capitulo vndecimo, num. 20. nec Catellianum Cottam omiſerim in memoralibus, in verb. legitimatus non poteſt, in 2. part. & Vbertinus Zuchard. in prælud. ad l. poſthumo, numero trigeſimotertio, ac etiam numero quadrageſimonono, verſic. Quam ſententiam, C. de bon. poſſeſſione, contratabul. Mouentur præcitati Doctores ad id dicendum ex text. in dicto §. & quoniam variè, auth. quibus modis natural. effic. ſui, ibi ſi quis igitur naturalis ſecundum hoc ſchema, ideſt oblationis fiat curialis, erit patri & ab inteſtato ſucceſſor, & ex voluntate nihil diſſimilis legitimis: & ex donatione percipere poterit patris, ita tamen vt non amplius habeat vno horum, qui ab initio legitimi ſunt & inter omnes minus habente. Imperator enim (vt Cotta remouendo dubitationem Cremenſis inquit) cum hoc priuilegium legitimatis conceſſerit vt ſuccederent cum legitimis, voluit limitare ac compeſcere voluntatẽ, ne nimia patris affectio quam oſtendit ex filij naturalis legitimatione euagari in hoc poſſet, in maximum legitimorum prę iudicium, quæ ratio ceſſat in extraneo, quia lex non præſumit quòd pater eum proprijs filijs anteponeret, & ideo circa hoc non prouidit, quæ quidem Cottæ ratio non minus in legitimato per reſcriptum, quàm in legitimato per oblationem curiæ militare videtur, ergo & idem ius, l. à Titio, de verborum obligatione, Stringitur iſte tex. nam ſi hoc procedit in legitimatione per oblationem curię quę potentior ac fauorabilior eſt, quàm quæ per reſcriptum, quod & hinc patet nam iſta filijs naturalibus & legitimis exiſtentibus fieri non poteſt, §. illud, & §. generaliter, auth. quib. mod. natural.

effic.

effic. ſui, illa vtique (vt eſt dictum) poteſt, dicta l.communium,§.fin.& dicto §. & quoniam variè,facitque quod ſcribitur in §. fin. auth.de nupt. quòd hæc legitimatio curiæ æquiparatur legitimationi ſequentis matrimonij quæ omnium eſt fauorabiliſſima,ergo multo magis debet procedere in legitimatione per reſcriptum debiliori, arg. auth. multo magis, C.de ſacroſanct. eccleſ.

Huic textui contrarium ſuſtinendo, Primò
34 reſponderi † poteſt,ipſum non poſſe ad legitimatum per reſcriptum extendi,cum inter ſe in multis differant,non enim legitur legitimatum curiæ reſtitutum primæ naturæ & antiquæ ingenuitati appellari, prout legitimatus per reſcriptum Principis, & ideo legitimatus curiæ non dicitur verè ſed fictè legitimus, vt teſtatur Præp. in cap.per tuas,in fin.numero vigeſimooctauo, extra qui filij ſint legitimi, ac deſuper
35 eſt expreſſum,nec legitimatio facta à curia † retrotrahitur,ſecundum Carolum Ruin.in l.Gallus,§.& quid ſi tantum, colum.final. num.128. Vbertinus Zuchard.in prælud. ad dictam l.poſthumo, num.51. verſic. Et quia legitimatio, C. de bonor.poſſeſſ. contratabul. Et ne de longinquo vagemur, in propria materia ſuccedendi differentiæ extant, nam legitimatus per cu-
36 riæ oblationem proprium ac ſeparatum † ſuccedendi modum habet, ſecundum Azonem in Summa,quem refert Angelus,dicto conſil.17. Comes Brandiſius, columna penultima, verſic. Hoc etiam, & in auth. itaque, columna ſecunda, verſic. Item deficit dicta diſtinctio, C. commun.de ſucceſſ.quem certè modum in precedentibus retuli:ac vt alia prętermittam,quid magis quàm quòd legitimatus curiæ nõ fit omnibus agnatus & cognatus,nec omnibus ſuccedit,ſed patri tantum, dicta l. communium, & §.filium, dicta auth. quibus modis natural. ef-
37 fic. ſui, at ex reſcripto † legitimatus omnibus fit agnatus & cognatus, Angel. dicto conſ.17. Alexand.conſil.139. Eleganter fuit conſultus, columna ſecunda, numero ſecundo, verſic. Et ſic videtur,libro primo,dicens magis communem opinionem eſſe, Dec.in l.certum,numero quinto,C.vnde legitim.& conſ.307. Viſo puncto & legitimatione, circ.fin. numero quartodecimo, cum igitur non adſit in materia ſucceſſionis parificatio inter iſtos legitimatos,quinimò expreſſa differentia, de vno ad alium inferri non poteſt, modus enim deſtruendi argumentum à ſimili eſt diſſimilitudinẽ in illo actu
38 afferre † ad quem fit collatio,Abb.in cap.conſtitutus,in 3.not.de appellat. Non obſtat quòd legitimatio curiæ ſit fortior,latior,& fauorabilior legitimatione per reſcriptum, nam ſe habent vti excedentes & exceſſæ, ac in aliquibus
39 legitimatio curiæ debilior † reperitur, vt poſt Franciſcum Aretin.in dicta l.Gallus, §.& quid ſi tantum,columna quintadecima, verſic. Circa quartum, de liber.& poſthum. tradit Andr. Tiraquell. in dicto tract. de iure primogenit. quæſtione trigeſimaquarta,numero quinquageſimoprimo, verſic. Quanquam ſcio, folio 251. & Franciſcus Marzar. dicto conſilio decimo, ſub numero 50. verſic. Ceſſat itaque illa ratio.

40 Secundò † Auguſtinus Berous dicto conſilio quinquageſimoſeptimo, numero trigeſimonono,verſic. Prętera,libro ſecundo, dicebat,textum in dicto §. & quoniam variè, reſpectu, legitimæ debitæ iure naturæ intelligi, non autem reſpectu aliorum bonorum, nam ſicut pater teſtando non potuiſſet in legitima præiudicare, ita nec legitimando, vt dicunt Doctores maximè Recentiores in dicto §. & quid ſi tantum,ſed quo ad alia bona pater potuiſſet teſtando præiudicare etiam extraneum inſtituendo,ergo & legitimando, & ſic Berous intelligit debere eſſe pares & æquales quo ad legitimam, hoc eſt quòd legitimato non poſsit plus relinqui de legitima quàm fuerit relictum filio legitimo & naturali: Sed iſte intellectus mihi non arridet, nam relictum reſpectu omnium filiorum, ad totam hæreditatem refertur, & non reſpectu quotæ vel legitimæ, quod deducitur ex negatiua præpoſita verbo poteſt, quæ abnegat omnem potentiam, gloſ. in capitulo primo, de regulis iuris, Doctor. in dicta l.Gallus,in princ. de liber. & poſthum. Et vel maximè comprobatur, cum ex voluntate nihil ſit alijs diſsimilis præterquam in eo, in quo textus ſtatim ſe limitat quo ad portionum hæreditariarum diſtributionem,vt abſurdum ſit generalitatem illius textus circa ſucceſsionem, ad legitimam reſtringere & coarctare.

41 Et ideo Tertiò † reſponderi poteſt, iura in dicto §. & quoniam variè, & in dicta l. communium, in fin. loquentia de iure communi, & in legitimato de poteſtate ordinaria ſecundum ius commune, non habere locum in eo qui legitimaretur contra ius commune, & de poteſtate abſoluta, videlicet de plenitudine poteſtatis ideſt per reſcriptum Principis extantibus legitimis & naturalibus, illa enim iura non poſſunt dici hoc conſideraſſe, arg.l. apud Iulianum, ff. de leg.1.

Altera igitur ſuperiori contraria eſt opinio,
42 quòd † imò legitimato per reſcriptum plus relinqui poſſit quàm filio verè legitimo, hãcque opinionem ſequuntur Azo qui fuit fons legum in Summ.auth. quibus mod.natural. effic. ſui, numero quinto, verſic. De ſucceſſionibus autem, Angelus conſilio decimoſeptimo,Comes Brandiſius, columna penultima, numero ſexto. Ioan. de Imola, in capit. niſi cum pridem,

verſic. Perſonæ,de renunc.quem referendo ſequitur Carol.Ruin.conſ.106. In quæſtione,colum.3. in princ. ſub num. ſeptimo, lib.3. Præpoſit.in cap.per tuas, num.28. Qui filij ſint legit. ibique Zocchus, Franciſcus Aretin. in d.l. Gallus, §. & quid ſi tantum, colum.19. verſic. Cuius contrarium, dicens concluſionem Angeli in d.auth. nimis exorbitare à regulis iuris, vbi etiam Paulus de Caſtr.colum.penult. ante nu.17. verſic. Si autem,ff.de liber.& poſthum. Ludouic.Roman.in d.l.neceſſarijs,dicens hoc didiciſſe à quodam Catalano dum ex Ciuitate Peruſij Romam iret,de acquir.hæredit. Roderic. Zuares in l.quoniam in prioribus,C.de inoffic. teſtam. in 12. limit.ad l.fori, num.1. & 2. ac infra, Oliuer.Inſtit. de gradib.cogn. cap.de ſucceſſ. ab inteſt. num.65. verſic. Et ideo, Auguſtin.Bero.in cap.cum veniſſent, num.24. de iudic. Marian. Socin. in tract.de citat. artic.7. in 30. caſu in quo citatio non requiritur, verſic. Tu verò ex varijs Doctorum opinionibus, ibi,excepta legitima. Albert. Brun. in tractat. quòd ſtantibus maſcul. art.12. in 4.quæſt. numer.70. verſic.Puto concludendum, Nicol.de Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. num.78. verſic. Quod ſi eſſet verum, Anton. de Roſell. in tract. de legitim. lib.3. de legitim. per curiæ oblat.num.4. Franciſc.Cremenſ.ſing.52.filius legitimatus, & quamuis in princ. contrarium præſupponat, in fin. tamen in hanc partem inclinare videtur,cum cogitandum relinquat, rationemque congruã aſſignet, vt ibi,adeo quòd non potuit pro contraria ſententia allegari:cõſulendoque idem dixere Alexand. conſil.187. Videretur prima conſideratione, num.9. verſic. Sed dictis legitimatis,& num.14. verſic. Si autem ſuperuiuerent,lib.5. Ioan.de Anan.conſil.29. Viſo Imperiali, ſub numero quinto, in 4.quæſt. verſic. Præterea,& col.2. verſic.Aliud etiam, Benedict. Capr. conſ.157. Etſi de pluribus quæratur, circ.fin. nu.46. Laſ. conſ.156. Quoniam per eximium,colum.3. verſic. Et illam exceptionem,libro quarto, Socin.iun.conſil.142. Viſo puncto, colum.fin. num.40. verſic. Nam pater, libro primo, conſ.93. Perſpectis,num.66.lib.3. Dec.conſ.307. Viſo puncto & legitimatione, numero quartodecimo, verſic. Et ſecundum iſtam opinionem, Ludouic. Gozadinus, conſ.6. Prima facie videtur dicendum, num.77. verſic. Non obſtat ſeptimum, Carol. Ruin. conſ.161. Viſo themate cum dubiis,num.25. verſic.Non obſtat inſuper,lib.2. conſ.67. Viſo themate, num.14. conſ.68. Viſa legitimatione,num.5.conſ.75. Quia de pluribus, col.fin. nu.22.conſ.87. Quia Matthęus, num.23.lib.3. & conſil.93. Secundum ea, colum.fin. eodem volum. Franciſc.Marzar. conſilio decimo. Conſtantius de Godis, num.52. vbi Andream Alciatum, Marcum Mantuam, & alios complures Doctores allegat: ſubdens autoritates pro hac parte præponendas eſſe autoritatibus contrariæ partis: & Ang. in dicto §. & quoniam varie,ſine lege ac ratione loqui, & tãtum de ſui capitis credulitate, pluribus hanc opinionem comprobans, & feliciter inſiſtens. Tob. Nonius conſ.76. In hac cauſa, num. vigeſimotertio, vſque ad numero vigeſimumſeptimum,& conſilio 77. Cum ſententiæ,numero octauo, verſic. Et hoc eo magis,concludens (quicquid Decius dixerit) iſtam eſſe communem opinionem, quam etiam tenent comprobantque Auguſtinus Bero. conſ. 57. Concludo in caſu mihi propoſito, columna ſexta, numero 37. verſic. Secundò dico, libro ſecundo, & Rebuff. in Praxi benefic. tit. de reſcript. legitim. mixto numero quartodecimo, verſic. Dummodo legitima relicta fuerit legitimis, folio 447.

43 Probatur primò poſterior hæc opinio † ex text.in §.reliqui, in §.quapropter, d.auth.quibus modis natural.effic. ſui,ita inducendo, expeditum nanque eſt, in dicto §.reliqui, intelligi cõprehenſum modum legitimandi per ſubſequens matrimonium, vt apparet ex. §§. ſequentibus, comprehenſum etiam eſſe modum legitimandi per reſcriptum, vt apparet etiam ex.§§.ſequentibus,ſed clarum eſt illum text. in dicto §.& quoniam variè,non procedere in legitimato ex ſubſequẽti matrimonio ſecundum Ang. ibi & omnes, ergo nec in legitimato per reſcriptum, vt dicto §.reliqui,æqualiter determinet, iuxta l. iam hoc iure, de vulgari & pupillari.

44 Secundò,in dicto §.& quoniam variè,† non ſolum dicitur illud quod legitimatus curiæ ſuccedat, prout legitimus & naturalis in minima tamen parte inſtitutus,ſed etiam quòd idem legitimatus curiæ ius abſtinendi non habeat,ergo de legitimato ex reſcripto non loquitur cui abſtinendi ius competit, Bald. in dicto capit. per tuas, verſic. Illud eſt etiam, de maiorit. & obedien. Alexand.in dicta l.neceſſariis,numero duodecimo. Dec. in dicta l.certum, numero quinto.

Tertiò, ratio differentiæ inter iſtos legitimatos apertè colligi poteſt, cur inquam magis in
45 hoc grauetur † per curiam legitimatus quàm ex reſcripto Principis, cum in alio plus ei tribuatur ac concedatur,nam per curiam quis poteſt legitimari extantibus legitimè natis, dicta l.communium, & dicto §. ſi quis igitur, auth. quibus modis natural. effic. ſui, ſed per reſcriptum legitimari quis non poteſt legitimis extantibus, §.ſi quis igitur, auth. quib.mod. natural. effic. legit. & §.ſi quis ergo, d.auth. quibus modis natural. effic. ſui.

Quar-

Quartò pro hac opinione, vt dicebat ſubtilis Doctor Franciſcus Aretin. in dicta l. neceſſa
46 rijs, colum. 3. facit † tex. in §. ſi verò is qui, verſic. Quapropter, dicto tit. vbi poſtquam Imperator tractauit de legitimādis per reſcriptum, ſubdit iſtis iam effectis legitimis non eſſe cauēdum aliquid ſuper eorum ſucceſſionibus, quia ſuccedunt vt alij legitimi: Si ergo per reſcriptum legitimato non poſſet relinqui vt permittitur nato ex legitimo matrimonio, de ſucceſſione eorum debuiſſet caueri & tractari, quia in ſuccedendo à legitimè natis differrent.

47 Quintò huiuſmodi differentia † confirmatur, nam (vt toties dictum extitit) legitimatus per oblationem curiæ agnaſcitur patri tantum offerenti, non autem alijs agnatis, dicta l. communium, & §. filium, dicto tit. quibus mod. natural. effic. ſui, & tamen id locum non habet in legitimato per reſcriptum qui omnibus agnaſcitur perinde ac ſi eſſet ex legitimo matrimonio progenitus, ſecundum Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. in vlt. addit. & Antonius de Butr. in cap. per venerabilem, circa antepenult. fol. qui fil. ſint legitim. Ang. & Alexand. in præcitatis conſilijs: ſicut ergo in hoc iura quę de oblato curię loquuntur non habent locum in legitimato per reſcriptum ſecundum præcitatos Doctores, ita pariter in alio, hoc de quo agitur nō debet habere locum dicto §. & quoniam variè, & ſic Carolus Ruin. dicto conſil. 67. Viſo themate & dubijs, ante num. 17. verſic. Et iſta differentia, lib. 3. argumentabatur.

Ex dictis ergo quinque rationibus in opinio
48 ne hac ſecunda † reſideo, nam Angelus qui in contrarium allegatur, ſibi parum conſtans conſpicitur, conſulendo ſiquidem in hanc partem inclinauit, tum in dicto conſilio decimo ſeptimo, columna penultima, tum etiam conſ. 350. Pro diuiſione primi puncti, colum. 3. ſub numero nono, verſic. Sed ſi pater alium filium, & in dicto §. & quoniam varie, inſulſe loquutum fuiſſe multi affirmarunt: Baldus etiam in dicto capitulo per tuas, in hac opinione tandem reſidet, dum dixit, Vel ibi non loquitur, & Baldum pro hac eadem ſententia ſtare teſtantur Gozadinus, dicto conſilio ſexto, numer. 7. verſic. Et ita tenet Baldus, Carol. Ruinus, in præcitatis conſilijs, Marzar. d. conſ. 10. num. 61. & Tob. Nonius dicto conſ. 76. ſub num. 26. colum. 8. in princ. verſic. Et in hac etiam opinione. Baldus inſuper in d. l. communium, §. fin. intelligi debet ſecundum illam legē ex qua elicit illud notabile. Alexander quoque in dicta l. ſed ſi hac, §. patronum, licet ſimpliciter dictum Baldi referat, attamen in dicto §. ſi quis rogatus, ſubdit ſe non illud pro conſtanti ponere, & in dicta l. neceſſarijs, in hac vltima opinione reſidere videtur, vt ſic eum intelligunt Gozadinus, & Ruinus, in præallegatis reſponſis, eandemque opinionem expreſſe tenuit in dicto conſilio 187. libro quinto. Et quamuis Socinus ſenior, & Iaſon. in dicto §. & quid ſi tantum, in diuerſa fuerint ſententia, tamen conſulendo pedem retraxerunt. Ruinus itidem, etſi in conſilio præcitato cum Angelo ſenſerit, tamen pluries ac frequenter contrarium pariter conſuluit diſputando articulum, intelligentiamque dicti §. & quoniam variè, attingendo. Decius denique qui plurimum vrgere ac negocium facere videtur de communi atteſtando, ſibi ipſi etiam fuit parum conſtās, & nimis audacter propter paucas quas refert autoritates Doctorum qui in hac re exceptiones patiuntur, dicit eſſe communem, licet communis non ſit, vt conſiderat Tob. Nonius Peruſinus dicto conſilio ſeptuageſimoſexto, ſub numero vigeſimoſexto, verſic. Et ſic apparet, & contra Decium multa ſcribit Franciſc. Marzar. dicto conſilio decimo, numero ſexageſimoſecundo, & ſignanter quod in eodem caſu Decij contrarium Bononię conſuluit Ludouicus Gozadin. dicto conſilio ſexto, in eodemque caſu aduerſus eundem Decium reſpondit Ruin. dicto conſ. 87. lib. 3.

Vt explicitè ac liberè hodie dici poſſit hanc opinionem non ſolum communem eſſe, ſed ma
49 gis † communem & crebriorem, tum ex maiori numero Doctorum, tum etiā ex eorundem autoritate ac grauitate: cum pro ea ſtet Azo ſummus Iuriſconſultus & vberrimus ac indeficiens fons legum, cum eo etiam ſentiant Ioannes de Imola, Franciſcus Aretinus, Præpoſitus Alexandrin. Ioannes de Anania, Benedictus Capr. Paulus de Caſtr. & Ludouicus Romanus, totque alij illuſtres legum Doctores antiqui ac recentiores, vt non ſit ab ea iudicando & conſulendo recedendum, præſertim quia iudicio meo eadem opinio in puncto iuris verior ac ſolidior eſt: Accedit etiam celebre illud Franciſci Marzarij conſilium vbi ex profeſſo hanc opinionē lucidiſſimam reddidit, illud fuit ſubſcriptum ab omnibus excellentiſſimis Doctoribus tunc Paduæ legentibus, & pro eo iudicatum, vt idem Marzar. in Epitome fideicommiſſorum, in 2. par. quæſt. 30. verſic. Et quoniam ego, fol. 24. teſtatur.

Vltimò vidēdum reſtat, nunquid legitimatus per curiæ oblationem excludat ſubſtitutum, & in hoc Carolus Ruin. conſil. 106. In quæſtione proponitur, numero decimo, verſic. Nec mirum, libro tertio, ſenſiſſe videtur
50 hunc per curiam legitimatum † non excludere ſubſtitutum, & cum eo concurrit Socinus iun. conſilio 142. Viſo puncto cum alijs ſcripturis, numero trigeſimotertio, verſic. Quæ

opinio

opinio videtur comprobari, & numero trigeſimoſeptimo, verſic. Nec prædictæ opinioni, libro primo, prout Doctores iſtos ad hoc propoſitum allegat, ac ita loqui intelligit Franciſcus Mantica, in tractat. de coniect. vltim.vol. lib.11. tit.10. numero ſecundo, verſic. Quanquam poſſet dici, Sed ipſe Mantica ab huiuſmodi legitimato ſubſtitutum excludi eo loci clarè arbitratus eſt, ſufficereque eum patri effici legitimum ſucceſſorem, imo etiam neceſſarium nõ eſſe quòd patri filius ſuccedat vt ſubſtitutum excludat, iuxta text. in l. filiusfamilias, §.cum quis,de leg.1. vbi Mart. ita inquit: Cum quis rogatus erit ſi ſine liberis deceſſerit per fideicommiſſum reſtituere: conditio defeciſſe videbitur ſi patri ſuperuixerint liberi: nec quæretur an hæredes extiterint; Ego tamen priorem opinionem veriorem eſſe exiſtimo, & ad dictũ §.cum quis,reſponderi poteſt,vt procedat cum quis poterat ſuccedere, ſed ſua voluntate vel teſtatoris excluditur, ſecus vbi à lege excluderetur, vt ibi per Bart. ante num.3. verſic. Prædicta omnia, Sed lex huius legitimati per curiam limitat ſucceſſionem, volens ſoli patri ſuccedere, illique tantum agnaſci & non alijs, merito non excludit, ſubſtitutum, 31 cum per fideicommiſſum † ſuccedatur primo teſtatori, l.cohæredi, §. cum filiæ, ff.de vulgari & pupillari, cuius affectio & intentio non concurrit ad commodum fauoremque talis legitimati, quem non nouit, nec eius filio agnaſci veriſimiliter vnquam cogitauit, in fideicommiſſaria autem ſubſtitutione grauãtis affectio attenditur, non grauati, Rub. Alexandrinus, conſilio trigeſimooctauo. Memini dum legerem,numero tertio, verſic. Secunda ratio,conſil.126. Viſo teſtamento,numero tertio,verſic. Secundus caſus eſt in fideicommiſſaria, Simõ de Pretis in tractat. de interpret. vltim.volun. libro primo, interpret. 2. dubitat. 2. ſolut. 5. numero quinto, & ſexto, fol.62. quemadmodum etiam in vulgari ſubſtitutione, l.qui liberis, §.hęc verba,ff.de vulgari & pupillari, Bart. in l. Lucius, in fin. eodem tit. in pupillarique idem pariter contingere ex communi opinione tradit ipſe Rub.dicto conſilio 126. ante fin. verſic. Veruntamen dico, & tradit Simon de Pretis dicto numero ſexto, verſic. Et omnibus iſtis tribus ſubſtitutionibus. Hæcque in legitimatorum intricatiſſima materia ſufficiant,circa quam certè alia poſſem in medium referre, prænarratis tamen contentus ero, cum ſi vlterius progrederer lectoribus fortaſſe nauſeam concitarem, vtque Homerus, libro Iliad. 13. inquit,

Παῖσον μὲν χόρος ἐστὶ, νὺ ὕπνου νὺ φιλότητος,
Μολπῆς τῆς γλυκερῆς, νὺ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο,

rectius igitur ac tutius erit congruo tempore conticeſcere, & reliquas quæſtiones breuiter explicare.

HYPOTHESIS.

Conceptionis tempus an verò natiuitatis circa validitatem legitimationis per ſubſequens matrimonium ſpectetur, diligenter perquiri.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatum per ſubſequens matrimonium non cenſeri natum ex ſolutis tempore natiuitatis inter quos tempore conceptionis matrimonium eſſe non poterat ſecundum vnam opinionem Saliceti ac multorum qui recenſentur: Sed contrariam ſententiam vt habilitas tempore partus ſufficiat ex Didaco Couarruuias communem eſſe, num.6. Sed an hodie verè communis ſit dubitari, Salicetique opinionem tanquam veriorem ac plurimis nominibus Doctorum comprobatam tenendam eſſe, num.19. & 20.*
2 *Conceptionis tempus quo ad filiorum ſtatum attendi, Contrarium autem ex l. nuper, in fin.C. de natural. liberis deſumi, num.7. Textum tamen hunc ex Salyceto declarari, num.8.*
3 *Liberos tempore natiuitatis in parentum poteſtate non exiſtentes, poſſe nihilominus in poteſtatem ire.*
4 *Argumentum à contrario ſenſu ex verbis legis ſeu canonis potiſſimum deſumi poſſe.*
5 *Argumentum à contrario ſenſu ad correctionem alterius legis nequaquam reſultare.*
9 *Matrimonium rem ſanctam, & ſacramentum magnum eſſe.*
10 *Legitimationem ex ſubſequenti matrimonio per fictionem translatiuam fieri, & num.12.*
11 *Fictionem translatiuam duo extrema habilia requirere.*
13 *Verum ad ſui fauorem pro nato haberi: idque ex aquitate intelligi, num.14.*
15 *Rota Florentina celebritatem per maximam eſſe & num.16.& 17.*
18 *Singularitates plures ad eundem effectum cauſandum non concurrere.*

CAP. XVIII.

POST hæc quæro, quid ſi inter aliquos conceptionis tempore matrimonium eſſe non poterat, quia ſcilicet alter ex coeuntibus tunc coniugatus erat, tempore autem natiuitatis vterque ſolutus euaſerat, nunquid ſuſceptus filius per ſubſequens matrimonium legitimetur? præſuppoſito infantem natum ante contractum matrimonium

cum

cum illa amaſia, Duę ſunt opiniones Prima in-
1 quam † quòd tempus natiuitatis non ſufficiat, ſed requiratur habilitas tempore conceptionis inter parentes, Salic.in l.filiũ, verſic.Sed attẽde quòd gloſ. C. de ſuis & legit. Archid. in c. Oſius ſiue Oroſius,diſt.56.n.2.verſic. Vbi etiã ſubdit, Io.Andr.in Summ. de ſpõſ. & matrim. in fin. Henric.de Boich.in c.ex tenore,n.4.verſic. Aut de concepta & nata,ante matrim.extr. qui fil.ſint legit. Ant.de Butrio in c.tanta,n.17. eod.tit. Card.Zabarell. in c. quod nobis, n.3. ibidẽque Abb. ſub n.5. verſ. Sed Io.Calderin. tenet oppoſitũ, prælleg. tit. Ant.de Roſell. in tract.de legit.ſub rubr.de cauſa materiali legit. n.8.cũ alijs ſeq. & ſignanter n.20.21.22.& 26. verſic. Sed tamen dubito, dicens ſe nõ audere recedere à tantorum DD. autoritate iſtamque partẽ eſſe veriorẽ, Nicol.de Vbald. in tract. de ſucceſſ.ab inteſt.par.1.ante n.44. verſic. Secus ſi amaſia illo tẽpore, & n.45. verſic. Vbi etiam ſubdit,iſtam partẽ etiam magis verã videri,dixit Ang.Aret. in §.fin.n.9.in fin. Inſt.de nupt. Franciſc.Rip.in rep.l.ſi vnquã,q.23.n.55. verſic. Sed de iure Canonico, C. de reuoc.donat. Curt.ſen.conſ.73. Super memorata facti narratione,col.24.poſt princ.verſic.Et poſtea ſubijcit,Soc.iun.conſ.31. Themate prædicto conſiderato,nu.43. verſic. Pro regula enim dicitur, li.2. vbi teſtatur in hoc oẽs conſentire. Frãciſc. Sarmiẽt.ſelect. interpr. li.1.c.5.n.10. idẽ ſenſit Io.Cald.conſ.1. Si eſt terminus datus,ante fin. verſ. Item eadẽ ratione,de teſt.fol.33.in antiq.

Pro hac parte videtur Primò facere text. in l. Paulus,ff.de ſtat.homin.lib.enim 18. Reſpõſ. dicebat,eum qui viuente patre & ignorante de coniunctione filiæ cõceptus eſt,licet poſt mortẽ cui natus ſit, iuſtum filium ei ex quo conceptus eſt,eſſe non videri. Hinc interpretes colli-
2 gunt,tẽpus conceptionis † quo ad filiorum ſtatũ attendi debere etiam ſi eis hoc non ſit vtile, quod cõſtat: quia tẽpore natiuitatis ibi ex iure ciuili matrimoniũ erat legitimum, non tamen tẽpore conceptionis, & adhuc ſubdit Iuriſcõſ. iuſtos nõ eſſe liberos,ergo in hac quæſtione ex huiuſmodi lege dicendum erit, debere tempus conceptionis attendi, ita vt tunc potuerit matrimonium contrahi,nec ſatis eſſe quòd potuerit tempore natiuitatis contingere.

Sed contrarium ſuſtinendo poteſt hic tex.euitari, quia in eo caſu (vt Didacus Couarruuias aduertit) nec tẽpore natiuitatis matrimonium erat legitimũ,cum etſi potuerit tunc cõtrahi legitimè tamen contractum prius eo tẽpore quo minimè licebat nõ extitit nouo conſenſu legitimo tẽpore confirmatum, fuerat enim matrim. contractũ à filiafamilias ſine cõſenſu patris, vnde inualidũ erat, nec patre mortuo validũ efficiebatur, q etiã Andr.Fachineus cõſiderabat.

Secundò facit text.in §.fin.Inſtit.de nupt.& in l.cũ quis,in princ.C.de natural.liber.vbi ha-
3 betur,euenire aliquãdo † vt liberi qui ſtatim vt nati ſunt in poteſtate parentũ non ſint,redigãtur autẽ poſtea in poteſtatẽ, qualis eſt is qui à muliere libera procreatus cuius matrim. legib. interdictũ minimè fuerat,ſed ad quã pater conſuetudinẽ habuerat, poſtea ex Imperiali cõſtitutione dotalibus inſtrumentis cõpoſitis, nam in poteſtate patris efficitur: Cõſtat igitur & his iuribus ita demũ liberos legitimari & in patriã poteſtatem redigi,ſi tẽpore acceſſus & cõſuetudinis inter parentes matrimon. legibus interdictũ non fuerat, ſumpto argumẽto à ſenſu con-
4 trario quod potiſſimum † ex verbis legis ſeu canonis deſumi poteſt, l.1.§.huius rei, ff.de offic. eius,l.qui teſtamẽto,§.mulier,ff.de teſtã.in tantũ quòd iſtud argumentũ mens textus legis ſiue canonis dicatur,vt eſt gl.not. in d.§.mulier.

Hæc iura ſubmouẽtur, Primò nã argumentũ prædictũ à contrario ſenſu deſumi non licet ex
5 dictis iuribus cõtra rationẽ † alterius legis in ſimili caſu,l.conuenticulã,C.de Epiſc.& Cleric. iunct.c.decet,de immun.eccl. lib.6. & poſt Io. de Imol.in d.l.qui teſtamẽto,§.mulier,& in l.ſi verò,§.de viro,ff.ſol.matrim.tradit Nicol.Euerard.in loco a contrar. ſenſu,in 3.limit. fol.15. Sed hic ſenſus cõtrarius repugnat rationi alterius legis,nẽpe,l.nuper, C.de natural.liber. ergo argumentũ prędictũ in propoſito deſumendũ non eſt. Secundò eadem iura ſi põderentur non ad cõceptionem neceſſario referuntur,ſed ad tẽpus procreationis & genituræ,quod tẽpus ſufficit ad legitimitatẽ partus inducendã omiſſa habilitate circa tẽpus conceptionis,& ſic nõ omnino ac tenaciter ſtringere iſto caſu vidẽtur ad intentionẽ illa inducentiũ. Tertiò adſtipulatur l.& ſi cõtra,C.de nupt.iũct.gloſ.in verb. Poſtea liberis,Sed vt ibidẽ gloſ.conſiderat alij cõtradixerunt,& iſte tex.nõ meruit allegari, cũ à principio contractũ matrim. (licet contra mandata Principũ) ibi præſupponatur, q ex perſeuerãtia depoſito officio iuſtæ efficiũtur nuptiæ, & ideo filij poſtea nati ex iuſto matrim. legitimi credũtur, Quid rogo ad præſentẽ difficultatẽ reſponſum illud attinet, vbi nullũ matrimoniũ à principio & ſic cõceptionis tempore adfuiſſe aſſeritur, vt ſimile iſtud diſſimile potius videatur, nec cõcludens ratio vtrumque caſum parificat. Quartò facit text.in l.ex libera, C.de ſuis & legit.vbi Imperator inquit,conceptũ ex libera & ſeruo velut ſpuriũ haberi,nec vt Decurionis filius(quãuis pater eius naturalis manumiſſus & natalibus ſuis reſtitutus hũc adeptus fuit honorẽ) defendi poteſt,tẽpore inquit gloſ. cõceptionis circa ſtatũ patris inſpecto. Si verò manumiſsionis nataliũque reſtitutionis virtus præpotẽti virtuti atque efficaciæ matrim. compare-

paremus, mancã certè reſtitut. nataliũ & manumiſſionis vim ſubindeque eius reſpectu paritatẽ cõpericmus,vt vix de ijs ad matrim. inferre argumentarique valeamus,quinimò abſurdũ & inſulſum argumenti genus hoc ſit dijudicandum,quã quidẽ vim tex.in d.c. tanta,cõplexus eſt,dũ altum ac prægrande ſumendo exordiũ, Tãta (inquit Alexãder iij.) eſt vis matrim.

6 Altera ſuperiori contraria eſt opinio † quòd imò ſufficiat habilitas parentum tẽpore etiam natiuitatis nedũ conceptionis,ita Hieron. Gabriel.cõſ.21.Sebaſtianus,col.5.n.12.verſ.Quo ad ſecundũ,li.1.dicens eſſe cõmunem DD.cõcluſionẽ, & eſſe regulã traditam à Io.Andr. in d.c.tãta,col.pen.verſ.Quid ſi cõcepit,poſt Hoſtienſ.ibi,q̃ etiam eo loci Cardin.placuit,idem Io.Andr.in c.quod nobis,poſt princ.eod.tit.& in c.ſine culpa,vbi Philip.Frãc.col.2. verſ.Circa ſecundum dubiũ, de reg.iur. in 6. poſt Goſfred.in Summ.de fil.presb. in §. ſed ſi quis natus,& Bald.in l.cũ quis,n.5. verſic. Quæro hic, C.de natural.liber. prout Baldũ relatiuè loquẽtem ſic Francus ipſe interpretatur & intelligit, Didac.Couarr. in tit.de ſpõſ.in 2.par.c.8. §.2. n.2. verſic.Contrariã ſententiã, vbi cõmunem DD. opinionem eſſe teſtatur,& videtur eſſe de intentione Bald. in l.nuper, d.tit.de natural.liber.ante n.2. necnõ Andreæ Tiraq. in tract.de iur.primogen.q.34.n.14. verſic. Octauò legitimatio non trahitur, fol.243. Andr.Fachinæus lib.3. Controuerſ.iuris,c.50.incip.Tãta eſt vis matrim.col.2.verſ.Iſtis nil morãtibus,fol.331.

Prædictam opinionẽ vehementer Scribentes cõprobant,d.l.nuper,in fin.vbi Imperator hæc verba cõſcripſit, & generaliter definimus, & q̃ ſuper huiuſmodi caſibus variabatur, definitione certa concludimus, vt ſemper in huiuſmodi

7 quæſtionibus in quibus † de ſtatu liberorũ eſt dubitatio nõ conceptionis ſed partus tẽpus inſpiciatur,& hoc fauore facimus liberorũ,vt editionis tẽpus ſtatuamus eſſe ſpectandũ:exceptis ijs tantũmodo caſibus in quibus conceptionẽ magis approbari infantiũ conditionis vtilitas expoſtulat. Vt nõ immerito ibi Bald.in 1.not.dixerit, Nota mirabilẽ regulam quòd ad ſciendũ vtrũ ſit legitimè natus nõ inſpicitur tẽpus conceptionis ſed partus,q̃ nota multum, Cum autẽ in propoſito vtilius ſit filio vt nõ conceptionis tẽpus attendatur ſed natiuitatis, ergo iſtud vtilius tẽpus ad ſtatũ & legitimationẽ infantis erit inſpiciendum,omni varietate ſummota, & dicta deciſione Imperatoria liberis fauorabili prorſus attenta. Huic textui qui plurimum pro hac parte ſtringere videtur, reſpõderi poterit,

8 quòd ſit intelligendus quando matrim. † retro eſſe potuit,vt illũ ita intelligit Salic.in prælleg. l.filiũ,ante fin.verſ.Nec obſtat.i.nuper,ſed tẽpe cõceptionis & ſic retro matrim. eſſe non poterat in terminis de quibus loquimur,cũ vterque nõ præſupponatur ſolutus,igitur nõ refragatur.

Secundò congruit alius text.in l. & ſeruorũ, §.ingenui,ff.de ſtat.homin.vbi Martianus ingenuos eſſe qui ex matre libera nati ſunt ſcribit, ſufficere autẽ liberam fuiſſe eo tempore quo naſcitur licet ancilla conceperit,& è cõtrario ſi libera cõceperit deinde ancilla pariat,placuit eũ qui naſcitur liberũ naſci,cõſtat itaq; ex iſto textu partus conditionẽ ex tpe ortus metiri,itẽ ex cõceptione ſi expediẽs eſſe videatur & vtilius.

Sed ſi Martiani verba ac mentẽ ad ingenuitatẽ & libertatẽ quę fauorabilior eſt retulerimus, vtique non poterit cõgruè ad legitimationẽ de qua diſceptamus referri, vt idẽ Salic.aduertit, licet enim tãta ſit vis matrim. vt filij antea nati ex ipſo ſubſequẽti legitimentur, tñ extremorũ habilitatẽ requiri dicendũ eſt, ne aliquid praui in extremo ad q̃,adeſſe contingat,& ne vis iſta ad illicitos cõplexus homines inducat, Sancta

9 enim † res eſt matrim. & ſancte tractandũ,vt in Cõcil.Trid.ſeſſ.24.c.10.in fin.Sacramentũque hoc magnum eſt in Chriſto & in Eccleſia,vt in cad.ſeſſ.dum de eius doctr. poſt princ.ex Diui Pauli Apoſt.dogmate loquitur.Siquidẽ vt Soc. iun.d.conſ.31.n.41.lib.2.cõſiderat,legitimatio quæ per ſubſequens matrim. fit,per fictionem

10 translatiuã † procedit, quia ſcilicet matrim. q̃ ſequitur ad tẽpus conceptionis liberorũ retrotrahitur, & ſic per talẽ fictionẽ illi ex legitimo matrim. nati videtur,vt tradunt Alberic.de Ro ſat.ſub n.2. Bald.etiã n.2.verſ.Quia fictio,Angel.n.3. & alij in l.Paulus,de ſtat.hom. tradũt-

11 que Canoniſtæ in d.c.tãta,iſta autẽ fictio † requirit duo extrema,& ſic duo tẽpora habilia,videlicet extremũ à quo,habile eſſentialiter & verè,& extremũ ad q̃,habile potentialiter, prout dicit Bar. & oẽs ſequuntur in l.ſi is qui pro emptore,col.13.n.28.verſ.Sed in fictione trãslatiua,& col.21.n.65.verſic.Solutio,ſi ibi benè aduertatur, ff.de vſuc. ſed extremũ ad q̃,non poteſt dici habile potẽtialiter:quia tunc tẽporis.i. quo filius fuit cõceptus inter parẽtes matrim. eſſe nõ poterat, ergo hæc fictio trãslatiua locũ

12 habere nõ põt.Quòd verò legitimatio † faciat filios legit.retrofictionis ope,,pbatur in d.c.tãta,& tradit Ant. de Roſell.in d.trac.de legit. in proœm.tit.de cauſ.material.n.23.verſ.Itẽ legit.

Tertiò inquit Didac.Couarr.ſuaderi hoc poſſe ex l.qui in vtero,d.tit.de ſtat.hom.vbi Iuriſc.

13 fœtum exiſtentẽ † in vtero natũ exiſtimat ſi fœtui hoc utile fuerit,alioquin nõ exiſtimari natũ cõſtat, cũ concordãtibus de quibus ibi in gloſ. & alijs allegatis etiã ab Andr. Tiraq.in tract.de retract.lign.§.1.gloſ.9.ſub nu.75.fol.153. Hæc autẽ ſuaſio nimis generica & extranea uidetur parũ attingens propoſitã difficultatẽ cum legitimatio nõ fauore exiſtentię in utero, ſed ex ui

matri-

ma trimonij inducatur, ſpeciali legis ſiue canonis beneficio, ex d. c. tãta, lex. n. licet exiſtentem
14 in vtero fingat natũ † æquitate quadã ſuadẽte, vt dicit Bar. in d. l. ſi is qui pro emptore, ſub nu. 67. verſ. Vides enim, nõ tamen fingit ipſum legitimatũ niſi Sacramentũ matrim. interueniat, q̃ cum ad cõceptionis tẽpus retrotrahi nõ poſſit potẽtialiter vbi adeſt impedimentũ perſonarũ inter quas tunc illud cõtrahi non poſſet, tanquã non ſolutarũ, vis illa & præpotens efficacia nõ eſt trahẽda ad turpẽ & illicitã conceptionẽ, quę quidẽ cõceptio turpis & inhoneſta nõ ſolũ nõ influit, ſed impedit legitimationis effectum.

Quid erit in hac quęſtione dicẽdũ? Ang. Aret. in prędicto, §. fin. n. 9. Inſtit. de nupt. concludit Ant. de Roſell. ſolẽnis Doctoris Aretini eſſe de iure verioꝛẽ, vt ſit neceſſaria habilitas tpe conceptionis: Sed alterã Io. Andreæ eſſe cõmunem & ab ea nõ fore iudicãdo recedendum; Hic punctus aliàs in cõtrouerſiã venit dum erã in Rota Florẽtina vnus ex tribus Iudicibus vltimarũ appellationũ inſimul cũ Perilluſtribus & eximijs I. C. D. Siluio Spãnocchio, Patritio Senenſi, & D. Aloyſio Soltia Patritio Bergomẽſi in quadã cauſa inter Manentẽ de Bondelmõtibus, & Horatiũ de Gãbarellis ciues Florẽtinos, qui nõ fuit tũc deciſus, ſed poſtea & vt audiui Dñi in diuer
15 ſas ſentẽtias abierũt, vt aliquãdo † ob ingeniorũ altitudinẽ & profundã Iudicũ ſcientiã cõtingit, nã duo tenuerũt contra legitimationẽ, tres verò pro legitimationis efficacia qui vti maior pars fecerũt ſententiã tranſeundo cũ Io. Andr. & ſequẽdo communẽ quam dicunt opinionẽ, libenter eorundẽ Motiua vidiſsẽ, quæ aliter non
16 vidi. Cũque Rotæ Florent. † permaxima ſit celebritas, vbi ius exactè redditur, omnibus accuratè perpẽſis & trutinatis, cogitabã intẽſius circa hmõi quęſtionis reſolutionẽ, & vt meũ quoque calculũ addã, exiſtimo Ant. Roſelli opinionẽ ac etiã Bartolomęi de Salic. dubio procul in
17 pũcto † iuris verioꝛẽ atque ſolidioꝛẽ, ex d. §. fin. de nupt. & d. l. cum quis, C. de natural. liber. pariter etiã ex d. c. tãta, coniũcto princ. cũ ſecundo reſpõſo, nã ibi primò loquitur de genito nõ extãte vxore ſecus ea extãte vt in ſecũdo reſpõſo, igitur, &c. & iſtam partẽ benè fundat Archid. in d. c. Oſius, ſiue Oroſius, n. 2. poſt Vincẽt. in d. c. tãta, allegat etiã Archid. tex. in auth. quib. mod. natural. effic. legit. §. ſed & aliud, verſ. Procreauit etenim, coll. 6. & authoritatem Goffredi idẽ tenentis, vt ibi, eandẽque ſententiã tenuit Chriſtoph. Portius Papienſis in d. §. fin. n. 6. verſic. Quid ſi ex concubina, inducens etiã rationem,
18 nam duæ ſingularitates † ad eundem effectum cauſandum cõcurrere non poſſunt, l. cũ poſt, §. gener, de iur. dot. iunct. l. i. C. de dot. promiſſ. Sed hic interuenirẽt duæ ſingularitates, Prima quòd matrim. poſt natiuitatem filiorũ contractum retrotraheretur ad tempus quo nondum erant nati, Secũda quòd diſpenſatiuè cõtraheretur, ſed nõ poteſt retrotrahi quia extremũ ad quod, eſt inhabile, facit l. bonorũ, ff. rẽ rat. hab. dicẽs ita fuiſſe defenſatos quoſdã de Perra mala vt per cũ, & pro hac parte facit etiã alius tex. in §. quibus cõnumerari neceſſe eſt, Inſtit. de hę redit. quæ ab inteſt. defer. Cum tamen (vt dicebat Angelus) opinio Didaci Couarruuias ſit cõis, iudicando ab ea recedendũ non fore Ro-
19 ta autumauit, quã comprobat † magnæ autoritatis Doctor Io. Fabri in d. §. fin. col. 2. ſub n. 5. verſ. Sed quid ſi fuerit cõceptus, Inſtit. de nup. allegat tex. in §. ſufficit, de ingenuis, Sed vereor an hodie d. opinio ſit cõmunis facto diligenter DD. calculo quãquam cõmuniter receptã eſſe teſtentur ipſe Didac. & Hieron. Gabriel. in
20 prædictis locis, Vnde ego inhærerẽ † veræ opinioni Salic. & ab ea nõ recederẽ etiã conſulendo ac iudicãdo, cũ huiuſmodi pars quæ mihi viſa eſt verior, nõ ſit deſtituta DD. inſigniũ autoritatib. ac teſtimon. q̃nimo multorũ interpretũ prędiſſimis nominib. cõprobata cõſpiciatur.

HYPOTHESIS.

In filijs tantum in conditione poſitis nõ gratis hunc textum non procedere aſſeuerari: Ac textui in l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Senatuſcõſultũ Trebell. deterſum ſenſum tribui.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, in filijs tantum in conditione poſitis nec gratuitis nequaquam procedere.*
2 *L. qui filium, §. Sabinus, ff. ad S. C. Trebell. interpretari, & nu. 10. Curtij iunioris intelligentiam afferri, nu. autem 11. nouo ſenſu errari.*
3 *Vxorem, eandem carnem cum viro cenſeri, inter eos etiam copulationem Diuini ac humani iuris eſſe: unionemque indiſſolubilem, ac maiorem quàm eccleſia ad alteram eccleſiam.*
4 *Vxorem ingalem dici: interque coniuges commixtam familiam ac vnam domum eſſe: vxoremque à teſtimonio contra virum repelli.*
5 *Vxorem in viri perſonam ius quoddam habere.*
6 *Vxorem ad fiſcum excludendum vbi omnis parentum liberorumque ſeu propinquorum legitima ac naturalis ſucceſſio deficit, ſuccedere.*
7 *Vxorẽ cum viro propinquitatẽ aut affinitatẽ propriè non habere, licet de viri familia ſit, in eiſque poteſtatẽ quo ad debitũ carnis tantũ trãſire.*
8 *Maritum in rebus vxoris extra dotem, vllam adminiſtrationis poteſtatem non retinere.*
9 *Succeſſionẽ ab inteſtato ad finẽ excludendũ nõ ſolũ vxori ſed etiã legitimæ concubinæ cõpetere.*
12 *Fiduciarium hæredem, ex Guilielmo Budæo, inſtum hæredem non dici, ſed veluti depoſitarium.*
13 *Imperatorẽ ineptè interrogãtibus et petentibus, benignè inſtruẽdo ac docẽdo reſpõdere conſueuiſſe.*
14 *Argumentum à contrario ſenſu ex cauſa impul-*

ſiua

ſiue non finali deſumptum minimè valere.

35 *L. qui filium, §. Sabinus, d. tit. per Cornelium conſulendo, etiam declarari, ſpecialiaque ex illo contextu reſultantia afferri, vt per eum egregiè de iure reſpondentem.*

36 *Quæſtionem de Hoſpitali ſubſtituto poſt mortē filij inſtituti, filiorumque ſuorū ac filiorū alterius filia præmortua, ſuper qua Io. Bapt. Caccialup. & Barth. Soc. in cinit. Floren. reſponderūt, definiri.*

37 *Extenſionem de caſu ad caſum ex expreſſa ratione induci, & num. 22.*

38 *L. cum auus, conditionem mixta conſideratione teſtatoris grauantis ac nepotum proceſſiſſe idque num. 21. reaſſumi.*

39 *Fideicōmiſſum reciprocū inter omnes primò nominatos non reſultare, facta ſubſtitutione poſt mortem plurium vel ab vltimo moriente in tota hereditate, poſitorum inquam tātum in cōditione.*

30 *Conditionem non inducere diſpoſitionem.*

33 *Fictionem ſiuè præſumptionem iure ſpeciali prouenientem, ad alium caſum non extendi.*

CAP. XIX.

1 ILLVD ex ſexta atque vltima concluſione hic colum. 29. Socin. infert corollarium, vt lex iſta in filiis poſitis in conditione nō grauatis locū ſibi non vendicet, † ac quibus ſubſtitutio facta non eſt, licet ex eis filii remanſerint, ita tenent vltra eundem Socinū ſuper hoc reſponſo Io. de Imol. & Paul. de Caſtr. poſt n. 2. verſic. Idem loquitur, conſentiuntque Bart. n. 2. verſ. Secus ſi aliquis, & Ang. in l. qui filium, §. Sabinus. ff. ad S. C. Trebell. vbi etiā Caſtrenſ. n. 2. Ang. Alex. paulo poſt princ. uerſ. Et ad limitationē. Iaſ. col. 3. in 3. limit. & Dec. poſt n. 12. col. 5. ſimiliter in 3. limit. in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit. Andr. Barbat. in d. l. cū acutiſſimi, col. iii. verſic. Et limita iſtā legem, C. de fideicom. Guliel. de Benedict. in rep. c. Raynutius, in uerb. Si abſque liberis, el primo in 11. limit. n. 22. extr. de teſtam. Hieron. Zanch. in rep. l. heredes mei, §. cū ita, n. 407. uerſic. Secūda utilitas, d. tit. ad Trebell. Greg. Lup. in l. 10. tit. 4. par. 6. in gloſ. ſuper uerb. Quæ murieſſe, el. 2. Emanuel Coſta in rep. c. ſi pater, in 1. par. in uerb. Si abſque liberis, n. 10. de teſtam. in 6. eandemque opinionē conſulendo ſequuti ſunt, Alex. conſ. 93. Aliàs conſultus, col. 2. n. 6. uerſic. Nec talis cōditio, lib. 3. & conſ. 92. Super eo. n. 7. cod. uol. Dec. conſ. 581. Viſo pūcto controuerſiæ, n. 8. uerſic. Vlterius cogitandū. Curt. iun. conſ. 33. Prę ſupponitur in facto, col. 5. poſt n. 8. uerſic. Confirmātur prę miſſa. Carol. Ruin. conſ. 106. In quæſtione, col. pen. lib. 2. & conſil. 35. Adeo plenè, n. 10. lib. 1. Soc. iun. cōſ. 100. Præſupponitur, n. 8. lib. 1. Hieron. Alban. conſil. 26. Vidi, num. 4. quam & ego alibi comprobani in tract. an & quand. lib. in cond. poſiti vocen. in procem. num. 1. verſic. Volunt nanque.

Inducitur d. l. qui filiū, §. Sabinus, vbi Ang. dicit illum textū alio in loco non reperiri, de cuius intelligentia ſuperius aliquid tetigi; cūque hoc in coroll. Bart. in eod. §. Sabinus, dilucidè loquutū fuiſſe, licet hic obſcurè admodū & implicitè vtrobique eius dicta demonſtrēt, proinde breuiter apertèque diuerſitatis rationē expedit perquirere, ac veriorē Bartoli doctr. indicare, & Raph. Cumani diſtinctione prætermiſſa, atque alia Pauli Caſtren. & denique † Andr. 2
Barbatiæ, illā Iaſon rationem eſſe ſcribit, nā in d. §. Sabinus, filius hæreditatē non fuerat conſequutus, & ſic minimè ius ſibi quæſitū, vt non tā de facili debeat ad eius filios tranſire: hanc tamen Decius ſubuertere nititur, dicens hoc modo caſum diuerſificari, rationem autem non diuerſam videri, dato enim quòd alius ſit grauatus, ſiue teſtatoris filius ſubſtitutum excludit, idem pariter in filijs cenſendum eſt quia eadem ratio militat ſi de liberis filij cogitaſſet, d. l. generaliter, §. cum autem. Sed impugnatio hæc, ex motiuo quod Decius ipſe affert & ſequitur, ſtatim ſubmouetur, Socinusque ab eo non diſſentit, non enim eadē in liberis filij ratio viget, filio ſiquidem ibi ad annum vigeſimum non peruenīente in vita excludebatur bonis apud inſtitutā matrem remanentibus, vnde ſicut filius excluditur pariter eius filij excluduntur, & iſtud fuit Iaſon ſubodoratus, ſciebat enim hæreditatis portionē Antonino demū obueniſſe mortua inteſtata matre; Horum autē conſideratio viribus an ſubſiſtat, illā ad Socini mentē, verba Bartoli in d. §. Sabinus declarātis cōferre oportet, cōcludendo leges conditionē iſtam tacitè ſubintelligentes loqui in filio grauato poſt mortē reſtituere, ſecus ſi alius de reſtituēdo grauaretur cū filius deceſſerit, intelligi enim debet alius nō deſcendens qui rogatus fuerit cū aliquis ex deſcendētibus ſuis & teſtatoris deceſſerit, d. §. Sabinus, ratioque aſſignari pōt quam retuli, & aſſignabatur etiā per Ang. in d. §. cum autē, quem referēdo ſequitur Io. Bapt. Caccialup. de S. Seuerino. Hic tamē intellectus per Curt. iun. d. cōſil. 33. col. 6. poſt n. 8. multipliciter redarguitur, Primò nā in d. §. Sabinus, vxor inſtituta erat, nō autē (vt Socinus præſupponit) extraneus, quæ magis dilecta videbatur quàm deſcendētes, cū eadē caro † cū marito cēſeatur, c. debiliū, extra de bigamis, inter ipſos etiā copulatio Diuini ac humani iuris exiſtat, l. 1. & 2. ff. de rit. nupt. l. aduerſus, de crim. expil. hered. fitq; vnio indiſſolubilis, Inſt. de patr. poteſt. in princ. undè maiorē ad uirū ux. eſſe unionē quàm eccleſiæ ad alterā eccleſiā, dicit And. de Iſern. in tit. de c. Corradi, c. vnic. n. 30. verſ. Maior quidē, vt ex Curtio nō poſſit

poſſit conueniens diuerſitatis ratio aſſignari in id, an vxor ipſa an vero alius deſcendens extitiſ ſet grauatus: faciuntque tradita per eundē And. in c. 1. §. bona vacantia, nu. 25. & 26. tit. quæ
4 ſint regal. meritò vxor iugalis † dicitur, l. iubemus, & l. ad petitionem, de aduoc. diuerſ. iudic. l. hęc conditio, ff. de cond. & dem. commixtamque familiam, ac vnā domum coniuges habere credūtur, l. 1. §. ſi vir, ff. ad S. C. Syllan. inde euenit, quòd vxor à teſtimonio ferendo contra virum repellitur, vt not. in l. ſed & ſi quis, §. præterea, ff. ſi quis caut. l. etiam, de teſtib. l. ſi. §. ſanè, de his qui ad eccleſ. confug. eademque ratione vir etiā repellitur, mutuo enim ſe proinde amore inuicem ſpoliarent, arg. l. 1. ff. de don. int. vir.
5 & vx. Quinimò vxor † ius in viri perſonā habere dicitur, ex not. in tex. & gloſ. in c. 1. de cōiug. lepr. in c. ſi quis vxorem, ad fin. 32. q. 1. Anton. Capyc. deciſ. 135. In cauſa, nu. 5. Sed huiuſmodi reprobatio exilis videtur, cū in ſucceſſionib. primū ius deſcendentib. reſeruetur, vxor verò etſi diligatur non propterea ab in teſtato inſoli
6 dū ſuccedit, niſi ad fiſcum † excludendum, omni parentum, liberorumve ſeu propinquorū legitima, vel naturali ſucceſſione deficiente, l. 1. C. vnd. vir & vx. l. 2. ff. rer. amot. l. Deo nobis, verſ. Et tantummodo, C. de epiſc. & cleric. Vnde inter vir. & vxorē propriè ac verè propinquitas, vel affinitas non adeſt, vt in d. l. 1. in prin. Salic.
7 annotauit, quamuis de viri ſit † familia, l. quicūque, C. de re milit. And. Alc. in l. pronunciatio, §. familiæ appellatio, in verb. Matremfamilias, ff. de verb. ſign. trāſit ergo in poteſtatē viri quo ad debitum carnis tantum, l. ſicut, ff. de oper. libert. l. ſi vxor, C. de cond. inſert. in poteſtate q. patris remanet, vt magis affectui quàm poteſtati nobis ſubeſſe videatur, l. 1. §. ſiue autem, ff. de iniur. nec maritus vllā adminiſtrationis poteſta
8 tem † in rebus vxoris retinet, imò nec etiam cōmunionem, l. hac lege, de pact. conuent. l. maritus, de procur. decet enim conditores legū ęquitatis eſſe fautores, vt nullo modo maritus licet vxor ſe ipſam viro cōmiſerit, aut ſibi à parētib. ſit cōmiſſa, in ijs quæ extra dotē ſunt ſe audeat immiſcere; Natura inſuper vtrunque corpus tā viri quàm vxoris ſimul edidit, vt maneat ſuis vicibus immortale, & alterū alterius auxilio ſemper egeat, l. lege xij. tabularum, C. de legit. hęred. dictamq. inteſtati ſucceſſionē vxori excluſo
9 fiſco tributam legitimæ etiam concubinę † cōpetere quis ignorat? vt not. gloſſ. in verb. legitima, in auth. de trient. & ſemiſſ. §. conſideremus, coll. 3. quam valde commēdat Io. de Platea in l. 1. col. 3. C. de bon. vacantib. lib. 10. eſt denique in iſta materia omnis extraneus (vt tritiſſimum eſt) qui non ſit deſcendēs. Solent (ne & hoc prætermittā) maritorum plerūque animi vxorum peruicacia adeo frigeſcere, vt omne aliud mēte magis reuoluāt quàm eis aliquid relinquere, & experientia clarū videtur, vt alio teſtimonio nō egeat, quamuis enim mutuo amore, dulciq. animorū nexu coniuges conſtare debeant, id tamē prarò cōtingit, quod ignominioſū ac turpe eſt.
10 Secundò nouiter † ac ſubtiliter idēmet Cur. iun. obijciebat, nam in d. §. Sabinus, filiorum ex hæredatio non mala mente, nec ad filiorum iniuriam, ſed magis prouiſionē facta fuerat, iuxta l. multi non notæ, ff. de liber. & poſthum. & l. in fideicommiſſi, §. cum Pollidius, ff. de vſur. animaduertendum etenim eſt, filios ibi exhæredatos fuiſſe, eorum verò matrē inſtitutam grauatamque filio cum ad vigeſimū annum peruenisſet reſtituere, & ſi prius moreretur de reſtituendo filiæ, in tantum q̄ rectè conſiderando tota illa diſpoſitio filiorum fauorem reſpicit, & teſtator interrogatus veriſimiliter reſpondiſſet, matrem vſque ad ætatem illam diligenter ac prouidè fore adminiſtraturam poſt autē reſtituturā, proinde non immeritò lex eandem diſpoſitionē ſuſpicit, adeo quòd mater reſtituendo nō potuiſſet Trebellianicam detrahere, l. ſ. in l. poſt mortem, col. 3. C. de fideicom. cōſtabat inſuper quòd magis filium teſtator diligebat, vniuerſale enim fideicommiſſum filio, particulare autē filiæ reliquerat, & tamen quia directò grauamē non fuerat filio impoſitū, ſed matri poſt ipſius filij obitum, non in perſona filij illa ſi ſine filijs deceſſerit cōditio ſubintelligitur, vt nullatenus textus dicti §. Sabinus, à diſpoſitione huius reſponſi, & d. l. cum acutiſſimi, poſſit diſtingui, niſi eo diſcrimine an deſcendentes ipſi ſint grauati, an in conditione tātum poſiti; Propterea ratio per Soc. tradita confunditur, vt qua ratione ibi filio vxorem ſuam in uita ſi non peruenisſet ad vigeſimum annum prætulit, pari ratione filijs filij ad illam ætatem filio non perueniente prætuliſſe cenſeatur: cum enim (vt eſt dictum) teſtator ibi magis maſculū quàm fœminam dilexerit, in dubio magis filios filij quàm ipſam filiam dilexiſſe præſumendum eſt, attento, q̄ exhæredatio mala mente non obuenerat: Accedēte quòd in effectu filia magis dilecta erat quàm vxor, ex quo vxor eademque mater adhuc filiæ reſtituere grauata reperiebatur ante vigeſimum annū filio moriente, ratio ergo dicti §. Sabinus, non poteſt in hoc fundari, q̄ teſtator magis vxorem quàm filios filij dilexerit, & ideo illa ſola diuerſitas remanet, quòd ibi filius grauatus non exiterat, ſed mater poſt mortē filij grauata fuerat.

Cæterum quicquid ſibi Curt. iun. ſupremi nominis Iuriſconſultus, ac Papiæ ingens ornamē-
11 tū voluerit, crederem † textum in d. §. Sabinus, germano fortaſſe ſenſu huc vſque caruiſſe, nec iuridicam grauaminis, ac poſitionis in conditione propoſitam differentiā videri, imo triū legum diſpoſitioni tacitam conditionem ſubintelli-

telligentium optimè congruere: Primo itaq.cõ
ſiderandũ exiſtimo Antoninũ nõ poſſe ſimplici
ter,& eo modo quo Curtius intelligit in condi-
tione poſitum cenſeri rationib.per ipſum deſu-
per allegatis, accedente natura inſtitutionis de
Iulia Valeriana per Sabinum Antoninum facte
in fiducia tantũ conſiſtentis, fiduciarius nãque
12 non iuſtus & abſolutus ex Budæo† viro præcla
riſſimo hęres dicitur,ſed velut depoſitarius hoc
eſt cuius fidei credita ſit hæreditas alteri reſti-
tuenda,qua forma dicitur,& poſſeſſio quædam
fiduciaria,vt per eũ in annot.ad l.2.§.initiũ fuiſ
ſe,ff.de orig. iur. Et propterea in d.l. Seius Sa-
turninus,ff.ad Trebel. Seio Oceano ante annos
ſexdecim defuncto, cui annos totidem implẽti
per Maximũ Trierarchum hęreditas Saturnini
erat reſtituenda,illã ad Manlium Senecam vult
Iabolenus pertinere veluti auũculum defuncti
pueri proximitatis iure, non ad Maximũ Trie-
rarchum hæredem fiduciariũ,ideo quia defun-
ctus erat is cui reſtituere iuſſus fuerat, pro ven-
dicatione aſſerentẽ; Non ab re itaque Franciſc.
Aretin. ſubtilitatum profundiſſimus inuentor,
ac diligentiſſimus legum interpres, conſ. 156.
Diligenter viſis,col.2.verſ. Nec poteſt dici, dũ
videtur cum opinione Angeli,Ioan.de Imol.&
aliorum præcitatorum tranſire in themate ſibi
propoſito,non textum in d.§.Sabinus, ſed aliã
rationem induxit,idque non aliunde obueniſſe
arbitror,quàm ſubtili ingenio perſpiciẽdo per-
peram à Scribentibus eundem textum ad prędi
ctam differentiam conſtituendã fuiſſe inductũ,
non enim ſimplex argumentum legis Aeliæ Sẽ
tiæ Imperatorem mouit,cum æquum fuerit, ex
quo Honorata fortaſſe ius ſuum in Diui Marci
conſtitutione reponebat, proindeque ei præſes
detulerat, Adriani conſtitutionem quantum ad
munera municipalia à tutoribus Fauiæ Valeria
næ inductam Aeliæ Sentiæ argumento compro
bari,non tantum ad finalem decidendi rationẽ,
ſed prędis ſententiæ iniquitatem oſtendendã,
vel partis intentionem in Diui Marci conſtitu-
tione fundatam penitus confundendam, ſed ẽt
ad Imperatoris ſcientiam promulgandam qui
oĩa iura in pectoris ſcrinio retinet,vt ibi,quam-
uis ſcire ſe diceret,vel vt ineptè interrogãtibus,
13 aut petentibus benigne† inſtruendo ac docẽdo
reſponderet,l.precibus,C.de impub. & al. ſub-
ſtit.l.ſi ſuperſtite,de dolo,l.vt reſponſum,de trã
fact.Sed eundem ad pronunciandum cõtra pe-
titricem pro filia, & æquitas rei induxit, & alia
quędam à Paulo atque alijs prolata excitarunt:
Et quãquam Accurſius rei æquitatem de pau-
pertate intelligat,non erit abſurdum de æquita
te in d.l.generaliter,§. cum autem, C. de inſtit.
& ſubſtit.per Imperatorẽ regiſtrata intelligere,
cum Antoninum vxori & filiæ prædilexerit, nõ
vxorem filio attenta fiducia,vt cenſeatur etiam
eius poſteritatem prædilexiſſe: & quãto magis
Sabinus tutè nititur filio prouidere, tanto præ-
dilectio augetur ad conijciendã tacitæ conditio
nis æquitatẽ:ex allegataque paupertate neceſſa
rio adhuc ratio tacitã ſubintelligendi conditio-
nem infertur, vt non illud diſcrimen conſtitui
poſſit; At ſi humanitatem ibi,aliter interprete-
mur,nonne alia ſub inuolucro per Paulum tra-
dita argumenta tacitæ conditionis intelligendæ
rationẽ ad leges illas inferre dixerimus? nõ igi-
tur in d.§. Sabinus,à contrario ſenſu argumen-
tũ,quicquid Socin. & cæteri dixerint, deſumen
14 dũ eſt,cum non à finali† cauſa,ſed impulſiua ſu
meretur,Ant.de Butr.in c.publicato,col.fin.de
elect. Alex.in l.quęcũque,col.11.verſ. Tertiò fal
lit,& verſ.Quinto fallit,ff. de offic. eius, ibique
Dec.nu.56.& infra,verſ. Similiter non valet ar
gumentũ. Non putarem tamen à cõibus tradi-
tionib.iudicando ac conſulendo fore recedẽdũ,
licet textus ille aſſumptũ nequaquã probet,nõ-
mirũ ſi Aretin.(vt dicebam)illius tex.de iure re
ſpondendo non meminerit: poſſem multa alia
proferre,quæ vt breuis ſim prętereo: Non tamẽ
omiſerim celebre conſilium Petri Philippi de
15 Corneo † indicare,ſcilicet conſ.213. Repetito
Diuino numine,per totum,lib.1.vbi egregiè ad
intelligentiam dicti §.Sabinus,ſpecialia deciſio
nis in eo contentæ conſiderat,vt per eum.

Ex traditis iuxta eundem tex.d.l.qui filium,
§.Sabinus,ad Trebell. ad quæſtionis deciſionẽ
ſuper qua Socin. cui ſe Io. Baptiſta Caccialup.
de S.Seuerino ſubſcripſit, in ciuitate Florentiæ
conſuluit,per ipſummet Socin.infertur, Teſta-
16 tor voluit q poſt filij inſtituti† mortẽ ac filiorũ
ſuorũ,& filiorum alterius filia pręmortuæ hęre
ditas ad Hoſpitale perueniret,moritur filius ſi-
ne filijs, filijq. alterius filiæ pręmortuæ cũ filijs
moriuntur,qui filio abinteſtato ſuccedũt, quę-
rebatur an fideicõmiſſum deficeret; Et pro opi
nione negatiua huius contextus diſpoſitio ac ſi
miliũ iuriũ inducitur,quæ duo requirit, Primũ,
q liberi faciẽtes fideicõmiſſum expirare,ſint ex
teſtatoris deſcendentib.Secundũ, quòd ſint de
deſcendentib. grauati,licet itaque dicto caſu li-
beri de deſcendentib.teſtatoris ſint, quia tamẽ
de deſcendentib.filij grauati non exiſtunt Bart.
opinio in materia exorbitanti nõ extẽditur,nec
dictarum legũ diſpoſitio,l. ſi verò, §.de viro,ff.
ſol.matr.& pro dicto concurſu allegatur tex. in
d.§.Sabinus,iunct.d.l.cũ acutiſſimi, cum gloſſ.
Hanc autem inductionem Soc.ſubuertere nite-
batur conſiderando, quòd etſi iuriũ prędictorũ
verba caſum hunc non includant, illum adhuc
ratio mensq.admittit,in eo enim dictæ l. cũ acu
tiſſimi,ratio militat,nã non cenſetur alienas ſuc
ceſſiones voluiſſe proprijs anteponere, ac etiã
ratio dictę l.generaliter,§.cum autem,cum ſi de
nepotib.filię cogitaſſet,eos etiam in conditione

poſuiſ-

poſuiſſet eadem pietatis ratione militante in hoc Papiniani reſponſo expreſſa: militat denique ratio deſuper allegata de qua in gloſſ. d. l. cũ acutiſſimi, qua etenim ratione filios filiæ prętuli teos in conditione ponendo, iuxta not. in l. Lucius Titius, ff. de hæredib. inſtit. pari ratione cenſetur omnem eius prætuliſſe poſteritatem.

17 Ex quibus quidem rationibus † expreſſis & cõiecturatis præcitatorum iurium ad alios cãſus extenſio inducitur, iuxt. l. quamuis, cum gloſ. & ibi Bald. C. de fideicom. & id quod notatur in d. §. de viro, in tantum quòd ſæpe ex præmiſſis rationibus extra eorum verba Doctores argumentantur, vt in l. pen. C. de impub. & al. ſubſt. ex Sabini interpretatione de qua ibi, ac in l. ſi is qui ducẽta, §. item ſi pater, ff. de reb. dub. & tradit in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. in quibus euincitur liberos etiam nõ grauatos, ſed deſcendentes teſtatoris ſubſtitutionis defectum inducere; Ex quibus idem iſto caſu videtur generaliter cõcludere, teſtator enim illos in conditione conſtituendo voluit eoſdem priuari ſuccedendi potentiæ ab inteſtato mediante ſubſtitutione d. l. Lucius, quæ ratio in filijs etiã filiorum in conditione poſitorum militat; Ad textum verò d. l. qui filium, §. Sabinus, reſponſionem ex allegatis per Ang. & Modern. in d. §. cum autem, patere inquit, cum ipſo etiam Franciſcum Aretinum d. conſ. 156. Diligenter viſis, tranſire ſubdens.

Sed primam opinionem retinendo quam latè comprobat Carol. Ruin. in eius ſolemni conſil. 106. Viſo, ac diligenter ponderato tenore teſtamenti, nu. 9. lib. 2. dicens perperam Aretinũ pro contraria ſententia allegari, poſſumus aſſerere dictorum iurium diſpoſitionem ſubaudiẽdo hanc tacitam conditionem, ſimplici teſtãtis
18 fauore, aut † nepotum non proceſſiſſe, tũc enim ad fideicommiſſum vocati cenſerentur, quod abſurdum videtur, ſecũdum gloſ. in d. l. Lucius Titius, communiter receptam, ſed iuxta conſideratione fauoris inquam grauantis & grauati qui beneficium conſequitur, vt liberis ſuis valeat relinquere, proinde videtur, q liberi grauati eſſe debeant; concluſionique hic per Socinũ traditæ, aliã eiuſdẽmet concluſionẽ reſiſtere cõſtat, quam poſt multos firmauit in d. l. hæredes mei, §. cũ ita, quòd licet facta ſubſtitutione poſt mortem plurium, vel ab vltimo moriente in tota hæreditate, ex hoc inter omnes primò nominatos reciprocũ fideicommiſſum reſultet, iſtud
19 tamen † non procedit cum talis ſubſtitutio poſt mortem plurium, qui poſiti tantum in cõditione fuiſſent facta reperiretur, eo principali fundamento, nam quæ in conditione † conſiſtunt in diſpoſitione non ſunt, l. ſi quis ſub conditione dandorum decem, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. In allegationeque Aretini quam facit ipſum redarguit Curt. iun. d. conſ. 33. ante num. 9. verſ. Sextò moueor, qui cum opinione Caroli Ruini per ſex rationes pertranſit, vt per eum.

Denique rationem iſtam Socin. diluere credidit, nam non ſequitur, liberi non ſunt vocati,
21 ergo conditio ipſorum fauore appoſita † non cẽſetur, cum ſit contra textũ in d. l. Lucius Titius, vbi dicitur teſtatorem ſubſtituto in conditione poſitos prætuliſſe, nec ex alio, niſi quia poſſunt ei ab inteſtato ſuccedere, vt per gloſſam ibi, ipſorum itaque fauore cõditio ſubauditur, idque gloſ. communiter approbata in d. l. cum acutiſſimi, ſenſiſſe creditur, dum dicit, quòd qua ratione liberos prætulit, pari ratione omnem ipſorum poſteritatem prætuliſſe cenſetur, quæ quidem ratio in caſu quæſtionis propoſitæ multũ vrget. Sed ad hoc poteſt reſponderi, quòd huiuſmodi prælatio quamuis fauorabilis ſit, ex ea tamen quædam enixa teſtantis voluntas ob vocationem reſultans minimè colligitur, ſed potius quædam prælatio ex iuris diſpoſitione, cui contraria hominis diſpoſitio non repugnat, vt fauor iſte enitens non ſit, atque ardens ex præciſa abſolutaque voluntate proueniens, cũ mixturam legalis diſpoſitionis in ſe contineat, & quòd ita ſit elicitur, ſi vocationis, ac diſpoſitionis effectus attendantur, vt per Scribentes in l. 1. C. de pact. & alibi: non itaque eadem ratio in poſitis in conditione, quę in deſcendentibus diſpoſitiuè vocatis concurrit, nam ex vocatione maior erga deſcendẽtes affectio profluit, quos quidem vocando ſubſtituto prætulit: vnde ceſ-
22 ſat † extenſio, cum eadem ratio locum ſibi non vendicet, l. Papinianus exuli, ff. de minorib. cũ ſimilibus, & ratio quę in d. l. cum acutiſſimi, iuncta is ibi traditis, in d. l. generaliter, §. cum autem, atque in hoc reſponſo, ſolum ad commodum deſcendentium grauati qui ſubſtituto diſpoſitiuè fuit præpoſitus non autem ad alterius deſcendentis commodum qui non fuit in diſpoſitione poſitus, ſed tantum in conditione ponderetur ac allegetur, vt non debeat eadem l. cum acutiſſimi, ad caſum præmiſſum extendi, ſiue conditio tacitè ſubintellecta, vt ibi, fingatur ſiue præſumatur, iuxta ea quæ ad hoc propoſitũ ſuperius dixi, cum talis fictio ſiue præſumptio
23 de iure ſpeciali contingens, non debeat † ad aliũ caſum extendi, ſecundum Bart. in l. 1. §. lex Falcidia, ad l. Falcid. per l. mulieri & Titio, de condit. & demon.

COMMENTARIORVM
PRAECLARISSIMI
IVRISCONSVLTI
D. IOSEPHI DE RVSTICIS
PATRICII AQVILANI,
Ad l. cum auus, de conditionibus & demonſtrationibus.
LIBER TERTIVS.

HYPOTHESIS.

Quando naturales liberi grauati in expreſſa tacitaque ex hac lege conditione includantur: Et quid de ſpurijs ſtatuendum ſit explicari: Atque dictam l. generaliter, §. cum autem, ac l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il 1. l. Lucius, 2. §. fin. ff. de leg. 2. l. fin. ff. de natural. liber. & l. ſi qua illuſtris, C. ad Orfic. præter alios extricari.

SVMMARIVM.

1 *Naturales filios, liberorum verbo in materia extr bitanti non includi.*
2 *Sobolem iuſtam ex iuſtis nuptijs prouenientem intelligi.*
3 *Naturales liberos grauati, in ſubintellecta conditione ex l. cum auus, ſecundum vnam opinionem non comprehendi: Bartolum autem aſſerere hoc ex l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il 1. ff. ad Trebell. diſtingui, nu. 5. Sed priorem Petri Dyni Cyni Raynerij de Forliuio, & aliorum ſententiam confirmari, nu. 75.*
4 *Ius ciuile nil adeo clarum nitidumque continere, quin maximis oppugnationibus feriatur.*
6 *Ius ciuile nullam contrarietatem in ſe habere, ſed ſuauiter diſpoſitum ordinatumque fuiſſe.*
7 *L. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit. & l. ex facto, d. §. ſi quis rogatus il 1. ex Bartolo concordari ac diſtingui, eiusque opinionem primo roborari, poſtea verò confutari, num. 10. Gloſſarum poſt ſecundam ſolutionem afferri, num. 16. Tertiamque gloſſa pariter, & Ang. nu. 47. Quartam Alex. ſolutionem adduci, nu. 49. Quintum Socini intellectum, nu. 52. explicari. Sextum Franciſci Ripa, nu. 55. Septimum intellectum Auguſtini Beroi, num. 61. inueniri. Octauum Sforti a Oddi, num. 65. Nonum ſenſum Ioannis Coraſij, num. 67. & 68. nu. Coraſium defendi. Decimum intellectum poni, nu. 69. Vndecimam denique auctoris intelligentiam, num. 71. enarrari, ac num. 75.*
8 *Legem nouam ex veteri diſtingui incertum non eſſe, idque declarari, nu. 10.*
9 *Legem qualificatiuè, & cum aliqua determinatione loquentem, omnes alias leges in eadem materia editas qualificare.*
11 *Generi per ſpeciem derogari.*
12 *Non aliter, verba, vim conditionis inductiuam ſignificare.*
13 *Non aliter, verba, adeo preciſa ac pregnantia eſſe, vt non patiantur diſpoſitionem alium intellectum, vel modificationem recipere, & aliquando reſolutiuè poni.*
14 *Niſi dictionem, importare conditionem.*
15 *Niſi dictionem, negatiuæ orationi adiectam, contrariam affirmatiuam orationem inducere.*
17 *Legem facilius aliquem à ſua promiſſione excludere quàm hominis: idque declarari, nu. 46.*
18 *Conditionem in aliquo actu regulariter non ſubintelligi niſi exprimatur.*
19 *Ius ſpeciale debilius eſſe iure communi.*
20 *Tacitum & expreſſum regulariter à pari procedere: ibique hoc explicari.*
21 *Subſtitutionem expreſſam pupillarem matrem excludere, ſecus tacitam in vulgari comprehenſam, aliquos tamen contradixiſſe, nu. 25.*
23 *Tacitum in vno capitulo legis vel ſtatuti comprehenſum, nunquam in alio capitulo eiuſdem legis vel ſtatuti repetitum videri.*
24 *Legem benigne interpretari, quod præſumpta mens teſtatoris ſuadet.*
26 *Subſtitutionem tacitam pupillarem matrem excludere, ſi præſumpta voluntas teſtatoris ex coniecturis concurrat.*
27 *Voluntatem teſtantis in fideicommiſſis dominari, legemque teſtantis mentem proſequi, non è conuerſo.*
28 *Voluntatem tacitam ex coniecturis elicitam in vltimis voluntatibus ſicut expreſſam obſeruandam fore, & num. 30.*

Expreſ-

Digitized by Google

29 *Expreſſum etiam dici ex verbis legis neceſſario elicitum, & num. 37. Etiam ſi pro forma expreſſio requiratur, num. 38.*

31 *Nouationem hodie expreſſè faciendam eſſe: expreſſeque fieri etiam ſi ex coniecturis appareat partes voluiſſe nouationem inducere, num. 32.*

33 *Hæredis perſona quæ ſit cum in dubio verſamur, apertiſſimam probationem requiri, tuncque apertiſſimam probationem fieri per indicia poſſe.*

34 *Feudi noui inueſtitura licet expreſſè requirat, vt frater ſuccedere poſſit, expreſſè tamen id fieri dicendum eſſe, ſi ex verbis generalibus colligatur: licet in Regno frater in feudo nouo quaternato vigore Conſtit. fratri ſuccedat, Niſi fueris dictum tibi, & tuis hæredibus ex tuo corpore legitimè deſcendentibus.*

35 *Contractus ex conuentione legem accipere.*

36 *Andream de Iſernia maximum Doctorem teſte Angelo de Vbaldis fuiſſe.*

39 *Expreſſum cenſeri vbi ex expreſſo derivat tacitum.*

40 *Ius ſpeciale illud eſſe quod ſpecialiter ex aliquo priuilegio in aliqua perſona ſtatuitur.*

41 *Ius ſpeciale difficilius tolli, quàm ius commune cū pro ſe naturalem præſumptionem retinet.*

42 *Ius ſpeciale cum geminatis rationibus moueatur, potentius eſſe iure communi ſi ex vna tantum ratione moueatur: Idemque alio modo declarari, num. 43.*

44 *Reſtitutionem in integrum quamuis ſpeciali iure introductam difficilius tolli quàm appellatio.*

45 *Statutum ſi appellationem tollat non cenſeri ex eo ſublatam in integrum reſtitutionem.*

48 *L. cum auus, in adoptiuis filijs gratiis, an ſibi locum vendicet.*

50 *Concubinatus licet iure naturali prohibitus nō fuerit, ipſum tamen ciuili iure improbari.*

51 *Sobolem iniuſtam de natis ex damnato coitu intelligi: Naturalem verò ſobolem inutilem dici.*

52 *Legem inutilia remedia non adinueniſſe.*

54 *L. generaliter, §. cum autem, nunquid in filia grauata procedat, remiſſiuè.*

56 *Specialia duo circa idem poſſe concurrere, cum vnum in alterius conſequentiam procedit; Et an fauore piæ cauſæ, num. 58.*

57 *Specialia duo ne circa idem concurrant regulam, fauore, vel odio ſæpius vulnerari.*

59 *Specialia duo vt circa idem concurrant non adeo durum videri: Et in l. 1. C. de dot. promiſſ. dictā regulam non probari.*

60 *Promitto verbum in inſtrumento poſitum per ſtipulationem intelligi.*

62 *Tacitam mentem teſtatoris non ex legis diſpoſitione, ſed ex diſpoſitis in teſtamento colligi debere, idque declarari, num. 64.*

63 *Fictione non induci qua verè induci poſſunt.*

66 *Verba legis magis ad iuris ſignificationem, verba hominis magis ad factum naturalemque rei ſtatum referri.*

69 *Iuſtum quomodo accipiendum ſit, in idque Guilielmi Budæi, & Andreæ Alciati ornatiſſimorum Doctorum autoritates conciliari, num. 70.*

70 *Intellectum vnum eſſe vnius diſpoſitionis, non autem plures: intellectumque à ratione non à cortice ſumendum eſſe: Veritatemque eius quod multipliciter intelligitur ex Baldo ignorari, numero 71.*

73 *Honeſtatem legis, vel maximè circa coniugia, ac matrimonia verſari.*

74 *Præſidia flagitijs quærere, vt petulantiæ ſeruire liceat, nimis impium eſſe.*

76 *L. generaliter, §. cum autem, diſpoſitionem de patre loquentem, in matre etiam filiam grauante procedere.*

77 *Honeſtatem in moribus noſtris adeo requiri, vt multa quæ in lege iuſtitiæ mala non ſint, propter honeſtatem tamen prohibeantur: ipſamque honeſtatem in votis etiam attendi.*

78 *Priuilegium dignitati conceſſum ob honeſtatem non ſeruatam circa dignitatis exercitium amitti, de honeſtateque complura afferri.*

79 *Naturales ſtrictè, ac legaliter natos ex concubina accipi: ac ibi quæ ad concubinatum inducendum requirantur, & num. 80.*

81 *Naturales latè, & ſecundum loquendi conſuetudinem omnes ex ſoluto, & ſoluta natos intelligi.*

82 *Naturales qui ſecundum ius canonicum dicātur.*

83 *Naturales non impropriè quomodo aſſumantur.*

84 *Naturales liberos in expreſſa ſi ſine liberis deceſſerit conditione, cum inter progenitos ex liberis perſonis, verſamur ſubſtitutum excludere: Doctores autem contrarium tenentes recenſeri, numero 86. Sed priorem opinionem confirmari, numero 92.*

85 *L. ex facto, §. ſi quis rogatus, il 1. ff. ad Trebell. explicari.*

87 *Liberorum verbo ſolos legitimos, & naturales qui ex iuſto liberoque matrimonio nati ſunt ſignificari: idemque in patre contingere.*

88 *Conditiones voluntarias propriè, in formaque ſpecifica intelligendas eſſe.*

89 *Conditionum verba per prius non per poſterius eſſe aſſumendas.*

90 *L. Lucius, 2. §. fin. ff. de leg. 2. interpretari.*

91 *L. fin ff. de naturalib. liber. nouo, ac germano intellectu reſtitui.*

93 *Naturales liberos in expreſſa conditione, Si ſine liberis ſubſtitutum non excludere ſi expreſſè vel ex coniecturis de voluntate non excludendi conſtiterit.*

94 *Naturales liberos in expreſſa conditione, Si ſine liberis deceſſerit ſubſtitutum non excludere ſi teſtator in dignitate conſtitutus fuerit.*

95 *Nobilitatem vultus, ac oris dignitate, totiusque corporis ſymmetria magis, ac magis ornari, & perfici.*

Digitized by Google

96 *Mulieribus præcipuè illuſtribus caſtitatis ſplendorem debitum eſſe.*

97 *Mulieribus caſtitatem magis quàm viris inſitam eſſe debere, & num.130.*

98 *L.ſi qua illuſtris, C.ad Orfic. aperiri.*

99 *Gentilitatem dignitatem, atque agnationem à patre nos ducere, non autem à matre; & infra.*

100 *Nobilitatem non naturæ, ſed iuris ciuilis eſſe.*

101 *Nobilitatẽ paternam ex materna nobilitate ſplendidiorem illuſtrioremque effici.*

102 *Arma atq. gentilitia inſignia materna filio gerere vetitum eſſe: id tamen in multis partibus non ſeruari, ſed paterna ac materna gentilitia inſignia, inſimul colligari geſtarique.*

103 *Arma gentilitiaque inſignia familiæ de Carolis, ac etiam familiæ de Ruſticis indicari.*

104 *Conſiliarium Principis in dignitate poſitum ad terminos d.l.ex facto, §.ſi quis rogatus, intelligi, naturalesque non omni perſona honeſta exoſos cenſeri, ſed nobilibus in dignitateque tantum cõſtitutis, num.106.*

105 *Andreæ de Iſernia Regij Conſiliarij ac ſupremi Iuriſconſulti mortem, pro crimine læſæ Maieſtatis habitam fuiſſe.*

107 *L.ex facto, §.ſi quis rogatus, 1.ff. ad Trebell. adhuc declarari.*

108 *Nobilitatem grauantis non grauati in terminis d.l.ex facto, §.ſi quis rogatus, 1. ſpectandã eſſe.*

109 *Filios in conditione poſitos præſuppoſito, vocatos non cenſeri, vehementem tamen coniecturam mentis teſtatoris habere.*

110 *Legato lecto per teſtatorem nobilẽ mulieri viduæ de quo lecto intelligatur: & quid ſi huiuſmodi legatum vxori factum fuerit.*

111 *Naturales ſubſtitutum non excludere, eſto quòd teſtator nobilis filios habeat naturales.*

112 *Fieri quod debet non quod factum fuit attendi: idque declarari.*

113 *Nobilitatem vel dignitatem teſtantis in terminis d.§.ſi quis rogatus, il.1. non attendi, vbicunque teſtator & ipſe naturalis eſſet, ac nu.115.*

114 *Originem rerum ſpectandam eſſe.*

116 *Petrum de Anchar. conſ.339. Pro maiori intelligentia, col.4. verſ. Et primo quia vt ſupra, & colum.5. verſ. Tertiò quòd proles fœminea, magis communiter approbari: iunctis traditis ſupra, nu.113. verſ. Tunc enim.*

117 *Naturales liberos excludere ſubſtitutum in nobili teſtatore, ſi in alia parte teſtamenti teſtator de liberis naturalibus meminiſſet, & numero 118.*

119 *Naturales liberos ſubſtitutum à nobili teſtatore, vel in dignitate poſito excludere ſi is teſtator aliquem ignobilem hæredem ſcripſerit: vel reſtituì fideicommiſſum alicui plebeio iuſſiſſet.*

120 *Naturales liberos grauati excludere ſubſtitutum etiam ſi teſtator nobilis fuerit, quotieſcunque grauaſſet aliquem quem ſciebat alios quàm naturales non fore habiturum.*

121 *Conditionem ſi ſine liberis deceſſerit ad ſolos maſculos reſtringi, ſi in aliqua teſtamenti parte de ſolis maſculis mentio facta fuerit.*

122 *Generalem diſpoſitionem pro ſpeciali haberi, quãdo in vna tantum ſpecie verificari poſſet.*

123 *Naturales liberos ſubſtitutum excludere etiam ſi teſtator nobilis fuerit, cum furioſo ſubſtitutio facta reperitur.*

124 *Furioſum loco abſentis, vel ignorantis haberi, quinimò mortuo, animali quadrupedi, infantique aquiparari: eiusque nullam voluntatem eſſe.*

125 *Furioſum non poſſe matrimonium contrahere.*

126 *Naturales liberos excludere ſubſtitutum etiam ſi teſtator nobilis ſit, non ſolum ſi furioſo verum etiam ſi mente capto ſub conditione liberorum ſubſtituerit.*

127 *Naturales liberos ſubſtitutum excludere etiam ſi teſtator ſit nobilis, quando in loco Statutum extaret, quòd naturales ſicut legitimi ſuccedant.*

128 *Naturales liberos ſubſtitutum non excludere ſi teſtator ſit nobilis, vel in dignitate, vbicunque tempore conditi teſtamenti in dignitate fuiſſet, ſecus ſi poſt teſtamentum aliquam dignitatem fuiſſet conſequutus.*

129 *Naturales liberos ſubſtitutum non excludere etiam in teſtatore nequaquam nobili, vel in dignitate poſito, ſi filiam ſuam hæredem ſcripſerit, eamque ſub conditione liberorum reſtituere roganerit.*

131 *Officiales ſiue adminiſtratores prouinciales poſſe filias cum prouincialibus matrimonio iungere, licet non filios; idemque in tutore, & curatore dicendum eſſe.*

132 *Honorem non ſolum omni commodo lucroque præferri, ſed vitæ atque honoris cauſam parificari, imò morti præferri.*

133 *Vaſallum feudo priuari non ſolum vitam verum etiam honorem ac famam domini ſui non defendendo.*

134 *Singulare certamen pro honore tuendo inire licebat: De iure autem canonico in omni caſu duellum prohiberi.*

135 *Conditionem ſi ſine liberis deceſſerit, extingui ab ijs qui abinteſtato ſuccedere grauato poſſunt.*

136 *Naturales liberos ex fœmina etiam extranea rogata reſtituere ſubſtitutum non excludere.*

137 *Naturales liberos ſubſtitutum non excludere ſi grauatus teſtamenti tempore legitimos ac naturales filios habuiſſet de quibus cogitaſſe teſtator præſumeretur, ſecundum vnam opinionem. Sed contrarium concludi, nu.140.*

138 *Nepotes filiorum appellatione non venire ſi de præſenti teſtator filios inſtituerit: ſecus ſi ſubſtitutio tractum in futurum haberet: idque ex Ludouico Gozadino declarari, nu.139.*

Volun-

141 *Voluntatem teſtatoris duobus modis interpretari poſſe, vno modo quòd ita ſenſerit, altero quòd ſi cogitaſſet ita veriſimiliter diſpoſuiſſet.*

142 *Naturales liberos non excludere ſubſtitutum filiũ legitimum naturalemque teſtatoris ſecundum vnam opinionem: Sed contrarium multos tenere, num. 143. Contradicentiumque opinionem vti communem tenendam eſſe: Ipſam tamen limitari, ſi filius legitimus & naturalis teſtatoris ſubſtitutus grauato cohæres datus fuerit, numer. 144.*

145 *Naturales liberos ſubſtitutum non excludere eccleſia ſubſtituta: Sed num. 147. contrarium reſolui.*

146 *Pia cauſa priuilegia locum non habere niſi in caſibus à iure expreſſe priuilegiatis.*

148 *Naturales liberos non excludere eccleſiam, vel piam cauſam ſubſtitutam pro conſcientia exoneratione.*

149 *Naturales liberos non excludere ſubſtitutum, ſi illi fuerit facta ſubſtitutio qui naturales tantum liberos ſine grauiſſimo peccato, & ſcandalo habere non poſſet, puta clericus in ſacris conſtitutus: In hocque primam Bartoli opinionem recenſeri, qui de eccleſia ſubſtitutionem in clerico interpretatus eſt; Item ſecundam Angeli de ſpurijs ſentientis, num. 152. Item tertiam Franciſci Ripa de legitimis filijs, num. 154. Item quartam Baldi de adoptiuis, num. 157. & 164. Item quintam Auguſtini Beroij, num. 159. Item ſextam Cardinalis Palæotti, nu. 160. Denique ſeptimam Pauli Caſtrenſis, de ſpurijs legitimatis, num. 163.*

150 *Eccleſiam loco filij haberi, abſurdum eſſe.*

151 *Conditionem ad eſſe ſe conferre, & non eſſe.*

153 *Spurijs filiorum nomen non congruere, nec ex ipſis conditionem liberorum impleri.*

155 *Matrimonij ius ijs qui Diuino cultui ſe dederunt Pontificem Maximum, nunquam, aut perrarò id que ex grani imò vrgentiſſima cauſa permittere ſolere, & nu. 172.*

156 *Difficillima, vt à Principe impetrentur impoſſibilia cenſeri, non autem quæ ſæpe concedi conſueuere.*

158 *Clericis adoptiuos ſibi filios aſſumere vetitum non eſſe, & nu. 164.*

161 *Neceſſarium id eſſe cuius contrarium poſſibile eſt.*

162 *Conditionem pro parte poſſibilem, & pro parte non, quatenus poſſibilem impleri, quatenus verò impoſſibilem reijci.*

165 *Commentum adoptionis pro fraude accipi: commentitiamque adoptionem declarari, infra.*

166 *Argumentum à contrario ſenſu in iure fortiſſimum eſſe.*

167 *Clerico in ſacris exiſtenti factam ſimplicibus verbis, Si ſine liberis deceſſerit ſubſtitutionem de eccleſia intelligi.*

168 *Bartolum purgatiſſimum, imò admirabile ingenium habuiſſe.*

169 *Conditionem aliquando religionis fauore, conditionem non eſſe, ac pro non ſcripta haberi.*

170 *Clerico in ſacris exiſtenti factam ſi ſine liberis ex ſuo corpore deſcendentibus, vel ſi ſine liberis maſculis deceſſerit, ſubſtitutionem, nullam eſſe, ſubſtitutumque non admitti ſecundum vnam opinionem: Sed ſecundum aliam, vitiari illam conditionem, non verò vt ſubſtitutionem vitiet, num. 177. Has tamen opiniones diſtinctione conciliari, nu. 183.*

171 *Fideicommiſſum relictum in defectum conditionis à iure reprobatæ non deberi.*

173 *Delinquendi occaſionem conſiderandam eſſe.*

174 *Legitimationes licet ex voluntate principis depẽdentes non poſſe vt impoſſibiles, aut difficiles conſiderari.*

175 *Subſtitutionum verba, vt verificentur in materia diſpenſatiua, intelligi non debere.*

176 *L. quoties, ff. hoc tit. ex Doctorum intentione explicari.*

178 *Clericum reciprocè alijs fratribus ſubſtitutum illis ſuccedere.*

179 *Gradus paritatem, amoris etiam paritatem inducere: præſumique teſtatorem velle inter filios æqualitatem ſeruare: ac ita diſponere, ne inter eos odium naſcatur: odiumque ex inæqualitate reſultare.*

180 *Vnam eandemque rem diuerſo iure cenſeri abſurdum non eſſe, quando diuerſa eſt ſubiectorum ratio & qualitas, tuncque vnam determinationem prout vnicuique competit determinare.*

181 *L. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupill. regulam æqualis determinationis multipliciter declarari.*

182 *Pauli Caſtrenſis doctrinam in l. 1. §. lex Falcidia, num. 4. verſ. Facit etiam, ff. ad l. Falcid. communiter receptam eſſe: nec in lectura Bononienſi contrarium ſibi ipſi fuiſſe lectura Paduana, ſed illi addidiſſe.*

184 *Fideicommiſſum purè reſtituendum non trahit ſecum acquiſita ex fideicommiſſo conditionali, dato quòd conditio euenijſſet ante verbalem ſeu realem dicti fideicommiſſi puri reſtitutionem.*

185 *Clerico in ſacris, habenti filios legitimos, vel legitimatos facta ſubſtitutione, reſtitutionem ceſſare, ac ſubſtitutum ei non ſuccedere clarum eſſe: Hocque de legitimatis procedere etiam ſi fuiſſet dictum, ſine filijs legitimis, & naturalibus.*

186 *Naturales liberos ſubſtitutum non excludere, ſi ſubſtitutio facta fuiſſet ab vxore eius viro: Niſi aliud ex coniecturis ob vxoris prædilectionem erga naturales appareret.*

187 *Naturales liberos non excludere ſubſtitutum ex Ioan. Andreæ, Felini, ac Sfortiæ Oddi ſententia vbicum-*

vbicunque dictum esset sine harede decesserit: Hocque sub dubio relinqui.

188 *Haredis appellatione vniuersalem haredem intelligi.*

189 *Naturales ex damnato coitu progenitos, siue spurios substitutum sub conditione liberorum non excludere, & num. 192. vers. His sic breuissimè prænotatis.*

190 *Spurij nomen in genere, & in specie accipi: aliosque ex damnato coitu, alios verò ex improbato concubitu esse, 191.*

192 *Meretricium concubitum improbatum esse, sed non punibilem.*

193 *Spurios ex damnato coitu susceptos deplorati status abominabiles, & valdè exosos esse.*

194 *Spurios ab honoribus propter ipsorum infamiam repelli: Idque circa Doctoratum ex Bartolo non seruari.*

195 *Spurios à ferendo testimonio saltem in causis criminalibus, vel ciuilibus arduis, vbi testes omni exceptione maiores exiguntur, repelli.*

196 *Iuramentum suppletorium habenti pro se vnum testem adulterinum, nequaquam deferri: spurioque iuramentum suppletorium petenti illud non deferri, hoc tamen iudicis arbitrio relinqui.*

197 *Querelam inofficiosi testamenti fratri competere, si alter frater adulterinum, aut similem ex damnato coitu haredem fecerit.*

198 *Spurios non gaudere beneficio l. hac consultissima §. ex imperfecto, C. de testam.*

199 *Spurios nobilitate patris non præfulgere, sed ipsos licet ex patre nobili ortos ignobiles remanere.*

200 *Vxorem de viri familia censeri etiam dissoluto matrimonio viduitate perdurante, radijsque mariti coruscare.*

201 *Spurio si nobilis mulier nupserit, eius nobilitatem obumbrari.*

202 *Spurios de casata, siue domo non esse: Idque in spuriorum filijs magis verificari, & ampliari, numero 204.*

203 *Spurios insignia gentilitia, siue arma legitimorũ aut familia ferre non posse, nisi cum quadã sbarra transuersa incipiente à sinistra & tendente ad dexteram: Hoc tamen non vbique locorum seruari, de consuetudineque quid seruetur enarrari.*

205 *Doctori concessam immunitatem eiusque filijs, ad spurios non extendi.*

206 *Spurij an sub l. Pompeia de parricid. includantur explicari.*

207 *Spurios sub cautione de non offendendo ex forma statuti pro se filijs, & affinibus præstanda non complecti.*

208 *Spurios sub Regia Pragm. Odia quæ inter coniunctos, non venire.*

209 *Spurios nõ posse præscribere ex illa præscriptione in qua titulus requiritur prout est vsucapio, decemque annorum præscriptio inter præsentes, ac viginti inter absentes, sed bene longissimo tempore concurrente bona fide, etiam ex errore iuris causata.*

210 *Spurios à successione ascendentium, tam ex linea masculina, quàm fœminina excluſos remanere: Hoc tamen in complexu necessario, ac violento non procedere, num. 211. Vel si mulier ab eo cognita fuisset, quem virum putabat, numero 212.*

213 *Spurios non solum successione, sed etiam alimentis indignos esse: Sed contrarium ex æquitate iuris canonici inductum videri, num. 214. Eandemque æquitatem in terris etiam Imperij seruari, num. 215. Et istam æquitatem non solum in spurijs, verum etiam in nepharijs incestuosis, & ex quocunque coitu progenitis attendi, quicquid Baldus crediderit, num. 216.*

217 *Spurijs ipsis non solum alimenta deberi, sed nepotibus, pronepotibus, & alijs deinceps.*

218 *Spurijs alimenta in tantum deberi, vt non possint à patre in testamento prohiberi.*

219 *Spurijs pro alimentis patri legare donareque licere.*

220 *Spurijs relictum in alimentorum causam cedere.*

221 *Spurios cautionem de restituendo legata, vel dona ta in causam alimentorum post mortem, teneri præstare.*

222 *Spurijs alimenta non splendidè deberi, sed secundum educationem de iure naturæ, ad quam ius canonicum respexit.*

223 *Spurijs si à patre magnum Podere relinquatur, valere relictum, vsque ad modum alimẽtorum, reliquum verò haredibus testatoris applicari, dummodo reliquum vltra alimenta modicum non fuerit.*

224 *Spurium posse citra fraudis suspicionẽ ab eo emere, cui pater aliquid vendidit.*

225 *Spurium posse ab eo quem pater haredem instituerat citra suspicionem fraudis instituni.*

226 *Spurios ex punibili coitu ortos non solum omnis successionis, siue paternæ, siue maternæ, tam ex testamẽto, quàm ab intestato incapaces esse: sed etiam, nec ius vllum agnationis, aut cognationis cum patre matreuè, nec inter se ipsos seruare, secundum vnam opinionem, in hoc tamen opinionem Sacri Consilij Neapolitani veriorem esse, num. 227.*

227 *Ioannem Petrutium de Monte Sperello nobilem Perusinum integerrimi iudicij Doctorem fuisse.*

228 *Filium ex coniugato, & soluta genitum nullis existentibus filijs ex legitimo matrimonio susceptis non posse patri ex testamento succedere: Contrarium sentientes, numero 229. recenseri, Sed priorem Odofredi opinionem veriorem esse, num. 230. Caterum spurio ex coitu damnato*

non

gitized by Google

non punibili genito relinqui à patre non poſſe. Zonem tenere eiuſque opinionem à multis comprobari, num. 231.

232 *Spurios ex coitu non punibili genitos aſcendentibus per lineam maternam iure ciuili inſpecta ſuccedere, matri inquam non illuſtri, matri idemnidem illuſtri legitimis non exiſtentibus.*

233 *L. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, circa naturales filios diſpoſitionem in filijs natis ex coitu nõ accuſabili, nec punibili non procedere.*

234 *Filiarum vulgò concepterum reſpectu patris, vel coniunctorum ex linea paterna vllam cognationem non eſſe.*

235 *Naturalium à iure factam mentionem de propriè naturalibus, ſtrictoque modo aſſumptis intelligi.*

236 *Spurios in ſubintellecta, Si ſine liberis deceſſerit conditione ex hac l. cum auus, cum ſimilibus non comprehendi.*

237 *Naturales liberos in ſeruitute conceptos ſub figura matrimonij in conditione liberorum ad ſubſtituti excluſionem contineri.*

238 *Naturales liberos in ſeruitute conceptos, ac progenitos extra figuram matrimonij ſub conditione liberorum ad ſubſtituti excluſionem non prodeſſe: Et quamuis contrarium Cynus, & alij quàm plures tenuerint, num. 239. Priorem nihilominus opinionem veriorem, ac crebriorem eſſe, infra, verſ. Ego tamen.*

240 *Seruos inuicem cum ritu, ac conſortio coeuntes, filios naturales gignere poſſe.*

241 *Errorem comprobare deteſtabilius eſſe, quàm principaliter, ſine primum errore labi.*

242 *Philippi Decij Doctoris Mediolanen. fecunditatem ingenij laudari.*

243 *Veneris Cupidinis, & Anteroris, necnon Themidis de æmulatione fabellam enarrari.*

CAP. I.

QVARTVM, & vltimum ex hoc textu notandum elicitur, dum dicit Nepos liberis relictis intra ætatem ſupraſcriptam vita deceſſit: Quòd filij deſcendentis grauati poſt mortem, faciunt fideicommiſſum deficere: ex quo infertur concluſio, quòd cum lex loquatur per verbum liberis, in materiaque exorbitanti verſemur, naturales filij † non includuntur, vt ſcribit Ioan. de Imol. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, ſub numero ſeptimo, colum. ſexta, verſic. Si autem ſit conſtitutio iuris ciuilis, ff. ad Trebell. Hocque hodie determinatum in d. l. generaliter, §. cum autem conſpicitur, ibi Sine iuſta ſobole, per quem textũ hæc lex declaratur: dicunt enim iuſtam ſobolem † illam quæ ex iuſtis nuptijs naſcitur, l. filium cum definimus, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. cumque ad veritatem dictæ concluſionis conſequendam de expreſſa etiam conditione tractetur, quamuis de ſubintellecta agere principaliter in animo habuerim, non incongruum erit, in vniuerſum hanc implicitam naturalium materiam examinare: in qua duo caſus ſunt conſiderandi, Primus eſt an naturales liberi ex grauato in tacita hac conditione ex lege ſubintellecta ad ſubſtituti excluſionem comprehendantur, & in hoc primo caſu duæ ſunt principales Scribentium opiniones, quarum Prima eſt, naturales † nullatenus ſub dicta tacita, vel ſubintellecta conditione comprehendi, quam tenent, Petr. Cyn. Dyn. Rayner. de Forliu. Richard. Malumbri, Franc. de Ramponib. Odofred. Nicol. de Mattarell. Bald. Angel. Salyc. Ioan. de Imol. Paul. de Caſtr. Alexand. Iaſ. & Corn. in d. l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtitut. & ſubſtitut. Rayn. de Forliu. Nicol. de Neap. Franc. idem de Ramponib. Bart. & Alberic. de Roſat. in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, vbi Ang. in fin. & Raphael. Cuman. ac de communi, veriorique opinione, ibidem Ioann. de Imol. teſtatur, & poſt eum idem dicit Franciſc. Rip. num. 27. Bald. in l. cum acutiſſimi, colum. ſecunda, verſic. Quæro nunquid naturales, & ibi Paul. de Caſtr. poſt princ. C. de fideicom. idem Caſtrenſ. hic, Franciſc. Aretin. in l. moribus, in princ. colum. penult. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. Dec. in l. precibus, columna quinta, numero vndecimo, verſic. Et pro iſta differentia, C. de impuber. & al. ſubſtit. Andr. Tiraq. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, num. 56. vbi Franc. Rip. quæſt. 38. num. 97. verſic. Sed ſubintellecta à lege, C. de reuocan. donat. Gulielm. de Benedict. in rep. cap. Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur, num. octauo, in ſecunda limit. extr. de teſtament. & conſulendo eandem opinionem ſequuti ſunt, Bald. conſ. 262. Recolo me conſuluiſſe, colum. ſecunda, numero quarto, verſic. Et ſi dicatur, libro primo, repetitur conſil. 456. libro quinto. idem Bald. conſilio 141. Punctus talis eſt, columna ſecunda, poſt numerũ tertiũ, verſic. In contrarium videtur, & conſ. 461. vbi repetitũ eſt præcedens conſilium, eodem volum. quinto, & in Margar. in verb. Filius, colum. tertia, verſ. Filius legitimatus, Salycet. inter conſilia eiuſdem Baldi, conſil. decimoſeptimo, Super legitimatione Michaelis, columna ſecunda, in princ. ante numerum ſecundum, verſic. Ideo ſequitur, libro quarto, Petr. de Anchar. conſilio 308. Prima facie, columna ſecunda, in fin. ibi, Nam naturales, conſilio 320. Primum dubium non eſt nouum, columna tertia, verſic. Nam abhorret, Ioan. de Anan. conſ. 46. Circa primum quæſitum, in tertio dub. numero 6. Expreſſius, Franc. Aretin. conſ. 155. Periculoſum eſt, col.

ſexta,

ſexta,circa medium,verſ.Quia illa lex, & ſimilis,Corn.conſil.primo, Circa primum, colum. penult.ſub nu.30.verſ. Nec obſtat quod quandoque,libro quarto,Dec. conſ. 412. Viſo eleganti conſilio,colum.ſecunda,numero octauo, verſic. Hoc in ſimili probatur, Andr. Barbat. conſ.27.Scripſit,colum.19.verſ.Præterea facit, libro primo, Andr.Alciat. conſ. ſecundo,Duo ſunt,num.14. vbi de communi opinione meminit,libro ſecundo,Carol.Ruin.conſ.122.Conſideratis diligenter, colum.ſecunda, poſt med. numero quinto,verſ.Nec obſtat, & is de communi ſententia atteſtans,libro tertio,Ioan.Cephal.conſ.188.D.Ambroſius,numero decimo octauo,libro ſecundo, conſ. 576. Reuerendus Dominus,numero quintodecimo,lib.quarto, Iacob.Menoch.conſ.ſextodecimo, Quòd iam non ſatis,num.24.libro primo, Franc. Burſat. de communi atteſtans,conſ.51.Grauem,num. 20.verſ.Quod rurſus,libro primo, Auguſt.Bero.conſ.112.Hæc eſt ardua,num.25.lib. ſecundo,Ioan.Petr.Surdus conſ.89.Antonius Bonfantus,num.37.verſ. Et non mouet, vbi magis communem opinionem eſſe ſcribit, Hierony. Zanch. in l.hæredes mei,§.cum ita,num.1125. verſ.Bene in contrarium poſſet adduci,ff.ad S. C. Treb.Franciſ.Mantic.in tract.de coniectur. vltim.volunt.libro decimo,tit.octauo, numero decimoſeptimo,frequentiori calculo opinionẽ hanc receptam eſſe affirmans, Aſcan.Clement. in tract.de patr.poteſt.cap.quinto,numero 28. Petr.Gregor.in Syntagm.iuris, part.3. lib.42. cap.30.ſub num.3.& Franciſc.Connan. qui iuris ſcientiam eloquentiæ cæterisque nobilioribus artibus artificiosè exornauit, libro decimo commentar.iuris ciuilis, cap.primo,num.ſeptimo,verſ.Sic quod conſtitutũ eſt, rurſus Andr. Barbat.in d.l.cum acutiſſimi, colum.89.verſic. Quærit hic Baldus,fol.25. C. de fideicommiſſ. Gabriel. Palæot. in tract. de nothis, ſpurijsque filijs,cap.34.verſ.Vnde in hoc, Ioan.Crot.conſil.17.Teſtator,colum. quarta, num. 23. lib.1. Lancell.Galiaul.in l.Centurio, nu.211.adhuc Bero.in cap.in præſentia, nu. 272. Hieronym. Verius in rep.l.ex facto,num.519.ff.de vulg.& pupill.Gomeſ.libro primo variar. cap. quinto, num.40.Ioan.Saportell.hic,cap.primo,in principio facie 15.vſque ad 19.Franc.Marzar.conſil. 46.Circa primum dubium,col.prima, in fine, numero tertio, Hippol. Riminal.conſ.47. Tota vis præſentis conſultationis num. 35. & 38. libro primo, conſ. 458. Oſtendam conſilium, colum.fin.num.112.verſ. Hinc & paulo ſupra, libro quarto,& conſil.537. Et quòd illi,colum. ſecunda, num. 13. lib.quinto, vbi multos antiquos refert.

Cum tamen in iure ciuili nihil adeo extrica-
4 tum † ac lucidum reperiatur,quin acerbiſſimis oppugnationibus, & contrarietatibus feriatur, atque obnubiletur, vt propterea ius ipſum antea clarum nunc confuſum, & laborioſum redditum ſit:quod niſi futurorum temporum felicitate priſtino nitori, ac maieſtati reſtituatur, opinionum perniciofis cauillis penitus obruetur. Altera nonnullorum contraria † inſurrexit
5 opinio,quòd imo ſecundum diſtinctionem textus in d.l.ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, ad Trebell.filij naturales ſubſtitutum excludãt ex eodemque Vulpiani, libro ſecundo, Fideicommiſſorum contextu,d.l.generaliter,§. cum autem,in verb.Sine iuſta ſobole,ſenſum interpretationem,diſtinctionemque recipiat:in qua quidem ſententia reſidet Bart.in d.§.ſi quis rogatus,ante num.2.verſ. Dic ergo, vbi Ang. In eandemque opinionem concurrere videntur Cyn.& Petr. de Bellapert. necnon Raph. Fulgoſ.in d.§.cum autem, vbi Alex. dicit ita communiter teneri,ante nu.8. verſic. Præterea dic. in ipſaque l.generaliter, Dec.colum.penul.ſub num. 21.& in cap.in præſentia,colum.duodecima,& ſequen.vtque Angel.inquit, in deciſiuis non eſſet ab hac opinione recedendum, quòd inquam dicto §.cum autem,limitetur, ac declaretur ex d.§.ſi quis rogatus,& tum ipſe, tum etiam Ioannes de Imol. dicunt,eandem opinionem communiter teneri, quos Socinus hic colum.32.in fin. poſt verſic. Secunda principalis ſolutio, refert, quam vti communem ſequitur Abb.in dicto cap. in præſentia, colum. quinta, num. 15. vbi magis communiter Canoniſtæ, Gerard. Mulert. in addit. ad Rolandinum tit. de compend. rubr. 25. Anton. Gabr. Roman. libro quarto, de fideicommiſſ. concluſ. ſecunda,num.68.in 19.limit. vbi alios allegat, & de magis recepta ſententia teſtatur, Socin. ſen. 282.Licet filia fęmina, columna ſecunda,num. primo,verſ.Quibus ſuppoſitis, libro ſecundo, Andr.Tiraquell.in rep.l.ſi vnquam,in verb.Suſceperit liberos,num.120.C.de reuocãn. don. receptiorem opinionem eſſe atteſtans,quam videtur tenere etiam Michael Graff. in lib. ſent. §.fideicommiſſum,q.37. num.1. verſ. Contrarium verò alij tenent.

Propterea ob dictorum iurium pugnãtiam, ac contrarietatem ſuper hac difficultate varij varia dixerunt, clariſſimaque nonnullorum inſignium Iuriſconſultorum ingenia valde labo-
6 rarunt: cum autem ius ciuile ſuauiter † diſpoſitum, atque ordinatum fuerit, in eoque nulla contrarietas adſit, quamuis paſſim prima fronte maximæ dubitationes exoriantur, vt veram reſolutionem conſequamur, circa eorundem iurium intelligentiam aliquantulum inſiſtere, ac immorari conuenit, diuerſaſque Scribentiũ opiniones recenſere,ac recẽſendo ipſarum fundamenta breui inueſtigatione deguſtare nun-

quid

quid fortia ſint, ac perennia. Primam igitur Bartoli, atque Angeli opinionem, ſiue ſolutionem ex eo † comprobare Doctores nituntur,
7 cum nõ ſit incertum legem nouam † ex veteri
8 lege diſtingui, l. non eſt nouum, & l. nam & poſteriores, ff. de legib. Authen. offeratur, C. de litis conteſt. Alexan. conſ. 107. Perſpectis, nu. ſexto, libro quinto, Corn. conſi. 155. Quanquã, in princ. libro primo, conſ. 199. In præſenti conſultatione, num. 67. libro ſecundo, conſ. 141. Licet, numero ſecundo, conſ. 180. Multum, num. ſexto, libro tertio, conſ. 308. Quòd dicta Domina, num. 2. lib. 4.

Quinimo ſe ex intentione Bart. in d. §. cum autem, dici poteſt, quòd etiam ubi conditio expreſſa fuiſſet naturalis regulariter ſubſtitutum non excludit, idemque in dubio eſſet, prout etiam vult gloſſ. magna circa princ. in d. §. ſi quis rogatus, & gloſſ. in l. Lucius, ff. de legat. ſecundo, & ſic quando in dubio verſamur, itemque regulariter dicta iura concordare vidẽtur: Quæ tamen regula limitationem recipit, niſi aliud eſſet ex mente præſumendum, iuxta text. in d. §. ſi quis rogatus: hancque ſolutionem approbat Ioan. Coraſ. lib. Miſcell. 1. cap. 7. Vel poſito quòd naturalis in dubio ſubſtitutum nõ excludat, & regulariter, vt Ang. & Caſtren. in eodem §. ſi quis rogatus, ſ[illegible]ſere, idem dicendum foret, nam in d. §. cum autem, ſubſtitutus excluditur cum filius grauatus cum iuſta ſobole decedit, igitur cum decedit ſine iuſta ſobole à contrario ſenſu, vel ſecundum Socin. hic diſpoſitiuè, ſubſtitutus non excluditur, ſcilicet regulariter, ſecundum Dyn. in d. §. ſi quis rogatus, vnde ſiue in dubio, & regulariter affirmatiuã concluſionem, vel negatiuam conſtituamus, dictus §. cum autem, iuxta diſpoſitionẽ dicti §. ſi quis rogatus, diſtinguitur, & moderatur, Hinc Alberic. de Roſat. in l. ſi quis in principio teſtamẽti, ff. de legat. tertio dicebat, quod vna lex qualificatiuè † loquens, & cum aliqua determi-
9 natione, qualificat, & determinat ad ſuique intellectum trahit omnes alias leges de eadem materia loquentes.

Pro impugnatione huius primæ ſolutionis plura adducit hic Socin. & quædam ex mente Cornei in dicto §. cum autem, ſed conſultò relationem, ac impugnationem prætereo, cum diſtinctiones quas refert nimis ſcrupuloſę videãtur, & à voluntate teſtantium alienæ, vt tradit Emanuel Coſta in l. Gallus, §. & quid ſi tãtum, num. 59. verſ. Sed hæc, & ne tempus fruſtra terere videar: Proinde magis tutè ſic (ni fallor) dupliciter reſponderi põt, Primò ꝙ tunc lex no-
10 ua † ſuperueniens, & aliquid diſponens, debet ex veteri diſtingui, cum non apparet nouam legem in materia de qua quæritur velle aliquid corrigere, prout in caſu d. Auth. offeratur contingit, licet enim cõſtet eius diſpoſitionem velle corrigere quo ad libellum *in ſcriptis* producendum, qui olim *in ſcriptis* producendus non erat, l. prima, in princip. & ibi not. de edend. tamen non conſtabat quòd in materia fideiuſſionis præſtandæ de iudicio ſiſti, voluiſſet corrigere, ideo quod ibi de fideiuſſione præſtanda ſimpliciter dicitur, ſecũdum legem veterem diſtingui debet, ſcilicet ſi immobilia non poſſideat fideiuſſionem præſtet, aliàs nequaquam, vt diſtinguitur in l. ſciendum, in princ. ff. qui ſatiſd. cog. Sed ſi conſtiterit *legem nouam* velle antiqua iura corrigere, & generaliter loquatur, tũc generaliter in omnibus caſib. intelligitur, quia ita de mente diſponentis propter generalem loquutionem eſſe videtur, l. *in fraudem*, ff. de teſtam. milit. & l. prima, §. generaliter, ff. de leg. præſt. ſecundum Ioan. de Imol. ſic dicentem in l. ſi vero, §. de viro, colum. 3. ff. ſol. matrim. Sed tex. in d. §. cum autem, generaliter loquitur, ergo in omnibus caſib. intelligi debet, diſtinctione in dicto §. ſi quis rogatus, expreſſa omnino remota.

Secundò, quòd dicto §. cum autem, ratione diſtinctionis nullam affinitatem retinet cum d. §. ſi quis rogatus, qui de expreſſa conditione loquitur, ille vero huius textus conditionẽ ampliare nititur, adeo quòd ex regulis ampliatæ legis nõ alterius debeat diſtingui; ex diametro nanque dicta Imperatoria ſanctio ad mentem Papiniani huc refertur, dum quod *in iuſtis* liberis diſpoſuit ad naturales tantum extendit: & hic caſus cum ſpecialis ſit, adhuc ceſſat veteris
11 legis diſtinctio, nam generi † per ſpeciem derogatur, l. vxorem, §. feliciſſimo, ff. de leg. 3. l. ſanctio legum, ff. de pœn. & ita poſt Franc. Tigrini in l. cum antiquioribus, in vlt. lect. C. de inoffic. teſtam. *in his terminis* interpretationis argumẽtatur Alexan. conſ. 101. Super eo, col. pen. nu. 20. verſ. Præterea, lib. 3.

Sed vlterius aduertendum exiſtimo, nam ſi volumus nouam legem ex veteri non diſtingui cum ex generali loquutione contrarium ex nouo iure colligimus, quanto magis cum ſpecificè id colligere libet: ſi quidem data relatione in propoſito ad §. ſi quis rogatus, congruentique proportione vt Doctores innuunt, quod vti abſurdum recipiendum non eſt, expendendo verba, Non aliter in dicto §. cum autem, omnis aliena ex veteri lege interpretatio ſubmoue-
12 tur: huiuſmodi enim dictionum † coniunctio, vim conditionis inductiuam demõſtrat, ut ſcribit Bald. in Authen. ingreſſi, colum. tertia, numero ſeptimo, verſ. Item ſi proteſtor, C. de Sacroſan. Eccleſ. Anton. Rub. Alexandrin. conſ. 140. Circa primum, poſt princ. ſuntque verba valde præciſa, adeoque prægnantia, vt non pa-
13 tiantur † diſpoſitionem ipſam aliquem alium intel-

intellectum,aut modificationem recipere,iuxta tradita per gloſſ. in l.ſiquidem,C.de excepr. quam Bald.ibi dicit non eſſe alibi,idem Bal. in cap.primo,§.denique,colum.fin. titu. quæ ſuit prim.cauſ.benefic. amitt. Alexand. conſil. tertio,Viſo inſtrumento,columna ſecunda,nume. quarto,libro primo,Dec.conſilio 281. Viſo,numero quarto,& in fin.conſil.360.Perſcrutatis, colum.tertia,numero ſexto,Curt. ſen. conſilio octauo,Viſo inſtrumento,per totum,Soci.ſen. conſ.44.In præſenti cõſultatione,colum.quinta,numero decimo, libro primo, conſilio 251. Quoniam,numero quarto, verſ. Et in caſu neceſſitatis,libro ſecundo,Iaſon.conſilio quarto, Nicolaus,colum.penult.libro primo,conſ.162. In cauſa,columna quarta,conſil.202.Magnificus,columna ſeptima,libro ſecundo, Franciſc. Rip.in c.cum M.Ferrarienſis,numero 80.verſ. Secundò intellige, extr. de conſtit. & reſponſ. libro tertio,de donat. reſponſ.1.Donauit, numero tertio, Congruitque notabilis doctrina Bald.in l.fin. colum.fin. num. 9. verſ. Vbi not. C.de ſuis, & legitim. Stant etiam reſolutiuè in dicto §.cum autem,dictiones iſtæ: & ex conditione forma ſimiliter inducitur,iuncta maximè
14 dictione illa, Niſi, quæ conditionem † etiam importare aſſolet, l.fideicommiſſa,§. ſic fideicommiſſum,ff.de legat.tertio, adiectaque negatiuæ orationi contrariam affirmatiuam oratio-
15 nem † inducit, l.ſi eum,§.qui iniuriarum, ff. ſi quis caut.l.actione,C.de tranſact.Corn.conſil. 208.Circa,num.ſecundo,conſ.80.In deciſiuis, numero ſecundo,libro primo,conſil.193.Viſo numero quarto,conſ.261. De duobus, nu.26. libro quarto, Tancred.de Corneto in Summa de quæſtionib. circa cautel.rubr.13. in tantum quod contrarietate ex dictis dictionibus conſtituta,robur præciſæ negatiuæ orationi geminatæ tribuatur, quæ ſui natura dicitur affirmatiua potentior, vt omnis antiqui iuris ex dicto §. ſi quis rogatus, diſtinctio ſit eliminanda, conditionem, formam, aliaque prænarrata conſiderando.

16 Secunda principalis ſolutio † vtrobique fuit gloſſarum,differentiam inter expreſſam à teſtatore conditionem, & ex lege ſubintellectã conſtituentium: hancque ſolutionem Petr.Cyn.& plerique alij ex antiquioribus recipiunt, inter quos Rayner. de Forliu. Bald. Angel.Franciſ. de Ramponib. Nicol.de Neap. Salic. & Paul. de Caſtr.in dicto §.cum autem,qui quidẽ contextus ſecundum Ang. & Caſtrenſem acuitur, ibi enim conditio iſta,Si ſine liberis,ſubintellecta,in liberis naturalibus tantum ex filio naturali inſtituto, & grauato natis non verificatur, & tamen tunc coniectura militare videretur, q ſicut pater in eius perſona ſobolem illam dilexit, ſic cenſendum eſſe eandem in perſona filij non abhorruiſſe: Vnde in dicto §. ſi quis rogatus, Raphael Cumanus dicebat,ex alio in naturali filio conditionem in dicto §. cum autem, non verificari, niſi quia conditio fuit ſubintellecta, cum ſi fuiſſet expreſſa in naturali etiam attenta teſtantis conditione verificaretur, per text. in dicto §. ſi quis rogatus, & ibi Bart.

Tribus inſuper rationibus huiuſmodi con-
17 ualidatur opinio, Primò, nam lex facilius † aliquem à ſua prouiſione excludit,quàm à prouiſione hominis,vt not.in l.ſecunda,C. ſi aduerſ. vendit.in l.aſſiduis,C.qui potior. in pign. hab. Secundò, quia cum conditio hæc ſubintelligitur,ex iure ſpeciali prouenit, in actu enim con-
18 ditio niſi exprimatur nequaquam † ſubintelligitur,l.cum qui,§.quotiens,ff.de verbor.oblig. Si verò ab homine exprimatur,tunc ex iure cõmuni procedit de expreſſa teſtantis voluntate, l.in conditionibus primum locum,ff.de condit. & demonſt.non mirum igitur ſi arctius lex ſubintellectam à iure conditionem interpretatur,
19 cum debilius ſit ius ſpeciale † quàm commune l.eius militis,§.militia miſſus,ff.de teſtam. milit. Vltimò,cum lex non ita naturalibus ſicut legitimis,& naturalibus afficiatur,l. fin. & Auth. licet,C. de naturalib. liber. naturales enim veri filij non ſunt,l.filium eum definimus, ff. de his qui ſui ſunt,vel alien. iur.

Hanc tamen præmunitam opinionem, & vt Dec.inquit in d.§.cum autem,communiter receptam, Bartolus, & alij complures acriter impugnant,tacitum enim, & expreſſum à pari re-
20 gulariter † procedunt, l. cum quid, ff. ſi cert. petat. l.triticum,ff.de verbor. oblig. Sed hæc taciti, & expreſſi parificatio, Primò confunditur ex Ioan.de Imol.in dicto §.ſi quis rogatus, tũc enim conſtans, ac firma videtur, cum tacitum ſecundum iuris communis regulas procedit,& in his terminis iura allegata loquuntur, quod hic non contingit; Vel ſecundo ex mente Socini, tunc illa regula vera redditur, cum ab eadẽ potentia cauſæ procedunt,ſed in dicto §.ſi quis rogatus, ab homine conditio exprimitur, in d. §.cum autem,à lege ſubintelligitur,ergo ex eadem potentia cauſæ non procedunt, & conſequenter paritatem retinere nequeunt: Vel tertiò dicendum eſt,tacitum nõ purificari expreſſo,cum ex ſola legis præſumptione progreditur vt ſcribit Iaſon.in d.l.cum quid,in 2.limit. nu. 6.Et hinc eſt, quòd tacita pupillaris in vulgari ſubſtitutione comprehenſa,quæ ex præſumpta teſtantis mente à lege ſubintelligitur,l.iam hoc iure,in princip.vbi Bart.de vulg.& pupill. ſubſtit.non tanti eſt roboris quanti expreſſa cenſe-
21 tur,ex ea enim ſicuti per expreſſam † mater nõ excluditur, Alberic. columna ſecunda,Alexan. & Iaſon.num.6.in d.l.cum quid,in glo.in verb. Omninò, Bart.in 1.oppoſ.Bald. num. 4. Salic.

num.

num.6.Paul.de Caſtr.colum. 2. num. 6. Alex. num.2.Franc.Aretin.Corn.num.4.& 8.Iaſon. num.1.Io.Bapt.de S.Seuer.col.2. in fin. & alij communiter,in l.precibus, C. de impub. & al. ſubſtit.gloſſ.Bart.Ioan.de Imol.Alex.Iaſ.Soc. num.22.Franc.Rip.num.46.& cæteri vno ore, in l.2.d.tit.de vulg.& pupil.rurſus Iaſ.conſ.39. In præſenti conſultatione, col. 4. lib. 3. Corn. conſ.112.Quanquam videatur, num. 8. & 17. vbi de communi atteſtatur,lib.2.Curt.iun.con ſil.134.Viſo,num.5.Lancell,Polit. in tract.ſub ſtit.tit.de vulg.ſubſtit.in 7.part.prin.in 2.effec. in eodemque tract. Vdalric.Zaſius, d.titu.in 6. effect.Matth.de Affict.deciſ.38.Quidam teſta tor,num.5.Socin.iun.conſ.102. Viſo teſtamen to,num.21.de communi opin.atteſtans,libr.1. Quicquid ſit in tacita pupillari in compendio- ſa comprehenſa, quæ matrem excludit, vt per eundem Socin.iun.conſ. 27. Miratus ſum, nu. 7.lib.3.

Receptumque eſt,quòd quæ tacitè intelligũ
22 tur minorem vim † expreſſis habent,Abb.in c. dilecti, de for. compet. in tantum quòd tacitè ſubintellecta non ita latè interpretanda ſunt, Ludouic.Gozadin.conſil.23. Prima facie vide tur dicendum ante num.2.poſt Bart.& Pau. de Caſtr.citans etiam gloſſ.in Clem.ſæpè,in verb. Partibus,de verb.ſign.& text.in l.prima,§. Iu- lianus,ff.de itin. actuque priu. & alium text. in l.fin.C.ne vxor pro marit.& conſil.66. Decre- ueram,num.quarto,& poſt Socin.iun.conſilio 72. Propoſita quæſtio, num. 36. libro primo, tradit Rolan.de Vall.conſil.66. Quoniam, nu. 7.lib. ſecundo,Et hinc eſt,quòd illud quod ta- citè in vno capitulo legis,vel ſtatuti intelligitur nunquam in alio capitulo eiuſdem legis,vel ſta
23 tuti repetitũ † videtur,licet ſecus ſit in expreſ- ſo,vt notanter dicit Alexand.poſt gloſſ. & Bal. ibi,in l.prima,in princ.in verb.Si quis,ff. quod quiſque iur.Dec.conſ.416.In teſtamento,col. 3.num.14.

Sed aduertendum eſt,cum (vt Bartolus ſcri- bit) hic textus,Si ſine liberis conditionem, tan quam à teſtatore expreſſam ſubintelligit, per- inde igitur eſt cenſenda, ac ſi per teſtatorem ex preſſa fuiſſet, idemque dicit Cyn. in dicto §.cũ autem, ſed ſi fuiſſet expreſſa locum ſibi diſtin- ctio vendicaret, iuxta text. in dicto §.ſi quis ro gatus,non ergo diuerſo iure,hęc tacita ſiue ſub intellecta conditio interpretanda eſt, imo non ſolum tamquam expreſſa à teſtatore ſubintelli gitur, ſed quod minus ſcriptum, quàm dictum fuerat inueniretur, vt ceſſet impugnatio ex di- cta l.iam hoc iure, in princip. ibi enim in omiſ- ſione verſamur,hic autem in expreſſione condi tionis, non tamen à tabellione conſcriptæ, & certè multum intereſt inter ſimplicem teſtantis omiſſionem,& ſcribentis expreſſionem præce- dentẽ: adeo quòd lex huiuſmodi interpretatio nem pietatis coniectura efficaciori modo quo potuit induxit, & niſi huc præſumpta teſtantis mens tenderet, vtique non ſic Papinianus fuiſ ſet interpretatus, vt circa diſpoſitionis perfe- ctionem, liceat ex hac ſubintellecta ad expreſſæ conditionis efficaciam liberè argumentari,
24 quemadmodum † ex interpretatione l.Scęuo- læ, ibi, Benigna interpretatione, ff. ad S. C. Trebellian. argumentabatur Curt. iun. conſi- lio ſeptuageſimotertio, Subtilia proculdubio, numero quartodecimo, verſic. Reſpondetur, ne igitur in tam mirifica declaratione Iuriſcon- ſultus defectiuus reddatur,debemus ipſam nu- meris omnibus abſolutam præſupponere; Ve- nit itaque magis à remotis voluntas in tacita pupillari, quàm in hac tacita, ſiue ſubintelle- cta, Si ſine liberis deceſſerit, conditione. Nec
25 defuerunt † qui matrem excludi crediderint, vt Chriſtophor. Caſtellion. Raphael Fulgoſ. Curtius iun. columna ſexta, cum ſequent. & Decius columna tertia, in l. fin. C. de inſtitut. & ſubſtitut.hancque veriorem opinionem eſſe credidit idem Decius in dicto §. cum autem, ante numerum vigeſimumſecundum. Accedit etiam, nam quemadmodum in dicto §. ſi quis rogatus,non abſolutè Papiniani ſententia ab Vlpiano recipitur, ſed totum ex teſtantis vo- luntate pendere dicit, quæ qualis fuerit ex con ditione defunctique dignitate colligitur', ſic etiam in tacita pupillari ſubſtitutione contin- git, per quam ſi voluntas ex coniecturis præ-
26 ſumpta † concurrat, mater excluditur, vt ſcri- bit Bartol. in dicta l. ſecunda, vbi Iaſon. nu- mero trigeſimoſexto, de vulgar. & pupill. ſub- ſtitut.

Nec quod dixit Salicetus in dicto §. cum au tem, numero ſecundo,verſic. Et ad rationem, refragatur, quòd ibi conditio ſubintelligatur, tanquam prolata ab homine, qui eius volun- tatis, & diſpoſitionis exiſtat, cuius eſt lex ipſa ſubintelligens, vt enim Ariſtotiles inquit, Ho- mo imaginatur de alio quod ipſe facturus eſſet in ſe ipſo; Nam vbi primum lex ſe ad hominis expreſſionem interpretatiuè refert, voluntatis libertati ſe ſubijcit, quam non eſt dicendum legem coarctaſſe, aut reſtrinxiſſe, cum volun-
27 tas in fideicommiſſis † dominetur, dicta l. in conditionibus, & illam lex proſequatur non è conuerſo, iuxta tradita per Socinum iun. conſi- lio octuageſimoquinto, Non mediocris eſt dubitatio,columna ſecunda, in princip. nume- ro quinto, & infra libro primo, conſilio nona- geſimooctauo, Dubia profecto, numero ſepti- mo,eodem volum. conſilio 167. Præſens con- ſultatio,numero 6. conſil.174. Viſa, nume.14. lib.2.Curt.iun.conſilio 121.Præſupponitur in facto,ante nu.12.in vltimis itaque voluntatibus

28 ſic voluntas tacita † ex coniecturis elicita, ſicut expreſſa obſeruanda eſt, l. cum res, vbi Iaſ. in 6. not. de legat. primo, l. cum proponeretur, in fin. de legat. ſecundo, cum ſimil. quas ita concludens aggregat Dec. conſil. 122. Et pro tenui, colum. prima, in fin. Franc. Rip. in 2. reſponſ. de ſubſtit. col. pen.

Poſſet adhuc fortaſſe cum Ioanne Coraſio viro doctiſſimo non infeliciter attentari, hic in expreſſa conditione non tacita verſari, illud e-
29 nim quod ex verbis legis † neceſſario colligitur expreſſum dicitur, Alexand. conſil. 144. Viſo themate quæſtionis, num. 15. libro 6. & tradit Petr. de Anchar. conſil. 186. Viſo eleganti, vbi intellectum cuiuſdam Bullæ per Pontificem Max. Populo Ferrarienſi perquirit, qui inquã in inueſtitura propter iuris interpretationem expreſſi dicerentur: cum illud quod tacitè ius commune diſponit pro expreſſo habeatur, Angel. conſil. 17. Comes Brandiſius, colum. fin. verſic. Item, & expreſſe dicitur, imò quod ex
30 coniecturis apparet expreſſum † dicitur, manifeſtum, atque euidens, l. in tempus, §. fin. ff. de hæredib. inſtit. not. in l. ſi conſtante, in princ. ff. ſolut. matrim. l. licet, vbi Bart. de legat. primo, l. prætor, ait, ibidemque ipſe Bart. & Alexand. in princ. ff. de nou. oper. nunc. Dec. in rubr. num. 24. extr. de probat. Andr. Alciat. conſil. 75. Perſtringendo punctum, numero vigeſimo ſecundo, libro nono, Gerard. Mazzoll. conſil. primo, Nanna, num. 52. conſil. quinto, Franceſc. Arceuiſia, num. 86. Iacob. Mandell. Albenſ. conſilio decimonono, Caſus iſte, numero octauo. Matthæus de Afflic. deciſione 44. Tria dubia, numero quarto, edocentque Rhetores, dum de coniecturali ſtatu ſcribunt, Vdalric. Zaſ. conſil. ſecundo, Strenus, & nobilis, numero 33. Socin. iun. conſ. 88. Magnifici, & iuſtiſſimi Iudices, col. 2. num. 3. lib. 1.

31 Et hinc eſt, quòd licet expreſſè nouatio † hodie fieri debeat, l. fin. C. de nouat. Alberic. de Roſat. in l. ſi pacto quo pœnam, C. de pact. Io. de Imol. in l. Valerianus, ff. de prætor. ſtipul. in l. delegare, ff. de nouat. Alexand. in l. qui vſumfructum, colum. ſecunda, numero ſexto, de verbor. obligat. & conſil. 13. Viſis, columna tertia, numero ſecundo, conſil. 72. Viſis, & diligenter conſideratis, in princ. libro ſecundo, & conſilio 173. Viſis depoſitionibus, columna antepenul. num. 6. lib. 7. Socin. ſen. conſil. 89. Dubium eſt, ſub nu. 3. verſ. Præterea & ſecundo, vbi de magis communi meminit, lib. 3. Ludouic. Gozad. conſ. 38. In cauſa, in princ. Hieron. Grat. conſ. 89. Videbatur, num. 2. lib. 1.

Tamen expreſsè fieri dicitur ſi per coniectu
32 ras appareat, quòd partes voluerint † nouationem facere, ita poſt Cyn. in d. l. fin. Io. de Imol. in d. l. delegare, & Alex. d. conſ. 72. ante num. 3. verſ. Item non eſſet ſublata dubitatio, lib. 2. tradit Afflict. d. deciſ. 44. num. 15. verſ. Et pro confirmatione, rurſus Alex. d. conſ. 13. n. 8. eo. vol. 2. Dec. conſ. 400. Viſo, num. 2. verſ. Fatentur, Iacob. Mandell. conſ. 68. Apud me, num. 5. Facit ad hoc illud dictum Bald. in d. l. in tempus, in fin. ff. de hæredib. inſtit. quòd licet cũ de per-
33 ſona † hæredis dubitatur, ſcilicet de qua teſtator ſenſerit, probatio apertiſſima fieri debeat, apertiſſima tamen probatio erit ſi per indicia fiat, arg. l. Imperator, de leg. 1. l. qui habebat, de reb. dub. & in præcitato loco tradit Afflict. nu. 16. verſ. Item pro hoc allego. Hinc declaratio ad tex. in c. 1. in fin. de ſucceſſ. feudi, reſultare videtur, dum vult, quod in inueſtitura noui feud. dicatur expreſsè fratrem poſſe ſuccedere, idem
34 enim eſſet ſi ex verbis generalibus † hoc poſſet colligi, vt poſt Curt. ſen. conſ. 48. Memoriæ recolendæ, colum. decima ſeptima, num. 30. verſ. Ad ſecundum, & conſ. ſeq. eiuſdem initij, col. 56. num. 67. verſ. Ad quartum fundamentum, tradit Franc. Rip. in l. prima, numero 52. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. vbi notabiliter loquitur, licet in hoc iura feudorum (vt obiter hoc dicã) fuerint correcta per Conſtit. Regni, Vt de ſucceſſionibus, tit. de ſucceſſ. nobilium in feudis, vbi Andr. de Iſern. columna ſecunda, aduerſus Gloſſam ſcripſit, quòd antiqui patres, & periti de Regno intelligunt, vt in feudo nouo quatenato dato fratri ſuccedat frater, per text. in d. conſtit. in verſ. Ex collaterali, qui text. loquitur generaliter non diſtinguendo inter feudum nouum, & antiquum, vt generaliter ſit intelligendus, l. prima, §. & generaliter, ff. de aleat. Niſi in inueſtitura noui feudi facta fratri dictum fuiſſet, tibi & tuis hæredibus ex tuo corpore legitimè deſcendentibus, frater enim tunc non diceretur de deſcẽdentibus fratris, proinde in dicto feudo nouo non ſuccederet ex forma inueſtituræ, cui ſtãdum eſſet, c. 1. de duob. fratrib. à Cap-
35 inueſt. nam contractus ex cõuentione † legem accipiunt, l. contractus, ff. de reg. iur. idemque poſt Andr. affirmat in d. Conſtit. Afflic. ſubdẽs ſic vidiſſe in Sacro Conſilio iudicatum, citansque eius deciſ. 293. incip. Fuit dubitatum, per totam ipſam deciſ. in cauſa Troili de Abenaculo, ac etiam conſilium Angel. 110. incip. Sanctiſſima, & Illuſtriſſima Regina, cui ſe Baldus ſubſcripſit, dicens ſe ante idem, ſed non cum tanta intellectus altitudine conſuluiſſe, & in d. conſil.
36 Angel. col. pen. maximum † Doctorem fuiſſe Andr. de Iſernia teſtatur, quem etiam ſequitur D. Iacobutius de Franchis in prælud. feud. nu. 55. & 56. fol. 5. quæ ſunt penes eruditas deciſiones Perilluſt. D. Præſidentis Vincentij de Franchis in 1. part.

Et 9 expreſſum ſatis dicatur quòd ex natura
37 † verborum prouenit in quibus tacite ineſt, tradunt

tradunt Bart. in l. ſi fideiuſſor, §. meminiſſe, ante num. 2. verſic. Sed reſponde, de legat. primo, in l. vxorem, §. agri plagam, nu. ſecũdo, verſ. Contra hoc facit, de legat. tertio, Aym. Crauet. in l. cum filiofamilias, in 3. part. num. ſecundo, & conſil. 130. De anno, num. ſeptimo, conſil. 149. Petrus Billieti, num. vndecimo, Carol. Ruin. in l. Gallus, §. quidam rectè, colum. ſecunda, in fi. ff. de liber. & poſthum. & conſil. 64. Super primo quæſito, colum. tertia, verſ. Et illud dicitur num. 10. lib. primo, conſil. 108. Viſa, ac bene intellecta, colum. 6. num. 15. & 16. conſil. 132. Viſis quibuſdam reſponſionibus, colum. prima, num. quarto, libro ſecundo, Ioan. Cephal. conſ. 68. Quamuis, nu. 19. conſ. 144. Circa primum, num. 30. lib. 1. Alex. de Neuo, conſ. 4. Excellentiſſime Domine, num. 16.

Quod procedit etiam ſi pro forma expreſſio
38 † requiratur, Franciſc. Aretin. in d. l. Gallus, in princ. colum. tertia, Iaſ. conſ. 207. In præſenti conſultatione, colum. prima, & ſecũda, libro ſecundo, Carol. Ruin. conſil. 122. eiuſdem initij, colum. 6. verſ. Et vbi etiam, d. libro ſecundo, Facit dictum Bald. in l. fin. num. 9. C. de hæredib. inſtit. quòd vbi ex expreſſo deriuat † tacitum,
39 id expreſſum cenſetur, per text. in l. ſi ita, §. ſi filio, ff. de bon. poſſ. ſecund. tabul. & quod idem Bald. tradit in l. 1. num. 10. C. de ijs qui ante apert. tabul. ac etiam Franciſc. Rip. in d. l. prima, num. 51. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & Iacob. Menoch. in tract. de arbitrar. iudic. quæſtionib. lib. 2. centur. 2. caſ. 286. num. 28. & infra.

Nec obſtat dum dicebatur, huiuſmodi ſubintellectam conditionem ex iure ſpeciali proficiſci, argum. d. l. eum qui Calendis, §. quoties, de verb. oblig. ſpecialia autem minoris eſſe potentiæ quàm regularia, d. l. eius militis, §. militia miſſus, de teſtam. milit. l. vxori, §. 1. & quod ibi not. Bart. ff. de leg. 3. Corn. conſ. 166. Quattuor, num. 44. lib. 2. Dec. conſil. 696. Retenta, num. 25.

Nam ex intentione Franciſci Ripæ in d. §. ſi quis rogatus, nu. 27. poteſt reſponderi, quod conditio hæc ſi contra mentem ſubintelligeretur, exorbitans certe, ac de ſpeciali iure dici poſſet, ſed cum ex mente teſtatoris, tanquam minus ſcriptum, quàm dictum fuerit proueniat, igitur non erit de iure ſpeciali cenſenda, ſic enim tacita teſtantis voluntas, ſicut expreſſa cõmuni iure inſpecto ſeruanda eſt, d. l. cum res, in princip. de legat. primo, Imo conditionis tacitę intellectus in vniuerſum de iure communi dici
40 poteſt, cum illud ius ſpeciale † dicatur, quod ſpecialiter ex aliquo priuilegio in aliqua perſona ſtatuitur, argum. l. ius ſingulare, ff. de legib. Petr. Andr. Gambarus in Dialectic. legali, titu. de ſpecie, verſ. Specialitatem præterea, & latius poſt Baldum in l. executorem, ante num. 20. verſic. Pone quòd ſunt duo ſtatuta, C. de exec. rei iudic. & Ludouic. Roman. in l. hac conſultiſſima, C. qui teſtam. fac. poſſ. tradit Corn. conſ. 86. Quamuis, num. 13. lib. 3. vnde in propoſito cum generalis quædam innata pietas verſetur, non eſt hoc reſponſum ad ius ſpeciale referendum.

Sed poſſet vlterius magis rutè reſponderi, Primò quòd vbi ius ſpeciale naturalem pro ſe præſumptionem retinet, tunc difficilius tolla-
41 tur † quàm ius commune, vt eſt text. in Auth. hoc inter liberos, C. de teſtam. & tradunt Nouiſſ. Bononienſ. in l. poſtquam liti, num. 47. in fin. C. de pact. ſed ius iſtud quod ſpeciale appellant, ob coniecturam pietatis naturaliter inſitæ inducitur, meritò fortius, ac tenacius, quàm ius commune cenſendum eſt. Secundò conſiderandum exiſtimo ius iſtud ſpeciale multiplici ratione diſpoſitum fuiſſe, quæ quidem rationes expreſſæ declaratæque reperiuntur tum in hoc Papiniani contextu, tum etiam in d. l. cum acutiſſimi, & in d. l. generaliter, §. cum autem, proinde cum in expreſſa conditione ius ſimplici vna ratione nitatur, potentius ius iſtud ſpeciale
42 erit † exiſtimandum, l. prima, C. de iur. & fact. ignor. §. ſi verò non talis, Authen. de conſang. & vterin. fratrib. coll. 7. cap. primo, de treg. & pace; Tertiò tunc ius ſpeciale debilius eſt iure communi, cum retinentur termini dictæ l. eius militis, §. militia miſſus, vt ſi teſtamentum commuui iure confectum effingamus, potẽtius erit illo teſtamento quod ſpeciali iure factum præ-
43 ſupponimus: ſecus autem † eſt quando ijdem termini non retinentur, vt in propoſito accidit, tunc enim non prohibetur quin potentius ius ſpeciale communi iure exiſtat, quod vult Lancell. Polit. in trac. ſubſtit. tit. de vulg. colum. 36. in princ. verſ. Nec obſtat quidem, fol. 12. Et vltra eum probatur, nam appellatio iure communi cõcedi dicitur, tot tit. de appell. reſtitutio verò in integrum iure ſpeciali, argum. l. in cauſæ, ff. de minor. & tamen difficilius tollitur in inte-
44 grum reſtitutio † quàm appellatio, l. prima, & ibi gloſſ. C. ſentent. reſcindi non poſſe: Hinc Tobias Nonius Peruſinus præceptor meus dicebat in l. in actionibus, ff. de in lit. iur. quod ſi ſtatuto caueatur, vt à ſententia arbitri nullo modo recedi poſſit, licet per iſtud ſtatutum appellatio ſublata ſit, non tamen erit ſublata in inte-
45 grum † reſtitutio, gloſſ. in l. vnic. in verb. Reformationem, C. ſi de momen. poſſ. fuer. appel. Bald. conſil. 187. In cauſa præſenti, columna prima, circa medium, verſic. Accedit ad prædicta, libro ſecundo, Ludouic. Roman. conſilio nonageſimo, Viſo themate, columna ſecunda, vbi de communi meminit, & allegationes adducit, Abb. conſilio trigeſimoprimo, In cauſa, & quæſtione, columna ſecunda, verſic. Viden-

dum eſt ergo, libro ſecundo, Socin. iun. conſil. 48. Viſo puncto, num. 55. in fin. de eadem communi opinione atteſtans, lib. 1.

Non vrget aliud, quòd lex facilius ſuam re-
46 ſtringat † prouiſionem quàm tuã, d.l. aſſiduis, iunct. gloſſ. prouiſio enim legis hoc caſu hominis prouiſioni non aduerſatur, & ſic ſecundum non contra hominis eſt prouiſionem, dictaque l. aſſiduis, inaduerſatiua procedit. Eſt inſuper aduertendum Papiniani reſponſum de quo in hoc contextu, ex d.l. cum acutiſſimi, euentu pleniſſimo, ex d. §. cum autem, latius & pinguius interpretatum remanſiſſe: vt ſit quædam adeo fertilis diſpoſitio, quòd vberrima interpretatione digna extiterit: ſi itaque Imperator optimo intellectu Papinianum ſingulari quadam admiratione proſequitur, pleniſſimè dictum eius reſponſum ampliando, cur non reſtrictione vtemur, mente legis conditoris attenta?

Non denique repugnat, quòd lex magis legitimis liberis, quàm naturalibus deferat, & afficiatur, d.l. fin. C. de naturalib. lib. nam ſecundum Franciſc. Rip. in d. §. ſi quis rogatus, reſpõderi poteſt, quòd circa ea quæ lex ipſa diſponit benè magis ſauet legitimis non circa ea quæ teſtator, vt hic: ſubaudita nanque conditio, teſtatoris à lege coniecturata eſt diſpoſitió vt Papinianus aperit: Addendumque eſt, non in filijs, ſed in nepotibus hic eſſe, in quibus ceſſat illa efficax prohibendi ratio, qua vitium paternum refrenandum eſſe conſtitutiones exiſtimarunt, d.l. fin. Contrariumque terminis habilibus retentis in propoſito videtur ex d. §. ſi quis rogatus, in interpretanda liberorum voce circa conditiones elici, ſi rectè perpendatur.

47 Tertia affertur ſolutio † per glo. in d. §. cum autem, & in l. Lucius, §. fin. ff. de legat. ſecundo, ac etiam per Ang. in d. §. ſi quis rogatus, quòd ſi naturalis rogatus fuerit de reſtituendo poſt mortem, tunc ſit locus textui in d. §. cum autem vt naturalis ex eo deſcendens ſubſtitutum non excludat: Secus ſi legitimus, & naturalis inſtitutus, & rogatus extiterit, vt tunc procedat text. in d. §. ſi quis rogatus: ſubdit tamen Angel. non eſſe à communi opinione quam ibi tenet Bart. recedendum.

Sed Raphael Cumanus, & Io. de Imol. hanc ſolutionem redarguunt, cum text. ampliatiuè loquatur, non autem quando naturalis tantum fuiſſet inſtitutus: cumque de naturali in teſtamento mentio habita fuerit, multo magis deberet ex eo deſcendens ſubſtitutum excludere, argum. l. qui filiabus, de legat. primo, tunc enim colligitur teſtatorem huiuſmodi ſobolem non abhorruiſſe, aut deſpexiſſe, ſed ęquè naturales vt legitimos dilexiſſe: maximè cum in d. §. cum autem, dicatur, vt quod inter iuſtos liberos ſanctum eſt, hoc in naturales liberos extendatur; vt velit non differre, an legitimi, vel naturales inſtituantur.

Sed Accurſij intentionem ſuſtinẽdo, poſſet ex mente Socini replicari, quòd oportuerit in d. §. cum autem, ad filium naturalem diſpoſitionem huius contextus ampliari, vt colligitur ibi Humanitatis intuitu, & in verb. Extendatur, ex quo materia erat exorbitans, iuxt. not. per gloſ. in c. conſtituit, in princ. de regul. in 6. vnde cũ extenſio in materia exorbitanti ad naturales inſtitutos, & grauatos facta fuerit, vt d. §. cum autem, non debet fieri extenſio, quòd conditio de filijs naturalibus ad excludendum ſubſtitutum ſubintelligatur, hoc enim difficilius inducitur: Confirmatur hoc, videmus enim ſecundũ mul-
48 tos haſce leges in filijs adoptiuis, † & arrogatis grauatis locum ſibi vendicare, & tamen hi filij ad excluſionem ſubſtituti, nec in conditione expreſsa, nec in tacita ſubintellecta includuntur, l. fideicommiſsum, hoc tit. de quo alibi. Non denique naturalium mentio in d. §. cum autem, quicquam facit, cum vt Ioan. de Imol. inquit, naſciturorum naturalium non meminerit, argum. d.l. qui filiabus: Cæterum ad rationem illam quæ validius vrgere videbatur, verisimilius inquam eſſe teſtatorem inuitare naturales nepotes noluiſſe, ſi naturalem inſtituit, quàm ſi filium legitimum, & naturalem inſtituiſſet, Reſponderi poteſt, patrem in perſonis filiorũ aliquando aliquid abhorrere quod in ſua perſona non abhorruit, vt experientia docet, cap. quàm ſit, de elect. in 6. pater nanque plus filiũ diligit quàm ſe ipſum, l. iſti quidem, ff. quod met. cauſ.

Claudicare adhuc ſolutio hæc Accurſij ex ijs quæ diximus videtur: nam ſecũdum Bartoli ac etiam nonnullorum opinionem, in expreſsa conditione iuxta terminos dicto §. ſi quis rogatus, cumque legitimi, ac naturales inſtituuntur reſtituereque rogantur naturales in cõditione regulariter nõ intelliguntur, vt iura potius concordare, quàm aduerſari videãtur: Et quamuis in d. §. cũ autem, exceptiones non exprimãtur, ex dicto Vulpiani reſponſo, lib. 2. fideicommiſſorum ſuppleri poſsunt, cũ tacita conditio ſubintelligatur tanquam plus dictum & minus ſcriptum inueniretur; cumq. naturales inſtituerit, in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus, aduertendumque eſt, dignitatem, voluntatem, ac conditionem eius tantum qui fideicõmiſit non autem inſtituti conſiderari, vt d. §. ſi quis rogatus, & ibi notant Ang. Io. de Imol. & Alex. num. 4. dicens ſe non audere ab opinione Angeli recedere, vt ceſſet inductio d. l. iſti quidẽ, crudelis enim eſt, qui ſuum honorem contemnit, imo illud magis ex ead. l. iſti quidẽ, ratione patriæ dignitatis in perſona filiorum procedit, ob nominis memoriæq. paternæ perpetuitatẽ

in ſi-

ſin filijs repræſentatæ: Non obſtat d.l. qui filiabus, in princ. de legat. primo, nam in propoſito quòd dignitas non lædatur, tam in natis, quàm naſcituris pariformiter militare videtur, hicque prædilectio ex potentia volũtatis diſtinguitur, vt non cenſeatur remiſſa, naturalium inſpecta qualitate ad dignitatem diſponentis relata.

49 Quarta fuit ſolutio † Alexandri de Imol. in d.§. ſi quis rogatus, colum. 6. numero 12. in fin. verſ. Poſſet fortaſsè, quòd text. in d.§. cum autem, non dicat naturales ſubſtitutum nõ excludere, imo potius contrarium, ex quo dicit Sine iuſta ſobole, naturalis enim iuſta ſoboles exiſtimatur naturali iure inſpecto, cum cõcubinatus
50 illo iure prohibitus † non ſit, naturali nanque lege omnes legitimi naſcebantur, §. liceat, Authen. quib. mod. natural. effic. legitim. licet ciuili iure talis coitus improbetur, ſecundum opinionem gloſſ. & Bart. quæ communis eſt, in L. in concubinatu, ff. de concubin. Bald. in Auth. licet patri, poſt princ. verſ. Item not. in iſta materia, C. de naturalib. liber. & per Canoniſt. in c. lator, extr. qui fil. ſint legitim.

Sed Alexander ipſe hanc eandem eius ſolutionem reijcit, quia text. in d.§. cum autem, non intelligit iuſtam ſobolem pro naturalibus tantum, quod ex eodem text. colligitur dum dicit, Quod inter iuſtos liberos ſcriptum eſt, hoc in naturales filios extendatur: vnde primam ſolutionem tenendam eſſe inquit, & cum huiuſmodi reprobatione Socinus pertranſit: Hinc ſolutio quam Sfortia Oddus Peruſinus ſubtiliſſimus, ac celeberrimus Iuriſconſ. in eius tract. de compend. ſubſtit. partic. 6. concluſ. 1. fol. 105. verſic. Sed dic quòd ille textus, afferebat, dubitabilis fortaſsè reddi videtur, vt verba illa, Sine iuſta ſobole, de natis ex damnato coitu intelligi
51 poſſint, qui verè iniuſta ſoboles † dicuntur, l. qui contra, ex Authent. inceſtas, C. de inceſt. nupt. naturales verò filij inutilis ſoboles appellantur, ſecundum gloſſ. in rubr. C. eodem. Ad mẽtemque Alexandri dum ſe ipſum improbat, addo text. in l. fin. in verb. Filijs enim naturalib. iunctis verbis ibi, vbi legitima ſoboles, C. de naturalib. liber. & alium text. in l. humanitatis, in princ. ibi, Vt liceat eis nulla legitima ſobole, vel matre ſubſiſtente, naturalem, vel naturales filios, C. eod. tit.

Quintum intellectum Socin. hic. colum. 34.
52 verſ. Mihi videtur, ſubdebat, † nam text. in d.§. cum autem, ponderat quòd liberi ſubſtitutum excludunt à portione ad quam vocabatur, & quod filij grauati eãdem portionem ad liberos ſuos tranſmittunt: & ſic vult quòd conditio ſi ſine liberis, à lege ſubintelligatur, ad hoc, vt ad eos ſucceſſio tranſmittatur, & ſic de liberis loquitur qui ad ſucceſſionem vocantur: & ita etiã probat tex. in d.l. cum acutiſſimi, dum dixit, Ne videatur alienas ſucceſſiones proprijs anteponere: & ſic loquitur de ſucceſſione non ſolum reſpectu ſanguinis, ſed etiam reſpectu hæreditatis: ibi nanque prælatio alia ratione non conſideratur, niſi reſpectu, hereditatis ab inteſtato, iuxt. tradita per gloſſ. in l. Lucius Titius, ff. de hæredib. inſtit. Vnde cum filij naturales ab inteſtato in ſolidum patri non ſuccedant, hocque ad refrenandum paternũ vitium inductum ſit, d.l. fin. C. de naturalib. liber. ideo lex non ſubintelligit, quia fruſtra ſubintelligeret, ex quo in præiudicium ſubſtituti non ſuccederent, lex au
53 tem remedia inutilia † non inuenit, l. prima, §. dixerit aliquis, ff. de public. Confirmatur hoc, quia vbicunque lex ex præſumpta voluntate defuncti vult quòd una perſona ad excluſionẽ ſubſtituti ſubintelligatur, tunc illa lex locum ſibi vendicat cum illa perſona ſuccedit, text. in terminis, in l. pen. C. de impub. & al. ſubſtit. ſecundum Nicol. de Mattarell. Bald. Fulgoſ. & Paul. de Caſtr. ibi.

Hunc intellectum Franc. Rip. in d.l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ante num. 28. verſ. Iſta ratio, duplici medio ſubuertere contendit, dicens ꝙ licet applaudere videatur, non tamen eſt toto fundamento roboratus, ex eo ſiquidem duæ regulæ violarentur, Prima quòd ad hoc vt filij in conditione poſiti ſubſtitutum excludant, non requiritur, quòd hæredes ſint, l. filiusfamilias, §. cum quis rogatus, de legat. primo. Secundã, quòd poſiti in conditione vocati nõ cenſentur, d.l. Lucius Titius, cum glo. ff. de hæredib. inſtit. Et ſi diceretur prædictas regulas in hominis diſpoſitione procedere, Dicit Ripa cur diuerſum erit in diſpoſitione legis? idem igitur dicendũ eſt, eo quòd conditio hæc ſubintellecta hominis conditio à lege coniecturata dicitur: Item ſequeretur quòd naturales ex fœmina progeniti in caſu dicti §. cum autem, ſubſtitutum excluderent, quod expreſsè fatetur Socinus, vt ſuam intelligentiam tueatur, & tamen in hoc errare idem Franc. Ripa affirmat, cum pietatis ratio patri, ac matri communis ſit, l. furioſæ matri, ff. de cur. fur. ſi ergo in patre erga naturales pietatis ratio nõ habetur, ergo nec in matre: Et quod text. in dicto §. cum autem, procedat etiam in
54 filia † grauata, tenent gloſſ. Cyn. Odofred. Angel. & Raphael. Fulgoſ. ibi, ac etiam hic, Bart. Ioan. de Imol. & Raphael Cuman. ſed cum de his ſtatim dicturi ſimus, amplius nunc non inſiſtam: Non tamen præterierim (ſalua Ripæ reuerentia) Socinum Iuriſconſultum grauiſſimũ, ingenijque præſtantia admirabilem, in naturalibus ex filia grauata ſuſceptis nequaquam erraſſe, licet enim difficultatem proponat, ipſam nihilominus accuratè ſecundum iuris tramites veritate attenta reſoluit, vt per eum in verſic. Sed iſta concluſio.

55 Sextus itaque fuit intellectus †eiuſdem Franciſci Ripæ d.num.28.verſ. Tu ergo conſidera, quòd lex ſupplens ſi ſine liberis conditionem, noluit eam de naturalibus interpretari ne duo ſpecialia circa idem concurrerent,contra,l.primã,C.de dot.promiſſ. videlicet quòd omiſſum pro expreſſo habeatur,cõtra l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſthum. & quòd ſubintellecta conditio in caſu improprio verificetur, nempè in naturalibus filijs, qui impropriè filij dicuntur,contra l.qui hæredi,in princ. & l. Mæuius, hoc tit. Tertium etiam ex Auguſtino Beroio in d.cap.in præſentia, num. 275. extr.de probat. ſpeciale concurreret,cum enim fauore legitimorum,& naturalium ſpecialiter inductum fuerit, vt tacita conditio liberorum ex hoc text. ſubintelligatur,hoc non ſolum ad filios naturales grauatos extenderetur, vt in dicto §. cum autem, verum etiam ad naturales filios ex grauato deſcendentes,& propterea regulariter cõtra text. in d.§.ſi quis rogatus.

Sed huiuſmodi ſpecialia in conſequentiam alterius procedere videntur, quo caſu abſonũ
56 non eſt ut ſimul † concurrant, Bart. in l. ſi ſub conditione,num. tertio,verſic. Sed contra hoc, ff.de ſolu. Anton. Rub.conſil.60. Circa caſum, numero tertio, verſ. Et eo maximè, facta nanque ſemel extenſione ad naturales grauàtos, ſublatum videtur odium erga naturales conceptum, & obſtaculum quoddam, ſeu iuris abominatio: adeo quod pietatis fundamentum in quo intelligentia huius tacitæ conditionis reſidet,non ſit à liberis iſtis penitus extraneum, d. §.cum autem,ibi, Humanitatis intuitu hoc & latius, & pinguius interpretãdum eſſe credimus, vt etſi quis naturales filios,&c. facit text. in l. ſi quis poſthumos,§.primo,ff.de lib.& poſthum. Vlterius tritiſſima hæc iuris propoſitio, quòd duo ſpecialia circa idem concurrere non poſ-
57 ſint, fauore vel odio ſæpius † vulneratur, vt in l.generaliter,C. ad Velleian. vbi ſi per pactum nudum dos promittatur actione petitur, ſique promittens fœmina ſit Velleiani beneficium perdit: concurrunt etiam duo ſpecialia in l. ſi quis ſeruo, C. de furt. & ſeru. corrupt. vbi contra tentantem corrumpere ſeruum alienũ ſciente domino ſerui corrupti actio datur, quamuis verè corruptus non fuerit; vt non ſit inconueniens attento prægrandi pietatis, & humanitatis fauore, quòd duo circa idem ſpecialia concurrant: in tantum quòd vix ſit humaniorem diſpoſitionem reperire: Et vltra iura prædicta alius eſt text. in l.prima, §. & ut plenius, C. de rei vxoriæ act. vbi ex receptione dotis facta per maritum oritur priuilegium ſtipulationis, & hypothecæ, & ita declarat Socin. iun. conſilio quadrageſimoquarto, Viſo elegantiſſimo conſilio, numero quartodecimo, libro ſecundo.

Nec obſtat ſi diceretur,duo ſpecialia fauore
58 etiam piæ cauſæ † vel Eccleſiæ circa idem non admitti, l. qui rem, §.final. ff. de pollicit.iunc. l.fin.C.de Sacroſan.Eccleſ. nam in d.§.fin. dominium ipſo iure ex voto non tranſit iuxta d.l. fin.non quòd duo ſpecialia concurrere non valeant,ſed quia diſpoſitio eiuſdem l.fin.cum per Iuſtinianum fuerit introducta, non potuit de iure Digeſtorum ſibi locum vendicare: cumq. d.l.fin.ſit exorbitans,& in contractu loquatur, ad pollicitationem trahi nõ debet, vt per Abb. in cap.cum inter vniuerſas,colum.fin. de elect. Et dato quòd etiam de iure Digeſtorum d. lex locum haberet, in caſu tamen d.l. fin. dominiũ transferri non potuit, ſicut videmus quòd in legatis certa via ſine traditione dominium tranſfertur,l.à Titio,ff.de furt. & tamen parte bonorum legata,prout in prędicto caſu non transfertur,l.amplius,§.fin.ff. de legat. primo. Et retinendo opinionem illam, quòd non ita durum
59 ſit duorum ſpecialium †concurſum circa idem ſubiectum admittere,ex alio text.in cap. primo vbi not.Abb. & Io.de Imol. extra de præſcrip. poſſet ex intentione Andreæ Alciati ibidẽ poſt num.74.ad dictã l.primã. C.de dot.promiſſ. reſponderi, Non eſſe verum ibi duplex ſpeciale concurrere, nã text. ſimpliciter dicit, quòd dos in inſtrumento promiſſa erat, vnde non poteſt intelligi per pactum nudum, vt Doctores concludunt, verbum enim promitto in inſtrumen-
60 to poſitum per ſtipulationem † intelligitur, l. ſciendum,ff.de verbor. oblig. l. lecta, ff. ſi cert. petat. ratio itaque illius text. non in duplici reſidet ſpecialitate, ſed quia dotis promiſſio ob incertitudinem ſimpliciter non valet,niſi ſit dictum promitto dotem talis arbitratu,quia tunc propter arbitrium teneret,l.cum poſt,§.gener, ff.de iur.dot.vnde eo nõ arbitrante,quia a principio tenuit,adhuc valeret,vt probatur ibi, Arbitrio quoque detracto, & per Socin. in l. prima, ante numerum 15. columna nona, verſic. Sed contra hanc concluſionem, ſolut. matrim. Nec dicatur in d.l.prima,§.& vt plenius, C. de rei vxoriæ act. & in d.l.fin. C. ad Velleian. duo ſpecialia fauore dotis concurrere, prout dixit Io.Crot.in l. ſi is qui pro emptore, colum. 49. ff.de vſucap. reſpondendo ad d.l.fin. Quoniam vt Socin.iun.d.conſ.44.num.14. verſ. Nec dicatur,lib.2.& alibi etiam aduertit, ſi ita eſſet in d.l.1.C.de dot.promiſſ. deberent duo ſpecialia concurrere cum ſimus ibi in dote, quod tamen Doctores negant.

61 Septimus fuit Auguſtini Beroi † intellectus in d.c.in præſentia,nu.273.quòd d.§.cum aũt, quia de conditione tacita ex lege ſubintellecta loquitur,nõ mirum ſi de filijs iuſtis intelligitur, cum lex voluerit de illis intelligere qui ſecundũ legem filij ſunt,d.l.filiũ eũ definimus, cumque

text.

text. in d. §. ſi quis rogatus, in conditione ab homine expreſſa loquatur in qua filiorum appellatione naturales tantum ex præſumpta mente teſtatoris comprehenduntur, quæ ex eo colligitur, quòd in alia teſtamenti parte naturalium te
62 ſtator meminerit, ea ratione quia tacita † mens teſtatoris non ex diſpoſitione legis, ſed ex alijs diſpoſitis in teſtamento colligi debet, Bald. in l. vnic. num. 10. C. de his qui ante apert. tabul. Io. de Imol. in l. illa inſtitutio, ff. de hæredib. inſtit. Socin. ſen. conſ. 6. In præſenti conſultatione, ante num. 13. verſ. Quod tamen intelligendũ eſt, lib. 3. Dec. conſ. 369. Iuridicas eſſe arbitror, col. 1. in princ. verſ. Et in caſu iſto, & conſ. 397. Viſo puncto, col. 2. num. 6. verſ. Sed difficultas, rurſus Soc. ſen. in l. hæredes mei, §. cum ita, col. 5. verſ. Colligo concluſionem, ff. ad Trebell. & in l. in ambiguo, col. 2. in gloſſ. fin. de reb. dub. igitur inter vnam & aliam conditionem diſcrimen manifeſtè conſtituitur.

Caterum hic intellectus, ex eo quod toties diximus impugnari poteſt, conditionis nanque ſubauditio procedit tanquam plus dictum fuerit, & minus ſcriptum, & ſic velut conditio fuerit à teſtatore expreſſa, vt hic dicitur: Nec obſtat ſi cum eodem Auguſtino aſſereretur, ex præſumptione, vel fictione conditionem ſubintelligi tanquam à teſtatore explicatam, & proinde impropriè: Nam idem fictio, vel præſumptio in caſu ficto, vel præſumpto, quod veritas in caſu vero operatur, licet pro veritate non habeatur, quæ enim verè induci poſſunt, per fi-
63 ctionem † non inducuntur, gloſſ. in l. ſiue poſſidetis, C. de probat. & in l. fin. ff. quod met. cauſ. Corn. conſ. 244. Memini, nu. 5. lib. 3.

Et quamuis mens ex diſpoſitis in teſtamento colligatur, & pro expreſſa habeatur, l. iã hoc iure, de vulg. & pupill. l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. & tradunt præcitati Scribentes, quod alibi latè explicaui, non inde ſequitur, quòd mens conjecturata adhuc non attendatur, quamuis ex verbis non poſſit colligi, aut ex diſpoſitis, vt puta quando diſpoſitum, & dictum præſumitur, quemadmodum in hoc text. cõtingit, & probatur in l. quotiens, §. 1. ff. de hæredib. inſtit. & in l. cum proponebatur, ſecundum vnam lect.
64 de leg. 3. Vel quando ex caſu ſuperueniẽti † præſumptio colligitur, de quo ſi teſtator cogitaſſet idem diſpoſuiſſet, talis enim mens conjecturata attendi debet, ac menti ex diſpoſitis elicitæ æquipollet, prout vltra text. in d. l. tale pactum, in d. l. cum acutiſſimi, & in d. §. cum autem, idẽ probatur tex. in l. vtilitatem, & in l. in confirmando, ff. de confirm. tut. hicque complura in præcedentibus tradita eſſent repetenda, quæ præterco.

Octauum Clariſſimus Iuriſconſ. Sfortia Oddus in d. tract. de compend. ſubſtit. in 6. partic.
65 intellectum † excogitauit, vult ipſe dictum §. cũ autem, de filiorum exiſtentia iuxta diſpoſitionem huius reſponſi intelligi, rationemque differentiæ affert, quia verba legis magis ad iuris ſignificationem, verba hominis magis ad factũ
66 naturalemque rei ſtatum † referuntur. Sed licet hæc intelligentia pulcherrima ſit, primoque aſpectu vndique concludens appareat, cum ex feliciſſimo ingenio tãti Doctoris emerſerit, poſſet tamen dubitabilis fortaſſe diſputãdo reddi; nam etſi verba legis ad iuris ſignificationem referantur, negari non poteſt, quin in d. l. cum acutiſſimi, & in d. l. generaliter, §. cum autem, Imperator interpretando proceſſerit, non ſolum latè ſed latius imo pinguius, adeo quòd interpretationes de quibus in dictis iuribus agitur, de ſtricto iure, ſeu de ſtricta iuris ſignificatione minime prodiere, vt quod in filijs grauatis legitimis & naturalibus diſpoſitum fuerat, ad naturales grauatos non immeritò extenſum reperiatur, & vbi primum diſpoſitionem huius textus fictione introduci præſupponimus, à ſtricta & propria iuris ſignificatione recedimus, in factoque fingitur: Vel ſi dixerimus ipſam tacitam conditionem non fictione, ſed præſumptione conſtitui, tunc à vera probatione à proprietateque recedimus, l. Lucius, vbi Dyn. & Bart. hoc tit. probabilemque conjecturam ex certo ſigno prouenientem aſſumimus, licet alio non adducto illam pro veritate habeamus, tuncque directa iuris certitudo ceſſat veriſimilitudine attenta: imò quantum ad iuris ſignificationẽ in propoſito iuxta Oddi intentionem attinet, verba huius contextus (ni fallor) repugnare videntur, non enim proprio & abſoluto tantum legis auxilio Papinianus vti voluit ad tacitam hanc cõditionem ſubintelligendam, ſed factum hominis aduocauit, in dicendo, ac ſcribendo, primo caſu committendo, alio verò caſu omittendo, vt per eum exquiſita quadam humanitate.
67 Nonum † ſenſum Io. Coraſius Miſcellan. iuris ciuilis, lib. 1. cap. 7. num. 2. & 4. afferebat, dũ contra communem opinionem credidit, naturalem filium non efficere, vt conditio deficiat, niſi conjectura aliqua vrgeat, vt credamus teſtatorem de liberis etiam naturalibus ſenſiſſe: mouetur ijſdem argumentis quibus & Philipp. Decius in d. c. in præſentia, nitebatur; ac etiam textu in d. l. generaliter, §. cum autem, vbi naturalis ſubſtitutum non excludit; ad d. §. ſi quis rogatus, reſpondet, Papiniani ſententiam inibi relatam ab Vlpiano reprehendi, in verſicul. Mihi autem, & hoc modo ſcribit exponendum fore eum §. qui tam praue (inquit) hactenus eſt intellectus.

Hunc autẽ ſenſum Emanuel Coſta vir doctiſſimus, in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ſub num. 59. verſic. Nouiſſimè Ioannes Coraſius,

impu-

impugnare non dubitauit, aſſerens Coraſium temere ſcripſiſſe, Papiniani ſententiam ab Vlpiano reprehendi: nam re vera probatur ab Vlpiano, & probari omnimodo debuit, iuxta l. cū pater, §. volo, de leg. 2. vbi Papinianus id ſcripſit, quod Vlpianus refert: Planè eum §. volo, hodie obtinere, idem Ioan. Coraſius eodem in loco agnoſcit: Præterea ſubdit, Coraſium alioqui virum doctum non vidiſſe Papinianum quem reprehendi putat, adſtipulari potius ſibi, Vlpianum autem maximè repugnare; ſiquidem Vlpianus quum ſcribit, ex dignitate eius qui fidei commiſit accipiendum eſſe de quibus liberis teſtator ſenſerit, ſignificare prima facie videtur, naturales regulariter efficere, vt deficiat conditio, & tunc demum ſubſtitutum eſſe admittendum non obſtāte naturali filio, quem hæres moriens reliquit, ſi teſtator proponatur in dignitate conſtitutus fuiſſe: At Papinianus contrariam magis ſententiam innuere videtur: Nec enim abſolutè ſcribit, naturalem filium efficere, vt deficiat conditio ſicuti Coraſius refert, ſed duntaxat in libertino, eodemque colliberto hoc ſcribit, ita ad literam referente Vlpiano, quaſi ſecūdum Papiniani ſententiam naturalis qui regulariter ſubſtitutum non excludit, in ea ſingulari ſpecie excludat.

Sed ſi inter duos ſubtiliſſimos, ac celeberri-
68 mos Doctores† vnum Gallum, alterum Hiſpanum, Doctori Italo, aliquid dicere liceret, Ioannem Coraſium Iuriſcōſ. peritiſſimum eiuſdemmet Emanuelis Coſtæ teſtimonio, tam rigoroſa impugnatione notaque dignum non exiſtimarem: Papinianus etenim nō id ſcribit, quod ex l. cum pater, §. volo, de leg. 2. Emanuel opinatur, nam non in libertino eodemque colliberto ſi Vlpiano referenti credendum eſt, ipſe ſolum loquitur, ſed generaliter in naturali filio, quod in libertino eodemque colliberto etiam procedere intelligit: Nec inficiari poteſt; Papiniano ex verbis illis, Mihi autem, Vlpianum explicitè aduerſari, dumque ad quæſtionem voluntatis rem conducit, à regula illa Papiniani recedere videtur, quam penitus perturbare ambigēdum non eſt; vt alia quæ ad defenſionem optimi Iuriſconſulti afferre poſſem, & deberem conſultò inuoluam ſilentio.

69 Decimum intellectum † alij non ineleganter afferre conabantur, ponderando dictionem illam, iuſta, in d. §. cum autem, poſitā, quæ apud Iuriſconſultos frequens eſt, non ſatis tamen (vt Budæus vir inſignis arbitratur) intellecta: Caius de arrogatione loquens, Is qui adoptat (inquit) rogatur an velit eum quem adoptaturus ſit, iuſtum ſibi filium eſſe: iuſtum intelligit non verum, vt aliqui cenſent, ſed omnibus partibus filiationis veri filij vicem obtinentem, naturalis & legitimi filij loco cedentem, in l. vniuerſis, C. qui dar. tut. vel cur. poſſ. minor ante impetratā veniam ætatis non habet iuſtam perſonam litē inſtituendi, iuſtam pro idonea & plena intelligit; iuſtum vadem (inquit Feſtus) idoneum ſpō ſorem vocabāt, ſic iuſtum prælium, Liuius, Deinde eos qui in montibus erant leuibus prælijs fatigauit, poſtremò coactos in aciem deſcendere iuſto prælio diuiſit, iuſto pro pleno intelligit, ideſt quòd verè & propriè prælij nomine cenſeri poſſit; ſic iuſtum exilium, idem lib. 6. ſecundi belli Punici de Fuluio pduellionis reo loquēs, Priusquàm dies comitiorum aderat, Caius Fuluius exulatum Tarquinios abijt, id ei iuſtum exilium eſſe ſciuit plebs, ideſt plebs decreuit ſpontaneum exilium Fuluio plenum & verum eſſe, aut pro pleno & legitimo exilio cedere, quod formale nunc appellant; vt ſic in d. §. cum autem, iuſta ſoboles, non pro vera ſobole, ſed naturali ex concubina domi in figura matrimonij habita, quæ vxoris vice cedat, quique liberi ex ea ſuſcepti magis legitimis, & naturalibus accedunt intelligantur, ſimile (inquit) ac ſi dicamus, fideicommiſſarium iuſtum hæredem eſſe.

70 Certant tamen inuicem † Gulielm. Budæus, & Andreas Alciatus, vnus Galliarum lumen, alter Italiæ decus atque ornamentum, hic etenim nomen illud, iuſta, emphaſim quandam habere ſcribit, quale apud Græcos ἀκριβὲς, vel ἀκρότατον. inde dicimus iuſtos liberos ex vera vxore genitos, l. cum quis, C. de naturalibus liber. iuſtam vxorem omni legum perfecta ſolennitate ductam; iuſtum amorem apud Tibullum, immenſum & omnis cupidinis vires complectentem; ſic & Apuleius in Apologia II. Sciebat (inquit) inteſtati pueri legitimum magis quàm iuſtum hæredem ſic futurum; quod latè tum circa interpretationem legitimæ hæreditatis apud Vlpianum, lib. ij. ad l. Iuliam Papiam, tum in iuſto pacto explicando, lib. Paradox. 4. cap. 7. abunde proſequitur; Si autem autoritates perpendantur tantorum virorum dicta, ſententiæque non diſſident, nam iuſtum prælium pro pleno intelligunt, in quo nihil ratione aliqua deſit, nihil mancum aut imperfectum inſit, ſed in vniuerſum ſuis (vt ita dixerim) numero ponderе, menſuraque conſiſtat, ſua etiam ſubſtantia propriaque definitione quadret; Nec nouum eſt dictionem iſtam ad varias ſignificationes conuerti, vt Moderniores in declaranda iuſta teſtātis ſententia in definitione teſtamenti anxiè laborant; Sed ſi emphaſim illam iuſtæ ſoboli applicauerimus, nunquam naturalibus tantum liberis æquabitur, cum ſint filij iuris illo calore vacui & inanes; Concludit tandem Budæus iuſtum, prout etiam Alciatus exiſtimat, Græcis pro omnibus numeris pleno obſeruari, & Galenus identidem vtitur, ἀκριβὶς διανοητικὰς libr. xiiij. Therapeut. Tranquillus in Claudio, Gladiato-

diatoria munera plurifaria, ac multiplicia exhibuit, Anniuerſarium in caſtris Prætorianis ſine venatione apparatuque, iuſtum atque legitimum in ſeptis ibidem extraordinarium, & breue dierumque paucorum: iuſtum & legitimum munus dixit, pro eo quod ex formula munerum dabatur, ideſt in quo nihil deerat prorſus, nec rerum, nec dierum, nec apparatus, γνγνόμενον id à Demoſthene dicitur, identidem & δίκαιον. ἐὰν δικαίαν τ' ἀν γνγνόμενον χάριν παρ' ἡμῶν κομίσασθαι. Ideſt iuſtam ac legitimam gratiam. Et γνγνόμενον τόκον, legitimam vſuram vocant. Et γνγνόμενον ἀργύριον ἀποδίδναι, probos & legitimos numos reddere, ideſt, δόκιμον. Herodot. in ij. Αἱ δὲ ἴκτον ὄργυιαι δίκαιαί εἰσι, ἴσον στάδιον ἑξάπλεθρον, iuſtam igitur hæreditatem dicimus, quæ pleniſſimo iure obuenit, ſeu omnis iuris efficacia aſpirante, & propterea quæ iure ſanguinis gentilitatisque defertur, l. 3. ff. pro ſocio, ea enim omni æquitate ſuggerente, & omni iure tam naturali quàm ciuili debita eſt. Vel ſi iuſtam ſobolem pro non iniqua nec improbata aſſumamus, & ſic pro iuridica ſobole, quis naturalium iuſtam ſobolem crediderit? Secundum hanc intelligentiam, iuſtam dixit Papinianus conuentionem, nudam adhuc comprehẽdens, in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact. iuſtam defenſionem, in l. miles, §. defuncto, ff. ad l. Iul. de adulter. Non videtur mihi confugere ea mulier (idem Papinianus) ad iuſtam defenſionem, quæ ætatem filij protendit ad eludendam legitimam accuſationem. En Martianus iuſtam libertatem vocat in l. qui pœnę, ff. de manumiſſ. Sed nec quidem illos (inquit) ad iuſtam libertatem peruenire Diuus Adrianus reſcripſit, qui ideo manumiſſi ſunt, vt crimini ſubtraherentur. iuſtum etiam dixit dominium Papinianus lib. 10. Quæſtionum, Paulus notat exceptionem iuſti dominij Publicianæ obijcendam eſſe, in l. pen. ff. de publican. Sic iuſtum pactum non pro veſtito (vt dicunt) ſed pro vero, nec iniquo aut improbato in l. Sthicum aut Pãphylum, §. naturalis, ff. de ſolut. interpretari cõuenit, cum illic dicat Iuriſconſ. naturalem obligationem, vt pecuniæ numeratione, ita iuſto pacto, vel iureiurando tolli, quia vinculum æquitatis quo ſolo ſuſtinebatur, conuentionis æquitate diſſoluitur, conſtet autem pacto etiam nudo id genus ſummoueri obligationis, ex Accurſio & alijs in l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. Denique ſi correlationem attendamus ad iuſtam vxorem, vtique non aliter intelligere oportet, nam quemadmodum iuſtum filium dicimus, qui omnes numeros iuris familiaris filialisque obtinet, ita iuſtam vxorem omni iure coniugij abſolutam interpretabimur πάντας ἐκπληροῦσαν γαμικοὺς παρὰλαβοῦσαν χαρακτῆρας.

Quid tandem in tanta opinionum varietate concludendum erit? certè vnius diſpoſitionis
71 vnus † debet eſſe intellectus non autem plures, vt Iuriſconſ. Paulus libro 14. Quæſtionum inquit: intellectus enim à ratione mentęque ſumitur, non à verborum cortice, l. ſcire leges, de legib. Vnde dicit ibi Baldus, quòd veritas eius, quod multipliciter intelligitur, ignoratur: idęque ex Boetij autoritate ſcripſit, in l. data opera, colum. 14. C. qui accuſ. non poſſ. Proinde omiſſis Decij ac nonnullorum intelligẽtijs, quas improbatas reperi: Vndecimus dictorum iurium intellectus, diuerſitatisque ratio ſic fortaſ-
72 ſe deduci poſſet: conſiderando, † quòd quamuis dicti §. cum autem, diſpoſitio, pro huius Papiniani reſponſi interpretatione ſenſuque promulgata, illa nitatur ratione, quòd plus dictum fuerit & minus ſcriptum, iuris tamen mixta ratione, intrinſeca etiam virtute quadam proceſſit: cum autem lex honeſta ſecundum naturam conſuetudinemque eſſe debeat, cap. erit, 14. diſtinct. Corn. optimè declarans, conſ. 73. Quamuis, numero quinto, libro quarto, dubium non videtur ſui honeſtatem media iuris prudentia attendiſſe, reſpexiſſeque, cum commune ſit præceptum virorum prudentium conſultum: ipſamque honeſtatem primum indixit text. in §. iuris præcepta, de iuſtit. & iur. ſit etiam correctio voluntariorum, & non voluntariorum peccatorum, ciuitatis autem diſpoſitio communis, ex ſummi Oratoris Demoſthenis definitione apud Martianum Iuriſconſultum libro primo Inſtitutionum: Quæ quidem honeſtas, vel
73 maximè circa coniugia ac matrimonia † verſatur, l. ſemper, ff. de rit. nupt. & circa bonos mores, l. ſcire oportet, §. pen. & fin. ff. de tut. & curat. datis ab his, licet igitur in progenitis filijs naturalibus circa modum ſtatutum inſtitutis, atque grauatis extenſione quadam ſi ſine liberis tacitam conditionem Imperator humanitatis intuitu tanquam inſtitutione prædilectis edixerit, ad commodum tamen naſciturorum nec aliter editorum nepotum naturalium ex naturalibus liberis, exquiſita ratione noluit eandem conditionem ſubintelligi, ad iuſtam naturalium inſtitutorum grauatorum ſobolem eius diſpoſitionem benignamque interpretationem coarctando: ne inquam ad illicitos complexus, homines lex ſancta & honeſta prouocaret, non editisque naturalibus fauorabilem diſpoſitionem præpararet, cum nimis indignum ſit ni-
74 mis item impium flagitijs præſidia † quærere, vt petulantiæ ſeruire liceat, l. legem Anaſthaſij, in fin. C. de naturalib. liber.

Nam ſi naturalibus liberis relinqui quantum voluerint, ideo leges prohibuerunt, quia vitium paternum refrenandum eſſe exiſtimarunt, quanto fortius non editis, ſed naſciturís naturalibus nepotibus ex naturalibus

item

item liberis,vt à concubinatu homines retrahã tur, potius quàm(ſicuti eſt dictum) iuris fauoribus incitentur relinquendi libertas auferenda eſt ? Propterea in nepotibus iuxta propoſitas ab eodẽ Imperatore ſpecies in l.fin.in prin. C. de naturalib. liber. vtputa in naturali ex iuſto filio nepote, item in legitimo ex naturali filio nulla legitima ſobole ſubſiſtente nõ eadem obſeruatio attendenda erit,cum de vitio paterno refrenando minimè agatur; plurimum igitur lucis ac claritatis dictam l. fin. Imperatoriæ interpretationi dicti §.cum autem, tribuere dixerim, ſi legum conſonantiam & harmoniã expendere libuerit; creſcit certè culpa nutrita fauoribus.

Concludendum eſt itaque naturales ex gra-
75 uato ſuſceptos† in hac tacita conditione non comprehendi ad ſubſtituti excluſionem, prioremque Petri,Cyni,Dyni, Raynerij, Richardi,Franciſci de Ramponibus, Nicolai de Neapoli, ac aliorum præcitatorum opinionem veriorem eſſe,ex text.in d.§.cum autem,ibi,Et nõ aliter ſubſtitutione locum accipiente niſi ipſi liberi ſine iuſta ſobole deceſſerint; qui quidem textus euitari non poteſt, vt ab eadem ſententia iudicando, conſulendoque recedendum nõ ſit, quemadmodum ſcribit etiam Anton. Gomeſ.in dictis Comment.varijſque reſolut. iuris ciuilis Tom.1.d.cap.5.poſt num.39.verſic. Secunda principalis opinio eſt,fol.60. vbi & is de magis communi opinione atteſtatur, & verſic. Sed certè in puncto iuris. Nec obſtant interpretationes ad dictionem illam,iuſtos,nam ex quo ſtatim opponitur naturalibus, de legitimis & naturalibus neceſſario intelligitur : inquit text. Vt quod inter iuſtos liberos ſancitum eſt, hoc & in naturalibus filijs extendatur.

Quòd autem nulla ſit conformitas ſiue affinitas inter §. cum autem, & d. §. ſi quis rogatus, Imperator ſatis aperit, cum Papiniani reſponſum interpretetur,ad illudque extenſionem dirigat & reſtringat,dum inquit, Cum autem inuenimus excelſi ingenij Papinianum in huiuſmodi caſu,&c.vt terminos propoſiti caſus egredi non poſſit : quicquid in contrarium nouiſſimè dixerit Emanuel Coſta in rep.c. ſi pater, in 1.part.in verb.Si abſque liberis, ante num.41. de teſtamen. in 6.vultnanque reſpondendo ad text.in d.§. cum autem, in illis verbis, Iuſta ſobole, quòd eadem verba regulam generalẽ denotent & ſignificent,quæ habet quòd filius naturalis non facit deficere conditionem ſi ſine liberis, ſiue ſcriptam à teſtatore,ſiue à lege ſubintellectam; Vnde(inquit)in vtraque conditione ſalua manere debet exceptio ſi concurrat aliqua coniectura dicti §.ſi quis rogatus,remittẽs ſe ad ea quæ iam ſcripſerat in rep. §. & quid ſi tantum,l. Gallus, ff. de liber. & poſthum. in 5. part.num.77. Nam hæc Emanuelis viri doctiſſimi aſſertio, eſt contra communes cõcluſiones in vtraque conditione,à quibus receptis ſentẽtijs non eſt in reſponſis & iudicijs abſtinẽdum, Vt dixerit proinde Ang.de Aret. in tract. de teſtam.gloſ.79. ante nu.9. prædictam concluſionem procedere etiam ſi teſtator ipſe naturalis fuerit,quod perpetuò notandum eſt.

Ex prædictis Socinus hic,col.35.nu.66.nouiter difficultatem proponebat,Nũquid diſpoſitio d.§. cum autem, de patre loquens,ibi, In qua pater filio,& in text.ibi,Si ſunt inſtituti vſque ad modum, in filia grauata à matre ſibi locum vendicet; in qua quidem difficultate primo aſpectu negatiuè reſpondendum fore videretur, nam matri naturales in totum ſuccedebant,Inſtit.ad Orfic.in fin.& quamuis in patre vitium notetur,d.l.fin.C.de naturalib.liber.tamen in fœmina non dicitur conſuetudo illicita coitus concubinatus, etiam in perſona illuſtri, ſibique naturales filij ſimul cum legitimis ſuccedunt,caſus eſt,in l. ſi qua illuſtris, C. ad Orfic. Vnde cum legitimis & naturalibus exequentur,ex licitaque conſuetudine nati dicantur, vt ibi tex.aperit, ideo in eis militat ratio d.§.cum autem,& ſic ex tacita conditione ad excluſionẽ ſubſtituti includuntur.

Sed contrarium eſt concludendum,quòd di-
76 cta communis concluſio,† vt in patre,ſic in matre filias grauante procedat,hancque concluſionem tenent nuncupatim in tacita hac conditione loquentes gloſ.Cyn. Odofred. & Raph. Fulgoſ.in d.§.cum autem, Bart. Io. de Imol. & Rapha. Cuma. in hac lege, vbi Socin.ſen.col.35. circa medium,ſub d.num.66.verſ.Sed iſta concluſio non videtur vera, ac etiam Franciſ. Rip. in d.l.ex facto,§.ſi quis rogatus, ante num.28. verſ.Item ſequeretur,ad Trebell. vbi etiam Angel.& Io.de Imol.Hieronym. Zanch. qui videtur de communi opinione fidem facere, in l.hæredes mei,§.cum ita,num.1125.d.tit. Dec.in c. in præſentia, num.37. de probat. Io.Petr. Surdus,conſ.89.Antonius Bonfantus,nu.37.lib.1. Probatur vera ratione, atque lege; Primò pro ratione affertur, quia ſecundum mores noſtros magis eſt horrendum ac monſtruoſum naturales habere filios ex fœminis quàm ex maſculis; Vnde videtur incongruum voluntati teſtatoris quæ præcipuè inſpicitur,iuxt.not.in d.§.ſi quis rogatus, Ex hacque ratione Bart. in l. hæredibus,§.Titius,num.2.dtit.ad S. C. Trebell. dicit, quòd in expreſſa conditione ſi ſine liberis, naturalis ex filia non includitur iuxta diſtinctionem quæ fit in eod. §. ſi quis rogatus, in moribus enim noſtris,ac etiam in iure,non ſolum iu-
77 ſtitia attenditur,ſed honeſtas,ideo multa† ſunt quæ licet de ſui natura in lege iuſtitiæ mala non ſint,prohibentur tamen propter honeſtatem,c.

clerici

Digitized by Google

clerici officia, extr. de vit. & honeſt. cleri. ad hoc c. iuuenis, & c. ad audientiam, extr. de ſponſal. c. porro, 35. q. 3. Hinc in votis etiam honeſtas attenditur, c. magnæ, extr. de Voto, ibi, Quid deceat ſecundum honeſtatem, ac etiam in matrimonijs, in quibus non ſolũ quid liceat, ſed quid honeſtum ſit ſpectatur, l. ſemper, ff. de rit. nupt. ipſa ergo eccleſia præter alia impedimenta matrimonij, aliud impedimẽtum inuenit, quod iuſtitiam publicæ honeſtatis appellauit, nõ quod illud eſſet illicitum, ſed quia minus honeſtum illud fieri expreſſe prohibuit, c. in ſumma, 27. q. 1. vbi gloſ. & Archid. ac etiam Goffred. in d. c. ad audientiam. Sic propter honeſtatem non ſer-
78 uatam circa † exercitium dignitatis, priuilegiũ perditur dignitati conceſſum, l. 3. C. de curioſis, lib. 10. Luc. de Penn. in l. mulieres, num. 39. C. de incol. eod. lib. ſubdens, quòd caſtitas primũ principium, & fundamentum manifeſtum ſecũdum diuinas regulas omnium aliarum virtutũ eſt conſtituta, §. hæc autem de Deo, verſic. Nec ſi mulier, auth. quomod. oport. epiſc. & caſtitas ſeu pudicitia maximè mulieres ornat, §. quia verò eas, d. auth. lexque non luxuriantibus, ſed caſtè viuentibus poſita eſt, §. ſi autem confuſa, authen. de trient. & ſemiſſ. §. ſi verò effuſa, auth. quib. mod. natural. effic. ſui. Hinc Valerius, lib. 6. cap. 1. inquit, Vnde te virorum pariter ac fœminarum præcipuum fundamentum Pudicitia ĩnuocemꝰ tu enim priſca religione conſecratos focos Veſtæ incolis, Tu Capitolinæ Iunonis puluinaribus incubas, Tu palatij columen anguſtos penates, ſanctiſſimumque Iuliæ genitalem torum aſſidua ſtatione celebras, Tuo præſidio puerilis ætatis inſignia munita ſunt, Tui numinis reſpectu ſyncerus iuuẽtæ ſios permanet; Te cuſtode matronalis ſtola cenſetur, Ades igitur & cognoſce q̃ fieri ipſa voluiſti; Cuius quidem caſtitatis ſiue pudicitiæ cum Imperator amator ſit, quæ ſola poteſt hominũ animas Deo præſentare, §. 1. de lenonibus, coll. 2. non eſt admittendum aliter in d. §. cum autem, Imperatorem ſenſiſſe.

Lege Secundò, nam text. in d. l. generaliter, §. cum autem, in omnibus liberis ſiue ex maſculis, ſiue ex fœminis deſcendant generaliter loquitur: & expreſſius text. in d. l. cum acutiſſimi, nam ita demum conditio ſi ſine liberis deceſſerit ſubintelligitur, ſi grauatus cum iuſta ſobole decedat. Item naturalis etiam ex fœmina non excludit, quando dicta conditio exprimitur, vt per Bart. in d. l. hæredibus, §. Titius, num. 2. & ſtatim dicam: Vlterius vt Franciſc. Rip. in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ante num. 28. ſcripſit, ratio pietatis patri ac matri communis eſt, d. l. furioſæ matri, ff. de cur. fur. ſi igitur in patre pietatis ratio erga naturales non habetur; ergo nec in matre, vt per eum, dum Bartolomæi Socini Iuriſconſulti omnium conſenſu profundiſſimi, atque eminentiſſimi intellectum, graui ſupercilio reprobare ſubtiliter conabatur: ſed vbi ſubtilitatis ratio habenda eſt, ipſius Socini acumen ſubtilitatem, atque ingenium admirari veneratique nos oportet.

Secundus principalis eſt caſus, cũ in expreſſa conditione ſi ſine liberis verſamur: & quamuis de ſubintellecta conditione in his commentarijs ſcribere propoſuerim, non erit impertinens ad maiorem tacitæ conditionis reſpectu naturalium liberorum intelligentiam, atque declarationem, aliquid de naturalibus ipſis circa expreſſam cõditionem differere; antequam autem vlterius progrediar, inſpiciẽdum exiſtimo qui naturales liberi dicantur, & breuiter ac reſolutiuè procedendo, naturalium ſignificationem tripliciter ſumi concludendum eſt, Strictè
79 & legaliter, † tuncque naturalium appellatione ex concubina progeniti includuntur, ſcilicet q ſolutus ſit cum ſoluta, quòd domi ſit retenta in ſchemate cõcubinę, indubitatoque affectu, quæ etiam vnica ſit, §. ſi quis autem defunctus, auth. quib. mod. natural. effic. ſui, §. ſed hoc dicimus, auth. de trient. & ſemiſſ. l. pen. & fin. ff. de concubin. iunct. l. ſi quis officium, ff. de ritu nupt. & in ead. l. fin. gloſ. & Bart. rurſus gloſſ. in c. per venerabilem, in verb. Naturalibus, vbi Abb. col. 6. qui fil. ſint legitim. Specul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. col. 4. verſ. Et nota tria fore neceſſaria, Io. Andr. in addit. ad eundem Specul. in tit. qui fil. ſint legitim. circa princ. verſ. Scias ergo, Azo in Summa in rubr. C. de naturalib. liber. Bart. in l. ſi gener, num. 2. verſic. Dic quòd in materia noſtra, ff. de his quibus vt indign. & eſt alia gloſſ. not. in c. niſi cum pridem, in verb. Mãzeres, extra de renunc. Præpoſit. in c. lator, d. tit. qui fil. ſint legitim. Bald. in l. eam quam, num. 35. verſ. Denuò dubitatur, C. de fideicom. Ioan. Bapt. Caccialup. de S. Seuerin. in l. ſi qua illuſtris, nu. 29. & 30. vbi Hieronym. Cagno. num. 4. & 5. C. ad S. C. Orfic. Ang. Aretin. in §. nouiſſimè, ante num. 2. verſ. Sed imò tu dicas, Inſtit. eod. tit. Gulielm. de Benedict. in rep. c. Raynutius, in verb. Et vxorem nomine Adelaſiam, num. 667. 668. & 671. extr. de teſtam. Vbertin. Zuchard. in prælud. ad l. poſthumo, col. 9. num. 11. verſ. Præmitto qui dicantur, C. de bonor. poſſ. contratabul. Franciſc. Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, numer. 4. verſ. Naturales, ff. ad Trebell. Andr. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 5. num. 4. Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 9. num. 22. verſ. In quibus ſanè, Petr. Anton. de Petra, in tract. de fideicom. prohib. q. 11. num. 170. fol. 262. Anton. Gomez. in l. 9. Tauri, num. 1. Oldrad. conſ. 196. Factum tale eſt, quidam nobilis, in princ. verſ. Ad iſtam quæſtionem, Bald. conſ. 129. Factum proponi-

tur

tur in terminis,col.2.num.3.verſ. Circa ſecundum,lib.2.conſ.206.Caſus talis eſt,quidam A. colum.vlt.num.6. verſic. Tamen ſecundum iuris ciuilis ſeueritatem,lib.3.Ang.conſil.30.Super primo dico,colum.1.verſi.Quidam autem, conſ.191.Super puncto videtur, colum.1.verſ. Et ſi dicatur,conſ.223.Pro deciſione,colum.1. verſic. Si enim fuiſſet natus, Signorol. de Homod.conſ.221. Factum ſic ſe habet, colum.antepen. in princ. verſic. Redeundo ad primum, Alexand.conſ.60. Viſa legitimatione,colum.3. num.8.verſic.Nam præſuppoſito, lib.2.conſil. 164. Super eo dequo quæritur, num.5.verſic. Patet exemplum,lib.5.Corn. conſ.9.Memini, colum.3.num. 2. verſic. Sed aduertendum eſt, lib.4. Dec.conſ. 433. Viſa copia conſilij, num. 14.verſic.Propriè autem, Iaſ.conſil.51. Circa primum dubium, ante num.1. lib.3. Ludouic. Gozadin.conſ.21. Videtur dicendum,colum.4. num.23.& colum. pen. ſub num.35. Benedict. Capr.conſ.132.Et ſi viſo,ante num.5. Carolus Ruin.conſ.63.Quæritur vtrum legatum,col.2. num.6.libr.2.conſil. 88. Circa legitimationem Vincentij,num.6.& 7. vbi poſt Angelum, modum articulandi concubinatum affert, libro 3. conſ.109.Circa caſum,num.8.& 9.ac etiam infra,vbi dictam articulationem oſtendit, eodem vol.Celſus Hugo, conſil. 88. Tam eleganter & diſertè,num.27.verſic.Non omitto,Socin.iun. conſ.69.Pro dilucidatione,num.4.lib.1. Iacob. Philipp. Port.conſ.21. Nobilis quidam, num. 73.lib.1. Natta conſ.421. Eſt conſiderandum, num.3.lib.2.conſ. 623. In præſenti controuerſia,num.1.5.&7.lib.3.Auguſtin.Bero. conſilio 265.In cauſa ſpurietatis,num.2.4. & 18.libr.2. Hieronym.Gabriel. conſ. 29. Lucius Organtinus,colum.2.num.1.& 2. Iacob. Menoch. conſil.60. Longo ſtudio, num.3.lib.1. Io. Cephal. conſ.86.Magnificus Comes Ioan.Baptiſta,numero 77.verſic.Secundò conſidero, lib. 2.conſil. 364. Pro Magnifico Domino, num.20. lib. 3.Hippolyt.Riminald.conſ.540. D.Cæſar,numero 21.lib.5.Franciſc.Veggius,conſ.55.Quæritur in præſenti cauſa, num.1. Franciſcus Burſat. conſ. 62. Nullibi video, num.5.libro 1. nec præterierim Paulum de Caſtr. conſ. 467. Viſo dicto puncto, colum.3. in princ.verſic. Sed inſpecto iure ciuili,in nou. lib. 2. Et eſt text.in §. palam, in auth.quib.mod.natural.effic.legitim.

Cognito itaque quæ propriè ac legaliter cõcubina dicatur, conſequenter qui propriè naturales appellentur, liquido patebit: Vnde vltra
80 prædictos ad ſciendum† quæ ſit concubina,videre expedit Bald. conſil. 267. Ad euidentiam præmitto,in prin.lib.1. quod repetitum legitur, conſ.357.eiuſdem initij, in princ. lib.5.Io.Lopez in rep.rubr. extra de donat. inter vir. & vx. §.39.colum.4.num.14. verſ. Hucuſque,fol.50. Franciſc.Marzar.conſ.84.In hac cauſa,nu.9.& Gabrielem Palçot.in d.tract. de nothis ſpurijque fil.cap. 12. num.5. vbi concubinam declarans ita inquit:Eſt ergo mulier quæ vxoris loco ſine nuptijs domi retinetur, cum qua ſola quis eo affectu ſemper cohabitauerit, §. conſideremus,auth.de trient.& ſemiſſ. quam veluti vxorem apud ſe cuſtodierit,aluerit, §. ſi quis,auth. quibus mod.natural.effic.ſui, cum qua nec ſtuprum,nec inceſtus cadere potuerit, l. 1. §.1. de concubin. cui & fuerit denunciatum ſi ſit ingenuo loco nata, honeſtæque vitæ concubinam habitum iri,d.l. fin.de concubin. cum qua & is qui verſatur cœlebs omnino fuerit, l. 1. C.eod. tit. quòd ſi horum,vel vnum tantum deſit, dubium non eſt, nec illam concubinam,nec filios naturales appellari poſſe, ita poſt Albericum, & Grammaticum quos ibi citat concludens: Dumque Palçottus proteſtationem exigit, cũ eo ſentiunt Bald.in l.eam quam, num.35.C.de fideicom.Oldrad.d.conſil.196.Factum tale eſt, ante num.2. Corn.d.conſ.9.Memini,num.2.libro 4.Io.Lopez in d.rubr.de donat.inter vir.& vx.§.39.ſub num.14.verſ.Imò dicit lex, & verſ. Tamen debet interuenire,Natta conſ.421. Eſt conſiderandum,nu.14.lib.2.& conſ.623.In præſenti controuerſia,num.1.lib.3.

Latè autem,& ſecundum vulgarem loquendi conſuetudinem,omnes nati ex ſoluto,& ſolu
81 ta naturalium† appellatione intelliguntur, Io. And.in addit.ad Specul.tit.qui fil.ſint legitim. in prin.verſic.Scias ergo,& tit.de ſucceſſ.ab inteſt.in princ.verſic.Naturalis filius,Bald. conſ. 206.Caſus talis eſt,quidam A.col. fin.num. 6. verſic.Quid dicemus,lib.3.& d.conſ.129.Factũ proponitur in terminis,col.2.num.3.verſ. Alio modo,lib.2.Abb.in c.per venerabilem, colum. penul. poſt Anton.de Butr.col.36.d.tit.qui fil. ſint legitim.& in c. cum haberet, de eo qui duxit in matrim.quam poll.per adulter. Alexand. conſ.60. Viſa legitimatione,ante num.9.verſic. licet ſecundum Ioan.Andr.d.lib.2.Iaſ.conſ.51. Circa primum dubium,col.1.in fin.verſic. Confirmo per illud,& col.2.lib.3.Nicol. de Vbald. in tract.de ſucceſſ.ab inteſt.col.2. ad fin. Ludouic.de Sard.in tract. de legitimat. part.2.col.2. & 4.verſic.Quartò quæritur, Dec.conſ.155. Et diligenter,& pro tenui,colum.1.verſic.Et idem Baldus,conſ.433.Viſa copia conſilij, num.12. verſic.Et dicit Abbas,Aym.Crauett.conſ. 166. Licet plurimi,num.8.verſic.Sed ad iſtud reſpõdeo, Pariſ. conſ. 15. Circa præſentem conſultationem,num.56. verſic. Secundò obiectio poteſt tolli,lib.1.Socin.ſen.conſil. 47. In præſenti conſultatione,num.46.lib.4.Carol. Ruin.conſil.prælleg.88. Circa legitimationem Vincentij,num.3.verſic. Nam duobus modis, & num. 13.verſic. Quamuis ergo,hanc differentiam cõ-

ſtituens,

by Google

ſtituens,libro 3.Auguſtin.Bero.d.conſ.165.In cauſa ſpurietatis,num.4. verſic. Secundò iſtud confirmo,lib.2.& conſ.168. Tria ſunt, num.2. eod. vol. denique in c.in præſentia, num. 241. extra de prob.Gulielm.de Benedict. in d.rep.c. Raynutius,in verb. Et vxorem nomine Adelaſiam,nu.670.de teſtam.Didac.Couar. de ſponſalibus,& matrim.in 2.part.cap.8.ante num.3. verſic.Hoc ipſum conſuetudine,Petr. Placa Hiſpan.libro primo,epitom.delict.cap.41.numero quarto, in fin. Portius conſ. 105. Quia inter plura,num.40.lib.2.Hieronym.Gabriel.d.conſil.29.Lucius Organtinus, num.2. & 3. Natta conſ.623.In præſenti controuerſia, num.5.lib. 3.Iacob.Menoch.d.conſ.60. Longo ſtudio,numero tertio,libro primo,Franciſc. Burſat. præalleg.conſ.62. Nullibi video, numero ſexto,libro primo,Simon de Pretis in tract. de interpr. vlt.vol.in 2.dub.fol.2.numero 15.verſic.Idem probat, Includerentur enim ex ſerua geniti,l.ſi ex liberta, C.de liberali cauſa,l.ſi rogatus,§.matrimonij cauſa,ff.de manumiſſ.vindict.l.ſi quis ingenuam,in princ.ff. de captiu.& poſtlimin.reuerſis, Item ex aliena ancilla ſuſcepti, l. naturalis, in princ.iunct.1.gloſſ.ff.de præſcript. verb. alijque.

82 Hancque naturalium ſignificationem † ius Pontificium,canonumque æquitas admittit:eo nanque iure id tantum exigitur, vt naturalis filius quis dicatur, quòd ſit natus ex ijs parentibus, qui tempore conceptionis, vel natiuitatis matrimonium contrahere poterant,c.innotuit, de elect.c.tanta, qui fil.ſint legitim. Aym.Cravett.d.conſ.166. Licet plurimi, num.8. Didac. Toletan.in d.2.par.c.8.ante nu.3.verſ. Iure tamen Pontificum, Iacob. Menoch.d.conſil.60. Longo ſtudio,nu.4.lib.1.& ante iſtos Dec.conſil.155.Et diligenter,col.1.circa fin.verſ.Et iſta opinio,ac Iaſ.conſ.51.Circa primum dubium, col.2.verſ.Et quicquid rigor,lib.3.

Latiſſimè filius naturalis ad differentiam eius qui ſit ciuilis tantum conſtituitur,& hoc modo quicunque dicetur naturalis præter adoptiuum & ſpiritualem,vt voluit gloſ.in c.per venerabilem,in verb. Non naturalibus, d.tit.qui fil. ſint legitim. Natta conſ.623.In preſenti controuerſia,num.7.verſ.Poteſt etiam,lib.3.

83 Non impropriè etiam naturalem †accipi poſſe Gabriel Paleott.in d.tract. de noth. ſpurijsq. filijs,cap.12.num.9.& rurſus cap.37.nu.3.exiſtimauit, cum inquam pro iuſto filio ponitur, ſcilicet pro naturali & legitimo ſimul non naturali tantum,quod & apud bonos Latinos auctores ſæpiſſimè in hac ſignificatione reperitur, vt cum Suetonius in Tiberio inquit,Filiorum neque naturalem Druſum, neque adoptiuũ Germanicum patria charitate dilexit: & in iure etiã extat hoc eodem ſenſu gloſ. in l. quoties idem ſermo,ff.de regul. iur. Sicuti & naturalis pater pro vero & legitimo parente aſſumitur, l.ſi pater naturalis, de adopt.§.at hi, Inſtit. de hæredit.quæ ab inteſt.& §.ſed hodie,de adopt. Maximè autem cum leges de adoptiuis qui legitimi tantum vocantur,& alijs iuſtis filijs loqui volunt, ſemper ferè naturales hi ſimpliciter appellantur,l.non poteſt,d. tit. de adopt.l.1.§.ſuos, de ſuis & legitim.l.1.in princ.de bonor.poſſ.cõtratabul.§.minus, Inſtit. d. tit. de hæredit. quæ ab inteſt. Hincque Palçottus Pauli Iuriſconſ. reſponſum in l.1.de vulg.& pupil. ſubtiliter enodaſſe profitetur.

His igitur ſuccinctè prænotatis,in hoc ſecundo caſu diſtinguendum eſt,duos alios caſus cõſiderando: Primus eſt, cum ſumus in naturalibus ex liberis perſonis progenitis,& in hoc duę ſunt principales Scribentium opiniones, Prima eſt, quòd naturales tantum liberi ſubſtitu-
84 tum ſub expreſſa† ſi ſine liberis deceſſerit conditione, excludant,quam ſequuntur, Bar.num. 2. Alexand.num.5.in fin. Claud.de Seyſell.numero 2.Franciſc.Rip.num.10.& cæteri communiter, in l.ex facto, §. ſi quis rogatus, il 1. ff. ad Trebell.gloſ.in cap. Raynaldus, in verb.legitimè,de teſtam.in 6.in cap.in præſentia, in verb. Sine liberis, vbi Abb. & Felin. numero 21. ac etiam Dec. num. 31. verſic. Quantum verò ad quęſtionem,extra de probat.Ioan.Andr.in eodem c.Raynaldus,col.6.in gloſ. Videtur etiam gloſſ.in 3. ſolut.Petr. Rayner. de Forliu. Bald. Angel. Franciſcus de Ramponibus, Nicol. de Neap.Salic. poſt num.2. Paulus de Caſtr. verſic. Vnde poterat intelligi, Iaſ.numero quarto, Iacobin.de S.Georg.Corn.numero quarto,verſic.Si volumus,& alij communiter, in d.l.generaliter,§.cum autem,C.de inſtit.& ſubſtit. Angel. in l. hæredibus, §. Titius, in princ.d.tit. ad Trebell. Dec.in l.precibus,ante num.12.verſic. Et pro iſta differentia,C. de impub.& alijs ſubſtit.Lancell. Galiaul.in l. centurio, num.12.ff. de vulg. & pupill.ſubſtit.Andreas Tiraquellus in tract.de legibus connub.l.1.numero 45.& in rep.l.ſi vnquam,in verb.Suſceperit liberos,numero 120.verſic.Sed ita res habet, C. de reuocan.donat.Dyn.conſ.6. Ex teſtamento, verſic. Tertia dubitatio,in fin. Bart.conſil.229.Statuto cauetur,columna prima, circa medium,verſic. Item in quibuſdam caſibus, Alex.conſ.94. Conſideratis his, num.1.verſ. Secundò probatur,lib.1.conſ.185.Viſo titulo quæſtionis,poſt num.20.verſ. Tertiodecimo non obſtat, lib.2. Petr.de Anch.conſ.187. Apud me quæſtio iſta, in prin.verſ. Et hoc etiam dicunt iura,Franciſc. Aret.conſ.155.Periculoſum,col.6. ante verſic. Et pro iſta differentia,Curt.ſen.conſ.45. Sæpè reuoluta narratione, ſub numero 2. in fin. verſic. Hanc etiam opinionem ſequi videtur Soc.

ſcn.conſil.182. Licet filia fœmina,numero primo, vbi magis communem opinionem eſſe dicit,libro 2.Corn.conſ.197.Circa primum conſultationis articulum,columna quinta,numero tertio,verſic.Tamen excludunt ſubſtitutum,libro 1.conſ. 22. In hac conſultatione, numero duodecimo,colum.5.libro ſecundo,conſ. 131, Videtur prima facie dicendum, colum.2.num. quinto,verſic. Tamen naturales, conſ.1. Circa primum,num.30.lib.4.Benedict. Capr. conſil. 132. Etſi viſa,numero quinto, verſic. Cum regulariter, Iaſ.conſ.39. In præſenti conſultatione,colum.4.circa med.verſic. Secundò reſpondetur,lib.3.Dec. conſ.1. Memini me aliàs, col. pen.ſub num.2.in fin.numero 8. conſ.412. Viſo eleganti conſilio,num.8. & conſil.433. Viſa copia conſilij,num. 17. verſic. Et ideo licet naturales,Pariſ.conſ.14. Cum in facto, num. 21. verſic.Si enim,lib.2.Socin.iun.conſ.154. In caſu occurrenti,numero tertio,lib.ſecundo, Vdalric.Zaſ.in tract. ſubſtit.in fin.Pet.Duen.in reg. 352. incip. Filij naturales, Iul.Ferrett. in tract. de iuſt.& iniuſt.bell.numero 13.fol.26. Sfortia Odd.in tract. de compend.ſubſtit.partic.6. An naturales tantum, concl. 1. fol. 205. Alexand. Trentacinq. & is in ſuo celebri tract. ſubſtit. parte 5.cap.7. ante numerum 29. de communi opinione atteſtans, fol. 144. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ.§. 26. numero ſecundo, verſic. Denique,Franciſcus Mantic. in tract. de coniect. vltim.vol.libro vndecimo, tit.9. num.2. Bernardin.Alfan.collect.iuris 66.ad §.ſi quis rogatus, Ioan. Crot. conſ.17.Teſtator, num.23. verſic. Patet quia quando conditio,Ioan. Cephal.conſil.306.Conſultatio frequens eſt, num.10.verſic. Et ſi filius,lib.3.conſ.591.Arbitror ego,numero quarto,& 6.lib.4. & rurſus conſ.188. D. Ambroſius,colum.4.num.18.lib.2.Gabriel Palcott. in d. tract. de noth. ſpurijsque filijs, cap. 34.numero 4.verſic. Vnde in hoc, Ioan. Petr. Surd.conſ.89. Antonius Bonfantus, num.36. Andreas Alciat. in l. cognoſcere,§. liberorum, in verb.Sui iuris,ff. de verborum ſignif. Hieronym.Zanch. de communi opinione atteſtans, in l.hæredes mei,§. cum ita, num.1120. in fin. verſic.Non obſtant notata,ff.ad S. C. Trebell. Petr.Anton.de Petr.in tract. de fideicom. prohib.q.11.num. 194. fol. 264. Michael Craſſus in lib. ſentent.§.fideicommiſſum, q.37. numero ſecundo,verſic.Secundo caſu,vbi magis cõmunem opinionem eſſe affirmat: receptamque inſuper opinionem eſſe dixerunt, Alexan.in d. l.ex facto,§.ſi quis rogatus,1.num. ſexto, Dec. in d.cap.in præſentia, Odd. d. concluſ. 1. in 6. parte,& Ioan.Coraſ. in loco ſtatim allegando, vbi teſtatur ab omnibus (licet ipſe contradixerit)receptam eſſe.

Probatur hæc communis imò crebrior concluſio ex text. in d.l.ex facto,§. ſi quis rogatus, ad Trebell. ibi enim Vlpianus expreſſe dicit, Si quis rogatus fuerit, vt ſi ſine liberis deceſſerit reſtituat hæreditatem, Papinianus libr. 18. reſponſorum ſcribit,etiam naturalem filium efficere,vt deficiat conditio:& in libertino,eodẽque colliberto hoc ſcribit.

85 Huic textui † qui plurimum in hac quæſtione negocium facit, ſi contrarium ſuſtinere vellemus,poſſet Primò reſponderi,præſupponendo reſponſum,quod in ipſa,l.ex facto,§. ſi quis rogatus,ab Vlpiano refertur, eſſe §.volo,l. cum pater,ff. de leg. 2. nam & eius verba referuntur in eadem l.cum pater,cum ſuis §§.ex lib. 8. reſponſorum Papiniani deducta, argum.ipſius l. cum pater,§. hæreditatem, j. & l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ij. Ergo quemadmodum in d. §. volo, filius naturalis ex voluntate ſubſtitutum excluſit,voluntatem autem colligit Papinianus ex eo quòd naturalis filius collibertus patris ad prędiorum legatum inter liberos à teſtatore fuerat admiſſus, Sic etiam in d. §.ſi quis rogatus, oportet interpretari, quòd idem Papiniani reſponſum eodem ſenſu referatur, vt ad coniecturam voluntatis oporteat naturalium ſucceſſionem reſtringere,quemadmodum Emanuel Coſta ſic dicta iura multis verbis interpretando fuit arbitratus.

Et quamuis pro defenſione Ioan. Coraſij dixerim,diſpoſitionem dicti §.ſi quis rogatus,reſpectu libertini, collibertique ampliatiuè procedere, ſi tamen ille contextus rectè ponderetur,magis fortaſſe declaratiuè loquitur,vt in illo tantum caſu Papinianus reſponderit ſcripſeritque,quemadmodum verba manifeſtiſſimè indicare videntur: cumque in libertino colliberto que coniectura voluntatis deducatur, ad coniecturale genus tota illa lex in §.ſi quis rogatus, reducenda eſt, prout omnia ex coniectura non ſolum voluntatis abſolutè in caſu Papiniani,verum etiam dignitatis, conditionisque eius qui fideicommiſit Vlpianus,ibi interpretatur: non enim plus in referente,quàm in relato ineſſe videtur,arg.text.in §.fin.auth.de fil.ante dotal.inſtrum.nat.& ita videtur ſenſiſſe Dec.in d.cap.in præſentia,ſub num.31.verſ.Sed tamen iſta communis concluſio.

Secundò(vt dicebam)quamuis Vlpianus reſponſum illud Aemilij Pauli retulerit, ei tamen non ſe ſubſcripſit, vt conſtat ex illa aduerſatiua autem, cumque totum ex voluntate pendere ſcripſerit, quinimò voluntatis quæſtionem eſſe, nihil certi afferre voluit, nec aliquid in concreto deducere, vt fruſtra abſoluta opinio affirmatiua, vel negatiua conſtituatur, cum in ſtatu coniecturali totum repoſitum fuerit, ac conſtitutum.

Altera ſuperiori contraria eſt opinio, q imò natu-

86 naturales † ſubſtitutum ſub expreſſa cõditione ſi ſine liberis deceſſerit regulariter nequaquam excludant, Azo, Odofred. Accurſius, Iacob. Butrigarius, Cynus, Alberic. de Roſate, numero certio, Ioan. Fabri, & Bart. ita tenent in d.l. generaliter, §. cum autem, Hoſtienſ. in cap. Raynutius, colum. 4. in verb. Si abſque liberis, de teſtamen. Accurſ. in d. §. ſi quis rogatus, & in d.l. Lucius, §. fin. de leg. 2. Bald. in Margarita, in verb. Filius, numero 24. Ludouic. de Sard. in tract. de legitim. natural. 2. part. cap. de appell. natural. in 4. quæſt. num. 6. Ioan. Coraſ. lib. Miſcellan. 1. cap. 7. incip. Quæſitum eſt, num. 4. Auguſtinus Bero. in d. cap. in præſentia, num. 235. extra de probat. Emanuel Coſta in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ſub num. 78. verſ. Sed tamen ſuperior regula, de liber. & poſthum. dicens hanc opinionem validioribus inniti argumentis, præſtantesque auctores numero ac pondere habere, quem ſequitur Antonin. Teſſaur. in deciſionibus Senatus Pedemontani, deciſ. 196. Teſtator vocauit, numero ſexto, verſic. Nec obſtat, quòd naturales, dicens hanc opinionem habere authorem Azonem, & alios antiquos, vt per eum.

Mouentur Primò, nam ſecundum propriam verborum ſignificationem, liberorum verbo ſo
87 li † legitimi & naturales qui ex iuſto liberoque matrimonio nati ſint includuntur, l. filium eum definimus, ff. de his qui ſui ſunt, vel alieni iur. c. fin. 32. quæſt. 4. §. legitim. auth. quibus mod. natural. effic. ſui, Iaſ. in d.l. ſi is qui pro emptore, numero 256. ff. de vſucap. Antonius Capyc. de ciſ. 194. In cauſa Toragliorum, numero ſecundo, vt & verbo patris, quo pater iuſtus non itẽ naturalis accipiendus eſt, l. tertia, C. ad l. Iul. de adulter. Cum igitur in propoſito conditionaliter liberorum fiat mentio, de legitimis ac naturalibus intelligere oportet qui propriè filij ſunt non de naturalibus tantum, vulgo enim traditum eſt conditiones propriè, & in forma ſpecifica implendas intelligendasque eſſe, l. qui hæredi, & l. Mæuius, hoc tit. Bart. in auth. matri & auiæ, numero vndecimo, C. quand. mul. tutel. offic. fung. pot. Iaſ. in l. quarta, §. Cato, num. 39. ff. de verborum oblig. in l. hæc verba, num. 54. de leg. 1.

Quando inquam (vt hic) conditiones volun-
88 tariæ † ſunt, vt poſt Bart. in l. Lucius, hoc eod. tit. tradunt Dec. conſil. 11. Et pro tenui, colum. pen. in princ. ſub num. 19. & Marc. Mantua conſil. 47. Fuit aliàs, numero decimoſeptimo. Vnde ſi in minimo conditionalis diſpoſitio deficiat penitus deſtruitur, gloſſ. in l. res bona fide, ff. de contrah. empt. Bald. in rubr. C. eod. in 9. q. Oldrad. conſilio 29. De rigore iuris, Ang. conſilio 172. Ex iſto dubio, in 2. quæſt. Hinc con-
89 ditionis verba per prius non per poſterius † intelligenda ſunt, Socin. in d.l. qui hæredi, Ludouicus Gozadin. conſ. 40. In cauſa Hebræorum, numero decimotertio, vbi ſubdit conditionem per dictionem, ſi, expreſſam, cauſam finalem importare, poſt Bartol. in l. 2. §. fin. ff. de donat. Iaſ. in d.l. ſi is qui pro emptore, num. 44.

Sed communi opinioni inhærendo, hæc ratio ex Scribentium intẽtione ita ſubmoueri poteſt, ſcilicet in conditionibus mentem prædominari, l. in conditionibus, hoc tit. mentem autem eſſe, quòd liberi ſucceſſibiles ſubſtitutum excludant, l. filiusfamilias, §. cum quis, vbi gloſ. ff. de leg. primo. Et ſi diceretur, quòd naturales iſto iure filijs naturalibus, & legitimis non extantibus non ſuccedunt niſi in tribus vncijs, l. humanitatis, C. de naturalibus liber. fatentur id Doctores, ſed hoc ſolum ſufficit ad excluſionem ſubſtituti, ne voluntas defuncti ſcindi contingat, argum. l. ius noſtrum, ff. de regulis iuris.

Secundò ex text. in l. Lucius, ij. §. final. ff. de leg. ſecundo, vbi cum quis Damæ & Pamphilæ quos teſtamento manumiſerat fundum dediſſet, ita vt poſt mortem ſuam filijs ſuis reſtitueret, ſenſit Scæuola regulariter fideicommiſſum non deberi naturalibus quos poſtea ſuſcepiſſent, vt Claudius Saturninus in fine videtur interpretari, cum filiorum appellatione crediderit in ea ſpecie naturales liberos, ideſt ſuſceptos in ſeruitute contineri: Fortaſſis & Scæuola eo quoque argumento præcipuè motus eſt, vt Pamphilam naturalem filiam ad fideicommiſſum admitteret, quoniam teſtator eodem teſtamento rogauerat hæredes ſuos, vt Pamphilam manumitterent, quæ filia naturalis erat Pamphili, arg. d. §. ſi quis rogatus, ibi, Ex voluntate: faciuntque verba eiuſdem §. fin. ibi, Reſpõdi ex his quæ proponerentur, quod ſubtiliter ſenſit Raphael Fulgoſ. in d.l. generaliter, §. cum autem, dum textum in d.l. Lucius, §. fin. allegaſſe intuemur.

90 Scæuolæ hoc reſponſum euitari poteſt † conſiderando, ideo Claudium huiuſmodi expoſitionem ibi notaſſe, quia maius dubium de natis in ſeruitute videbatur, cum inter ſeruos prohibitum ſit matrimonium, ac etiam inter liberum & ſeruam, l. cum ancillis, C. de inceſt. nup. concubinatus etiam præterquam cum patrono interdictus ſit, l. fin. C. commun. de manumiſſ. inter liberos autem concubinatus permiſſus reperitur, ſupra de concubin. per totum, maior ergo ratio dubitandi in naturalibus conceptis in ſeruitute, quàm in naturalibus liberis in concubinatu conceptis verſari videtur, non mirum itaque ſi Claudius & Scæuola appellatione filiorum, & naturales liberos, ideſt in ſeruitute conceptos contineri crediderunt.

Vltimò inducitur alius text. in l. fin. ff. de naturalib. liber. vbi Labeo Iuriſconſ. in conditione intellexit, filij appellatione non contineri naturalem: Quòd ſi ab eius ſententia Iabolenus receſſit opinionem Trebatij comprobando, ita videtur interpretandum, vt in ea ſpecie receſſerit, videlicet propter ſingularem voluntatis cõiecturam, quam fecit ex eo, quòd eundem libertinum filium pater hæredem inſtituerat, vti Abbas in d. cap. in præſentia, numero 17. credidit.

Quamuis autem negari nequeat, hunc textum plurimum vrgere, maximamque vim facere, poſſet nihilominus diſputando ſic non incõ-
91 gruè † fortaſſe reſponderi, ideo inquam Iabolenum Iuriſconſul. ſententiam Trebatij contra Labeonem probaſſe, ſi tamen teſtatorem de illo filio locutum eſſe appareret, quia etſi libertinus filij appellatione contineatur, tamen propter verba teſtatoris, ex quibus videbatur de vero filio ſenſiſſe, vt Labeo opinabatur, tunc demum Trebatij ſententiam ſequitur, ſi ita ſenſiſſe appareat, non obſtante regula à Trebatio allegata, cui non contrariatur, ſed cum verba obſcuritatem quandam continerent, quæ tantæ efficaciæ fuit, vt Labeonem vacillantem reddiderit, & proinde opinantem tunc verum filium exigi, meritò decreuit, coniectura voluntatis opus eſſe, indicante de illo filio locutum fuiſſe, & quæ aliam coniecturam cui Labeo innitebatur elideret, Et quis rogo ſuper illo themate non titubaſſet? teſtator enim libertinum habens, hæredem eum inſtituerat, deinde dixerat, Si mihi filius nullus erit, qui in ſuam tutelam veniat, tunc Dama ſeruus liber eſto: Labeo inde coniecturam deſumebat, cum inſtituto Pamphilo, in conditione ipſum non nominauerat, dicendo Si mihi filius nullus erit, veluti de Pamphilo non intelligeret, & tamen filius erat, ſubdendo poſtmodum, Qui in ſuam tutelam veniat, de eodem multo minus ſenſiſſe videbatur, erat enim in pupillari ætate cõſtitutus, & ſic filius atque pupillus, & tamen nec nomine, nec ætate ipſum in conditione deſignauerat indeterminatè atque indefinitè loquẽdo, vt ibi, Et iſte (ni fallor) dicti contextus germanus ſenſus mihi videtur.

In hac difficultate, opinionumque contrarie-
92 tate, à priori ſententia † nullo modo recedendum conſulendo aut iudicando arbitrarer, cum non ſolum communis, ſed receptiſſima ſit Doctorum legentium, ac de iure reſpondentium concluſio, quàm vltra præcitatos ſequuntur, Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. libro vndecimo, tit. 9. in princ. & ante numerum quintum, verſic. Stat ergo regula, & Anton. Gomeſ. in commentar. varijsque reſolut. iuris ciuilis, tom. 1. cap. quinto, de fideicom. ſub ſtit. num. 40. verſic. Secunda principalis opinio eſt, fol. 60. vbi de magis communi opinione is etiam fidem facit, & infra verſicul. Sed certè, ſubdit ſe etiam in puncto iuris idem intrepidè ſentire: Et certè ex dicta l. ex facto, §. ſi quis rogatus, dubio procul ſecundum eius veram intelligentiam hæc concluſio deducitur, cuius quidem reſponſi claritas atque ſplendor, ſublatis quibuſdam contradicentium nubeculis atque vaporibus, clarius ſplendet, lucentesque radios emittit.

Sed tamen multas notabiles recipit declarationes, reſtringitur enim niſi aliud ex volunta-
93 te teſtatoris † colligatur, d. §. ſi quis rogatus, ſique hoc teſtator expreſſerit, voluntati *ipſius* teſtantis ſtandum erit, ex iuribus allegatis, *ibi*, in princ. gloſſ. magnæ, & tradit Paulus de Caſtr. ante numerum quintum, verſic. Recollige hanc materiam, vbi magiſtraliter loquitur, ceſſat enim tunc omnis dubitatio, l. *ille* aut *ille*, §. cum in verbis, de leg. 3. Si autem non expreſſit, voluntas hæc ex varijs coniecturis deſumi poterit: Prima quidem eſt, ſi teſtator qui fideicom-
94 miſit in dignitate fuerit † conſtitutus, gloſſ. in verb. Ex voluntate, circa princ. in d. §. ſi quis rogatus, ibidemque Bart. numero primo, annotauit, reprobata opinione Iacobi de Aret. quem ipſe refert, vbi etiam idem concludunt, Alexand. numero ſexto, poſt Angelum, Paulus de Caſtr. ſub numero ſexto, verſic. Quia conſtitutus in dignitate, Vincen. Herculan. columna ſecunda, verſic. Et primò, & Franciſcus Rip. numero 16. verſic. Primò vt non procedat, turſus gloſſ. in verb. Sobole, Bart. numero ſecundo, Alberic. de Roſate, numer. quinto, & Salic. columna ſecunda, verſic. Cum quæritur, in d. l. generaliter, §. cum autem, Dec. poſt Abb. in d. cap. in præſentia, num. 111. verſic. Secundò limitatur, extra de probat. vbi Auguſtin. Bero. numero 277. & Pariſ. numero quadrageſimoquinto, Dyn. conſilio ſexto, Ex teſtamento, verſic. Tertia dubitatio, in fin. Andreas Tiraquell. in tract. de legibus connubialibus, l. 1. numero 45. Alexand. conſilio 2. Viſis codicillis, columna ſecunda, verſic. Vndecimò probatur, ante num. 5. conſil. 94. Conſideratis his, quæ in themate narrantur, colum. 2. num. 1. verſic. Secundò probatur, libro primo, conſ. 60. Viſa legitimatione facta, colum. 2. num. 5. & 6. lib. 2. & cõſil. 121. Viſo themate ſupraſcripto, col. 2. nu. 4. eod. vol. Benedict. Capr. conſ. 132. Et ſi viſo, columna ſecunda, num. 5. verſ. Cum regulariter, Socin. ſen. conſ. 86. Viſis, colum. 7. num. 13. verſic. Et iſto caſu procedunt, libr. 3. Carol. Ruin. conſ. 27. Viſis his quæ proponuntur, colum. 2. num. 6. verſic. Quia vbi teſtator eſt nobilis, lib. 1. & conſ. 36. In cauſa feudali, col. 3. ſub num. 7. verſic. Vbi idem dicitur, eod. vol. conſil. 161.

Viſo

Viſo themate cum dubijs præpoſitis, colum. 10. ſub nu. 23. lib. 2. Bartolomæus Cepoll. in tract. de Imper. milit. delig. in 3. q. incip. Nobilitatis etiam cauſa, verſic. Vigeſima quinta opinio, & infra in 29. priuileg. nobilit. Marinus Frecc. in tract. de ſubfeud. fol. 253. in 38. differ. inter feud. regal. & feud. nobilia. Stortia Oddus in tract. de compend. ſubſtit. particul. 6. tit. An naturales tantum, concluſ. 4. fol. 206. Alexand. Trentacinq. in tract. de ſubſtit. in 5. part. cap. ſeptimo, numero vigeſimonono, verſic. Supradicta concluſio, fol. 144. Franciſcus Mantic. in tract. de coniect. vltim. vol. libro vndecimo, tit. 9. numero quinto, verſic. Prima eſt, fol. 277. dicens hanc opinionem frequentiori Doctorum calculo receptam eſſe, poſt Caſtrenſem & Alexandrum quos ibi citat, & libro ſexto, tit. 10. numero tertio, verſic. Similiter ex perſona teſtatoris, Michael Craſſus in lib. ſentent. §. fideicommiſſum, num. 3. verſic. Quid autem: eandemque tenent Roland. de Vall. conſ. 67. D. Iacobus de Ramo, num. 3. verſic. Quia ſicut, libro tertio, & denique poſt Andream Barbat. Riminald. iun. Andream Alciat. Emanuelem Coſt. & alios multos quos allegat Iacobus Menoch. in tract. de præſumpt. in 2. part. lib. quarto, præſumpt. 78. numero 23. verſic. Prima itaque eſt coniectura.

Probatur primò in d. §. ſi quis rogatus, ibi ex conditione & dignitate eius qui fideicommiſit, vbi textus eſt apertus.

Secundò etiam facit pulchrè tex. in l. 1. §. quã uis, in verſ. Publicè, ff. de ventr. inſpic.

Publicè enim (illic Vlpianus inquit) intereſt, partus non ſubijci, vt ordinum dignitas, familiarumque ſalua ſit; ſic nanque non ſolum generis nobilitas ſeruatur & ordinum, ſed morum illa præſtantia in facie eminens, atque oris pro-
95 bitas, quæ ad nobilitatis perfectionem † plurimum confert, & quæ etiam dignitas appellari conſueuit: Pulchritudinis genera duo (inquit Cicero lib. Officiorum. 1.) vnum virile, quam dignitatem dicimus, alterum mulicbre, quam venuſtatem appellamus. in Oratore autem perfecto vtrunque coniunxit, Vultus verò (inquit) qui ſecundum vocem plurimum poteſt, quantam affert tum dignitatem tum venuſtatem? in quo cum effeceris, ne quid ineptum aut voluptuoſum ſit, tum oculorum eſt magna moderatio. Plinius in Panegyrico, Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris, nonne longè lateque principem oſtentant? Hi etenim naturales matrum prauitate ac vilitate ſæpe degeneres conſpiciuntur, nec morum ſplendorem, nec inſitam nobilitatis in facie maieſtatem retinent, quæ in illuſtribus atque nobilibus viris, qui vetuſta familiæ dignitate ſanguinisque nobilitate gloriantur maximum virtutis teſtimonium præſefert: Hinc Iuno apud Virgil. lib. primo, Aeneid. ſic Aeolum alloquebatur.

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ,
Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeiam,
Connubio iungam ſtabili, propriamque dicabo:
Omnes vt tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.

Tertiò congruit alius tex. in l. ſi qua illuſtris, C. ad S. C. Orfician. ibi, Cum in mulieribus ingenuis & illuſtribus quibus caſtitatis obſerua-
96 tio † præcipuum debitum eſt, nominari ſpurios, ſatis iniurioſum, ſatisque acerbum, & noſtris tẽporibus indignum eſſe iudicemus: & hanc legem ipſi pudicitiæ quam ſemper colendam cenſemus, meritò dedicamus.

Etſi cum Franciſ. Rip. in d. §. ſi quis rogatus, nu. 8. verſ. Sed tu conſidera, illum tex. oppoſitũ probare ac præſupponere, vult enim quòd naturales matri illuſtri ſuccedant, licet ſpurij ſint illuſtribus hominibus abominabiles: Stringitur adhuc fortius, ſi naturalis filius illuſtri mulieri ſuccedit, nec illi abominabilis eſt, à fortiori non erit maſculis illuſtribus abominabilis, probatur conſequentia, quia in fęmina maior caſtitas requiritur quàm in viro, maximè ſecundum mo-
97 rem & conſuetudinem † perſonarum, gloſſ. in l. palam, §. quæ in adulterio, ff. de ritu nupt. in mulieresque vitium carnis deteſtabilius cenſetur, quàm in viro, ſecundum Panorm. in c. paſtoralis, de iudic. ideo hæc ratio honeſtatis ex Franciſco Ripa periculoſa videtur.

98 Reſponderi poteſt Primò † in viris etiam illuſtribus maiorem honeſtatem requiri, ſicuti etiam in mulieribus, vt ex verbis textus dictæ l. ſi qua illuſtris, colligitur, vbi ſpurij ab earum ſucceſſione repelluntur, licet alijs matribus ſuccedant, §. fin. Inſtit. d. tit. ad S. C. Orfician. & quia illuſtribus caſtitatis ſiue pudicitiæ obſeruatio præcipua virtus habetur, vt in dicto contextu exprimitur, non mirum ſi id in maſculis illuſtribus etiam conſtituendum eſt.

Secundò negari poteſt, in d. l. ſi qua illuſtris, probari naturales aſpirare cum legitimis & naturalibus filijs poſſe ad ſucceſſionem mulieris ſiue concubinæ illuſtris, cũ in ſecunda parte textus, ibi, Sin autem, non de illuſtri cõcubina, ſed de illa quæ liberæ conditionis exiſtat, quicquid Accurſius arbitretur, dum exponit concubina, etiam illuſtris, loqui videatur.

Tertiò, nam ſi illorum omnium quæ ius ciuile inuexit honorum, dignitatum, gentilitatum, agnationum, & ſimilium rerum initia à patre
99 † ducuntur, qui nomina iſta omnia in domum ſuam affert, cuius ipſe eſt principium & caput, vt rectè antiqui Romani, rectè nos item qui nobilitatem auctori generis noſtri referimus
100 acceptam, cum ea non naturæ † ſit, ſed

iuris ciuilis, vnde Franciſcus Connanus, lib. 2. Commentariorum, cap. 11. num. 6. in Campanos inuehitur, qui nobilitatem etiã à matre ſibi aſſumunt, & arrogant; ergo multò magis maſculis illuſtribus quàm fœminis naturales erunt odibiles & abominabiles, ne ipſorum honores, dignitates, gentilitates, agnationes, & ſimilia, naturalium admixtione coinquinentur, ac obſcurentur. Cæterum quamuis dignitas atque nobilitas à patre nobili deſcendat non à matre, l. exemplo, C. de decur. lib. 10. l. nobiliores, de commerc. & mercat. lib. 11. l. liberos, in fin. ff. de ſenatorib. Bart. in l. 1. col. 7. verſic. Videndum eſt vtrum, C. de dignit. libro 12. Bartolomæus Caſſan. in cathal. glor. mund. part. 8. conſider. 8. colum. 1. verſic. Et quòd nobilitas, fol. 162. Tamen paternæ nobilitati ſi materna etiam adijciatur, ipſa paterna nobilitas ſplendidior, illu-
101 ſtrior, luculentior, † clariorque reddetur, ignobilitas autem minus obſcura, minusque abiecta propter matris nobilitatem, vt ſentit Bald. in l. fin. in fin. C. de ſeru. fugitiu. cum dicit, quòd non dicitur quis nobilis reſpectu generis materni, ſed paterni loquendo ſimpliciter, & præciſe, verum ſecundum quid vt ipſe loquitur, non eſt dubium, quòd omne compoſitum participat de forma & materia: quod voluit Andreas Tiraquell. in tract. de nobilit. cap. 18. numero 26. verſic. Sed vtcunque ſit, fol. 118. vbi Iacobum Aluarottum, Io. Lopez, Corſettum, Bonum de Curtili, & alios allegat, maximisque exemplis comprobat, quibus etiam conſentit Anton. de Padill. in l. naturalis, in princ. numero ſeptimo, verſic. Adde in Caſtellano hoc Principatu, ff. de præſcrip. verb. fol. 90. Quod in admiſſione militum in religionibus ſiue militijs nobilibus rectè obſeruatur, vt infra opportunius explicabo, dum de militibus S. Ioãnis Hieroſolymitani, alijsque aliarum militarum tractabimus; licet etiam Andr. Alciat. in l. familiæ, §. fœminarum, num. 2. ff. de verb. ſign. dixerit,
102 filio gentilitia matris inſignia gereret † conceſſum haud eſſe; id tamen de conſuetudine nonnullarum prouinciarum ac regnorum aliter obſeruari, tum in Hiſpania, vt Anton. Padill. in d. l. naturalis, ante num. 9. verſ. Quare nec gentilitia, teſtatur, tum etiam apud Italos, qui conſueuere arma gentilitia paterna atque materna inſimul colligare, clarè perſpicimus; Quod inter nobiles Patriæ meæ paſſim obſeruatur; Vt licere mihi videretur gẽtilitia arma, & inſignia Ca-
103 rolorum, † pauonem ſcilicet aureum in campo rubro cum galea tymbrata, & cum cimerio Aquilæ nigræ coronam geſtantis, quæ ſunt gentilitia inſignia, & arma matris meæ, ex perilluſtri familia Carolorum, quæ ſemper maxima nobilitate præfulſit, paternis antiquiſſimis armis inſignijsque gentilitijs in Samnio meæ familiæ de Ruſticis patritiæ maiorum gentium, lilio inquam aureo ſupra sbarrã auream in ſcuto cum campo azurro, & galea tymbrata, cimerioque habente ſupra torchium vrſum cum ſeptem pennis albis ante inuerſis à capite per collum deſcendentibus colligare, ſed de his alibi ab alijs, ne propriæ maiorum antiquitati nobilitatique multum incumbere præter meum inſtitutum videar; Sunt enim qui tam magni ſibi videri iubent, vt ſeſe ad arcum Fabianum (prout inquit Cicero) reclinẽt, ne forte caput ad cornicem allidant; idemque certè Cicero nulla alia de re grauius ab aduerſarijs reprehenſus appareret, quàm quòd in ſuis laudibus recenſendis foret immodicus: Extat illud Næuij de Næuio ſcriptum epigramma,

Immortales mortales ſi foret fas flere,
Flerent Diuæ Camenæ Næuium poetam:
Qui poſtquam eſt orchio traditus theſauro,
Obliti ſunt Romæ lingua Latina loqui.

Quod ſanè carmen plenum ſuperbiæ exiſtimatum eſt, iuſtumque illud teſtimonium eſſe potuiſſet, niſi ab ipſo ſcriptum proderetur: nam quo quiſque plus nobilitatis habuit, plus maiorum dignitatis traxit, plus etiam bonarum artium ac virtutum hauſit, hæc de ſe parcius ſentit ac modeſtius: Nihil ſiquidem turpius imò odioſius atque acrius quàm de ſe quemquam intemperanter loqui, etiam ſi hoc iuſtis de cauſis facias: Vt non ſolum crimini datum ſit, ſibi ipſi adulari, ſed ab alijs ſuas laudes carpere, atque intelligere, ambitioſum viſum fuit: vnde Alexander ille Macedo qui magnitudine rerum geſtarum magni titulum emeruit, quum ei multi palpum obtruderent, & mox in pugna vulnus accepiſſet, opportunè in eos Homeri carmen reiecit τοῖσι μὲν αἶμα οὐκ ἴχωρ, οἷός περ ῥέει μακάρεσσιν. Sanguis hic haud cruor eſt, qualis cæleſtibus exit. Illud autem quod à M. Antonio factum memoratur, & memoria poſteritatis dignum eſt, & pulcherrimè horum audaciam repreſſit. Athenienſes enim cum Marcum Antonium ſuam vrbem ingredientem, & vittato curru excepiſſent, & Liberi patris titulo ſalutaſſent, neque hoc ſatis putarent, illud quoque addiderunt, ſe Mineruam ſuam πολιοῦχον ei velle ſolenni coniugio adiungere: placet inquit Antonius, ſed tãtam Deam indotatam ducere turpe foret, Quare vobis dotis nomine mille talentum indico, Non potuit profectò vir ſagacis ingenij commodius transmarinam illam adulationem vlciſci.

Qui verò in terminis de quibus loquimur in dignitate poſiti dicantur, nunc inſpiciendum eſſet, ſed cum in ſuperioribus id explicauerim, repetitione non indigemus, ſufficiant ſolum latè ſuper hoc tradita in materia legitimationis, ne tempus fruſtra conterere videar:

Non

Non tamen omiſerim, Franciſcum Manticam d.lib.vndecimo,cap.nono, ſub nu. 7. & Iacob. Menoch.d.pra ſumpt.78.num.26. pro abſoluto illud præſupponere, vt in dignitate cẽſeatur in terminis dicti §. ſi quis rogatus, Principis
104 Conſiliarius, †nam ſumma dignitate inſigni tus cenſetur, tanquã pars corporis ipſius Principis,l.quisquis,C.ad l.Iul.maieſt.Alexan.con ſil.94.Conſideratis his,colum. 2.nu. 2. verſic. Sed ita eſt,lib.primo, Vnde nõ immerito mors ſublimiſſimi Doctoris,& Regij Conſiliarij Do mini Andreæ de Iſernia,cum Neapoli ante por tam Petrutij rediens domum à caſtro nouo inſidijs cuiuſdam Gallici cõtra quem protulerat
105 ſententiam,occiſus fuiſſet,pro crimine † læſæ Maieſtatis habita fuit, vt poſt Paridem de Puteo in cap.de exceſſibus Conſiliariorum,tradit Anton.Capyc.deciſ.130. Primum dubium eſt, numero 43. De quo tamen videndi ſunt,Guid. Pap.quæſt. 344. Pone aliquis machinatur necem,numero ſecundo,in fin.& Caſſan.in d.cathalog.glor.mund.in ſeptima par.13. conſider. in princip.

Ac etiam illam concluſionem, qua aſſeritur naturales in iſtis terminis intelligi reſpectu cuiusuis hominis honeſtæ conditionis vitæ, vel honorabilis cognationis, vt verisimiliter ei dedecori futurum ſit, ſi eius cognatio, & domus ad illegitimos peruenirет,argum.l.primç, §.generaliter,de ventre in poſſ.mitt.& d.l.primç, §. quamuis,verſic.Publicè,de ventr.inſpic.prout ita concludunt,Bart.ante num. 3. & Ang. in d. §.ſi quis rogatus,ſub num.3.verſic.Quod intel lige cum modificatione, & poſt alios Alex. nu. 5.dicens cõtra Paulum de Caſtro, id etiam col ligi ex mente,& verbis illius textus,quia nõ ſolum loquitur de dignitate, ſed generaliter de conditione, inquit enim:Sed hoc ex dignitate, & voluntate, & conditione eius qui fideicommiſit, accipiendum erit:idemque voluere Franciſc.Mantic.d.lib.vndecimo,cap. nono, numero octauo,verſ. Hoc amplius,& Alexan. Trentacinq.in d.part.quinta, cap.ſeptimo, numero vigeſimonono,in fin. verſ. Item procedit,cum alijs quos in ſuperioribus circa materiam legitimationis allegabam.

Sed mihi videtur iſtam naturalium abomi-
106 nationem † non eſſe adeo ampliandam, vt in quocunque homine honeſtæ vitæ, & honorabilis cognationis intelligatur,ſed ſit reſtringenda ad nobiles qui in dignitate cenſentur, dignitatem ſine adminiſtratione ſumendo, & in quantum nobilitas à plebeis differre facit, iuxta doctrinam Bart. in d.l.prima, num. 46. C. de dignit.libro decimo,vbi Ioan.de Platea.

Nec obſtat text. in d.§.ſi quis rogatus, dum Doctor. ponderat illa verba, Et ex conditione,
107 ſi enim † rectè expendãtur, & quid Vlpianus ſenſerit inſpiciatur, tantum abeſt, vt Bartoli prædictam opinionem confirment, quòd potius in contrarium retorqueantur, cum conditio ibi non ſtatum perſonæ fideicommittentis demonſtret, ſed magis verborum conditionalium cõceptionem, ex quibus voluntas de qua ſtatim meminerat conijciatur,nam in primis de ſtatu perſonæ egit, dum ex dignitate voluit colligi, an de naturalibus teſtator ſenſerit: ſique conditionem poſtmodum tanquã ſtatum perſonæ ſignificantem adieciſſet, imperitè, ac exiliter Iuriſconſ. loquutus fuiſſet, quod dicendũ non eſt, fruſtra nanque de dignitate prius meminiſſet,quæ non tam large ſignificat, & demũ conditionem vti ſtatum perſonæ demonſtrantem expreſſiſſet,quæ latius patet, ac ipſam etiã dignitatem complectitur: cum igitur inter dignitatem, & conditionem voluntatis expreſſio interiecta ſit, conditio tanquam voluntatis expreſſiua ſumenda eſt: Nec quicquam facit dictio,eius,cum conſulto fuerit adiecta, perſonã teſtantis,& fideicommittentis,tam reſpectu dignitatis,quam uoluntatis,& conditionis ſignificans, & tanquam reſpectu omnium ad fideicommittentem relatiua, ad dubietatem tollendam, ne hæc omnia de perſona grauati intelligerentur: Neque periodus incongrua redditur, cum ſi rectè dictum exiſtimem,ex ſermone eius,vel ex ſcripto eius,cur nõ idem erit ex conditione eius,pro conceptione verborum conditionalium, voluntatem grauantis explicãtium intelligendo? ſique aliter intelligeremus, eſſet profecto naturalium omnino ſtatum ferè comprimere,& hoc negocium inextricabile reddere,dum de honeſtate vitæ,ac honore cognationis diſceptandum eſſet, illudque extra limites veræ nobilitatis in amplitudinem latiſſimæ ſignificationis conducere: ſed de hoc ſatis.Iacobus etiam Menochius d.preſumpt.78.numero 24. & infra, in dignitate poſitos eſſe ſcribit,habentes caſtra, & iuriſdictiones, Equites, Doctores qui dignitatem,ac præeminentiam quandam habent, ac etiam Medicos artiumque Doctores, vltra Principis Conſiliarios, de quibus ſupra.

Duo inſuper circa præſentem coniecturam non incongruè perquirenda ſunt, Primum ſi conditio teſtatoris conditioni hæredis grauati repugnet,quid præſumẽdum ſit,veluti ſi teſtator ſit nobilis, hæres autem vilis cõditionis exi-
108 ſtat:Et in hoc puncto † Angel.Ioan.de Imol. Alexand. ac cæteri in d.§. ſi quis rogatus, concludunt, magis conditionem teſtatoris, quàm grauati inſpiciendam eſſe,vbi Franc.Rip.num. 13. hanc opinionem communem profitetur, Franc.Mantic.in tract.de coniect.vltim.volun. d.lib.vndecimo,cap.nono,numero nono,verſ. Verum quod attinet, Alexand. Trentacinq. in d.tract.

tract. de compend.ſubſtit.partic. 6. in titu. An naturales tantum,concluſ.4.verſ. Ampliaturq. hæc limitatio, Michael Craſſ. in lib. ſentent. §. fideicommiſſum,quęſt.37.numero tertio,verſ. Quinimo procedit. Probatur Primò,nam ſuccedituſ teſtatori non grauato,l.cohæredi, §. cũ filiæ,ff.de vulg.& pupill. quod quomodo accipiendum ſit,alibi explicaui.Secundò facit tex. in d.§.ſi quis rogatus,ibi Sed hoc ex dignitate, ex voluntate,& ex conditione eius qui fideicõmiſit, accipiendum eſt. Tertiò inducitur alius text. in d.l.generaliter,§.cum autem, ſecũdum communem intellectum,C.de inſtit.& ſubſtit. vbi naturalis filius inſtitutus fuerat, & tamen filij naturales grauati ſubſtitutum non excludunt,quod non ex alio contingit, niſi quia teſtatoris qualitas attenditur non autem inſtituti. Et ſi aduerſus dictam ſententiam obijceretur Primò gloſſ. in l.Lucius Titius, ff. de hæredib.inſtit. iuncta alia gloſſ.in l.filiusfamilias,§. cum quis,de legat.primo, volunt enim liberos in conditione poſitos ex teſtamento vocatos non cenſeri, & tamen oportere ipſos ab inteſtato fore ſucceſſibiles hæredi grauato. Ex intentione Franciſci Ripæ reſponderi poteſt, quòd ſi requiritur, vt ſint ſucceſſibiles hæredi grauato, effectualiter etiam requiritur, quòd ipſi teſtatori ſint ſucceſſibiles,per regulam hæres hæredis, &c. l.fin.C. de hæredib. inſtit. Vlterius, eſto quòd grauato ſuccedatur,tamen id euenit ex affectione teſtatoris, nam licet filij in conditione poſiti ex crebriori opinione non ſint diſpoſitiuè vocati, vehementem tamen coniectu
109 ram † mentis teſtatoris habere dicuntur, vt poſt Oldr. Salicet. & Corn. tradit Celſ.Hugo conſilio quinto, In caſu propoſito,numero ſeptimo,verſ. Et perſiſtendo, Stephan. Bertran. conſil.142.Ex caſu,numero tertio,libro ſeptimo,Ioan.Cephal.conſil.306. Conſultatio frequens eſt,numero 110. vſque ad num. 112. libro tertio,conſil.476.Inſignis Eques, numero octauo,libro quarto,& alibi dixi.Secundò tex. in d.§.ſi quis rogatus, in princ. tenendo quòd per finem non diſtinguatur: Dicendum videtur non meruiſſe ad hoc propoſitum allegari, cum nulli incertum ſit, principium ex fine ibi declarari,& limitari: & quatenus non ſic eſſet, quod quidem in abſurdum, & contra mentem Iuriſconſulti ſonat, in dicto princ. voluntas teſtatoris concurrit, quæ quidem voluntas primum inſpicienda eſt,quam aliæ coniecturæ ibi dem appoſitæ, vt in gloſſ. in verb.Ex voluntate,in princ.

Et quamuis Ripa crediderit, quòd ſi teſtator grauati conditionem cognitam habuiſſet, magis tunc conditio grauati, quàm grauantis inſpicienda eſſet,per id quod dicit Bald.in l.plenum,§.equitij, per illum tex.ff.de vſu & habit.
110 vbi concludit, quòd ſi teſtator nobilis † relin quat lectum mulieri viduæ,lodicem ſericatum legaſſe non cenſetur: licet enim teſtatoris conditioni conueniat, tamen mulieris viduæ conditioni repugnat: quam deciſionem idem Bal. ampliat in l.prima, numero vndecimo, verſic. Item quęritur,C.de legat.vt procedat etiam in legato lecti vxori ſuæ facto, etiam ſi mandaſſet eam tractari, vt ab eo tractabatur: Eius nihilominus opinio vera, aut cõcludens nequaquam videtur, tum quia contra Baldum expreſſe tenet Bart.in l.librorum,§. quod tamen Caſſius, num.primo,ff.de legat.tertio,per illum text. & in l.fin.§.vxori,ff.de aur.& argen.leg.ibique dicitur,& in l.in ſtratum,ff.de verb. ſign. Tum etiam quia non eſt dicendum conditionem hæredis cognitam teſtatori fuiſſe,l.nec adiecit, ff. pro ſoc.& tamen in d.§.ſi quis rogatus,in fine, dicitur, ſpectandam eſſe dignitatem, voluntatem,& conditionem eius qui fideicommiſit: & licet teſtator poſſit ſibi hæredem extraneum penitus ignotum inſtituere,l.extraneum,C.de hęredib. inſtit. tamen lex debet aptari ad ea quæ frequentius accidunt, vulg.l.nam ad ea,ff.de legib. Et prout in legitimationis materia dicebã, cum Angel.Ioanne de Imol. Alexand.& cæteris in d.§.ſi quis rogatus,ſentiunt Ioan. Ceph. conſ.333.Supradicta conſultatio,num.quarto, libro tertio, & conſil. 493. Bartholomæum de Bondelmontibus,num.26.verſ.Hinc quoque, libro quarto,Ioan.Petr.Surd.conſ.primo,Multa fuerunt,colum.quinta,num.vigeſimo, & eſt vera,ac frequentiſſimo calculo recepta opinio, à qua in reſponſis, & iudicijs non eſt aliter recedendum.

Secundum, ſi teſtator nobilis filios naturales habeat,an tunc naturales ſubſtitutum excludant? In hoc puncto duæ ſunt Doctorum opiniones, Prima eſt, quòd hoc non obſtante na-
111 turales † non includantur, vt concludunt Io. de Imol.Alexand. colũm.ſecunda, & Franciſc. Rip.num.14.verſ. Secundò dubitatur, in d. §. ſi quis rogatus,Franciſc. Mantic. in d.tract. de coniect.vltim.voluñ.lib.vndecimo,tit.9.nu.10. verſ. Item dubitatur.

Probatur hæc opinio lege,& ratione: Primò per tex.in d.l.generaliter,§.cum autem, ad fin. Et licet ad iſtum text. aliqui reſpondeãt, quòd in ſubintellecta conditione loquitur, nos verò de expreſſa conditione tractamus: Tamen ſubintellecta conditio ex tacita mẽte teſtatoris ſub intelligitur,vt ibi dicitur, ergò non aliter tacita voluntas, quàm expreſſa interpretari debet, hocque argumento vtitur Bart. in d. §. ſi quis rogatus,ante num.2.verſ.Oppono quòd naturalis,Socin.ſen.conſil.182.Licet filia fœmina, colum. ſecunda,numero primo,verſic. Et ſi dicatur,libro ſecundo,facit regula, l.cum quid,ſi

cert.

cert. pet. Secundò, nam licet iſto caſu teſtatoris conditio naturales abhorrere non videatur, ta-
112 men magis attendendum † eſt quod fieri debuit, quàm quod factum eſt, l. ſed licet, ff. de of fic. præſid. Sed huic rationi reſpõdet Claudius de Seyſello Aquenſis, qui in d. §. ſi quis rogatus, numero quinto, in contraria fuit ſententia, quòd imo vbi agitur de hominis diſpoſitione ex voluntate declaranda, magis quod fit atten datur, quàm quod fieri debuit, vt patet in d. §. ſi quis rogatus, attenta nanque hac ratione, idẽ in eo qui non eſt nobilis, nec in dignitate poſitus dicere deberemus: faciuntque tradita per Bart. & alios in l. de quibus, ff. de legib. & in l. ſecunda, C. quæ ſit long. conſuet. in cap. fin. de conſuet. atque alibi, vbi dicunt Doctor. quòd etiam ex actibus nullis, & ſententijs latis contra ius, animus inducendi conſuetudinem declaratur, & ideo in propoſito debet ſolum conſiderari voluntas, vt tex. in d. §. ſi quis rogatus, probat, quæ quidem voluntas ex conſuetudine patris familias deprehendetur, d. l. librorum, §. quod tamen Caſſius, de leg. tertio, non itaque præſumitur in alio mores quis improbare quos in ſe ipſo approbauit, argum. l. cum mulier, ff. ſol. matrim. & eorum quæ notant Doctor. præſertim Bald. in l. in arenam, & in l. ſi filia, C. de inoffic. teſtam. & ita Claudius Seyſellus concludebat. Sed hæc reſponſio vſquequaque tuta non videtur; nam omnia vnico verbo tollũtur, vt ſcilicet procedant in volũtate teſtatoris quæ in diſpoſitionẽ deducta fuit, tunc enim voluntati teſtatoris ſtamus qui in re ſua moderatoreſt, & arbitrer, l. in re mandata, C. mãdati, nec aliud quærendum eſt, l. prima, C. de ſacroſ. Eccleſ. ſecus verò vbi voluntatem coniecturari intendimus ſecundum iuris deciſionem, vt notabiliter ſcribit Alberic. de Roſat. in d. l. ſed licet, verſic. Hic in ijs, cum igitur coniecturam aſſumere velimus ſecundum iuris deciſionem, atque intelligentiam, ex eo quod fieri debuit deducenda eſt. Nec dici poteſt idem fore dicendum attenta huiuſmodi ratione in alijs nõ nobilibus. Nam reſpondeo non eandem rationem in plebeis iſto caſu militare quæ in nobilibus ſanguine conſpicuis militat, in quibus continentia ſiue caſtitas vti nobilitatis fulgens radius coruſcare debet; vt non ſit à priori opinione Imolæ, Alexandri, & aliorum recedendum, Quicquid Claudius contra dixerit.

Nunc autem ad dictam coniecturam ex dignitate teſtatoris, nobilitateque eius deſumptã redeundo, ipſam pluribus modis ex Doctorũ intentione reſtringere, ac ſublimitare expedit;
113 Primò ſublimitatur, niſi teſtator, etſi nobilis, vel in dignitate exiſtens, ipſe quoque naturalis eſſet, Dec. in d. cap. in præſentia, ſub num. 36. verſic. Vltimò etiam alius caſus, de probat. Andr. Tiraquell. in tract. de legib. connub. in 5. part. primæ gloſſ. num. 26. quem referendo ſequitur Rolan. de Vall. conſil. 76. Magnifica Domina Vrſula de Spinolis, num. 23. in fin. libro tertio, Sfort. Odd. in tract. de compen. ſubſtit. partic. 6. tit. An naturales tantum, concluſ. quarta, in fin. verſ. Sublimitatur autem, Franc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. libro vndecimo, tit. 9. nu. 15. Emanuel Coſta in rep. cap. ſi pater, in prima part. in verb. Si abſque liberis, num. 42. verſ. Secundò fallit eadem regula, de teſtam. in 6. Gabriel. Palæot. in tractat. de nothis ſpurijsque filijs, cap. 27. incip. Cum filius, ſub num. 7. verſ. Aut teſtator, & Iacob. Menoch. dicto libro quarto, præſumpt. 78. numero 34.

Tunc enim ambigendum non eſt, teſtatorẽ de naturalius ſibi ſimilibus cogitaſſe videri, ex notatis per Petr. de Anchar. conſ. 339. Prò maiori intelligentia, colum. quarta, verſ. Et primo quia vt ſupra, & col. quinta, verſ. Tertiò quòd proles fœminea, vbi interpretatur donationem Regni factam à matre filio, & poſteris, fœminas etiam ob donantis qualitatem includere; quia in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus, l. an inutiles, ff. de acceptil. & rerum origo in
114 omnibus † rebus eſt conſideranda, l. tutor, ff. de fideiuſſ. & l. ſi id quod, ff. de donat. à primordioque tituli poſterior formatur euentus, l. prima, C. de impon. lucr. deſcript. libro decimo, & cum doctrina Ancharani pertranſeunt, Iaſon. in l. ſed ſi hac, §. liberos, in princ. verſ. Limita vltra ibi dicta, ff. de in ius voc. Franc. Arctin. circ. fin. uerſ. Niſi feudum, & Socin. colum. ult. uerſ. Secundò poteſt etiam limitari, in l. Gallus, §. nunc de lege, de liber. & poſthum. Hieronym. Grat. conſ. 110. Thema tale eſt, colum. tertia, numero 27. libro primo, Curt. iun. conſilio 181. Præſupponitur in facto, columna ſecunda, in princ. & in tract. feud. in tertia part. princip. in princ. numero tertio, Ioan. Cephal. conſ. 185. In cauſa, num. 26. uerſ. Quare Iaſon, lib. ſecundo, Ludouic. Gozadin. conſ. 79. Viſo proceſſu, num. 15. in fin. & Rolan. de Vall. in præcitato conſil. ubi alios allegat. ita ergo in ſimili poteſt caſu iſto affirmari, pro quo facit text. in d. §. ſi quis rogatus, in fin. ibi Ex conditione eius qui fideicommiſit.

Sed Ripa ibi, numero uigeſimo ſecundo, uerſic. Quintò ſublimita, in contraria fuit opinione, & ad dictum §. ſi quis rogatus, in præcitatis uerbis reſpondere conatur, quod ibi ponderatur conditio ad effectum negatiuum, Decius autem illa reducit ad effectum affirmatiuum; dicit etiam Ancharani concluſionem ueram non eſſe, & proinde ipſam reprobari per Iaſ. in l. ſtipulatio iſta habere licere, §. hi qui ſunt, numero nono, uerſ. Quartò ad iſtam regulam, ff. de uerbor.

bor.o[illegible]g.per text.in cap.primo, de benefic.fœ min.& Ripam ſequitur Alexand. Trentacinq. in d.tract.ſubſtit.partic.5.cap.7.ante num.30.

115 Suſtinendo tamen priorem † ſententiam quæ communiter recipitur: ad reſponſionem Ripæ replicari poteſt, contrariorum eandem eſſe diſciplinam, l. & ſi contra tabulas,in fin.de vulg. & pupill. ſubſtit. idemque operari oppoſitum in oppoſito,quod propoſitum in propoſito, l. vltim.§.fin.de leg.3. Et quamuis Iaſon contra Petrum Ancharanum inſurrexerit, tamen opi-

116 nio Ancharani videtur verior † & receptior; Vnde Iaſon ipſe in citato loco dicit, ſe non reperiſſe, vſque ad illa tempora deciſionem prædictam reprobatam. Non obſtat in oppoſitum text.in[illegible] cap. primo, Nam quod admittantur maſculi ipſis exiſtentibus,& fœminæ ſi maſculi non exiſtant,ex æquitate quadam prouenit, cum ſecundum rigorem conſuetudinis filij maſculi non ſuccedant matri in feudo, & iuxta vſum Regni dicatur feudum maternum, & non paternum,vt in dict.cap.primo,gloſſ.inquit.in verb. Maſculis,Et pro Ancharani deciſione faciunt tradita per Roland.d.conſil.76.Magnifica Domina Vrſula,numero ſeptimo,lib.tertio, ipſumque comprobat Iacob. Menoch. d. præſumpt.78.nu.35. verſ. Secundò motus eſt Decius,fol.128.in ſecunda part.princ. citans inter alios Socinum iuniorem,ipſamque Ancharani concluſionem communem eſſe affirmans, vt non arbitrer ab opinione Decij iudicando, & conſulendo fore recedendum.

Secundò ſublimitatur, ſi teſtator nobilis de

117 liberis † naturalibus in aliqua teſtamenti parte mentionem fecerit, ita argumento text. in l. qui filiabus,in princ.de leg.primo,& l.cum pater,§.volo,de leg.ſecundo,ſcribit Bart.in d.l.ex facto,§. ſi quis rogatus,ſub num. 2. verſ. Vel ſi in alia parte teſtamenti,vbi Ioan. de Imol. col. ſecunda,in fin.ante num.3.verſ.Præterea multo magis,Angel.ſub num.2.verſic.Et maximè, Alexan.num.6.verſ.Niſi tamen.Paul.de Caſt. numero quarto,in fin. & Claud.de Seyſell.nu. quarto,Cyn.& Franc. Tigrini in d. l. generaliter,§.cum autem,Abb. in d. cap. in præſentia, vbi Dec.num.33. verſ. Et hoc verum intelligitur,Alexand.conſil.94.Conſideratis his.col.2. num.1.verſ.Secundò probatur, lib.1. Gabriel. Palæott. in tract. de nothis ſpurijsque filijs, d. cap.27.ſub num.7.Franc.Mantic.in d.tract. de coniect.vltim.volunt.lib.11.tit.9.num.12. verſ. Secundò debet reſtringi,& lib.8.tit.7.nume.4. verſ. Prima eſt coniectura,Socin.iun. conſ. 90. Viſo teſtamento,num.1.lib.1.Ioan. Crot.conſ. 60.Dudum,num.34. lib.1. Emanuel Coſta in d.rep.c[illegible]p.ſi pater,in 1.part.in verb.Si abſque liberis,num.41.verſ.Quæ regula,de teſtam.in 6. & in dicto §. ſi quis rogatus, idem ſibi voluit Franciſc. Rip. numero decimoſeptimo.

Etſi licet Ioan. de Imol. contra hanc ſublimitationem ponderet textum in d. l. generaliter, §.cum autem,tamen vt ipſe dicit, Bartoli opinio ſaluari poteſt, intelligendo quando fuit facta mentio de illis naturalibus ex quibus deberet conditio fideicommiſſi deficere, cumque hæc verba ambigua, & parum concludentia videātur, putat Alexan.in d.§.ſi quis rogatus,numero 6.verſ.Sed contra hoc vltimum, Imolam ſic dicere voluiſſe,quòd dictum Bartoli intelligatur quando in alia parte fuerit facta mentio de naturalibus naſcituris ex grauato,quod quidem non contingit in d.§.cum autem,ibi enim de ipſis naturalibus grauatis mentio facta reperitur, hancque interpretationem comprobat Dec.in d.cap.in præſentia,ſub num.33.verſic. Et iſtud verum eſt.

De hacque ſublimitatione aliqua ſtatim ſumus dicturi,vt immorandum nunc amplius circa eam non ſit, nec ab ea † recedendum,quā

118 tenent etiam Ang.in quæſt. incip.Nobilis quidam genere,colum.3.verſ. Non obſtat præſumptio,& conſ.366.num.quinto, verſ. Primò teſtator,ipſumque, ac alios ſequitur Ioan. Petr. Surdus conſ.89.Antonius Bonfantus, nu. 39. & 40. Ioan.Coraſ.lib.Miſcellan.1. cap.7. nu.7. verſ.Planè potētiſſima erit,fol.21.& Iacob. Menoch.in d.tract.de præſumpt.part.2.lib.4.præſumpt. 78. numero 31.verſ.Declaratur tertiò, fol.127.

Tertiò reſtringitur, vt dictæ coniecturæ locus non detur,ſi nobilis vel aliqua dignitate decoratus plebeium hæredem ſcripſerit, vel ſi nobilem, ipſum tamen rogauerit ſi ſine liberis de-

119 ceſſerit alicui plebeio † hæreditatē reſtituere, tunc enim ceſſaret præſumptio quod voluerit nomen dignitatemque ſuæ familiæ conſeruari, cum manifeſtiſſimè appareat hæredem inſtitutum,vel ſubſtitutum vilis eſſe conditionis,proinde in claris non eſt opus coniecturis, vulg. l. continuus,§.cum ita,de verbor.oblig.l. ille aut ille,§.cum in verbis,de leg.3.ita ſcribunt,Fran. Rip.in d.§.ſi quis rogatus,num.16.verſ. Intellige tamen,& reſtringe,Fran.Mantic.in d.trac. de coniect.vlt.uoluntat.lib.11.tit.9.num. 11. verſ. Dictum eſt,Gabr.Palæot.in trac.de n[illegible]this ſpurijſque filijs,d.cap.27.Cum filius,num.7. in fi. Emanuel Coſta in l.Gallus, §. & quid ſi tantū, in quinta part.num.63.verſ. Vnde ſi hodie, & Menoch. in d.tract.de præſump.part.ſecunda, libro quarto,præſumpt.78. num.30. uerſ. Declaratur ſecundo.

Quarto ſublimitatur, ut non habeat locum

120 ſi teſtator nobilis hæredem grauaſſet, † quem ſciebat non poſſe habere niſi filios naturales, tunc enim oportet dicere eum de naturalibus tātum ſenſiſſe, quos habere potuit, non autem

de

de iuſtis liberis quos ſuſcipere nequiuit, l. hæredibus, §. fin. ff. ad S. C. Trebell. & ibi Bart. declarat, idem Bart. in d. §. ſi quis rogatus, ſub num. 2. Alexan. num. 6. verſ. Item vbi teſtator, & Frã ciſc. Rip. num. decimooctauo, verſ. Tertiò limita, Franciſc. Mantic. dict. titu. nono, numero 13. verſic. Tertiò debet reſtringi. Palæott. d. cap. 27. ſub num. 7. verſic. Aut ſi genere, & dignitate.

Facit ad hoc Primo dictum Guidonis Papæ deciſ. 485. Si in aliqua diſpoſitione, quod con-
121 ditio ſi ſine liberis † ad maſculos tantũ reſtringitur, ſi in aliqua teſtamenti parte de ſolis maſculis mentio facta fuerit, & ante eum ſic conſuluit Abb. conſil. 36. Videtur primo, colum. fin. libro primo, Socin. ſen. conſ. 73. Capiendo primum, colum. ſecunda, num. quarto, & ſeptimo, libro quarto, Dec. conſ. 270. D. Raynaldus, columna 3. in princ. num. 5.

Secundo, nam generalis diſpoſitio pro ſpeciali habetur quando in vna tantum ſpecie ve-
122 rificari † poteſt, l. fundus qui locatus, ff. de fund. inſtruct. l. Quintus, §. primo, vbi Barto. ff. de aur. & argen. leg. Socin. iun. conſil. 136. Habita diligenti animaduerſione, num. 18. lib. primo, Iacob. Menoch. conſil. 71. Non caret, num. 23. libro primo. Franc. Becc. conſil. 34. In quæſtione propoſita, nu. 14. verſic. Nam paria ſunt, de communi atteſtans ad variasque notabiles deciſiones inferens, vt per eum eruditè, ac cumulatiſſimè loquentem: Vnde ſimpliciter ad feudum legitimatus, ad nobile etiam legitimatus cenſetur, quando legitimationem petens aliud fedum non habeat, vt tradit Ioan. Cephal. conſil. 23. Feudum de quo agitur, nu. 25. verſ. Secundo quoniam, lib. 1.

Huius quidem quartæ ſublimitationis exẽ-
123 plum affertur, ſi nobilis teſtator † furioſo ſubſtituerit, is enim cum alios filios præter naturales habere non poſſit, de naturalibus ipſis ſenſiſſe credendum eſt, vt ſcribunt in d. §. ſi quis rogatus, Bart. numero ſecundo, Ioan. de Imol. columna tertia, verſ. Si autem ſit alius naturalis, Paul. de Caſt. numero quinto, Alexan. num. 6. verſ. Si ex hoc. idem Bart. in d. l. hæredibus, §. fin. num. quarto, Angel. d. conſ. 366. num. quinto, Franc. Mantic. in d. tract. de coniect. vlt. vol. lib. octauo, tit. ſeptimo, num, quarto, & d. lib. 11. tit. 9. num. 13. Ioan. Petr. Surd. d. conſ. 89. Antonius Bonfantus, num. 51. Auguſtin. Bero. in d. cap. in præſentia, num. 243. & 280. Palæot. in tract. de noth. ſpurijsque fil. cap. 27. num. ſeptimo, verſ. Cuius mens, Ioan. Coraſ. lib. Miſcell. 1. cap. 7. num. 5. Emanuel Coſta, in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, in 5. part. num. 71. & 72. de liber. & poſthum. eruditiſſimus, atque excellentiſſimus Iuriſconſ. Iacob. Menoch. in d. trac. de præſumpt. in 2. part. lib. quarto, præſumpt. 78. num. 39. verſ. Declaratur octauo, & [illegible] 40. fol. 128.

Furioſus namque cum loco abſentis, vel i-
124 gnorantis † habeatur, l. ſed ſi vnus, §. filio familias, ff. de iniur. quinimo pro abſente, & quieſcente. l. ſecunda, §. furioſus, ff. de iur. codicil. & mortuo æquiparetur, l. qui ad certam, ff. loc. gloſſ. in l. ſi quis aliam, ff. de acqu. hæred. atque animali quadrupedi, l. ſed & ſi quemcunque, §. Et ideo quærimus, ff. ad l. Aquil. æquiparatur etiam infanti, l. quod ſi infans, ff. de rei vendic. furioſi denique nulla penitus ſit voluntas, l. furioſi, ff. de reg. iur. ſequitur, furioſum non poſ-
125 ſe † matrimonium contrahere, cap. dilectus filius, de ſponſalib. cap. neque, 32. quæſt. 7. Specul. in tit. de ſponſalib. & matrim. §. ſe[illegible]ur videre, in fin. vbi dicit hoc procedere etiam ſi altera pars ignoranter contraxiſſet, Alexan. conſil. 54. Ad quæſitum, num. primo, libro primo, Stephan. Bertrand. conſ. 48. Ex proceſſu cauſæ, columna ſexta, num. 17. verſ. Præterea certum eſt, libro primo, Didac. Toletan. in epit. de ſponſalib. & matrim. in ſecunda par. cap. ſecundo, numero quinto, vbi declarat, & numero octauo, cuius declarationes nouiſſimè reaſſumpſit Petrus Nicolaus Mozz. in tract. de contract. tit. de matrim. cap. Qui poſſint contrah. matrim. vel non, numero quinto, verſ. Secũdo reperiuntur prohibiti, fol. 177.

Dictumque exemplum expreſſe, ac nuncupatim probat text. in dict. l. hæredibus, §. fin. ad Trebell. eandem autem in furioſo concluſionẽ limitat dupliciter Io. Petr. Surd. d. conſ. 89. nu. 52. verſ. Sed quia Doctores, & verſ. Tertio reſponderi poteſt, vt per eum.

Et quod de furioſo præcitati Doctores ſcri-
126 bunt, in mente capto † etiam procedit, cum is furioſo cõparetur, vt in his terminis tradit Surdus in præalleg. conſil. 89. nume. 15. & 16. vbi alios citat: quib. addo Raphaelem Fulgoſium conſil. 79. Quidam Ser Ventura, num. 1. 2. & 3. Videndusque eſt dictus Io. Petrus clariſſimus ſanè Iuriſconſ. ubi ſupra, num. 51. qui dictam l. hæredibus, §. fin. ex intentione Scribentium ad huc ampliat, vt ibi, congruuntque præſenti comparationi tradita per eundem Mozzium, vbi ſupra.

Quinto reſtringitur, vt non habeat locum ſi
127 extaret ſtatutum † quod naturales ſicuti legitimi ſuccedant, Bart. in d. l. hæredibus, §. fin. numero tertio, verſ. Tamen gloſſ. facit ad quæſtionem, Alexand. in d. §. ſi quis rogatus, num. 10. ubi Fran. Rip. num. 20. latè ſuper validitate huius ſtatuti inſiſtens, & demum diſtinguens, Frã ciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. libro vndecimo, titu. nono, numero 14. verſic. Quarto debet reſtringi, Dec. in d. cap. in præſentia, num. 36. ibidemque Auguſt. Bero. nu. 287.

Carol.

Car[illegible]uin.conſil.76.In quæſtione,colum.an tepe[illegible].ſub num.13.verſic. Vltimò poteſt dici,libro 3.Palæott.in d.tract.de noth. ſpurijsq. filijs,cap.27.ſub num.7.verſ. Aut in eo loco, Emanuel Coſta in d.§.& quid ſi tantum, in 5. part.num.62.& 65.ac Iacob.Menoch.d. par.2. lib.4.præſumpt.78.num.32.vbi ampliat vt per eum.

Sextò dicta cõiectura declaratur, vt teſtator
128 tempore teſtamenti conditi † in dignitate eſſe debeat,aliàs ſi poſt teſtamentum aliquam dignitatem [illegible]uiſſet adeptus,dignitas non prodeſſet quin de naturalibus intelligeretur, Carol. Ruin.d.conſ.76.In quæſtione,colum.antepen. num.[illegible].verſ.Præterea tempore teſtamenti, libro [illegible]ui licet in legitimatis loquatur, eadem tamen ratio in naturalibus uerſatur, vt in individuo concludit Mantic.libro tertio, tit. vndecimo,colum.tertia,numero decimo,verſ. Octauo deducitur.

Secunda coniectura ad principalem concluſionem affertur, per quam teſtator (quamuis nobilis, aut in dignitate poſitus non fuerit) de naturalibus tantũ ſenſiſſe non videatur, illa eſt
129 ſi filiam ſuam † hæredem ſcripſerit, eamque ſub hac conditione rogauerit, vt ſi ſine liberis deceſſerit hæreditatem reſtituat, tunc enim veriſimile non eſt teſtatorem de iſtis naturalibus tantum filijs intellexiſſe, vt concludunt Bart. in d.l.hæredibus,§.fin.num.primo,& ſecundo, ad Trebell.Angel.Ioan.de Imol.Paul.de Caſt. num.octauo,Alexand.in 3.fallent.num.6. Vincent.Herculan.colum.3.verſ.Secundò fallit, & Franc.Rip.num.23.in d.l.ex facto,§. ſi quis rogatus,Abb.in cap.in præſentia,colum.6. num. 21.verſic. Hæc verba quòd naturalis,vbi Dec. colum.15.num.41.verſ.Quintò fallit,de magis communi opinione atteſtans,ibidemque Aug. Beroius,num.248.& Pariſ.num.53.& 54. Palæott.in d.tract.de noth. ſpurijsque filijs,c.27. in fin.Andr.Tiraquell.in tract.de legib. connubialib. l.1.num.45.Socin.ſen.in l. ſi cognatis, num.39.ff.de reb.dub.& conſ.86.Vitis,colum. 7.num.13.verſ.Et iſto caſu procedunt,libro 3. poſt Bartholomæum de Saliceto quem referendo ibi ſequitur, in d.l.generaliter,§. cum autẽ, C.de inſtit.& ſubſtit.Sfort. Odd.in tract.de cõpend.ſubſtit.in 6.partic. tit. An naturales tantum,in quinta concluſ. Iacob.Menoch.in trac. de præſumpt.part.ſecunda,lib.quarto,præſumptio.98.num.57.Franc.Mantic.in tract.de coniect.vltim.volun.d.libro vndecimo,tit.9. num. 16.verſ.Secũda verò coniectura,Emanuel Coſta in rep.cap.ſi pater,in prima part.in verb. Si abſque liberis,num.38.verſ.Fallit hæc concluſio, de teſtamen. in ſexto, Ludouic. Molina in ſuo nobili tractat. de Hiſpan. primogen. libro tertio,capit.tertio, num. 34. verſ. Quinta concluſio, Michael.Craſſ.in lib.ſenten.§.fideicommiſſum, cap.37.numero 6.verſ.Quæro item,& Alexand.Trentacinq. in tract.ſubſtit.in quarta part.cap.ſeptimo,num.33.verſ.Tertiò declaratur,fol.145.

Maximum nanque dedecus duraque infamiæ nota teſtatori inureretur, ſi ex eius filia naturales tantum filij naſcerentur,cum maior pu-
130 dicitia, atque caſtitas † in fœminis exigatur, d. l. palam,§. quæ in adulterio, vbi gloſſ. ff. de rit.nup.& hac quidem(vt Accurſius exiſtimat) ratione quòd inquam impudicitia, & inhoneſtas mulieribus magis,quàm viris dedecori ſit, Paulus Iuriſconſ. lib.35.ad Edict.ſtatuit, in l. oratione,ff.de rit.nup. quòd nepoti vxorem ducenti pater etiam conſentire debeat nedũ auus, neptis verò ſi nubat aui autoritas ſufficiet, cum oporteat nuptias mulieris accelerare, illasque ob patris autoritatem non differre,ne quid interim turpe committat, quaſi dixerit nihil in maſculo hoc timendum eſſe: Quam gloſſ. ad hoc notabilem dixere, Ludou. Roman. in rep. l.ſi verò,§.de viro,in 8.Fallen.ff.ſolut. matrim. Cardin. Florentin.conſ.49.Cum teſtatoris voluntas,colum.ſecunda,verſ.Inſuper intelligendo,& Andr.Alciat.libro primo,de verb.ſignif. Non abſimili ratione fit, vt qui aliquid in prouincia adminiſtrant, quanquam filios cum prouincialibus matrimonio iungere prohibeãtur, l.qui in prouincia,d.tit,de rit. nupt. non tamen
131 filias † prohibentur,l.ſi quis officium, in fin. eodem titu. Roman. in dicto §.de viro,Gaſpar Valaſci in rep.l.Imperium,colum.6.verſ.Vltra iſtam doctrinam Bartoli, in fin. ff. de iuriſdict. omn.iudic.poſt Cyn.in d.l.unic.colum. ſecunda,uerſ.Tertium quare eſt,C.ſi rector prouinc. Vlterius licet tutor, uel curator non poſſit filiũ ſuæ pupillæ etiam adultæ in matrimonium collocare,l.ſi tutor,C.de interdic. matrim.poterit tamen filiam pupillo dare iam adulto,l.curatorem,ubi Cyn.C.eodem,l.libertum,la ſeconda, ff.d.tit. de rit. nupt. ne uidelicet ut iam dictum eſt,quoquo pacto filiarum nuptiæ in quibus in famiæ timor uerſatur, & turpitudinis, in ſe genusque ſuum protrahantur: Vnde non uidetur teſtatorem de iſtis naturalibus ex filia ſenſiſſe, cum præſumatur ſui honoris habuiſſe rationẽ, l.iſti quidem,ff.de eo quod met.cauſ.Iuſta, ff. de manumiſſ.uindic. Vt non ſolum omni lucro
132 commodoque † honor præferatur, Bart. in l. quidam conſulebant,colum. ſecunda,uerſ.Præterea,ff.de re iudic.Bald.in cap.primo, extr. de uit. & honeſt.cleric. Iaſon. in l.reprehendenda in ſecundo not. C.de inſtitut.& ſubſtitut. Dec. conſilio 310. Diligenter,columna prima, Curt. iun.conſilio 79. Præſupponitur in facto, numero tertio, Socin. iun. conſilio 86. Diſputatur, numero uigeſimoſecundo,libro ſecundo, conſilio

ſil.117. Debeo plurimum, lib.3. conſ.39. Perſpectis his,nu.40.d.lib.2. Andr.Alciat. conſ.6. Cum contentio,nu.9.lib.5. Sed cauſa honoris & uitæ parificentur, Curt.iun. ac Marianus Socin.iun. in præcitatis conſiliis, Aym. Crauett. conſ.119. Quęritur,num.5.lib.1.imò ipſi morti eadem cauſa honoris præferatur,idem Curt. iun.conſ.173.Habita diligenti conſideratione, nu.5. Alciat.conſ.2. Breuiter,nu.6.lib.7. Hinc Andreas Barbat. in addit. ad Bald. in cap.1. in princ.quibus mod.feud.amitt.inferebat,Quòd
133 ſi uaſallus ex eo feudum † amittit quòd vitam domini nõ tueatur,ſic etiam illud perdit ſi eius famam non defendat: licet ei contradixerit Andreas Alciat. in tract. de præſumpt.reg. §.præſumpt.45. num.12. dicens deciſionem eſſe nimis inhumanam: ſed quæ inhumanitas,ſi famę honoriſque periculum,vitę (vt eſt dictum)non ſolum æquiparatur ſed præfertur ? quod etiam ſcripſit Ioannes Cephalus conſ.39.In hac cauſa,num.43. & conſil.57. Videbatur, numer.5. lib. 1. Proinde crudelis dicitur qui ſuã famam honoremque contemnit,cap.nolo, 12.quæſt.1. Bald. in capit.1.colum.1.de pac.ten. Specul. in tit.de denunciat. §.2. verſic. Sed qualiter,& in tit.de aduocat. §. 3. ante verſic. Habito, Petr. Gerard. in not.1. incip. Nota quòd ex quibus cauſis,numer.9. & infr.ac expreſſius in not.33. Nobiles præhonorantur, numero quarto, & quinto, Curt.iun. dicto conſ.173. Habita diligenti conſideratione,numero quarto,quod vltra Auguſtinum annotauit Paul.epiſt.1.ad Corinth.cap.9. Bonum eſt enim (inquit) mihi magis mori, quàm vt gloriam meã quis euacuet: Nonne etiam pro honoris defenſione ſingula-
134 re certamen † inire licebat, & aliquem occidere? l.qua actione, §.ſi in colluctatione, ff. ad l.Aquil.congruitque tex.in l.Iulianus,ff.ſi quis omiſſ.cauſ.teſtam. Bald. in d.cap.1. circ. princ. colum.5.de pace ten. Alexan.in l.ſi victum,numer.11.ff.de re iudic. in l.ſæpè,num.10.eodem tit.Iaſ.in l.vt vim,col.fin.num.36. verſic. Vltra Doct.ff.de iuſtit.& iur.Dec.conſ.686. Magnificus Pyrrhus,nu.7. Curt.iun.d.conſ.173.n.3. Pariſ. conſ.31. Omiſſa diſputatione, num.11. lib.1. Socin.iun.conſ.39. Perſpectis his,nu.43. lib.2.Alciat.conſ.44. lecta chartula, nu.5.conſil.47. Tranſmiſſa, num.2. lib.5. Hieronymus Mutius, de duell.lib.1. cap.2. Fauſtus de Longiano,lib.1.cap.12. Io. Bapt.Poſſeuin.lib.5.de Honore,fol.244. Quod tamen de iure canonico in omni caſu prohibetur,Ioan.Fabri in §.ius autem gentium,num.5. verſic.Sed iure canonico,Inſtit.de iur.natur.gent.& ciuil. Iaſon.conſil.144.Facti contingentia,col.3.4.& 5.ac infr. vbi latiſſimè inſiſtit,li.2.& vt multa præteream indicaſſe Ioannem Baptiſtam Suſium ſufficiat, qui tres libros de Duelli iniuſtitia elegãter conſcripſit: meritò per Sacrum Concil. Trid. ſeſſ.25. cap.19. deteſtabilis duellorum abus fabricante diabolo introductus,vt cruẽta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur,ex Chriſtiano orbe penitus exterminatur, grauiſſimiſque pęnis interdicitur; Summa itaque ratione conſtitutum eſt vt cauſa ad honorem pertinens grauis cenſeatur & ardua, Bald. in c.ex tenore,col.2.de appellat. Alciat.conſ.6. Cum contentio,nu.8.lib.5. Capyc.deciſ.5. In cauſa,n.7.quæ mitiſſimè eſt tractanda,vt in l.11. C.de ſecund.nupt. idem Andr.Alciat. conſ.2. Breuiter, nu.5. lib.7. Et quamuis contra hanc cõiecturam inſurrexerint Archid. in c.ſi pater, in verb.liberis,de teſtam.in 6. & Bart.in d.l.ex facto,§.ſi quis rogatus,ante nu.5.verſic. Sed mu liere verò, cum quibus Gabriel Palçott. in dicto tract.de noth. ſpurijſque filijs capit.27. ſub num.7.pertranſire voluit, Tamen non arbitror à priori ſententia vti communi calculo quo ad teſtatoris filiã recepta,aliter fore recedendum.
135 Nec obſtat ſi diceretur,quòd ij † conditionẽ ſi ſine liberis deceſſerit,extinguunt,qui ab inteſtato ſuccedere grauato poſſunt, l.filiusfamil. §.cum quis, de leg.2. vnde cum naturales filij ſemper matri hæredes legitimi exiſtant, §. vulgo, Inſtit.de ſucceſs. cogn. lexque concubinatum permittat naturaleſque iſtos filios ſic matris iuſtos ſucceſſores probat, vt etſi illuſtris fuerit,adhuc tamen illi dedecus nõ putet,quos ſimul cum legitimis filiis hæredes habeat, l. ſi qua illuſtris,C.ad Orfic.nihil videtur probabilius quàm teſtatorem ad hanc legis conſtitutionem ſe tacitè conformaſſe,l.hæredes mei, §.cũ ita,ad Trebell.vbi Bart.& Alex. Quæ enim(inquit Palçottus)ex hoc matri ignominia oritur, ſi lex eos quàm maximè fouet ? Omiſſis nãque multis quæ poſſent afferri, reſponſio in promptu eſt,prædicta ſiquidem Gabrielis ratio in totum ad grauati conditionem refertur,& tamen non inſtituti qualitas ſed teſtatoris attendẽda eſt,vt in d.l.ex facto, §.ſi quis rogatus,voluntatis certè quod ad naturales filios attinet quæſtio eſſe videtur, de quibus liberis teſtator ſenſerit,ſed hoc ex uolũtate,ex dignitate,& ex cõditione eius qui fideicõmiſit accipiendum eſt.

Neque repugnat tex.in d.l.hæredibus, §. Titius, quoniam teſtator ibi de naturalibus filiæ liberis ideo ſenſiſſe viſus eſt, quoniam furioſa filia alios liberos habere non poterat niſi naturales; quia videlicet matrimonium à furioſa muliere contractum inutile eſſet futurum, dicto capit. cum dilectus,hancque rationem ſenſit gloſ. ibi, quam Bart. & Doctores receptius probauerunt; Alioqui ſemota hac particulari ratione,pater non erat credendus de liberis tunc ſiſſe naturalibus, qui & ſibi & filiæ futuri eſſent ignominioſi.

Quid autẽ ſi extranea mulier fuerit ſub hac ſi ſine liberis deceſſerit conditione inſtituta, & de reſtituendo grauata, nunquid naturales ex ea ſubſtitutum excludent? Et in hac difficultate Alexand. in dicto §. ſi quis rogatus, numero ſeptimo, verſic. Tamen quia magis, concludit à ceſſante ratione, naturales extinguere fideicommiſſi conditionem ad ſubſtituti excluſionem, idemque tradunt, Felin. in cap. in præſentia, nu. 21. verſic. Sed iſtam fallentiam, Sfort. Odd. Peruſin. in dicto tract. de compend. ſubſtit. partic. 6. tit. An naturales tantum, concl. 5. in fine, verſic. Quando verò, Alexand. Trentacinq. in dicto tract. ſubſtitut. in 4. part. capitulo ſeptimo, ſub num. 33. verſic. Dubitatur an hæc concluſio.

Sed contrariam ſententiam aduerſus naturales ex muliere extranea inſtituta ſuſceptos, te
136 nuit † Raph. Cuman. in d. §. ſi quis rogatus, cum quo ſenſere ibidem Paulus de Caſtr. fundamentalis Doctor, circ. fin. ante num. octauum, verſ. Idem videtur, Franciſc. Rip. nu. 23. in fin. verſic. Mihi videtur, Franciſc. Mantic. in dicto tract. de coniect. vltim. vol. libro vndecimo, tit. 9. num. 16. verſic. Et hæc coniectura; Hæcque poſterior opinio videtur æquior, honeſtior, atque verior, inſpecta conditione fœminæ grauatæ cui concubinatus maiori dedecori eſt quàm maſculo, ſecundum gloſ. in d. l. palam, §. quæ in adulterio deprehenſa: Et ſi diceretur, teſtatoris conditionem non grauati inſpiciendam eſſe: Reſpondetur verum eſſe quando altera alteri repugnat, aliàs ſecus, vt dicit gloſ. in dicto §. ſi quis rogatus, quam ſequitur ibi Ripa ante num. 24. & Franciſcus Mantica, dicto capitulo nono, ante num. 17. Et cum hac poſteriori opinione pertranſit Iacob. Menoch. in dicta præſumpt. 78. num. 60. verſic. Extenditur hæc coniectura, vbi num. 61. verſic. Declaratur, ſubdit, vt hæc coniectura locum non habeat quando fœmina hæres inſtituta iam eſſet in concubinatu, nam de filijs ipſis naturalibus ſenſiſſe diceretur teſtator, arg. d. l. hæredibus, §. fin. ff. ad Trebell.

Tertia coniectura affertur, vbicunque grauatus tempore conditi teſtamenti filios legiti-
137 mos & naturales † habuiſſet, tunc enim de illis teſtator cogitaſſe præſumitur, non autem de naturalibus tantum, ne alioquin dicamus teſtatorem triſtem atque infamẽ euentum cogitaſſe, hoc eſt legitimorum & naturalium interitũ, ac etiam vxoris mortem, ad id deueniendo vt grauatus legitimam cõcubinam habere poſſit, ex eaque filios naturales ſuſcipere: quę certè triſtis eſſet cogitatio, & ita concludunt, Paulus de Caſtr. in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, nu. 6. in lectura Paduana, verſ. Et è conuerſo. Cũ enim ex aliquo actu duæ præſũptiones oriri poſſunt, poſſibile honeſtum præſumitur, ſecus poſſibile quod inhoneſtum eſt, l. miles, §. defuncto, ff. de adult. Bald. in l. filium cum definimus, ſub n. 11. verſ. Item nota, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Et ex duabus præſumptionibus quę vitio caret aſſumenda eſt, Bart. in l. non ſolũ, §. ſed vt probari, ante n. 4. ff. de oper. no. nunc. caſus etiã aduentitii & aduerſi nõ intelliguntur in mentẽ teſtatoris venire, arg. l. inter ſtipulantem, §. ſacrã, de verb. oblig. & l. Iulian. ff. qui & à quib.

Non defuere tamen qui contrariũ ſenſerint, ſcilicet Alex. in d. §. ſi quis rogatus, num. 8. vbi Rip. n. 26. verſic. Fallit quintò, Sfort. Odd. in d. 6. partic. concl. 8. verſic. Per hæc & prædicta argumenta, Franciſc. Mantic. in d. tract. de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 9. num. 19. verſic. Ego autem, Alexan. Trentacinq. in d. 4. par. cap. 7. num. 36. verſic. Sextò declaratur.

Hæc nanque conditio ſi ſine liberis deceſſerit (vt Alexander de Imola inquit) tractum habet in futurum vſque ad tempus mortis, d. l. ex facto, §. ſi quis autem, vbi tempus mortis inſpicitur an liberi ſuperſint: vt non cenſeatur teſtator ſe ad liberos teſtamenti tempore tantũ exiſtentes reſtrinxiſſe, ſed de naſcituris etiam cogitaſſe. Nec obſtat quod de cogitatione triſtis euentus dicebat Caſtrenſis, cum ad prouidendum, triſtis euentus conſiderandus ſit, turpe enim (ex Scipionis prouerbio) eſt, dicere non putaram, l. generaliter, §. ſi homini libero, ff. de fideicom. libert. Et Franciſcus Ripa exiſtimat, poſſe dictum §. ſi quis rogatus, in cõtrarium retorqueri: Nam quando teſtator ſcit grauatum naturales tantum habere, præſumitur cogitaſſe etiam de legitimis & naturalibus naſcituris, ex illo tractu in futurum dictæ conditionis, cur ergo non dicemus idem è cõtra quando in quam teſtator ſcit grauatũ legitimos & naturales habere? Facit ex eodem Alexand. è Imol. in ſimi-
138 li † quod ſcribit Bald. in l. Gallus §. inſtituẽs, & ibi Io. de Imol. ff. de lib. & poſthum. volunt nanque quòd quando teſtator de præſenti filios inſtituit, nepotes inſtituiſſe non intelligatur, arg. l. quòd ſi nepotes, ff. de teſt. tut. ſecus in ſubſtitutione habente tractum de futuro relataque ad futurum, l. Lucius, in. ff. de hæredibus inſtit. tunc etenim videtur teſtator ſenſiſſe quòd ſi filii deceſſerint, nepotes comprehendantur. Facit inſuper, nam qualitas adiuncta verbo, ſecundum tempus verbi intelligitur, l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxalib. l. Titius, in princ. ff. de teſtamen. militaris. Illa ergo qualitas ſine liberis, ad tempus futuræ mortis hæredis relata, ſecundum illud tempus debet intelligi, non autem iuxta tempus teſtamenti; Sed ſi Caſtrenſis ſententiã ſuſtinere vellemus, poſſet conſiderari conditionem iſtam ſi ſine liberis deceſſerit in futurum tendentem, non

ideo

ideo minus ad natos liberos naturales referri, l. cum pater, §. volo, de leg. 2. quod autem dixere Bald. & Imola intelligendum eſt, vt vehemẽ eius nepotes intelligantur, ſi in aliquem futurũ euentum diſpoſitio conferatur, in quo veriſimiliter ſit dubium, an tunc nepotes an filij ſuperſint, non quòd in diſpoſitione de preſenti filio-
139 rum appellatione nepotes †non includantur, vt declarat Ludouicus Gozadinus conſ. 4. Prima facie videtur dicendum, num. 13. verſ. Certè in vltimis voluntatibus. Non repugnat id de tempore verbi ad quod qualitas referatur, dicta l. in delictis, §. ſi extraneus, Bart. in l. præcipimus, C. de appellat. Angel. conſ. 10. In cauſa prædicta, colum. 3. in 2. dub. & conſ. 260. Thema prædictum, columna prima, Dec. conſil. 5. In cauſa D. Marię, num. 4. conſ. 443. In caſu ad me tranſmiſſo, numer. 16. & conſ. 480. In caſu qui contingit, num. 8. cum non ſit verum ſuſceptionem liberorum in propoſito vt qualitatem conſiderari.

140 Non tamen ex hoc auderem † ab opinione Alexandri Imolenſis, & aliorum præcitatorum recedere, licet enim admiſerimus teſtatorẽ triſtes caſus & aduerſos euentus non conſideraſſe, & legitimos ac naturales ſuæ mentis acie reſpexiſſe, negari nihilominus non poteſt, quin ſi de naturalibus tantum cogitaſſet, idem ſenſiſſet vt poſſent ſubſtitutum excludere, d. §. ſi quis rogatus, voluntas enim teſtatoris duobus
141 modis poteſt interpretari, vno quidẽ † quòd ita ſenſerit, altero quòd ſi cogitaſſet, ita veriſimiliter diſpoſuiſſet, vt Socin. ſen. declarat in l. 1. nu. 38. verſ. Nono limita, de vulg. & pupill. ſubſtit. Lancell. Galiaul. in l. centurio, num. 51. eod. tit. facit text. cum gloſ. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pactis, & hoc modo Sfort. Odd. & Franciſc. Mantica ad hanc coniecturam ſubmouendam rectè argumentantur.

Quarta eſt coniectura, ſi filius legitimus &
142 naturalis ipſius teſtatoris † ſubſtitutus fuerit, Salyc. in d. l. generaliter, §. cum autẽ, verſ. Aut ſubſtitutus nõ extraneus, vbi refert ita Richardum de Salyceto excelſi nominis Doctorẽ conſuluiſſe, & cum hac opinione pertranſeunt, Socin. ſen. conſ. 249. Materia præſentis conſultationis, num. 20. verſic. Nono probatur ex ijs, lib. 2. Franciſc. Rip. in d. §. ſi quis rogatus, n. 24. & Alex. Trentacinq. in d. tract. de ſubſtit. in 4. par. cap. 7. num. 34. in 4. limit.

Mouebatur Salic. ex dicto §. cum autem, à cõtrario ſenſu, ibi enim ſubſtitutus excluditur, vt hæreditas ad filios deuoluatur, cum autem ad naturales deuenire non poſſit exiſtẽte legitimo, authentica licet, C. de naturalibus liber. ſubſtitutus admitteretur, per ſubſtitutionem quidem fideicommiſſariam teſtatori ſucceditur, l. cohæredi, §. cum filiæ, de vulgari & pupill.

Hoc autem fundamentum (vt Alexander de Imola inquit) quem ceteri ſequuntur, facillimè tolli poteſt, quia vt liberi in cõditione poſiti ſubſtitutum excludant, non requiritur (vt toties fuit dictum) quòd grauato hæredes ſint, ſufficit ſolum quod ei ſuccedere valeant, d. l. filiusfamilias, §. cum quis, & infra late explicabimus, cum igitur naturales non extantibus legitimis poſſint ſuccedere, d. auth. licet, & extantibus legitimis non omnino excludantur, ſed pater poſſit eis aliquid relinquere, iuxta text. in l. 2. de naturalib. liber. & in §. diſcretis, auth. quibus mod. natural. effic. ſui, ceſſat dicta Saliceti inductio. Vnde Franciſc. Rip. dicebat, hanc opinionem ſiue coniecturam veriſſimam eſſe attẽta teſtatoris voluntate, quam ex d. §. ſi quis rogatus, colligebat, vbi ſola dignitatis qualitas ſiuè affectio efficit quòd naturales ſubſtitutum non excludant, ergo hoc magis affectio filialis & paternus amor operari debet, cum nullus amor uincat paternum: Sed hæc ratio ex illo textu elicita concludens non uidetur, nam ſi ibi probari uolumus regulariter naturales excludere ſubſtitutũ niſi dignitatis amor impedimẽto ſit, ergo ceſſante hoc impedimento, cum naturales teſtatori exoſi non remaneant, prout inſtitutum ſubſtituto prædilexit, ita cenſetur eius poſteritatem etiam naturalem in ſua portione prædilexiſſe.

Proinde aduerſus Salicetum altera inſurre-
143 xit opinio, quòd etiã ſubſtituto filio † teſtatoris naturales conditionem fideicommiſſi extinguere faciant, in qua fuerunt Alex. in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il 1. n. 7. uerſ. Fallit etiam quartò, & conſ. 94. Conſideratis his quæ in themate narrantur, col. 2. n. 3. uerſic. Quartò cõfirmatur, lib. 1. & eſt cõmunis opinio, de qua poſt Ripam atteſtãtur, ipſamque ſequuntur, Sfort. Odd. in d. 6. partic. concl. 6. uerſ. Contrariũ ergo, tit. An naturales tantum, fol. 206. Franciſc. Mantic. in d. tract. de cõiect. ult. uol. lib. 11. tit. 9. ſub n. 17. uerſ. Sed ab hac coniectura, fol. 228. Ab hacque communi concluſione in reſponſis & iudiciis periculoſum eſſet recedere, cum qua ex dicta reſponſione ad fundamentum Franciſci Ripæ pertranſeo, ipſamque etiam uti cõmunem tenuit Michael Craſſus in lib. ſenten. §. fideicommiſſum, num. 7. uerſic. Quid autem.

Limitatur tamẽ ſi *filius* ſubſtitutus, cohæres etiam grauato datus fuiſſet, argum. l. fin. C. de
144 inſtit. & ſubſtit. iſtoque caſu † in ſententiam Bartolomæi de Saliceto procliuior eſt Franciſcus Mantic. in dicto libro undecimo, tit. 9. ante numerum 18. uerſic. Ego autem, ſubdens quòd ſi eſſet mala mente exhæredatus, ceſſaret uoluntatis cõiectura quæ ex charitate affectione neque potiſſimum colligitur, l. ſi ſeruus pluriſi, §. fin. de leg. 1. & ante eum hoc idem dixit Rip.

in dicto §. ſi quis rogatus, ante num. 25. verſic. Quòd maximè, arg. l. 1. C. de impuber. & al. ſubſtitut.

Quinta coniectura ſiue limitatio affertur, vt teſtator de naturalibus tantum ſenſiſſe non vi-
145 deatur, Eccleſia † ſubſtituta, Bald. in c. in præſentia, col. pen. num. 35. extr. de probat. quem ibi ſequuntur, Felin. col. 9. nu. 21. verſic. Fallit primò, & Dec. nu. 35. verſic. Sextò ſecundum Baldum hic, Andr. Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ cauſæ, priuil. 94. Franciſc. Mantic. dicto lib. 11. tit. 9. nu. 18. circ. finem, Io. Cephal. conſ. 111. Magnificus olim D. Zannonus, n. 32. in legitimato tamen loquens, lib. 1, Hippol. de Marſil. ſing. 131. Tu ſcis quòd &c. ac Iacobus Menoch. in tractat. de prçſumpt. par. 2. lib. 4. præſumpt. 78. nu. 66. verſic. Quinta eſt coniectura, fol. 130.

Mouentur Primò, nam ita eccleſiæ dignitas patitur, ergo attendi debet, arg. d. §. ſi quis rogatus, in dubio etiam fauore religionis pro Eccleſia pronunciandum eſt, l. ſunt perſonæ, de relig. & ſumpt. funer.

Huic rationi ex Alexandro Imolenſi reſponderi poteſt, quòd text. in d. §. ſi quis rogatus, vult teſtatoris dignitatem attendendam eſſe, & etiam rogati, vt Accurſius intelligit, nec habemus textum dicentem, ſubſtituti dignitatem attendendam fore: Etſi cum Philippo Decio diceretur, quòd cum ex gloſſæ ſententia inſtituti etiam qualitas in propoſito conſiderabilis videatur, ergo ſubſtituti qualitatẽ etiam conſiderari cõuenit. Poſſent cũ Sfortia Peruſino quẽ alii referunt aliqua non inſubtilia in contrariũ afferri, ijs tamen indicatis & pro nunc prætermiſſis ad motiuum Decij reſpondeo, diuerſam ſanè rationẽ in ſubſtituto conſiderari qui fuit minus dilectus, & ſicut teſtator inſtitutum prçpoſuit ac ſubſtituto prædilexit, ſic cenſetur eius ſobolem quamuis naturalem prędilexiſſe, ſublato impedimento cõiecturarum in d. §. ſi quis rogatus, appoſitarum: cum exploratum ſit (vt dicebam) filios in conditione poſitos vehemẽtem coniecturam voluntatis habere vt hæreditas ad ipſos magis deueniat quàm ad ſubſtitutum, non mirum ſi inſtituti conditio attenditur non autem ſubſtituti vltimo loco in defectum aliorum.

Secundò, licet dicendum ſit, quòd regulariter naturalis excludat ſubſtitutum niſi coniectura voluntatis repugnet, quæ potiſſimum ex teſtantis dignitate deducitur, vt in dicto §. ſi quis rogatus, Tamen ille textus nõ negat, quin ex alijs etiam fontibus hæc voluntatis coniectura elici poſſit: propterea veriſimile non videtur, quòd propter filios naturales voluerit teſtator fideicommiſſi conditionem deficere, quando Eccleſia ſubſtituta reperitur, ſumma enim ratio eſt quæ pro religione facit, dicta l. ſunt perſonæ, cõſtat etiam Eccleſiam filijs comparari, §. ſed & hoc præſenti, authentica de ſanctiſſ. epiſc.

Cæterum hæc ratio parum ſtringit, nam aut coniecturam deducere volumus ex dignitate ſiue ſtatu perſonarum, & ex communi opinione concludendum eſt, dignitatem teſtatoris tãtum inſpiciendam eſſe, vt tex. in dicto §. ſi quis rogatus, inquit, & aliquando grauati, iuxta gloſſæ ſententiam, ibi, intelligendo vt in ſuperioribus declaraui, non autem ſubſtituti: Aut ex pietate eiuſdem teſtatoris, & tunc in propoſito ex perſona ſubſtituti coniectura aliqua aſſumi non poteſt, licet enim reſpectu eccleſiæ votum teſtantis eius bona ad illam transferendi conſideretur, deficit tamen natura, in filijs autem naturalibus natura & votum teſtantis concurrit, cumque votum illud per accidens ſit, potentior eſt cauſa naturalis quàm accidentalis, l. filio quem pater, ff. de liber. & poſthum. Aut denique ex priuilegio aliquo, & nullibi probatur, eccleſiam huiuſmodi priuilegio potiri, excludendi ſcilicet naturales in conditione
146 poſitos, illaque ſuccedit † concluſio, piæ cauſæ priuilegia locum non habere niſi in caſibus à iure expreſsè priuilegiatis, Pariſ. conſil. 74. Vidi teſtamentum, num. 20. libro 3. ad quod faciunt tradita per Ancharanum, conſil. 137. Principaliter ponderandum eſt, in princ. & columna 2. circ. med. Quod autem ad intelligentiam dicti §. ſed & hæc præſenti, attinet, alibi in hoc opere definiendum eſt, cum maximam difficultatem contineat, vt non ita explicitè liberèque poſſit nunc ad deciſionem huius coniecturæ allegari.

147 Contrariam igitur opinionẽ † multi tenuerunt, ſcilicet Salicet. in dicta l. generaliter, §. cum autem, Alexand. de Imol. in dicto §. ſi quis rogatus, columna quarta, num. 8. verſic. Et licet iſtud, vbi Franciſcus Rip. numer. 25. idem ſcribit, & de veriori opinione ac communi atteſtatur Benedict. Capra, conſ. 132. Etſi viſo, numero ſecundo, iunct. numer. 5, Sfort. Odd. in dicto tractatu de compend. ſubſtitut. partic. 6. tit. An naturales tantum, poſt 6. concluſionem, in ſexta limit. vbi de communi etiam meminit, Michael Craſſus in lib. ſentent. §. fideicommiſſum, quæſt. 37. numero octauo, magis communem concluſionem eſſe affirmans, & Alexander Trentacinq. in dicto tractatu ſubſtitut. in quarta parte, capitulo ſeptimo, numero 35. communem verioremq; ſententiam eſſe ſcribens. Et cum eadem Alexandri de Imol. concluſione mihi pertrãſeundum videtur, tum ex dicta reſponſione ad ſecundum argumẽtum primæ partis, tum etiam ex text. in dicta l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit.

ex quo

ex quo colligitur humanitatem pietatemque paternam in naturalibus etiam locum habere, dum inquit, Humanitatis intuitu, hoc & latius & pinguius interpretandum eſſe credimus, vt ſi quis naturales &c. & infra ibi, Vt quod inter iuſtos liberos ſancitum eſt, hoc & in naturales filios extendatur. Et quamuis Imperator de inſtitutis & grauatis naturalibus loquatur, nihil refert, ſat eſt rationem dictorum iurium à naturalibus extraneam non cenſeri, iuncto etiã text. in l. liberorum, in fin. ff. de verb. ſignif. ibi, etenim iccirco filios filiasvè concipimus atque edimus, vt ex prole eorum earumvè diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus. Cum ergo humanitate atque pietate in naturales liberos ducamur, per eoſdemque diuturnitatis memoriam in æuum relinquamus, cumque dignitatem teſtantis repugnare non præſupponamus, cur voluerimus ab eccleſia ſubſtituta naturales maximam voluntatis præſumptionem habentes excludi? nulla certè id ratio ſuadet, nulla humanitas atque æquitas: Sique legitimo ac naturali filio teſtatoris ſubſtituto adhuc naturales admittũtur, multo magis ſubſtituta eccleſia (vt Doctores ita communiter argumentantur) idem concludendum ac definiendum erit: deque hoc ſatis.

Sed prout dictam concluſionem veram eſſe exiſtimo, ſic ipſam fortaſſe limitandam fore, ſi
148 eccleſia vel pia cauſa pro male ablatis † ſubſtituta ad conſcientiam teſtantis exonerãdam reperiretur: quemadmodum vt diſpoſitioni huius cõtextus aliorumque iurium ad tacitã conditionem ſubintelligendã locus non detur ſubſtituta eccleſia vel pia cauſa pro male ablatis deſuper dicebam, Socin. ſen. hic, colum. 24. in princ. verſic. Tertium corollarium, Io. Bapt. Lupus de S. Seuerino, in d. l. generaliter, §. cum autem, in 12. quæſt. vbi Dec. num. 7. & in l. precibus, ante num. 15. C. de Impuber. & al. ſubſtitut. cum alijs nonnullis proprio loco aduerſus Io. Petrutij de Monteſperello opinionem allegatis.

Sexta limitatio vel coniectura ex intentione multorum conſiderari aſſolet, quando gra-
149 uatus † non poſſet niſi cum grauiſſimo peccato & ſcandalo filios naturales habere, vt puta ſi eſſet clericus in ſacris conſtitutus: Sed vt huius coniecturæ clara ac dilucida habeatur reſolutio, cum diuerſi in hac difficultate diuerſa ſenſerint, opiniones omnes ſigillatim atque diſtinctè explicare conuenit.

Prima igitur fuit opinio, quòd aut ſimpliciter dictum fuit, ſi filius meus ſine liberis deceſſerit, & tunc de naturalibus liberis intelligendum non ſit, ſed de his quos loco iuſtorum liberorum lex habet, ſcilicet de eccleſia, ita ſentiunt Bart. in d. l. hæredibus, §. Titius, num. 4. verſic. Reſpondeo, vbi Ang. ff. ad Trebell. ac alii quos infra adducam.

Mouetur Bart. per text. in d. §. ſed & hæc præſenti, auth. de ſanctiſſim. epiſc. vnde illud deducitur, eccleſiam filii loco haberi.

Sed hic text. non probat id pro quo allegatur, contrariumque tenent maximi legum ver-
150 tices, ſcilicet eccleſiam loco filii † non cẽſeri, inter quos Bald. in l. filium eum definimus, in princ. ff. de his qui ſui ſunt vel alien. iur. vbi hoc aſſerentes fatuos appellat, Salyc. in auth. ſi qua mulier, ſub num. 2. verſic. Ideo de ſuppoſitis illis, C. de ſacroſ. eccleſ. id per quinque rationes comprobans, & veriorem tutioremque opinionem de iure ciuili eſſe affirmans, Felin. in c. in præſentia, col. 19. nu. 74. extr. de probat. Bart. in auth. niſi rogati, circ. med. C. ad Trebell. vbi ſic dicit, Videte Domini, nulla Lex eſt in mundo vel Decretalis quæ dicat monaſterium loco filij haberi, & reſpondet textui in d. c. in præſentia, & poſt Richard. Malumbri idem voluit ipſe Bart. in l. ſi ita quis, §. is cui, nu. 3. ff. de leg. 2. Sed cum alibi hoc dubium ſit ex profeſſo explicandum, nunc parum inſiſtam, ſolum dixerim quòd ſi in d. §. ſed & hæc præſenti, fideicõmiſſum deficeret, quòd eccleſia loco filii cenſeretur, vtique textus id exprimeret, & tamen ex eo vult conditionem deficere quia pro non ſcripta habetur.

Secundò reſpondetur, quòd cum teſtatoris verba ſub conditione fuerint prolata, videntur ea ſecundum conditionis naturam interpretanda, quæ rem incertam ſignificat à futuroque euentu pendentem, Bart. in l. 1. in princ. hoc
151 tit. debet enim ſe habere † ad eſſe & non eſſe l. cum ad præſens, ff. ſi certum pet. aſt qui religioni ſe deuouit certus eſt omnino de ſtatus ſui fine, cum ille inſtitutum vitæ curſum nequeat deſerere, cap. ſemel Deo, de regulis iuris in 6. eccleſiaque ipſa nunquam moriatur, c. liberti, 11. 12. quæſt. 2.

Secunda opinio fuit Angel. in l. ſi quis poſthumos, num. 2. verſic. Et per hoc dico, ff. de liber. & poſthum. quòd huiuſmodi conditio
152 de ſpurijs † debeat intelligi, quem ſequebatur Ioannes Coraſius lib. Miſcellan. iuris ciuil. libro primo, capitulo ſeptimo, incip. Quæſitum eſt, ſub numer. 6. verſic. Spurios igitur, nam cum alios habere grauatus non poſſit, credendum eſt a defuncto ſpectatam magis naturam quàm accidens, dicta l. ſi quis poſthumos, & ſi cum Bart. & alijs (inquit Coraſius) diceretur ita inuitari ad complexus nefarios inſtitutum, reſpondet Angelus, conditionem huiuſmodi non inuitato, ſed caſus duntaxat contingentiam ponere, & videtur ſenſiſſe Bald. conſil. 373. Præmittendum eſt, num. 7. verſic. Præterea iſtud verbum, lib. 1.

Angeli etiam ſententia hæc tuta non videtur, cum præſupponat conditionem ipſam neceſſario de ſpurijs intelligẽdam eſſe, nec aliam interpretationem recipere, quod verum non videtur, vt ex infra dicendis conſtabit: Præſertim
153 cum filiorum nomen ſpurijs † nequaquam conueniat, auth. ex cõploxu, C. de inceſt. nupt. & in corpore quibus modis natural. effic. ſui, §. fin. nec conditio ſi ſine liberis, in illis vnquã impleatur, ſecundum Bart. in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, n. 4. verſic. Quid de ſpurio, Dec. in d. c. in præſentia, n. 33. Nec autumandum ſit, de tam nefaria prole à defuncto cogitatũ, quam ſuſcepiſſe ſummum eſſet clerico dedecus ſummaque ignominia, tot. tit. de cohabit. cleric. & mul. & tit. de fil. presbyt. cum & filij huiuſmodi ſerui eiuſdem Eccleſiæ cui pater miniſtrabat perpetuo eſſe teneantur, cap. cum multæ, 15. q. vlt. quamuis de conſuetudine aliter hodie receptum ſit, gloſſ. in d. cap. cum multæ, Abb. in c. 1. in fin. de tregu. & pace, Io. Fabr. in §. ſeruitus, num. 5. verſic. Item alius modus, Inſtit. de iur. perſon. Cæterum, quia dicta conditio aliam intelligentiam atque interpretationem longè honeſtiorem admittit, turpem ſenſum reijcere & honeſtũ capere tenemur, arg. l. ſi cui, de ſeruit.

Tertia opinio inſurrexit nonnullorum dicẽtium, de veris ac proprijs filijs ipſam conditio-
154 nem intelligendã eſſe, inter quos † fuit Franciſc. Rip. in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, n. 19. Incertum enim nõ eſt poſſe clericum legitimos filios ſuſcipere, vel ex probabili quodam matrimonio quod putatiuum appellant, c. 2. & c. ex tenore, extr. qui fil. ſint legitim. & tales ſuccedunt etiam in feudis, vt tradit Bald. in c. 1. §. naturales, ſi de feud. fuer. cõtrouerſ. inter domin. & agnat. Vel ex Pontificis Maximi indulgentia, qui eum legibus ſoluat, ac ius illi connubii permittat, gloſ. in c. de illo, 32. diſtinct. & cap. cum olim, vbi Abb. de cleric. coniug.

Et ſi diceretur id impoſſibile de iure cenſeri, propterea que non conſiderandum, cum Põtificis conſenſus ſit expectandus, l. apud Iulian. §. fin. de leg. 1. l. 4. §. 1. ff. de fideicom. libert. Andreas de Iſern. in c. 1. §. commercium, num. 9. de prohib. feud. alien. per Lothar. Paris de Reintegr. feud. fol. 56. Ludouic. Roman. conſ. 58. Vilis narratis, ad fin. Alex. conſ. 15. eiuſdem initii, col. fin. num. 7. lib. 5. Franciſc. Aretin. conſil. 161. In præſenti conſultatione, col. 2. Carol. Ruin. conſ. 83. Videtur ex pluribus, n. 11. lib. 3. Reſpondent Scribẽtes, quòd ſicuti ſpurii inſtitutio collata in id tẽpus quo is natalibus reſtitutus fuerit valida eſſe cenſetur, Ang. & Io. de Imol. in l. illa inſtitutio, de hæred. inſtit. quamuis hæc reſtitutio ſolius Principis autoritate fiat, l. 1. de natalib. reſtit. Bart. in l. non ambigitur, in fin. de legib. ſic & volum eam conditionem hunc ſenſum rectè poſſe admittere, & ſi ad eam implendam ſupremi Principis autoritas atque indulgentia requiratur.

Hęc quoque opinio à Gabriele Palęotto Bononienſi maximę eruditionis & ornatiſſimę eloquentiæ Iuriſconſulto, Cardinalique S. R. E. Ampliſſimo, necnon à Ioanne Coraſio Toloſate acriter impugnatur, Cum ei qui Diuino cultui ac Chriſtianę Religioni ſe iam dedit, nũ-
155 quam aut perrarò, † idque ex graui, imò vrgentiſſima aliqua cauſa ius matrimonii Pontifex ſoleat permittere, c. cum ad monaſterium, in fin. vbi Abb. de ſtat. monach. d. c. ſemel Deo, de reg. iur. in 6. vbi Io. Andr. & alii, quæ verò adeo difficilia ſunt vt à Principe impętrentur,
156 ea certè vti impoſſibilia † in iure cenſentur, d. l. apud Iulianum, §. fin. Bart. in l. fin. ante n. 2. C. de ſentent. paſſ. & in l. 1. §. qui habebat, in princ. ff. de bonor. poſſ. contratabul. quod autem impoſſibile eſt, id & nullum eſt, l. impoſſibilium, de reg. iur. Sed non omnia quæ à Principe obtinẽtur adeo difficilia ſunt, multa enim benignè elargitur & concedit, quod videmus in natalium reſtitutione, vt in auth. quib. modis natural. effic. legitim. Et paſſim per Scribentes alibi: licet enim eius inſſum & licentiam exigant, non tamen impoſſibilia reputantur, cum hæc ſæpè concedi cõſueuerint, Raph. Cuman. Paul. de Caſtr. & Franciſc. Aretin. in l. continuus, §. cum quis, de verb. oblig. Ludouic. Roman. in l. 2. in princ. in vltim. chart. eod. tit. dicens eſſe bonum text. in l. qui cum natu maior, ff. de bon. libert. poſt princ. & Aretin. alium citat text. in l. 1. §. permittitur, de aqua quotid. & æſtiu. cum igitur quantum vel ad matrimonii leges violandas hoc totum negocium difficillimum ideſt impoſſibile dicatur, non debet ad hunc caſum dicta ſi ſine liberis deceſſerit cõditio trahi, inter quem & natalium reſtitutionem multum intereſt. Denique quod ad putatiuum matrimonium attinet facillimè tolli poteſt, cum iuſto nullo errore pater clericus excuſari poſſit qui ſuam conditionem agnoſcens à ſimili concubitu debuerat abſtinere, & tamen in huiuſmodi matrim. error & maximè probabilis eſſe neceſſarius aſſolet, c. fin. §. 1. de clandeſt. deſponſat.

Quarta fuit in hac difficultate opinio, vt le-
157 gitimi tantũ filii ex adoptione † ſubſtitutum excludant, de iisque conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, in clerico intelligatur, quam tenuerũt, Bald. in gloſ. in verb. Facilè, Ioan. de Imol. ſub num. 2. & Alex. nu. 8. poſt Raphaelem Cumanum, & Paulum de Caſtr. ibi, in l. ſi quis poſthumos, vbi etiam Iaſ. nu. 8. verſic. Per iſtam gloſſam, ff. de liber. & poſthum. Dec. in d. c. in præſentia, nu. 38. vbi Berous num. 262.

Nam clericis interdictum nequaquã videtur ta-

158 tur tales ſibi liberos † aſſumere, l. ſi pater, §. fin. de adopt. Abb. in c. 1. de cogn. legal. cumque nõ alios (vt dicunt) niſi hos honeſtè filios habere poſſint, cõcludunt dubio procul voluntatem teſtãtis fuiſſe vt ob hos adoptiuos filios fideicommiſſum deficiat. Impugnant & iſtam opinionem Palęottus, & Corasius, cum regulariter id conſtitutum ſit, ne adoptiui filii contra ſubſtitutum admittantur, l. ſi ita quis, §. fin. de leg. 2. fideicommiſſo nanque facile fraus fieri poteſt, l. fideicõmiſſum, hoc tit. fraudis autem ſuſpicio in clerico vel maximè conſiderari poteſt, cum ſciens alios iuſtos liberos habere non poſſe, facillimè is magis quàm alius ad adoptãdum induci valuit, arg. d. l. ſi pater, §. fin. ff. de adopt. Et à prædictis duobus Doctoribus diſſenſiſſe non videtur Franciſc. Rip. in d. §. ſi quis rogatus, num. 35. verſic. Secundò limita.

159 Quinta Auguſtino Beroio † huius conditionis interpretatio aſcribitur, is enim in d. cap. in præſentia, fol. 101. credidit, quòd prout ipſa conditio duas habet partes, ſcilicet ſi deceſſerit, & ſine liberis, valeat eatenus, quatenus impleri poteſt, l. qui dotem, de dot. præleg. l. ſerui electione, l. Stichum qui, de leg. 1. & propterea quo ad illa verba, ſi deceſſerit, extet quidẽ conditio tunc cum morietur, quo ad illa verò, ſi ſine liberis, quia hoc impoſſibile eſt, pro non adiecta habeatur, ne vtile per inutile vitietur, iuribus vulg.

Sed Gabrieli Palęotto hæc Beroi ſui præceptoris interpretatio non arriſit, cum illa conditio vnica ſit, continens eam qualitatem ſi ſine liberis, Bart. in l. Aurelius, §. idẽ quęſiit, in fin. ff. de liber. leg. vnde ſcindi non poteſt, detracta enim qualitate, conditioni ſatisfactum non intelligitur, l. Titius, de milit. teſtamen. l. 2. ff. de aur. & argen. leg. Bart. in l. ex facto, colum. 2. de vulg. & pupill. ſubſtit.

Sextam proinde ipſe Palęottus interpreta-
160 tionem ſubdebat, exiſtimans † conditionem prædictam neceſſariam eſſe & pro pura cenſeri, ex Bart. in l. 1. in princ. ante n. 2. verſic. Item ad differentiam, hoc tit. videtur enim (inquit) in hoc facto quid ſimile fuiſſe expreſſum à teſtatore, vt clericus ille ſi liberam conſequi hæreditatem intendit filios quoque ſuſcipere cogatur, ſique non ſuſceperit veluti pœnæ nomine eam alii reſtituere teneatur, ſed prior conditio vtique impoſſibilis de iure eſt aduerſus clericorum honeſtatem, votum, ac bonos mores, arg. l. filius, hoc tit. ergo alia quæ priori eſt cõtraria, ſcilicet ſi liberos non ſuſceperit, neceſſaria dice-
161 tur, cũ neceſſarium id ſit, cuius contrariũ † eſt impoſſibile, Bald. in l. non quicquid, de iudic. cum verò quælibet neceſſaria cõditio pro pura habeatur, l. ſi pupillus, §. ſub conditione, ff. de nouat. ſequitur quòd clericus hic purè poſt mortem reſtituere grauatus ſit, vt Bart. in l. 1. in princ. ff. de cõdit. inſtit. declarauit: Hæcque interpretatio antea fuit Baldi, in d. l. generaliter, §. cum autem, nu. 3. verſic. Sed quid ſi iſta conditio, C. de inſtit. & ſubſtit. ac etiã Caroli Ruini conſ. 144. Viſo ac perlecto, n. 11. verſic. Tertiò non obſtat, lib. 3. Palęottumque ſequitur Iacob. Menocch. in d. tract. de pręſumpt. par. 2. præſumpt. 78. num. 56. verſic. Hæc opinio mihi magis probatur, fol. 129.

Quemadmodum autẽ circa reprobationem interpretationis Auguſtini Beroi poſſet replicari, quòd imo conditio quando eſt pro parte
162 poſſibilis † & pro parte nõ, quatenus eſt poſſibilis impleatur, quatenus verò impoſſibilis reiiciatur, vt eſt text. in l. qui dotem, ff. de dot. præleg. & l. pen. hoc tit. declarat Bart. in d. l. 1. col. fin. num. 10. verſic. Quęro quid ſi conditio, de condit. inſtit. ſuper quo nõ arbitror inſiſtendum, ita circa Gabrielis Palęotti interpretationem dixerim, fruſtra agi in propoſito de conditione impoſsibili & neceſſaria, vt purè proinde hæc conditio de qua agitur ſit implenda, cum non de conditione quæ natura ſit impoſsibilis hic tractetur, ſed verius fortaſſe quæ de facto; vt magis difficillima propriè ſit appellanda, prout ex Didaco Couarr. docuit Emanuel Coſta lib. 1. ſelect. interpret. circ. condit. cap. 8. ad l. cum hæres, §. 1. ff. de ſtat. liber. num. 8. & 14. quam quidem impoſsibilitatem nec in propoſita quæſtione præſupponere debemus, & ex infra dicendis liquebit.

Septima fuit opinio, vt verba conditionis
163 de ſpuriis legitimatis † intelligantur, prout ſenſit Paul. de Caſtr. in d. l. ſi quis poſthumos, num. 3. & Alex. ibid. nu. 9. in fin. quod & Io. de Imol. etiam ſibi voluit nu. 2. verſic. Tu adde.

Hęc etiam intelligentia tuta non eſt, cum ex ea clericus ad fornicãdum & votum caſtitatis frangendum inuitaretur, ſpem probabilem cõcipiendo vt ſuſcipiendos ſpurios valeat legitimare, & propterea de his libertis (vt Franciſcus Mantica aduertit) poſt conditum teſtamentum progenitis teſtator ſenſiſſe minimè dicendum eſt, vt per eum d. cap. 9. ante num. 33.

Pro germana, ucraque huius difficultatis reſolutione in vna ex opinionibus prænarratis adhuc inſiſtendum uidetur, non enim dubium eſt multos in illam ſententiam declinaſſe, ut de adoptiuis filiis conditio hęc in clerico interpretetur, præſuppoſito pro conſtanti clericos ado-
164 ptare ſibi filios poſſe, ut tenent † Gulielmus de Cun. & Ang. in l. & qui uxorem, ff. de adop. Ioan. Andr. in rubr. de cogn. legal. Hoſtien. & Abb. num. 4. in c. 1. cod. tit. iſtudque pręſupponunt Bald. Ioan. de Imol. Paul. de Caſtr. Raph. Cuman. ac Alexan. in d. l. ſi quis poſthumos, in princ. de liber. & poſthum. ubi Franciſc. Aret.

col. 2.

col. 2. in princ. idem diſputando concludit, Maſquard. Suſanius in tract. de cęlibatu ſacerd. in 1. par. cap. 4. n. 12. vbi alios refert, & poſt eum Franciſc. Mantic. in d. tract. de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 9. n. 32. lateque conſuluit Carol. Ruin. conſ. vltimo, incip. De pluribus, in princ. quod eſt conſilium in ordine, 147. lib. 5. Quãuis igitur hæc cõditio de adoptiuis regulariter non intelligatur, d. l. fideicommiſſum, hoc tit. l. ſi ita quis, §. fin. de leg. 2. tamen cum rationabiliter nõ poſſit aliter intelligi, recipiendus eſt intellectus qui vitio caret, l. in ambiguam, ff. de legib. Vnde Io. Coraſ. d. lib. 1. Miſcell. iuris ciuil. cap. 7. nu. 6. dicebat ſe ſubſiſtere, ſi nõ fraudis cauſa facta eſſet adoptio, per text. in l. fin. §. ex bonis, ff. de bon. damnat. Ex bonis (inquit Paul. Iuriſconſ.) damnatorum portiones adoptiuis liberis, ſi non fraudis cauſa facta eſt adoptio, non minus quàm naturalibus concedi æquum eſt. Fraudis autem cauſa adoptio facta videtur, etiam ſi non in reatu, ſed deſperatione rerum per conſcientiã metu imminentis accuſationis quis adoptet, in hoc vt ex bonis quę ſe amiſſurũ cogitat portio detrahatur; Ad quod facit d. l. fideicommiſſum. Fideicommiſſum (inquit illic Papinianus) à filijs relictum ſi quis ex his ſine liberis diem ſuum obierit, adoptionis commento non excluditur: commentum enim
165 pro fraude † ibi accipiendũ eſt, vt ſcribit Socin. ſen. conſ. 226. Quæſtio præſentis conſultationis, num. 9. lib. 2. & poſt eum Curt. iun. conſil. 145. Facti contingentia talis eſt, n. 22. verſic. Et ideo, inde commẽtitium dicimus quod fictitium eſt, Græci πλασματῶδες appellant: ſic Ariſt. in 12. Metaphyſicor. commentitiam rationem opinionemvè dicit, figmento non veritate ſubnixam, hac ratione ius commentitium dicitur δίκαιον ἐπίπλαστον: quod figmento non re ipſa ſubſiſtit. Si ex eodẽ textu argumentum à contrario ſenſu duxerimus, quod quidẽ argumen-
166 tum fortiſſimum † eſt, l. 1. ff. de offic. eius, l. cõuenticulam, vbi not. Bald. C. de epiſc. & cleric. congruit etiam Vlpiani ſententia ad Sabinum, in l. nec ei, in princ. ff. de adopt. & Dionis in Hadriano autoritas, Et illud (inquit) in primis mortem Traiani aliquot dies occultam fuiſſe, vt adoptio procederet, quia cum illum nouiter adoptaſſet, & deceſſiſſet, fraus præſumebatur. Quod etiam indicauit in Oratione pro domo ſua illis verbis M. Cicero: Nego iſtam adoptionem Põtificio iure eſſe factam, primum quòd hæ veſtræ ſint ætates, vt is qui te adoptauit vel filij tibi loco per ætatem eſſe potuerit, deinde quòd cauſa quæri ſolet adoptandi, vt & is adopter qui quod natura iã aſſequi non poteſt, legitimo & Põtificio iure quærat: & ita adopter, vt ne quid aut de dignitate generum, aut de ſacrorum religione minuatur: illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur, vt hæc ſimulata adoptio filij quàm maximè veritatem illam ſuſcipiendorum liberorum imitata eſſe videatur, vt concludendum ex prædictis exiſtimem, adoptionem commentitiam non cenſeri, ſi inſtitutionem præceſſerit, adoptiuosque filios ſubſtitutum ſub conditione ſi grauatus ſine liberis deceſſerit omnino excludere, & ſic dictam concluſionem limitari ne inquam adoptiui in expreſſa conditione ſubſtitutum excludere valeant: tunc ſiquidem in poteſtate grauati non erit ſubſtitutum deludere, cum facile ſit alicui filios artificiosè adoptare: quam rationem attulerunt, in d. l. ſi ita quis teſtamẽto, §. fin. Raphael Cuman. Bart. in l. ſi cognatis, col. 2. ff. de reb. dub. Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. in fin. & Alexand. conſil. 2. Viſis codicillis, in princ. lib. 1. in eandemque ſententiam vt in clerico de adoptiuis filijs conditio intelligatur, aperto marte prorupit Franciſc. Mantic. d. tit. 9. n. 32. licet poſtmodum pedem retraxiſſe oſtenderit.

Sed quãuis præcedens circa adoptiuos concluſio rationabilis admodum videatur, tamen mihi non omnino arridet, & cum hæc materia ſit multum confuſè per Doctores tacta, vt eius veram ac clarã reſolutionem habeamus, duos caſus conſiderandos eſſe exiſtimo: Primus eſt, cum ſubſtitutio facta Clerico in ſacris conſtitu-
167 to, eſt concepta ſimplicibus verbis, † ſi ſine liberis deceſſerit, & iſto caſu concludendum eſt conditionem tenere, in eccleſiaque verificari, ac ciuilem intellectum ſiue interpretationẽ recipere, ex d. §. ſed & hoc præſenti, auth. de ſanctiſſ. epiſc. & ita concludit Bart. in d. l. hæredib. §. Titius, num. 4. verſic. Breuiter videtur, ff. ad Trebell. vbi etiam Ang. ſed licet ſolus Bartolus pro hac concluſione conſiſteret, tanta eſt Bartoli autoritas ac ſcientiæ profunditas, cum quo veritas eluceſcere conſurgereque ſolet, vt iudicando difficillimũ eſſet ab eius intelligentia re-
168 cedere: habuit nanque purgatiſſimum † ingenium imò admirabile: vult ſiquidem in clerico de illis filiis conditionem prædictam intelligi, quos ipſe in ſacris exiſtens habere poteſt, ſcilicet de eccleſia, ſi enim teſtator ad ſpurios illam retuliſſet, fideicommiſſum nullum & inualidũ redderetur, cum eſſet filium clericum in ſacris ordinibus conſtitutum ad fornicandum allicere, ad dictamque nullitatem oſtendendam congruit text. in d. l. hæredibus, §. Titius, in fine.

Nec obſtat quòd conditio in incertum dubiumque euentum dirigatur, & ſic ad eſſe & non eſſe, l. cum ad præſens, ff. ſi cert. pet. qui autem religionem profitetur, certus eſt omnino ſine eccleſia non decedere: Nam reſponderi poteſt, in propoſito religionis fauorem hoc operari, vt conditio non ſit conditio, imò inualida

& pro

169 & pro non ſcripta † habeatur, d.§. ſed & hoc
preſenti,& vt verbis Baldi vtar in l.generaliter,
§.cum autem,nu.3. verſic. Sed quid ſi iſta con-
ditio, C. de inſtit. & ſubſtit. conditio iſto caſu
non facit conditionem : Vt breuiter autumem
dictæ conditionis verba, in clerico in ſacris cõ-
ſtituto ex diſpoſitione d. §. ſed & hoc præſen-
ti,interpretari, ſcilicet de eccleſia tantum, non
autem de adoptiuis.Quę quidem reſolutio ma
xima æquitate atque honeſtate ſuffulta conſpi-
citur,cum indecens ſit atque indecorum, cleri-
cos veræ religioni addictos, filios etſi adopti-
uos (licet illos poſſent ſi vellent iuxta commu-
nes traditiones retinere, ex ijs quæ deſuper di-
cebam) ſibi aſciſcere, memores enim eius eſſe
debent quod ſcriptum reperitur, Sancti eſtote
quia & ego ſanctus ſum, vt in Sacro Tridenti-
no Concilio ſeſſ.14.in proœm.de reformat. ab
omnique ſpecie mali præcipit Apoſtolus abſti
nere,cap.cum ab omni, de vit. & honeſt.cleric.
vt alia præteream.

Hancque opinionem vltra Bartolum tenent
Abbas clarum alterum iubar iuris canonici, in
c.in præſentia,n.15.extr.de probat.& fuit opi-
nio gloſſæ ibi,in verb.Inſtituit,verſic.Si verò il
le,vbi Pariſius alios allegans,nu.32.gloſ.etiam
in d.auth.niſi rogati, in verb. locum venerabi-
lem, C. ad Trebell. vbi Petr.Cyn. Bart.Bald.
verſic. Item ſi quis efficiatur ſacerdos, & Ang.
in ſummario,ac in 1.not. Iacobus de Beluiſ. in
d.§. ſed & hoc præſenti, verſic. Item quæritur
quid in clerico ſæculari, auth.de ſanctiſs.epiſc.
Salic. in d.l. generaliter, §. cum autem, verſic.
Quæro quid ſi iſta, Alex.in d.l.ſi quis poſthu-
mos,nu.8. verſic. Sed vt refert hic Imol. ff. de
liber.& poſthum. Dec.conſ.259. Viſis his,co-
lum.fin. verſic. Præterea quod dicitur, & infra
Nicol.Boer.deciſ.354.Or poſſum dicere,nu.1.
2.& 3. vbi alios citat, Carol. Ruin. conſ.153.
Circa caſum de quo quæritur, nu.1. verſic. Et
idem etiam apertè, lib.3. Alex.Trentacinq. in
tract.de ſubſtit. in 4.par. c.7.nu.32. verſic. Se-
cundò principalis concluſio,fol.146.Auguſtin.
Bero.conſ.73. Quod eueniente caſu, num.11.
verſic.Sed quando teſtator, lib.2.ac etiam An-
dreas Barbat.in d.c.in præſentia,col.69.in fin.
Franciſc. Viuius deciſ.147. Pater ſi ſubſtituat,
num.2. verſic. Aliquando verò,lib.1.

Secũdus caſus eſt & hic magis dubius,quã-
do teſtator ſubſtituit ſub conditione,ſi ſine li-
beris ex ſuo corpore deſcendentibus, vel ſine
liberis maſculis, quæ conditiones non poſſunt
in eccleſia verificari,& in hoc ſecundo caſu duę
ſunt Scribentium opiniones, quarũ Prima eſt,
vt fideicõmiſſum ſit nullum, & ſic ſubſtitutus
170 nõ admittatur,† & cum hac opinione pertrã-
ſeunt, Bart.in d.l.hæredibus,§. Titius,ante fin.
verſic. Sed quid ſi adiecerit,vbi Ang.n.3.Abb.
in d.c.in præſentia,num.16. verſic. Aut illa ver-
ba conferuntur, Paul. de Caſtr.in l.1.§.lex Fal-
cidia,nu.4. verſic. Facit etiam,per illum tex.ff.
ad l.Falcid. Bald.conſ.373. Prœmittendum eſt,
n.7.verſ.Præterea iſtud verbum deſcendentes,
lib.1.Ludou.Rom.conſ.438.In caſu conſultа-
tionis præſentis, col.4.in princ. verſ. Secundò
principaliter, n.8. Pariſ.conſ.109. D. Bernar-
dinus,n.2.3.&4. dicens Bartolum in d.l.hære-
dibus,ab omnibus approbari, lib.3. alleganſ-
que Carol.Ruin.in l.Gallus,§.& quid ſi tantũ,
col.13.ff.de liber.& poſthum. Alex. in d.§. lex
Falcidia,in vlt.verbis,nu.10. verſic. Inducitur
per Paulum de Caſtr. Cum Bartolo etiã ſenſe
re,Aug.Bero.conſ.107.Anceps quippè,nu.31.
verſ.Aut verò, lib.2.vbi notabiliter dicit,iſtam
opinionem Bart. & Abbatis ferè ab omnibus
communiter receptam eſſe. Dec.conſ.425. In
caſu propoſito,col.3.n.12.verſic.Et in propo-
ſito, & quamuis ab Antonino Teſſauro contra
hanc opinionem allegetur Alex.Trentacinq.in
d.tract.ſubſtit.lib.4.c.7.nu.32.verſic.Secundò
principalis cõcluſio, tamen ſi rectè inſpiciatur
ipſe ſentit cum Bartolo vbi ſupra,& cum Abb.
in d.c.in præſentia,vbi Andr.Barbat.col.69.in
fin. verſ. Item dixit etiam idem Bart. & Felin.
col.14.nu.31.verſic.In eadem gloſ.ibi exigun-
tur duo, Franciſc.Mantic.in tract.de coniect.vl
tim.vol.lib.11.tit.9.nu.34. & eod.lib.11.tit.1.
nu.7. verſic. Sed eleganter, fol.254. Simon de
Pretis in tract.de interpr.vlt.vol.lib.2.ſolut.2.
col.1. nu.110. verſ. Et dici nullum, fol.137. di-
cens hanc opinionem eſſe ab omnibus ferè re-
ceptam, & cõſ.137. Fideicommiſſum ex pater-
no teſtamento,nu.91. verſic. Verum contrariis
reſpondere, lib.1. & ita etiam concludit Iacob.
Puteus in vna Romana fideicommiſſi pro Ber-
nardo de Bubalis, contra ſecretarium S. Am-
broſii, deciſ.55.ante fin.nu.5. verſ. Dicebatur
tamen in præſenti cauſa,lib.1.fol.39.ſecundum
impreſſionem de anno 1583.

Et pro hac opinione uiuam facere rationem
Pariſius in præcitato conſil. inquit, nam fidei-
commiſſum relictum in defectum conditionis
171 à iure reprobatę,† non debetur,ut dicit text.in
l.quoties ſub cõditione,hoc tit.ubi omnes tra-
dunt,latèque Emanuel Coſta in l.cum tale, §.
arbitratu,in princ.nu.1.& 2.cod.tit.poſt Felin.
in d.c.in præſentia,ſub num.36.uerſ.Secundò
quia relictum mulieri cum onere iſto, at condi
tio hæc ſi ſine filiis ex ſuo corpore in clerico &
ſacris conſtituto à iure reprobatur, ut not. in
d.§. Titius, & per Alex.in d.l. ſi quis poſthum.
in 3.col.ff.de liber.& poſthum. & per Scriben-
tes in præcitato c. in præſentia,ergo fideicom-
miſſum prædictum erit nullum ſubſtitutuſque
excludetur. Hanc rationem Franciſcus Ripa ſe
cundum mẽbrum diſtinctionis Bartoli impro-
bando,

bando ſubmouere conatur in d.l.ex facto, §. ſi quis rogatus, il 1. n.19. aſſerendo ſacerdotem poſſe abſque peccato filios legitimos & naturales habere, ſi ex diſpenſatione Pōtificis ma-
172 trimoniū † contraxerit, Panorm.in c.cū olim, de cler. cōiug. & iam obſeruatū in multis olim fuit,qui exiſtentes in ſacris,autoritate Pōtificia relictis etiam clauſtris vxorem duxerunt, ſicuti exempla referunt Abb. ipſe in c. per venerabilem,n.21.qui fil.ſint legit. Felin.in c.ſi quando, n.5.de reſcr. & Io.de Selu.in tract.de benef. in 2.par.q.1.n.62. Nec obſtat (inquit Ripa) ſi dicatur, quòd diſpenſatio pendet à voluntate Papæ,ergo impoſſibilis cenſetur, d.l.apud Iulian. §.cōſtat, de leg.1. vt debeat reijci conditio tanquam impoſſibilis, l.1. ff. de condit. inſtit. nam ſubdit quòd licet ipſa diſpenſatio dependeat à voluntate Papæ, nō tamen ab eo conditio ſi ſine liberis pēdet,ergo ipſa conditio nō reijcitur ſicut in ſimili reſpondet Soc. in l. quidā relegatus,ff.de reb.dubijs, Simileque videmus quòd legitimatus ſubſtitutū excludit,& tamen legitimatio à Principis voluntate pendet,l.1.ff.de natalib. reſtit. Præterea vt in ſuperioribus ex eodē Ripa dicebatur, poteſt ſacerdos abſque diſpenſatione Papæ filios naturales & legitimos habere,ſcilicet ex matrimonio putatiuo, c.2. c, ex tenore, extr.qui fil.ſint legit. & tales in feudo ſuccedunt,ſecundum Bald.in c.1.§.naturales,ſi de feud.fuer.cōtrouer. inter dom. & agn. verſic. Pone quòd non tenet matrimoniū. Neque obſtat ſi dicatur quòd inuitaretur ſacerdos ad delinquendū, quia reſpondetur, quòd iſtud nō procedit ex intētione teſtatoris ad hoc principaliter ordinata,& ideo eſt conſideranda oc-
173 caſio † delinquendi, ita poſt Ang. reſpondet Alex.cōſ.2. Viſis codicillis,col.8.ante n.18.verſic. Non obſtat ſeptimū argumentum,lib.1.l.ſi vehenda, §.idē iuris eſt, ff.ad l.Rhod. de iactu. & l.2. §.ſi verò propter, & §.fin. cum l.ſeq. in princ.ac vtrobique per Bart.ff.ſi quis caut.probaturque in l.filiusfamil.miles,& ibi not.Aret. ff.de liber.& poſthum.Sed hiſce Frāciſci Ripæ conſiderationibus, quāuis deſuper circa tertiā opinionem ex Gabrielis Palęotti Card. intentione concludenter reſponſū fuerit,Poterit adhuc dici ad vltimam conſiderationē,quòd etſi conditio ſi ſine liberis à voluntate teſtatoris pēdeat,attamen in caſu iſto nō fuiſſe ſic à teſtatore conſideratam,qui cum ſciret has diſpēſationes rarò admodum & non niſi magnis ex cauſis concedi,c.cum ad monaſteriū,in fin.de ſtat. monach.non cogitauit de iuſtis iſtis filijs: Nec illud ſimile legitimationis ad propoſitū facit, cum frequenter illa concedi ſoleat ſicuti manifeſtum eſt, ideo non poſſunt legitimationes,
174 vel † impoſſibiles vel difficiles cenſeri, vt poſt Iaſonem,Affictum, & Aymonē Crauet.tradit Excellentiſs. Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt.par.2.lib.4. præſumpt.78.n.46.verſ.Et ſimile videmus, fol.128. Et quod ſubſtitutio-
175 num verba non debeant † intelligi vt verificentur in materia diſpenſatiua, Cur.iun. conſ. 54. Viſis ac diligenter conſideratis,nu.14.poſt Dec.conſ.541. Viſa donatione, num.13.&14.

Omiſſis itaque Ripę inductionibus impoſſibilitatem quandam a cōmuniter accidentibus in propoſito reſpicientibus, poſſet ad d.l.quo-
176 ties,hoc modo† reſpōderi,vt Iuliani Iuriſcōſ. exemplum inde a Bartolo ſumptum ſuper hac quæſtione non quadret,nam ibi conditio in cuius defectum erat datum fideicommiſſum concepta repericbatur affirmatiuè in pęnam (ibi,ſi nubat) illius ibidem præcedentis, ſi non nupſerit,quæ eſt prohibita, per l.hoc modo, eod.tit. & ex ſua forma ſpecifica ſi non nubat, videtur viduitatē inducere, & ſi nubat eſt impoſita pęna fideicommiſſi, quod ideo nō valet: at in hac quæſtione conditio ſi deceſſerit ſine liberis, in cuius defectum eſt relictum fideicommiſſum, eſt licita, iuſta, ſacerdotique conueniens, vt ſine filijs decedat,& extra ſuam formam ſpecificam,contra l.Męuius,eod.tit. non debet trahi, quòd teſtator videatur ad fornicandum inuita re vt grauamen fideicommiſſi euitetur,quia de hoc nullum verbum in dicta conditione propoſitæ quæſtionis,& grauamen non reputatur alicui impoſitum facere quod aliàs facere teneba tur,l.vnū ex familia, §. ſi de Falcidia, de leg.2.
177 Vnde altera ſuperiori contraria † ſucceſſit opinio,quòd imò conditio illa in ſubſtitutione appoſita, ſcilicet ſi ſine liberis ex corpore procreatis,vel maſculis, tanquam clerico ſacerdoti inconueniens vitietur, & non vitiet ſubſtitutionem quæ pura remaneat & ſubſtitutus admittatur, quam tenuerunt Salic. in d.l. generaliter,§.cum autem,ad fin. C.de inſtit. & ſubſtit. vbi Bald.ante nu.4. Dec.conſ.299. In cauſa mihi commiſſa,n.9.& 10.Auguſt.Bero.conſil.73. Quòd eueniente caſu,n.11.& 12.lib.2.dicens hanc partem veriorem eſſe, magisque iuridicam, Iacob. Menoch.conſ.245. Primæ dubitationi,n.12.lib.3. Anton.Teſſaur.deciſ.163. Sacerdos ſeu monachus,n.2. verſic. Ego diccbam, & infra aſſerens in illo Pedemontium Senatu fuiſſe deciſum referente Senatore Balbo, in quadam cauſa Nicienſi, multoſque Senatores eius opinionem probaſſe,& Franciſcus Viuius d.deciſ.147. Pater ſi ſubſtituat,num.4.uſque ad 7. lib.1.

Mouentur iſti ad id dicendum, nam in hoc reciproco fideicōmiſſo, nulli dubium eſt quòd fratribus laicis præmorientibus,clericus ſacer-
178 dos † ſuccederet, qui propter hoc non deberet eſſe deterioris conditionis quàm alii ſint, l. Deo nobis, ubi text. C. de epiſc. & cleric. tra-

duntque

duntque Dec.d.conſ.299.num.9. verſic.Septima concluſio,& Aym.Crauett.conſ.161. Verba ſubſtitutionis,ante n.6.lib.1. Ergo rationabile etiam eſt,quod laici fratres illi ſuccedant, vt æqualitas ſeruetur,& reciprocum ſit fideicõmiſſum, paritas enim gradus præſumptionem
179 paris amoris † inducit,l.non ſolum,§.de vno, ff.de rit.nupt,& præſumitur pater æqualitatem ſeruare velle inter filios, l.vt liberis, C. de collat. item & ita diſponere velle vt inter eos odiũ non naſcatur,l.cũ pater,§.dulciſſimis, ff.de leg. 2. quod quidem ex inæqualitate reſultat, vt in cad.l.cum pater,§.euictis,quę omnia tradit Roman. d. conſ.438. In caſu conſultationis præſentis,col.3.num.4.in fin. Congruit text.in l.lege xij. tabul. C.de legit.hæred. & ibi not.Bald. & alii, quòd ſucceſſiõnes debent eſſe æquales, & qualiter quis ſuccedit taliter ei ſuccedatur: Et ideo ſecundum Paul. de Caſtr. ibi, ſi de nouo præter ius commune ſtatueretur quòd priuignus ſuccederet vitrico, quod non eſt de iure communi, l.vitrico, C.commun. de ſucceſſ. cenſeretur etiam ſtatutum quòd vitricus ſuccederet priuigno, quem refert & ſequitur Carol.Ruin.cõſ.12. Circa caſum,col.3.in fin.n.6. verſic. Quia in ſucceſſione,lib.1.ad alia inferẽs, vt per eũ. Ad quod faciunt not.per Aym. Crauett.conſ.138. Deceſſit Martinus Durandi,numer.9.verſic.Quia in hac materia,d.lib.1. Nec obſtat (inquiunt) doctrina Bart.& Abb.in prę citatis locis, nam loquuntur quãdo vnico filio Sacerdoti illa conditio appoſita fuiſſet, quod tradit Boer.d.deciſ.354.nu.13. verſic.Secus videtur,in 2.par.& ita Bartolum loqui tenet Antonin. Teſſaur.d.deciſ.163.nu.3. qui etiam dicit doctrinam Pauli de Caſtr.in d.l.1.§.lex Falcidia,veram non eſſe,quia vt dicit Alex.ibi nu. 10.aliter Caſtrenſis dixit in lectura Bononiẽſi: Nec mirum eſt quod vna res diuerſo iure cen-
180 ſeatur, quãdo diuerſa eſt ſubiectorum † ratio & qualitas, vt dicit Iaſ.in l.iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill.num.11.& 12. ac Alex.in l.Gallus, §. quidam rectè,col.2.& 3. de liber.& poſthum. tunc enim vna determinatio determinat prout cuique competit, idem Iaſ. in l. contra maiores,col.2.ff.de inoffic.teſtam.

Sed ſuſtinendo cõtrarium,huic rationi breui-
181 ter poſſet reſponderi, Primò † ſatis fuiſſe teſtatori æqualitatem inter liberos principaliter ſeruaſſe circa inſtitutionem,quo verò ad ipſorum ſucceſſiones ex ſubſtitutione, teſtantis diſpoſitionem ſecundum perſonarum qualitatem debere intelligi ad quas refertur, l. ſi quis filios, §.irritum,ff.de iniuſtit.& irrit.fact.teſtamen.& l.ex militari, de teſtament.milit. & ſi in ſubſtitutione actuque ſecundario non attenda tur inæqualitas poſtmodum in futurum ex iuris diſpoſitione contingens, iuxta tradita in ſimili per Franciſcum Beccium conſ.24. Cum magnificos, num.37.lib.1.

Secundò ad regulam dictæ l.iam hoc iure,dici poteſt,non procedere quando à iure communi reſpectu vnius ſubſtituti recederemus, vt probatur in c.cum dilectus, de conſuet. & ibi Abb. dicit, Item nota aliud notabile dictum, quòd idem verbum relatum ad diuerſos,diuerſimodè poteſt & debet interpretari, ſi vniformiter ſumendo iuri communi præiudicaretur, Carol.Ruin.conſ.53. In quæſtione propoſita, colum.fin.num.8.lib.3.conſ.157. Quantum ad ſubſtitutionem,numer.7. verſic. Si ergo,lib.2. Hieronymus Gabriel.conſ.16. Statutum extat Saxoferrati, num.5. verſic. Maximè ne magis recedatur,lib.1.Sed pariformiter determinando derogaretur iuris communi,ex iis quę Bar. tradit in dicto §. Titius, ergo ceſſat ratio æqualis determinationis,quinimò dicta ratio in contrarium retorquetur.

Tertiò ex mente Ruini conſ.168. Proponitur quòd Titius, columna ſexta, num.13. verſic. Nec obſtat, libro ſecundo, reſponderi poteſt,quòd quamuis in dicta l. iam hoc iure, videatur probari, quod etiam ſi inter duo determinabilia diuerſa ratio adſit, tamen adhuc debeat locũ habere æqualis determinatio, prout illum text.ad hoc ibi etiam ponderat Alexand. & in l. in teſtamento, C. de teſtam. milit. Tamen Franciſcus Aretin.in l.cohæredi,§.qui diſcretas,de vulgari & pupillari ſubſtit. in 2.not. quod in eadem l. iam hoc iure, poterat oratio pariter ex identitate rationis aliquo caſu plura æqualiter determinare, ideo reſtringitur ad illum caſum, nam ſubſtitutio reciproca de qua ibi, facta perſonis imparib. reſtringitur ad vulgarem in illa ſiquidem reſpectu omnium eadẽ erat ratio, ſed non quo ad pupillarem: Si vero vniformis ratio aliquo caſu locum habere non poteſt, tunc non videtur teſtator voluiſſe æqualiter determinare licet potuerit, ſecũdum eum; Vnde cum hæc reciproca ſubſtitutio non poſſit ex identitate rationis in propoſito aliquo caſu plura æqualiter determinare inter clericum in ſacris, & alios inſtitutos,meritò æqualiter non determinat, licet teſtator id efficere potuiſſet, vt aliàs in notabili ac perdifficili caſu dicebam; Vel inæqualis fit determinatio ratione publicæ vtilitatis, l.mulier & Titio, hoc tit. faciuntq; tradita per Benedictum de Plumbin. in leg. ſi ita ſcriptum, ff. de manumiſſ. teſtamento.

Non obſtat quòd Bart. in d. l. hæredibus, §. Titius, loquatur quando pater vnicum tantum filium clericum inſtituit, eique ſubſtituit ſub dicta conditione,& verba Bartol. clarè ſonãt, & vltra Teſſaurum dicit Dec.d.conſ.299. nu.9.verſic. Non obſtat,nam hæc conſideratio

parum

parum reſert, cum eadem ſit ratio in vno quæ in pluribus, dum fideicommiſſum eſt nullum, quemadmodum fideicommiſſum à muliere relictum ſi nõ nupſerit, quod pariter nullum eſt, quia per hoc videtur ei indicere viduitatem quòd non nubat, & ſi nubat imponit pœnã fideicommiſſi, ideo non valet, d.l. quoties, hoc tit. & l.vnic. C.de his quæ pęn.nom. ita hic videtur filium in ſacris ordinibus cõſtitutum inuitare vt fornicetur, & ſi non facit, grauat eum fideicommiſſo, merito fideicommiſſum eſt nullum: Nec dicatur Caſtrenſis doctrinam in d.§. lex Falcidia, in lectura Paduana non eſſe tenẽdam, cum contrarium ſenſerit in lectura Bononienſi: Nam Alexand. non dicit quòd ſibi contradixerit, ſed quòd in lectura Bononienſi mul
182 ta addidit: eiuſque doctrina videtur † eſſe cõmunis & dictis Bartoli conformis. In hac difficultate pro vera reſolutione poterit diſtingui.
183 Quòd aut reciprocum † fideicommiſſum inter liberos extitit ordinatum, & ſic ſumus in deſcendentibus ſubſtitutis, aut inter extraneos ideſt verſamur in alijs qui teſtatoris deſcendentes non ſint: Primò caſu conditio vitietur, & nõ fideicommiſſum, itaut ſubſtitutus ſuccedat clerico, ſicque Dec.d.conſ.299.n.9. verſic. Septima concluſio, pręſupponere videtur, & poſt Nicol. Boer. tradit explicitè clariſſimus Senator ac doctiſs. Iuriſconſ. D. Antonin. Teſſaur. d.deciſ. 163. incip. Sacerdos, nu. 3. verſ. Accedit vltimò, conſentiuntq; Iacob. Mãdell. Albenſ. conſ. 7. In cauſa iſta, n. 28. verſ. Et in effectu pro caſu noſtro, & Simon de Prætis in tract. de coniect. vlt. volun. lib. 3. fol. 3. & vlt. ſub n. 29. verſic. Neque prædictę rationes & autoritates, fol. 307. col. 2.

Nam durum videretur, quòd clericus in ſacris exiſtens alijs reciprocè ſubſtitutis ſuccedere poſſet, quod admittit Decius in præcitato loco, ac etiam Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltimar. voluntatum, libro 8. tit. 8. in fine, num. 25. & alij deſcendentes teſtatoris eidem ſubſtituti ſuccedere non valerent: & vtique teſtator de tali caſu interrogatus ad fauorem laicorum deſcendẽtium ſubſtitutorum reſpondiſſet, vt ita ſit cenſendum, argum. l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. cum ſimil. Quod ſuadet æqualitatis ſeruandæ ratio, dicta l. vt liberis, C. de collat. & dicta l. cum pater, §. dulciſſimis, de leg. 2. Nec dicatur ſubſtitutos laicos certos eſſe de obitu clerici ſacerdotis ſine filijs, quod non contingit è conuerſo, nam hoc ſupplet voluntas teſtantis qui veriſimiliter de hoc cogitauit, & nihilominus reciprocè ſubſtituit, magiſque laicis prouidere voluit vt bona in familia & agnatione remanerent, quàm clerico, quem veriſimiliter ſciebat ſine liberis morituru, familiam, agnationemque non propagaturum, ſatiſque eſſe credidit ipſum in Trebellianica ac legitima ſuccedere poſſe, & ſic in mẽ dictate, iuxta cap. Raynutius, extra de teſtam. necnon fortaſsè in portionibus aliorũ fratrum quas poſſet conſequi ſi contingeret illos ſine liberis ex corpore deſcendentibus prædecedere, cum ſibi venirent ex fideicommiſſo conditionali, & ipſe clericus non teneretur reſtituere ex ſubſtitutione quę remanet pura, vitiata illa cõditione reſpectu ipſius cui non congruit, etiam ſi portiones obueniſſent ante verbalem vel realem reſtitutionem, vt notat Claud. de Seyſell. in l. Marcellus, §. quidam liberis, ſub num. 6. ff. ad Trebell. quem ſequitur Hieron. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 384. vbi ampliat, eod. tit. verſic. Secundò limita, Quod de portionibus aliundè obueniendis iſto caſu non reſtituendis ex abundanti dictum ſit, & alibi idẽ differemus; Vlterius dicta cõditio in ſenſu contrario tanquã ignominioſa & impoſſibilis reiicitur, l. conditiones, ff. de condit. inſtit. & §. impoſſibilis, de hæredibus inſtitut. ſufficit itaque quòd remaneat illa mortis grauati conditio, reiecta turpi & inualida, & ſub ea mortis presbyterì grauati, validum remanet fideicõmiſſum, l. Titia, hoc tit. gloſ. in l. ſi quis inſtitutus ſit, di-
fin.verſ.Alij verò filij,extra de probat.idē Dec. in d.l.generaliter,num.20.verſic.Dictum tamē Bartoli,C.de inſtit.& ſubſtit.ac Gabriel.Palçottus,in d.tract.de noth.ſpurijsque filijs, cap.14. ante num.7.

Probatur hæc concluſio: nam ij tantum ſubſtitutum ſub hac cōditione ſi ſine liberis deceſſerit excludunt, qui valent ex teſtamento, vel ab inteſtato ſuccedere,gloſſ. in l. filiusfamilias, §.cum quis,de leg. 1. ſed naturales filij in figura matrimonij progeniti ex teſtamento ab inteſtatoque matri ac patri ſuccedere poſſunt, Inſtit.de ſeruili cogn.in princ. ergo liberi iſti ſubſtitutum excludunt.

Confirmatur ex l.cum pater,§.volo,& l.Lucius Titius,§.fi.de leg.2.ex d.§.ſi quis rogatus, il 1.& denique per text.in l.fi.ff. de iur.delib.vt vera ac communis ſit concluſio.

Alter caſus eſt,quando filij in ſeruitute con-
238 cepti ac progeniti fuerunt extra figuram† matrimonij,& in hoc ſecundo caſu, Cyn. Bart.numero 2.Ang.in princ.verſ.Et intellige, Alexan. num.4.ac in princ. dicens eſſe communem opinionem,in d.§.ſi quis rogatus,Franciſc. Tigrini,& Salic.in d.l.generaliter, §.cum autem, ac Ioan.de Imol.in d.l. Lucius Titius,§. fin. & in d.c.in præſentia,tenent, liberos iſtos ad ſubſtituti excluſionem non prodeſſe,cum ſpurij ſint, l.ex libera,C.de ſuis & legitim.proindeque nō ſint filij nominandi, ſintque inſucceſſibiles,authen.ex complexu,C.de inceſt.nupt. & (vt diximus) ij tantum ſubſtitutum in propoſito excludunt qui ex teſtamento, vel ab inteſtato ſuccеſſibiles ſunt, iuxta d. gloſſ. in d.§. cum quis, quam ibi, & alibi Scribentes frequenti calculo ſequuntur.

Huic rationi ex Doctorum intentione multipliciter reſponderi poteſt, Primò, textum in d.l.ex libera,non obſtare,loquitur enim quando mater erat libera, vnde ſequitur, quòd ipſa etſi patrona ſerui patris fuiſſet, cum eius ſeruo non potuiſſet matrimonium contrahere,l. ſi patrona,ff.de rit.nupt.l.3.C.eod.tit.ergo non poterat eſſe concubina ſerui; & propterea ſequitur, quòd ex patrono & ſerua progeniti ſpurij dicuntur: nos autem loquimur in ſerua concubina cum qua patronus potuiſſet matrimoniū contrahere,l. vxorem, cum auth. ibi poſita,C. de inceſt. nupt.& ſic filij ex dicta ſerua concubina per patronum ſuſcepti, naturales non autem ſpurij dicuntur,gloſſ.in l.fin.ff.de iur. deliber.& in auth.inceſtas,C.de inceſt.nupt. patronus enim ſeruam in concubinam retinere poteſt, l. fin. C. de manumiſſ. ergo iſti naturales excludere debent ſubſtitutum, & ita Franciſc. Rip.dicebat.

Secundò ex Decij intentione reſponderi poteſt, in contextu illo non exprimi ex libera, & ſeruo conceptum ſpurium eſſe, ſed velut ſpurium haberi: vnde nullum ſimile eſt idē,l.quod Nerua,ff. depoſ.& ſic textus videtur loqui illo particulari reſpectu, vt filius Decurionis non reputetur,nō autem quòd abſolutè & indiſtinctè ſpurius ſit.

Tertiò,dicebat idem Philipp. Decius,quòd cum textus de progenito ex libera loquatur, ergo in ſeruitute nequaquam natus eſt cēſendus, l.partum,C.de rei vendic. vt in terminis propoſitæ quæſtionis allegari non meruerit.

Et aduerſus Cyni, Bartoli,aliorumque ſen-
239 tentiam ex prænarratis reſponſionibus† concludunt negociumque reſoluunt, Franciſ. Rip. in d.§.ſi quis rogatus, num.6.verſ. Cæteri autem,Abb.num.13. & Dec. in d.c.in præſentia, num.30.de probat.vbi etiam Petr.Paulus Cardinalis Pariſius,num.42. rurſus Decius in d. l. generaliter,§.cum autem,num.20.verſ.Sed reſponderi poteſt.

Ego tamen non auderem iudicando,vel cōſulendo à priori opinione† recedere, quæ non ſolum communis eſt,vt ex Alexandro Imolenſi dicebam, prout communem etiam eſſe dixit ipſemet Ripa,licet illam impugnet, verum etiā ipſam magis communiter receptam conſpici teſtatur Gabriel Cardinalis Palçott. in d.tract. de noth.ſpurijsque filijs,cap.13.numero 2.qui eandem tum ibi,tum etiam d. cap. 14.num. 6. verſic. Hi conditionem illam,fol.34. pertinaciter,ſed iudicio meo(ni fallor) rationabiliter ſequitur.

Licet enim is qui ex liberis matre & ſeruo patre natus ſit,liber ipſe oriatur,tamen negari nō poteſt ipſum ex ſeruili concubitu natum dici, vt exprimit Imperator,Inſtit.de ſeruili cogn.in princ.verſic. Vel dum mulieres, non ſiquidem (vt Palçott. inquit) ſic licet argumentari, eum qui liberam matrem habuit, qui & liber naſcitur, ideo ſemper in libertate ſuſceptum dici: aliud nāque eſt liberum naſci, aliud ex ingenuo matrimonio prodijſſe: Nam qui alterum parentem,vel patrem,vel matrem ſeruos habuit, ſemper is dicetur in ſeruitute ſuſceptus, tamet ſi fortaſſe is ex ventre liber in lucem editus fuiſſet,d.tit.de ſeruili cogn.

Cum itaque videamus natos ex hac ſeruili coniunctione quandoque naturales dici, l.fin. ff.de iur.delib.d.l.Lucius,§.fi.de leg.2.& l.omnes,§.Lucius,quæ in fraud.credit. quandoque ſpurios vocari,l.vnic.vbi Bal. C.de mulier.quæ ſe propr. ſeru.iunx.Ang.in l. Diuus, cum gl. de captiu.& poſtlim.reuerſ.& d.l.ex libera,cur nō ſequamur eam diſtinctionē quæ æquiſſima eſt, & in liberis quoque hominibus eodem ferè pacto ſeruatur, vt ſi ſe ſub quadam coniugij imagine cognouerint naturales filios edidiſſe, ſin minus ſpurios, & illegitimos dicantur ſuſcepiſſe è

piſſe? Hinc ratio Ripæ confunditur,& Decij re ſponſiones tolluntur, quas & ipſemet Francis. Rip. aliter ſubmouet,quãuis per eum dicta rela tu digna non exiſtimem. Diſtinctionemq. iſtã Iuſtinianus ſanè ſignificauit,qui expreſſe ex ſer uili consortio natos ad ſucceſſionem vocans,at que illos alijs iuſtis filijs æquiparans, à cæteris qui non ex conſortio prodierunt ſeparaſſe videtur,d.tit.de ſeruili cogn.in princ.cum gloſ.in verb. Veniant,in fin. & Afflict.deciſ. 203. Vult diſpoſitio, num. 2. Serui etenim cum pro mortuis habeantur,l.quod attinet, de reg.iur. matrimonium inſpecto iure ciuili contrahere nequeũt,nec legitimos filios procreare, l. 3.C.de
240 inceſt.nupt.Si tamen ij inter ſe certo ritu† coierint,naturales filios & ipſi parere apti ſunt, d. l.Lucius,§.fin.de leg.2.& d.l.ex facto,§. ſi quis rogatus, ad Trebell. Nam cum lex eis iuſtum omnino matrimonium interdixerit, certam tamen coniunctionis ſpeciẽ conceſſit ad veri matrimonij ſimilitudinem, d. tit. Inſtit. de ſeruili cogn.in princ.iuncta d.gloſ.in verb. Veniant,in fin.quam contubernium,ſeu cõſortium appellauit,l.ſerui,C.de adulter.l.fin.C.de ſeru.fugitiu. voluitque ex his veluti imaginarijs nuptijs natos naturales dici, Ioan. de Imol. in d.l. Lucius, §. fin. Alexand. in d. §. ſi quis rogatus, in princ. Quòd ſi hanc conſortij rationem negligentes alijs temere mulieribus iungi vellent, tunc perinde ac liberi homines qui connubij iura non ſeruant ſpuriam & ipſos progeniem parere decreuit,d.l.ex libera,C.de ſuis & legitim. l.vnic.C.de mulier,quæ propr.ſeru. hæc de ſeruili conſortio Palęottus d.cap. 13. ad hanc crebriorem ſententiam coadiuuandam eleganter ſcripſit;quod certè negocium non minus egregiè Franciſcus Connanus abſolutum reddidit lib.Commentar.iuris ciuilis,10.cap.1. ſub numer.5.fol.745.colum.1.& 2. Non denique prętericrim Gabrielem Palęottum Iuriſconſultum grauiſſimum Decio eiusque ſectatoribus maculam inurere,quòd in Abbatis ſententiam iuris manifeſtum errorem continentem pedibus ire auſus fuerit,error enim in Abbate Siculo licet excuſari fortaſſe poſſit, in Philippo tamen Decio reprehendi debet, cum indignius ſit er-
241 rorem † comprobare quàm ab initio errore imprudenter labi: Decium ego non reprehenſione,ſed magis admiratione quadam dignum exiſtimo, cum non paſſim aliorum opiniones imitari,ſed illis reſiſtere, ac nouas intelligẽtias ſubtili inueſtigatione afferre proprijs viribus
242 molitus fuerit: alienis nanque veſtigijs ſemper inhærere,& ſerperaſtris(vt ait Varro) eum vti, qui per ætatem ſtare poſſit,atque ingredi, non modo turpe eſt,ſed periculoſum valde, cũ non facile eorum vires coaleſcãt qui alienis pedibus incedunt,alienis manibus pugnant, alienis oculis vident, aliena lingua (vt multis contingit)loquuntur, ſui demum obliti alieno ſpiritu viuunt: Quod abhorruiſſe Decium in ſuis commentarijs liquet,eius ingenij vim & fecunditatem honori æternitati ac gloriæ conſecrando: prout non minori gradu felicitatis & eruditionis in eius reſponſis veritatis lumina effudit. Aemulatio igitur qua in ſubſellijs Decius vſus fuit,perennem ei laudem peperit propriæque virtutis incrementum, vt mihi abſurdum
243 hoc loco meminiſſe eius fabulæ † non videatur,quę apud Alexandrum ex Aphrodiſiade legitur: In lucem ſiquidem ediderat Venus Cupidinem,mirabatur dea quòd multos poſt mẽſes à natali die nihilo auctior fieret Cupido: Quæ cauſa eius moraretur incrementa neque intelligebat, neque quid facto opus foret proſpiciebat,Fatidicam itaque anum Themin adit conſulit, reſponſum accipit, non ante illum iuſtos actus habiturum quàm Venus alterum filium peperiſſet in cuius æmulationem ille ſuccreſceret. Venus reſponſo Themidis accepto, in Martis dulcem complexum prolabitur, filiũ alterum parit cui nomen Anterotis imponit: Tum verò mirum dictu,quàm ſubitò quam feliciter adoleſcit ille. Certatim dixeris alterum in alterum contendere vter pulchrius ac præſtãtius ſe porrigat. Mirantur dij cæteri, tum verò in primis parentes tam egregiam prolem exurgere. Ex iis intelligere expedit, nulla præclara ingenia poſſe ingentes profectus facere niſi habeant antagoniſtam(vt Græci dicunt) qui cum decertent,qui cum colluctentur. Cæterum nullus ſtimulus acrius currentem vrget, quàm ſi æmulus riualisque nobis obiiciatur, qui cum nobile illud ad famam, ad gloriam,ad æternitatem certamen ſuſcipiatur, friget enim neſcio quomodo omnis generoſa actio, quæ citra contentionem propoſita eſt. Mulieres quę magnos amoris ſtimulos ſubdere amatori cupiunt,nullum ad hoc præſentius inſtrumentum habent, quàm ęmulationem ſuſpicionemque animo amantis iniicere,ſubitò nanque ęſtuare illum verius inſanire perſpicies.

HYPOTHESIS.

Filij tam in expreſſa quàm in ſubintellecta conditione an requiratur,quòd ſuccedant explorari: Et l.cohæredi,§.cum filiæ,ff.de vulg.& pupill.l.Statius Florus,§.Cornelio Felici,ff.de iur.fiſci,ac l. 1.C.de cond.inſert.proprio nitore exornari.

SVMMARIVM.

1 *Conditionem ſi ſine filijs & haredibus, expoſcere quòd ſuccedant, quòdque haredes ſint, aliàs*

ad

ad ſubſtituti excluſionem non prodeſſe: Hocque ſine nolint ſine non poſſint haredes eſſe, & numero 8.

2 *Copulatiuam vario modo reſolui, ſi inter ſubſtantiua, vel ſi inter adiectiua abſolutè poſita reſpectu vnius ſubſtantini, ſine inter qualitates vni ſubiecto copulatas ponatur: Sed aliter Baldum diſtinxiſſe, num.* 5.

3 *Emphyteuſi eccleſiaſtica alicui conceſſa pro ſe ſuisque filijs & haredibus maſculis, ita demum filijs deberi ſi haredes etiam fuerint, & ſic vtranque qualitatem requiri: Idemque ex Paulo Caſtrenſi contingere etiam in emphyteuſi non eccleſiaſtica, num.* 4.

6 *Copulatiuam poſitam inter duas qualitates, vbi reſultaret ſenſus incongruus, & contra mentem teſtatoris in ſingularitates non reſolui.*

7 *Diſiunctiuam pro copulatiua, & è conuerſo copulatiuam pro diſiunctiua poni ex præſumpta mente diſponentis.*

9 *Conditionem ſi ſine harede deceſſerit, non expoſcere quod filij ſuccedant, quodque haredes ſint, quando in vna parte teſtamenti vocaſſet teſtator ſimpliciter filios vel liberos, in alia verò parte haredes: tuncque haredum appellationem de filijs intelligi.*

10 *Conditionem ſi ſine haredibus maſculis, de filijs intelligi ad excluſionem ſubſtituti licet haredes non ſint, neque ſuccedant.*

11 *Feudum pro ſe & haredibus maſculis receptum, non hereditarium, ſed ex pacto & prouidentia cenſeri: contrarium ſentientes indicari, numero* 12. *Sed priorem Decij ſententiam confirmari, num.* 13.

14 *Feudum receptum pro ſe & haredibus ſuis ex corpore legitimè deſcendentibus, nõ hereditarium ſed ex pacto & prouidentia de iure eſſe: Hoc autem ſecundum conſuetudinem Regni non procedere, num.* 15.

16 *Feudum pro ſe & haredibus legitimis receptum, ex pacto & prouidentia exiſtimari.*

17 *Feudum in dubio ex pacto & prouidentia, non autem hereditarium præſumi.*

18 *Conditionem ſimplicem, ſi ſine haredibus deceſſerit, expoſcere vt ſuccedant: aliàs non excludere ſubſtitutum.*

19 *Feudo pro ſe & haredibus recepto, licet filij tantum includantur, debere tamen haredes eſſe.*

20 *Conditionem expreſſam ſi ſine filijs deceſſerit, ad ſubſtituti excluſionem, non expoſcere quod ſuccedant, dummodo ſuccedere poſſint, ſed nolint.*

21 *Conditionem ſi ſine filijs deceſſerit, exigere vt ſuccedant ad ſubſtitutum excludendum, quando ob ipſorum incapacitatem ex legis diſpoſitione ſuccedere nequirent.*

22 *L. coharedi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. intelligi.*

23 *L. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iure fiſci, declarari.*

24 *Filios in conditione poſitos data ipſorum incapacitate facto hominis vt puta ob exheredationem patris, aut preteritionem matris, ſecundum vnam opinionem prodeſſe ad defectum fideicommiſſi, quæ quidem opinio verior videtur, & num.* 28.

25 *Conditionis defectum, non liberos ſubſtituti excluſionem operari.*

26 *L.* 1. *§. ſi patronus, ff. de coniung. cum emancip. liber. ex intentione Scribentium multipliciter interpretari.*

27 *L.* 1. *C. de condit. infert. proprio ſenſu reſtitui.*

29 *L. cum auus, aliorumque ſimilium iurium diſpoſitionem non procedere niſi liberi ſuccedant grauatoque haredes exiſtant: In hocque duas diſtinctiones Socini ſenioris afferri, num.* 30. *& 31. Indeque ad ſtatutum fœminarum excluſiuum inferri. denique tertiam Caroli Ruini, num.* 33. *ipſamque plurimum laudari: Sed nihilominus ab opinione Raphaelis Cumani Alberici de Roſate, atque aliorum recedendum non eſſe affirmari, num.* 34.

CAP. II.

PRIMA illatione ex ſuperioribus per Socinum elicita, quã in principio horum commentariorum abſolui, nunc prætermiſſa: Secũdam illationem ab eodem pertractatam reaſſumere expedit, hunc textum ſcilicet conſimilesque leges non procedere, niſi liberi in tacita conditione ſubintellecti ſuccedãt, hæredesque grauato exiſtant: ſed vt huius illationis veram ac dilucidam reſolutionem attingamus, duo principales caſus ſunt conſiderandi, Primus eſt, cum in expreſſa conditione ſi ſine liberis deceſſerit verſamur, Secundus verò cum ſumus in conditione tacitè à lege ſubintellecta: & circa primum alij plures caſus conſiderandi ſunt; Primus quidem eſt, quando in con-
1 ditione † fuit expreſſum ſi ſine filijs, & hæredibus, & tunc concludendum videtur, nolint *filij*, vel non poſſint hæredes eſſe ſubſtitutionem nõ deficere, vt voluere Paul. de Caſtr. in d. *l. ex facto*, §. fin. ante fin. verſic. Sed ſi poneretur, ff. ad S.C. Trebell. Io. Dilect. in tract. de art. teſt. tit. de ſubſtit. cap. 25. in fin. & Sfort. Odd. in tract. de compend. ſubſtit. partic. 6. art. 5. in prin.

Probatur hæc concluſio, Primò, cum (vt Caſtrenſis inquit) conditio hãc interpretationem aſſumere debeat, quòd verbum hæredibus aliquid operetur, diſponens enim iſtas qualitates copulando cenſetur ambas requiſiuiſſe, quemadmodum ita etiam arguit Salic. in l. 2. in 20. q. num. 29. C. de iur. emphyt. tuncque copula, &, inter verbum filijs & verbum hæredibus poſita

ſita naturam ampliandi augendi,& diuerſa cõiungendi habet,l.ea tamen adiectio,ff.de leg.3. & not.in rubr.C.de iur.& fact.ignor.

Secundò, nam vt Iacob. Butrig. in quadam ſua Diſputatione dicebat, copula quandoque
2 ponitur inter ſubſtantiua,† & tunc in ſingularitates reſoluitur,vt l.falſa demonſtratio,§.fin. in ſecunda reſp.hoc tit.quandoque ponitur inter adiectiua abſolutè poſita reſpectu vnius ſubſtantiui, & idem,d.l.ea tamen adiectio,quando que ponitur inter qualitates vni ſubiecto copulatas,tuncque requiritur,quòd qualitates in eodem ſubiecto concurrant, cum igitur copula hic videatur eadem inter qualitates, ergo concurſus harum qualitatum requiritur, quòd inquam filij ſint,& hæredes.

Tertiò cõgruit,quod in ſimili in materia em
3 phyteutica† Scribentes concludũt,nam ſi emphyteuſis eccleſiaſtica pro ſe ſuisque filijs & hęredibus maſculis recepta fuerit, ita demum filijs deberetur ſi hæredes eſſent, quia conceſſio vtrunque requirit,quòd filij & hæredes ſint, vt per text.in §.emphyteuſim, auth. de non alien. dicit Bart.in l.vt iuris iurandi,§.ſi liberi,columna ſecunda,in princ.ante num.5.verſ. Sed ſi accepiſſet,ff.de oper.libert.quem ſequuntur, Bal. in l.liberti libertæque,num.vigeſimoſexto, verſic.Attende tu,C.eod.tit.in auth.ſi quas ruinas, col.tertia,circa med. ſub nu. 5. verſ. In contrarium,C.de ſacroſ.eccleſ.Ang. & Io.de Imol.in l.Gallus,§.etiam ſi parente,vbi Raph.Cuman. ff.de liber.& poſthum.idem Imol.in l.quod dicitur,col.9.& 8.ff.de verb.oblig.in cap. potuit, verſ.Septimo tangit,extr.loc.Paul. de Caſtr.in l.ſi mihi,& Titio,col.ſecunda,ante ſi. verſ. Sed ſi dixiſſet,d.tit.Alex.conſ.27.Videretur, col.3. num.7.verſ. Quod autem dicta verba, libro 5. Corn.conſ.199.In præſenti conſultatione, nu. 41.& 43.lib.2.rurſus Caſtrenſ. conſ.146. Viſo puncto,nu.2.lib.2.& conſ.244. Viſo & examinato,col.pen.num.4.cod.vol.Hancque concluſionem non ſolum in emphyteuſi eccleſiaſtica,
4 ſed in emphyteuſi etiam† non eccleſiaſtica verã eſſe dixit,idem Caſtrenſ.d.conſ.146.nu.2.verſic.Et ea quæ notat Bartolus,d.lib.2.

Quartò facit celebre reſponſum Iaſ.cõſ.57. In cauſa mota,col.1.verſ.Quòd autem vtrũque lib.1. vbi ex dictis Dóctorum in his terminis cõmunem opinionem conſtituit,vt per eum: congruit etiam aliud Pauli de Caſt.conſ.93.In cauſa,in fin.verſ.Et quia vt vidi,lib.2.

Et quamuis Sforția Oddus in præcitato loco dixerit, hunc primum caſum difficultatẽ nõ habere, tamen contrarium expreſſe tenuit Bal. in d.l.Gallus,§.etiam ſi parente,col.vlt. ante ſi. verſ. Veritas eſt in contrarium, d.tit.de liber.& poſth.dicens ſufficere eſſe filium licet non hæredem,& quo ad copulã ſic poſſe diſtingui,quòd
5 aut loquimur† quantum ad veritatem prædicationis, & concurſus copulatorum exigatur,l.ſi is qui ducenta, §. cum ita,§.vtrum,ff.de rebus dub. aut loquimur quantum ad interpretationem,& refert an verba proferãtur à lege, & tũc quælibet pars debeat eſſe vera, & copulata debeant concurrere,l. vnde etiam,§. hoc autem à ſuperiore diſtat, ff.de itin.actuque priu.aut proferuntur ab homine, & refert; aut copula cadit inter perſonas,& concurſus non requiratur,nã poteſt vna venire ſeorſum ab altera, altera excluſa,vt l.ſi quis Titio,& l.ſi mulier, cum ſimilibus, ff.de vſufruc.accreſ. aut ponitur inter res de quibus diſponitur,& ſimiliter concurſus nõ exigatur,§.ſi quis ancillas,Inſtit.de legat.l.4.ff. de fund. inſtruct. aut ponitur inter qualitates, vel accidentia,& refert,aut plures qualitates ad informandum vnum ſubiectum tendũt,aut plures quia quælibet qualitas tendit ad ſuum ſubiectum proprium qualificandum & formãdum, primo caſu requiratur copulatas qualitates vel accidentia reſpectu eiuſdem ſubiecti concurrere,l.Titiæ textores,de leg.2. Secundo caſu non oporteat concurrere,l.2.de condict.indeb.l.falſa,§.fin.hoc tit. Aut copula cadit inter conditiones,tunc aut vnum effectum concernunt,& debeant concurrere,l.ſi hæredi plures,eod.tit.aut cõcernunt plures effectus numero,ſcilicet quælibet conditio concernit ſuum effectum de per ſe,& tunc concurſus non requiratur, l.Lucius, §.genero,ff.ad S.C.Trebell.

Sed Baldi diſtinctioni circa naturam copulatiuæ dupliciter reſponderi poteſt, Primò ex mente Bart.in d.§.etiam ſi patente,columna 2. numero ſexto,verſ. Et ex hoc apparet ſolutio, dicentis de rigore verborum procedere,vt de ſi lijs tantum intelligatur, non autem de filijs qui hæredes ſint, tanquam copula cadat inter duo adiectiua,ſeu inter duas qualitates, nec habeat reſpectum vnius ſubſtantiæ, d.l.ea tamen adiectio:Sed verum hoc non eſſe vbi reſultaret ſen-
6 ſus incongruus,† & contra mentem teſtatoris, quemadmodum hic contingeret, vt declarat Paul.de Caſtr.conſ.302.Viſis & diligenter cõſideratis,col.antepen.num.5.verſ. Nec obſtat, lib.1.qui ibidem ſecundo modo reſponſum affert,aliam diſtinctionem Bart.in d.l.ſi is qui ducenta,§.vtrum,colum,pen. num.5. inducendo & comprobando vt per eum: abſolutum ſiquidem eſt† ex præſumpta mente diſponentis di-
7 ſiunctiuam pro copulatiua poni,& pari ratione copulatiuam pro diſiunctiua, vt in prælegato loco vult Bar.quem ſequitur Alexan. conſ.98. Viſis his,num.8.lib.5.

Vt non arbitrer (quicquid Bal.ſenſerit) fore
8 recedendum† ab opinione Pauli de Caſt.in d.l. ex facto,§.fin.circa fin.qui idẽ ſentit conſ.259. Omnis difficultas dubiorum, col.2.nu.3. verſ.

Quæ inſtitutio ſecunda,lib.1.conſ.302. Viſis & diligenter conſideratis, col.4.num.5. verſ. Super vltimo dico,eodem vol. & idem ſenſiſſe videtur,conſ.410. Viſo facto & dubijs, colum.2. num.4.verſ.Sed conſtat,d.lib.1.quæ vera & cõ munis opinio videtur,Dec.conſil.38. Primum dubium,col.antepe.nu.6.verſ. Si verò dicatur. Secundus caſus eſt,quando dictum fuit, ſi ſine hæredibus deceſſerit, & tũc tres alijs caſus ſunt conſiderandi: Primus, quando teſtator in vna parte teſtamenti vocaſſet filios vel liberos ſimpliciter,in alia verò partes hæredes, & iſto caſu
9 opus non eſt filios† hæredes eſſe,ſed appellatione hæredum filios intelligi,qualitate huiuſmodi hæredis reiecta, ſecundum Paul. de Caſtr.d. conſ.410.col.2.nu.4.in 3.dub.lib. 1. vbi ratione reddit,Aym.Crauett.conſ.131. Ad primum quæſitum,num.7.verſ.Sed idem Paulus,lib.1. Secundus eſt caſus,quando eſſet dictum, Si ſine hæredibus maſculis, & hoc etiam caſu de fi-
10 lijs intelligitur† licet hæredes non ſint,Rayne-rius de Forliuio in ſua Diſput. incip. Quidam habebat duos filios,Bald.in l.Gallus,§.etiam ſi parente,col.fin. verſ. Aut de hærede qualificato,vbi Paul.de Caſtr.num.4.verſ.Tertiò fallit, Franciſc.Aretin.col.3.Raph. Fulg. & Cuman. ante numerum ſecundum,Alexand.etiam,col. 2.circa fin.ſub num.4.verſ. Sed Baldus tenuit, referens Ioannem Andreæ idem dicentem, ff. de liber.& poſthumis,ibidemque Iaſ.num.20. verſic.Quartò vltra Bartolum,aſſerens hoc omnes ibi tenere,excepto Ioanne de Imola,etiam in materia tranſitoria ad quoſcunque hæredes extraneos,idem Bald.in l. Caius,colum. 2.verſic. Raynerius de Forliuio diſputauit, ff. ſolut. matrim. loquens in recipiente emphyteuſim, Alexan. conſ.105. Perſpectis verbis teſtamenti,colum.2.poſt num.2.lib.1.Socin.ſen.conſil. 12.Præſens conſultatio,colum. 1. libro 3. Dec. conſ.411.Viſis his,colum.1.verſic. Et vlterius, Aym.Crauett.de communi atteſtans,conſ.38. Ioannes Iarrandi,columna ſecunda,in fin. lib. primo,Pariſ.conſil. 25.Vidi teſtamentum,col. 3.num.21.lib. 3. idem etiam eſſe ſi dictum fuerit,Si ſine hæredibus ex ſuo corpore deſcendẽtibus,tradit Aym.d.conſ.38.col.2.in fin.

Vnde feudum receptum pro ſe,& hęredibus
11 maſculis, non hæreditarium, † ſed ex pacto & prouidentia cenſetur,Bald.in l.liberti, libertæque,circa fin. col.fin.num.37.verſ.Quid ergo, C.de oper.libert. Salic. in l. 2.colum.tertia,C. de liber.& eor.liber.Iaſ.conſil.7.Pro Reuerendiſſimo D.Epiſcopo Vincentino, col.pen.verſic.Quartò non obſtat,lib.tertio,conſ.118.Cõtra donationem,colum.tertia, ſub num. tertio, verſ. Nec obſtat ſi diceretur, lib.quarto,Dec. conſ.78.Licet in caſu propoſito, columna 1.in fin.ſub num.6.verſ. Ex quibus omnibus, conſil.185.In cauſa iſtorum nobilium,colum.2.numer.3.conſ.239.Concluſionem,col.fin.verſic. Poſtremò conſiderandum eſt, conſ.445.In caſu ad me tranſmiſſo,col.4.num.9.citans Antonium de Butrio conſ.47.Rectè deciſum, rurſus Dec.conſ. 516. Quoniam cauſa iſta, colum.4. num.14.Matth.de Afflict.in prælud.Feud.num. 183.Albert.Brun.conſ.25. Cum quæritur,col. fin.verſ. Et quòd hoc feudum, Aegid. Boſſ. in tit.de Principe,nu.306.in fin.Carol. Ruin.conſil.203.Viſo teſtamento,col.antepen. in fi.verſic.Non obſtat igitur,lib. 2.Pariſ.conſ.31.Conſiderato primo capite,col.6.num.47.& infra libro ſecundo,Soc.iun.conſ.72.Propoſita quæſtio,col.5.num.27.verſ. Aliquando & quartò, lib.primo,conſ.80.Viſo ac diligenter perlecto, colum.4.in princ.num.9.lib.2.Ioan.Ant. Rub. Alexandrin.conſ.85. Circa dubium, colum.2. num.5.& 6.conſ.110.Viſis,col.prima,poſt medium,num.4.& conſil.164.Circa primum,col. 4.in 3.dub.num.12. Rol.de Vall. conſ.67.Primo quidem aſpectu,num.25. & per totum conſilium, lib.1.conſ.28. Articulus, col.1.num.4. de communi atteſtans,lib.tertio,conſ.29.Quia decreto Principis cauetur,num.32. & conſ.55. Siue feudum,num.6.vtrobique de eadem communi,eod.vol.3.Natta conſ.127. Licet de iure communi,col.1.in prin.conſ.128.Scripſi aliàs, num.1.& 2.ac conſil. 130. Superioribus annis conſului,num.1.lib.1.

12 Et quamuis contrarium† ſenſiſſe videantur, Bald.conſ. 200. Feudum ſub iſta forma acquiſitum,col.1.in princ.lib.5.& conſ.202.Inueſtitura Domini Iordani,col.ſecunda,num.4.verſic. Nam verba dicunt,eod.vol. Franciſ. Rip.in l.in quartam,num.181.verſ.Quædam ſunt feuda hæreditaria ſecundum quid, ff. ad l. Falcid. Pariſ.conſ.1.Præſens legitimatio,num.133.lib. ſecundo, conſ.23. Prima in huiuſmodi conſultatione,num.165.lib. 2. Carol.Ruin.conſ. 36. In cauſa feudali,nu.5.verſ.Sed quòd in totum, lib.1.Anton.Rub.conſ.18.Videretur prima frõte dicendum,col.prima,num.tertio,& 4.latè inſiſtens, & de communi ſententia contra Deciũ inſignem Iuriſconſultum atteſtans, Auguſtin. Bero.conſ.67.In cauſa,nu.75. lib.1. Io.Thom. de Marinis in tract.feud.tit.5. de feud.hæredit. ſub num.12.verſ. Contrariam opinionem, vbi communem eſſe ſcribit.

13 Non tamen exiſtimo † ab opinione quam Decio Antonius Rubeus aſcribit,recedendum fore, cum receptiori calculo comprobata videatur, eandemque vltra præcitatos tenent,Nicolaus Bellonus,conſilio trigeſimotertio, Circa inſtructionem,numero ſecundo, verſic. Tamen cum dictum ſit, Arius Pinel.in l.prima,in prima part. ſub numero 88. verſic. Ego autem non puto, C. de bon. matern. Auguſtin. Bero.

conſi-

conſilio 68. Quo ad primum dubium, num. 66. verſic. Et hoc in caſu, & numero 72. de communi atteſtans, libro primo, conſil. 70. Præſuppoſito, num. 47. verſic. Præterea multa præſupponit, conſilio 77. Contra Sigismundum, numero 27. & conſ. 78. Viſo themate, numero 14. & 15. eodem vol. 1. Ioan. Cephal. conſ. 152. Quamuis abunde, numero 13. libro ſecundo, conſilio 467. Federicus Imperator, num. 97. libro quarto, conſ. 487. Reuerendi Patres, num. 2. & conſil. 559. Magnificos Dominos, num. 14. eodem vol. 4. ac d. conſ. 467. communem opinionem poſt Riminald. iuniorem quem citat, eſſe dicit, Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. in 1. part. lib. 3. præſumpt. 94. in fin. num. 8.

Idem quoque eſt, cum feudum tibi & hæredibus tuis ex corpore legitimè deſcendentibus
14 daretur, nam non hæreditarium † ſed ex pacto & prouidentia diceretur, Andr. de Iſern. in cap. primo, §. etſi libellus, colum. 2. de alien. feud. patern. Dec. conſ. 395. In cauſa, colum. 2. in fin. num. 6. Natta conſ. 128. Scripſi aliàs, colum. 3. verſ. Tamen videtur, lib. 1. conſ. 130. Superioribus annis, num. 4. eodem vol. Rol. de Vall. conſil. 28. Articulus, col. 1. num. 3. conſ. 55. Siue feudum, num. 7. lib. 3. Ioan. Cephal. d. conſil. 487. Reuerendi Patres, num. 3. conſ. 468. Federicus Imperator, num. 98. lib. 4. Iacobutius de Franchis in prælud. Feud. num. 117. in fin. verſ. Sed idem Andreas, & conſuluit Socin. iun. conſ. 72. Propoſita quæſtio, num. 27. libro 1. Ioan. Vincen. de Anna ſing. 206. Feudum conceſſum, fol. 243. poſt Decium, Afflictum, & Hippolytum Riminaldum quos citat, Laurent. Siluan. conſil. 15. Subtilia ſunt dubia, num. 45. verſic. Quo caſu dicitur.

15 Licet aduerſus iam dictam concluſionē †, plu ries deciſum fuerit in Sacro Regio Conſilio Neapolitano, vt per Afflict. deciſ. 195. Dictat cap. Regni, num. 7. de communi fidem faciens, deciſ. 140. Tene menti, num. 1. & 2. dicens bis in illo anno ſic fuiſſe in eodem Sacro Conſilio iudicatum, & quòd D. Antonius de Alexandro aſſerebat ita maiores tenuiſſe, ſcilicet D. Ioannem Antonium Caraſam, D. Goffredū de Gaieta, & D. Neapodanum Sebaſtianum, & deciſ. 240. In cauſa Cubelli Curialis, nu. 10. Franciſc. Viuius de dicta communi opinione in Regno atteſtans, opin. 307. Filius exhæredatus, nu. 8. verſic. Feudumque hæreditarium, Vincent. de Franch. prȩclariſſimus Doctor, deciſ. 1. Deceſſit Magnificus Ioan. Bapt. num. 21. in 1. part. & deciſ. 387. Deciſa per Sacrum Conſilium, num. 5. vbi refert Cumiam diſputantem, & dicentem ita communiter teneri, & Capycium in practica ſic fuiſſe ſeruatum.

Hanc autem poſteriorem opinionem declarabat Rol. de Vall. d. conſil. 67. num. 36. lib. 1. vt procedat ſecundum conſuetudinem Regni, & ante eum idem dixit Pariſ. conſ. 2. Conſultus, num. 20. lib. 1. nouiſſimeque Io. Vincen. de Anna d. ſing. 206. verſic. Sed in Regno communis forma eſt.

Idem adhuc erit dicēdum in feudo pro ſe & hæredibus legitimis, nam ex pacto & prouiden
16 tia † cenſebitur, vt ſcribunt Ludouic. Gozadin. conſ. 26. In cauſa Illuſtriſſimorum, nu. 30. verſ. Sextò dico, & quamuis aliqui teneant contrarium, inter quos Pariſ. conſ. 16. Si attendimus, col. 2. nu. 12. verſ. Præterea attento tenore, lib. 1. vbi plures allegat, qui in fonte viſi non omnes probant id pro quo allegantur, & conſ. 65. Paternum feudum dicitur, num. 7. verſ. Et eſto q in inueſtituris, lib. 3. Io. Thom. de Marin. in d. tract. Feud. tit. 5. de feud. hæredit. num. 26. verſ. Idemque concludendū eſt, fol. 83. Tamen prio rem opinionem quam communem eſſe profitetur Gozadinus multos Doctores cumulans, confirmarunt, Soc. iun. conſ. 112. Abunde profecto, verſ. Et maximè, lib. 2. Rol. de Vall. d. conſil. 67. Primo quidem aſpectu, num. 29. lib. 1. & conſ. 55. Siue feudum, num. 8. lib. 3. Bero. conſil. 69. Poſt reddítum conſilium, col. 2. num. 5. lib. 1. Io. Cephal. d. conſ. 559. Magnificos Dominos, nu. 15. lib. 4. Et eſt veriſſima opinio, circa quam magis non inſiſto, cum non ſit præſentis ſpeculationis, atque indaginis.

Feudumque in dubio ex pacto & prouiden-
17 tia † non autem hæreditarium præſumi debere, affirmarunt Oſaſc. deciſ. 161. Quoniã ſȩpiſſimè, nu. 12. & Cephal. d. conſ. 487. Reuerēdi Patres, nu. 11. verſ. Vltimò feudum, lib. 4. idemque cōcludit Iacob. Menoch. in d. 1. part. de præſump. lib. 3. præſumpt. 94. nu. 7. Et quicquid in cōtrarium dixerit Anton. Gabriel. lib. concl. 6. concl. 3. nu. 18. verſ. Septimò amplia, vbi voluit feudū in dubio præſumi hæreditarium, nō ex pacto & prouidentia, poſt Baldū, Raph. Cuman. Alex. Brun. Dec. Curt. iun. & Pariſium quos refert. pro opinione Octauiani Oſaſchi ſtāt viginti ſeptem Doctores quos Menoch. in præcitato loco recenſet, ſed longe plures idem Oſaſcus qui vrgentiſſimis rationibus ſuam opinionem confirmat, & certè Anton. Gabriel. in d. concluſione nonnulla poſuit, quæ redargui fortaſſe facillimè poſſent, vt intuentibus in promptu apparebunt, idem etiam dixere Bartolomȩus Camerarius in c. 1. in vlt. part. tit. an agn. vel filius, nu. 137. fol. 461. rurſus Menoch. conſ. 61. Controuerſi iuris, num. 9. lib. 1. vbi multos citat, Antonin. Teſſaur. deciſ. 99. Domini Philipp. & Ant. nu. 23. verſ. Accedat etiam. In Regno autē oīa feuda, vt plurimū eſſe hæreditaria proindeq. in dubio talia præſumi, tradit Neapod. in conſuet. Et ſi teſtator, in verb. Diſponere, nu. 8. verſ. Præterea hodie, col. 3. fol. 43. & teſtatur D. Vincen.

de Franch. deciſ. 6. In cauſa Camillæ Berlenghæ,num. 3.& 9.lib.1.Sed contrarium longa ac ſubtili inueſtigatione cõcludit,idem Camerar. in d.cap.1.in vlt.part.ante & poſt numer. 150. cuius rationes validiſſimæ videntur, poſt Andream de Iſer.Nicol.de Neapoli,& Lucam de Penna, quibus quidem illuſtriſſimis Doctoribus aſſentiendum eſſe, nec de Neapodano curandum, ſubdit ibi,Camerarius qui argumentum à ſolita inueſtitura in Regno remouet atq. ſubuertit:& idem tenere Sigismundum Loffredum ampliore tractatu id diſſerentem,refert & ſequitur Io.Thom. Minadous conſ. 10.Dubitatur itaque, col.2.num. 2.verſ. Sed cum hanc hæſitationem.

Tertius eſt caſus,quando eſſet dictum abſolutè ac ſimpliciter Si ſine hæredibus, & in hoc tertio caſu duæ ſunt Scribentium opiniones, Prima eſt, quòd idem ſit ac ſi ſimpliciter dictũ
28 fuiſſet † Si ſine filijs, & propterea fore diſtinguendum, vt in ſequenti quarto caſu explicabimus,& hanc opinionem tenuit gloſſ. in dicta l.ex facto,§.fin.ff.ad Trebell.vbi Paul.de Caſt. in fin.& idem voluiſſe,ibi Raphael. Cuman. & Ioan.de Imol.(vt in effectu ſic credidere)refert ibid.Alex.num.8.

Altera eſt opinio ſuperiori contraria,ſcilicet quòd niſi filij hoc caſu hæredes ſint, nõ dicatur impleta conditio,ita concludunt Bar. in præalleg.l.ex facto,§.fin.in fin.vbi Alberic.de Roſate,& Alexan.num.8.Bald.in l. filiusfamilias,§. cum quis,in princ.de leg.1.& in l.1.num.1.verſic.Secundo caſu,C. de condit. inſert. Ioan.de Imol.in l.quod dicitur,colum.6.verſ. Circa ſecundum,ff.de verb.oblig.Alexan.conſ.10. Ponderatis,num.9.verſ.Pro qua etiam,lib.3.Aym. Crauet.conſ.131.Ad primum quæſitum,num. 9.lib.1.Lancell.Galiaul. in d.l. Gallus,§.quidã recte,num.22.verſ.Secundò limita,de liber.& poſthum.Stephan.Bertrand.conſ.1.num.114. lib.2.Carol. Ruin.conſ.174. Viſo teſtamento, colum.2.num.3.verſ. Secũdò quòd licet,lib.2. eſtque magis communis opinio de qua atteſtatur Socin.iun.conſ.14. Viſo tenore priuilegij, num.1.lib. 2. & poſt eum Sfortia Odd. Peruſinus,in tract.de compend.ſubſtit.partic.6.artic. 5.concl.2. huius aſſertionis rationem reddens, vt per eum, eandem etiam opinionem ſequuti ſunt Azo, & Iacobus de Beluiſio relati ab Alberico in præcitato loco, ac Emanuel Coſta & is poſt Socinum iuniorem de magis communi atteſtans in rep.cap.ſi pater, in 1. part.in verb. Si abſque liberis,num.20.verſic.Sed verius videtur,de teſtam.in 6.adhuc Dominus Oddus cõſil.46.Præfata nobiliſſima D.Caſtora,de communi,num. 14.vol.1.

Hinc contingit quòd quamuis feudum pro ſe & hæredibus receptum, ſolum filios inclu-
dat,c.1.§.etſi clientulus,de alien.feud.& ſtatim
19 dicam,non tamen ad feudum vocantur†niſi hę redes ſint, ſecundum Andr. de Iſern. in d. c. 1. colum.1.num.2.an agnat.vel fil.in cap.1.§.quid ergo,num.8.in fin. de inueſtit. de re alien. fact. in cap.primo,§.hoc quoque, numero ſeptimo, de ſucceſſ.feud.Iacob.de Beluiſ.in cap. 1. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis,Alexand. conſil. 19. Super eo de quo quæritur, colum.2. num.6.libro quinto,Carol.Ruin.d.conſ.174. numer.3. verſic. Non tamen ad feudum, libro ſecundo, Ioan.Thom.de Marin.tit.5.de feud.hæreditar. num.10.ac num.12.in fin. & expreſſius,numero 34.verſic.Hoc feudum hęreditarium,fol.86. Dec.conſ.390. Quoniam ex facto,numer.quinto,Pariſ.conſ.2.Ioan.Antonius de Collalto,numero 25.lib.primo,vbi multos allegat, conſ.3. Videtur prima facie,num.17.eodem vol.Bartolomæus Camerar.in cap.imperialem,§. præterea Ducatus,cart.96.litera E. cum ſeq. de prohib.feud. alien. Franciſcus Burſat. conſ.76. Ex hac ſerie,num.2.lib.1.Oſaſc.deciſ. 23. Secũdus qui ſeſe offert,numero 33. verſ. Quartò contra patruum,D.Vincent.de Franch.deciſ.1. Deceſſit, num.22. & 23.in 1.part. vbi concordantes recenſet: Et Curt.iun.conſ.138.Habita diligenti,num.24. verſic. Aggredior igitur', voluit requiri, debere eſſe hæredem primi acquirentis, & vltimi morientis, ex communi opinione de qua teſtatur, ac etiam ex veriori, & de magis communi fidem facit, Ioan. Thom. de Marin. d.tit.5.numero 34.Camerar. in d. cap. primo, q.1. an agnat. num.24. Sed Iul.Clar.in §.Feudum,quæſt.9.verſ. Sed quæro an oporteat, relatis opinionibus inuicem diſſidentibus tenuit opinionem alternatiuam, quòd ſufficiat vt ſit hæres,vel primi acquirentis mediante perſona anteceſſorum, vel vltimi morientis, Cæterum Andr. de Iſern. qui in materia feudorum paucis verbis cuncta perpendit,& mirabiliter reſoluit,in d.c.1.col.2.num.2.tenuit,quòd oporteat eſſe hæredem iſtius qui nunc moritur,& ſic erit hæres primi acceptoris,hęres enim hęredis,&c. l.quoties,C.de hæredibus inſtit.l. ſciendum,ff. de verb.ſignif.

Quartus principalis caſus eſt, quando eſſet dictum Si ſine filijs, & ex mente Bartoli ac aliorũ Scribentium tunc duo alij caſus ſunt conſiderandi, Primus eſt quando filij hæredes eſſe poſſent,ſed nollent,& hoc caſu breuiter concludẽ-
20 dum eſt,filios etiam ſi hæredes non ſint†ſubſtitutum excludere,Bar. in d.l.filiusfamilias,§.cũ quis rogatus, in princ.& ante num.3.verſ.Prædicta omnia ſunt vera, de leg. 1. vbi Bald. poſt princ. verſic. Sed reprobant Doctores, Raph. Cuman. Ioan.de Imola, & Paulus de Caſtr.in princ.ſuitque opinio gloſſ.in d.l.ex facto,§.fin. in verb.Sine hærede,circa fin. & Petri ac Cyni

in l.

in l.1.C.de condit. inſert. idem tenuere etiam Iacob. de Aren. in d. §. cum quis rogatus, rurſus Caſtrenſis in hoc context.num.2. verſ. Sed an requiratur, Franciſcus Rip.in d.l.ex facto,§. fin.num.19.verſic.Et mihi placet, Ioan. Dilect. in tract.de art.teſt.tit.de ſubſtitut. cap. quinto, Sfort.Odd.in d.partic.6.artic.5. concl. 3.dicẽs omnes vno ore ſic concludere, citansque Bertrand.d.conſ.1.num.114.lib.2. Lauren.Calcan. conſ.69.num.5.& Andreas Alciat.conſil.564. in princ.vt per eum, quibus addo D. Vincentium de Franchis acerrimi ingenij Iuriſconſ. & Sacri Conſilij Præſidentem ac Viceprotonotarium,deciſ.91. Cõſuetudinem Ciuitatis Neapolis,colum.5.num. 18. verſic. Et ne hæc opinio,in 1.part.Ioan.Anton.Rub.in l.pater filiũ, num.35.verſ.Sed ad illum text.ff.de inoffic.teſtam. Tum quia inducta in fauorem non debẽt in odium retorqueri, vt contingeret ſi liberi poſiti in conditione proprio fauore inuiti hęredes eſſe cogerentur,tum vt abſurdum euitemus,ne poſitis tantum in conditione nec vocatis, ex cõmuni opinione gloſſ. in l. Lucius Titius, ff. de hæredibus inſtit.videatur facta vulgaris ſubſtitutio filijs hæreditatem repudiantibus, quæ quidẽ ſubſtitutio ceſſat vbi inſtitutio non præcedit, Bart.& cæteri in l.1.ff.de vulg. & pupill. ſubſtitut.

Secundus eſt caſus, quando vellent ſed non poſſent hæredes eſſe,& tunc duo alij caſus ſubdiſtinguendi ſunt: Primus eſt quando non poſſunt ob ipſorum incapacitatem, puta quia banniti vel religioſi alicuius ordinis ſiue religionis non valentis in communi aliquid retinere, &
21 concludendum eſt † ex intentione omnium ferè Scribentium fideicommiſſum non deficere, Bartol.& Raph.Cuman.in d.l.filiusfamilias,§. cum quis rogatus, Paul.de Caſtr. genericè tamen,in hoc context.num. 2. Franciſcus Rip. in d.l.ex facto,§.fin.num.19.Fortun. Garz. in d.l. Gallus,§.& quid ſi tantum,numero 176. Ioan. de Baron.in l.fœminæ,C. de ſecund. nupt. numero 15. Ioan.Cephal.conſ.46.Adhuc videtur, num.40.verſ.Ita omnes,libr.primo,& de communi teſtatur Socin.hic, numero 105.& Sfort. Odd.in d.partic.6.artic. quinto,concl. quarta, communem adhuc dicit,quamuis in puncto iuris dubitare de ea videatur non tamen ab eadem recedens,allegansque etiam Anton.Rub. in l.pater filium,num.143.ff. de inoffic. teſtam. ſed non Socinum iun.idem tenentem conſ.42. Viſo teſtamento,colum.7.num.28.verſ.Vel ſecundo,lib.1.

Contrarium autem tenuerunt,Laurent.Calcan. d.conſ.69.numero quinto,& Andr.Alciatus, d.conſil. 564. in princ. quos videtur ſequi Sfort.Odd. Peruſinus illos referens d. concl.4. verſic. Vnde ego, fol.197.& ſi totaliter à priori ſententia non ſe abdicet,ſed ſolum (vt dicebã) plurimum dubitet, tum ob generalitatem text. in d.§.cum quis rogatus,tum quia in huiuſmodi ſucceſſione verba naturaliter aſſumi debeãt, & iuxta potentiam naturalem, non autem ciuiliter,ideſt ſecundum finem ſuccedẽdi,vt videatur conditio formaliter in fideicommiſſo appoſita,ſicut aliàs in l.cohæredi,§. cum filiæ, ff. de vulg.& pupill.ſubſtit. vt hinc non obſtet,quòd dicti filij pro mortuis habeantur,inhabilesque, ac incapaces exiſtant,eiusque intentionem potiſſimum ex l.Statius Florus, §. Cornelio Felici,ff.de iure fiſci, probari aſſerit, vt alia præteream. Sed reſponderi poteſt, in d.§.cum filiæ,
22 non ſolum formaliter † ſed finaliter conditionem fuiſſe adiectam, vt terminos ab eruditiſſimo Sfortia Oddo propoſitos retineam,nam pupillariter ſubſtituere teſtator volebat, adeo q̃ cum fauore liberorum conditio ſit appoſita, vt ob ſubſtituti excluſionem filiorum in conditione ex lege admiſſio ſequatur, requiritur qualitas hæreditaria in effectu, cumque non entium non ſint qualitates,igitur ipſorum vacua exiſtẽtia ſubſtituto negocium facere non debet,actus nanque agentium iuxta intentionem ipſorum operari debent non vltra propoſitũ, quod mente concipiunt.

Non obſtat tex.in d.l.Statius Florus,§. Cor
23 nelio Felici,nam ibi potius finis attenditur † ſecundum naturalem potentiam quàm ciuilis effectus,cum nondum dies fideicommiſſi veniſſe dicatur,durante adhuc vita matris, licet fuiſſet condemnata, eiusque bona à fiſco occupata: vt Fœlix ſubſtitutus interim repelli debuerit, qui potuiſſet prius mori, & mater nihilominus alias res acquirere:fruſtra igitur allegabat ſe ante pœnam fuiſſe; Oddus retenta priori communi concluſione, ampliabat & limitabat vt ibi, cumque de materia declarationum ab ipſo allatarum infra dicturus ſim, nunc ad alia tranſeo.

Secundus eſt caſus, quando ex diſpoſitione legis poſſent,quia inquã capaces eſſent, ſed facto aut diſpoſitione hominis nequirent,vt quia exhæredati fuerint,vel præteriti ab ijs quorum præteritio pro exhæredatione habetur, ſcilicet matris ipſorum,§. fin.Inſtit. de exhæred. liber. & militis,l.certi,ff.de teſtam.milit. Et in hoc ſecundo caſu duæ ſunt Scribentium opiniones, Prima eſt, quòd iſti filij faciant fideicommiſ-
24 ſum † deficere, ſecundum gloſſ.in d.l.ex facto, §.fin.ff.ad S.C.Trebell.vbi Alexan.num.8. Petrus & Cyn.in l.1.C.de condit. inſert. ibidemque Paul.de Caſtr. num.7.Bart. in d.l.filiusfamilias,§.cum quis rogatus,poſt prin.verſ.Contrarium tenet gloſſa, dicẽs idem ſentire Iacob. de Are.vbi etiam Bal.verſ.Sed reprobant Doctores,Ial.in l.precibus, nu.6.verſ. Tamen pro

Angelo contra Bartolum, C. de impub. & al. ſubſtit. & fuit opinio Franciſci Tigrini de Piſis, tum in d.l. filiusfamilias, §. cum quis, tum etiã in d.l. ex facto, §. fin. prout ipſum refert, & ſequitur Ioan. de Anan. conſ. 22. Ad approbandam, num. 3. verſ. Præterea quòd exiſtentia filiorum, Paul. de Caſtr. conſ. 14. Si contingat, num. 1. in fin. verſ. Quantum ad ſecundum, lib. 1. Benedict. Capr. conſ. 18. Cum viſo, num. 14. col. 4. verſic. Nec obſtat, Socin. ſen. conſil. 182. Licet filia fœmina, col. 2. circa med. verſ. Et licet Bartolus dicat, lib. 2. poſt Raphaelem Cumanum in d. §. cum quis, dicens hoc eſſe de mẽte Angeli, & Ioan. de Imol. in l. Lucius, ff. de hæredib. inſtit. Aym. Crauet. conſ. 62. Nobilis Vrbanus, col. 1. num. 2. referens idem conſuluiſſe Petrum Philippum Corneum, vt per eum, Socin. iun. d. conſ. 42. Viſo teſtamento, colum. 7. num. 28. verſ. Vel ſecundò, lib. 1. & conſ. 158. Abunde & multum ſubtiliter, colum. 5. nu. 24. verſ. Nec quicquam obſtat, lib. 2. Carol. Ruin. conſ. 81. In quæſtione alimentorum, colum. 4. num. 15. verſ. Non obſtat dum ſecundo dicitur, lib. 2. vbi communem opinionem eſſe affirmat, idem etiam tenet, conſ. 126. Circa duo, colum. 7. in princ. num. 11. verſ. Nec obſtat text. lib. 3. & conſil. 87. In facto proponitur, col. 2. num. 1. verſ. Quod etiam procedit, & num. 6. d. lib. 2. vbi communem eſſe ſcribit, Andr. Alciat. conſ. 56. Scripſi ſuperioribus diebus, colum. 2. num. 3. tom. 3. lib. 9. Rub. Alexandrin. in l. pater filiũ, num. 31. ff. de inoffic. teſtam. Franciſc. Rip. implicitè tamen, in d.l. ex facto, §. fin. colum. fin. num. 19. verſ. In eadem gloſſ. ibi, Stort. Odd. in d. tract. de compend. ſubſtit. partic. 6. art. 5. concluſ. 5. fol. 197. dicens eſſe magis communẽ ſententiam, Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 6. colum. antepen. num. 14. verſic. Planè vt conditio, fol. 269. nec omiſerim Stephan. Bertrand. d. conſ. 1. num. 114. libr. ſecundo, quẽ etiam Oddus in citato loco refert. Hieronym. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, numero 953. d. tit. ad Trebell. rurſus Andreas Alciat. in l. Gallus, §. quidam rectè, in 1. lect. num. 88. verſ. Nam & cõditio illa, ff. de liber. & poſthum. Mouentur ad id dicendum, quia illa conditio, Si ſine liberis deceſſerit, merũ factum cõtinere dicitur, l. qui hęredi, in prin. & l. Mæuius, hoc tit. vnde hoc ſolum attenditur an cum liberis deceſſerit, non autem iuris miniſterium, id eſt an ſuccedere poſſint, propter quod illos teſtator in conditione poſuit, d.l. filiusfamilias, §. cum quis rogatus, & ita poſt Franciſcum Tigrinum, declarat Ioan. de Anania in prælleg. conſil. & Andr. Alciat. in d.l. Gallus, §. quidam rectè, in 1. lect. numero 88. verſic. Nam & conditio illa.

Et quamuis gloſ. in d.l. filiusfamilias, §. cum quis, contrarium tenuerit, ipſamque veriorem eſſe dixerit Alberic. de Roſate in d.l. 1. in fin. C. de condit. inſert. tamen communiter reprehẽditur, vt non ſit à priori concluſione iudicando & conſulendo recedendum. Et ita tenendo nõ obſtant in oppoſitum allegata, Primò quòd liberi in conditione poſiti in cauſa ſunt cur ſubſtitutus excludatur, quod quidem ipſorum liberorum fauore factum intelligitur, ergo ſi ijdẽ non ſuccedant ceſſante eorum fauore ſubſtitutus debeat admitti, vulg. l. adigere, §. quamuis, de iur. patron. c. cum ceſſante, extra de appell.

Nam reſpondetur, quòd ipſi filij ſubſtitutũ
25 non excludunt † ſed defectus conditionis, & ideo fruſtra quæritur an ſuccedant, vt dixere Franciſc. Rip. in d.l. ex facto, §. ex facto, nu. 10. verſ. Et ſi dixeris, Andr. Alciat. d. conſ. 56. num. tertio, in fin. tom. 3. lib. 9. Franciſc. Mantic. in d. tract. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 6. num. 15. verſic. Secundò reſpondetur, & ante omnes Bart. in d. §. ſi quis rogatus, num. 2. verſic. Reſpondet gloſſa. Secundò non obſtat text. in l. 1. §. ſi patruus, ff. de coniung. cum emancip. liber. vbi exhæredatus pro mortuo haberur.

26 Nam vt Cynus † & Petrus dicebant, iſtud quo ad commodum ipſorum exhæredatorum procedere, non quo ad alienum, & ita dictũ textum intelligunt, Sed cum hęc reſponſio per Bartolum impugnetur dicentem exhæredatum ibi haberi pro mortuo ad commodum alterius, ſcilicet nepotum qui in totum admittuntur, cum aliàs niſi pro parte admitterẽtur: Aliter ex eius intentione reſponderi poteſt poſt gloſ. quòd filij ibi faciebant deficere fideicommiſſum ſicut defectus cuiuslibet conditionis adiectæ, ideo non attenditur ſi ſint hæredes vel non, ibi filius excludebat nepotes à medietate quia concurrebat cum eis, ipſo ergo excluſo per exhæredationem non poteſt concurrere, ideo nepotes totum conſequuntur: & hoc idem voluit dicere Ioan. de Imol. in d.l. Lucius, 2. num. 3. ff. de hæredib. inſtit. ſcilicet illud in dicto textu procedere, quando is qui erat exhæredatus ad ſucceſſionem vocatur, & cõcurrit cum alio per modum diſpoſitionis ſi non ſit exhæredatus, proinde ſi per exhæredationem excluditur cum alio non concurrit, neque impedit eum in totum ſuccedere: ſed in propoſito loquimur quãdo ille qui eſt exhæredatus impedit alium ſuccedere, quia facit deficere cõditionem diſpoſitionis ex qua alius vult ſuccedere, & ideo non inſpicitur an ſit exhæredatus, vel non, ſed an ſit filius, d.l. filiusfamilias, §. cum quis rogatus, & vltra Ioannem de Imol. ita negocium hoc reſoluit Carol. Ruin. d. conſ. 126. Circa duo principaliter, colum. 7. ſub num. 11. libro 3. Vltimò ſecundum Franciſcum Manticam obiectum dihi poteſt ita conſiderando: Quòd exhæredatio non ſortitur

titur effectum, niſi poſt aditam hæreditatem, l. filium, §. ſed cum exhæredatio, ff. de bon. poſſ. contratab. Bart. in d.l. 1. §. ſi patruus, nume. ſecundo, vnde exhæredatus pro mortuo habetur poſtquam teſtamẽtum aditione confirmatum fuerit, Bald. in rep. l. pater filium, colum. 6. verſ. Vlterius oppono, ff. de inoffic. teſtamen. Sed an nec cõditio extiterit, vel defecerit tempus mortis inſpicitur, quia tunc ſubſtitutus admittitur, vel excluditur, ideo cũ defecta conditione ſubſtitutus excludatur, nihil poteſt ei amplius prodeſſe, quòd poſtea filius mortuus intelligatur, quia etiam ſi verè mortuus eſſet, non poſſet admitti, ſufficit eum, vel momento temporis patri ſuperuixiſſe, vt colligitur ex d.l. filiusfamilias, §. cũ quis, & d.l. ex facto, §. ex facto, ſicque ſubtiliter reſpondere inquit Raphaelem Cumanũ conſ. 122. Gerardus quondam Domini Bartholomæi, colum. ſecunda, ſub numero quarto, verſic. Solũ reſtat tollere, idemque ſibi voluit Carol. Ruin. tacito tamen Cumano conſil. 87. In facto proponitur, col. 4. ante num. 5. verſ. Nec obſtat, lib. 2.

Tertiò non refragatur, l. 1. C. de cond. inſer. ibi, Hæredem inſtituerit: Nam reſpondet vtrobique Accurſius quem cæteri comprobant, & debet ſubaudiri, maximè: aliàs dura admodũ eſſet ἀντινομία, ex diametroque repugnaret textui in d. §. cum quis rogatus: Sed certè ita intelligere, dictionemque illam, maximè, ſupplere, diuinare eſt.

Vnde Sforcia Oddus dicebat, quòd ibi dubitabatur, tam de gradu, quàm de ſexu, quia erat natus non filius, ſed nepos, & nõ maſculus, ſed fœmina, non autem de hæredis inſtitutione, vel exhæredatione, vt colligitur ibi, Niſi alia defuncti voluntas fuiſſe probabitur, quæ verba deciſioni illi non conueniunt ſi dubium circa inſtitutionem, vel exhæredationem verſaretur, d. §. cum quis rogatus.

27 Vlterius dici poteſt, quòd ſi in illo textu † de hæredis inſtitutione, vel exhæredatione quæreretur, caſus eſſet de indubitabili, & debuiſſet negatiuè non affirmatiuè concipi, ſcilicet hæredẽ non inſtituerit, quod non eſt admittendũ, præſertim conſideratis verbis rubricæ ſub qua dictus contextus ſitus eſt, De conditionibus inſertis, tam in legatis, quàm in fideicommiſſis, & libertatibus, vt iuxta rubricam interpretetur argum. l. Imperatores, ff. de in diem adiect. & ſic an conditio defecerit per unam illam neptẽ attentis verbis conditionalibus, de quibus, ibi.

Concludendum eſt igitur, dictam magis cõ-
28 munem opinionem † veram eſſe, & ex generalitate textus in d. §. cum quis rogatus, valide atque efficaciter probari: Quam ita demum veram eſſe intelligit Oddus in d. partic. 6. artic. 5. concl. 5. in fin. verſic. Quid dicendum, ſi inſtitutus filium exhæredando legitimos ſucceſſores eiuſdemmet filij inſtituerit, ſecus ſi extraneos, vt per eum eruditè diſtinguentem, ac intimè difficultatem reſolutionemque conſiderantem atque abſoluentem.

Circa ſecundum principalem caſum, cum in tacita conditione, & à lege ſubintellecta verſamur, duę ſunt Scribentium opiniones, Prima
29 eſt, quòd huius contextus † aliorumque conſimilium iurium diſpoſitio non procedat, niſi liberi ſuccedant hæredesque grauati exiſtant, ſecundum Raphael. Cuman. hic, in fin. & in d. l. filiusfamilias, §. cũ quis rogatus, in fi. in 2. lect. rurſus idem Cuman. in l. Centurio, num. duodecimo, pariter in fin. de vulgar. & pupill. ſubſtit. Alberic. de Roſat. in d.l. generaliter, §. cum autem, ſub num. ſecundo. verſic. Alij dicunt, C. de inſtit. & ſubſtit. Alexand. in d.l. Centurio, colum. 13. num. 60. Sub dubio tamen, ibidemque Socin. ſen. nu. 16. & 17. ante primam quæſtionem Bart. & Lancellot. Galiaul. colum. 29. Angel. Ioan. de Imol. & Claud. de Seyſell. in d.l. ex facto, §. fin. num. 6. ff. ad Trebell. Dec. in l. precibus, colum. quinta, ante nume. 12. C. de impub. & al. ſubſtit. Angel. de Aret. in tract. de teſtam. glo. 79. poſt num. 10. & glo. 30. poſt nu. 18. verſic. Cogita tu, Socin. hic colum. ſeptima, in princ. verſ. Tamen quia non eſt abſurdum, colum. 35. ante fin. verſic. Ex quibus infertur, & colum. 62. ante ſeptimam quæſtionem, verſ. Quia ſubintelligitur conditio, licet poſt d. verſ. Ex quibus infertur, colum. 30. ante num. 66. diſtinguere conetur, Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, num. 137. verſ. Ex quibus inquit Socinus, C. de reuocan. donat. vbi etiam Franc. Rip. quæſt. 38. ante nu. 97. verſ. Secus in conditione, ſi ſine liberis, ſubintellecta à lege, Hieronym. Zanch. in rep. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 853. verſic. Quod autem, nu. 954. verſic. Sed tamen iſte coniunctus, & num. 1182. verſic. Facit etiam, vbi dicit hac in re Socinum variaſſe, & huiuſmodi uarietatem ab Andrea Tiraquello animaduerſam fuiſſe, iſtamque opinionem magis communiter receptã uideri, Emanuel Coſta in §. poſthumus, ante num. 15. verſic. Vnde de his liberis, Inſtit. de legat. receptam opinionem eſſe aſſerens, Franc. Mantic. in tract. de coniect. ultim. uolun. lib. decimo, tit. octauo, nume. 13. uerſ. Decimo hæc coniectura, Eandem etiam ſententiam confulendo ſequuti ſunt Carol. Ruin. conſilio 106. Viſo, ac diligenter ponderato, colum. quinta, numero octauo, uerſic. Cum ergo dicto caſu, libro ſecundo, conſilio 140. Viſo & bene intellecto, colum. penult. ante num. 15. uerſ. Et confirmatur, eodem uolum. conſilio 67. Viſo themate, & dubijs, colum. antepen. ſub num. 12. uerſ. Et per hoc infert. lib. 3. & conſil. 122. Conſideratis

ratis diligenter,numero 4.& 5.verſ.Ad iſtud reſpondetur,eodem volum. Auguſt. Bero. conſ. 112.Hæc eſt ardua quæſtio,num.24.lib.2.Hieron.Gabr.conſil.97.Ioannes Leonardius, nu. 22.lib.primo,Ioan. Anton.Rubeus, in rep.l.Titia Seio,§.Imperator,num.252.ff. de legat. ſecundo,Hieronym. Verius in rep.l.ex facto, nu. 519.ff.de vulg.& pupill.

Quicquid tamen præcitata Scribentium cohors ſenſerit,prout in alijs iuris ciuilis concluſionibus,ita in hac contingit,vt inquam non deſint qui aduerſentur,& contrariũ fundare moliantur,inter cæteros autem fuere Petr. de Bellapertic.in d.l.generaliter,§.cum autem, Dyn. in d.l.ex facto, §. fin. ad S.C.Trebell. Paul.de Caſtr.hic, Gulielm.de Benedict.in rep.c. Raynutius,in verb.Si abſque liberis moreretur,numero 20.cum ſequen.extr.de teſtam. Alexand. in §.Imperator,colum.penul.cuius motiua fuere Raphael. Cumani in d.§. cum quis rogatus, relata per Socin.ſen.in d.l. Centurio, poſt nu. 16. Anton. Gabriel. Roman. lib.4.concl.tit.de fideicommiſſ.concl.2.in 21.limit.num.75.verſ. Intellige autem,Iacob.Philipp. Port.conſ.196. Ex facto,ante num. 9.verſ. Quinimo & conditio,lib.4.

In hacque autoritatum allegatione aducrtẽ dum exiſtimo Raphaelem Cumanũ vtrinque allegari, cum pro opinione Alberici de Roſate per Alexandrum citetur in d.l.Centurio; ac etiam per Socinum hic ante num.66. verſic. Ex quibus infertur,Pro contraria autem opinione Petri de Bellapertica ab eodem Socino adducitur hic ante num.96.& d.conſ.128.colum.2. in dictaque l.centurio,num.16. vt etiam aduertit Hieronym. Zanch.in d.§.cum ita,num.853. qui cum priori Alberici opinione in diſcurſu pertranſire videtur.

Quid erit nunc in tanta opinionum varietate reſoluendum? Socinus hic diſſidentiam †incerta quadam diſtinctione conciliare nititur cũ ex ſubſequentis quæſtionis per eum pertractatæ reſolutione pendeat: Nam aut (inquit) dicimus hanc conditionem licet non ſcriptam fingi à lege,vel ſubintelligi ob coniecturatam pietatem ex mente teſtatoris quaſi ſi cogitaſſet illam appoſuiſſet, & tunc oporteat hæredes fore, aliàs ſubſtitutum non excludere, cum non militet erga liberos illa pietatis ratio,vel alia vt in d.§.cum autem,ob quã lex debeat hanc præſumptionem inducere, nec æquitas per quam lex debeat fingere,l.prima,§. ſi vir vxori, cum ibi not. ff. de acquir. poſſ.cum ſimil. Aut à lege præſumi tanquam à teſtatore dictam, ſed omiſſam à tabellione conſcribi, ſeu alio ſcribente, prout dicit Bart.in d.§. ſi quis rogatus, & tunc, quia cenſetur,ac ſi fuiſſet ſcripta,l. quotiens,§. primo,& ibi not.ff. de hæredib. inſtit. à conditione expreſſa differre non videri, ſuccedere q. diſpoſitionem dicti §.cum quis rogatus,vt etiã non hæredes excludant:quod autem verius ſit, ex quæſtione quam ſubſequenter Socinus abſoluit,& ego circa principium huius operis ſcripſi, an inquam ex fictione, vel præſumptione conditio de qua agimus tacitè ſubintelligatur diffiniri aſſerit: Sed vt Horatius lib.2, Satyra 5. inquit.

Nil agit exemplum, litem quod lite reſoluit.

31 Proinde alia fuit † eiuſdem Socini diſtinctio quam in d.l.Centurio afferebat,ex qua deciſionem præſentis difficultatis molitur excerpere: Quòd aliquando ſucceſſio alicui ſub conditione tacita,vel expreſſa ſi alia perſona non extiterit defertur, & tunc ex ſola illius perſonæ ſuper exiſtentia in conditione poſitæ ſubſtitutus excludatur,licet perſona quę poteſt ſuccedere nõ ſuccedat,iſtudque non contingit, quòd potentius ius habeat, & ita procedat text.in d.l.filius familias,§.cum quis rogatus. Aliquando,& ſecundo,quis excluditur propter exiſtentiã perſonæ in conditione poſitę,tanq; illa perſona potẽtius in ſuccedendo ius retineat, & tunc ita demum excludatur ſi illa perſona ſuperſit ſuccedatque, & ita poſſe textum intelligi,in l.penul. cum ibi not.per Nicolaum de Mattarellis, Baldum,& alios,C.de impub. & al. ſubſtit.

32 Et hinc eſt, quòd ſtante ſtatuto † vt maſculis exiſtentibus filiæ fœminæ non ſuccedant,cũ maſculi ad fœminarum excluſionem in conditione poſiti ſint, tanquam potentius ius ſucceſſionis habentes,ſi hæreditatem repudiarent,fœminæ non excluderentur,Bart.in l. 1. §. pen. ff. de bon.poſſ.contratabul. Raph.Fulgoſ.conſil. 102.Præſuppoſito ſtatuto, colum. 2. verſic. Et pro hoc facit, Dec.in l.filiæ dotem,num. quinto,C.de collat. & conſil.296. In caſu propoſito,ante num.3.conſil.378.Viſo motiuo, num. 3.conſil.383.Viſo puncto,colum.penult.num. quarto, Socin. ſen. conſil.35. Viſa narratione puncti,colum.3.num.10.verſ.Nec videtur obſtare,& conſilio 114. Præſens conſultatio,poſt princ.lib.4.Franc.Aretin.conſ.161.In præſenti conſultatione,propè fi. verſ. Sed forſitan dicet aliquis,Corn.conſil.84. In hac conſultatione, colum.2.num.4.lib.4.Socin.iun.conſ.28. Deciſio præſentis conſultationis, num. 8. & infr. lib.3. Ex quibus inferri videtur, quòd cum in terminis dictæ l.cum acutiſſimi,C.de fideicommiſ. Si ſine liberis deceſſerit conditio, tanquã filij potẽtius ius ſuccedendi habeãt, tacitè intelligatur, ita demum ex liberorum exiſtentia fideicommiſsum deficiat, vt ipſi liberi ſuccedãt, ſecus ſi repudient,& ſic dicebat ipſe Socinus in d.l.Centurio,verſ.Sed tu pro defenſione,

Cæterum Carolus Ruinus Regienſis acutiſſimus Doctor,conſil.126.Circa duo, colum.6.

poſt

poſt num. 11. verſ. Nec etiam obſtat, lib. 3. relata hac poſteriori Socini ſenioris diſtinctione aliter diſtinguebat, Quòd aliquando ſubſtitutio ab initio in ſubſtantia ceſſat ſicut quando ſub conditione facta reperitur, l. cedere diem de verbor. ſignif. & in his terminis loquatur text. in d. §. cum quis rogatus: Quandoque verò ab initio non ceſſat ſubſtitutio in ſubſtantia, ſed ineſt licet effectu careat, & tunc ſola ſuperexiſtentia non impediat effectum, ſicut de pupillari tacita dicimus, quæ quidem per ſolam matris nolentis, vel non valentis ſuccedere ſuperexiſtētiam non impeditur, l. fin. C. de impub. & al. ſubſtit. quod ſecundum Bart. in d. l. Centurio, contingit, quia à principio ineſt matre etiã in medio exiſtente, licet contra matrem antequam excludatur effectum non habeat: & ratio diuerſitatis dilucida ſatis eſt, quia primo caſu ſubſtitutio, quæ nunqam fuit in ſubſtantia facilius impeditur, quam alio caſu in quo fuit aliqua ab initio, l. patre furioſo, de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. Hancque Ruini diſtinctionẽ ſequuti ſunt Hieronym. Zanch. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 956. verſic. Secundò principaliter, & Iac. Menoch. conſil. 95. Etſi doctè, num. 68. lib. primo, dicens eandem declarationem egregiam eſſe, quam & ego pulcherrimam cenſeo: Sed iu-
34 dicando, & conſulendo † ab opinione Raphaelis Cumani, Alberici, & aliorum præcitatorũ frequentioribus votis, communique calculo recepta, recedendum non fore arbitror.

HYPOTHESIS.

In fideicommiſſis hæredis verbum quibus in caſibus ad hæredem ſanguinis referatur: Et quid in feudis, reſolui.

SVMMARIVM.

1 *Haredis verbum in fideicommiſſis, de liberis interpretari.*
2 *Conditionem non eſſe, ſed futuram eſſe oportere.*
3 *Haredum appellatione, ex propria ſignificatione etiam extraneos comprehendi.*
4 *Haredis verbum ad haredem ſanguinis coerceri, cum in appoſitum teſtantis voluntas coniecturatur, variasque coniecturas adeſſe poſſe.*
5 *Haredis appellationem ab haredem ſanguinis referri, vbi deſcendentes teſtatoris extarent.*
6 *Haredum verbo ſanguinis haredes clarius intelligi, magisque Speculatoris opinionem procedere ſtante communi loquendi vſu quo filios haredũ voce appellaremus.*
7 *Verba illa, donec caſtè vixerit, ex communi vſu loquendi interpretari, donec ad ſecunda vota non tranſierit.*
8 *Verba teſtatoris ſecundum communem vſum loquendi eſſe intelligenda.*
9 *Haredis verbum, magis de filijs intelligi, quàm de extraneis, quoties teſtator grauati filium, vel filiam aliquo legato honoraſſet: erga eos quandam benenolentiam oſtendendo.*
10 *Haredum verbum, de filijs intelligi, quoties teſtator filium inſtituit, & ſi deceſſerit ſine liberis, Titium eiusque haredes ſubſtituit: prædefuncto nanque Titio relictis extraneis haredibus, extranei haredes filij admittentur excluſis extraneis Titij haredibus: Contrarium tenentes, num. 14. recenſeri: Et priorem opinionem quæ fuit Richardi, & Bartoli comprobari, nu. 18.*
11 *Voluntatem teſtantis inſpecie habens illam in genere habenti præferri, etiam ſi poſterior gradu exiſtat.*
12 *Verba teſtatoris in aliqua teſtamenti parte poſita, maximè in præcedenti, verba dubia eiuſdem teſtatoris in alia parte enucleare.*
15 *Haredis verbum ad haredem ſanguinis reſtringi ne abſurditas ſequatur, & ne teſtantis voluntas irrationabilis, & iniqua reddatur.*
16 *Filios in conditione poſitos, ſecundum magis communem gloſſa opinionem non cenſeri diſpoſitiuè vocatos: Sed contrariam opinionem vti in puncto iuris veriorem defendi poſſe.*
17 *Teſtati ſucceſſioni vbi locus eſſe poteſt, ab inteſta to ſucceſſionem ceſſare.*
18 *Primò vocatum magis dilectum cenſeri.*
19 *Haredum verbum de ſanguinis haredibus reſpectu ſubſtituti clarius intelligi, ſi teſtator dixiſſet, Si filius meus ſine harede deceſſerit, Titium ſubſtituo, & eius haredes: Ac etiam ſi eſſet dictum, Filiam, & eius haredes inſtituo, & ſi deceſſerit ſine liberis, Titium ſubſtituo eiusque haredes, num. 20.*
21 *Haredum verbum, de ſanguine haredibus reſpectu ſubſtituti non intelligi, opinionemque Bartoli, ac Richardi de Malumbris reſtringi ſi non adiecta conditione ſi ſine liberis, ſimpliciter Titium ſubſtituiſſet eiuſque haredes: Hocque ſubſumitari filio teſtatoris inſtituto, num. 22.*
23 *Harede inſtituto, ſi fundum teſtator Titio reliquerit conditione adiecta, quòd ſi ſine liberis deceſſerit haredi inſtituto fundum reſtituat, præmortuo harede extraneis relictis haredibus fundum illis reſtitui non debere.*
24 *Haredum ex corpore procreatorum appellationem ad filios ex ſanguine reſtringi etiam in materia ad quoſcunque haredes tranſitoria.*
25 *Haredibus natis, ac naſcituris virinſque ſexus verba de liberis debere intelligi.*
26 *Haredum maſculorum verba, ad haredes ſanguinis etiam in materia ad extraneos haredes tranſitoria coarctari.*
27 *Haredum verbum, ad liberos reſtringi, cum natura rei*

Digitized by Google

ra rei repugnaret ſuper qua diſponitur ne in extraneum tranſeat.

28 *Heredis verbum in feudo de hærede ſanguinis maſculo intelligi: ſ adque limitari ſi in inueſtitura fuiſſet dictum, prote, & haredibus suis omnibus, num. 29. Vel ſi eſſet dictum pro haredib. quibuſcunque, num. 31. & 32. Et denique Camerarij declarationem afferri, num. 33.*

30 *Trebellianica prohibitionem indultam fuiſſe, vbicunque dixiſſet teſtator, volo bona mea omnia ad talem peruenire.*

33 *Heredis verbum tripliciter in feudo aſſumi poſſe, ſcilicet de hærede in feudo, de hærede in ſanguinis, & de hærede hæreditatis.*

34 *Heredis verbum in ſtatutis, de ſanguinis hærede accipi.*

35 *Heredis verbum, de hærede ſanguinis intelligi, vbi teſtator dixit, quòd hæreditas vadat de hærede in hæredem: Præſertim adiecta maſculinitatis qualitate.*

36 *Heredes filiorum, de hæredibus ſanguinis intelligi.*

37 *Heredes vtriuſque ſexus, de hæredibus ſanguinis aſſumi.*

38 *Heredum appellationem extraneos etiam allicere, ſi teſtator aliquem extraneum, eiusque hæredes ſubſtituerit.*

39 *Heredum verbum, de extraneis hæredibus intelligi vbi teſtator aliquem valde ſenem, vt valetudinarium ſubſtituiſſet, ac eius hæredes.*

40 *Heredum verbum de extraneis etiam accipi, ſi dictio omnium adijceretur.*

41 *Heredes, & ſucceſſores, de extraneis hæredibus etiam interpretari.*

42 *Heredes in perpetuum, de extraneis etiam hæredibus intelligi.*

43 *Heredem ſanguinis, ex illo legato intelligi, Caio, & eius hæredi, dum Caius ipſe viuet, lego fundum.*

44 *Heredes verbum à recipiente prolatum, in re ad quoſcunque heredes tranſitoria de extraneis etiam intelligi.*

CAP. III.

NE Quæſtiones quas interpretari profitemur imperfectas, atque obſcuritate dubias relinquamus ad vberiorem præcedentis quæſtionis declarationem impertinens non exiſtimo, de verbi Hæredis ſignificatione circa materiam fideicõmiſſariam aliquid proferre: in hac igitur re ſtrictim procedendo, incertum † non eſt, ſi quis ita fideicommiſſum reliquerit, Fidei tuæ fili committo, vt ſi ſine hærede moriaris reſtituas Seio hæreditatem, ex re ſcripto Diui Pij videri eum de liberis ſenſiſſe, vt inquit Vlpianus lib. 2. Fideicom. in l. ex facto, §. fin. ff. ad S.C. Trebell. & tradidere Spec. in tit. de teſtam. §. in primis, in fin. nu. 32. quem ibi Baldus in addit. ſequitur, & in tit. de loc. §. nunc aliqua, verſ. Ideo, rurſus Bald. in l. vnic. §. vbi autem, colum. prima, in fin. num. 2. C. de ca duc. tollen. & in cap. 1. colum. prima, verſic. Et hoc facit ad quæſtionem, de natur. ſucceſ. feud. Andr. de Iſern. in cap. primo, §. & ſi clientulus, verſ. Nam concludendo, de alien. feud. in cap. primo, §. & ſi libellus, verſic. Sed quid ſi acquiſiuit, de alien. feud. patern. Raph. Fulgoſ. in d. l. generaliter, C. de inſtit. & ſubſtit. in d. l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. vbi etiam Andr. Barbat. num. 135. Iaſon, in l. Gallus, §. etiam ſi parente, num. 19. vbi Paul. de Caſtr. num. 8. & Andr. Alciat. nume. 32. verſ. Secunda quæſtio Bartoli, ff. de liber. & poſthum. idem Iaſon. in §. quidam rectè, num. 38. & 45. eiuſdem legis: iterum Alciat. in l. Herennius, num. 9. ff. de verbor. ſign. in dictaque l. ex facto, §. fin. annotarũt gloſſ. in verb. Sine hærede, Barto. num. primo, Alberic. de Roſat. in princ. Raph. Cuman. Alexand. num. ſecundo, Paul. de Caſtr. nume. primo, & Franc. Rip. in princ. ac alia gloſſ. in cap. in præſentia, in gloſſ. prima, extr. de probat. & ibi Abb. num. 25. Dec. nu. 149. atque Auguſt. Bero. num. 354. verſ. Capio tertiam quęſtionẽ, Alberic. etiam in l. etſi poſt fratres, nu. 23. ibidemque Petrus de Bellapertic. nu. 33. ff. ſi quis caut. Ang. conſ. 265. Dictum legatum, colum. prima, verſic. Interpretanda ſunt igitur, Raph. Cuman. conſ. 126. Proponitur, num. 1. & 4. Alexand. conſil. 105. Proſpectis verbis, nume. 3. libro primo, conſil. 17. Ponderatis his, num. 3. lib. quinto, Raph. Fulgoſ. conſil. 17. Teſtator, num. 2. Iaſ. conſ. 57. In cauſa mota, nu. primo, libro primo, Benedict. Capr. conſil. 126. Circa hoc dubium, num. vndecimo, Dec. conſilio 38. Circa primum, colum. 5. ad fin. num. 6. conſilio 294. In teſtamento, num. primo, conſil. 594. Viſo teſtamento, in princ. Corn. 148. In hac conſultatione, nu. 6. lib. 3. & conſ. 169. eiuſdem initij, num. primo, & infr. eod. volum. Pariſ. conſil. 2. Conſultus ab Illuſtri, num. 23. conſil. 32. Potiſſima, num. 1. & 25. libro primo, conſilio 25. Vidi teſtamentum, num. 21. conſil. 81. Simplex diuiſio, num. 62. lib. 3. Stephan. Bertran. conſil. 23. Ex themate, num. 27. libro primo, conſ. 113. Tota difficultas, colum. prima, conſ. 127. Non puto, colum. ſeptima, num. 22. & 23. lib. 3. Socin. iun. conſil. 117. Licet caſus iſte, num. ſeptimo, conſ. 129. Quantum ad primum quæſitum, num. 6. lib. primo, conſil. 14. Viſo tenore, num. primo, conſ. 58. Licet, num. primo, conſil. 80. Viſo, num. octauo, conſil. 98. Viſo puncto, nu. 5. in fin. conſil. 158. Abundè, num. 12. & 13. lib. 2. conſ. 13. Quæritur, num. 17. conſ. 42. Præſuppoſito, num. 4. lib. 3. & conſ. 73. Circa primum, colum.

colum.6.lib.4.Carol.Ruin. conſil. 110. Circa caſum,nu.9.lib.2. conſ. 128. Viſo teſtamento, num.23.lib.3.Nicol.Bellon.conſ.82. In materia,nu.primo,Aym.Crauet. 38. Ioannes Ioarrandi,num.primo,libro primo, Marc. Mantua conſil.137.Caſus ita ſe habet,num.6.Andr.Alciat.conſil.43. Quamuis diligenter,num.ſecundo,lib.9.Auguſtin.Bero. conſil.102. Quattuor ſunt dubia,num.decimo,libro primo, conſilio 110.Materia propoſitæ quæſtionis,numero 16. libro ſecundo,conſil.120. Etſi ſuper dubitationibus,num.64.eodem volum.Guid.Pap.quæſtio.306.Generale verbum,num.primo,queſt. 457.Mater filium ſuum,verſic. Credo contrarium,& quæſt.591.Verbum hæres, in princip. Afflict.deciſ.14.Ioannellus de Diano,numero decimo,Vdalric.Zaſius in tract.de ſubſtit.in fi. verſ.Item ſi teſtator,Sfortia Odd.in tract.de cõpend.ſubſtit.partic.6.quæſt. ſecunda, in prima ſparte,vbi de communi, & clariſſima opinione, citans Dynum,vt per eum,Franciſc. Viuius opin.245.Regula eſt,colum.prima,in fin. verſi. Coarctatur ſecundo, Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. in ſecunda parte, libro quarto, præſumpt.130.num. 24. verſic. Secundum eſt caput.fol.239.& conſ.255.Quòd doctè admodum,num.27.libro tertio,Franciſc. Mantic. in tract.de coniect.vltim.volunt. lib.octauo, titu. 14.numero quinto,verſ.Quartò,& vltimò, Simon de Pretis, in tract.de interpret.vltim.vol. libro tertio,ſolut.quinta, numero ſeptimo, verſic.Ité,& alio caſu,fol.196.poſt Paul.de Caſtr. conſ.453. Ego Paulus de Caſtro I. V. D. poſt num.primũ,verſ.Tertius quando, libro ſecundo, Portius conſil.13. Prima quidem facie,nu. 24.& 25.libro primo,conſ.40. Anno Domini, num.13.eodem volum.Celſ.Hugo conſ.6.Paucis abſoluam,colum.ſecunda,verſ.Plures ſunt, Bartholomæus Camer.in cap.Imperialem,fol. 22.columna ſecunda,circ.med.verſ.Quia dum non poteſt ſtare propriè,de prohib.feud.alien. rurſus Oddus conſ.46. Prætata nobiliſſima D. Caſtora, num. 14. de communi,& numero 31. libro primo.

Et vltra text.in d.l.ex facto,§.fin.eadem concluſio probatur in capit. primo, §. profectò,de leg. Corradi,& in §.ſi clientulus,de alien.feud. deducitur etiam ex illa ratione, cum conditio
2 debeat ſe habere † ad eſſe, & nõ eſſe, aliàs enim propriè conditio non dicitur,l.cum ad præſens, l.itaque,ff.ſi cert.petat. l.cum in ſecundo, ff.de iniuſt.rupt.teſtamen.l.conditio in præteritum, ff.de verbor.obligat.§.conditiones,& §.ſub cõditione,inſtit.eod.tit.l.ſi pupillus,§. primo, ff. de nouat.ſed raro euenit aliquem ſine hærede decedere, cum ſaltem fiſcus ei hæres exiſtat, l. prima,C.vnd.vir & vx. taliter quòd nunquam poſſet conditio deficere, vt ſentit gloſſ. in d. §. fin.in verb.Sine hærede, & poſt eam, Iaſ. in l. Gallus,§.etiam ſi parente,in tertia fallen.num. 19.Paul.de Caſtr.d.conſ.453. verſic. Quartus quando,libro ſecundo,Dec.in d.cap. in præſentia,colum.19.verſ.Secundò concluſio ſupradicta,& conſil. 208. Ad clariorem rei demonſtrationem,colum.quarta,in fi.verſ.Et ſpecialiter, ac etiam conſil.294.In teſtamento,columna ſecunda,poſt medium,verſ.Confirmatur hoc:ne igitur ſubſtitutio eluſoria reddatur,verbum hæres ad liberos tantum coarctatur: Licet enim
3 hæredum appellatione extranei etiam † hæredes ex propria ſignificatione comprehendantur, vt habetur in l.ſciendũ, in l. hæredis appellatio,ff.de verbor.ſignif. in l.qui per ſucceſſionem,de reg.iur.& not.in d.§. etiam ſi parente, ac in l.in annalibus,C.de legat. Alexand. conſ. 36. Viſo,nu.ſecundo,lib.tertio,Benedic.Capr. conſil.126.Circa hoc dubium,numero quarto, Andr.Tiraquell.in tract. de vtroque retract. in ſecunda parte,de retract.conuent.§.primo, gl. 6.num.26.Andr.Alciat conſil.35. Eſt diffusè, numero quinto,libro nono,Ioan.Cephal.conſil.nono, Bona præpoſituræ, columna quinta, num.15.libro primo,Roland.de Vall.conſ.70. Quoniam quodammodo impoſſibile, nu.39. lib.tertio,Hieronym.Alban. conſ. tertio, Et ſi anguſtia temporis,numero duodecimo,Ea plerunque ex cauſa interpretatio recipitur, quòd de hærede ſanguinis teſtator ſenſerit, d. cap. ſi clientulus, & cap.fin.ſi de feud. fuer. controu. inter domin. & agnat. l. pro hærede, §. ſi quid tamen,ff.de acquir.hæredit.d.l.Gallus,§.etiam ſi parente, Alciat.d.conſ.43.Quamuis diligenter,num.quinto,d. lib. 9. Cæterum cum in op-
4 poſitum teſtatoris † voluntas coniecturatur, à lata huius verbi ſignificatione recedimus ad deſcendentes illam reſtringendo,vt per eum,Carol.Ruin.conſ.174.Viſo teſtamento,num.ſeptimo,conſ.114. Quæſtio quæ proponitur,colum. tertia,num.decimo,libro tertio, conſ. 158. Viſo eleganti conſilio, colum.ſecunda, in fin. nu. ſeptimo,eodem volum.Cephal.d.conſ.9.num. 15.d.lib. primo, & eleganter antea tradidit Alexand.conſil.139.Circa primum dubium, colum.2.in fin.num.ſeptimo,verſ.Per hoc appareret,lib.6.Hierony.Gabriel. conſ.132. Tiberius Narius,in quarta quæſt.num.28. verſ. Tamen puto contrarium,libro primo,Vt hinc Hieron. Zanch.in rep.l.hæredes mei,§.cum ita,ante nume. 231. verſ. Cæterum, dixerit, in propoſito certam doctrinam dari non poſſe,ſed cum huius vocis ſignificatio ad vtranque intelligentiã aptari poſſit,totam hanc indaginem à coniectu rata teſtatoris mente pendere,ipſamque ex varijs accidentibus colligi poſſe,vt per eum erudi tè nonnulla huc pertinentia declarantem. Angelus etiam conſil. 305. Chariſſime frater, &

egregie

egregie legum Doctor, colum. prima, de ſignificatione verbi hæredis loquens, ſe ſemper ad hanc conſonantiam reduxiſſe ſcribit, quòd in materia indifferenti omnino hæredis appellatio omnem hæredem complectitur, tam ſuum, quàm extraneum, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, tam primum, quàm reliquos in infinitum: In materia autem differenti non continetur omnis hæres, ſed ſolum ille cui ſecundum ſubiectam materiam talis appellatio congruit, eſtque materia differens (vt ipſe inquit) vbicunque non vniformis ratio comprehendendi omnem hęredem qualemcunque ſuum, vel extraneum militaret, vt quia abſurditas, vel impoſſibilitas, vel iniquitas reſultaret, vel quia natura rei ſuper qua diſponitur tali interpretationi omnino reſiſteret, vel etiam ipſius diſpoſitionis natura: Angelumque referendo ſequitur Stephan. Bertrand. conſilio 23. Ex themate mihi tranſmiſſæ conſultationis, columna 7. in fin. num. 35. lib. 1.

Sed ad text. in d. l. ex facto, §. fin. redeundo, eam Iuriſconſultus ſub illis verbis, Videri eum de liberis ſenſiſſe, rationem fortaſſe intellexit, de qua in hoc contextu Papinianus agit, vt liberi grauati omnino intelligãtur ad fideicommiſſarij excluſionem, quemadmodum poſt Oddũ Peruſinum, animaduertit Simon de Pretis in dicto tract. de interpret. vltim. volun. lib. 3. ſol. 5. num. ſeptimo, in fin. verſic. Quę ratio in ſe vera eſt.

Nunc autem coniecturas attingendo ex quibus colligi poſſit de hærede ſanguinis teſtatorem ſenſiſſe: Primus ſeſe offert caſus, quando
5 deſcendentes ab ipſo teſtatore † extarent, tunc enim nunquam hæredis appellationem de extraneo ad deſcendentium præiudicium interpretabimur, vt ſcribit Bart. in d. §. etiam ſi parente ante num. 6. verſ. Maximè ſi contingeret, vbi Paul. de Caſtr. num. 8. Alexand. conſil. 36. Viſo themate, ante num. 13. lib. 3. quod repetitum eſt conſ. 48. lib. 6. & iſte caſus maximam in ſe continet æquitatem, argum. huius contextus. Vnde ſequitur, quòd ſi perſona deſcendẽs à teſtatore ſubſtitutum habeat, cum clauſula & eius hæredes, ſemper de filijs intelligamus, ne alijs deſcendentibus per extraneos præiudiciũ inferatur: facit quod notant Bald. conſil. 267. Proponitur quòd Manfredinus, num. 2. verſic. Sed contrarium eſt verum, lib. 5. Angel. in d. §. etiam ſi parente, Dec. conſil. 294. In teſtamento Comitis Galeotti, columna fin. ſub num. 4. verſ. Et cum Dominus Bonifacius, Andr. Alciat. conſ. 43. Quamuis diligenter, colum. 2. nu. 9. lib. 9.

Secundus caſus in quo Speculatoris opinio latius procederet ex eodem Alciato eſt, quãdo
6 extarct † conſuetudo, ſiue communis loquendi vſus quo hæredes ſimpliciter filios appellaremus, tunc enim communis vſus præualeret, l. Labco, §. non enim, ff. de ſupell. leg. & ita conſulucrunt Bart. conſ. 52. Salimbene Ioannelli, num. 4. verſ. Ad quod reſpondetur, lib. primo, Bald. conſ. 325. Viſo teſtamento Ioannis, lib. 4. Ioann. de Imol. conſ. 21. In caſu præmiſſo, col. ſecũda, verſ. Sed aduertendum, Socin. ſen. conſil. 249. Materia præſentis conſultationis, col. vndecima, num. 13. verſ. Et hoc dicit verum, libro ſecundo, Pariſ. conſ. 88. Ad reſolutionem, num. vndecimo, libro ſecundo, conſil. 31. Conſiderato primo capite, num. 49. eodem volum. Socin. iun. conſ. 158. Abundè, colum. 2. lib. 2. Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. part. 2. lib. 4. præſumpt. 130. num. 21. verſ. Declaratur quarto, Cumque talis cõſuetudo, ſiue communis vſus ſit in ſermone vulgari de vno ad alium valet argumẽtum, ſicut de Græco ad Latinum, l. qui venenum, ff. de verbor. ſignif. quod tradunt Natta conſ. 129. Poſtquam in cauſa feudali, num. 2. lib. 1. & Celſus Hugo conſ. 6. Paucis abſoluam, col. 2. ante num. 3.

7 Simile illud eſt, donec † caſtè vixerit, cum ex communi vſu loquendi interpretetur donec ad ſecunda vota non tranſierit, vt poſt Oldradum dixit Bart. in §. cum igitur, in primo not. Auth. de non elig. ſec. nub. vbi etiam Angel. & ad hoſce terminos tradit Socin. iun. d. conſ. 158. nu. 8. lib. 2. Huncque ſecũdum caſum comprobat etiam Iaſ. in d. §. etiam ſi parente, num. 22. verſ. Quintò adde, dictum Bartoli conſilium referens: verba nanque teſtatoris ſecundum com-
8 munem loquendi vſum † intelligenda ſunt, l. librorum, §. quod tamen Caſſius, vbi gloſſ. not. de leg. 3.

Tertius eſt, quando teſtator inſtituti filium,
9 vel filiam aliquo legato † honoraſſet, & ergaeos beneuolentiam oſtendiſſet, tunc enim veri ſimile non eſt voluiſſe extraneos hæredes ſubſtituti eis præferre, prout ſe conſuluiſſe dicit Raph. Fulgo. in l. generaliter, C. de inſtit. & ſubſtit. in l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. quẽ referunt, & ſequuntur, Alexand. num. 6. Iaſon. nu. 29. & infr. ac cæteri Moderni in d. l. Gallus, §. etiam ſi parente; Et pro hoc tertio caſu congruunt tradita per Angel. in d. eius pulcherrimo conſ. 305. Chariſſime frater, col. 2. uerſic. Circa quæſtionem cõſidero, Idemque ſentiũt, Andr. Alciat. d. conſ. 43. Quamuis diligenter, colum. ſecunda, nu. undecimo, lib. 9. & Iacob. Menoch. in d. tract. de præſumpt. part. 2. lib. 4. præſumpt. 130. numero 22. uerſic. Declaratur quintò.

Quartus caſus eſt, quem ponit Bart. in præalleg. l. Gallus, §. etiam ſi parente, num. quinto, verſ. Quæro iuxta prædicta, Teſtator filium inſtituit, & ſi deceſſerit ſine liberis, Titiũ, eiuſque

hæredes

hærede ſubſtituit, an hæredes extranei Titij ex dicta ſubſtitutione admittantur, ſi contingat Titium ante decedere, qui extraneos filij hæredes excludant, & concludit † quòd non, ſed verbum hæredes de filijs intelligatur, vt dixit Richardus Malumbri in quadam ſua Diſput. quem ipſe refert, eandem etiam opinionem tenuerunt, Bald. colum.3. verſic. Secundò quæro, Paul.de Caſtr. numero quinto, verſ. Pone aliud exemplum, dicens Bartolum benè intelligere eſſeque notabilem intellectum, Iaſ.num. 26. aſſerens conſulendo, ac iudicando Bartoli opinionem tenendam fore quæ magis communis eſt, Franciſc.Aretin. colum. penult. verſic. Sed opinio Bart. Socin.ſen. pariter colum. penult.num.octauo,verſ. Confirmantur præmiſſa,& de magis communi atteſtãs, ac Claud. de Seyſell. Aquenſis in d.§. etiam ſi parente, ibidemque Carol.Ruin.colum.ſecunda, Bald. in d. cap.primo,§.item nota,tit.de natur. ſucceſſ. feud.Raph.Fulgoſ.in d.l. generaliter, in princ. num.tertio,& in d.l.cum acutiſſimi,vbi de communi meminit,Alexand.conſil.9. Viſis,colum. tertia,nu.octauo, verſ. Et pro hoc etiam facit, lib.ſecundo,conſil.39.Aliàs conſultus, colum. ſecunda,num.ſeptimo, verſ. Et ſi aliter diceremus, lib. tertio, dicens ita magis communiter Modernos ſenſiſſe conſil. 125. Attentis verbis inueſtituræ,colum.fin.num.18.verſic. Benè facit,lib.quinto,& conſil.139. Circa primum dubium, colum.prima,verſ. Ad quod bene facit, lib.6.ſique recte intueatur dum obiectionibus reſpondet,num.ſeptimo,nõ videtur ab hac opinione recedere, Paul.de Caſtr.conſ.114. Procedendo breuiter,colum.ſecunda,poſt med. in 2. dub. ſub nume.4.verſic.Nam reſpondetur, conſ.378. Primò videndum eſt,colum.2. circ. med.ſub num.3.verſ.Secundò probatur,lib.1. conſil.45. Videtur dicendum, in princip.lib.2. & d. conſ.453. Ego Paulus de Caſtr. ante fin. verſ.Eſt & quartus caſus,eodem volum.rurſus Fulgoſ.conſil.17.Teſtator quidam,nu.2. verſ. Et per hanc potiſſimam rationem,Curt.ſen.de communi,conſil.44.Statuto,nu. quinto, verſ. Quartò confirmatur, Dec.conſil.294. In teſtamento,colum.2.num.ſecundo,Ioan. Maria Riminald. conſ.562.num.13.& infr.Aym. Crau. conſ.38.Ioannes Iarrandi, nu.3. Andr.Alciat. d.conſ.43.Quamuis diligenter, nume.5. lib.9. Ioan.Crot.conſil.primo,Dudum Titius condidit teſtamentum,nume.25. verſ. Quod confirmatur,conſ.17. Teſtator,nume.6. & conſ. 104. eiuſdem initij,num.26.lib.primo,Carol.Ruin. conſ.148. Videtur,colum.2.num. 4. verſ. Et ſi probatur,lib. 2.& conſ.168.Subtiliter & abundè,col.3.num.8.eod.vol.Socin.iun. conſ.158. Abundè,num.14.lib.2.dicens Richardi de Malumbris Cremonenſis, & Bartoli opinionẽ cõmuniter omnes ferè Doctores amplecti, idem etiam ante eum conſuluit Socin.ſen. conſ.102. Viſis,colum.fin.ſub num.11.verſ. Poſtremò iſta concluſio,lib.3.Angel.Aretin. in tract. de teſt. gloſſ.79.Simon de Pretis in tract.de interpret. vlt.volun.lib.primo,ſolut.5.nu.21. fol. 63. vbi de magis communi opinione teſtatur, Frãciſc. Mantic.in tract.de coniect.vltim.volunt. lib.8. tit.14.ante num.ſeptimum, qui communẽ eſſe affirmat.

Mouentur Primò, nam ſi ſubſtituti hæredes extranei admitterentur excluſis hæredibus filij inſtituti,ſequeretur quædam manifeſta iniquitas, & contra teſtantis mentem agere videremur, ſicut enim pater filiũ eiusque liberos ſubſtituto prædilexit, & eius liberis, ita extraneos hæredes filij extraneis ſubſtituti hæredib. prædilexiſſe præſumitur,arg.tex.in l.Publius,§.Titia codicillis,in fin.hoc tit.Sed ſuſtinendo contrariũ,poſſet huic textui faciliter ex intentione Scribentiũ reſponderi, Imol. ſcilicet Angel. & Franc.Aret. in eo tantum probari ſubſtitutum in plus quàm inſtitutũ vocari non debere; quæ verba concludunt ſubſtitutum non uideri plus dilectum quàm inſtitutum,quòd autem æqualiter diligi non videantur,in illa lege nõ probari. Vnde cum ſubſtituti hæredes voluntatem expreſſam teſtatoris habeant, videtur ꝙ hæredib. inſtituti debeant præferri; ſicut dicimus ꝙ ille
11 qui voluntatem teſtatoris in ſpecie † habet, præfertur illam in genere habẽti etiam ſi poſterior gradu exiſtat,l.cum ita legatur,§. fin. de leg.2.

Non obſtant quæ in d.§.etiam ſi parente Alex.nu.5.verſ.Sed certe, ſcribit, nam exiſtimo corruptè ibi ipſum legi,& expungendum filiã, reſtituendumque fore filium. Septitia enim nõ erat teſtatoris filia,dumque extraneos adſuiſſe hæredes in dicto textu præſupponit,errore tantus Doctor fortaſſe labitur,nam aut vult de Septitia intelligere, & abſurdum eſt, cum ei prædia ex legati nomine relicta fuiſſent; aut de Septitiæ hæredibus,& nullum in eodem contextu verbũ quòd extranei extiterint, nec extraneos adſuiſſe imaginari debemus,ex ijs quæ ibi Marcellus Iuriſconſultus reſpondit, ſi eius verba ponderẽtur, aut denique de extraneis L. Cornelij hæredibus,hocque inſulſum eſſe videtur, cum ibidem Marcellus id non præſentiat.

12 Secundò dicunt, quòd verba teſtatoris † in aliqua teſtamenti parte poſita maximè præcedẽti,verba dubia obſcuraque in alia parte enucleant,ac declarant,l.qui filiabus,in princip.l.ſi ſeruus plurium,in fin.ff.de leg.1.And.Alciat.latè in c.cum ab homine,nu.43.extr.de iudic.ſed in inſtitutione,conditioneque ei adiecta, adeſt vox liberis,ergo dicendum eſt,quòd vox illa hęredes de liberis tantum intelligatur, nec ad extraneos ꝓ excludẽdis filij hęredib. porrigatur.

Hæc ratio licet plurimum perſuaſiua ſit, non tamen omnino firma, ac concludens uidetur: cum verum non ſit in dubio, ambiguoque nos hic verſari, ſed in clara apertaque diſpoſitione: teſtator enim ipſam ſub verbo hæredes conclu ſit, vt in claris non egeamus coniecturis, vt dicit Venuleius in l. continuus, §. cum ita, de verborum obligatione, congruit, quod M. Cicero, lib. ſecundo Offic. affert, Turpiſſimum eſſe in re non dubia, teſtibus vti non neceſſarijs: cum ſi in ſubſtitutione de liberis intelligere voluiſſet, vtique id expreſſiſſet, prout in inſtitutione expreſſit.

Tertiò facit dictum Speculatoris in dicto tit. de teſtamen. §. in primis, in fin. verſ. Dic quòd filia, & in tit. de locat. §. nunc aliqua, verſic. 93. vbi vult, in teſtamentis † appellatione hæredum, deſcendentes tantum contineri, per textum in dicta l. ex facto, §. finali, ff. ad Trebellian.

Profectò dicta Speculatoris autoritas parũ vrget, cum ei multi contradixerint, quẽadmodum ex Iaſon. in dicto §. etiam ſi parente, numero vigeſimoſeptimo, licet colligere: ipſumque nuncupatim reprobant, Franciſc. Aretin. Paul. de Caſtr. Alexand. & alij communiter: Et quamuis Baldus voluerit ipſum debere intelligi, ac reſtringi, quando fit mentio de hæredes in ſubſtitutione, aliàs Speculator alioqui Doctor valde egregius diceret contra text. expreſſum, in d. l. in annalibus, C. de legat. tamen hac reſtrictione pro nunc prætermiſſa, poteſt dici textum in dicta l. ex facto, §. fin. non probare eius intentionem, cum enim loquatur in fideicommiſſum, quod aliàs fruſtatorium, & inane redderetur, niſi de hæredibus ſanguinis intelligeremus, nam ratò aut nunquam quis ſine hærede decedit, cum ſaltem fiſcum ſucceſſorem habeat, d. l. 1. C. vnd. vir. & vx. non poteſt trahi in conſequentiam ad caſum, vbi ratio hęc militare non poteſt.

14 Altera igitur ſuperiori contraria † eſt opinio ut ſubſtituti hęredes extranei excluſis extraneis filij hæredibus admittantur, quam ſequuntur, Angel. numero primo, Ioan. de Imol. num. 66. verſic. Tangit etiam, & Alexand. nume. quinto, ſibi parum conſtans in dicta l. Gallus, §. etiã ſi parente, vbi etiam Andr. Alciat. numero 31. referens idem tenere Catonem Saccum, Corn. conſilio 272. In hac conſultatione, num. quinto, libro quarto.

Et quidem pro hac parte urget, quòd teſtator de liberis ipſius filij ſpecialiter fecit mentionem, cum autem alium ſubſtituit magis abundè proſpexit, nam generico verbo uſus fuit, dum puta Titium, & eius hæredes ſubſtituit, hæredum autem appellatione extranei etiam continentur, dicta l. ſciendum, de uerborum ſignificatione, & d. l. in annalibus, C. de legatis, cum alijs iuribus de ſuper allegatis, & per Dec. conſil. 294. In teſtamento Comitis Galeotti de Paſinis, colum. ſecunda, in princip. Stringitur ex mente Alexandri huiuſmodi ratio, nam hæredes Titij ſubſtituti diſpoſitiuè uocantur, liberi autem ipſius filij in conditione tantum poſiti exiſtunt, ut uocati non cenſeantur, ſecundum gloſſ. communiter approbatam, in l. Lucius Titius, 2. ff. de hæredib. inſtit.

Suſtinendo tamen Bartoli opinionem, huiç rationi reſponderi poteſt, non eſſe præſumendum teſtatorem pinguius extraneo proſpicere uoluiſſe, quam proprio filio, & propterea genericum illud uerbum reſtrictionem recipere, ut de hæredibus ſanguinis intelligatur, ne uo-
15 luntas teſtatoris irrationabilis † eſſe uideatur, ut Bart. & cæteri dicunt, & præſertim Franc. Aretin. in dicto §. etiam ſi parente, colum. quarta, nullus enim amor uincit paternum, & in liberos pietas naturalis eſt, ac diffuſiua, adeo quòd ſi teſtator de eius uoluntate interrogatus fuiſſet, non aliter ueriſimiliter reſpondiſſet, argumen. l. tale pactum, §. fin. iuncta gloſſa, ff. de pact.

Quinimo uerbum hæredes de extraneis intelligendo, poſſet de facili contingere, quòd hæreditas teſtatoris ad aliquem ab eo odio habitum peruentura eſſet, hoc autem durum uideretur, & ideo illa generalitas debet reſtrictionem recipere de habilitate: præſertim, quia uerbum hęres ex præſumpta teſtantis mẽte ad liberos reſtringitur, ne abſurdum ſequatur, d. l. ex facto, §. fin.

Nec obſtat quòd liberi in conditione tantũ poſiti ſint, nam conſtat teſtatorẽ prudenti conſilio uſum fuiſſe, cum non ſolum filium hęredem, ſed & eius liberos ſubſtituto prętulerit, & eius hęredibus, d. l. Lucius Titius, in fin. & proinde ſic etiam debet intelligi, ut extranei hęredes filij ſi ſint ſanguine coniuncti, quemadmodum Bartolus dicebat, ex rationabili uoluntatis coniectura extraneis hęredibus ſubſtituti pręferri debeant: Vlterius diſputando tutum non eſſet in illa opinione gloſſæ reſidere, à qua licet iudicando, & conſulendo recedendũ non eſſet, tamen in puncto iuris contraria opi-
16 nio † vti verior defendi poſſet, ſed de hoc alibi. Et ſi cum Andrea Alciato viro eminentis doctrinæ, atque eloquentiæ adhuc diceretur, argumentũ Bartoli de inſtitutione filij ad ſubſtitutionem Titij debere procedere datis paribus terminis quod non eſt in caſu propoſito, quia in inſtitutione filij non cenſetur (ut dicebam) liberos in conditione poſitos inſtituiſſe ſecundum dictam Gloſſam, & tamen in alia clarum eſt, hæredes ſubſtituiſſe; item in inſtitutione filij liberi intelliguntur propriè, ergo

idem

idem in ſubſtitutione extranei, ut intelligantur proprie,& ſic de hęredib.extraneis: Reſpõdeo benè Alciatum dicere terminos non eſſe pares, cum liberos in conditione poſitos Titio & eius hæredibus licet inſtitutis teſtator prætulerit: Quo vero ad propriam hæredis ſignificationẽ, dicendum videtur ab illa recedendum fore ex præſumpta teſtantis mente,l.non aliter,de leg. 3.ne dictæ abſurditates contingant.

Quid ergò erit concludendum ? aliquando ego aſſerebam poſteriorem ſententiam in puncto iuris veriorem eſſe, & omiſſis multis quæ allegabam potiſſimo hoc fundamento nitebar: Nam ſi verum eſſet extraneos inſtituti hęredes in propoſito admitti, verbũ hæredes, in ſubſtitutione appoſitũ ad hæredes ſanguinis reſtringendo, ſequeretur quòd quamdiu poteſt eſſe locus ex teſtamento ſucceſſioni, alia admittere
17 tur ſucceſſio, ſed conſequens † eſt falſum, l. quandiu, de reg.iur.& l.quandiu,de acquiren. hæredit. l.antequam,vbi Bald.& Corn.C.com mun. de ſucceſſ. ergo & antecedens: clarum enim eſt extraneos hæredes filij, nec ex inſtitutione, nec ex ſubſtitutione,& propterea neque ex teſtamento vocari, prout hæredes hæredis ſubſtituti,etiam ſi extranei ſint vocantur: Nec refert præſupponere inſtitutum filium ſine liberis decedentem extraneos hæredes quo ad illa bona inſtituere valere, cum hoc ſit falſum, dicta Lex facto, §.fin. Sed eſto hoc effici poſſe, tunc videretur, quòd potius debeant admitti hæredes extranei Titij,quia cum ſint ſubſtituti à teſtatore hæredes teſtatoris dicuntur,l.prima,vbi not. C. de pact. l. fin. C. de hæredibus inſtit. vt dicendum ſit extraneos hæredes teſtatoris anteponendos eſſe hæredibus extraneis filij,cum enim omnes ſint extranei videtur vocatos vti proprios prædilexiſſe.

Hodie autem nõ auderem ab opinione Bartoli recedere, quæ prætermiſſa inductione dictæ l. Publius, §. Titia codicillis, poteſt ex alijs iuribus ſuſtineri dicentibus; quòd primò voca
18 tus † videtur alijs prædilectus, l. quotiens, in princip.ff.de vſufruct. & l.qui ſoluendo, vlt.ff. de hæredib. inſtit. cum alijs concord. ibi alleg. ſicut itaque inſtitutus primo vocatus ſubſtituto prædilectus videtur, ita & hæredes eius.

Non obſtat text. in dicta l. cum ita legatur, §. fin. quia ibi ille qui erat poſterior in gradu nominatim vocatus reperiebatur, & ideo vocatis in genere præfertur, vt Franciſc. Aretin. inquit: Et in effectu Bartoll, ac Richardi de Malumbeis ſententia frequentiori calculo, vt admonui, recepta eſt,& explicite teſtatur Mantic.dicto lib. octauo, tit. quartodecimo, numero ſeptimo,verſic. Vnde etiam. Et quicquid alibi etiam Andr. Alciat. in dicta l.hæredis appellatio, 1. verſic. Quapropter, ff. de verbor. ſignificat. contrarium in omnino extraneis dixerit, in iudicijs, ac reſponſis Bartolo erit inhærendum.

Sed ſi teſtator dixiſſet, Si filius meus ſine hęrede deceſſerit, Titium ſubſtituo, & eius hæré-
19 des, tunc res eſſet magis † clara, q ſubſtituti hęredes intelligi de hęredibus ſanguinis deberent, quemadmodum Bald. loquitur in dicto capit. primo, numero ſecundo, tit.de nat.ſucc. feud. quia vt ibi Baldus ipſe ſcribit, talia ſunt ſubiecta, qualia prędicata demonſtrant, l. ſi defenſor, §.primo, ff. de interrog. act. quod proſequitur Franciſc. Mantic.d.tit.14. num. ſeptimo, verſic. Quę ſententia multò facilius, ideo non inſiſtam.

Vlterius in faciliori negocio verſaremur,
20 quãdo liberi eſſent expreſſe inſtituti hoc † modo, inſtituo filium, & eius hęredes, & ſi deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo Titium, & eius hęredes: & quòd ita Bartolus quęſtionem proponere voluerit arbitratur Andr. Alciat. in dicta l. Gallus, §. etiam ſi parente, numero trigeſimoprimo, verſic. Sed ego credo, idipſumque ex verbis eiuſdem Bart. deducere exiſtimans, vt ibi.

Prędicta tamen Richardi de Malumbris, & Bart. opinio, reſtringitur vt procedat quemadmodum Bartolus ipſe loquitur, ſecundum cõmunem interpretationem, ſcilicet quando ſubſtituto prętulit non ſolum inſtitutum, ſed etiã eius liberos, & ſic quando in inſtitutione conditionem, ſi ſine liberis deceſſerit adiecit, ſe-
21 cus ſi ſimpliciter † ſine illa conditione poſt mortem Titium ſubſtituit, & eius hęredes, tunc enim hęredes etiam extranei ipſius Titij ſubſtituti intelligerentur, ut vult Paul. de Caſtr. in dicto §. etiam ſi parente, numero octauo, dicens ita vidiſſe conſultum per egregios viros & ita re uera conſuluit inſignis Doctor Raph. Fulgoſ. conſilio quinquageſimooctauo. Pater familias, numero ſecundo, verſic. Et eodem modo reſponderetur, ac etiam Corn. conſ.272. In hac conſultatione,numero quinto, lib.quarto, hancque limitatione late defendit Socin. ſen.in dicto §. etiam ſi parente, numero octauo, verſ. Et hanc concluſionem, quàm demum comprobat conſilio duodecimo, Prędens conſultatio, columna ſecunda, ante numerum ſecundum,verſ. Aliquando,& ſecundò, lib. tertio,citans Angelum d.conſil.305.in fina lib.uerbis,verſ.Vbi autem nullus,Simon de Pretis in dicto tractat.de coniect. ultim. uolunt. lib. tertio,fol.5.ante num.11.

22 Sublimitatur hęc declaratio, niſi filius † teſtatoris eſſet inſtitutus, tunc enim tacite in fine liberis deceſſerit,conditio ſubintelligeretur, ut in hoc tex.& in d.l.cũ acutiſſimi. ſi fine liberis deceſſerit, ideo quòd ſit dicta limitatio intelligenda.

traneus extitit institutus, eique post mortem simpliciter absoluteque Titius fuerit substitutus, & eius hæredes, tunc enim extranei etiam hæredes Titij substituti videntur, prout intelligit in d.§.etiam si parente Paul.de Castr.num. 8. quem sequuntur Franc. Mantica, & Simon de Pretis in prælegatis locis.

23 Quid autem si testator † hærede instituto, fundum Titio reliquerit cum conditione, si sine liberis decesserit, instituto hæredi fundum illũ restituat, nunquid præmortuo hærede, extraneis relictis hæredibus, ijsdem fundus debeat restitui? & concludendum est, fundum extraneis instituti hæredibus restituendum non fore, Bal. in l.in causæ, §. Pomponius quoque, versic. Nota quòd restitutio, ff. de minor. Alexand.in l.fin.numero quarto, versic. Item dicit ipse, C.de legat. Ias. in l. prima, in quarta differen.num.94.ff.de legat.primo. Quæ conclusio ex textu probatur, in l.qui liberis, §.hæc verba, ff.de vulgar.& pupill.substit. vbi idẽ Alexan. columna prima, num. tertio, versic. Et faciunt ista ad quæstionem, & in d.§. etiam si parente, in finalibus verbis, versic. Vide textum notabilem.

Quintus est casus vltra Andream Alciatum,
24 si esset dictum sine hæredibus † ex suo corpore procreatis, tunc enim hæredum vox absque dubio ad filios, & sic ad hæredes sanguinis restringeretur, etiã si simus in materia ad omnes hæredes etiam extraneos transitoria, vt dixit Dec. consil.395. In causa, columna secunda, ad fin. num.6.& colum.seq. Aym.Crauett. d. consil. 38.Ioannes Iarrandi, colum.1.num.2. vers.Secundò principaliter.

25 Sextus est, vbi fieret mentio de † hæredibus natis, & nascituris vtriusq. sexus, verba etenim ista de liberis intelligerentur, quæ extraneis hæredibus minimè conueniunt, & in eis nihil operarentur, sic à fortiori arguendo, tradit Crauet. in præcitato consil. 38.sub d.numero secundo, post Dec. consilio 208. Ad clariorem rei demonstrationem, columna penultima, sub numerum vndecimum, versic. Tertiò hoc idem comprobatur, argum.l.quarta, §. quoties, vbi Bart. ff.de damn.infect.l.hos accusare, §.omnibus, ff.de accusat.

26 Septimus est casus, si diceretur † hæredibus masculis, nam intelligeretur (vt in superioribus dicebam) de hæredibus sanguinis, & de descendentibus, etiam in materia aliàs ad quoscunque hæredes extraneos transitoria, vt voluit Raynerius de Forliuio in dicta Disputat.incip. Quidam habebat duos filios, & præcitati Scribentes concludunt, quibus addo nunc Guid. Pap. quæst.485. Si in aliqua dispositione, numero tertio, rursus Dec. consilio 185. In causa, columna secunda, numero tertio, consil.239. Primò non videtur dubitandum, colum.tertia, ante numerum quintum, vers. Sed prædictis, consil. 294. In testamento, columna secunda, vers.Sed huic conclusioni, & consil. 516. Quoniam causa ista, colum.quarta, num. 14. Iason, cons.118.Contra donationem, colum. tertia, vers.Nec obstat, lib.quarto, Corn. consil. 169. In hac consultatione videtur, ante nu. 2. lib.3. Carol.Ruin.cons.122.Casus de quo quæritur, colum.prima, num.secundo, versic.Si tamen sit facta mentio, libro primo, cons.174. Viso testamento Domini Martini, num.1. libro secundo, cons.108.In causa, & lite, colum. penult. num. decimo, versic. Quamuis ergo, libro quinto, Paris.consil.31.Considerato primo capite, nume. 48.lib.secundo, Andr.Alciat. cons.125. Testamentum de quo quæritur, num.9.lib.9. Socin. iun. consil.188. In hac consultatione quæ pulcra est, num. septimo, libro secundo, Anton. Gabriel.lib.6.conclu.tit.de verbor.sign. concl. 3.num.primo, Hieronym.Grat.cons.55.Super contentis in allegatione, num.vndecimo, lib.1. cons.31.Thema tale est, num.17. versic.Tamen quando fit mentio, lib.secundo, Simon de Pretis in tract.de interpr.vltim.volun. libro tertio, solut.quinta, nu.11.versic.Vt est qualitas, Fran. Mantic.in tract.de coniecturis, prælleg. lib.8. tit.14.num.15.versic.Sciendũ est etiam, Iacob. Menoch.in d.tract.de præsumpt.part.secunda, lib.quarto, præsumpt.130. num. 23. Et Franc. Vegg.consil.74.In causa quæ vertitur, nu.428. & infra.

27 Octauus est, cum natura † rei repugnaret, super qua disponitur ne in extraneum transeat, tunc enim verbum hęredes ad liberos coarctaretur, Angel.d.cons. 303. Charissime frater, & egregie legum Doctor, col.1.vers.Resultat autẽ absurditas, Alex.cons.36.Viso themate, col.2. nu.9.lib.3.vbi Angel. referendo sequitur And. Alciat.in d.l.hæredis appellatio, 1.vers.Idem vũ mentio hæredum, de verb.sign.

28 Et hinc est, q verbum hęres † in feudo, de hęrede sanguinis masculo intelligitur, c.1. §. & si clientulus, de alien.feud.vbi And.de Iser.nu.6. & Aflic.n.7.Paul.de Cast.cons.453. Ego Paulus de Cast.vers.Secundus casus, lib.2.Alex.d. cons.36.nu.9.vers.Exemplũ in feudo, lib.3.& cons.107.In causa Nicolai, nu.16. vers. Secũdò respõdeo, lib.4.Guliel. de Ludo.not.89.Glossa est, Corn.d.cons.169.nu.2.lib.3.Socin.iun.cõs. 112.Abundè profectò, nu.8. vbi de cõi, lib.2.& cons.42.Præsuppositio, num.43.lib.3.Dec.cõs. 208.Ad clariorem, nu.9.& 10.cons.396.In causa, nu.7.cons.445.In casu, nu.13.Paris.cons.23. Prima in huiusmodi consultatione, nume.15. versic.Secundò in prędicta inuestitura, libro 1. cons.21.Dispofuere iura, n.36.cons.106. Circa principale, nu.22.eod.vol. Vdalr. Zas. cons.13.

Ex

Ex facto,num.25.libro primo, ubi multos concordantes allegat,Carol.Ruin.conſil.15. Conſideratis,numero quinto, conſil. 16. Circa caſum,num.primo,& tertio,conſil.18. Primò, & principaliter,num.2.lib.primo,conſil.31.Quia in dubium reuocatur,num.tertio, conſilio 40. Pro euidentia,num.2.& conſ. 231. Quia in dubium,num.2.eod.uolum.1. Andr. Alciat. conſ. 16.Clarus ſatis uidetur,num.4.lib.3.conſ. 43. Quamuis diligenter,num.5.lib.9.& in d.l. hæredis appellatio,uerſ.Idem cum mentio,Ioan. Crot.conſ.125.Illuſtriſſime Domine,num.16. libro primo,Anton.Rub.Alexandrin.conſ.18. Videretur,nu.4.conſil.110. Viſis,num. octauo, Portius conſ.2.Contingit,num.31.lib.primo, Laurent.Siluan.conſil. 3. Quo ad primum dubium,num.67.& infr.conſil.30.Facti quæſtio, num.9.& conſ.52.In cauſa quæ uerti ſperatur, num.2.Hieronym. Alban.conſil.3. Et ſi anguſtia temporis,num.12. Natta conſil. 120. Magnifice D.Vicarie, num.21.lib.primo, conſilio 63. Viſo priuilegio, num.13. & conſil. 159. In cauſa,nu.octauo,eod.uolum.conſ.501. In cauſa,& lite,num.primo,libro tertio, Auguſt. Bero.quæſt.17.In emphyteuſi eccleſiæ,nu. tertio, & q.18.Sequens quæſtio fuit,num.7.Rolan.de Vall.conſ.67.Primo quidem aſpectu,num.25. lib.primo,ubi latè,conſil.58.In præſenti conſultatione,colum.5.num.27.lib.tertio, Io. Ceph. conſil.2.Illuſtris Comes Mauricius, nume.15. lib.primo,& conſ.224.Dubitatur, num. 50. & infr.lib.2.Franciſc.Becc.conſ.101.In propoſita facti ſpecie,num.17.& 37. poſt Loffredum quē citat,Io.Petr. Surd. conſ.63. Contra Magnificam D.Blancam,num.decimo,& vndecimo,vbi de communi,plures allegans, & conſil.108. Multa iam ſcripta ſunt, num. 25. Oſaſc. deciſ. 161.Quoniam ſæpiſſimè,num.15.verſ.Secundò poteſt reſponderi,Paris de Put. in tract. de reintegr.feud.in tit.Conceſſio pro ſe, & filijs, nu. 3.fol.69.& cap.ſequen.num.quarto, Bartholomæus Camerarius in rep.cap.Imperialem, fol. 21.colum.quarta,verſ. Sequitur doctrina Iſerniæ,tit.de prohib. feud. alien. per Frideric. vbi refert iura ad hoc allegata per Iſerniam, deinde per Capycium,& denique alia ipſe addidit, verſ.Addite vos.

Fallit dicta concluſio,ſi in conceſſione fuerit
29 dictum,concedo tibi † pro te,& hæredibus tuis omnibus. Bald.in cap.in præſentia, columna 3. num.20.de probat.verſ.Nota quòd nomen hæredis,Dec.conſil.294.In teſtamento,numer.2. verſ.Tamen in caſu noſtro,Natta d. conſ. 120. num.21.lib.primo,poſt Baldum in præcitato loco,& conſ.63.Viſo priuilegio,num.13. eodem volum.& poſt Alexan.conſ.195.Perſpectis inſtrumentis,colum.2.num.4.lib.6. Ludou. Gozadin.conſ.59.Prima facie,col.3.nu.15.Rol.de Vall.conſ.60.Ponderatis diligenter verbis,nu. 49.verſ.Nam feudum,lib.1.conſil.2.Viſa conuentione valida, nu.16. verſ. Facit quod voluit Bald.lib.4.

Huc pertinet quod ſcribit Bart.in l. Centurio,in tertia quæſt.princ.ff.de vulgar.& pupill. ſubſt.quòd ſi teſtator dicat,volo bona mea omnia peruenire ad talem,intelligatur prohibuiſ-
30 ſe † Trebellianicam, quia qui omne dicit nihil excludit,vulg.l.Iulianus,de leg. 3. & plura alia in argumentum adducit Natta dicto conſ. 63. num.13.

Et quamuis circa prohibitionem Trebellianicæ contrarium teneant, Angel. in Auth. ſed cum teſtator num.ſecundo,C.ad leg. Falcid.& conſil.125.Subſtitutiones,num. quarto,verſic. Certè hoc non poteſt eſſe, Ludouic. Roman. conſil.75.Neſcio qua ex re, circ. med. verſ. Et facit,Paul.de Caſt.conſil.28. In cauſa quæ vertitur,num.ſecundo,lib.ſecundo,in nou. Franc. Aretin.conſil.duodecimo, In cauſa Nicolai, colum.3.verſ.Quartum fundamentum,numer.7. Benedict. Capr.conſil.36.Circa hoc, colum.fi. in fin.ſub nu.9.verſ.Quę licet ſufficiant,& conſil.83.Cum viſo,colum.fin.ante fin.uerſ. Non enim,Corn.conſil.207.De pluribus hæreditatibus,num.decimo,lib.ſecundo,Iaſon.conſilio 84.Puto quòd quemadmodum,num.9. lib.primo,Carol.Ruin.conſ.52.Quia de pluribus,numero quinto,lib.ſecundo, conſ. 163. De duobus,num,21.eod.uolum.conſ.59. Quamuis loquendo,num.11.in fin.lib.3.Steph. Bertrand. conſil. 152.Punctus quæſtionis, num.11. lib.1. Marc.Mantua conſil.291.In præſenti cauſa,nu. 11.uerſ.Item an idem eſſet, de communi atteſtans,Iacob.Menoch.in tract.de præſump.par. 2.lib.4.num.11. qui addit Nicolaum Bellonum Iacobum de Puteo,& Portium, Pet.Anton.de Petr.in tract.de fideicom.prohib.q.15.nu.198. magis communem opinionem, poſt Antoniū Gabrielium eſſe affirmans.

Tamen prior Bartoli opinio uerior eſt, quã ſequuntur, Bald.in l.precibus,nume.44.C.de impub.& al.ſubſtit.per text.in l.decem,ff.de fideicommiſſ. libert. & Bald. ibi ſequuntur Iaſ. colum.undecima,& Dec.colum.12.Alex.conſ. 201.Perſpectis uerbis,colum.2.num.7.libro 6. Angel.in d.l.Centurio, num. 5. uerſ. Et ponit plura exempla,ubi Ioan.de Imo.nu.23. Raph. Fulgoſ.conſ.30.Pactum ſic ſe habet, colum.2. ſub nu.3.uerſ.Concluditur,And.Alciat.conſil. 45.de communi atteſtans,num.5.lib.9.Hiero. Grat.conſil.134.Viſo puncto, num. 48. in fin. libro primo,Curt.iun.conſil.16. Videretur prima facie, numero 12. Iacob. Mandell. Albenſ. conſ.17.Omiſſa citra præiudicium diſpoſitione, nu.5. conſ.57. Videtur prima facie. nume. 21. Fran. Mantic.in tract.de coniect.ult.uol. lib.7.

tit.12.ſub nu.17.verſ. Sed tamen Ripa, Mich. Craſſus in §. Trebellianica, quæſt.8.num.6. Simon de Pretis, de interpr. vltim. volun. lib. 3. ſolut.6.num.25. fol. 366. quibus ſuffragantur tradita per Iul. Clar. in §.teſtamentum, q.62. verſ. Sed nunquid, hancque opinionem egregiè comprobat Franc. Rip. in d.l.Centurio, nu. 131.verſ. Comprobant nouiſſimi, dicens ſe in iudicando non audere ſequi illam ſubtilitatem Caſtrenſis in Auth.ſed cum teſtator, quòd inquam verba omnia bona poſſint importare, vt grauatus intelligatur reſtituere bona cuiuſcunque generis, quia huiuſmodi ſubtilitas, & exquiſita differentia non eſt nota teſtatoribus, & notarijs vt plurimum litterarum præſertim ciuilium ignaris, & quia text.in l.Iulianus, d. tit. de legat.3. æquiparat legatum factum per verbum omne, legato facto per verbum totum, egoque cenſeo Ripam rectè eo loci dixiſſe, ac cõſideraſſe, vt nec auderem in iudicijs ab eius reſolutione recedere, ſed de his hactenus.

31 Vel ſi eſſet dictum pro hæredibus † quibuſcunque, & hanc concluſionem communem eſſe affirmat Iaſon. in d. l.Gallus, §. etiam ſi parente, colum.5.num.15.& 17.verſ. Sed non recedas, quam tenent etiam Franc. Rip. in d.l.ex facto, §.fin.colum.antepen.num. 17. verſic. Et primò non obſtat, ad Trebell. & concordantes ſeriosè allegati per Portium, concluſ.41. lib.2. Simon de Pretis in d.tract.de interpret. vltim. volun.lib.3.ſol.5. num. 19. verſ. Quod intelligendum eſt, Andr. Barbat. in l.cum acutiſſimi, num.159.C.de fideicommiſſ. Anton.Rub.Alelandrin.in l.ſed & ſi quis, §.quæſitum, num.39. ff.ſi quis caut.& in d.l.Gallus, §. quidam rectè, num.198.de liber.& poſthum. Curt.iun. conſ. primo, Primam amplector dubitationem, nu. primo, ſecũdo, & tertio, communem, ac veram opinionem eſſe affirmans, Natta conſ.466. Prę clarè admodum, num.8.verſ. Nam appellatione quorumcunque hæredum, libro 2. poſt Bald.in l.prima, quæſt.34. ante num. 28. ff. de rer.diuiſ.& idem conſuluit Dec. conſ.78. Licet in caſu, colum.penult.in princ.num.6. & conſ. 395. In cauſa, col.fin.num.9.

Licet contrarium teneant Bald. in cap. primo, §.donare, vbi etiam Præpoſ. Alexandrin. Qual.olim feud.pot. alien. Franciſc. Aretin.in l.Gallus, §.etiam ſi parente, de liber. & poſthu. Iacobin. in tract. feud. in verb. Et quibuſcunque hæredibus, Dec.in c.in præſentia, colum. 15. extr.de probat.conſil. 208. Ad clariorem, ante numerum duodecimum, Ludouic. Gozadin. conſilio 26. In cauſa Illuſtriſſimorum, columna quarta, num.33. Anton.Rub.Alexandr. conſilio 110. Viſis colum.ſecunda, num.nono, verſic. Item ſecundum Decium, Ioan. Cephal. conſilio ſecundo, Illuſtris, numero 15.& 16. di centes dictionem prædictam ſecundum ſubiectam materiam intelligi debere, & ad hæredes tantum ſanguinis, ac deſcendentes reſtringi, & poſt prædictos dubitatiuè hoc tenet Beccius d. conſilio 101. In propoſita facti ſpecie, num.38. & Cephalum ſequutus eſt Sfort.Odd.in tract. de compend.ſubſtit.partic. 6. quæſt. ſecunda, in prima part.quæſtionis, in fin. verſic. Qua veriſſima ſententia admiſſa, fol.188.

Sed quicquid Baldus, ac alij quos retuli ſen
32 ſerint, non eſt à priori† opinione recedendum, quam vltra præcitatos tenent idem Curt. iun. conſ.32. Videretur prima conſideratione, col. penult.num.octauo, per text.in cap. primo, de feud.non hab.prop.nat.feud.& conſil.48. Præſupponitur in facto, num.tertio, Iaſon.conſ.17. Dubium facere videntur, colum.tertia, in prin. lib.tertio, conſ.118. Contra donationem, col.3. in fin.verſ. Tamen iſtis non refragantibus, lib. 4. Gozadin.conſil.76. Quæritur ſi poteſtas, columna 2.num.3.conſil.103. Videretur primò, num.4.verſ. Tertiò faciunt, Pariſ.conſ.71. Simplex diuiſio, num.42.lib.3. Carol. Ruin. conſil. 16. Circa caſum, num.5.verſ. Quintus eſt etiam caſus, lib.1.conſ.32. Quamuis egregiè, nu.5. in fin.lib.2. Bartholomæus Socin.inter conſi. Bruni conſ.10. Viſa quæſtione, colum.1. & in ſuis voluminibus conſ.257. Viſis inueſtituris, col. vlt.verſ. Non omitto, lib.2.cum alijs multis allegatis per Rol.de Vall.conſ. 79. Stante formæ conceſſionis, num.29.verſ. Tertia eſt concluſio lib.2.qui hanc opin.ibi ſequitur, rurſus Rolan. conſil.tertio, Deuenio, nu.69.lib.primo, conſil. 96. Viſo inſtrumento, num.36.cod.vol. vbi de magis communi poſt Petrum Paulum Pariſiũ atteſtatur.& conſ.70. Quoniam quodammodo impoſſibile, num.43.lib.3. multosque congerit Hieronym. Zanch.in rep.l.hæredes mei, §.cum ita, ſub num.230.ff. ad Trebell. Deque triplici
33 acceptione † hæredis in feudo, vt hæres ſanguinis, vt hæres in feudo, & vt hæres hæreditatis, videndus eſt Marin.Frecc.in tractat. de ſubfeu. libro tertio, in duodecima differen. Cæterum hoc de hærede in feudo, vt intelligatur de hærede ſanguinis maſculo, eſt verum regulariter in feudo nouo ex natura rei, & ex mente, vt declarat Camerar. in dicto cap. Imperialem, fol. 22.colum.prima, poſt medium.uerſ. Quid dicẽdum, ubi erudite comprobat, ut in feudo antiquo iſta propoſitio uera non ſit, quia hæredum appellatio intelligitur de omni maſculo filio, fratre, & patruo, qui tamen deſcendant à primo acquirente, ut dicit Iſern. in cap. primo, colum.ſecũda, de alien.feud. paterni. & melius in cap.1.uerſic. Fratre, de his qui feud.dar.poſſ. poſt gloſſ. ibi, dum Iſernia uerba illa, Sine legitimo hærede, declarat, ut intelligantur in omni deſcẽdẽte qui ſucceſſurus eſt ab inteſtato

latè

latè Camerar. in d.c. Imperialem, fol. 22. col. 4. verſ. In feudo autem antiquo. Et in ſtatutis vt
34 hæres verbum, de hærede ſanguinis † aſſumatur, Andr. Alciat. conſil. 1. Pro declaratione, in princ. num. 1. lib. 3.

Nonus eſt caſus, ſi teſtator dixerit quòd hæ-
35 reditas vadat de hærede † in hæredem, tunc enim de hærede ſanguinis intelligitur, Dec. conſil. 38. Circa primum dubium, num. 4. verſic. Si ergo illa verba, Pariſ. conſ. 2. Conſultus, num. 12. conſ. 3. Videretur prima facie, num. 5. lib. 1. conſ. 30. Dubitatur, num. 27. & 28. conſ. 55. Viſo teſtamento, num. tertio, & infra, & conſ. 88. Ad reſolutionem, num. 11. & 12. lib. 2. Franciſcus Mantic. in tract. de coniect. vltim. vol. lib. 8. tit. 11. num. 6. verſ. Item ſi teſtator dixerit, & tit. 14. num. 14. verſ. eiuſdem initij, Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. in 2. part. lib. quarto, præſumpt. 130. num. 14. fol. 238. Præſertim ſi eſſet adiecta qualitas maſculinitatis, Franciſc. Vegg. conſ. 74. In cauſa quæ vertitur, num. 428. verſ. Licet enim.

36 Decimus caſus eſt, ſi hæredes filiorum † vocarentur, nam de hæredibus ſanguinis intelligendum eſſet, Bald. conſ. 283. Verba teſtamenti, lib. 2. Stephan. Bertrand. conſ. 113. Tota difficultas, lib. tertio, Socin. iun. conſ. 158. Abundè, num. 12. lib. 2. Portius conſ. 40. Anno Domini, num. 13. lib. 1. & tradit Guid. Pap. q. 306. incip. Generale verbum.

Vndecimus eſt, ſi fuiſſet dictum hæredibus
37 † vtriuſque ſexus, Dec. conſ. 208. Ad clariorẽ rei demonſtrationem, col. pen. ſub nu. 11. verſic. Secundò hoc clarius elicitur.

Non deſunt qui dictam Speculatoris & aliorum concluſionem multipliciter limitẽt atque declarent, Et Primam quidem limitationem af
38 ferunt, vbi ſubſtitutus † eſſet extraneus & eius hęredes, tunc enim non videtur teſtator de eius filijs cogitare, quia de poſteritate teſtatoris nõ agitur, iuxta iſtum text. & l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. hæc enim iura in filio inſtituto ſibi locum vendicant, non in extraneo, vt not. gloſ. in eadem l. cum acutiſſimi, in verb. Deinceps, & in l. generaliter, §. cum autem, in verb. Filios, C. de inſtit. & ſubſtit. alibique enarratum extitit, ita limitant, Dec. conſ. 294. In teſtamento, colum. fin. ſub num. 4. verſ. Et cum Dom. Bonifacius, Hieronym. Zanch. in d. l. hæredes mei, §. cũ ita, ſub num. 230. verſ. Primam ſcilicet, allegãs Baldum idem dicentem, vt per eum, Hieronymum Gabriel. conſ. 132. Tiberius Narius, in 4. q. num. 28. lib. 1.

Secunda eſt, cum ſubſtitutus valde ſenex eſ-
39 ſet, & valetudinarius qui veriſimiliter † nõ fuiſſet filios ſuſcepturus, Dec. d. conſil. 294. in fin. verſ. Poſtremò accedit, faciuntque notata per Paul. de Caſtr. conſ. 45. Videtur dicendum, ſub num. ſecundo, in fin. verſ. Et clarum eſt, libro 2. debet enim tunc verbum, hęredes, de extraneis intelligi, non de filijs de quibus non cogitauit nec cogitare potuit propter ſubſtituti qualitatem, arg. eius quod not. Bart. in l. hæredibus, §. 1. per illum text. ff. ad Trebell. & quod tradunt Bart. Bal. & Io. de Imol. in l. ſi quis poſthumos, ff. de liber. & poſthum. facitque text. in l. ſi ſeruus plurium, §. 1. de leg. 1.

Vnde feudũ conceſſum pro ſe, & hæredibus, intelligitur de extraneis quando acquirens carebat prole, & erat valde ſenex, ita ex not. per Bald. in c. 1. §. naturales, ſi de feud. defunc. tradit Antonin. Teſſaur. deciſ. 147. Mulier nobilis, nu. 5. verſ. Veluti ſi princeps, ad quod faciũt etiam quæ ſcripſit Camerar. in rep. c. Imperialem, in princ. fol. 22. col. 3. in fin. litera P. & col. quarta, in princ. litera Q. de prohib. feud. alien. vbi magiſtraliter loquitur.

Tertia limitatio affertur, vbicunque dictio
40 omnis † adiecta reperiretur, Dec. d. conſ. 294. ante num. 3. verſ. Tamen in caſu noſtro, Zanch. in d. §. cum ita, d. num. 230. vbi plurimum hanc limitationem enucleando inſiſtit, exemplumq. de feudo allegat, qui enim omne dicit, nihil excludit, l. à procuratore, C. mand. d. l. Iulianus, de leg. tertio, facit quod not. Bart. in l. generali, §. vxori, ff. de vſufr. leg. vbi licet in legato non veniant venalia per illum text. limitatur quando vniuerſaliter de omnibus bonis diceretur: & in ſimili caſu tradit Ludouic. Roman. conſil. 94. Ex ſupra narrato themate, in 3. dub. quòd ſi ſtatutum velit maritum lucrari dotem in omni caſu, habebit etiam locum iſtud ſtatutum ex tãtibus liberis ex primo matrimonio, ceſſabitque diſpoſitio l. hac edictali, C. de ſecũd. nupt. & Romanum refert Decius in prȩcitato conſil. ſub num. 2. quibus conueniunt tradita per Didac. Couarr. in c. relatum, il 2. col. ſecunda, verſ. Contrarium autem, reprobata opinione Andr. Tiraquelli, extra de teſtam.

Quartam limitationem idem Hieronymus
41 Zanch. adducit, ſi dictum eſſet hæredes † & ſucceſſores, citat Socin. ſen. d. conſ. 257. Viſis inueſtituris, num. tertio, conſ. 266. In cauſa, nu. 36. & 37. libro ſecundo, ac Curt. iun. conſ. 4. Super controuerſia, col. fin. num. 24. Pariſ. conſil. 71. Simplex diuiſio, col. 4. num. 237. lib. tertio, poſt Salic. in l. 2. in ſecunda q. C. de iur. emphyt. & Alex. conſ. 193. Ex themate præmiſſo, col. 1. libro ſecundo, Laurent. Siluan. conſ. 98. Quæritur, num. 14. Io. Cephal. conſ. 255. Quod doctè admodum, num. 22. lib. 3.

Sed contrarium voluere, Ioan. de Imol. in l. quod dicitur, col. pen. nu. 14. verſ. Poteſt etiam, ff. de verb. oblig. Andr. Barbat. conſ. pen. col. 8. lib. 1. Dec. conſ. 208. Ad clariorem rei demonſtrationem, col. 4. num. 11. & conſ. 171. In cauſa

venera-

venerabilium monialium,ſub num.5.Franciſc. Rip.in d.l.ex facto,§.fin. colum.pen.num.15. ff.ad Trebell.referens Decium d. conſ. 171.nu. 4.dicentem, ob ſubtilitatem ingenij ſæpe Socinum contra communem conſuluiſſe: Sed melius dici potuiſſet, Socinum Doctorem excelſum ſæpiſſimè ingenij ac intellectus acumine veritatem attigiſſe,quam non omnes paſſim communibus opinionibus inhærendo attigerunt: præcitatisque aſſentitur Benedict. Capr.conſilio 126.Circa hoc dubium,num.11.

42 Vltima limitatio eſt,ſi verba † in perpetuum adiecta fuiſſent, vt poſt Petrum de Ancharano ſcribit Socin.ſen.d.conſ.266. In cauſa quæ vertitur,col.16.quem comprobat Curt.iun.d.conſilio quarto,idemque voluit Paul. de Caſt.conſil.239.Primò videndum,colum.1.verſ.Breuiter, lib.1.

Præcitatis autem contradicit Dec.d.conſilio 171.colum.tertia,referens Ioan.de Imol.Ang. & Abbatem in locis per eum adductis, idem etiam tradit Andr.Barbat.d.conſ.pen.colum.3. in fin.lib.1.

Quid ſi teſtator dixiſſet,Caio & eius hæredi
43 dum Caius ipſe viuet † lego fundum?de hærede ſanguinis non de extraneo tunc eſſet intelligendum,Bart.in d.l.Gallus,§.etiam ſi parente, col.fin.verſ. Sed contra prædicta, vbi Paul. de Caſtr.col.2.ſub num.4. verſ. Et ideo, Soc.ſen. col.1.verſ.Secundum corollarium, Iaſ.colum. quarta,num. 12. Franciſc. Aretin. col.2.in fin. verſ.In textu ibi,& Alberic.col.7. Pariſ.conſil. 31. Conſiderato primo capite, col.7.num.44. & 45.lib.2.Iacob.Menoch.conſ.158.Tam etſi hæ iuris quæſtiones, num.11.verſic. Secundus eſt caſus,& num.12.verſ.Et Iaſon affert exemplum,lib.2.atque in tract.de præſumpt.part.2. lib.4.præſumpt.130.num.8.verſic. Declaratur primò, fol. 238. viuens enim hæredem habere non poteſt, l.1.ff.de hæredit.vel act.vendit. ad quod congruunt tradita per Steph. Bertrand. conſ.23.Ex themate,num.16.lib.1.

Denique animaduertendum exiſtimo Bartolum iuris aurigam, & famoſiſſimum legum interpretem,in d. l.Gallus, §.etiam ſi parente, ſub num.4.verſ.Primo caſu,in ea fuiſſe ſenten-
44 tia, quòd in re ad hæredes quoſcunque † tranſitoria ſi verbum hæredes à recipiente proferatur, de extrancis etiam intelligendum ſit, cum recipiens videatur velle cuicunque hæredi etiã extraneo prouidere, l. ſtipulatio iſta, §.ſi quis ita,de verb.oblig.l.ſi pactum, in fin.ff. de probat.l. ſi neceſſarias,§. penult. ff. de pignor. act. Quod durum Iaſoni ibidem, numer. 19.viſum fuit: Sed Bartolum ſequitur Alexand. d. conſilio 36. Viſo themate,num.tertio,lib.tertio,ac etiam Carol.Ruin.conſilio 122.Caſus de quo quæritur,colum.tertia,ſub num. 4. lib. primo, & Franciſcus Burſatt. conſil. 31. Illuſtriſſimus quondam D.num.8.lib.1.

HYPOTHESIS.

Deſcendentibus ſub conditione ſi ſine filijs maſculis deceſſerint grauatis, fœminas ſubſtitutum non excludere; hoc tamen declarari: Deque diſpoſitione auth. Res quæ,C.commun. de legat. ſubſidiaria: Mulierique contra quos eadem Auth. competat, an contra tertios poſſeſſores bonorum legitimę ac Trebellianicæ alienatorum, an verò aduerſus fideicommiſſarios quibus alia bona fideicommiſſo ſubiecta obuenerunt,inueſtigari.

SVMMARIVM.

1 *Fœminas ſubſtitutum non excludere,cum deſcendens ſub conditione ſi ſine filijs maſculis deceſſerit grauaretur;ſ dque declarari,nu.18.*
2 *Argumentum vt de toto quo ad totum, quod de parte quo ad partem iudicium idem ſit, validũ eſſe: Hancque regulam in terminis etiam conditionalibus procedere,nu. 3. limitari autem vbi diuerſa vigeret ratio,num. 4. In conditioneque etiam individua,vt num.5.*
6 *Paternam pietatem tam maſculos quàm fœminas reſpicere.*
7 *Scientiam partis ſcientiam totius inferre.*
8 *L. cum anus, præſumptionem contraria præſumptione tolli.*
9 *Teſtatorem noluiſſe illud cenſeri, quod non expreſſit.*
10 *Auth.res quæ,C.commun.de legat. diſpoſitionem, bonis in quibus pro ſua dimidia debuiſſet filia ſuccedere, legitimam ac Trebellianicam retinendo, per filium conſumptis, tantum procedere: Idemque in dote reſtituenda verum eſſe, num.11.*
12 *Legis prouiſionem eluſoriam eſſe non debere.*
13 *Mulier nunquid faculatem habeat cõtra tertios poſſeſſores bonorum legitimæ, & Trebellianicæ agendi,vel contra bona fideicommiſſo ſubiecta, quæ penes deſcendentes vel fideicommiſſarios remanſerunt,diſcuti.Et denique huiuſmodi facultatem non habere concludi; Dictamque Auth. Res quæ,ex mente Doctorum interpretari.*
14 *Rem habere intelligi qui actionem habet.*
15 *Argumentum de fiſco ad dotem validum eſſe: Et an dotis cauſa fauorabilior fiſco exiſtat, numero 16.*
17 *Auth.Res quæ,diſpoſitionem, ſubſidiariam ex Baldo,Ludouico Gozadino,& Aymone Crauetta haberi: cum inquam dotis recuperationi ex aliquo alio iure facultas non datur.*

Soci-

19 *Socinum ſenierem in iure explicando admirabile ingenium oſtendiſſe.*

CAP. IIII.

QVEMADMODVM in interpretanda hac lege omnia per Bartolum tradita ſcrutari in diſceptationemque referre Socinus ſtuduit, vt contrarijs demũ ad æquabilitatem redactis veritas magis eluceſceret, & quaſi ſubmotis tenebris coruſcaret: Sic ego in eiuſdem legis commentarijs à Bartolo non diſcedens, Socini ordinem imitari eiusque ſolidam doctrinam admirari ſtatui, vt veritatis claritatem ac ſplendorem omniumque perfectiorem reſolutionem conſequamur; Expeditis igitur notabilibus, ad duas Bartoli quæſtiones cũ ipſo Socino deueniam, quarum prima, hanc facti ſpeciem in ſe continet. Teſtator filium inſtitutum grauauit de reſtituendo hæreditatem ſi ſine filijs maſculis deceſſerit, filius cum filiabus fœminis diem extremum clauſit, nunquid ſubſtitutio locum habeat? Bartolus pro affirmatiua primum arguit, contrarium autem † concludit; ex quo enim voluit expreſſitque, quòd maſculi ſubſtitutum excluderent, videtur in fœminis contrarium ſenſiſſe, arg. l. cum prætor, ff. de iudic. & proinde fœminas congruenter per filium dotandas eſſe, iuxta text. in auth. res quæ, C. commun. de legat. & notata in l. à filio, ff. ad Trebell. vel ſi filius dotare recuſaret per iudicẽ de dotibus prouidendum fore, l. profectitia, in princ. ff. de iur. dot. concluſionemque iſtã Bartoli hic; propè fin. verſ. Quartus caſus, ſequuntur Franciſc. de Albergott. Io. de Imol. & communiter Doctores, necnon Ioan. Bapt. Caccialup. de S. Seuerino in d. l. generaliter, §. cum autem, q. 23. C. de inſtit. & ſubſtit. Paul. de Caſtr. in l. in ambiguo, vbi Socin. col. 2. in 5. not. ff. de reb. dub. rurſus Caſtrenſ. conſ. 351. in antiquis, & conſ. 152. Præſens dubium, in fin. lib. 1. in nouiſ. Andr. Barbat. in d. l. cum acutiſſimi, colum. pen. verſ. Quid ſi teſtator, Benedict. Capr. conſil. 18. Cum viſo, col. 2. num. 6. & 16. Abb. conſ. 36. Videtur primo, col. 1. verſ. Et præfati Doctores, lib. 1. Corn. conſ. 197. Non alienam, colum. ſecunda, ſub num. 3. lib. 3. & conſ. 230. Quamquam, col. 6. in fin. poſt num. 8. eod. vol. Socin. ſen. conſ. 63. Viſis, colum. 5. ſub num. 17. lib. tertio, Dec. conſ. 15. Et pro tenui, in princ. verſ. Et iſta iura, ac conſ. 193. eiuſdem initij, pariter in limine, Ludouic. Gozadin. conſ. 87. Prima facie, num. 16. Hieronym. Grat. conſ. 68. In præſenti cauſa, num. 9. verſ. Præterea non poteſt dici, lib. 1. Carol. Ruin. conſ. 45. Habita ſuper his, num. 14. verſ. Et iſtud confirmatur, lib. 1. conſil. 131. In themate proponitur, col. 3. ante num. 3. verſ. Exprimendo ergo conditionem prædictã, lib. tertio, Pariſ. conſ. 86. Ad veram reſolutionem, num. 31. lib. 2. conſ. 41. Ioannes, num. 38. lib. tertio, Socin. iun. conſ. 13. Quæritur in præſenti conſultatione, num. 4. lib. tertio, conſ. 69. Iam annus eſt, num. 10. vbi de communi opinione atteſtatur, eod. vol. Io. Crot. conſ. 280. num. 25. Iacob. Mandell. Albenſ. conſ. 7. In cauſa, num. 22. Hieronym. Gabrielius, conſ. 97. Ioannes Leonardius, num. 4. communem ſententiam cum Bartolo eſſe ſcribens, Ang. Aretin. in tract. de teſtam. gloſ. 79. num. 7. Sforti a Oddus Perusinus in tract. de compend. ſubſtit. partic. vlt. artic. 4. concluſ. 2. fol. 194. verſ. limitatur primò niſi eſſet dictum, dicens iſtam cõcluſionem non habere contradictorem, Anton. Gomeſius in comment. varijsque reſol. iur. ciuil. tom. 1. c. 5. de fideicommiſſ. ſubſtit. num. 38. verſ. Quarto principaliter quæro, fol. 60. Alexan. Trentacinq. in tract. ſubſtit. in 4. part. cap. 7. ſub nu. 9. verſ. Secundus caſus eſt, aſſerens cum Bartolo hic Doctores communiter tranſire, Franciſcus Mantic. in tract. de coniectur. vltim. vol. lib. 10. tit. 8. numero 10. verſ. Septimò hæc conditio, & is de communi atteſtans, ac Simon de Pretis in tract. de interpr. vltim. vol. lib. tertio, dubit. 3. ſolut. 2. num. 31. fol. 313. poſt Baldum hic, quem ſequitur.

Sed contra prædictam concluſionem Socinus textum huius reſponſi eſſe inquit, in quo conditio ſubintelligitur, quia lex præſumit illã appoſitam, & non ſcriptam fuiſſe, vnde qua ratione tota conditio appoſita non autem ſcripta præſumitur, pari ratione videtur, quòd pars cõditionis appoſita, & non ſcripta præſumatur, & ſic quòd dictũ fuerit, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis & fœminis, per rationem d. l. cum acutiſſimi, ne videatur teſtator alienas ſucceſſiones proprijs anteponere, idem enim de parte quo
2 ad partem iudicium † eſt, quod de toto quo ad totum, l. quæ de tota, ff. de rei vendic. l. ſi duo, in fin. de admin. tut. l. qui ſcit, in princ. vbi notat gloſſ. de vſuris. Quæ quidem regula in terminis
3 etiam conditionis † procedit, vt eſt text. vbi id Socin. aduertit in princ. verſ. Ex quo infertur, in l. multa teſtamento, §. 1. ff. de condit. & dem. faciuntque tradita per Alexan. conſ. 109. Super prima conſultatione, col. 3. & pen. lib. 7.

Huic inductioni contrarium retinendo poſſumus reſpondere, quòd argumentum ex d. l. quæ de tota, ac ſimilibus deſumptum, vbi diuerſa uiget † ratio non procedit, ut hic, ubi hominis prouiſio adeſt, quæ facit legis prouiſionem
4 ceſſare, l. fin. C. de pact. conuent. Vlterius quantum ad conditionem attinet, argumẽtum iſtud procedit in conditione diuidua, ſed hæc legalis conditio indiuidua in propoſito cenſetur, meritò non licet † ita argumentari, cogitauit enim
5 de li-

de liberis quæ cogitatio indiuidua in ſe habenda eſt, quamuis diuiſim in fauorem maſculorũ tantum ad ſubſtituti excluſionem diſpoſuerit, Vnde non obſtat, quòd facilius & veriſimilius ſcribẽdo omitti vnum verbum potuerit quàm tota conditio aſcriberetur, lex etenim cum ſupplet generaliter non diuiſim, & per partes ſupplet, ſed ſuppletio ceſſare (vt dicebam) in propoſito debet, maximè quia ex cogitatione qualitatis maſculorum neceſſario ad cogitationem qualitatis fœminarum infertur, vt ceſſet ratio ſubintelligendi, in d.§.cum autem, aſcripta.

Adhuc tamen contra Bartolum poſſet inſtari, quòd licet ſubauditio tam de maſculis quàm de fœminis ex quibus ſubſtitutus ob tacitã conditionem ex lege excluditur, intelligatur, non ideo legis præſumptio pietate inducta ob particularem maſculorum mentionem ab homine factam alteratur, quin vbi poteſt debeat operari, nam quicquid circa rationem finalem eiuſdẽ ſubintellectæ conditionis diſceptetur, pietas tamen fundamentum, &(vt ſic dixerim) lapis angularis eſt, quemadmodum in ſuperioribus oſtenſum fuit, quæ tam erga maſculos quàm fę-
6 minas † vt actu exercetur, ſic debet ſecundum potentiam conſiderari, l. maximum vitium, C. de lib. præterit. Proinde attendendo rationem illam quam Imperator in d.l.cum acutiſſimi, attulit, ex qua idem Iuſtinian. diſpoſitionem Papiniani ad fœminas protendit liberorum fauore inductam, nõ poteſt ob dictam maſculorum expreſſionem fœminis etiam exiſtentib. reſtringi ac coerceri, nec potentior eſſe debet coniectura maſculorum expreſſionis, quàm coniectura pietatis in vtriuſque ſexus deſcendentibus efficaciter à lege inducta. Minus etiam in omnino contrarijs ac repugnantibus verſamur, vt diſpoſitum in vno indifferenter aliud tollat, aut in integra hominis prouiſione, ſed vnum tãtum maſculorum caſum reſpiciente, vnde tam æquam & humanam prouiſionem inutilem reſpectu fęminarum reddere minimè conuenit, ſed quemadmodum filios maſculos ſubſtituto extraneo prætulit, ſic fœminas in diſpoſitione iuris communis relictas dicta pietate prædilexiſſe cenſendum videatur, alia vrgentiori voluntatis coniectura ad ſubſtituti fauorem non accedente.

Socinus itaque Bartoli ſententiam comprobando diſtinctione hac vtebatur, Quòd aut nullo modo expreſſa aliqua conditio apparet, tũcque præſumatur dicta, ſed ex errore omiſſa, & ita textus noſter procedat, aut expreſſa vno caſu reperitur, vt ex Bartolo, cum dixit ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, & tunc non præſumatur pro alia parte dicta, & à ſcribente omiſſa, & iſto caſu Bartolus ipſe loquatur, ex quo enim meminit de parte, præſumitur quòd totũ ſubſcripſiſſet, ſi teſtator dixiſſet, ſecus quãdo nullo mo-
7 do ſcripta conſpicitur, ſicut enim ſcientia † partis, ſcientiam totius arguit, l. non eſt ferendus, vbi Doct. ff. de tranſact. ſic memoria in parte memoriam totius infert, & conſequenter ſicut ſcribens partem ſcripſit, ita totum ſcripſiſſet ſi dictum fuiſſet, relinquens in puncto iuris cogitandum: iudicando tamen Bartoli opinionem cum quo veritas eſſe aſſolet tenendam eſſe concludens, quam quidem reprobatam non inuenit, eſtque veriſſima opinio, & ipſam comprobant, Io.Cephal.conſ. 134. In præſenti conſultatione, num.9.& infra, lib.1. conſ. 391. Teſtator, num.2.lib.3.& conſ.482. Bona petita, nu. 1.& 2.lib.4. Franciſc. Veggius, conſ.74. In cauſa, num.217. Preſumptio nanque huius contex
8 tus per contrariam † præſumptionem tollitur, arg.l. Diuus, ff.de in integ.reſtit. quia ſcilicet de fœminis cogitauit illis non prouidendo, quare igitur teſtator in vno caſu conditionem expreſſit in alio tacuit? niſi vt in vno caſu liberi inſtitutorum ſubſtitutum excluderent, in alio nequaquam: nam ſi voluiſſet, quòd in vtroque caſu illa cõditio ſubeſſet, quemadmodum in vno maſculorum meminit, ſic in alio ſaltem generi-
9 cè † expreſſiſſet, arg.l.1.§.ſin autẽ ad deficientis, C.de caduc. toll. Sique teſtator confiſus de lege conditionem ſubintelligente, vt in hoc reſponſo remanſiſſet, certè illam nec reſpectu maſculorum (vt ad ſenſum patet) adnotaſſet, eſt itaque cum Bartolo tranſeundum.

Nunc Ioannis de Imola per Socinum relati verba prætermittenda non fore exiſtimo, fœminam tunc per filium dotandam eſſe, cum dimi-
10 dia hæreditatis † in qua fœmina ſuccederet legitimam & Trebellianicam retinendo iuxta, c. Raynutius, de teſtam. eſſet conſumpta, ex æquitate dictę auth. res quæ, aliàs ſi ex illa dimidia poſſet ſe dotare, tũc bona fideicommiſſo ſubiecta non caperentur, vt in eadem auth. habetur, dicens eſſe notandum: vt diſpoſitio illius authẽticæ procedat etiam poſtquàm filius bona conſumpſit, ex quibus poterat filias dotare, de quo ſæpè aſſerit dubitari. Idem etiam in dote reſtituenda, quòd bona ſcilicet reſtitutioni ſubiecta alienentur, etiam ſi tempore datæ dotis bona
11 pro legitima, & Trebellianica adfuiſſent † quæ poſtea conſumpta reperirẽtur, ad fauorem mulierum concludunt, Paul.de Caſtr.conſ.15. Circa ea quæ ſuperius, colum.2. in nou. lib.1. & in d.auth.res quæ, col.2.verſ. Sed pone, dicens ſe Florentiæ conſuluiſſe, Dec.conſ.519. Viſis his, num.6.verſ. Nec concluſioni, Curt.iun.conſil. 59. Noua & ingenioſa, col.1.num.13. aſſerens iudices in fauorem mulierum iudicare ſæpe ſolere, nec conſulentes diſcrepare; Sed contrarium ſcribit Bald.in d.auth.res quæ, in lecturis antiquis, & ipſum ſequitur ibi Corneus verſ. Adeo quòd, dicens menti tenendum eſſe, & per Lu-

douic.Roman.conſ.232.Quattuor ſunt quæſita,in princ.Curt.ſen.conſ.63.col.pen.verſ. Sextò dubitari videtur. Et bene congruunt tradita per Bart.in l.ſi cum dotem, §. tranſgrediamur, ff.ſol.matrim.Socin.in l.Marcellus, §. res quæ, colum.2. & 3. verſic.Sed ſi tempore mortis,ff. ad Trebell. quem ſequitur Pariſ. conſ. 63. Capiendo primum dubium,col.antepen. in fin.numer. 45.lib.2.

Fundatur Caſtrẽſis opinio, nam dictæ auth. prouiſio fauore mulierum proceſſit,ne ſuis dotibus fraudentur,adeo quòd tempus reſtitutionis non autem datæ dotis inſpiciatur, ad ſciendum an legitima ſufficiat,aliàs enim eluſoria le
12 gis eſſet prouiſio,quod non eſt dicendum,l.ſi. ff.ne quid in loc.publ. Quid enim(inquit)prodeſſet mulieri ſi legitima & Trebellianica ſufficiens eſt ad reſtitutionem conſtante matrimonio,cum tunc agere non poſſit,ſi eo ſoluto cum reſtitutio fienda eſt ſufficiens nõ reperitur?certè nihil,ideo reſtitutionis tempus inſpici oportet,vt legis prouiſio effectum habeat.

Sed reſponderi poteſt,antiquo iure bona reſtitutioni ſubiecta penitus inalienabilia fuiſſe, l.fin.C.commun. de legat.& per ius Authenticorum eatenus alienationem permitti quatenus in ſubſidiũ ac ex neceſſitate expediens erit, ſiquidem cum tempore dotis datæ legitima nõ aderat quia conſumpta,exiſtente autem legitima mulieri ſuccurſum videtur etiam conſtante matrimonio ad impediẽdam alienationem per maritum faciendam,iuribus vulg.Propterea inconueniens eſt,quòd vxor patiatur ſiue permittat bona per eius virum conſumi,& poſtmodũ fideicommiſſum reſtitutionis tempore in fideicommiſſariorum anteriorum præiudicium diminuere nitatur quibus fuit iam ius quæſitum, ipſorum ergo fauor cũ dotis fauore debet hoc caſu concurrere,vt Iaſon & alij aduertũt, adeo quòd non mulier fraudaretur,ſed fideicommiſſarij eluſi penitus reperirentur:priori itaque caſu legitimæ non exiſtentis, ſed conſumptæ per ius nouiſſimum bene prouiſum videtur, poſteriori verò minimè,quãdo inquàm legitima aderat,poſteaque alienata extitit,tunc enim legis diſpoſitio cum libera teſtatoris diſpoſitione cõcurrit, quæ lex dici poteſt ratione communia, vt quod vnius eſt, alieno iuri applicare non liceat: Vnde non ſolum proprijs bonis fideicommiſſarij priuarentur,ſed etiam deciperentur,cõtra text.in d.§.ſed quia,in fin.vbi deceptio hæc in ipſorum fauorem conſideratur, quæ prout ad beneficium mulieris eliminanda eſt,ſic contra fideicõmiſſarios irrationabilis videtur: textus etiam ind.§. ſed quia, verbo diſponere vtitur,cum de reſtitutione fideicommiſſi agit,quo quidem verbo ſtatim antiquum ius oſtẽdit, ibi ſecundum veterem diſpoſitionem.

13 Denique licet pluries † quæratur, nunquid in facultate atque arbitrio mulieris reſideat cõtra tertios poſſeſſores bonorũ legitimæ & Trebellianicæ,vel contra bona fideicommiſſo ſuppoſita experiri, fundatiori via quicquid plures diſſentiant,concludendum eſt, mulieri electionem, aut arbitrium experiendi non tribui, ſed neceſſario contra tertios poſſeſſores per mulierem agendum fore, vt eleganter ſcribit Franciſcus Gratianus Vincentinus in tract. de conciliatione legum,ff.& C. ſeu de vulgari & fideicõmiſſaria ſubſtit.c.fin.incip.Quamuis multoties obſeruetur,fol.171.in fine operis.

Mouetur,nam proculdubio ante d.auth. res quæ,& corpus vnde ſumitur,res ſubiectæ fideicommiſſo (vt dicebam) erant à dotibus tutæ, nunc ſi verba attendantur,in §.hęc nos meritò, in auth.de reſtitut. & ea quæ parit, coll.4. conſtit.6. Videlicet,Quòd teſtator debet ſeruare legitimam ad dotẽ, donationemve ante nuptias, honeſtè & ſecundum qualitatem perſonarum commenſuratè offerendam, ſi legitima portio non ſufficit, vt tantundem ante reſtitutionem diſcerpatur,quantum ſi legitimæ parti opponatur, dotem aut donationem ante nuptias efficiat: non aliud ſignificant niſi quòd moleſtetur fideicommiſſarius, cum legitima non ſufficit, quod certè controuerti non poteſt: & in quantum gloſſ.ibi in verbo Adiectum,exponit,quia principio ſatisfiet de legitima donec duret, poſtea verò de reſtitutione ſubducitur: Donec dictionem,non interpretabimur,ideſt dummodo legitima non ſit alienata, in textu enim ſolum dicitur ſi legitima portio non ſufficit,& legi ipſi ſatisfactum eſt ſi legitima portio tãta ſit,quæ doti ſatisfaciat,etiam quòd alienata ſit: & cum tanta ſit difficultas contra fideicommiſſarios agere, quanta contra tertios poſſeſſores, non propterea mulier grauaretur: Vlterius lex correctoria eſt, vt debeat reſtringi potius quàm ampliari, ſed ampliatio eſt facere gloſſam,dum modo legitima & Trebellianica alienata non ſit,meritò &c. Hæcque maximè vera ſunt,cum negari nequeat legitimam illam doti obligatã eſſe & quidem principaliter,dicitur enim in ipſa nouella Conſtitutione, Si quis de cætero bonorum ſuorum reſtitutionem inducat,primum quidem filio legitimam portionem reſeruet,deinde & de reliqua ſubſtantiæ parte,ſi ad dotem legitima portio non ſufficiat; Vnde credendum eſt, Imperatorem nouellam illam Conſtitutionem intellexiſſe, vt is contra tertios poſſeſſores agere debeat qui actionem habet,nam nemo ſine actione experitur, ſed fideicommiſſarij contra tertios poſſeſſores agere non poſſunt, cum omnium actionum ſumma diuiſio ſit, aut in rẽ, aut in perſonam, §.omnium, de act.fideicommiſſarij autem neutram habeant, ergo &c. Et

perſo-

perſonalem quidem non habent, tertius nanque poſſeſſor obligatus non eſt, ſed ſibi contro uerſia mouetur quia poſſidet, & quatenus perſonali actione teneretur, fideicommiſſarij exercere illam non poſſent, cum non alienantis, ſed teſtatoris perſonam repreſentent. Minus actio realis competit, legitima enim portio dominij ratione ad fideicommiſſarios non pertinet, ſed ad hæredem grauatum. Nec etiam hypothecaria, cum acceſſoria ſit, quando ſcilicet aliquis realem habet actionem, vel perſonalem, igitur credendum eſt Imperatorẽ voluiſſe, quòd mulier contra tertios poſſeſſores cui legitima portio obligata eſt, cõdictione ex lege experiatur, & ex tacita vel expreſſa obligatione, ac hypothecaria; Prædictis adſtipulatur, quòd legitima extare, nec conſumpta cenſetur, cum mulier a-
14 ctionem ad illam † recuperandam retineat, l. qui actionem, de reg.iur.l.rem in bonis, ff.de acquir.rer.domin.neceſſitate agendi attenta, nam reuocabiliter tantum dominium in emptores legitimæ portionis translatum eſt, l.in fraudẽ, in princ.ff.de iure fiſci, vbi alienata in fraudem fiſci per donationem, aut alio modo reuocantur, idem (inquit) eſt ſi non quæratur ne fiſcus habeat, nam in omnibus fraus permittitur, de fi
15 ſco ad dotem † in priuilegijs arguendo, l.2.C. de priuil. fiſci. Imò ſecũdum vnam opinionem Baldi, in l.dotis tuæ, in princ. C.de iur. dot.do-
16 tis cauſa fauorabilior fiſco † cenſetur, per text. in l.in ambiguis pro dotibus, ff. de reg. iur.& l. non puto, ff.d.tit.de iure fiſci, Licet Baldus Nouellus in tract.de dote in 9.part. princ.in 1.priuileg.col.1.verſ.Sed tu aduerte, contra Baldum ſeniorem in præcitato loco inſurrexerit, ſed de hoc alibi, Congruitque communis illa Doctorum aſſertio, prouiſionem ex d. auth. res quæ,
17 ſubſidiariam eſſe, cum dotis recuperationi † ex aliquo alio iure facultas non datur, Aym. Crauett.conſ.19.Super tranſactione, num.18.poſt Bald.conſ.468. Quidam habens duas filias, numer.1.lib.4.& alios quos Aymo ipſe citat, quo modo igitur ſubſidiarium remedium diceretur, remanente penes mulierem à tertijs poſſeſſoribus recuperandi actione? quam repetitionem fideicommiſſarij ob actionis carentiam (vt dicebam) facere non poſſunt, iſtudque ſubſidium ponderauit etiam Ludouic.Gozadin. conſ.97. Prima facie, num.12. quicquid in reliquis, ſed contra cõmunes opiniones ſcripſerit, vera profectò eſt Frãciſci Gratiani opinio, rationabilis, ac ſumma æquitate ſuffulta; ſecundum quam in facti contingentia ſuper ardua cauſa Perilluſtrium Patritiæ Familiæ Vgolinæ de Simeonibus huius Aquilæ Ciuitatis circa fideicommiſſum quondam Leonardi ſenioris de iure reſpõdi: fuitque originalis opinio Socini qui habuit
18 in † iure explicando admirabile ingenium, con ſil.75.Circa præſentem conſultationem, col.penul.num.13.verſ.Quantum verò ad alia bona, libro 1.

Principalis adhuc (vt ad Bartolum redeam) communisque eiuſdem cõcluſio declaratur in
19 † terminis propoſitis veram eſſe, ſcilicet deſcẽdentibus per teſtatorem inſtitutis, ſecus extraneis, Ang.Aretin.in d.tract. de teſtam. gloſ.79. ante nu.8.verſ.Secus fortè.

HYPOTHESIS.

Illam conditionem ſi filius ſine filijs maſculis deceſſerit, ſcilicet relictis fœminis de reſtituendo hæreditatem: ſique maſculos tantum habuerit de reddendo centum: ſi grauatus cum maſculis & fœminis deceſſerit euaneſcere: Et textum in l.ſi ita ſcriptum, ff.de liber.& poſthum.ac l. ſi ita, ff.de iniuſt.rupt.teſtam.declarari: Alienaque ſtudia vſurpantes, ingratos etiam proinde redargui.

SVMMARIVM.

1 *Conditionem ſi filius ſine filijs maſculis deceſſerit, ideſt relictis fœminis de reſtituendo hæreditatem, ſique maſculos tantum habuerit de reſtituendo centum, ſi grauatus cum maſculis & fœminis decedat, euaneſcere, nec ſubſtitutum admitti.*

2 *L.ſi ita ſcriptum, ff.de liberis, & poſthum.& l.ſi ita, ff.de iniuſt.rupt.teſtam.interpretari, & ſub num. 3.*

3 *Caſum mixtum ſub ſimplici regulariter non includi.*

4 *Studia aliena vſurpãtes grauiſſimè argui, ac multiplici vitio ingratitudinis inuidiæ, impietatisque notari.*

5 *Ingrato homine nihil deteſtabilius inueniri.*

6 *Bonorum diſtinctionem afferri.*

7 *Inuenturibus gratias ex Ariſtotile agendas eſſe.*

8 *Platonis, ac Xenophontis emulationem indicari.*

9 *Plinium, Dioſcoridis nomen à quo multa deſumpſiſſe filuiſſe: eodemque morbo Selinum ipſius Plinij nomen tacendo, laborâſſe.*

10 *Poetas plerunque ab alijs tractatas fabulas ſibi aſcripſiſſe: illas tamen connexionibus, & ſolutionibus ab aliorum poematibus diuerſas ac diſſimiles reddidiſſe.*

11 *Decipientem honoris fictione, grauius ex Ariſtotele puniendum fore, quàm qui adulterinos, & ſuberatos nummos pro veris cudat.*

CAP.

CAP. V.

SECVNDAE quæſtionis per Bartolum propoſitæ thema tale eſt, Teſtator inſtitutum filium grauauit,† quòd ſi ſine filijs maſculis deceſſerit relictis fœminis hæreditatem reſtituat, & ſi maſculos tantum habuerit centum tantum reddat: Si cum maſculis & fœminis decedat, nunquid ſubſtitutus admittatur? Videretur primo intuitu dicendum, quòd ſic, per text. in l. ſi ita ſcriptum, ff. de libe. & poſthum. & in l. ſi ita, ff. de iniuſt. rupt. teſtamen. Sed contrarium decidit Bart. hic num. 5. vbi Socinus, colum. 41. verſic. Quærit vlterius, idem ſenſit. Et hanc partem vti veram, iurique conſonam retinendo, non obſtant iura prædicta, Primò nam illud † de æquitate fauore teſtamenti, ac inſtitutionis conſeruandæ proceſſit, ſecus de rigore ex regulis ſubtilis iuris, vt expreſsè in d. l. ſi ita ſcriptum, Iulianus inquit, quod Iuuentio Celſo apertiſſimè placuit: ſed in hoc fideicommiſſo, quod eſt onus contrariũ dicendum videtur, quòd inquam conditio defecta videatur, l. in conditionibus, §. fin. ff. de condit. & demon. Secundò quia in dictis iuribus duo caſus exprimuntur per viam diſpoſitionis, ſed in propoſito per viam conditionis, grauando filium citrà illum humanitatis intuitum conſeruandi teſtamentum, vnde non debet extenſio fieri, conditiones enim in forma ſpecifica impleri debent, non in caſu diſſimili, vt in ſæpius citatis, l. Mæuius, & l. qui hæredi, de condit. & demonſtr. Præterea licet teſtator filium grauauerit cum maſculi tantum remanſiſſent, item quando fœminæ ſeparato, vel diuerſo onere, non tamen videtur eundem filium vtriſque exiſtentibus grauaſſe tanquam ſit ex Socin. quid maius ac difficilius, vt proinde iſte caſus mixtus † ſub ſimplici non includatur, argum. not. per Bart. & Doct. in l. 2. in princ. ff. de verborum obligat. Sed omiſſis quibuſdam verbalibus differentijs ad facti ſpeciem conſtituendam ex mente Raphaelis Cumani per Socinũ relatis, mihi videtur dictam l. ſi ita ſcriptum, ad huc nonnihil vrgere eius attenta ratione, ibi, Attamen cum & vtroque nato teſtator voluerit aliquid habere, ideo ad huiuſmodi ſententiam humanitate ſuggerente decurſum eſt; Vnde cum vtroque caſu teſtator in propoſita quæſtione fideicommiſſarium aliquid habere uoluerit, non uidetur diuerſum eſſe dicendum: ſicque contra ſubtilitatem iuris id Iulianus Iuriſconſultus decreuit, teſtamentum ad uxoris fauorem uoluntate attenta conſeruando, multo magis conueniens id ipſum erit, ubi inualiditatis ceſſat quæſtio, ut magis potens ſit ſuppletio illa contra regulas iuris, quàm grauamen ex fideicommiſſo hic; Vlterius dixerim in d. l. ſi ita ſcriptum, vxoris inſtitutionis grauamen etiam reſpectu filiorum cenſeri, quibus patris hæreditas debetur, & quamquam vltra legitimam patri liceat de proprijs bonis diſponere, eius tamen vltra legitimam diſpoſitio grauamen dicitur; quinimò durius grauamen formaliter conſideratum videtur in d. l. ſi ita ſcriptum, ratione diminutionis patrimonialium bonorum quàm in iſta quæſtione adſit, ob quartarum detractionem; iudicando tamen aut conſulendo à Bartoli ſententia recedendum non fore exiſtimo; Et ne ſummi Doctoris idem ſentientis nomen taceam, cum Bartolo pertranſit Andreas Alciatus de verborum ſignif. libro tertio, fol. 163. iuxta Lugdunenſem impreſſionem, verſic. Si tamẽ appareat, vt æquum fuerit doctiſſimi atque candidiſſimi Iuriſconſulti autoritatem in medium afferre, ipſumque propriæ allegationis omiſſione non paruipendere, quod ingrati animi eſſe videretur, quodque multi ex profeſſo faciunt, vt fingant atque† pingant: licet enim antiquorum ac modernorum intelligentias, reſolutionesque inter proprias quas appellant lucubrationes redigant ac confarciant, proprios auctores ſilentio obruunt tanquam illos non viderint, quod quidem vitium vt horrendũ, ac monſtruoſum eſt, ſic iſtos alienæ laudis fraudatores ingratiſſimos reddit, Et quid ingrato† homine acerbius atque inſolentius? qui quantum in ſe eſt, qua nihil communi vitæ vtilius beneficentiam è medio tollit, & leonibus alijsque inferioribus animalibus fit deterior, quæ alioquin natura immanes ac ferę ſæpe agnouiſſe non ſolum beneficia leguntur, ſed ijsdem à quibus acceperunt, etiam gratiam retuliſſe; Gratiæ porrò plura ſunt indicia, & gradus plures, nouiſſe, beneuolum eſſe, & voce gratum ſe, atque opere oſtẽdere, Hæc ita inuicem affecta ſunt, vt qui à primo aut altero eſt alienus, à reliquis cum longè abhorrere neceſſe ſit: immane monſtrum horrendum ingens cui quod comparem aliud nullum reperio pręter ſe ipſum. Nam quod ex apologis deſumi ſolet angui ſimillimum qui media hieme languens frigore ferè necatus à ruſtico ex humo primum in ſinu exceptus, mox domi ante ignem curatus reparatis viribus in ſuæ ſalutis auctorem proſilierit, minus fortaſſe atrox videri, & in hominis imprudentiam referri facinus potius debet, quàm in aduerſum nobis animal, in cuius genus nec cadere quod in noſtrum exiſtimo, vt alterum alteri pro bono malum rependat. Homo vnus inter omnia animalia ingratus, cuius vitium tanto fœdius quanto potioribus bonis adiutus, hæc ſe vel nouiſſe diſſimulat, vel in benemeriti de ſe detrimentum vertere nititur: Bona verò partim † corporis

sunt partim animi, Hæc quo animus est præstantior corpore eo alijs sunt excellentiora, inter quæ ad doctrinam, & morum informationem pertinentia monumenta non minimum sibi locum vendicant clarissimorum virorum, qui suis nobilissimis inuentis editis, aut alienis auctis illustratisque, & eos quibus cum viui cõmunicauerunt labores, & totam posterorum
7 sobolem adiuuerunt: Inuentoribus† autem illis primis gratias agendas existimat Aristoteles; at eorum, qui aliena auxerũt atque illustrarunt, qui proximus est gratiæ gradus, saltem meminisse decet.

Plerique tamen infelices, & ingrati, qui cum per se nihil inueniant, neque aliena scriptis aucta decorent, & gratia habita si quid ab alijs vsurpatum exscripserunt, aliqui videri possint, nihilominus nulli esse, & vitij malint omnium pessimi argui, quàm per quos profecerint fateri, digni cum sibi quæ non sua sunt adscribant, qui si qua propria habent amittãt:
8 Fuit aliquando Platoni & Xenophonti† vitio datum, quòd cum ambo sub Socrate meruerint, neuter (quod summæ gloriæ præceptori fuisset) alterius meminit, sed hoc ab his factum quia æmuli fuerunt, non quia ingrati, vterque enim summis laudibus ornauit Socratem: Cui
9 pandus Plinius† qui Dioscoridis opus in suas historias naturales transferens, eius ne meminit quidem: at illi par reddita à Solino gratia, qui se eorum, quæ in epitomen congessit ex Plinio, auctorem in Polihistore fecit: Sed inter veteres, & iuniores multi vigent Plinij, & Solini multò plures, qui alienis induti armis etiam se victores proclamare audent, & haberi volunt Arioſteo Martano persimiles: Passim dicent (sat scio) hoc Poetæ faciunt quos sanè accusa-
10 bit nemo, Hi ab alijs tractatus fabulas† suas seciſſe quis negabit, nec tamen primos memorauerunt auctores. Nam vt Cornelius Seuerus inquit.

Vltima quis tacuit iuuenum certamina Colchos?
Quis non Argolico deflenit Pergamon igni
Impositam & tristem gnatorum funere matrem,
Auersumve diem, sparsumve in semina dentem?
Quis non periura doluit mendacia puppis
Desertum vacuo Minoida littore questus.

Immeritò fateor reprehenderentur Poetæ, qui si easdem tractant fabulas, reddunt connexionibus, & solutionibus sua ab aliorum poematibus longè diuersa ac dissimilia, quocirca iudicandum, quod Aristoteles monuit Δικαιον δὲ καὶ τραγῳδίαν ἄλλην, καὶ πλὴν αὐτὴν λέγειν ἰδὴν ἴσως τῷ κύσῳ τοῦτο δ'ἐν ἡ αὐτὴ πλοκὴ καὶ λύσις. hoc est, minime vero fortasse conuenit eandem tragediam siue diuersam appellare à fabula, id quod earum ipsa quidem connexio, atque solutio indicauerit,

Sed non eadem horum habenda ratio est, qui quod non similia his, quæ ab alijs accipiũt, moliri potuerint, ignari, quòd auctorem non agnouerint, ingrati, quòd eius non meminerint, inuidi, quòd aliena sibi vendicauerint, superbi atque inanes, quòd quantum in se est iura, quibus beneuolentia conciliatur, & amicitia viget violauerint, impij & pena digni grauiori quàm qui adulterinos, & subæratos numos pro veris atque aureis cudere, & numera-
11 re audent. Aristoteles enim, si quis† fingens se propter mores diligere aliquem honoris specie decipiat, eum magis accusandum existimat, quàm qui numos adulterant, siquidem in rem cariorem, & præcisiorem peccauit. ὅταν δ'ὑπὸ τῆς τέχνης προσποιησας ἀπατηθῆ, δίκαιον ἔγκαλεῖν ἢ ἀπατήσαντι, ἢ κἄλλον ἤ τους τὸ νόμισμα λυμαινομένους ὅσῳ περὶ τιμιώτερον ἡ χαλκεία. quæ vertit Lambinus. Cum verò illius simulatione in errorem inductus, ac deceptus fuerit, meritò is accusandus est qui fefellit, tantoque magis, quàm qui numos adulterant, quanto in re precioſiore, & cariore maleficium admittitur: quanto igitur si quis ab alio in se verum audeat traducere honorem, cum hic duplex sit crimen est damnandus acerbius. Non uolui digressionem hanc effugere, iustum nanque dolorem temperare difficillimum est, utque uerum fatear, cum collatis operibus furta tam manifesta, & acriora quàm quæ per lancem liciumque fiebant comperio, omnem animi uim aduersus hos impios fraudatores, excandescere compellor, qui prout pudorem honestamque uerecundiam non retinent, quin mi serè ac publicè in hoc detestando flagitio deprehendantur, sic acriter multiplici pœna publicè puniri deberent, ut alij huiusmodi exemplo perterriti proprijs tantum uiribus, ac sudoribus gloriari audeant, tuncque erit uera uirtus qua homines illustrantur. Vtque ad Andream Alciatum reuertar, idem comprobasse uisus est in l. secunda, numero uigesimoprimo, uersic. Non obstat doctrina Bartoli, ff. de uerborum obligationib. post Iasonem ibidem numero nono, uersic. Vltimò circa hanc materiam, dicentem perperam Alexandrum de Imola in dicta l. si ita scriptum, ante numerum quintum, uersic. Vide etiam in materia, Bartoli conclusionem retulisse, quod intuenti uerum uidebitur, ut nec Alexander ab ipso Bartolo dissentiat.

Vnde cum Mediolani fulgẽtia undique duo lumina dictam opinionem comprobent, non amplius insistendum arbitror.

HYPOTHESIS.

Quæſtionem nunquid lex iſta in nepotibus ex grauato teſtamẽti tempore progenitis, quos teſtator inſtitutum habere ſciebat, latiſſimè diſputari: & denique ad nepotum fauorem ipſam terminari: Multasque leges ac nuncupatim d.l.generaliter, §.cum autem, & l.ſicut certi, l. ſi cum vel in vtero, C.de teſtam.milit. di Etamque l. cum acutiſſimi, necnon textum hũc nouiter enodari.

SVMMARIVM.

1 *L.cum auus, ac alia conſimiles leges, nunquid in nepotibus ex grauato teſtamenti tempore progenitis, quos teſtator habere eundem inſtitutum ſciebat, ſibi locum vendicent; Quæſtionemque iſtam latè diſputari, ac pro ſubſtituto tenentes referri, nu.1. alios autem ad fauorem nepotum allegari, num.22. & denique pro nepotibus contra ſubſtitutum benigniorem humaniorem, ac equiorem opinionem amplecti.*

2 *L.generaliter, §.cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit. interpretari; & nu.8. Caroli Ruini, ac etiam Philippi Decij intelligentiam recenſeri; Sed nu. 9. alio ſenſu ornari.*

3 *Generale dictum per ſtrictã rationem non reſtringi, cum ex reſtrictione neme damnum patitur, licet lucrum ceſſet.*

4 *Damnum, patrimonij diminutionem eſſe.*

5 *Subſtitutum ex defectu conditionis aliquo iure nõ priuari: ſed pro non ſcripto haberi.*

6 *Rationes trium iurium ſcilicet d. l. cum auus, dicta l.cum acutiſſimi, C.de fideicommiſſis, & d.l. generaliter, §.cum autem, ex intentione Cornei diſtingui.*

7 *Reſponſa omnia Iuriſconſultorum in libris Digeſtorum inſerta non fuiſſe, ſed ex multis pauca.*

8 *Grauatum ſimpliciter hereditatem poſt mortem reſtituere, verborum ſignificatione ac generalitate inſpecta ſine filius decedat cum filijs, vel abſque filijs grauatum cenſeri: diſpoſitione d. l. cum auus, circumſcripta.*

10 *Subſtitutionem pupillarem in vulgari facta vni filio impuberi comprehendi etiã quòd alteri ſubſtitutum fuiſſet, iuxta Guiſelmi de Cuneo opinionem, quæ tamen à multis improbatur.*

11 *Militis taciturnitatem reſpectu filiorum quos habere ſciebat pro tacita exheredatione alijs ſcriptis heredibus haberi.*

12 *L.ſicut certi, & l.ſi cum vel in vtero, C.de teſtam. milit. ex Ruino declarari; Sed nu. 13. alio ſenſu explicari.*

14 *Donationem ex l.ſi vnquàm, C. de reuoc. donat. per ſupernenientiam liberorum poſtea natorum de quibus donator cogitauit, aut tempore donationis ſuſceptorum non reuocari. Ipſamque l.ſi vnquam, explicari, nu. 15.*

17 *Donationem factam eccleſiæ ob filiorum ſuperneuientiam in totum non reuocari, ſed ſolum quo ad legitimam. Idemque in filio, nu. 16.*

18 *Ius ex vltima voluntate quærendum facilius tolli, quàm ex contractu quæſitum: Debiliusque ius vltimæ voluntatis eſſe, quàm contractus, qui ex duorum conſenſu procedit, & ſine quo regulariter non diſſoluitur, & nu. 19.*

20 *L.tale pactum, in fin. ff. de pact. ex Carolo Ruino, Andr. Alciato, & Lancell. Galiaula declarari, ac num. 30. & 32.*

21 *Voluntatem, mentemque teſtatoris tripliciter à lege ſecundum Io. Petrutium de Monte Sperello, & Benedictum Capram illuſtres Doctores Perusinos, interpretari.*

23 *Natos magis, quàm naſcituros diligi.*

24 *L.cum auus, enodari.*

25 *Voluntatem teſtantis ob eius negligentiam non ſuppleri.*

26 *L.cum acutiſſimi, C.de fideicom. intelligi.*

27 *Priorem in gradu cenſeri prædilectum.*

28 *Diſpoſitionem cum ad illã deducendam plures cauſæ finales concurrũt vna deficiente nõ corruere.*

29 *L.cum auus, rationem vnam eſſe ad conditionem ex ea tacitè ſubintelligendam.*

30 *L.cum auus, præſumptionem ſiue coniecturam, cõtraria præſumptione ſubmoueri.*

31 *Argumentum ex d.l.tale pactum, §. fin. deſumptũ non ſemper procedere.*

33 *Legatum Principi ſub nomine dignitatis relictum ad quemlibet eius ſucceſſorem tranſire.*

34 *L.ſi vnquam, C.de reuocan.donat. diſpoſitioni, patrem renunciare ſecundum vnam opinionem non poſſe, ſed ex communi opinione aliud concludi, nu. 35.*

36 *Liberos in conditione tantum poſitos, vocatos non eſſe.*

38 *Interpretationem faciendam eſſe in benigniorem partem, etiam ſi contraria rigoroſa opinio fortior eſſet, & pro humaniori iudicandum.*

39 *Legitimum eſſe aliquem, non ſpurium in caſu dubij aſſumi.*

40 *Conſtitutionem declaratoriam ſeu confirmatoriã, omnes declarationes, ampliationes ac limitationes conſtitutionis declaratæ recipere.*

41 *L.cũ auus, conditionem multo magis in natis nepotibus tacitè ſubintelligi, ſi teſtator Iuriſperitus fuiſſet.*

42 *Conditionem prædictam ex l.cum auus, tacitè nõ ſubintelligi, vbicunq. teſtator natos nepotes odio habuiſſe coniecturis probaretur.*

43 *Conditionẽ tacitè ex eadem l.cum auus, non ſubintelligi in natis nepotibus quos teſtator grauatum filium habere ſciebat, ſi ſubſtituẽs miles fuiſſet.*

44 *Conditionem eandem tacitè in natis nepotib. ſubintelligi, cum fideicommiſſum vniuerſale eſſet, ſecus ſi particulare.*

45 *Conditionem ipſam ex d.l. cum auus, non intelligi in natis liberis, ex naturali tantum filio ſuſceptis.*

46 *Conditionem prædictam tacitè in natis filijs generaliter non ſubintelligi, vbi ex alijs coniecturis intentio teſtatoris contraria elici poſſet.*

47 *L. cum auus, conſimiliumque iurium diſpoſitionem procedere conditionemque ſi ſine filijs deceſſerit tacitè ſubintelligi, etiam ſi teſtamentum ſecundum conſilium Galli, vel legis Velleia conditum reperiretur.*

CAP. VI.

POST duas Bartoli quæſtiones alia valde notabilis & quotidiana per Raphaelem Cumanum ſubtiliter ſuper hoc reſponſo excitata ſubſequitur; Teſtator habens filium quem inſtituit, & nepotes natos ex filio tempore teſtamenti quos ſe habere ſciebat, inſtitutum filium de reſtituendo hæreditatē poſt mortem grauauit, dubitatur an dicti nepotes faciant ex hoc textu, & ſimilib. fideicommiſſum deficere? hæc quæſtio adeo intricata & perdifficilis eſt, vt dixerit Iaſon in d. l. generaliter, §. cum autem, ipſam Imperatoria deciſione egere. Et quòd huiuſmodi leges in natis† nepotib. non procedant, tenuerunt Ludouicus Roman. conſil. 370. In propoſita conſultatione, columna prima, poſt num. 3. verſic. Ex quibus manifeſtiſſimè, vbi Horat. Mandoſ. in addit. qui hāc opinionem paucis Doctoribus relatis verioré, & magis communem eſſe arbitratur, Andreas Barbat. in d.l. cum acutiſſimi, in 1. artic. verſic. Nihilominus credo, dicens Raphaelem Cumanum malè contrarium conſuluiſſe, ibique per duodecim fundamenta ita cōcludit, rurſus Barbatias in cap. Raynaldus, colum. 6. verſ. Faciat etiam, extra de teſtam. & in cap. in præſentia, colum. 71. & 72. verſic. Sed mihi videtur, extra de probat. Vincent. Hercul. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, colum. 12. cum ſeq. ff. ad Trebell. Socin. hic, columna 46. in fin. verſic. Et iſta opinio ſemper mihi placuit, qui poſtquam dixit ſe pro hac opinione reſponſum dediſſe, vt re vera conſuluit, ſubdit etiam cum eo idem ſenſiſſe Baldū Nouellum referentem aliàs ſe pro hac parte cō ſuluiſſe, & ita in quæſtione de facto reſpondiſſe inſignes Doctores optimi iudicij ac timoratæ conſcientiæ D. Io. Petrutium de Monte Spe rello, & Domin. Benedictum Capram de Peruſio, Dec. in d.l. generaliter, §. cum autem, col. 4. in 1. limit. verſic. Nunc regula, vbi etiam Petrus Philipp. Corneus, Aym. Crauett. in l. 1. numero 194. ff. de leg. 1. Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Filios non habens, C. de reuoc. donat. Ferdinand. Vaſq. in auth. vnde ſi parens, num. 19. verſ. Et cum quaritur, C. de inoffic. teſtam. Emanuel Coſta in rep. c. ſi pater, in 1. par. in verb. Si abſque liberis, num. 9. verſic. Neque huic declarationi, magis communem & veriorem opinionem eſſe affirmans, de teſtam. in 6. Antonius Corſett. in ſing. in verb. Subſtitutio, Alex. Trētacinq. in trac. ſubſt. fol. 44. Ant. Gab. Roman. lib. 4. de fideicom. concluſ. 2. num. 37. in 1. limit. eandemque opinionem in puncto iuris veriorem eſſe cum fundetur fortioribus fundamentis, & rationibus, ipſamque iudicādo, & conſulendo ſe obſeruaturum licet plures Doctores videantur contrarium tenere, dicit Anton. Gomeſ. in commentar. varijsque reſolut. iuris ciuilis, tomo 1. cap. 5. de fideicom. ſubſtit. ante num. 37. fol. 59. verſ. Sed his non obſtantibus, vbi profitetur hunc articulum magiſtraliter ac perfectè determinare, denuo Socin. ſen. conſ. 191. Licet difficultates diſcutiendæ, col. 6. verſ. Sed ad prædicta, lib. 2. aſſerens interpretationem iſtam magiſtralem non eſſe, & à Doctoribus traditam, ſed Imperatoriam, iudicemque nullo modo erraturum pro hac parte iudicantem, Dec. conſ. 284. Viſo puncto, col. pen. n. 11. verſ. Et ad hoc videtur, conſ. 365. Viſo conſilio Excellentiſſimi Doctoris D. Bartholom. Socini, col. 2. num. 4. verſ. Et ad hoc facit, conſ. 366. Pro declaratione, col. 3. nu. 6. verſ. Et pro iſta limitatione, conſ. 391. In caſu propoſito, col. 1. n. 2. verſ. Nec huic concluſioni, conſ. 416. In teſtamento, col. fin. ante nu. 19. verſ. Vlterius etiam, & conſil. 581. Viſo puncto controuerſiæ, col. 2. nu. 3. verſ. Secundò ad l. cum auus, dicens quòd licet articulus ſit diſputabilis, tamen opinio Ludouici Romani videtur verior, Stephanus Bertrand. conſ. 212. Punctus quæſtionis, col. 2. lib. 3. Curt. iun. conſ. 33. Præſupponitur in facto, num. 5. cum ſeq. Pariſ. conſ. 19. Ad reſolutionē, col. 10. nu. 99. verſ. Prout etiam, lib. 2. Soc. iun. conſ. 100. Præſupponitur in facto, num. 11. verſ. Secundo præſuppono, & infra lib. 1. & cōſ. 128. Præſentis conſultationis materia, col. 16. nu. 93. verſ. Non obſtat, dicens iſtam opinionem plures alios doctiſſimos viros tenuiſſe, ad metiuaque Socini reſponderi non poſſe, iudicemq; ita iudicantem non errare, eod. vol. 1. & reſponſum iſtud reddidit communicato maturo conſilio, cum acutiſſimo Iuriſconſulto D. Claudio Ptolomæo Senenſi, cui quidē reſponſo plures ſubſcriptiones eruditorum Doctorum acceſſerunt eandem ſententiam intrepido animo comprobantium, cum Socino enim iuniore ibi pertranſeunt D. Hormannotius de Detis Iuriſconſultus Florentinus, & aduocatus Conſiſtorialis ſecundo ſubſcribens, de magis cōmuni atteſtans, numc-

numero 204. uerſic. Ex qua ratione infertur, pluribus ſimilibus illam comprobans uſque ad num.208. D. Vincentius Herculanus in 4. ſubſcriptione poſt num.214. referens ſe ad tradita in d.§.ſi quis rogatus, D. Camillus Ballionis, q uintò ſubſcribens, num.216. D. Bonifacius de Elephantutijs Bononienſis, num.218. D. Ioan. Franciſc. Calcaneus de Corrigio in 7. ſubſcrip. num.221. vſque ad num.235. D. Coſmus Paſethus de Pijs de Ferraria in 8. ſubſcript. D. Ludouicus Catus, & is Ferrarienſis in 9. ſubſcrip. nu.239. D. Vincentius Saluiolus de Ocha Bononienſis in 10. ſubſcript. num.247. D. Anton. de Burgos in 11. ſubſcript. poſt num.256. & D. Antonius de Stroczis aduocatus Florentinus in eius 3. ſubſcript. num.211. verſ. Quibus non obſtantibus, eidemque conſilio vltra præcitatos ſubſcripſere ſe Cure. iunior, Melchior Baldaſſinus, Bernardinus Beneuolētius, Nicolaus Piccolomineus, & alij complures, Carol. Ruin. conſ.122. Conſideratis diligenter, col.2. verſic. Quia illa locum habent, lib. 3. & Hieronymus Grat. conſ.9. Viſo teſtamento, col. pen. nu.27. lib.2. dicēs iſtam partem ſemper ſibi veriorem viſam fuiſſe, videturque eſſe de intentione Petri de Anchar. conſ.46. Prima facie videretur dicendum, in princ. verſ. Ex quo ſequitur, ac etiā de mente Angeli conſ.108. Iſta quæſtio, col.2. verſic. Venio ad ſecundum, in fin. prout ambos ponderat & citat ad hoc propoſitum Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. vol. lib.10. tit. 8. ſub num.22. quamuis parum ſtringant, Ioan. Saporell. hic, facie 14. verſ. Præterea ad inſtitutum legis noſtræ, Anton. de Padill. in d.l. cum acutiſſimi, ante num.20. verſ. Hāc opinionem, dicens illam diu à ſe Salmanticæ publicè probatam, libēter itaque illic ſequi, ſibique magis communiter receptam videri, quam etiam ſequuntur, Tiberius Decian. conſ.42. Primò conſiderando verba, col.2. num.6. lib.1. Riminald. iun. conſ.50. Annis elapſis, col.15. num.61. verſ. Non obſtat inſuper, & num.62. verſ. At vbi teſtator, lib.1. conſ.46. Duo ſunt fideicommiſſa, col.15. num.58. verſ. Prout etiam, cod. vol. conſil.252, Magnificus D. Ludouicus, nu.66. cum ſeq. lib.3. vbi de magis communi teſtatur, conſil.458. Oſtendam conſilium, num.114. verſic. Vlterius in quantum, lib.4. & conſ.537. Quòd illi, n.39. vbi pariter de magis communi, lib.5. & Oddus conſ.97. Bened. Mariotti, col.2. n.2. & 5. crebriorē eſſe affirmat, licet ipſe diſcrepet.

Mouentur ad id dicendum ex pluribus, ſed vrgentiora tantum in medium afferam, Primò per tex. in d.l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit. dum dicit, Nulla liberorum ex his protreandorum adiectione habita, & ibi, Si is qui ſubſtitutione prægrauatus eſt, pater efficiatur: & infra, Et libros, ſuſtulerit, ac rurſus, Et intelligentem non eſſe veriſimile patrē ſi de nepotibus cogitauerit talem feciſſe ſubſtitutionem: ex quibus verbis colligitur conditionem illam, liberorum poſtea natorum fauore ſubintelligi de quibus teſtator non cogitauit, decus reſpectu natorum de quibus tanquam cognitis cogitauit, quos in conditione poſuiſſet ſi voluiſſet, arg. l. vnicæ, §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen.

Huic textui qui valde vrget, & in iſta quæ-
2 ſtione negocium facit, multipliciter † reſpondetur, Primò quòd etſi referēdo dictum Papiniani videatur ibi, Iuſtinianus in dicto ac ratione de filijs naſcituris de quibus cogitatum nō fuerat, diſponere, in eius tamen decīſione generaliter loquitur, Quòd non aliter ſubſtitutio locū habeat, niſi rogatus ſine iuſta ſobole deceſſerit, cumque Imperator procedat ampliādo, & pinguius Papiniani reſponſum interpretando, vt ibi, Hoc latius & pinguius interpretandum eſſe credimus, generale dictum generaliter intelligē dum eſt, tam de natis teſtamenti tempore, quā de naſcituris, & tam de ijs de quibus fuerat co-
3 gitatum, quàm de alijs, dictum enim † generale per rationem ſtrictam non reſtringitur, cum ex reſtrictione nemo damnum patitur, licet lucrū ceſſet, l. proſpexit, ff. qui & à quibus, & tradunt Bart. ac Bald. in l. non dubium, C. de legib. Bar. in l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patron. Andr. Alciat. in l. nominis & rei, ante fin. ff. de verbor. ſign. ſed ſubſtitutus nullum damnum patitur, nam bona reſtituenda non fuerunt ſua, damnſi-
4 que diminutio † patrimonij eſt, l.3. ff. de damn. infect. differuntque damnum pati, & lucrum āmittere, l. fin. C. de codicill. l. Proculus ait, d. tit. de damn. infec. l. profectitia, §. ſi pater, ff. de iur. dot. & l. fin. propè fin. C. de acquir. poſſ. Accedēte nam defectus conditionis non facit quem
5 priuari aliquo iure, ſed pro non ſubſtituto † haberi, l. pecuniam, ante fin. ibi, Perinde eſt enim, ff. ſi cert. pet. l. neceſſario, §. 1. ff. de peric. & com mod. rei vend. inter quæ longa eſt differentia, l. 1. §. fin. ibi, Non quaſi adempta (quoniam hæreditas ſemel data adimi facile non poteſt, ſed quaſi nec data, ff. de ijs quæ in teſtam. delen. ac l. ſi ita ſcriptum, & quod ibi not. in gloſ. 3. ſuper verb. ipſo iure, de leg. 1. & in indiuiduo ita tradit ex dictis iuribus Paul. de Caſtr. conſil.292. Circa primum dubium, colum.2. verſ. Item teſtator priuatur, lib.2. in nou. quem ſequitur Iacob. Mandell. Albenſ. conſ.86. Quòd D. Franciſcus, num.8. verſ. Operatur tamen, igitur non debet reſtrictionem textus iſte pati, ad amplian dum progrediens, arg. l. legata inutiliter, d. tit. de leg. 1. cum ſimil.

6 Secundò ex mente Corneī † præmittendum eſt, in quolibet trium iurium quę de hac ſubintellecta conditione loquuntur, diuerſam, variā-

què aſſignari rationem, in hac quidem l. cum auus, quòd minus ſcriptum quàm dictũ fuerat inueniretur, in l. cum acutiſſimi, Ne videatur teſtator alienam ſobolem propriæ præferre, & tamen in ipſa l. cum auus, alienam ſobolem propriæ minimè præponebat, ſubſtitutus enim teſtatoris filius fuerat, vt in ratione apertiſſimè differant. Vlterius in d. §. cum autem, alia quoque ratio aſſignatur, Quia nõ eſt veriſimile &c. quæ nec conuenit cum eadem ratione quam in hocmet reſponſo Papinianus affert. Denique in d. l. cum acutiſſimi, & d. §. cum autem, Papiniani reſpõſum, caſu quo pater filium inſtituit eumque poſt mortem onerauit refertur: ſed tamen in eadem l. cum acutiſſimi, eiuſdem Iuriſconſulti dictum in filio loquens inter cætera ad nepotem inſtitutum hæredem poſt mortem q. oneratum extendit, vt non poſſimus dicere filij appellatione nepotem ibi comprehendi, ac proinde fatendum eſt in illis aliud Papiniani reſpõſum enunciari, quàm iſtud huius contextus, vbi filium ac nepotem ex altero filio auus inſtituerat, nepotique filium cohæredem poſt ipſius mortem ſubſtituerat, licet gloſſ. 1. dictæ l. cum acutiſſimi aliud ſentiat: Vnde quamuis apud nos aliud Papiniani reſponſum non appareat, quàm in hac l. cum auus, expreſſum, non ſequitur quin aliud non reddiderit, cum non omnia
7 Iuriſconſultorum † reſponſa in libris Digeſtorum fuerint conſcripta, ſed ex multis pauca, l. 1. & 2. C. de veteri iure enucl. vt concludendum videatur quamlibet rationem in ſuo caſu militare, vnam ſcilicet, l. cum acutiſſimi, cum aliena ſoboles ſubſtituitur, aliã huius contextus, quando de filijs cogitauit, tunc enim dixiſſe præſumitur: aliam demum dicti §. cum autem, cum de filijs non cogitauit, quod vt plurimum in filijs naſcituris contingit.

Tertiò Carolus Ruinus reſpondebat, & quidem ſubtiliter, præmittendo quòd cũm pater grauat filium ſimpliciter hæreditatẽ poſt mortem reſtituere, ex verborum generalitate ipſorumque ſignificatione grauatus intélligitur ſi-
8 ue cum filijs † deceſſerit, ſiue ſine filijs, & ſic in omnem euentum poſt mortem filij ſubſtitutus vocatus cenſetur, probaturque ex traditis per Bart. in l. centurio, verſic. Quæro vtrum ſubſtitutio facta per verbum commune, ff. de vulg. & pupill. dum ſcribit, verba illa, ſi deceſſerit ſine filijs in vita teſtatoris, & poſt mortem, ante teſtamentum, & poſt intelligi: Sed quia per Papinianum in tali ſubſtitutione facta filio ſubauditur conditio, ſi deceſſerit ſine filijs, vt hic dicitur, verba hinc ad vnum caſum reſtringuntur, quæ etiam ſui natura alium comprehendebant. Textus ergo in d. §. cum autem (Ruinus inquit) non ſenſit quòd ſi teſtator cogitauerit de liberis filij in ipſo actu per quem illi ſubſtituit, conditio non debeat ſubintelligi (vt multi arbitrantur) ſed magis cõtrarium, dum enim in textu dicitur, Intelligentem non eſſe veriſimile patrem ſi de nepotibus cogitauerit talem feciſſe ſubſtitutionem, dicere voluit ac dixit, quòd ſi pater de nepotibus cogitauerit, veriſimile non eſt talem ſubſtitutionem feciſſe, ideſt quòd talem facere voluerit, prout verba ſonãt, quæ ſcilicet comprehendant omnes dictos caſus. Et ideo verborum ſignificatio per ſubauditionem dictæ conditionis, ad vnum caſum ex mente teſtatoris reſtringitur, non tantum ſi de liberis non cogitauit, ſed etiam ſi de illis cogitaſſet: & ſic textus noluit dicere, quòd teſtator veriſimiliter talem ſubſtitutionem non feciſſet ſi de liberis cogitaſſet, & quòd illos in conditione tunc veriſimiliter poſuiſſet, vt aliqui intelligunt, inferendo quòd ſi de liberis cogitauit, in conditione poſiti tacitè non intelligantur. Non enim textus interpretatur, quid fuiſſet facturus teſtator ſi de liberis cogitaſſet, ſed quid tunc fecerit: iſtudque clarè videtur elici ex l. ex facto, in princip. de vulgari, & pupill. ſubſtitutio. vbi habetur ſubſtitutionem exemplarem liberorũ ſuperuenientia reuocari, Quia (dicit Paulus Iuriſcõſultus) veriſimile non eſt patrem aut Principem de hoc caſu cogitaſſe, vt eum qui poſtea naſceretur exhæredaret: quæ verba ſignificant, quòd etiam ſi pater de filijs naſcituris cogitauerit, non tamen ſit veriſimile, quòd in caſu ſuperexiſtentium liberorum ſubſtitutionem locum habere voluerit, tanquam de hoc caſu cogitatum non fuerit, ſtant enim ſimul, quòd pater de liberis cogitauerit, & tamen non cogitauerit ſubſtituere, ac prouidere eo caſu quo liberi extent: & ſic aliud eſt de liberis ſimpliciter cogitare, aliudque cogitare de diſpoſitione in caſu quo liberi extent: Vnde & in caſu d. §. cum autem, non cogitauit pater in caſu exiſtentium liberorum ſubſtituere, quàmuis de liberis cogitauerit; Et ultra Ruinum idem uidetur innuere Decius conſilio 391. In caſu propoſito, columna fin. uerſiculo, Succeſſiuè non obſtat.

9 Quartò poſſet fortaſſe reſponderi, † Imperatorem in dict. §. cum autem, procreandorum liberorum meminiſſe, non ut natos liberos excluderet, ſed ut caſum magis dubitabilem, ac fortiorem in liberorum fauorem, & reſponſi Papiniani ampliationem exprimeret, cum enim tacita conditio hæc erga liberos pietatis coniectura ſubintelligatur, non eſt dubium pietatis affectum parentes, magis in natos quàm naſcituros incendere, & propterea minus de naſcituris, quàm de natis liberis cogitare: decidendoque duriorem caſum, textus iſte contrarium potius, quàm id pro quo allegatur diſponit: quòd potiſſimum conditio hæc in natis

ſubin-

ſubintelligatur, à maioritate prędilectionis, pie
tatis, ac cogitationis arguendo, attenta huius
contextus ratione ac medulla, tanquam ob pie-
tatis coniecturam plus dictum, & minus ſcri-
ptum fuerit: aliaque ratione d.l. cum acutiſſimi
ne videatur teſtator alienas ſucceſſiones pro-
priæ anteferre; Cæterum principium dictæ l. ge
neraliter, ibi, Cui enim ferendus eſt intellectus
ſi forſitan teſtamentum quidem non fecerit, po
ſteritatem autem habuerit, propter huiuſmodi
verborum anguſtias liberos eius omni penè fru
ctu paterno defraudari, cum d. §. cum autem,
coniungendo, non aliud ex mente Imperatoris
dici poteſt, cum non ſit ferendus intellectus, ſi
forſitan de liberis pater cogitauerit, quos tem-
pore conditi teſtamenti habuerit, & ſi aliquo
accidenti diſponendo non cogitauerit, vt puta
mortis cogitatione commotus, iuxta l. hac con-
ſultiſſima, §. at cum humana fragilitas, C. qui
teſtam. facere poſſ. propterea natos liberos pa-
terna hæreditate priuari, extraneumque ſubſti
tutum admitti. Ad hocque plurimum facere vi
10 detur quod in ſimili caſu † conſiderat Guliel-
mus de Cuneo maximus Doctor in l. precibus,
C. de impub. & al. ſubſtit. vbi quærit, quid ſi pa
ter duos habens impuberes filios vni vulgari-
ter ſubſtituit, & alteri pupillariter, an in vulga-
ri inſit pupillaris, & videbatur quod non, con-
ſtat enim ex pupillari quam vni ex filijs impu-
beribus fecit de ea cogitaſſe, ergo nō dicitur in
vulgari facta alteri ineſſe, ceſſat enim ratio pro
pter quam ineſſe ſolet, ſcilicet quia præſumitur
quòd ſi de pupillari teſtator cogitaſſet illam fe-
ciſſet: contrarium tamen determinat, per tex. in
l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. ad contra-
riamque rationem reſpondet, potuiſſe d. ſubſti
tutionem in perſona alterius omittere mortis
cogitatione turbatum, d. §. at cum humana fra
gilitas. Et quamuis diſputatiuè Bulgarinus Se
nenſis in Diſput. incip. Sempronius condidit te
ſtamentum in 6. dubio, colum. vlt. & pen. opin.
Gulielmi de Cun. proſternere conetur: ipſum-
que ſequantur Dec. conſil. 315. Superioribus
diebus, nu. 3. Vdalric. Zaſ. in tract. ſubſtitutio-
num, tit. de ſubſtit. vulg. verſ. Eſt & aliud exem
plum, fol. 577. ſecūdum Lugdunenſem impreſ-
ſionem, & Alexand. Trentacinq. in cod. tract.
in 1. part. cap. 11. num. 6. Franc. Rip. in l. 1. num.
171. ff. de vulg. & pupill. Socin. iun. conſ. 100.
Præſupponitur in facto, num. 14. libro primo,
dicens Bulgarinum præcitatum inſignem Do-
ctorem fuiſſe, & olim acutiſſimum eius diſcipu
lum nominari per Socin. ſen. conſil. 92. In cau
ſa Domini Antonij, in princ. lib. 3. rurſus Ma-
rian. Nepos conſil. 128. Præſentis conſultatio-
nis materia, num. 63. & 65. eod. volum. vbi Cu
nei opin. vti inſulſam ſubuertere molitur, &
Fran. Mant. in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit.
4. nu. 2. & tit. 14. nu. 25. Tamen opin. prædictā
Gulielmi comprobant, Alex. in d. l. iam hoc iu-
re, nu. 7. Socin. ſen. in d. l. 1. col. 61. verſ. Decimo
& vltimo limita, & Car. Ruin. conſ. 131. In the-
mate proponitur, nu. 6. lib. 3. dicens quòd etſi
Bulgarinus hoc dictum impugnare conetur, cō
munes intellectus ad d. l. iam hoc iure, impro-
bando, tamen quia ſuus intellectus ad eandem
legem non recipitur, ſed intellectus Bart. ſecun
dum quē inductio Gulielmi procedit, ideo de
eius contradictione in conſulendo, & iudican-
do parum eſt curandum, nec ab opin. Cunei re
cedēdum, cumq. pro hac parte autoritas quat
tuor illuſt. Iuriſconſ. adſit, & de Philip. Dec. in
prælleg. conſil. non ſit aliter eruandum, poſt-
quam eius dictum in ſola autoritate Socin. ſen.
in d. l. 1. fundare audet, qui non per tranſennā,
ſed lippis oculis Socin. ibi contrarium conclu-
dentem inſpexit, nō erit apud graues viros hæc
Cunei opinio fortaſſe contemnenda; Porro ſi
viam impiā in caſu præcedenti Imperator ob-
ſtruxit, ibi, Viam itaque impiam obſtruentes,
non eſt præſumendum iniquitatem quandam
illico contra eoſdem liberos inducere voluiſſe:
in ſui robore firmitateque alijs rationibus per-
manentibus, quæ ad natorum fauorem paſſim
ſuper hac quæſtione inducuntur. Nec ſequitur
liberi extant, ergo de ijs pater cogitauit, minus
ſequitur de liberis cogitauit, ergo pro diſpoſi-
tione inducenda cogitauit, vt Carol. Ruin. ſe-
riosè conſiderabat.

Secundò per tex. in l. ſicut certi, & in l. ſi cum
11 vel in vtero, C. de teſt. mil. vbi ſi miles † ſcit fi-
lios ſe habere, & non inſtituit, illos excludere
exhæredareque videtur. Et per hæc iura dicunt
Doct. in auth. ex cauſa, C. de liber. præter. ac in
l. 1, ff. de iur. codill. in terminis illius Authenticę
legata conſeruari reſpectu natorū quos ſciebat
ſe habere præteritorū, nō reſpectu naſcituroru
quos habere ignorabat, vt hic Socin. refert.

His iuribus ex eodem Car. Ruin. reſponde-
12 tur, quòd ibi filius ſcienter † præteritus fuit ex
cluſus, iſtudque certum ex eo reddebatur, quia
alter erat vniuerſaliter inſtitutus, per cuius in-
ſtitutionem, & incluſionem priuatio, & exclu-
ſio præteriti neceſſario ſequitur, l. cum Prætor,
de iud. Sed in propoſito quāuis liberi iam na-
ti non ſint in conditione poſiti, & ſecundū ver-
borum generalitatem excluſi videātur, cum ta-
men verba ex veriſimili mente defuncti poſſint
ad caſum non exiſtentium liberorum reſtringi,
ideo ad caſum ex quo liberi excluſi non rema-
neant fir reſtrictio, quę & omnis alia interpreta
tio quo ad hunc effectum non poteſt in d. legi-
bus locum habere. Procedunt etiam iura præ-
dicta militis fauore, vt not. Dyn. in l. cum pater.
§. cum æſtimaret, ff. de leg. 2. Ang. in tract. de
teſtam. gloſſ. 71. in fin. nu. 9.

Ne

Ne autem vno collyrio omnia extricare videamur, intimius iura iſta attingendo conſide-
13 randum eſt, † non tantum abſoluto, ac ſimplici militis fauore ibi inductum eſſe ad eius teſtamentum conſeruãdum, quòd ſilentium militis notam tacitæ exhæredationis filio quem miles habere ſciebat imprimat, atque infligat, alijs ſcriptis hæredibus, ſed in odium etiam filij exhæredati. Quamuis enim lex in milite expreſſionem cauſæ exhæredationis non requirat, ſed eius ſilentium ſufficiat, tamen præſumendum eſt patrem militem ſine cauſa eius filium nunquã exhæredaturum: vnde lex attenta militis voluntate ex eius ſilẽtio elicita, in odium præſumptæ cauſæ exhæredandi ita diſpoſuit: in propoſito autem non ſolum erga nepotes odium recedit, ſed de ipſorum mero fauore agitur, omni prorſus odio, reſpectu etiam ſubſtituti recedente: vt non veniant eadẽ iura concludenter ad propoſitum hoc alleganda.

Tertiò inducitur text. in l. ſi vnquam, C. de reuocan. donat. iunctis traditis per Bart. in l. Titia, §. Imperator, num. 8. verſic. Quando quis cogitat expreſſe, ff. de leg. 2. vbi licet per ſuper-
14 uenientiam † liberorum donatarius excludatur, ob rationem d. l. cum acutiſſimi, vt ibidem patet in gloſſ. liberi tamen poſtea nati de quib. teſtator cogitauit reuocationem nõ operantur, nec minus donationis tempõre progeniti.

Sed obſtare nõ videtur, cum in actu contrahendi magis de liberis cogitatum præſumatur, quàm in actu teſtandi, ac ſubſtituendi, poſteriori etenim caſu facilius potuit teſtator immemor eſſe mortis cogitatione commotus, d. l. hac conſultiſſima, §. at cũ humana fragilitas, quæ ratio priori caſu ceſſat, hincque ius accreſcendi in vltimis voluntatibus locum ſibi vendicat, ſecus in contractibus.

Præterea plenior fauore liberorum grauati
15 filij † contra ſubſtitutum interpretatio fit, quã contra donatarium, ſubſtitutus enim per ſuperuenientiam liberorum in totum excluditur, vel extraneus ſit, vel teſtatoris filius, vt in hoc contextu: & tamen donatio ob liberorum ſuperuenientiam tunc ſolum in totum reuocatur, cum donatarius eſt extraneus, d. l. ſi vnquam, ſi verò donantis ſit filius quo ad legitimam tantum de-
16 bitam † filio nato poſt donationem reuocatur, l. ſi totas, C. de inoffic. donat. vbi gloſſ. ordinaria, & communiter Doctores, & per Bart. in d. §. Imperator, ibique Paul. de Caſt. Io. de Imo. Raph. Cuman. & frequenter alij, idem Bart. in l. 1. d. tit. C. de inoffic. donat. vbi Ang. & Caſtr. Abb. in cap. fin. de donat. vbi cæteri. Donatio
17 inſuper facta Eccleſiæ † in totum non reuocatur, ſed quo ad legitimam tantum per liberorũ ſuperuenientiam, cap. placuit, 17. q. 4. gloſſ. & Doct. in d. c. fin. de donat. Bart. in d. §. Imperator, nu. 6. verſ. Quid ſi donatio eſt facta vni mõnaſterio, & tamen ſi Eccleſia ſubſtituta fuerit per liberorum ſuperuenientiã in totum excluditur, ſecundum Bald. Paul. de Caſtr. & alios Moderniores communiter, in d. l. cum acutiſſimi, quos refert, & ſequitur Socin hic, col. 20. cũ ſeq. & ſic de donatione ad ſubſtitutionem argumentum ſumi non poteſt, ratioque diuerſitatis colligitur, nam vt ibidem Socin. ipſe inquit, ſa-
18 tilius ius quærendum † tollitur ex vltima voluntate, quàm ius ex contractu quæſitum, l. ſi ſponſus, §. ſi maritus, de donat. int. vir. & vx. & tradit Bald. in l. pupillorum, ante num. 3. C. de repud. vel abſtin. hæredit. debilius enim ius eſt vl-
19 timæ voluntatis, quã contractus, qui † ex duorum conſenſu nititur, l. 1. ff. de pact. & ſine quo regulariter non diſſoluitur, l. ab emptione, C. eod. tit. ſecus in teſtamento, l. ſi quis in princip. de leg. 3.

Vltimò dicebat Carol. Ruin. quòd donatarius ſibi proprio facto quæſiuit, ideo ius ſuum eſt potẽtius iure ſubſtituti, cui ex ſola defuncti voluntate acquiritur, vt not. gloſſ. in l. ſi vxorẽ, C. de condit. inſert. & in §. ex conditionali, Inſtit. de verb. oblig.

Quartò Socin. multum vrgere dicit text. in l. tale pactum, in fin. ff. de pact. vbi pater qui dotem pro filia promiſerat, pactus fuerat, vt poſt mortem ſuam in matrimonio ſine liberis defuncta filia, portio dotis apud hæredem fratrẽ ſuũ remaneret: deciditur quòd ſi tempore pacti pater alios filios non habebat, & poſtea filios ſuſceperit, & hæredes, dicta conuentio effectum non ſortiatur, vt patet in text. ibi Et illo tempore quo pater alios filios non habuit, in fratrem ſuum iudicium ſupremum contuliſſe: vult igitur quòd ſi filios habuiſſet, virtute ſtipulationis frater vocaretur, ſuperexiſtentia filiorum ſtipulatoris non obſtante.

Huius quoque textus inductioni ex eodem Ruino reſponderi poteſt, vt d. deciſio procedat
20 etiam † ſi filij tempore pacti nati non ſuiſſent, vt colligitur ex notatis per Bald. in d. l. cum acutiſſimi, in fin. poſt num. 13. vbi pro filijs iam natis in quæſtione de qua ibi per eum, hunc textũ allegat: & probatur quia in textu dicitur, q̃ ſic actum eſt, vt hæredibus conſulatur, & propterea nõ refert vtrum filij ſint tunc, vel poſtea nati dummodo hæredes exiſtant, & in fine ponderatur, quòd filij nati non ſint, nõ quidem ad effectum de quo agitur, ſed ad hoc vt iudicium collatum in fratrẽ, quia fuit hæres nominatus, effectum conſequi poſſit, aliàs enim teſtamentum natiuitate poſthumi prẽteriti rumperetur, l. vxoris abortu, C. de poſthum. hæredib. inſtit.

Sed Andr. Alciat. clarius dicebat ad iſtum text. quòd ibi fratris mentio demoſtratiuè addita erat, cũ crederet ſtipulator fore, vt is eſſet hæres:

hæres : vnde ſuſceptis poſtea *filijs ipſi* agunt, quia pacti verbis non excluduntur, cum hæredes ſint: non ergo is caſus poteſt omnino omiſſus dici, & ſi Accurſius ex eo reſponſo generaliter cenſeat id pro ſtatuto habendum, quod veriſimiliter conſtitutum fuiſſet, ſi de eo quæſitum foret : idemquem ſenſit Lancell. Galiaul. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 21. ff. de liber. & poſthum.

Quintò ex intentione Ioan. Petrutij de Mõte Sperello, & Benedicti Capræ illuſtrium Iuriſconſultorum Peruſinorum ſubtiliter animad
21 uertendum eſt, aliquando iura † circa ea quæ à principio per teſtatorem veriſimiliter cogitata fuerunt eius mentem interpretari, dum ob dubietatem, vel obſeruantiam verborum clara intentio non habetur, & iſto caſu à proximis non à remotis ad fauorem ſuperexiſtentium filiorũ interpretationem procedere, vt contra verborum proprietatem ſæpè etiam interpretetur, l. ſi is qui ducenta, §. item ſi ita, ff. de reb. dub. ibi Non ſatis volũtatem ſuam declarauit, ad idem l. generaliter, in princip. C. de inſtit. & ſubſtit. l. Lucius, ff. de hæredib. inſtit. Aliquando verò teſtantis voluntatem longius deducere, & à remotis interpretari, ſcilicet circa ea quæ à principio per teſtatorem cogitata non fuerunt, præſumitur tamen quòd ſi cogitaſſet ita prouidiſſet, l. iã hoc iure, ff. de vulg. & pupil. & quod ibi per Bar. vbi ex iſta interpretatione tacita vulgaris, in expreſſa pupillari cõtinetur, & è cõtra: tuncq. iſtã coniecturã quæ teſtantis intentionem interpretatur ſi cogitaſſet, tolli cum aliqua in contrarium coniectura conſpicitur: proinde cum mater eſt in medio in expreſſa vulgari tacitam pupillarem non includi, l. fin. d. tit. C. de inſtit. & ſubſtit. l. precibus, C. de impub. Vt idem ſit in his terminis dicendum, cum valdè à remotis interpretatio ſumatur, quod teſtator de liberis non cogitauerit, & ſi cogitaſſet talem ſubſtitutionẽ ſe non facturum fuiſſe, d. §. cum autẽ, Ex quibus infertur, hanc l. cum auus, dum dicit q minus ſcriptum quàm dictum fuerit inueniretur, veriſimiliter intelligi ſi hunc caſum teſtator cogitaſſet, tunc non ita ſubſtituiſſet, ſed ſi ſine liberis conditionem adieciſſet: hæcque neceſſaria expoſitio Imperatoris dicitur, d. §. cum aũt, & probatur in d. l. tale pactũ, in fi. Vnde ſi cõijci poſſit quòd à principio cogitauerit, interpretationẽ iſtã tanq̃ à remotis nõ vrgere concludũt.

Cæterum & hęc ratio valde à remotis in propoſito themate deducta videtur, quamuis pulcherrima ſit, ac florida, Peruſinorumque ſubtilia ingenia redoleat, cum ad mentem teſtantis coniecturandam ſublatis verbis ſpecifica differentia ex prædictis non inferatur, quin vna magis quàm altera coniectura ex contraria tollatur : vtroque enim caſu diſpoſitio recedit, verborumque expreſſio: lex autem aliquid præſumit argumento ex naturali pietate deſumpto, vt non poſſit vna facilius quam altera interpretatio ſubmoueri; Quinimo fortius, ac firmius lex præſumendo cogitatione recedente aliquid inducit, quàm ipſa cogitatione veriſimiliter præſuppoſita, nec ex diſpoſitis aliter apparente; ex obliuione etenim perfectè, atque integrè, & ex omnibus (vt ſic dixerim) ſuis numeris per legẽ teſtantis intentio producitur, ex cogitatione verò aliqualiter imperfectè ob non ſubſequutam hominis diſpoſitionem, argum. l. tractabatur, ff. de milit. teſtam. cum ſimilib. priori nanque caſu ſi cogitaſſet, vtique plenè prouidiſſet. Nõ debet inſuper contraria hæc coniectura in his terminis ſimplicis ſilentij ad infringẽdum naturalem pietatem aliquid operari. Sique Peruſinorum diſtinctio vera eſſet, ad caſum illum reſtringenda erit, quo non omittendo, ſed aliquo modo diſponendo contraria coniectura elicere tur, ſuper qua quidem diſtinctione non eſt amplius inſiſtendum cum locus lubricus ſit, vt paſſim apud Scribentes legitur.

Contrariam autem ſentẽtiam, quòd imo lex
22 iſta † natis etiam tempore teſtamenti nepotib. procedat quos teſtator habere ſciebat, cõſulendo tenuit Raph. Cuman. vt ipſe hic refert, vbi idem ſentit, colum. 1. in fin. verſic. Quæro quid ſi tempore teſtamẽti, Cumanumque conſuluiſſe ibidem Socinus teſtatur, & in quadam eius ſubſcriptione ad conſilium Curtij ſenioris in eius volumine conſil. 2. idem quoque voluerunt Io. Bapt. Caccialup. de S. Seuerino, in d. l. generaliter, §. cum autẽ, vbi Petr. Philip. Corn. de magis communi atteſtans, colum. 2. num. 3. Iaſ. col. 3. in 1. limit. licet in fin. videatur cogitandum relinquere, & Lancel. Dec. col. 1. verſ. Reſtringitur, C. de inſtit. & ſubſtit. Socin. ſen. ſibi parum conſtans, in l. 2. col. 13. circ. med. ff. de vulg. & pupill. Marian. Socin. ſen. conſ. 23. Circa prædictam concluſionem, per totum, lib. 1. vbi per vigintitria argumenta ita cõcludit; & à fide dignis audiuiſſe Raph. Cuman. ſic reſpondiſſe, cum hæc quæſtio Patauij de facto contigiſſet, & nu. 19. de benigniori, & humaniori opinione atteſtatur, Corn. conſ. 197. Non alienam, nu. 6. cum ſeq. ad d. §. cum autem, reſpondens, lib. 3. Car. Ruin. conſ. 77. In facto præſupponitur, col. pen. & fin. ante nu. 15. de magis communi, ac veriori concluſione fidem faciens, quicquid Moderni Peruſini, & Senẽſes ſcripſerint, lib. 2. & conſ. 131. In themate proponũtur, col. 8. ſub nu. 10. verſ. Nõ obſtat quoque lib. 3. Pau. de Caſtr. in d. l. cum acutiſſimi, col. 2. nu. 6. in q. quam ponit de filio grauato reſtituere nepoti. Fabius Accorombon. in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 38. verſ. Ex hoc tamen, videturque ibi eandem opin. ſequi Hieron. Zanch. num. 862.

& an-

& ante nu.863.in primo caſu ſuæ diſtinctionis, ff.ad Trebel.ſibique contrarius apparet Andr. Tiraq.in d.l.ſi vnquàm, fol.19.nu.65.verſ. Tu tamen. C.de reuocan.donat.in ſimplici Caroli Ruini conſilio eius fundans opinionem. Dicebatque Lancellotus Decius in d.§.cùm autem, quòd dum caſus de facto occurriſſet, idem conſuluerunt D. Marianus Socinus, D. Thomas Docceius,& D.Guido Antonius famoſi Docto res. Scribit etiam Soc.hic vidiſſe conſilium genitoris ſui,incip. Ioânes de Camerino, cui multi ſolemnes Iuriſconſulti ſe ſubſcripſerãt idem tenentes, referens etiam Modernos Peruſinos in d.§.cùm autem,dixiſſe, hunc caſum de facto eueniſſe, omneſque ferè famoſos Doctores illarum partium pro nepotibus conſuluiſſe, aliquos tamen pro ſubſtituto, ipſis autem tunc conſulentibus opinionem contra ſubſtitutum placuiſſe,ac deinceps ſæpius cogitando.Socin. iun.conſ.113.viſis,col.4.nu.24. lib.1.ſcribens ibi,ſe aliàs in tranſcurſu cuiuſdam conſilij quaſi contrariæ opinioni adhæſiſſe, & licet aliqui non leuis autoritatis contrarium tenuerint, tamen iſtam partem communiorem videri; & propterea eſſe merito attendendam, & nu.25. Quod licet paſſus dubius ſit,negari tamen non poſſe,quin iſta opinio ſit benignior, humanior & æquior, in ſummaque pietate fundata, contraria vero magis ſecundum quandam rigoroſitatem procedat, vt per eum. Dicebat etiam Corn.d.conſ.197.col.5.iſtammet cõcluſionem tum legendo,tum conſulendo ſemper ſibi placuiſſe à iuuentute ſua dum legebat d. §. ſi quis rogatus, & poſtea in quæſtione Peruſiæ occurrente ſe ſubſcribendo cuidam conſilio D. Benedicti Capræ integerrimi cõſulentis qui pro hoc claro pręſupponebat,non aliter ad d.§.cum autem, reſpõdendo. Et Carolus Ruinus poſtquã fuit teſtatus d.conſ.131. In themate proponuntur,poſt nu.12.lib.3.de communi opinione,aſſerit idem etiam præſupponere Franciſcũ Aretinum conſ.156.Diligenter viſis. Et ante n.10. dicit hoc eſſe fauorabilius,æquius,ac magis ſecundum teſtatoris votum,atque mentem; Videturque fuiſſe de intentione Bart. in d.§.cum ita, vt ipſam intelligit ibi Zanch. ante nu.863. ver.Et licet Bar.hic.Et quamuis Philippus Decius frequenter contrarium conſuluerit,tamen d.conſ.284.nu.11.fatetur Ludouici Romani opinionem in dubium reuocari;& de magis cõmuni ſententia teſtatur Ant.Gab.d.lib.4.de fideicomm.col.2.ante nu.38. poſt Socin.iuniorem per eum ibi relatum.Et fuit opinio famoſi Doctoris D.Franciſci de Capitibus liſtæ Patauini ſuper hoc reſponſo Papiniani, referentis Raphaelem Cumanum ſuum Doctorẽ habuiſſe hanc quæſtionem de facto,in fauoremq; nepotis conſuluiſſe ad ſubſtituti excluſionẽ;& de D.Franciſco prædicto meminit ad hoc propoſitum And.Barbat.in d.c.in præſentia,col.71.licet ipſe,vt dicebam,contradixerit.Ang.de Aretio in tra.de teſta.gl.79.nu.10. dicens quod dũ caſus Bononię occurriſſet,ſe allegaſſe rationem d.l.cum acutiſſimi,nam vbi eadem res eſt,idem ibi debet eſſe iudicium.Greg. Lupus.l.10.tit.4 p.6.in gl.Dexaſſe.col.2.in med.Et videtur pertranſire Franc.Mant.in trac.de coniect.vlt.vol. lib.10.tit.7.nu.16.de communi ęquiori,ac benigniori opinione poſt Marianum Soc. iun.atteſtans. Iac.Menoc.conſ.281. Primæ dubitationi,nu.22.ver.Non obſtat ſecundum argumentum,lib.3. Mich.Craſſus in trac.ſucceſ.tam ex teſt.quam ab inteſt.§.fideicommiſſum,q.21.incip.Quoniam vt dictum eſt.nu.6. & is hanc partem benigniorem,æquiorem,humaniorem, cõmunemque eſſe ſcribens,rurſus Soc. ſen.in l.ſi is qui ducẽta,§.item ſi pater,col.2.circa fi.ver. Secundo ex tex.iuncta gl.ff.de reb.dub.& in d. l.hæredes mei,§.cum ita, nu.15. dicens hoc tenuiſſe Bart.ibi,Ant.de Malegonnell. in conſil. reddito communicato colloquio cum D.Antonio de Stroczis,incip.viſo pũcto,fol.5.vbi Leonar.Ser Ioannis de Colle in ſubſcr.inci.concluſio ſupra firmata,Puccius Antonij de Puccis in conſ.inci.In propoſita conſultatione.fol.6.ver. tamen in contrarium, Puteus in addi.ad iſtum tex.litera A.in prin.Sforția Odd.d.conſ.97.nu. 4.vbi de communi,& nu.17.dicit,quod forte iſta eſt magis communis,allegans Doctores Peruſinos atteſtantes quod omnes fere Doctores Italiæ conſuluerunt pro nepotibus cognitis,vbi de magis communi explicitè magis æqua & magis ſequenda ac veriori meminit, Hier.Magon.in deciſ.Flor.52. Raynal.de Rondinellis, nu.12.dicens non eſſe de Carolo Ruino curandum, qui loquitur iſto caſu contra omnes. D. Fran.Viuius deci.404.Eſt adeo inuolutus col. 3.nu.4.ver.Nam Doctores iſti,li.3.& maximę autoritatis ac integritatis Iuriſconſultus D.Petrus Caballus conſ.181. Verba teſtamenti,nu. 27.vbi de communi,benigniori,& æquiori ſententia contra opinionem Romani & vtriuſque Socini teſtatur,conſ.52. Maturè conſideratis, nu.19.ver. Vltra quod verior,dicens iſtam opinionem eſſe veriorem & communioręm indiſtinctè, tam in vniuerſali, quam particulari fideicommiſſo.

Firmatur opinio hæc pluribus fundamentis, ſed breuitatis cauſa diſputationem paucis, ſed ſolidioribus concludam. Affertur primo hoc Aemilij Pauli reſponſum,ibi Nepos liberis relictis intra ætatem ſupraſcriptam vita deceſſerit. non enim ponderat, an filij grauati tempore teſtamenti nati ſint, vel poſt. Sed tantum quod filius,vel nepos grauatus filios relinquat vel deſcendentes tempore mortis ſuæ,quo debet

bet bona relicta reſtituere ; & ibi, conditionem coniectura pietatis reſpondi defeciſſe, quę quidem ratio in natis etiam militare videtur,l.nam & ſi parentibus,ff.de inoffic.teſtam. imo maior
23 pietas † in natis conſideratur , quàm in naſcituris,arg.text.cum materia in l. qui filiabus, ff.de leg.1.ac rurſus ibi,Quòd minus ſcriptum,quàm dictum fuerit inueniretur,quaſi lex præſumat à teſtatore dictum,& à ſcribente omiſſum,quę ratio in iam natis etiam viget, ſi enim dictum cenſetur,ergo cogitatum,l. Kabeo,ff.de ſuppe.leg. Huncque textum Socin.ſen.d.conſil.23. Circa prædictam conſultationem,col.3.nu.4.clauem eſſe in hac materia aperientem intellectum dicebat. Sed contrarium ſuſtinendo inductiones prædictæ poſſunt faciliter euitari,omnis nanq.
24 difficultas † quæ ex huiuſmodi reſponſo oriebatur,per Imperatorem in d.l.generaliter,§.cũ autem,deciſa,ac reſoluta extitit, qui primo Papiniani dictum vſque ad verba , Et ſi quis, declarat, ſecundò illud extendit , in prima autem parte Imperator apertiſſimè dicit, Cum autem inuenimus excelſi ingenij Papinianũ in huiuſmodi caſu in quo pater filio ſubſtituit nulla liberorum ex his procreandorum adiectione habita. Imperator itaque Aemilij dictum referendo in caſu quo nepotes nati non erant , ſed poſtea naſcebãtur , ipſum reſpondiſſe declarat,rationemque affert , cum non cogitauerit, ſed ſi cogitaſſet interpretatur quòd talẽ ſubſtitutionem non feciſſet: ſicque lex iſta in liberis naſcituris ab Imperatore,ac Legiſlatore gloſſata reperitur,cuius interpretatio neceſſaria eſt, l.1.cũ ibi not.C.de legib. Vnde lex iſta non magiſtrali , ſed Imperatoria declaratione enucleata potius in cõtrarium retorquetur,inferturque pietatis coniecturam de qua etiam mentio fit in d. §.cum autem , dum dicit humanitatis intuitu, ex eo militare,tanquã de liberis naſcituris non cogitauerit , & pro hoc eſt text. iunctis notatis ibi per Gulielmum de Cuneo, in l.3.C. de inoff.teſtam. Vlterius dum dicit,Coniectura pietatis , reſpondebat Andreas Barbatias in certis coniecturas ſilere,ne ijs opus eſſe,vulg.l.continuus,de verb. oblig. hicque in eo coniectura fundatur,cum pater non cogitauerit,aliàs enim lex tale interpretationem minimè feciſſet:cum enim voluntatem defuncti ſupplendo in caſu non cogitato procedat, quaſi ſi cogitaſſet, abſque conditione illa, ſi ſine liberis nõ ſubſtituiſſet: ſicut in ſimili in d.l.iam hoc iure .

Si aũt de liberis cogitaſſet,conditionemque non appoſuiſſet, tunc teſtator negligens fuiſſe
25 videretur, lex verò propter teſtantis † negligentiã eius voluntatẽ non ſupplet,arg.d.l. tractabatur,ff.de mil.teſt.ac d.l.3.C. de inoff. teſt. & ex his iurib.ita dicit Bar.in l.1.in 4.q.prin.in pen. q.ſecundi effectus,de vulg. & pupill. Prædictis quantum Corn.ſubtilis opin.obſiſtat,dũ Iuſtinianũ in d.§.cũ autẽ,de alio reſponſo Papin.intellexiſſe,q̃ in hoc contextu relato, omniũ iudicio relinquo, vt circa reiectionẽ immorari non expediat. Secundò facit text.in d.l.cum acutiſſimi,C.de fideicom. in fin. ibi, Ne videatur teſtator alienas ſucceſſiones ꝓprijs anteponere.

Textus iſte in dicto vel ratione non ſuffraga
26 tur,non in dicto † cũ ad reſponſum Papiniani ſe referat,nec illud declaret,ſed tantũ extendat, vnde omnia quæ ſunt in Papiniani reſponſo cẽſentur in ipſa l.cum acutiſſimi,repetita: Non in ratione,illa enim ratio eſt, ob quam dicimus,ꝙ ſi cogitaſſet,talem ſubſtitutionem minimè feciſſet,vt in d.§.cum autem,non enim præſumptio eſt,quòd alienas ſucceſſiones,&c. quæ quidem præſumptio ceſſat,cum ſciuit , nec in conditione poſuit,d.l.ſicut certi,& l.ſi cum vel in vtero, in quibus ſilentium erga filios quos teſtator habere ſciebat,plurimum operatur; Vlterius cum d.l.cum acutiſſimi (vt nunc dicebam) ad hunc textum ſit relatiua,quem extendit, eiusque interpretatio per Imperatorem reddita in naſcituris loquatur,d.§. cum autem , igitur ratio ibi aſſignata in naſcituris militare debet, vt in Authen.de fil.ante dotal.inſtrum. nat. poſt princ. Ratio etiam d.l.cum acutiſſimi , valde generica eſt,nec ſemper concludens,cum ſi ſemper concluderet,ſimplex ſilentium in d.l. ſicut certi , & l.ſi cum vel in vtero, filiorum excluſionem non operaretur,contra iura prædicta,ſed obliuione potius inductum præſumeretur.

Denique eadẽ ratio ex alio non ſtringit hũc textũ,ſcilicet conſiderando, vbi teſtatoris filius ſubſtitutus , per iſtam ſubintellectã conditionẽ à ꝓnepote teſtatoris excluditur , ratione d.l.cũ acutiſſimi,nõ militante,& certè maior erat prę-ſumenda affectio erga filium, quàm naſcituros pronepotes,retento argumento , ꝙ maior erga natos affectio , quàm naſcituros conſideratur , d.l.qui filiabus,cum ibi not.de leg.1.item quia
27 prior in gradu prædilectus † cenſetur, arg. eius quod habetur in l.Gallus,§.quidam rectè,ff.delibe.& poſthu.in l.cum ita,§.in fideicommiſſo, de leg.2.cum ſimilib. Tertiò,omiſſis fundamentis per Socin. relatis in ſimplici autoritate Doctorum conſiſtentibus, dicebat D. Thom. Doc cius Senenſis , tres rationes ad ſubintelligendam iſtam tacitam conditionem concurrere , quarum vnam Papinianus hic affert , aliam in d.l.cum acutiſſimi, Imperator exprimit , tertiã vero in d.§.cũ aũt, idem Iuſtinianus recenſet: licet ergò vltima nõ militet,vel illa finalis nõ eſt,
28 vel dato finalẽ eſſe,cũ aliæ pariter finales † ſint ac militantes,vna ceſſante,diſpoſitio nõ ceſſat, l.liberorum,§.notam, ff. de his qui not. infam. §.affinitatis,Inſtit.de nupt.l.ſeruus ſi hæredi,in princ. ibi, Duæ ſunt enim cauſę,ff.de ſtat.liber.

Sed

Sed vt Socinus iunior conſiderat, & alibi explicaui, vna tantum huius conditionis ſubintellectæ ex Raphaele Cumano & alijs finalis ratio
29 eſt, ſcilicet coniectura † pietatis, quæ in eo vertitur, quod ſi teſtator de liberis cogitaſſet, talẽ ſubſtitutionem minimè feciſſet, d.§.cum autẽ, ideoque nõ feciſſet, ne alienas ſucceſſiones, &c. d.l.cum acutiſſimi, quæ ratio pietas vel coniectura vbicunque de liberis cogitatum fuit, recedit; cumque in ſuperioribus horum iurium rationem vnicam eſſe, non ab re cenſuerim, non aliud ad confutãdam Thomæ Doccij intentionem, nunc inculcandum eſt.

Quarto inducitur d.l.tale pactum, §.fi. ff.de pact.cum in nepotibus natis tacitam conditionem ob id non ſubintelligi præſupponant, tanquam de ijs cogitatum fuerit, atque ex ſilentio cogitatione addita videatur coniecturata pietas conditionem ſupplendi reijcere, verũ enim
30 eſt coniecturam † ex hoc reſponſo deſumptam contraria coniectura ſubmoueri, vt poſt Pet.de Anchar.conſ.46.Prima facie, in prin. Ludouic. Roman.conſ.370. In propoſita conſultatione, col.1.Cyn.in l.precibus, C.de impub.& al.ſubſtit.& in l.in teſtamento, C.de teſtam.milit.tradunt Soc. iun.d.conſ.128. Præſentis conſultationis materia.nu.32.& infra, ac num.40.lib.1. And.Barbat.in d.l.cum acutiſſimi, col.5.in 11. ratione,& col.6.ver.Cum ergo, ac etiam col.8. ver.Nam Gulielmus de Cuneo, Curt.Iun.conſil.33.Præſupponitur in facto, col.5.poſt nu.8. Sed in d.§.fin. cogitatio liberorum in vna parte teſtamenti non operatur quin in alia, conditio iſta liberorum ſubintelligatur, ibi enim pactus fuerat pater quod mortua filia in matrimonio ſine liberis poſt eius mortem dotis portio fratri ſuo reſtitueretur: & tamen ſi pater paciſcens liberos poſtea ſuſceperit, dicta dotis portio non fratri, ſed liberis reſtituitur, non obſtante quod liberorum meminerit, vt ibidem habetur, exiſtentia ergo iam ſuſceptorum, ipſorumque cogitatio non debet intelligentiam huius conditionis excludere.

Huius textus inductioni ex intentione Socini iunioris d. conſil.128.nu.87.reſponderi poteſt, quod aliud eſt de liberis filiæ mentionem facere, & ſic alterius perſonæ vt ibi, aliud ſe ipſum liberos habiturum cogitare, quod ante eũ Socinus ſen. conſ.2.Eleganter & ſubtiliter, colum.3. inter conſilia Curtij ſenioris conſiderabat: licet enim de liberis filiæ ratione ſubiectæ materiæ meminerit, ſcilicet vt dos reſtituatur ſi in matrimonio ſine liberis filia deceſſerit: ex hoc tamen nõ cogitauit ſe liberos habiturum, hæc enim ſunt diuerſa ex quibus non debet il-
31 latio fieri. Argumentum inſuper ex eodẽ † textu elicitũ, quod ſi teſtator fuiſſet interrogatus &c. non ſemper procedit, ſed fallax eſt, vt ex ijs colligitur quæ ſcribit Pet.de Anch.conſil.355. ex ſerie, col.2.verſ.Non obſtat quarta ratio, dicens veriſimile eſſe quod teſtator idẽ diſpoſuiſſet in caſu omnimodam ſimilitudinem habẽte, eandemque rationẽ ſi de eo cogitaſſet vel fuiſſet interrogatus, vt colligitur ex ijs quæ voluit Bal.conſ.156.Ex facto proponitur, col.2.in fi. ver.Nulli enim dubium, lib.4. conſequẽs enim eſt, teſtatorem vnum caſum includentẽ, expreſſe videri diſſimilem excluſiſſe; Hinc videmus quod grauatus per fideicommiſſum ſi deceſſerit ſine liberis vel inteſtatus, ſi in ætate infantili & ante ſeptennium moriatur, ſubſtitutus nõ vocatur, gl.in l.fi.§.ſi vero, ff.qui petant tut. Et tamen teſtator debuiſſet idem in hoc caſu prouidere, ſi interrogatus fuiſſet, cum tamẽ ſit diuerſa ratio in caſu omiſſo, extenſio non fit vt ibi, & tradit Auguſtin.Bero.conſ.63. Ex themate. nu.36.verſ.præterea, lib.2.

32 Illa etiam ſtipulatio, † vel illud pactum, vt textus rationem intime attingamus, in d.§.fin. in fratrem collatum fuerat, non tanquam in fratrem principaliter, ſed tanquam in futurum ab inteſtato hæredem, vt ibi Iuriſconſultus Papinianus aperit, voluit enim hæredi proſpicere, vnde cum poſtmodum ſuſceptis liberis frater nõ remaneat hæres, ſed liberis hæreditas debeatur.§.inteſtatorum. Inſt.de hære.quæ ab inteſt. defer. merito illa pactio debet filijs non fratri prodeſſe, cum id eo caſu actũ fuerit, vt hæredibus conſulatur: idem adhuc deducitur, cum fratrem prius ſub hæredis nomine vocauerit, dixit enim ea portio apud hæredem fratrem remaneret, vnde in hæredem pactũ illud non in aliquã ſpecialem perſonam collatum videtur, ſicut in
33 ſimili delegato † facto Principi ſub nomine dignitatis dicimus, vt ad quẽlibet tranſeat ſucceſſorem, l.quod Principi, cũ l.ſeq.de leg.1. Sicut etiam in ſimili de ſtipulatione a cõmuni ſeruo ſub dominicis nominibus facta, vel ſub nominibus proprijs traditur, ad dignoſcendum vtrum ea ſtipulatio dominis pro virili an vero pro dominica portione acquiratur, de qua in l.ſi communis ſeruus, ff.de ſtipul.ſeru.

Quinto Andreas Barbatia in d.l.cum acutiſſimi, col.3. ad hanc opinionem roborandam allegabat ſingulare dictum Ioã.Andreæ in tit.de inſtrum.edit.§.porro, ver. Hoc autem certũ eſt, quod beneficio, l.ſi vnquam. C.de reuoc.dona.
34 pater renunciare † non poteſt, ea potiſſimũ ratione cum illa lex non donatoris, ſed filiorũ fauore ſit ſancita, vt ceſſet renũciatio, l.2.& l.pe. C.vt in poſſ.leg.l.quod de bonis, ad fin.ff.ad l. Falc.cum itaque hæc lex, ac ſimiles, ad liberorũ fauorem emanauerint, ſequitur ipſarum diſpoſitioni non potuiſſe per patrem renunciari.

Denique & hæc ratio ſubuerti poteſt, nã etſi Io.And.ac etiam Old.conſ.173. Quidã habens filium,

filium,n.1.& 2. crediderint diſpoſitionem d.l.ſi vnquã,fauore liberorum inductã fuiſſe,& propterea renunciationẽ non valere,quos multi ſequuntur:contrariã tamen opinionẽ complures Scrib.frequentius tenuerunt,negãtes fauorem liberorũ pro ratione ibi cõſiderari,cum ea ſola ſit ratio,quia ſi pater de filijs cogitaſſet,nõ vtique donaſſet:quæ ratio ceſſat qñ apparet de filijs cogitaſſe,& nihilominus donaſſe,illiq. bene
35 ficio ſic renunciaſſe,eſtq.cõis opinio † ſecundũ Soci.ſen.conſ.147.viſa facti cõtingentia,col.fi. n.17.verſ. Poſtremo adduco,lib.1.prioremq.opinionẽ falſam eſſe dicit Frãc.Rip.in d.l.ſi vnq̃ q.51.ante n.118. Si enim naſcituroru liberorum fauore ita ſtatutũ fuiſſet,bona donata in donantis arbitriũ non reuerterentur,ſed filijs ipſis reſeruarentur,& tamen prout nõ reſeruantur,ſic patrẽ ad huiuſmodi reſeruationem nequaquã teneri certum eſt,vt ibi, Donatoris arbitrio,& Bal.notat; Facit etiam,nam liberi ſolum in con
36 ditione poſiti ſunt,& proinde † non vocantur, iuxta gloſſ.magis communiter approbatam in l.Lucius Titius 2.ff.de hæred.inſtit.

Ex prædictis cõſtat diſputando vtranq.opinionẽ defendi poſſe,& quæſt. valde dubiã eſſe propter autoritates contrarias,vt dicebat Soc. ſen. d.conſ.191.licet difficultates,ante n.4.verſ.
37 Ex quib.patet,lib.2. Ego tamen † à poſteriori opinione iudicando,& conſulendo nõ recederem,quæ fauorabilior,humanior,& ęquior eſt, in naturaliq. affectione ad poſteritatis fauorẽ fũdata,vt Soci.hic dicit in 9.rat.col.4.cir.med. licet ipſe in cõtraria fuerit ſententia,poſt Raph. Cum.de eadem benignitate ibidem atteſtantẽ, & certè probatur ex ratione d. l. cũ acutiſſimi, ac etiã ex hoc Papin.reſponſo,ſed iudicio meo clarius quam alibi ex d.§.cũ autem,deducitur, cuius contrariæ inductioni cõcludenter fuit reſponſum:durũq. ſemper mihi viſum fuit,quod ſimplex teſtantis ſilentium liberorum iam natorum excluſionem inducat, naturalemq. erga liberos pietatem ad extranei ſubſtituti fauorẽ proſternat, atque conuellat;nec vnquam mihi perſuadere potui,Imperatoriã ſanctionem in d.§.cum autẽ,id intellexiſſe,cum alibi Iuſtinianum naturę regulas cõprobantem,taciturnitatis paternæ defectũ ex profeſſo improbaſſe animaduertamus in l.max.vitiũ C.de liber.pręter. vbi vitiũ etiam differentiæ inter natos, & poſthumos apertiſſimè diluit, vt exemplũ nobis lucidum,ac naturali ratione perſpicuum afferat, quo ipſum in d.§.cũ autẽ, rationabiliter interpretemur. Si enim pietatis,& naturalis affectionis coniectura operatur, vt nõ ſolũ ad nepotes ex filio,vel filia,ſed ad omnẽ vtriuſq.poſteritatẽ prædicta prouiſio extendatur,conditioq. tacitè ſubintelligatur,& ſic etiã reſpectu pronepotũ,abnepotum,& aliorũ,qui in vlteriori gradu fuerint cõſtituti, de quibus veriſimiliter teſtator nullo modo cogitauit,vt in d.l.cum acutiſſ. quanto magis hoc reſpectu nepotum iam nato rũ concludere debemus ſ iuxta tradita per Bar. in d.l. Lucius, de hæred.inſt. Nemo igitur ſani iudicij poterit inficiari quin auus magis afficiatur amore nepotis in eſſe exiſtentis, quã naſcituri, niſi fortè ab ipſo iã nato indignũ aliquid recepiſſet,in natum ſi quidẽ de facili affectio in eſſe applicatur,quæ ceſſat in naſcituro, quoniã non ens ſpeciem non implicat,& ſic non cauſat ſubiectum,vt ex Philoſopho Socin.dicebat. Et hinc eſt,quod nepos natus poſt mortẽ aui, reſpectu ipſius aui,poſthumus dicebatur,& olim ante prouiſionẽ Galli hęres inſtitui nõ poterat, l.Gallus,in prin.de lib.& poſthu.§.poſthumo, Inſtit.de leg.& l.pen.ff.de leg.1.ſi ergo propter nepotes nondum natos reſpectu quorũ non poteſt certa, & determinata affectio cauſari dicta iura procedũt,à fortiori in iſtis terminis ad ſubſtituti excluſionem conditio ſi ſine liberis, taci
38 tè ſubintelligi debet; Porrò cum de † præſumptione, aut coniectura agimus,ſemper in benigniorẽ partem debemus interpretari, d.l.Gallus,§.quid ſi is,l.cum apud, C.commun.ſeruo manumiſſ.l.fin. C.qui bon.ced.poſſ. facit l.Titius, ff.hoc tit.de cond.& dem. Vnde ſi aliquis poteſt eſſe ſpurius,& legitimus,interpretamur
39 quod † ſit legitimus, l.miles, §.defuncto, ff.de adulter. ſecundum Bald.& in benigniorem, ac humaniorem partem interpretatio fieri debet, quæ magis naturali rationi conueniat,iuxta nota.in c.fin.de tranſact. & in iurib. præallegatis, ac in l.maiorẽ,ff.de pact.in l.quod ſi Epheſi,ff. de eo quod cert.loc.& in l.2.C.de reſcin.vend. ſecundumq.hanc interpretationẽ iudicandum eſt, etiam quando contingeret, quod rigoroſa opinio aliqualiter fortior videretur,vt not.in c. 2.de cogn.ſpirit.& in l.fin.ff.qui bon.ced.poſſ. Sed nemini dubium eſſe poteſt,quod humanior, ac benignior interpretatio eſt, vt nepotes admittantur, & extraneos excludant, quam è contra,vt in d.l.cũ acutiſſimi,& in hoc reſponſo,igitur &c. Præſertim quia conſiderando eãdem legem cum acutiſſimi,& d.l.generaliter,§. cum autem,editas fuiſſe ad declarandũ,& confirmãdum hoc reſponſum,ſuccedit illa regula,
40 quod conſtitutio declaratoria,† ſeu confirmatoria oẽs recipit declarationes, ampliationes, ac limitationes cõſtitutionis declaratæ,gloſ.in verb.Conſuetudinẽ,& ibi Doct.in Clem.ſtatutũ,de elect.gloſ.in c.is qui,eo.tit.lib.6.& ꝓbatur in auth.de fil.ante dot.inſtrum.nat.in fi.l.1. in fi.C.de inoff.don. ſed hæc lex affectionẽ aui erga nepotes non aliter diſtinguendo conſiderauit, ergo. Vlterius cum dictæ conſtitutiones ad ampliandum editę fuerint,diminutionẽ,reſtrictionemq.operari non debẽt,l.legata inuti-

liter,de adim.leg.cum vulg.ac etiam cum ad liberorum fauorem emanauerint, ergo fauorabiles esse debent, nec in odium retorqueri, l. quod fauore,ff.de legib.l.plures apochis,C.de fid.instrum.inhærendum itaque huic opinioni est,cum etiam magis cõiter recepta videatur.

Maximè hæc benignior, & æquior opinio secundum Raphael.Cuma.procederet,si testa
41 tor esset † Iurisconsultus,qui conditionem istã subintelligi sciret, quem refert Socin. sen. hic, col.42. in prin. nu.78. versic. Maxime si pater.

Limitatur primo ex mente eiusdem Cuma-
42 ni prędicta opinio,cum testatorem † natos nepotes odio habuisse probaretur, & proindè illos in conditione non posuisse, quem refert etiam Socin. super hoc responso Papiniani col. 43. ante fin. versic. Vltimo allegat Cumanus, ex ijs, quæ notat Bart. in l.moribus,col.fi.vers. Secundo potest apparere, ff.de vulg.& pupill. idemque voluit Marian.Socin.sen. d.cons.23. nu.6.vers. Nemo enim sanæ mentis,lib.1.

43 Limitari fortasse secundo posset, in † milite testante, per text.in d.l.sicut certi,& in d.l.si cũ vel in vtero,C.de milit.testam.

Limitatur tertio, quando fideicommissum
44 grauato iniunctum † particulare esset,Socinus sen.d.consil.191.col.6.in fi.versic.Sed ad prędicta respondeo, dicens, quod tenentes tacitam conditionem ad progenitos extendi,id asserũt ex hoc textu,& d.l.cum acutissimi,tenentes autem, quod non extendatur, id concludere ex d.l.generaliter,§.cum autem,vnde cum dispositio eiusdem §. cum autẽ, sit extensa solum ad legata,& fideicommissa particularia,nati tẽpore testamẽti in vniuersali tantum fideicõmisso ex subintellecta hac conditione admittẽtur, secus in particulari,vt per eũ,lib.2.Hęcq.limitatio latius procederet si fideicõmissum particulare post mortẽ liberorũ esset piç causç restituẽdum,vt ibidẽ per eundẽ Socin. nu. 7. traditur.

Limitatur quarto, in nepotibus natis ex fi-
45 lio grauato † naturali tantum,vt hic Socin.senior scribit col.16.ante fin.versic.Et sic,nouam conclusionem esse inquiens, nec inconueniens videri, quòd facilior coniectura natos nepotes ex filio naturali excludat, quam ex filio legitimo,& naturali progenitos,cum ipsi ab intestato, & contra testamentum aui non succedant, & ex testamento non in totum,nisi legitimis,& naturalibus cessantibus, l.fi.C.de natural.libe. cum igitur ijs non sit ita debita hæreditas auita sicut legitimis, & naturalibus,nõ mirum si sola scientia existentiæ liberorum,de quibus verisimiliter cogitauit,eos excludit,congruitq.secũdum Socin. text. in ratione decidendi in d.l.sicut certi, & in l.si cũ vel in vtero, C.de test.milit. subdentem esse notandum, nouumque dictum in materia,vt relinquat proinde cogitandum an verum sit: eandemq.limitationẽ affert etiam Ant.Gabr.lib.4.de fideicom. concl.2.n. 41.vers.Item tenendo secundam opinionem.

46 Limitatur deniq.vt non solũ † in dictis casibus natorũ exclusio procedat, sed vbicunq. ex alijs coniecturis testatoris intentio deduci posset,tunc enim ex ijs contraria Ludou.Romani opinio coadiuuaretur,vt dicit Dec.consil.581. Viso puncto,col.2.ante nu.4.& Mich.Crass.in d.§.fideicommissum,q.21.nu.6.in fin.

Dictaque çquiori opinione retenta,hinc infertur, quod subintellecta conditio ex hoc responso,& similibus iuribus elicita, subintelligi
47 tur etiam si testamentum † esset conditum secundum consilium Galli,vel legis Velleię,quibus casibus de liberis ex filio, vel alio descendente instituto fiat mentio, substituitur enim vulgariter,l.Gallus per tot.contex. & maximè in §.instituens,ac in §.nunc de lege, ff.de liber. & posthum.nam filio decedente post aditã hęreditatem,& postquam vulgaris expirauit, in substitutione fideicommissaria, conditio si decesserit sine filijs ex hoc textu tacitè subauditur, vt singulariter concludit Caro.Rui.d.cons.131. In themate,col.6.post nu.8.vers.Tertio prędicta confirmantur, lib. 3. dicens, aliter sentire, ridiculosum fore, vt per eum.

HYPOTHESIS.

Nunquid iam nati nepotes quibus legati iure testator aliquid reliquit, virtute huius contextus fideicommissum deficere faciant perquiri: Et adhuc dicta l. si cum vel in vtero, sensum aperiri, & l.fi.C.de instit.& substit. & §.posthumi quoq.vers.Sed fœminini quidẽ sexus personæ,Inst.de exhared.libe.explicari.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes iã nati quibus testator iure legati aliquid reliquit,nunquid fideicõmissum deficere faciãt, virtuteq.subintellectæ conditionis ex hac l.cum anus,substitutum excludant;Et pro negatiua opinione Dect.n.1.recenseri:nu.autem 3.Scrib.pro affirmatiua afferri, ac pro ea concludi,num.5.*

2 *L.si cum vel in vtero, C.de test.mil.interpretari.*

4 *Matrem tacita pupillari non excludi,etiam ei aliquid relicto à pupillo, secus si à substituto.*

6 *L.fin. C.de instit. & substit. enucleari.*

7 *Opiniones cões non esse de facili configurandas.*

8 *Nepotes natos quibus aliquid est relictum, substitutum vigore eiusdem l.cum anus, excludere, si ijs purè à filio harede legetur, secus verò quando post mortem filij rogasset restitui hereditatẽ, & post mortem filiorũ aliquid nepotibus legasset.*

9 *§.Posthumi quoq. vers.Sed fœminini quidẽ sexus persona,Instit. de exhared.liber.explicari.*

CAP.

CAP. VII.

SEQVNDO circa prȩcedentem diffi cultatẽ quȩrit Socin.hic col.47. Si teſtator filio viuẽtibus nepotibus ſubſtituat, quibus iure legati aliquid reliquit, an dictorũ nepotum ſuperexiſtentia faciat fideicommiſsũ deficere? in hac quȩſtione duæ ſunt Scrib.opi-
1 niones.Prima eſt conditionẽ † tacitam ex iſta l. cum auus,nequaquam ſubintelligi, ipſamq.ſequuntur idem Soci.ſen.vbi ſup. dicens veriorẽ eſſe ſententiam,Dec.conſ.248. Viſo pũcto,col. pen.n.11. ibiq. Doct.non contradicere iſto caſu affirmat, in thema teq.ſuper quo Lud.Roman. reſpondit d.conſil.370.illi nepti,quæ nata erat tempore teſtamenti, fuiſſe factum legatum à teſtatore,vt per eum, Curt.iun.conſ.33. Præſupponitur in facto,col.5.ſub nu.7.afferens in hoc Doct.omnes concordare,citansq.Alex.conſil. 31.Ponderatis his,poſt prin.n.2.lib.3. Vincen. Herculan.in d.l.ex facto,§.ſi quis rogatus, col. 11.& ſeq. quem allegat etiam, & excellentiſſimum appellat Curt. in præcitato conſ. dicens, quod licet ſit aliqua varietas inter Scrib.vtrum quando nepotes erant nati tempore teſtamẽti, videatur teſtator illorum notitiam habuiſſe, vt ex ea hæc conditio tacitè non ſubintelligatur, tamen quando teſtator nepotũ ſpecialiter meminit diſponẽdo, & deinde in alia diſpoſitione eos in conditione non poſuit,vidẽtur tunc omnes concordare,quod dicta cõditio ſi ſine filijs deceſſerit nõ ſubintelligatur,Soc.iun.conſ.128. Præſentis conſultationis materia,col.16.n.96. verſ.Secundo principaliter,lib.1.ſcribens iſtud procedere ex omnium ſententia,ſcilicet tam illorum,qui tenent ſubſtitutum iam natos excludere,quam cõtrarium aſſerentium, Aug. Bero. & is conſ.128.Primã in prænarrata facti ſpecie, nu.26.verſ.Adde quod non,lib.2.

Mouetur Socin.ad id dicendum per text. in d.l.ſi cum vel in vtero,C.de teſtam.milit. Huic
2 textui † omiſſis alijs reſponſionibus,quæ afferri poſſent,reſpondeo nõ mirum ſi miles,qui teſtamento filiam ſuam appellauit, eiq. legatum dedit,non inſtituendo eam hæredem, cenſetur propterea exhæredaſſe,cum ſimus ibi in primo gradu inſtitutionis,& in ijs perſonis,quæ neceſſariò inſtituendæ ſunt,vel exhæredandæ: Vnde alio inſtituto,& particulari legato filiæ relicto, videtur neceſſariò fauore militis exhæredatio induci: ſecus eſt in propoſito cũ nepotes anteriori gradu perſonã filij prȩcedere,quem pater inſtituerat,& inter primum,ac ſecundũ gradũ, ſcilicet inſtitutionis, & ſubſtitutionis detur legis remedium naturali pietate conditionem tacitè ſubintelligẽs,ne videatur alienas ſucceſſiones proprijs anteponere.Altera igitur ſuperio-
3 ri contraria † opinio eſt,vt cõditio prȩdicta iſts quoq; caſu, cum inquam natis iam nepotibuo aliquod particulare legatũ factũ reperitur,ſubintelligatur, ita ſentiũt Io.Bapt. Caccialup.de S.Seuer.in d.l.generaliter,§.cum autem, q.19. dicẽs ſic conſuluiſse Marian.Soc.ſen.vt conſuluit lib.1.d.conſ.23.incip.Circa prȩdictam cõſultationem,ac etiam D.Tho.Docc.Corn.cõſ. 197.Non alienam,n.6.& 7.lib.3.& cum eadem opinione pertranſit Soc.ſen. ideſt ſubtilis Bartholomȩus,in l.2.col.13.poſt med.verſ.Primũ eſt, ff.de vulg. & pupill. dicens idem fuiſſe per eius genitorem in magna cauſa cõſultum, allegantem ſic ambos Raphaeles conſuluiſſe, cui conſilio ſubſcripſere ſe ferè oẽs Doct. famoſiſſimi totius Italiæ,Ant.Gãbr. Roma.lib.4.de fideicom.concl.2.n.38.Franc.Mantic.in trac.de coniec.vlt.vol. lib.10.tit.7.ante n.17.verſ.Verũ plane,Mich.Craſs.in trac.ſucceſs.tã ex teſtam. quam ab inteſt.§.fideicommiſsum, q.21.incip. Quoniã dictũ eſt,col.fi.ſub n.6.fol.316. vbi de æquiori, ac benigniori ſentẽtia atteſtatur,Ant. de Malcg.& Ant.de Strocz.Leonar. Ser Io. de Colle,& Pucc.Ant.de Puccijs in prȩalleg.conſ.

4 Pro hac parte munienda † affertur Bart.autoritas in d.l.2.col.pen.n.41.verſ.Secundo põt apparere,d.tit.de vulg.& pupill. cum quo ſentiunt Gulicl.de Cuneo,Alex.Iaſ.Franc.Rip. & cȩteri ibi communiter, dicunt enim,quod licet teſtator matri pupilli aliquid reliquerit, iuſseritq. eam eſse contentam,vt plus de bonis ſuis petere non poſſit, non tamen ex hoc per tacitã pupillarẽ excluſa dicetur,arg.l.Paulo Callima. §.1.ff.de leg.3. quando inquam hȩc verba eſsẽt adiecta legato ab ipſo pupillo relicto,ſecus ſi eſſent adiecta in aliquo legato relicto à ſubſtituto pupilli, tunc enim præſumitur,quod voluit ſubſtitutum matri prȩferri,l.peto,in prin.ff.de leg.2.& Bart.dicit etiam ad iſtud propoſitũ facere text.in l.fideicõmiſsa,§.ſi quis ita, d.tit.de leg.3.Congruitq.pulcherrimus text.in l.fin.C. de inſtit. & ſubſtit. vbi ex eo, quod mater erat inſtituta in parte,prædilecta cenſetur, ideo per tacitam pupillarem non excluditur.

Sed Bar.& d.l.ſi.reſpondebat Soc.terminos illos à quȩſt. noſtra multũ differre, ibi enim de excluſione matris à luctuoſa filij hȩreditate per tacitã pupillarẽ contra vim verborũ ſubintellectã agimus,hic verò de excludẽdis nepotib.per expreſsã ſubſtitionẽ, ad excludendã tacitã ſubintellectã conditionẽ:quȩ valdè diſſimilia ſunt, vt nõ teneat argumẽtatio, l.inter ſtipulantẽ, §. ſacrã,ver.Sed hȩc diſſimilia ſũt,ff.de verb.obli.

Niſi diceretur,nõ ob debilitatem tacitæ pupillaris ſubſtitutionis id inductum eſſe, cum non adeo debilis ſit,quin potentior iure accreſcendi videatur; à lege inſuper non ab homine formam deſumat:Quinimo cum in vulgari ex-

preſſa,tanquam quod veluti contradictorium, & repugnans tacita hęc pupillaris intelligatur, potenter ipſam, atque firmiter ſubintelligi dicēdum eſt, aduerſus autem lugentem matrem impotens optimo iure,conſtantiq. iudicio reddi tur, ne mater ipſa à luctuoſa, & acerba filij hæreditate excludatur, d.l.fin. C.de inſtitut.& ſubſtit. iuncta l.fin.C.commun.de ſucceſſ. itaque ſi mater tacitè ſubſtitutum pupillarem excludit,non minus deſcendentes,quibus aſcendentium hæreditas magis debetur, l. nam & ſi parentibus, in princ. ff.de inoff. teſtam. ob tacitam cōditionem naturaliter inductam paterna pietate, extraneum expreſſe,ſed per accidēs ſubſtitutum debent excludere,vt quæ ad variā intelligentiam, d.l.fin. Socin.ſen.in l.1.in 5.q. Bart.de vulg.& pupill.Bulgarin.& Lācell. Politus Senenſes,ac etiam alij tradidere prēterea.

Quamuis autem reſolutio iſtius quæſtionis à nonnullis obumbretur, valdeq. per Scribentes controuertatur, egotamen † cum hac poſteriori opinione Io. Baptiſtę de Caccialupis à Sancto Seuerino liberè, expeditèque æquitate inſpecta,ac etiam veritate tranſeundum putarem;conferunt enim plurimum ad deciſionē iſtam in præcedenti quæſt. tradita: Moueorq. ex d.l.fin. C.de inſtitut. & ſubſtit. quæ ſi rectè ponderetur,concludenter hanc ſententiam cōfirmat: non enim † ibi principaliter deciditur tacitam pupillarem ceſſare matre in medio exiſtente, cum iſtud certi iuris antea fuiſſet, l.precibus,C.de impub. & al.ſubſtit. ſed alia Imperator circa huiuſmodi excluſionem pupillariter ſubſtituti interpretari aggreditur. Primo itaq; ex ea colligitur, quod inſpecturi an ex tacita ſubſtitutione voluerit teſtator matrem excludi,vel ne,debeamus hoc ipſum per cōiecturas aſſequi. Secundo ex eadem lege vulgare illud,quod proferimus,tacitam pupillarem contra matrē non admitti, verum eſſe intelligi quo uſque viuat mater, hoc enim beneficium tanquam perſonale extincta perſona extinguitur, atque euaneſcit. Tertio ibi additur, quod ſi quæratur,an exiſtente matre ſub vulgari pupillaris tacita includatur à principio incertum eſſe, ex euentuq. declarandum, inſpiciendumq. an quo tempore exiſtat conditio, mater ſit,vel ſecus, an ſi ſit,num velit admitti,an verò repudiet. Quarto deinde,quod ſingulare eſt deciditur ibi,nequaquam deciſum alibi,quod vulgaris facta in vnum caſum tantum,adhuc tacitam pupillarem cōtinet. Quinto,& vltimo illud ad propoſitum noſtrū in illamet lege explicatur, q̄ ſcilicet ex parte mater ibi inſtituta fuerat, ex quo videbatur intellexiſſe illa portione contenta fore,quaſi legis prouiſio per hominis prouiſionem tolleretur, & tamē dicta inſtitutione in parte non obſtante, eiuſdem matris ſucceſſio in luctuoſa filij hæreditate ex tacita pupillari ſubſtitutione nō tollitur. Porrò quicquid ad iſtud notabile dixerit Angelus verius eſt quod in contrariū Politus in tract.ſubſtit.tit.de vulg. in 6.partic. ante n.29. verſ.Sed hoc poſtremū, annotauit, dicēs noluiſſe ex Ang. illud dictum excidiſſe,vt per hominis prouiſionē in illa parte videretur legis prouiſio ſublata,ridiculumq. hoc eſſe, & contra meliorem conſiderationem Papiniani, cum ex huiuſmodi admiſſione matris ad partem bonorum defuncti mens teſtatoris declaretur,vt multo magis & luctuoſam hęreditatem ad eandem venire curauerit;concludo igitur iſtam opinionem ex d.l.fin.potiſſimū veram eſſe,durumq. in reſponſis,& indicijs ab ea recedere, & licet aliqui dixerint in aliam ſententiam omnes conſenſiſſe,videanturq.cōmunem imo receptiſſimā opinionem conſtituere, multi tamen maximi nominis Iuriſconſulti diſſenſere, vt magis pro hac poſteriori aſſertione Caccialupi cōmunis applauſus ſtare videatur, dum ambos Raphaeles pro ea conſuluiſſe certum eſt,omnesque famoſiſſimos Doctores totius Italiæ prēallegato conſilio ſe ſubſcribendo idem ſenſiſſe. Animaduertendum † maximopere eſt, cum Scribentes opinionē aliquam vti cōem concelebrant, vt eius veritatem prius enixè perquirant, deinde non ſolum auctorum nomina enumerent,ſed ipſorum grauitatem diligenter ponderēt,videantq. num intimè quæſtionum medullam diſputatione, ac peruigili inueſtigatione attigerint: Quod ſi facerent,nō ita paſſim quaſdam falſas,ac Martiales ſententias reperiremus. Miror etiam quod Doct. alteram partem rigoroſe fouētes pulcherrimum text. non allegauerint in §.poſthumi quoque, verſ.Sed fœminini quidem ſexus,Inſtit.de exhæred.liber. vbi habetur,perſonas fęminini ſexus,vel inter cæteros,vel nominatim exhæredari ſolitas fuiſſe,dummodo ſi inter cęteros exhæredarentur,aliquid eis legaretur,ne viderentur prætereritæ eſſe per obliuionem:cumque textus inductio de ſe pateat,non inſiſto,prout in reiectione immorandum fore non arbitror, ne cogitandi occaſionem peregrinis ingenijs auferā, ſat ſit illum indicaſſe, & cogitandū deſuper reliquiſſe,non aliter à dicta æquiori ſententia recedendo, quæ prout infra intellecta tutiſſima eſt, atque veritatis auxilio ſuffulta.

Limitatur itaque Seuerinatis opinio,vt procedat, † quando nepotibus à filio hærede purè legaretur, licet enim per illud excluſio de præſenti cauſetur ab alijs bonis, dicta l. ſi cum vel in vtero, tamen per hoc excluſio in futurum virtute ſubſtitutionis non arguitur, arg. dictæ l.Paulo Callimacho, §.1. ff.de leg.3. Secus autem quando poſt mortem filij hæreditatem alteri teſtator rogaſſet reſtituere, poſtque filio-

rum

rum mortem aliquid nepotibus legaſſet, tunc enim aliquid legando, ſubſtitutionis tempore à cæteris bonis excludere videtur, dicta l. peto, in princ. de leg.2. hæcque ex Bartolo in dicta l.2. verſic. Secundo poteſt apparere, ff. de vulg.& pupill. diſtinguuntur, vbi differre ſcribit, an legatum fiat matri à pupillo, quia tunc aduenientе caſu tacitæ pupillaris excluſio non arguitur, an legatum fiat à ſubſtituto, per iura ibi allegata. Sic declarat Socinus ſenior ſuper hoc reſponſo col.47.prope fin.verſ.Conſidera tamen, dicens ſe conſulendo ita limitaſſe, & ſecundum eius conſilium in Ciuitate Florentiq obtentũ fuiſſe, licet ferè omnes Aduocati Florentini contrarium conſuluiſſent, differentiam iſtam non animaduertentes, & in practica ſingularia hæc eſſe, ideoque obliuioni nequaquã tradenda, vt re vera conſuluit dicto conſil. 191. Licet difficultates diſcutiendæ, col.4.in princ. lib. 2. idemque tradidit Marian. Socin. ſenior d.conſil.23. & conſenſit Hieron.Zanch. in d.l. hæredes mei, §.cum ita, poſt num.863. verſic. Secundo caſu, dicent ita ſentire Marian.Socinum iuniorem(licet iudicio ſuo)verba hæc ſub conditione, vel poſt mortem patris deſint, dicto conſil.128. Præſentis conſultationis materia,num.96.lib.1. Sed Socinus nepos id aſſerere non videtur, cum indiſtinctè loquatur, opinionemque eius patrui indiſtinctè cõprobet, ĩbi, puta illis aliquid legando, vel alio quouis modo; Non omiſerim eodem pariter modo eundem Bartholomæum Socinum declaraſſe in d.l.2.col.14. in princ. verſic. Concludebam aliàs, de vulg.& pupill. repetens iuxta hanc limitationem (vt dixi) in Ciuitate Florentina obtentum fuiſſe, licet plures contrarium conſuluiſſent: pertranſeuntq; cum præcitatis Michael Craſſus in d. §. fideicommiſſum, qu.21. incip. Quoniam vt dictum eſt, col.fin. verſ. Niſi aliæ coniecturæ, & Franciſc.Mantic. in tract. de coniect.vlt.vol.lib.10.tit.7.ante num.17.

§ Nolebam † text. in d. §. poſthumi quoque, verſicul.Sed fœminini quidem ſexus perſonæ, quemadmodum paulò ante dicebam reſpondere, vt cogitandi materiã relinquerem, quod ſæpe à grauiſſimis viris ſcribendo,& præſertim ab ipſo Socino factitatum comperio,ſed ne videar ipſum veluti Charetis coloſsũ in hac controuerſia conſpiciendum, atque admirandum reliquiſſe, & veluti quoddam durum,immobileque ſcopulum effugiſſe, hincque aliqui indicium pro inualiditate dictæ contrariæ opinionis fortaſſe deſumant: non ab re in hoc mutare propoſitum duxi,dictumq. textum congrua reſponſione reijcere. Erant igitur multa tradita ad teſtamẽtorum obſeruationem, quæ cum adhuc non ſufficerent, vlterius Imperator alia enucleãdo in tit.de exhęred.liber.progreditur: cumque maximus vetuſtatis amator fuerit,dũ de exhæredatione poſthumorum agit, quod antiquitus obſeruabatur, primum referre aggreditur. Solebant itaque veteres fęminini ſexus poſthumos, vel nominatim, vel inter cæteros exhæredare, ſed cum hæc exhæredatio inter cęteros fortaſſe ex obliuione obuenire potuiſſet, voluerunt ad tollendum præteritionis errorem, ſiue defectum per obliuionem, vt eis aliquid legaretur, nec ad inducendum huiuſmodi actum poſthumis odioſum, cum exhęredatio alicuius ſit excluſio ab hæreditate ſibi iure naturæ debita, ſola inter cæteros exhæredatio ſufficeret: vt inde certior voluntas exhæredandi eliceretur, ob odium exhæredationis, & vt formæ actus ſatisfieret; Quod quidem terminis noſtris nequaquam conuenit, vbi nõ de odio, ſed fauore, ac pietate erga liberos exercenda agitur:licetque fuerit nepotibus aliquid legatũ, adhuc militat pietatis ratio, & effectus inde reſultans,vt plus dictum,& minus ſcriptũ fuiſſe intelligatur: Nihil ergo commune habet illa antiqui iuris obſeruatio in actu odioſo exhæredandi, in quo cautius vetuſtas verſari voluit, cum conditione hac fauorabili ſubintelligenda etiam in nepotibus natis, quibus in alia teſtamenti parte aliquid relictum fuerit, cum eo magis tunc, vt explicatum deſuper extitit, præſumendum ſit conditionem dictam fuiſſe, ſed non ſcriptam per Notarium: & ſicut vetuſtas reſtringere facultatem exhæredandi illa veluti formali quadam obſeruatione conabatur, ſic Imperator materiam ſubintelligendi hanc conditionẽ ſemper ampliare,& extendere molitus eſt, vt d. l. cum acutiſſimi,& d. l.generaliter, §.cum autem. Hæcque non ludibrio dicta ſint, dum à ratione legis correctæ argumentationem aſſumere profitemur. Quid autem inter cæteros exhæredare in illo textu ſit, vt hoc obiter dixerim interpretatur Theophylus ἀορίστως, infinitè, non planè, neque definitè, aut explicitè, quamuis hic loquendi modus antiquus non fuerit,nec bene Latinus,ſed Iuſtiniani ſęculi, quo Romanæ linguæ puritatem multa barbaries fœdauerat; Inde fortaſſe ductus, quod ſolerent teſtatores in ima cera hæc verba apponere, Cęteros quibus nihil dedi,aut legaui,volo exhęredes eſſe,& à ſucceſſ.one mea repelli: ſed de his alibi.

HYPOTHESIS.

Nepotes naſcituri, de quibus in genere teſtator cogitauit, vtrum ex huiuſmodi reſponſo excludant ſubſtitutum: Affirmatiuãq. opinionem comprobari: At dictam l.generaliter, §.cum autem, intimius intelligi.

SVMMARIVM.

1 *Naſcituros nepotes, de quibus teſtator in genere cogitauit, ſubſtitutum virtute huius l. cùm anus, ſecundum veriorem opinionem excludere; Doctores autem contrarium aſſerentes, num. 3. recenſeri: ac num. 5. eandem affirmatiuam ſententiam roborari.*

2 *L. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. diſpoſitionem, ex cogitatione filiorum naſciturorum generica non tolli, ſed diſpoſitiuam cogitationem requiri.*

4 *L. generaliter, §. cùm autem, C. de inſtit. & ſubſtit. latius explicari.*

6 *Dictum quicquàm non præſumi, niſi prius cogitatum fuerit.*

7 *Naſcituros nepotes poſitos in conditione in alia ſubſtitutione eorum patri facta, ex ead. l. cùm anus, ad ſubſtituti excluſionem non prodeſſe.*

8 *Sfortiam Oddum Iuriſconſultum Peruſ. laudari.*

9 *Naſcituros nepotes ex altero, in conditione poſitos in ſubſtitutione eorum patri facta, ſcilicet cum pater inſtitutis duobus filijs in perſonam vnius ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit, ſubſtituit in alterius verò ſimpliciter dicta conditione prætermiſſa ſubſtitutionem fecit, vt in caſu ſuper quo Raphael Cumanus conſuluit, ſubſtitutum vigore eiuſdem l. cum anus, nequaquam excludere.*

10 *Andream Barbatiam multas opiniones contradicendi ſolo ſtudio ſcripſiſſe, quas Socinus iun. Saturninas appellauit, eius tamen excellentiam adhuc enarrari.*

CAP. VIII.

QVM in natis nepotibus quid iuris ſit, quantum ad hanc legem attinet inſpexerimus, de naſcituris de quibus teſtatorē cogitaſſe conſtat, quærendum eſt, an inquam in ijs huius contextus diſpoſitio procedat ad ſubſtitutum excludendum; Et in hoc
2 duę ſunt Scribentium opiniones, vna † ſcilicet, vt naſcituri de quibus in genere cogitatū fuit, ſub hac tacita conditione includantur, quam tenet Hieronym. Zanch. in rep. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 864. verſic. Præmiſſæ quęſtioni, ff. ad Trebell. Allegat ad illam comprobādam, Bald. conſ. 167. incip. Quidam Franciſcus tunc carens filiis maſculis, col. 2. verſic. Quandoque de poſthumo cogitat, ante nu. 2. lib. 5. vbi ſcribit, quòd ad hoc † vt diſpoſitio l. ſi vnquā, C.
2 de reuoc. donat. tollatur, non ſufficit donatorem de poſthumo, & ſic de filio naſcituro cogitaſſe, ſed requiritur quòd de illo cogitet & diſponat, ſic etiā non ſufficit cogitaſſe de poſthumo, illique in aliquem caſum prouidiſſe, ſi poſtea talis caſus non eueneriit, tunc enim non eſt illi poſthumo deſignatus, l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſthum. ſubdens non obſtare ſi diceretur, quòd ex quo donator ſenſit, & cogitauit de poſthumo naſcituro, ergo ceſſat ratio dictæ l. ſi vnquam, cum illa lex fundetur in præſumpta ceſſatione voluntatis: Nam reſpondetur, quòd cum caſus eueniens fuerit improuiſus, tacita diſponentis voluntas donationis effectum non auget, imò nec tacita præſumitur eſſe voluntas in caſu omiſſo, vt l. militis codicillis, §. veteranus, ff. de teſtam. milit. & Baldum ſequitur Iaſ. conſ. 230. In præſenti conſultatione, colum. 3. verſic. Tertiò prędicta optimè confirmantur, lib. 2. vbi duodecim fundamentis eius intentionem cōprobat, quæ videntur plurimum dictam Zanchi opinionem in iſtis terminis roborare: idem etiam voluere Ludouicus Roman. conſ. 268. Non eſt dubium, circ. med. Curt. iun. conſ. 15. Circa præmiſſam facti contingentiam, col. penult. num. 8. Pariſ. conſ. 73. Donatio iſta, num. 50. & 51. lib. 1. Et quamuis Andreas Tiraquellus nixus ſit in præfat. ad dictā l. ſi vnquam, num. 78. verſic. Sed hic quæſtionis eſt, dictam ſententiam obruere, imò penitus proſternere, dicens ſic ſentire Paulum de Caſtro, Alexandrum de Imola, Petrum Philippum Corneum, Andream Barbatiam, Antonium Corſettum, & Stephanum Bertrandum, ſicque videri voluiſſe fermè omnes qui de hac re loquuti ſunt: nō erit fortaſsè abſurdum cum Baldo in præcitato conſilio, & aliis qui cum ſequuntur ſentire, cogitationem in genere non ſufficere, cum & is ibidem num. 81. ad fauorem liberorum de quibus in genere fuerit cogitatum, Thomam Parpaliam, eundemque Bertrandum alleget, vt per eum.

Sed ſtrictim difficultatem noſtram attingendo, videntur contra Hieronymum Zanchum cōplurium Scribentium nomina vrgere, quòd
3 enim ceſſet ſubauditio † conditionis in naſcituris de quibus in genere cogitatum fuerit, videntur tenere Socin. ſen. hic col. 44. circ. med. verſic. Quinimò ſola cogitatio in genere. Andr. Barbat. in d. l. cum acutiſſimi, col. 4. in 8. fundamento, verſic. Octauò facit vbicunque teſtator habuit notitiam in genere, Socin. iun. dicto conſil. 128. Prędentis conſultationis materia, num. 40. verſic. Imò vt refert, & expreſſius poſt nu. 93. verſic. Secundò quia, & ad dictum conſilium Socin. Nepotis idē dicunt ſecundò ſubſcribens D. Hermando Octius de Detis, nu. 204. verſic. Vt latè declarat, decimò ſubſcribens D. Vincentius Saluiolus de Ocha num. 248. verſic. Imò in tantum hæc ſunt vera, ac etiam D. Io. Baptiſta Caſulanus ante num. 258. verſic. Et ratio communis ſententiæ.

Prędallegatis autem autoritatibus prętermiſſis, dicti nanque Doctores quæſtionem diſputando

tando non attingunt, ſed curſim ac incidenter ſic ſcribunt, Videtur pro hac parte pũgere plurimum tex. in d.l. generaliter, §. cum autem, ibi & intelligentem non eſſe veriſimile patrem ſi de nepotibus cogitauerit talem feciſſe ſubſtitu
4 tionem. Huic textui licet † in ſuperioribus latè reſponſum fuerit, & valde Corn. conſil. 197. Non alienam, num. 6. & 7. lib. 3. pluribus ſubtilibus conſiderationibus hanc obiectionem eneruare conetur, adhuc ex mente Caroli Ruini reſponderi poteſt, inſimul ſtare poſſe, quòd de liberis pater cogitauerit, & non cogitauerit eos ſubſtituere, in eumque caſum proſpicere quo liberi ſuperſint, per text. in l. ex facto, de vulg. & pupill. ſubſtit. aliud enim cogitare eſt de liberis ſimpliciter, aliud de diſpoſitione in eum caſum quo liberi ſuperſint, & cum hac reſponſione tranſit Franciſcus Mantic. d. lib. 10. de coniect. vltim. volunt. cap. 8. Stringitur hæc ratio, ex verbis Imperatoris ibi, In huiuſmodi caſu in quo pater filijs ſuis ſubſtituit, vt ſe reſtrinxerit ad caſum ſubſtituendi, præſertim ex alijs verbis, ibi: Nulla liberorũ ex his procreandorum adiectione habita, quam quidem adiectionis omiſſionem ad eundem ſubſtituendi caſum refert, adeo quòd non releuat cogitationem genericam extra caſum diſponendi circa ipſam ſubſtitutionem proponere.

Vnde quicquid aliàs diſputando dixerim, non exiſtimo fore recedendum ab opinione
5 Hieronymi Zanchi † vt in genere cogitatio de naſcituris non ſufficiat ad illos excludendum, quamuis Andreas Barbatia, contrarium arbitratus fuerit, ad idque dicendum moueor per hunc textum, licet enim de liberis teſtator cogitauerit, nõ ideo pietatis coniectura ceſſat, vt conditio non debeat tacitè ſubintelligi, nã plus dictum & minus ſcriptum fuiſſe videtur, vt clarè hic exprimitur, quæ quidem ratio non congruit, niſi teſtator de liberis ipſis cogitauerit,
6 neque enim quicquam † dictum præſumitur quod prius non fuerit cogitatum, l. Labeo, §. idem Tubero, de ſupell. leg. nullumque ſit maius noſtræ mentis teſtimonium quàm qualitas inſpecta verborum, vt dixit Bald. in tract. ſciſmatis, & linguę imperator ſit cor, idem Bald. in cap. mandatum, extr. de reſcript. vtque Ariſt. inquit, verba ſunt notæ paſſionum animi: mihi itaque ſuadere nequeo ſolam genericam cogitationem efficacẽ adeo eſſe vt naſcituros iſtos nepotes excludat, nam ſi ſic eſſet nunquã conditio hæc tacitè ſubaudiretur, cum liberorum cogitatio æternitatiſque deſiderium ſaltem in ſpecie nobis à natura inſit, vt optimè Calliſtratus Iuriſconſ. in l. liberorum, in fin. ff. de verb. ſignif. his verbis declarat, Præter hæc omnia (inquit) natura quoque nos docet parentes pios, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt, filiorum appellatione omnes qui ex nobis deſcendunt contineri; Neque enim dulciore nomine poſſumus nepotes noſtros quàm filii appellare: Etenim idcirco filios filiasvè concipimus, atque edimus, vt ex prole eorum, earumvè diuturnitatis nobis memoriã in æuum relinquamus. Et in procœmio aliquid etiam ad hoc propoſitum dixi, vt fruſtra repetam. Optimum itaque erit cogitationem in dicto §. cum autem, non ad illam quã genericam appellant, ſed prout eſt longa conſilii explicandi agitatio circa ſubſtitutionis ac diſpoſitionis actum referri; Si enim filii nulla offenſio erga patrem conſiderari poteſt, vt iuſto dolore commotus ac ira percitus pater animũ odio aduerſus nepotes etiam incendat, cum filium ipſum hæredem ſibi fecerit, nulla inſuper naſcituro-rum culpa adeſt, cum editi tunc non fuerint, cur pietatem recedere volumus, & huius cogitationis genericæ figmento, naſcituros nepotes admiſſo ſubſtituto auitis ſudoribus atque laboribus priuare, & quod ad ipſorum fauorem inductum eſt, in odium retorquere, ſi humanitatis ac pietatis ratio ipſos fauore proſequitur conditionẽ tacitè ſubintelligendo? Non denique tanti erit hæc generica cogitatio, vt iuris præſumptionẽ ſic de facili conuellat & eradicet, quæ cum potens atque vrgens ſit, præſumptionem potentiorem fortioremque expoſceret ad illam è medio tollẽdam, arg. l. Diuus de in integr. reſtit. quæ quidem validior & vrgentior præſumptio in his terminis conſiderari nullo modo poteſt, cum (vt eſt dictum) præſumat lex plus dictum & proinde cogitatum, ac minus ſcriptum. Et ſi cum Philippo Decio in d. §. cum autem, num. 11. in fin. ſubtiliter diceretur; ne & hoc relinquam, hoc verum eſſe, ſi dictum verè fuiſſet à teſtatore de liberis, ſed dictum videtur per interpretationem iuris, & à teſtatore verè cogitatum non fuit. Reſpondeo quòd licet præſumptio verſetur circa rem dubiam, quæ eſſe vel non eſſe poteſt, & vt Marius Salamonius ſcribit in l. Gallus, §. quidam rectè, num. 32. ff. de liber. & poſthum. verſetur præſumptio circa id quod geſtum eſt, ſed ignoratur qualiter geſtum: non tamen eſt quin iuris præſumptio probabilis coniectura ſit ex certo ſigno proueniens, quę alio non adducto pro veritate habetur, ſecundum Andr. Alciat. in tract. de præſumpt. in prælud. par. 3. num. 1. & in eodem tract. Iacobus Menoch. lib. 1. quæſtio. 4. num. 4.

Quid erit quando in alio capitulo naſcituri in conditione poſiti fuerunt? & tunc duo caſus ſunt conſiderandi, Primus, cum filii ex gra-
7 uato † fuerunt poſiti in conditione in alia ſubſtitutione patri ſuo facta, nunquid ex hoc textu repetitio tunc inducatur, & iſto caſu concludendum

dendum eſt,huius reſponſi diſpoſitionẽ locum non habere,Dec.conſ.581.Viſo puncto,col.3. num.5.& conſ.416. In teſtamento,colum.pen. ſub num.17. Curt.iun.in eodem caſu teſtamenti Illuſtris D.Bartholomęi Colioni Bergomẽſis reſpondens conſ. 33. Præſupponitur in facto,col.4.num.5.cum ſeq.Socin.iun.conſ.128. Præſentis conſultationis materia, per totum conſilium, lib.1. cui celebriores Italiæ Doctores ſe ſubſcripſere, quorum decem & nouem nomina recenſet conſ.100. Pręſupponitur in facto quòd Illuſtris quondam,num.17.eod.vol. dicens ſubſcribẽtes prędictos viginti duos fuiſſe, vbi num.11. & infra idem ſentit, referenſque d.nu.17. ſic aliàs Senis vna cum Iuriſconſulto viro certè ingenii acutiſſimi ſummæque doctrinæ conſuluiſſe,iſque fuit D.Claudius de Ptolemæis, & quidem ex eorundem omnium Doctorum autoritate, vbi alia non allegarentur, poſſet caſus ad fauorem loci pietatis ſubſtituti rectè decidi,ac terminari, eandemque ſententiam penes dictum conſilium comprobarunt, Philipp.Dec.num.195. verſ.Hoc tamen remoto,vbi concludenter ita ſentit,& nu.202. verſic.Aliquando & tertio.Hormandoccius de Detis num. 204. Anton. de Stroczis fretus ſui præceptoris Socini authoritate, cuius opinionem duo excellentiſſimi Doctores,ſcilicet Baldus de Bartolinis, & Io.Baptiſta Caccialupus de Sancto Seuerino ratam habuerũt: ac etiam Raphaelis Cumani authoritate ductus nu.211. verſic. Quibus non obſtantibus, & infra. Vincentius de Herculanis, & Camillus Ballionus num.216.Bonifacius Elephantutius num.218. & 219. reſpondens illi regulæ, quòd vna ſubſtitutio aliam declarat, Io. Franciſcus Calcan. ante num.230.contentusque ſimplici ſubſcriptione Coſmus Paſethus de Pijs,& Ludouicus Catus num.241.& infra. Vincentius Saluiolus de Ocha num. 250. Antonius de Burgos poſt num. 256. in vltima ratione. Io. Baptiſta Caſulan. num.257. & Lancellottus Politus num. 259. nonoque ſubſcribens dicto num. 239. ac decimo ſubſcribens num. 250. allegant Alex. conſil.31.Ponderatis,colum.1.lib.3. Hieronymus Zanch. in d.repet. l.hæredes mei, §.cũ ita, ſub num.865. verſ. Primo caſu, ff.ad S.C.Trebellian. & Pariſ.conſil. 19. Ad reſolutionem, num.98. verſic.Præterea ex alio tollitur,lib.2. Aduertendum tamen eſt, quòd in caſu Mariani Socini iunioris in ſecundo ſubſtitutionis capite, filiorum maſculorum teſtator meminerat,& denique fœminarum in defectum maſculorum, vt hinc eius mens circa agnationẽ conſeruandam arguatur: in primo autem capite qualitas hęc neceſſaria minimè videbatur,nam vel ad filios præmortui fratris, vel ad ſuperſtitem fratrem bona deuenirent, agnatio ſemper conſeruabatur, vt deducit D. Anton. de Burgos ante num. 256. verſic. Non igitur, dicens ita D. Marianum Socinum primum conſulentem ſenſiſſe, dum ad ſextum obiectum reſpondet: iſtamque differentiam ad tollendam huiſmodi repetitionem ſecundæ in primæ ſubſtitutione, conſiderat ibi Lancellottus Politus num.262.verſ.Nam vt optimè; Quinimo Ludouic.Catus nu. 292. ac Bonifacius Elephantutius num.219.ad repetitionem inducendam multum differre exiſtimant, an conditionalis ſubſtitutio præcedat ad influendũ in pura ſubſequenti ſubſtitutione, an vero contra, pura præcedat, ac conditionalis ſubſequatur: Sed in caſu Curtij conditionalis prędecedebat, & adhuc negat hunc textum aliquid operari, quicquid tamen ſit, inſiſtendum non arbitror; Et licet Carolus Ruinus d.conſil.131.In themate proponitur,per totum, lib.3. qui in eodem caſu Socini iunioris conſil.128. lib.primo conſuluit,contrarium tenuerit,ab opinione eiuſdem Socini per dictos Iuriſconſultos ſolemniter canonizata, iudicando, ac conſulendo recedendum non erit, tum quia maximum eſt ipſius primi conſulentis ingenium, & eminens eruditio, tum etiam quia ſubſcribentium authoritas præcellens eſt, prout præcitatorſũ omnium in-
8 ſignium Iuriſconſultorum grauitatem † Sfortia Oddus grauiſſimus, ac præclariſſimus Doctor Peruſinus in eius eleganti, atque eximio tractatu de compend.ſubſtitut. in prælud. par. prima, fol.8. verſic. Mihi placet,non mediocri encomio extollit, cuius quidem optimi Iuriſconſulti teſtimonium quam illuſtre ſit omnibus innoteſcit, cum eius nomen vbique apud doctos,probosq; viros perenne maneat,hocq; virtutis opus eſt, vt ſempiternam nominis gloriam ad poſteros transfundat,tranſmiſſamque ab obliuione, ac temporum iniuria tueatur: is nanque Sfortia in eius ſcriptis, quæ de cõpendioſa ſubſtitutione, deque in integrum reſtitutione feliciter edidit, & in alijs multis, Peruſinam virtutem oſtendit, omnia enim ab eo ad amuſſim compoſita, examinata, atque explicata cernuntur, vt nihil non ſumma laude dignum in ijs animaduerti poſſit:admiror in primis nitidum dicendi genus, ſonorumque ſtylum, argumentandi peritiam, ſententiarum grauitatem,artem præterea, atque doctrinam, varietatem, copiam locorum, acumẽ demum, exquiſitamque inuentionem.

Secundus caſus eſt, quando naſcituri ex al-
9 tero poſiti in conditione fuerunt † in ſubſtitutione eorum patri facta, ſcilicet quando pater duobus inſtitutis filijs in perſona vnius, ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit, ſubſtituit, in altero filio ſubſtitutionem ſimpliciter concepit,nunquid iſto caſu in ſimplici ſubſtitutione

ne

ne conditio hæc tacitè ſubintelligatur ? & non intelligi Raphaelem Cumanum conſuluiſſe ſuper non mediocri dubitatione de facto tũc occurrente conſtat, Socin.hic col.20.nu.38.verſ. Et pro hoc bene facit,necnon conſ.2.Elegãter & ſubtiliter,n.1.verſ.Et ad hoc,inter Franciſci Curtij ſen.conſilia, Dec.conſ.416.In teſtamẽto,col.penult.ſub nu.17.verſic.Et ad hoc bene facit,ac etiam conſ.581.Viſo pũcto controuerſiæ,nu.5. verſic.Et vlterius, Curt.iun.conſ.33. Pręſupponitur in facto,num.6.verſic.Et iſtam opinionem,& nu.11.in finalibus verbis,dicens ita fuiſſe aliàs per plures excellentes Doctores conſultum, Hieronym.Grat.conſil.5.Et ſi hoc reſponſum,nu.6. lib.2. & conſ.54.In præſenti cauſa,n.10. verſ.Et ideo,lib.1. Socin.iunior d. conſ.128.Pręſentis conſultationis materia,nu. 43. verſ.Tertiò hæc omnia optimè probantur, lib.1.affirmans hoc dictum in ſe veritatem continere,& nu.49.verſ.Secundo dicimus,de crebriori opinione atteſtans,& rurſus num.52.veriſſimam ſententiam eſſe repetens, ibidemque Dec.in prima ſubſcriptione ante n.195.& Hermandoc.de Detis ſecundo ſubſcribens n.204. Hierony.Zanch.in d.l.hæredes mei,§.cum ita, ante nu.866.verſic.Secundo caſu,Franc.Mantica in tract.de coniect.vltim.volunt.lib.10.tit. 8. nu.9. verſic.Sexto hæc coniectura, fol.250. Emanuel Coſta in repet.c.ſi pater, in verbo Si abſque liberis,in prima part. nu.10.de teſtam. in 6. & Io.Cephal.conſil.197. Proponitur prima inueſtitura,num.5.lib.2.

Et licet Andreas Barbatia,ſiue Siculus in d. l.cum acutiſſimi,col,pen.verſic.Contrarium videtur,aliud ſenſerit,non tamen eſt à priori Raphaelis Cumani opinione recedendum, cũ verior ſit,& magis cõmuniter recepta, allegataq. per Barbatiam iuris ſaporem non habeant, vt putem in reiectione non fore inſiſtendum,exilia enim omnino videntur ſolo ſtudio contradicendi emiſſa, vt in promptu ex ipſorum lectura conſpicitur,admonetque Socin.iun.d.conſ. 128.nu.48. dicens ad hoc propoſitum Andreã
10 Barbatiam † multas opiniones dixiſſe,quę nil aliud ſunt, quam opiniones Saturninæ, ideſt nunquam receptæ,nec approbatæ,iuxta tex.in l.pri.in fi.verſ.Adijcit Saturninus, ff.de Senat. Quicquid autem circa præmiſſa Andreas dixerit, nõ eſt quin ſummis laudibus ſit efferẽdus, ſi eius laborioſum ſtudium, ac maximam iuris cognitionem inſpexerimus,ſcripſit enim multa, ac diuerſa, quamuis (vt Cotta meminit) in communi omnium vſu non ſint, animo nãque cõmunes opiniones impugnandi ſępiſſimè delirauit; ſtudioſis tamen viris ingenia accendẽdi occaſionem prębuit, ſibique non vulgarem famam comparauit, quem ſi in ſubſellijs declamantem,ac ius ciuile profitentem,in circuliſq. diſputantem (vt arbitror) Socinus Nepos audiuiſſet, honoris plurimum, ac reuerentię eidem non immeritò tribuiſſet.

HYPOTHESIS.

Si teſtator certum quid pro dotibus filiæ reliquit, filiosq. de reſtituẽdo inuicem grauauit ſi quis eorum ſine filijs morereretur, ſi alter filiorum maſculorum filiabus fœminis relictis decedat, ad fideicommiſſum neptes non admitti: Et l.ſi viua matre,§.in nepotibus, C. de bonis maternis dilucidari.

SVMMARIVM.

1 *Neptes cum teſtator tribus inſtitutis filijs, certum quid pro dotibus filiæ reliquit, filiosque de reſtituẽdo hæreditatem ad inuicem grauauit, ſi quis eorum ſine filijs morereretur, ſi alter filiorum maſculorum filiabus fœminis relictis decedat, ad fideicommiſſum non admitti: & nu.5.*
2 *Filiorũ verbo maſculos, & fœminas comprehendi, niſi aliter de contraria teſtantis mente præſumpta appareat.*
3 *L.ſi viua matre,§.in nepotibus,C.de bon.matern. declarari, & nu.6.ac 13.*
4 *L.cum acutiſſimi, C.de fideicom. aliarumq.ſimilium præſumptionem, alia vrgentiori tolli incertum non eſſe.*
6 *Patrem teneri filiam dotare.*
7 *Dotem loco legitimæ ſucceſſiſſe; legitimamq. iure naturæ filijs deberi: in ea etiam filios creditores eſſe: ab eademq. omne grauatum remoueri.*
8 *Dotem vlterius alimentorum vice ſubrogari.*
9 *Alimenta naturali iure ſpectare ad filios.*
10 *Filios ſicut ob ingratitudinem alimentis, dote etiam priuari.*
11 *Dotẽ mulieris patrimoniũ eſſe, qũo accipiendũ ſit.*
12 *Relictum pro dote inſtitutionis iure factũ cenſeri.*
14 *Neptes in caſu Raphaelis Fulgoſij p̃dicto, ſtãte ſtatuto fœminarũ excluſino multo minus admitti.*

CAP. IX.

1 TERTIAE quæſtionis per Soc. hic col.48.in prin.propoſitæ,thema tale eſt, Teſtator † tribus inſtitutis filijs, cẽtum pro dotibus filiæ reliquit, filiosq. de reſtituendo hæreditatem ad inuicem grauauit,ſi quis eorũ ſine filijs moreretur, alter maſculorũ filiorum deceſſit filiabus fœminis relictis, dubitatur an fideicommiſſi conditio deficiat. Et Vdalricus Zaſius celeberrimus Iuriſconſ. in tract. ſubſtit. in fin.fol.663. filias defuncti fratris,alijs fratribus præferri cenſuit.

Conditio etenim ſi ſine filijs, maſculum, fę-
2 minamq. † cõplectitur, l.1.C.de condit.inſert. l.ſi quis

l.ſi quis ita,ff.de teſta.tut.l.ſi ita ſcriptum,ff.de leg.2.Sed ex Raphael.Fulgoſ.reſpondetur,cõprehẽſionem iſtam fęminæ in fauorabilibus nõ procedere,ſi ex mẽte teſtantis præſumpta contrarium conſtiterit, quemadmodum iſto caſu cõtingit,quo filiam excluſiſſe,maſculis inſtitutis præſupponimus,vt multo fortius ex filio neptẽ excluſiſſe videatur, l.ſi viua matre,§.in nepotib.C.de bo.mater.Raphaelis tamen reſponſionem ex eo quidã proſternunt,cum filię competenter de dotibus iuxta modum patrimonij prouiſum fuerit,vt male de perſona prouiſa de ipſis dotibus ad perſonam nõ dotatã arguatur. Nec obſtat tex.in d.l.ſi viua matre,loquitur enim cum perſona remotior defuncto per exclu
3 ſam perſonã coniungitur,† ſecus verò vbi perſona defuncto non coniungitur ex perſona excluſa,vt hic,nam tunc ad excluſionẽ proximioris excluſio remotioris non ſubſequitur,ita declarat Pau.de Caſt.in l.illam,col.pen.C.de collat.ac etiã Carol.Rui.conſ.143.Prima quęſtio, n.9.lib.2.& Io.Ceph.conſ.46.Adhuc videtur, n.36.verſ.Et regula,conſ.103.Fabritius,nu.6. verſ.Nõ obſtat igitur,lib.1.Mouet ſecundò anxiè Vdalr.Zaſ.tex.cui ſe inhęrere profitetur in d.l.cum acutiſſimi,ex quo deducitur dum quis dicit ſi iſte,vel alius ſine liberis vel ſine filijs moriatur,conditionem deficere, ſi ſaltem filia, vel neptis,proneptis,vel abneptis generaretur:ſed ſi ex Fulgo.filiorum ſignificationem ob aliquã qualitatem iuxta præſumptam mẽtem reſtringimus,text.iſte nõ obſtabit,cum etiam nouum
4 non ſit præſumptionem,† atque diſpoſitionem d.l.cum acutiſſimi,cõtraria præſumptione ſubmoueri, & elidi poſſe, cuius rationem ſi conſideremus in aduerſum magis retorquetur: id enim ibi ex eo ſancitum eſt, ne videatur teſtator alienas ſucceſſiones proprijs anteponere, ſed ſucceſſio propria teſtatoris in propoſito illa eſt quæ agnationis conſeruationẽ inducit ob præcedentem fęminarum excluſionem,nõ illa quæ agnationem deſtruit, illamq. repręſentare nequit,meritò maſculos tãtum includemus,propriam ad mentemq. teſtantis ſobolem perpendendo: Quod verò ad dotationis filiarum obiectionem pertinet, ſtatim afferam.

Ad abſurdo deniq.Zaſius argumentabatur, ſi enim (dicebat) filius defunctus nihil haberet niſi ſuam portionẽ à patre, quis aleret neptes? in quo ſuccederent filiæ defuncti? videte quo tendat abſurdum.Sed ſi detractionum filijs primi gradus reſtituere rogatis competentium Vdalricus vir ſublimis meminiſſet, in argumentationem iſtam ab abſurdo elicitam nunquam profectò prorupiſſet.

Et ideo Raph.Fulgo.qui ſubtilitate,ac iuris ſplendore prętulget,in d.l.1.C.de cond.inſert. in contraria opinione reſidet,quod imo neptes
5 ad † ſucceſſionẽ non admittantur,dicens quod interrogatus ſic de facto reſpondit, poſteaque conſultus ex Ciuitate Bononiæ ita conſuluit, cum quo tranſeunt Socin.ſen.hic,col.48.verſ. Tertio quæritur,& Marianus iunior conſ.155. Licet,nu.4.& 12.verſic.Et ſic ex his manifeſtè conſtat,lib.2.

Huius opinionis cardo ſuper tex.in d.l.ſi viua matre, §.in nepotib. conſiſtit, cum enim filias magis dilectas excluſerit,non eſt credendũ neptes minus dilectas includere voluiſſe; Et ſi
6 cum Vdalr. Zaſio † diceretur,argumentationẽ iſtam abſonam eſſe,cum filiabus de dotib.prouiſum fuerit; Reſpondetur patrem ad filias dotandas teneri,l.fi.C.de dot.promiſſ.Socin.iun. conſ.20.in præſenti conſultatione,n.5.lib.2.& propterea non eis à patre,ſed à natura prouiſũ
7 videtur;dos ſiquidem † loco legitimę ſuccedit, l.illam,C.de collat. l.quoniam nouella,vbi Salic.C.de inoff.teſt. Richar.Malũb. Io.de Imol. & Bart.in l.Titio centum,§.Titio genero, ff.de condit.& dim. Paul.de Caſt.conſ.73.Licet iſta Domina,col.fi.lib.1.Io.Ceph.conſil.85.Anno 1520.n.5.lib.1. quæ filijs iure naturæ debetur, Auth.de trient.& ſemiſſ.in prin.l.cũ quæritur, l.parentibus,d.tit.de inoff.teſtam. gloſ.in §.ſed quia hæredes,Inſtit.de fideicom.liber.vnde filij in ea creditores dicũtur,gloſ.in l.3.C.de iur. & fact.ignor.Io.de Imo.in l.Marcel.§.res quę, in fi.ad S.C.Trebell. Oldr.conſ.107.Circa ius municipale,col.1.n.2.verſ.Et debitũ, vt omne grauamen de legitima tollatur, c. Raynut. & c. Raynald.extr.de teſtam. imo dos vice alimen-
8 torum † ſubrogatur, vt patet ex communi dotis definitione apud Bar.in rub.n.16. ff.ſol.matr.& tradunt Io.Campeg. in tract. quod ſtant. maſc.q.6.n.46.Matt.de Affl.dec.111.Fuit dubitatum,poſt n.10.Andr.Tiraq.in tract.de pri-
9 mogen.q.62. fol.366. quæ alimenta † naturali iure à parentibus debent filijs præſtari,l.vnica, §.taceat,C.de rei vxoriæ act. l.fi.§.ipſum autẽ, C.de bon.quæ liber.l.ſi quis à liber.ff.de liber. agnoſc.proinde ſicut filij ob ingratitudinem alimentis priuantur,Abb.in c.Quintauallis,ex-
10 tra.de iur.iur.ſic etiam † dote, Bal.in d.l.fi.col. 2.C.de dot.promiſſ.gloſs.Pariſienſ.tit.1.§.30. incip.Hæc ſola cauſa,num.2.verſic.Eadem ratione pater, fol.378.

Prędicta tamen reſponſio tuta non videtur, ex iis, quæ tradit gloſſ.not.in l.3. §.ſed vtrum, ff.de minor. quod etſi ibi in fin. textus dixerit,
11 dotem mulieris eſſe proprium † patrimoniũ, & ſcribunt etiam Curt.iun.conſil.152.Præſupponitur in facto, nu.2. Socin.iun.conſil.20.In propoſito caſu,nu.3.conſ.35.Quatenus dubitatur,nu.6.lib.1.& Hieronym.Alban.conſ.31. In propoſita re, poſt nu.4.verſ.Facit quia non obſtante,vt videretur dicendum filiam in dote

à patre

à patre inſtitui non poſſe: contrarium concludit, tum quia in quartam imputatur, l. quoniã nouella, dicto tit. C. de inoff. teſtam. tum quia dotem confert filia ex teſtamento, & ab inteſtato, Authent. ex teſtam. C. de collation. quod autem eius ſit patrimonium, impropriè accipiendum videtur, l. cum dos, ff. de pact. dot. l. in eum, ff. de relig. & ſumptib. funer. Nec obſtat, quod dos præcipua per filiam retineatur, etiam ſi ſit exhæredata, l. vnica, §. videamus, C. de rei vxor. act. quia & quartam debet habere filius, & tamẽ in ea poteſt, imo debet inſtitui, §. aliud quoque capitulum, Authen. vt cum de appell.
12 cognoſc. Quinimo relictum pro dote † iure inſtitutionis factum cenſetur, vt per Bart. in Authen. vnde ſi parens, dicto tit. de inoffic. teſtam. communemque opinionem eſſe dicunt, Alexand. in l. humanitatis, ante num. 3. verſicul. Si quis tamen vellet, C. de impub. & al. ſubſtit. ac Socin. iun. in rub. nu. 35. ff. fol. matti. Non ergo ſimpliciter dici poteſt dotis prouiſionem à natura, vel à patre proceſſiſſe, ſed in dotatione ipſa mutualem rationem concurrere, cum licet quaſi lex quædam tacita liberis parẽtum hæreditatem adijciat, velut ad debitam ſucceſſionẽ eos vocando, propter quod & in iure ciuili ſuorum hæredum nomen eis inditum eſt, ac ne iudicio quidẽ parentis niſi meritis de cauſis ſubmoueri ab ea ſucceſſione poſſunt, l. cum ratio, ff. de bon. damn. non eſt quin liberi à patre conſequi hæreditatem dicantur.

Ex alio pariter Zaſij reſponſio nõ procedit, nam eſto dotis conſtitutionẽ patris prouiſionẽ cenſeri, adhuc dos, & prædefuncti fratris hæreditas, ad quam neptes aſpirant, vti excedens, & exceſſum ſe reſpiciunt, militatq. regula dictæ l. ſi viua matre, plus enim lõge eſt ſucceſſio à nepte, vel neptibus prætenſa, quam filiarum dota-
13 tio. Non repugnat Caroli Ruini † ad eandem legem reſponſio, cum enim ſuperſint maſculi, propter quos fuerunt ſorores excluſæ ad conſeruandam agnationem, ſexus qualitas neptes excludit, licet ex maſculo deſcendentes: ſi quidem qualitas hæc in filiabus excluſis gradu anterioribus, ſi neptibus vlterioris gradus conferatur, prædilectas reddit filias, incrementumq. excluſionis quoad neptes inducit, patruis per quos excluſio filiarum fauore agnationis orta fuit ſuperexiſtentibus, vt conſiderat egregiè ſatis Socinus iunior conſil. 158. Abunde, num. 47. lib. 2.

Cumque hæc quæſtio ſubſequenti vt ordinis cõnexione, ficre ipſa finitima videatur, Raphael. Fulgoſij, ac Socini ſententiam veriorem exiſtimans, non amplius immorabor, eſt profectò maſculorum deſcendentium in propoſito teſtantis propria ſucceſſio, ex diſpoſitis coniectura eius mentis deſumpta, ne igitur appareat alienam ſucceſſionem propriæ præferre, ideſt, cum hac maſculini ſexus qualitate, vel propria natura ad voluntatem præferentem relata, vt teſtantis agnatio conſeruetur, ita concludendum eſt: nec inconuenit iſto caſu fœminas tanquam alienam ſucceſſionem conſiderare.

14 Poſterior prædicta opinio latius † procederet, ſi in loco ſtatutum fœminarum excluſiuum, agnationis conſeruandę fauore adeſſet, tunc enim indubitanter neptes excludi, ac patruum præferri Vdalric. Zaſius concludit in dicto tractatu ſubſtitut. in fine, folio 663. verſic. Quam doctrinam veram eſſe puto, ex Socino nanque eo loci filiatio, vel ſanguinis neceſſitudo non conſideratur, ſed agnationis qualitas, familiæque conſeruandæ intentio, quæ in mulieribus non poteſt conſiſtere, vt ibi per eum.

Denique mirum valde eſt, Socinum alioqui Iuriſconſultum acutiſſimi ingenij, tertiam hanc quæſtionem hic inculcaſſe, occaſionemque Vdalrico Zaſio ſuper ea diſceptandi præbuiſſe, poſtquam eius veritatem, ac reſolutionem ſtatim in ſequenti, exquiſita certè diligentia erat indagaturus, quam & ego libenter aliquantiſper tetigi, vt veluti præludij vice afferrem; Quiſquam rogo ne ſit, qui hoc quaſi crimini aſcribat, nam ſi Socini veſtigia ſequi (vt aliàs dixi) optimum in his Commentarijs cenſui, incongruum non videbitur, dum hac terminorum non inutili repetitione vti viſum fuit. Sunt enim aliqui, vt dum aliorum labores intuentur, abundè quod eis confert hauriant, dum autem non abſimilem aduerſum atomum ne feſtucam dixerim conſpiciunt, illum verſuto quodam peculiari ſtudio indicare glorientur, tuncque autumant non Senatorijs veſtibus, ſed Imperatorio diademate, aut Regali ſceptro ſe exornari; Hique cum nudi aliorum operum, inuentionumque relatores ſint, has ridiculas, & inſulſas admonitiones immiſcent, vt noui aliquid proferre oſtendant, fruſtra autem laborant, cum doctis, atque eruditis viris vſurpatores alienæ laudis appareant, riſum prouocent, ipſorumque dolum detegant, quod inuidis, atque ingratis contingit. Hos terræ vaporibus ſimiles exiſtimo, qui Solis calore, ac virtute in altum eleuati, ad aerisque regionem ſupremam, denſitate quadam in nebulas deindè conuerſi, Solis claritatem, ac ſplendorem obumbrare moliuntur, ſed eadem Solis efficaci potentia in pluuiam reſoluti, ad infimum terræ prolabuntur; periculoſum certè eſt viuentes Scriptores illos ſagittare, qui doctos viros laudibus ornare ſtudent, ac profitentur, cum (vt in prouerbio eſt) ex dulci vino fortiſſimum acetum fieri ſæpiſſimè contingat.

HYPO-

HYPOTHESIS.

Pauli Caſtr. arduam quæſtionem cõſ. 409. Caſus iſte frequenter cõtingit, lib. 2. ſuper qua Florentiæ tempore quo ibi Martinus V. Pont. Max. permanebat acerrimè diſputatum fuit: omnesq. circa eã Soci. caſus examinari, ac uerè reſolui: Et d. l. ſi uiua matre, iterum reaſſumi: ac l. 1. C. de condit. inſer. l. Publius, §. Titia codicillis, hoc tit. l. ſi quis filio, in prin. ff. de iniuſ. rup. teſt. & l. unic. §. ſin autẽ ad deficientis, C. de caduc. tollen. iuſtis intelligentijs inſigniri.

SVMMARIVM.

1 *Neptem ex filia maſculi filij inſtituti, primum locum ſubſtitutum ipſi filio maſculo ſub conditione, ſi ſine filijs decederet, excludere, vbi teſtatoris filia in certa quantitate particulariter inſtituta reperiretur, vt in caſu Pauli Caſtr. & Raphaelis Fulgoſii, in l. 1. C. de cond. inſert. Hocq. latiſſime diſputari, deindeq. diſtingui, atque decidi nu. 171. & nu. 69. pariter, ac nu. 173.*
2 *Filia excluſa multo magis neptẽ excluſam cẽſeri*
3 *Statutum fœminarum excluſiuum ad agnationẽ conſeruandam inductum intelligi.*
4 *Filij in conditione poſiti licet ex teſtamento non vocentur, ipſos tamen voluntatis coniecturam vt ſuccedant habere.*
5 *Extenſionem in odioſis de perſona ad perſonam non fieri.*
6 *Rationis vnitatem eandem determinationem ex lege inducere, licet verba deficiant.*
7 *Argumentationem ab abſurdo vitando fortiſſimum eſſe.*
8 *Cauſam immediatam potentiori iure fulciri, magisq. cauſa, quam cauſato deferri.*
9 *Voluntatem teſtantis in mente retentam attendendam non eſſe, diſpoſitiuèq. non apparentem.*
10 *Tacitam voluntatem in vltimis voluntatibus veluti expreſſam operari.*
11 *Odium in patre erga filium non præſumi, ſed amorem: odiumq. probandum eſſe.*
12 *Filiam à patre congruẽter dotatã fuiſſe præſumi.*
13 *Succeſſionis dubium futurum eventum, in iure plurimum conſiderari.*
14 *L. 1. C. de condit. inſert. enucleari.*
15 *Euidens etiam dici, ex coniecturis elicitum, idq. ibidem declarari: & l. licet Imperator, ff. de legat. 1. intelligi.*
16 *Præſumptiuam probationẽ irregularẽ appellari.*
17 *Præſumptiones ad reddendã voluntatem euidentẽ, iuris, atq. vrgentes, non hominis eſſe debere.*
18 *Regulam l. ſi viua matr. C. de bon. mater. aperiri.*
19 *Bart. doctrinam in l. ſi. ff. ad S. C. Trebell. declarari, & num. 24.*
20 *Argumẽtationẽ de rebus ad perſonas efficacẽ eſſe*
21 *Excluſionis vnius perſonæ ab altera, diſtinctionẽ affectri: an inquam per conditionem: an autem per diſpoſitionem.*
22 *Extẽſionem ad caſum omiſſum ex probabili coniectura fieri, ſine in voluntaria, ſine in neceſſaria conditione verſemur.*
23 *Reſtrictionem verborum dupliciter conſiderari.*
24 *Cõditionem ſi ſine liberis, perteſtatorem adiectã filio inſtituto cui Titium ſubſtituit, & eius hæredes, qui extraneis relictis hæredibus deceſſit, filio inſtituto, extraneis etiam hæredibus relictis vita functo, extraneos hæredes Titij reſpuere: inſtituti filij hæredibus extraneis admiſſis: de hocq. diſceptari.*
25 *L. Publius, §. Titia codicillis, ff. de condit. & demon. enucleari.*
26 *Agnationem per maſculos, non autem per fœminas conſeruari.*
27 *Teſtator præſumitur ſe voluiſſe cum diſpoſitione ſtatuti conformare, & nu. 28.*
29 *Fideicommiſſariam ſucceſſionem ad teſtatorem referri, & nu. 95.*
30 *Proximitatem in fideicommiſſis non gr[illegible] ſed primi teſtatoris attendi.*
31 *Proximitatem teſtatoris, vel maximè in fideicommiſſis ſpectari, cum de teſtatoris voluntate interpretanda agitur, & nu. 124.*
32 *Statuta fœminas propter maſculos excludentia abuſiuam quandã æquitatem continere: & propterea reſtringenda eſſe.*
33 *Coniecturam conformitatis teſtatoris cum diſpoſitione ſtatuti de facili ſubmoueri.*
34 *Ius commune potentius iure ſpeciali eſſe.*
35 *Statutum excludens filias propter maſculos, multò magis neptes excludere.*
36 *Coniecturam mentem teſtantis eſſe, vt in portione vni ex filijs relicta nepotes ei ſuccedãt, ſineque alijs potiores.*
37 *Maſculinam qualitatem reſpectiuam eſſe, non abſolutam.*
38 *Filium in locum patris ſubintrare in fideicommiſſis cum tractatur de ſuccedendo aſcendenti, uel patruo, & num. 39.*
40 *Ampliari, ac reſtringi diſpoſitionem, vbi ratio expreſſa reperitur ad terminos expreſſæ rationis: & vbi vnica tantum ratio reddi poteſt, illam expreſſam cenſeri.*
41 *Immediatè dici quod p rerũ naturã cõtinuatur.*
42 *Fœminas conditionem ſi ſine filijs maſculis deceſſerit, non extinguere.*
43 *L. cum anus, ceſſare, pietatis coniectura ceſſante.*
44 *Præſumptionẽ iuris ex alia ẽt cõiectura quæ iuris non ſit, ideſt expreſſum à iure inducta, auferri.*
45 *Conditionem ſi ſine filijs deceſſerit deficere, ſi gratus cum vno deſcendente moriatur, etiam ſi fœmina ſit, & num. 102.*
46 *Conditionem ſi ſine filijs deceſſerit deficere, ſi quis cum nepte ex filia moriatur.*

Condi-

47 *Conditionem ſi ſine filijs deficere ſi quis cum nepte ex filia moriatur, etiam ſi eſſet dictum ſine filijs ex ſe natis, vel ex proprio corpore deſcendentibus.*

48 *Verba ſine filijs, ex Baldo verbis ſine liberũ æquipollere.*

49 *Fœmininum concipi à maſculino præſertim in materia indifferenti, num. 51. etiam in materia odioſa.*

50 *Filiorum exiſtentiam ad defectum expreſſæ conditionis ſufficere, licet non ſuccedant.*

52 *Verba ab homine prolata ad iuris communis intelligentiam referenda eſſe.*

53 *Fœminas filiorum verbo impropriè contineri, ac num. 105. & 110.*

54 *Fœminas in oratione negatiua propriè filiorũ verbo includi.*

55 *Indefinitam orationem negatiuè conceptam propriè vniuerſali æquipollere.*

56 *Indefinitam vniuerſali nõ æquipollere cum in omnibus ſub ea comprehenſis eadem non viget ratio.*

57 *Filiorum appellatione in emphyteuſi eccleſiaſtica fœminas non comprehendi: idque etiam in feudo procedere.*

58 *Priuationem, excluſionem, & punitionẽ, illud q in iure expreſſum non eſt, in materia priuatiua, punitiua, ſine excluſiua, nequaquam inducere.*

59 *L. ſi quis filio, in princ. ff. de iniuſt. rupt. teſtam. interpretari.*

60 *Fideicommiſſariam ſubſtitutionem, omis cenſeri.*

61 *Fideicommiſſum odioſum an ſit diſcuti, & nu. 62.* FARNESIORVM PRINCIPVM *celſitudinem explicari, ac Parmæ, & Placentiæ decus, ſub eodem num. 61.*

63 *Fideicommiſſum ad conſeruandam agnationem inductum fauorabile eſſe.*

65 *Filios in conditione poſitos vocatos cenſeri, cum ſucceſſuri non eſſent niſi verborum conditionalium proprietas violetur.*

66 *Neptem ex filio de agnatione, ac familia aut reputari.*

67 *Nobilis matris filium, nõ dici nobilem, cum ex nobili patre nobilitas contrahatur: licet paterna nobilitas ex nobilitate materna ſplendidior fiat.*

68 *Ioannem Paliarenſem iuriſconſultum Senenſem teſtimonio Petri Philippi Cornei magni ingenij, ac doctrinæ fuiſſe.*

70 *Neptem ex filio, patruum reciprocè ſubſtitutũ ſub conditione, ſi ſine filijs deceſſerit excludere, etiã ſi teſtator proprias filias in re certa tantum inſtituiſſet, vbicunque teſtator ipſe odio filias ex aliqua cauſa quæ probaretur, proſequutus fuiſſet.*

71 *Neptem ex filio multo magis admitti filiabus ob particulare odium excluſis, ſi teſtator morienti filio ſine filijs extraneum ſubſtituiſſet, vel aliũ nõ ita teſtateri dilectum.*

72 *Neptem ex filia non excludi, ſed ſubſtitutum, ſi teſtator fœminis inſtitutis vni, vel filium, vel aliũ & non alteram filiam ſubſtituiſſet.*

73 *Liberorum maſculorũ appellatione licet maſculi ex fœminis nõ includantur, tamẽ contrariũ eſſe facta mentione liberorũ maſculorũ ex fœmina.*

74 *Filia renuncianti hereditati paternæ fratribus tunc exiſtentibus, renunciationẽ non obeſſe fratribus viuente patre præmoriẽtibus, & nu. 109.*

75 *Renunciationem iuramento firmatam per matrẽ factam, adhuc viuente patre prædefunctam, nepotibus non nocere; Etiã ſi eius matris heredes fuerint.*

76 *Neptes patruum ſubſtitutum in teſtamento fœmina, ex vera, & communi opinione non excludere, & num. 88. ac 89.*

77 *Verba ſecundum qualitatem perſonæ intelligenda eſſe, & num. 80.*

78 *Fœmina nunquid in feudo quod à fœminis originem traxit ſuccedant, & num. 81.*

79 *Emphyteuſi à fœmina pro ſe, & deſcendentibus maſculis recepta, maſculos ex fœminis ſub ea comprehendi.*

82 *Matrem, & filios de eadem agnatione non eſſe: nec propinquam, vel propriè conſanguineam appellari.*

83 *Partum maternarum viſcerum partem eſſe, & num. 84.*

85 *Aurum copioſius à Natura tanquam mineralium perfectius produci.*

86 *Viri, & vxoris nexum inextricabilem oſtendi.*

87 *Matrem certam, patrem verò incertum eſſe.*

90 *Vincentium de Franchis Sacri Regij Neapolitani Conſilij Præſidentem laudari.*

91 *Filios maſculos, ac ex eis nepotes chariores matribus, quàm fœminas eſſe.*

92 *Neptes patruum ſubſtitutum non excludere in teſtamento fœmine, etiam ſtante ſtatuto quod in bonis maternis fœmina cum maſculis pariter ſuccedant, alio enim ſtatuto dicente vt in bonis paternis maſculi fœminis dotatis præferantur, teſtatricis mentem ſtatuto de paterna ſucceſſione diſponenti conformem fuiſſe interpretabimur.*

93 *Neptem deſcendentes, vel agnatos ſubſtitutos potiſſimum non excludere, etiam in teſtamento fœminæ ſi poſt ipſos fœminas vocaſſet.*

94 *Neptis nunquid excludatur, ſi filia teſtatoris licet in re tantum certa inſtituta eſſet tamen filio maſculo ſine filijs deçedenti ſubſtituta, latè diſcutitur, & num. 108. ac 111. cum Decij ſententia concluditur.*

96 *Conjecturam à iure approbatam liquidiſſimam probationem facere.*

97 *Liberos in conditione poſitos ex magis communi opinione vocatos non cenſeri, & numero 64. ac 99.*

98 *Hereditatem adiam non amplius anitam dici, ſed filij propriam.*

Digitized by Google

100 *Ius accreſcendi per expreſſam ſubſtitutionem ceſſare: Quinimo tacitam pupillarem ſubſtitutionẽ in expreſſa vulgari comprehenſam iure accreſcendi potentiorem eſſe, num.103.*

104 *Ius accreſcendi ſubſidiarium eſſe.*

105 *Ius accreſcendi non vincere ius tranſmiſſionis.*

106 *Ius accreſcendi nunquid ex teſtantis voluntate, vel ex lege inducatur.*

107 *Subſtitutus quamuis coniuncto preferatur, tamẽ ex mente teſtatoris præſumpta coniunctum ſubſtituto præferri.*

112 *Neptem, ſi filia teſtatoris licet in re tantum certa inſtituta, eſſet tamen ipſi maſculo decedenti ſine filijs ſubſtituta, admitti, etiam ſi in inſtitutione teſtator dixiſſet, inſtituo vnicũ filium maſculũ, ſeu filios maſculos vniuerſales meos haredes.*

113 *Neptem ſubſtitutis alijs deſcendentibus reciprocè ſub conditione, ſi ſine filijs deceſſerit, excludi, filia in re particulari inſtituta, & num.114.*

115 *Neptem ſubſtitutis reciprocè deſcendentibus, filia autem in re particulariter inſtituta excludi, etiam ſi eſſet dictum, ſi ſine liberis deceſſerit.*

116 *Neptem vt ſupra excludi, etiam in conditione tacita per legem ſubintellecta.*

117 *Neptem (vt eſt dictum) ita demum in quarto caſu Socini ſenioris hic excludi, ſi agnatus teſtatoris ſubſtitutus neptem ipſam ab inteſtato excluderet ex forma ſtatuti, aliàs ſecus; Sed ſtatutum iſtud non requiri, num. 118. Statuto autem concurrente negocium tutum eſſe, nnm.119. & 120.*

121 *Neptem retenta opinione Doctorum, vt ſtatutum neceſſario requiratur: vel aliorum, vt ad bene eſſe: ita demum non admitti, ſi ſtatutum ipſam ab hereditate granati, & non grauantis excludat: Contrarium tamẽ verius eſſe, n.122. & 125.*

123 *Argumentationem ab vnica ratione etiam in diſpoſitione teſtatoris conſiderata, validè ſumi.*

124 *Affectionem teſtatoris grauantis, & non granati in coniecturanda mente circa perſonarum ſucceſſionem ſpectari, & num.31.*

126 *Horatium Gerutium Iuriſconſultum Aquilanũ, & in Vrbe Roma Aduocatum laudari.*

127 *Neptem in quarto caſu Socini, facilius excludi ſi in haredis inſtitutione teſtator ſolum maſculos filios natos, & naſcituros vocaſſet, eosque inuicẽ in perpetuum ſubſtituiſſet.*

128 *Neptem in dicto 4. caſu Socini liberius excludi, ſi de maioratu ageretur, vel de bonis ſimili nexu vinculatis, vel affectis.*

129 *Neptem in ſuperiori 4. caſu Socini certius excludi, quando non ſolum per coniecturas, ſed ex diſpoſitione expreſſa voluiſſe teſtatorẽ bona in ſua agnatione conſeruare, appareret.*

130 *Neptem in 4. caſu Socini facilius excludi facta ſubſtitutione nominibus collectiuis ſimilibus.*

131 *Neptem in dicto 4. caſu Socini liberius excludi, ſi in aliqua familia conſuetudo adeſſet, quòd inter ipſos ſtantibus maſculis fœmina non ſuccedant.*

132 *Conſuetudinem per homines de vna familia, vel agnatione induci poſſe, vt inter ipſos certo modo ſuccedatur, & quando hoc verum ſit, num.133. 134. 135. & 136.*

138 *Neptem in dicto caſu Socini fortius excludi, in caſu ſimultanea confectionis teſtamenti tranſuerſalium vnico contextu teſtatoribus præſentibus exclufis filiabus, agnatis verò tranſuerſalibus ipſorumque liberis ſubſtitutis.*

139 *Neptem in dicto Socini caſu liberius excludi, vbicumque teſtator ad plures ſubſtitutionũ gradus exclufis filiabus, & in penultimo, vel vltimo gradu ſubſtitutionis agnatis tranſuerſalibus pariter exclufis, digrederetur.*

140 *Neptem in 4. Socini caſu excludi ſubſtitutis tantum agnatis maſculis, nec magis communem opinionem in tranſuerſalibus maſculis veram eſſe, & num.141. Doctores contrarium aſſerentes recenſeri; ſed num.142. reſolutionem afferri.*

143 *Neptem in caſu Pauli Caſtrenſis, 409. Caſus iſte frequenter contingit, poſt num. 2. lib.2. non excludi, ſi eſſet dictum quibuſcunque filijs.*

144 *Neptem in predicto caſu non excludi, quando coniectura ex d.l. ſi nina matre, deſumpta, alijs fortioribus coniecturis tolli poſſet.*

145 *Neptẽ in terminis Caſtrenſis, & Socini per agnatum ſubſtitutum excludi, quando inter filios inſtitutos reciprocum fideicõmiſſum adeſſet, aliàs ſecus.*

146 *Neptem in terminis predictis Pauli de Caſtro, & Socini nõ excludi, quãdo in una parte teſtamenti teſtator de filijs maſculis loquutus fuiſſet, & deinde in alia parte de filijs ſimpliciter, dum enim ſimpliciter verbum filijs appoſuit, fœminas neptes etiam comprehendit.*

147 *L.vnic.§.ſin autẽ ad deficientis, C.de caduc. toll. declarari.*

148 *Teſtamenti vnam partem dubiam ex alia interpretari, & nn.153.*

149 *Sententia appellatione ſententia etiam interlocutoria comprehenditur, quando in una parte diſpoſitionis de ſententia diffinitiua mentio facta eſset.*

150 *Maſculinitatis qualitatem in una parte teſtamẽti expreſſam, in alia repetitam cenſeri ſecundũ aliam Abbatis opinionem: præſertim ſtante ſtatuto quo fœmina per maſculos excluduntur, nn. 151. Maximè etiam quando de filijs ſimpliciter, & de filijs maſculis vnius, & eiuſdem mentio facta eſſet, num.152.*

154 *Repetitionem qualitatis in fauorabilibus procedere, non autem in odioſis.*

155 *Repetitionem qualitatis nunquam locum habere quando ex repetitione aliquid contra ius commune induceretur.*

156 *Repetitionem ceſſare, vbi de contraria voluntate diſponentis appareret.*

157 *Naturalium mentionẽ in una parte teſtamenti, in*

alia eorundem repititionem inducere.

158 *Maſculina qualitatis repetitionem nõ fieri, vbi qualitas hæc in vna teſtamenti parte, clauſula, ſine capitulo claro, & non dubio, ſed diſtincto, ac perfectam orationem habente, facta inueniretur.*

159 *Maſculina qualitatis expreſſa in vno capitulo diſtincto, tanto minus repititionem fieri, quanto teſtator in vna parte teſtamenti (vt dicebam) de filijs vnius mentionem feciſſet, in altera verò parte de filijs alterius ſimpliciter, Præſertim ſi omiſſio maſculinæ qualitatis geminata eſſet, num. 160.*

161 *Maſculina qualitatis in vno capitulo diſtincto repetitionem fieri vbi dictio repetitiua adeſſet: Ac etiam vbi adeſſent coniecturæ voluntatis teſtatoris ad agnationis fauorem, num. 162.*

163 *Maſculina qualitatis expreſſa in aliqua clauſula non habente perfectam orationem, fieri repetitionem. Idque verum eſſe quando qualitas vtrique perſonæ vniformiter conuenire poteſt, aliàs ſecus, num. 164.*

165 *Qualitatem inter plura appoſitam, quæ ab eadem oratione, & verbo regũtur, omnia pariformiter qualificare debere, & nu. 166.*

167 *Subſtitutiones plures cum ab eodem verbo regun tur ab eademque oratione, illud quod vnam qualificat, aliam etiam qualificare.*

168 *Verba dubia perſequentia, & antecedentia declarari.*

169 *Vnitatem ſermonis, aliquando præſumptæ menti teſtatoris præferri.*

170 *Maſculinam qualitatem inter plura quæ ab eadem oratione, & verbo regnntur appoſitam, vel maximè repetitam cenſeri, ſi teſtator pluries, & geminatè qualitatem expreßiſſet.*

171 *Opinionem alias contrarias diſtinguentem, & conciliantem attendi, ac eligi debere.*

172 *Repetitionem tacitam inducendi cauſas in tripli ci differentia conſiſtentes, totidemque ipſam excludendi, ex Baldo notabiliter afferri.*

CAP. X.

ALIAM intricaciorem, ac difficiliorem quęſtionem Socinus ſubdebat, quàm Paulus de Caſtro in d. l. prima, colum. ſecunda, ſub num. 7. C. de condit. inſert. per Raphaelem Fulgoſium ibi poſitam eſſe ſcribit, in qua ferè omnes ſublimiores Italiæ Doctores & Collegia Florentiſſima aduerſa reſponſa reddiderunt: alij enim pium locum, alij autem neptem ex filio fouebant, ingensque ſuper ampla hæreditate conflictus extitit; Pater filium habens, & filiam, vniuerſaliter filium, in certa verò quantitate filiam inſtituit, & ſi filius ſine filijs decederet ad pium locum bona iuſſit peruenire, filius relicta nepte ex prædefuncta filia deceſſit; Quæritur an hæc neptis ſubſtitutum pium locum excludat? Et Socinus hic colum. 48. ferè ad contextum tria pulcherrima Pauli Caſtrenſis conſilia referendo, difficultatem iſtã lõga diſputatione pertractare diſtinctioneque perſtringere nititur: cumque tot celebres Iuriſconſulti ſubtilia eorum ingenia ad iſtius quęſtionis veritatem genuinamque reſolutionem inueniẽdam agitauerint, circa eam inſiſtam: neptis namque hoc negociũ velut Helenæ raptus flammam vrẽtem inter maximos viros iniecit, quæ in iuris ciuilis facultate inextinguibile diſſidiæ peperit incendium; Duæ igitur principales Scribentium ſunt opiniones, quarum prima eſt, quòd fideicommiſſi conditio † extiterit neptisque excludatur, quam comprobat Paul. de Caſtr. conſil. 409. Caſus iſte frequenter cõtingit, libro ſecundo, dicens quęſtionem iſtam ſibi de facto contigiſſe tempore quo Otho Columna qui fuit Martinus Quintus Pontifex Maximus Florentiæ permanebat, tuncque pro loco pio conſuluiſſe ſuper quadam hęreditate decem millium florenorum, Doctoresque omnes Florentinos collegialiter, omnesque Conſiſtoriales Aduocatos, vno tantum excepto, idem reſpondiſſe; cumque hac in re aliqui, qui non ſolum ſe fontes maximos penitus abſconditos aperuiſſe dicunt, ſed ipſos fontes eſſe, & omnium rigare ingenia profitẽtur, ſitientes quàm maximè loquantur, neque habeant quo ſitim ſedant, ſiccitateque areſcant; ſtudendum propterea maximopere erit in re perdifficili, varia, atque obſcura, ne in idem incidamus vitium, & vbi animi, atque ingenij celeres quidam motus eſſe debent, qui ad excogitandum acuti, & ad explicandum, ornandum, erudiendumque ſint vbercs, reddantur hebetes, obtuſi, atque exiles: Et quamuis nõ tanti me eſſe exiſtimem, non tamen eſt dicendum, vt ars aliquid limare non poſſit; & quæ bona ſint, fieri meliora non poſſe doctrina: & quæ non optima, aliquo modo, & acui, & corrigi nequaquam permitti, quod quidem aſſequi poſſe credimus, rigoroſa quadam (vt ſic dixerim) diſceptatione: ac dum probabiliora, & ratione conſiſtentia admiſerimus, debilia autem, atque infirma reſpuerimus, in medium etiam optimorum Iuriſconſultorum qui de eadem re ſcripſerunt, diſertas interpretationes attulerimus.

1

Plura itaque ad iſtam opinionem roborandam, muniendamque fundamenta inducuntur, ſed validiora referam. Et primum quidem, cum non ſit credendum teſtatorem plus ex filio neptem, quàm proprias filias dilexiſſe, eaſque deterioris conditionis fore voluiſſe, d. l. ſi viua matre, circ. med. C. de bon. matern. quæ propriè de filijs loqtur, & nepotib. ſi ergo

ed by Google

2 filias expreſsè excludere † voluit, multo magis neptem iſtam, vt verbum filijs, ad maſculos reſtringatur ad finem conſeruandi bona in agnatione ex mente præſumpta: ſicut de ſtatuto maſculos vocante fœminas verò excludente dicimus, quod agnationis conſeruandæ cauſa per maſculos, cum fœminæ in alienas tranſeant familias, † inductum cenſeatur, Bald. in l. maximum vitium, columna ſecunda, ante numerum
3 tertium, verſic. Præterea cum ratio ſtatuti, C. de liber. præterit. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de ſucceſſ. ab inteſt. colum. 1. verſic. Familia propriè.

Stringitur hæc ratio tripliciter, Primò ex Socino, nam filij filiorum † in conditione poſiti licet præciſam defuncti diſpoſitionem non habeant, aliqualem tamen voluntarem habere dicuntur, cogitauit enim teſtator ſua bona ad eos
4 fore peruentura, vnde ſubſtituto prælati dicuntur, l. Lucius Titius, ff. de hæred. inſtit. notat gl. in l. filius familias, §. cum quis, ff. de leg. primo, & in d. l. cum acutiſſimi, vbi autem tales ſunt filij qui huiuſmodi voluntatem teſtantis non habent, vel habere non præſumuntur, licet filij ſint, non tamen ſubſtitutum excludere debent, cum id non habeant per quod excluſio cauſetur, & ſic dicta conditio rectè cogitãdo merum factum non continet, quamuis enim requiratur quod dicti filij filiorum parentum ſuorum hæredes ſint ad ſubſtituti excluſionem, requiritur etiam quòd habeant ſaltem aliqualem (vt dicebam) primi teſtatoris voluntatem, aliàs ceſſante prædicta ratione non excluderent: idem igitur in propoſito dicendum videtur, quòd cum neptis talem teſtantis voluntatem non habeat, non enim cogitauit ipſam ad eius bona fore admittendam, ex quo filias fœminas ab vniuerſali ſucceſſione alienas reddidit, non inſtituendo, nec ipſas vniuerſaliter ſubſtituendo, quod quidem non ex alio, quàm propter ſexum fœmineum eueniſſe præſumitur, per quem agnatio non ſeruatur, ergo ſequitur nõ filiationem, ſed ſexum muliebrem excludere voluiſſe, & proinde neptes ex filijs in quibus eadem ſexus ratio
5 viget: vt non dicatur † de perſona ad perſonã extenſio fieri in materia odioſa, prout fieri non debet, l. illam, C. de collat. ſed vna eademque diſpoſitio circa filias, neptesque ex filijs videatur, vnitate rationis, & cauſæ inſpecta, iuxta not. per Cynum in l. vnic. C. quæ ſit longa conſuet. & in l. quod verò, ff. de legib. dicentem, quòd vbi eadem eſt ratio, non fit extenſio, ſed
6 virtute eiuſdem legis caſus † determinatur, oriturque directa diſpoſitio licet verba ſpecificè deficiant, l. fin, C. de indict. vid. & faciunt per Dominum Vincentium de Franchis deciſ. 94. In cauſa, numero ſecundo, verſic. Nihilominus quia generalitas, in prima parte.

Secundò per textum in dicta l. prima, C. de condit. inſertis, vbi nepos ex filia facit fideicõmiſſi conditionem deficere, ſi inſtitutus ſine liberis deceſſerit, niſi alia defuncti voluntas euidenter probetur, vt ſit idem ex Curtio ſeniore iſto caſu in nepte ex filio dicendum teſtantis voluntate apparente.

7 Tertiò, nam ab abſurdo argumentatio † efficax in iure eſt, ſiue in contractibus, ſiue in ſtatutis, ſiue in vltimis voluntatibus verſemur, l. nã abſurdum, ff. de bonis libert. l. ſcire oportet, §. aliud, ff. de excuſ. tut. l. furti, §. pactus, & ibi not. Bart. ff. de his qui not. infam. cap. dudum, §. primo, de præbend. in ſexto, ſed abſurdum eſſet q neptis vlterioris gradus prædiligeretur, nam po
8 tentius ius cauſæ † immediatę & ſic filiabus primi gradus ineſt, quàm cauſæ mediatæ, l. ſocij qui, §. primo, ff. pro ſoc. l. conſilij, §. ſocij mei, de regul. iur. Petr. de Ancharan. conſilio vigeſimoſexto, In quæſtione ſupraſcripta, ad fin. Socin. in l. prima, in princ. numero decimo, de verborum obligat. Ioan. Cephal. conſilio 46. Adhuc videtur, numero vigeſimoſecundo, lib. primo, & magis tribuitur cauſæ, quàm cauſato, l. ſi mulier, cum gloſſ. ff. rer. amot. Curt. iun. conſilio ſecundo, Circa præmiſſam, numero quarto, poſt Bald. in l. ex placito, columna prima, & ſecunda, C. de rerum. permut. & in l. ſub prætextu, la prima, columna ſecunda, ſub numero quinto, verſiculo, Præterea ſi dolus, C. de tranſactio. ergo ne ſequatur abſurdum ad maſculos fit reſtrictio, argumen. capit. cum in cunctis, vbi gloſſ. in verb. Multò fortius, extr. de electio. Authent. multo magis, C. de ſacroſan. Eccleſ.

Hæc ratio, quæ Vldarici Zaſij teſtimonio præpotens videtur, ſubmoueri poteſt, cum filiarum excluſionem voluntas teſtatoris expreſſe reluctans inducat, neptis verò expreſſam cõtrariam voluntatem non habeat, vnde cum in portione vniuerſali filijs relicta ipſos prædilexerit, eandem dilectionem ad eorundem deſcendentes habuiſſe credendum eſt, ac etiam ſi id ſenſiſſet teſtator, vtique expreſſurum fore, argumen. l. vnic. §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen. proinde quid in men-
9 te † teſtator agitauerit nõ inſpicimus, niſi quatenus diſpoſuerit, l. quidam cum filium, vbi Bald. & Ioan. de Imol. ff. de hæred. inſtitut. & ſic iura illæſa remanent, quæ neptem fouent, & erigunt.

Niſi cum Socino hic columna quadrageſimanona, in fine, diceretur, negari non poſſe neptem contrariam voluntatem expreſsè reluctantẽ non habere, ſed nec controuerti poſſe tacitam teſtantis mentem ipſi plurimum obeſſe,
10 vt tantum tacita voluntatis coniectura † in vltimis voluntatib. ab vnius animo depẽdentib.

quantum

quãtum expreſſa operetur, l. inter veſtem, ff. de aur. & argen. leg. iunct. l. cum proponebatur, ff. de legat. ſecundo, tradiditque Bart. in l. cum quid, numero nono, verſic. Quædam ſunt, ff. ſi certum petat. Sed reſponderi poteſt, argumentationem non concludere, de ente, ad non ens, filiæ enim excluſæ ob notam, vel offenſam aliquam exoſæ teſtatori eſſe poterant, quæ quidẽ offenſa in nepte naſcitura conſiderari nequit, l. ſi quis in ſuo, §. legis, C. de inoffic. teſtam. & nõ entium non ſunt partes, aut qualitates, l. eius qui in prouincia, ff. ſi cert. petat. Niſi fortaſſe diceretur, potentiam iſtam odij non operari cũ ad actum non reducatur, odium nanque à Socino imaginatum nequaquam † in patre præſumitur, quinimo ardens amor, l. iſti quidem, ff. quod met. cauſſ. odiumque probandum eſt, §. cauſſas, auth. vt cum de appell. cognoſc. & poſt Socin. ſen. in his terminis, conſ. 44. in tertio volum. tradunt Ludouic. Gozadin. conſil. 89. In hac cauſa, num. 14. in fin. Gerard. Mazzol. conſil. quinto, Franciſca Arceuiſia, num. 93. Quod autem Socinus ipſe de excluſione naſciturarum filiarum ab vniuerſali ſucceſſione ſubdit, extraneum remotumque à themate propoſito eſt, vt non valeat de filiabus naſcituris ad neptes naſcituras ratione inuiſi ſexus argumentari. Ceſſat igitur omnis abſurditas, nam propriis filias competenter dotauit, quemadmodum in patre præſumendum † eſt, argum. l. ſi filiæ pater, ff. de leg. tertio, vnde filiæ dotibus à patre datis debent eſſe contẽtæ, cum congruæ dotis arbiter, ac moderator exiſtat, ſecundum Bald. & Paul. de Caſtr. in Authen. res quæ, C. commun. de legat. præſumitur enim pro patre quòd filiabus competenter prouiderit, cum nullus amor vincat paternum, l. 6. C. de curat. fur. nec amicus aliquis melior patre reperiatur, d. l. quidam cum filium, vbi Angel. abſurdumque prædictum conſiderari tunc poſſet, cũ filiabus, & neptibus de dotibus fuiſſet prouiſum, quæ ſanè prouiſio cum erga neptes ceſſauerit, noluit filium fideicommiſſi onere prægrauare, niſi ſub ſimplici conditione, ſi ſine filijs decederet, cogitauerat enim teſtator, (vt Curtius ſenior aduertit) fortunæ inſtabilitatem, quòd maſculi depauperari potuiſſent plurimasque filias, vel neptes ſuſcipere, quas dotare tenerentur, & ſic fortè minus eſſent habituræ, quam filiæ propriæ teſtatoris competenter dotatæ: dubiumque hoc † multum in iure conſideratur, l. de fideicõmiſſo, C. de tranſact. Bald. in l. cum Archimedoram, numero tertio, C. vt in poſſeſſ. legat. & vtique ſi neptes minus habere reperirentur de filiabus conquæri nequirent. Non obſtat † d. l. 1. in fin. C. de condit. inſert. cum textus non ſit probatione ſimplici contentus, ſed euidentem probationem requirat, adeo quòd ſimplex filiarum excluſio nõ poteſt euidens probatio cenſeri, ex ſuperius narratis. Et ſi diceretur, euidens illud eſſe, & clarum quod ex præſumpta teſtantis mente, ac coniecturis inducitur, l. licet Imperator, de leg. 1. l. ſi quis locuples, ff. de manumiſſ. teſta. Socin. iun. conſil. 88. Magnifici, num. 3. lib. primo, Reſponderi poteſt, id tantum procedere vbi à iure expreſſum reperiretur, aliàs enim probari euiden
15 ter non dicitur † quod præſumptionibus coniecturisque conſtat, gloſſ. in l. abſente, ff. de pœnis, & in l. ſi tutor petitus, C. de peric. tut. Bald. in l. ciues, & incolæ, in princ. C. de appellat. & poſt Alexand. in d. l. licet, num. 4. verſic. Quod intelligat, tradit Aym. Crauett. in tract. de antiq. temp. in prima part. tit. de teſtib. deponentib. de credul. in antiq. nu. 38. Item niſi in conditione, ſi probaueris, iſtud verbum euidẽs, vel euidenter adiectum eſſet, tunc enim coniecturis, ac præſumptionibus probare nõ ſufficit, ſed clara ueraque probatio requiritur, text. eſt iuxta Dyn. & Bartoli intellectum in l. Lucius, ff. de condit. & demonſtr. ac in d. l. licet, tradit Alex. poſt numerum quartum, ſed in d. l. prima, dicitur. Niſi alia defuncti volũtas euidenter probabitur, præſumptioque hæc in iure recepta non reperitur, merito non leue myſterium illius textus verba continere videntur, vt præſumpta probatio non ſufficiat, maximè cum contrarium claris iuribus (vt ſtatim dicam) probetur.

Textus etiam in dicta l. licet, minimè id probat ad quod paſſim allegatur, nam repetitio ibi relictorum ab inſtituto in ſubſtitutum, præſumptione etiam ex voluntate teſtatoris elicita inducitur, & tamen euidentes coniecturæ requiruntur, ſucceſſio verò iſtarum neptum propria iuris interpretatione ex diſpoſitis ſignificatur. Non immeritò igitur (vt alia omittã)
16 probationem huiuſmodi præſumptiuam † irregularem appellat Andreas Alciatus in l. qui accuſare, fol. 163. verſic. Quandoque tamen,
17 C. de eden. & quòd iuris præſumptiones † ad reddendam voluntatem euidentem requirantur, ac etiam vrgentes eſſe debeant, non autem leues, hominis, ac frigidæ, poſt Corneum, & Pariſium in his terminis, poſtque Alexandrum in citato loco, tradit Ioan. Cephal. materiam iſtam reaſſumendo, conſil. 46. Adhuc uidetur, num. 19. verſic. Tertiò conſidero, libro primo.
18 Regula † etiam dictæ l. ſi viua matre, vt in præcedenti quæſtione dicebam, de nepte loquitur quæ iuribus matris niteretur, ideo ſi mater eſt excluſa eodem modo neptis, ad notata per Bartolum in l. qui ſuperſtitis, colum. prima, verſic. Aduerte, de acquir. hæredit. in l. prima, §. ſi filius, de coniug. cum emancip. liber. Aym. Crauett. conſil. 127. In contractu, num. 1. ſecus

verò est in neptè non ex ipsa filia, sed ex filio, tunc enim neptis iure patris nititur, vel aui si de pronepte loquamur, vt Castrensis deceptus fuerit in fallacia argumenti, secundum Cephalum dicto cons. 46. nu. 36. Non mirum (inquit) si Castrensis ipse in grauiori ætate propositum mutasse testetur. Prædictum insuper argumentum ex d.l. si viua matre, tolli potest, cum enim substitutus masculus aliàs fuisset in omnem casum grauatus onere fideicommissi, fuit à testatore tali onere liberatus si cum filijs decederet, vnde dummodo cum filijs decedat substitutio cuanescit licet ipsos filios hæredes nõ instituat, l. filiusfamilias, §. cum quis, de legat. 1. proinde filij in conditione positi non censentur in aliquo per testatorem honorati, nec melior facta eorum conditio, secundum gloss. communiter approbatam in l. Lucius Titius, la seconda, ff. de hæred. inst. quomodo ergo melior est neptis conditio cui nihil est relictum quàm filiæ? si enim patri suo succedit, beneficio patris contingit, qui testari noluit, eique auferre, non autem ex aui testantis dispositione: talis igitur conditio nõ dicitur ad neptis fauorem pertinere, sed potius ad releuamen filij masculi, prout in simili scribit Bart. in l. illis libertis, columna prima, versic. Sed mihi parcat Dyn. ff. de condit. & demonstr. & tradit idem Castrensis, consilio 152. Præsens dubium, colum. secunda, circa med. versic. Sed videndum, libro primo, ac Io. de Imol. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. Non est itaque absurdum quòd testator filiam fœminam particulariter dotauerit, filiorumque masculorum conditionem fecerit meliorem eos minus grauando, eisque facultatem relinquendo in suas filias proprio arbitrio disponendi, Fortius ex Andrea Alciato respondetur, inconueniens non censeri quòd testator proprias filias tantum dotauerit masculis vniuersaliter hæredibus institutis, hoc enim videtur istorum masculorum contemplatione egisse, ac si idẽ in nepte ex filio contulisset, hocque licet in vtilitatem aliorum masculorum vergeret, esset tamen ad damnum illius masculi patris dictæ neptis, potuit autem testator omniũ masculorum vtilitatem præferre, quando nulli prorsus ex ipsis damnum inferretur, secus verò si damnum vni ex eis qui fœminas sustulisset inferretur, vt in simili per Ioann. Andr. in reg. in iudicijs, in fin. de reg. iur. in Mercur. facit gloss. in l. prima, in verb. In multis, C. commun. de leg. Doctor. in cap. fin. de præbend. in sexto, & quamuis filias suas ad substitutionem non vocauerit, quibus aliter prouiderat, non tamen sequitur quin vocare voluerit neptes quibus non prouiderat, maximè cum non crediderit in casum mortis hæredum suorum, tam facilè suas filias extituras, sicut verisimile fuit extituras neptes, cum etiam verisimile sit eas à testatore prædilectas, singulas in singulis partibus parentum suorum, vt in hoc contextu.

Secundum, nam Bartolus, Ioan. de Imol. & Raphael Cumanus, in l. fin. ff. ad Trebell. dicunt, quòd si pater filios masculos vniuersales hæredes instituat, filiamque fœminam in certa quãtitate deinde substituat, vt si quis eorum sine filijs decesserit, eius portio ad superuicentes deueniat, mortuo vno ex masculis sine filijs, fœmina ad fideicommissum propter præsumptam testantis mentem non admitteretur, sicut enim masculos in institutione prædilexit, ita etiam in fideicommisso, & sic eandem à reciproca substitutione excludere voluisse credendum est, argum. l. Lucius, §. pater puerum, d. tit. & Authen. hoc amplius, C. de fideicomm. pari igitur ratione isto casu substitutum nepti prætulisse censetur.

19 Euitari posset fundamentum † istud ex Bartolo in præcitato loco, numero secundo, versic. Iuxta hoc quæro, desumptum, cum casus prædictus valde à quæstione proposita differrè videatur, si enim neptis in re certa fuisset instituta, deindeque de superstitibus facta mentio, non vtique includeretur, sed hic de filiarum exclusione agitur ad neptis exclusionem, & sic vnius personæ ad aliam, quod quidem non permittitur, argumen. l. illam, C. de collat. Replicat tamen Socinus ex ijs quæ desuper diximus, exclusionem scilicet ob sexus qualitatem non autem ob filiationem factam fuisse: Quinimo Bartolus in dicta l. illam, ante numerum tertium, modum argumentandi per Imperatorem ibi vsquequaque verum non esse dicit, cũ
20 de persona † ad personam in vltimis voluntatibus argumentatio teneat, si enim de rebus, ac dispositionibus ad personas efficax argumẽtatio est, l. qui plures, ff. de vulg. & pupill. l. miles ita hæredem, §. & quia, ff. de testament. milit. vnde exclusio filiarum ab vna dispositione puta institutione, ad aliam trahitur, nempe substitutionem, Bart. in dicta l. fin. igitur ad aliã personam in qua eadem adsit qualitas propter quam exclusio processit, trahetur.

21 Dicebat adhuc Castrensis † aliud esse si quæratur an persona ab vna dispositione exclusa ab altera excluſa censeatur, & tunc quando ex præcedentibus, & sequentibus perpenditur, dicendum est quòd sic, argum. l. si seruus pluriũ, §. fin. ff. de leg. primo, & ita in d. l. fin. Bartolus loquatur: aliud an persona quæ secundum propriam verborum significationem ex verbis substitutionis comprehenditur, propter præceden tia, & sequentia non comprehendatur, & dicendũ sit hoc non attẽdi, veluti in incertis nõ certis locus sit coniecturis, l. cõtinuus, §. cum ita, ff. de verb. obli. istamq. differẽtiã inter substitutionẽ

siue

ſiue diſpoſitionem & conditionem, conſtituit Baldus in conſ. relato per Corn. conſilio 230. Quamquam in hac conſultatione, num. 8. poſt princ. verſ. Nec obſtant authoritates, libro 3. & poſt Carol. Ruin. conſ. 142. Quia teſtator, col. fin. verſ. Et per prædicta ſatis etiam colligitur, lib. 2. tradit Io. Cephal. d. conſ. 46. num. 30. verſic. Subinde nec obſtat, & 39. lib. 1. Socinus autem in hoc non conſentit, dicens Pauli Caſtrenſis verba ſaporem non continere, ſi enim præcedentia & ſequentia verborum in diſpoſitione appoſitorum ſignificationem reſtringunt, non videt cur verborum in conditione exiſtentium ſignificationem pariter non reſtringant, cum voluntas teſtatoris in cõditionibus primum locum obtineat, l. in conditionibus, ff. de condit. & dem. quæ ex præcedentibus & ſequentibus colligitur, d. l. ſi ſeruus plurium, in fi. quod etiã Andreas Alciatus admittit, de verb. ſign. lib. 3. fol. 146. verſ. Et ideo, ex probabili inquam con-
22 iectura ad caſum omiſſum extenſionem † fieri ſiue voluntaria, ſiue neceſſaria ſit cõditio, promptius tamen in neceſſaria huiuſmodi præſumptionem aſſumi, quòd in ea ſolum effectum reſpiciamus, Pomponij Iuriſconſ. reſpõſum enarrans: illudque inſuper animaduertendum eſt, de extenſione voluntariæ conditionis in propoſito non agi, ſed verius de quadam ad filios tantum maſculos reſtrictione: Sciẽdum eſt igitur,
23 duplicem † reſtrictionem eſſe, vnam cum verbum aliquod de ſui propria ſignificatione plura comprehendit, reſtringiturque, ne quædam comprehenſorum ſignificet, hæcque vera reſtrictio cẽſetur, vt puta liberorum appellatione deſcendentes omnes tam mares quàm fœminæ propriè comprehenduntur, Bar. in l. liberorum, num. 2. & 19. ff. de verb. ſign. ſed ſi ad maſculos tantum, vel ad filios ſignificatio coangueſtetur, reſtrictio propriè erit, quæ nunc negocium non facit. Aliam verò, cum verbum de ſui proprietate niſi vnum comprehẽdit, impropriè autem duo, tunc ſi ad vnum ſignificatio reſtringatur, ne lata adeo ſit, reſtrictio impropria erit, vt declarat Ludouic. Gozadin. in l. omnes populi, in 6. q. princ. ff. de iuſtit. & iur. exemplo ſit, nam filiorum appellatione impropriè nepotes continentur, d. l. liberorum, vbi Bar. num. 9. ſi autem ad filios tantum ſignificatio reſtringatur, non erit vera reſtrictio ſed impropria, nepotes enim verè non comprehenduntur, & tamen Doctores reſtrictionem appellant licet impropriè, vt not. in auth. quas actiones, C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. ſi verò, §. de viro, in l. ſi conſtante, ff. ſol. matrim. Vnde cum filiorum appellatione impropriè fœminæ comprehendantur, excludendo neptem non extendimus, ſed impropriam ſignificationem reſtringimus, magis verè ac propriè intelligimus, extenderemus autem ſi neptẽ ipſam includeremus, quæ quidem extenſio diuerſa militante ratione non procedit. Vt denique tutius ſit aſſerere Bartoli deciſionem in d. l. fin. ſubmoueri poſſe, quòd in diuerſis terminis loquatur, de includenda enim filia inſtituta in certa quantitate cum filijs inſtitutis vniuerſaliter agebatur, ſubſtitutione concepta per illa verba, Si quis eorum ſine filijs deceſſerit, eius portio ad ſuperuiuentes deueniat, nam dicta verba Si quis eorum, ad illos tantum refertur quos in vniuerſali inſtitutione teſtator prædilexerat, vt iure præſumatur in fideicommiſſo pariter dilexiſſe: hic autem in vniuerſali inſtitutione filias non prædilexit, imò eas tam ab vniuerſali inſtitutione, quàm à fideicommiſſo penitus excluſit.

Tertium fundamentum deducitur ex doctrina Bart. Baldi, & Caſtrenſis poſt Richardum Malumbri, in l. Gallus, §. etiam ſi parente, ff. de
24 liber. & poſthum. de teſtatore † qui filium inſtituit, & ſi deceſſerit ſine liberis Titium ſubſtituit & eius hæredes: deceſſit Titius extraneis relictis hæredibus, deinde filius teſtatoris ſine liberis extremum diem clauſit, inſtitutis etiam extraneis hæredibus, decidunt ibi, hæredes Titij ex ſubſtitutione non admitti, ne videatur extraneis hæredibus filij primo loco inſtitutis, extraneos hæredes ipſius ſubſtituti prætuliſſe, quod veriſimile non eſt, arg. l. Publius, §. ſi. hoc tit. de condit. & dem. & cum prædictis ſentiunt, Bald. in c. 1. col. 1. verſ. Et hoc facit ad quæſtionem, tit. de nat. ſucceſſ. feud. Raph. Cuman. in l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell. Raph. Fulgoſ. in d. l. generaliter, in princ. C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. Paul. de Caſtr. conſ. 45. Videtur dicẽdum, quòd dicti hæredes, col. 1. in princ. lib. 2. vbi allegat Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de teſtam. ſuper rubr. ante fin. & Bart. in l. ſi is qui ducenta, §. verum, col. pen. ff. de reb. dub. Alex. conſ. 93. Aliàs conſultus, colum. 2. num. 7. lib. 3. Curt. ſen. conſ. 44. Statuto, num. 5. verſ. Quartò confirmatur, vbi de communi opin. teſtatur, Socin. iun. conſ. 158. Abundè & multum ſubtiliter, num. 14. lib. 2. Carolus Ruin. conſ. 178. Subtiliter, & abunde, colum. 3. num. 8. verſ. Sic non interpretandum, lib. 2. & conſ. 148. Videtur prima facie, col. 2. num. 4. eodem vol. Io. Crot. conſ. 1. Dudum Titius, nu. 25. verſ. Quod confirmatur, conſ. 17. Teſtator, num. 6. verſ. Prædicta etiam, & conſ. 104. Teſtator poſt multa legata, num. 26. verſ. Et pro iſta conſideratione, ſimilis ergo abſurditatis ratio iſto caſu militaret, quòd maiorem affectionem ad filias fœminas filiorum, quàm ad proprias filias teſtator habuerit, contra d. l. ſi viua matre, ne igitur abſurdum inueriſimileque hoc ſequatur, verbum, filijs, in conditione appoſitum, ad maſculos reſtringi debet, ſicut in prædicto caſu

Barto-

Bartoli verbum,hæredes,ad extraneos inſtitutos à filio coarctatur,arguendo de ſimilibus ad ſimilia,l.non poſſunt,ff.de legib.

Sed vt Alexander in d.§.etiam ſi parente, inquit,paſſus nõ eſt ſine dubio,& Ang. ibi ac Io. de Imol.ſimpliciter cum eo pertranſiens., contrarium tenuere, quia teſtator magis abunde hæredibus Titij vocando eos ſub iſta appellatione hæredum, quàm hæredibus filij dum dixit, Sine liberis prouidit: quod ex l. ſciendum, iunct.l.liberorum,de verb.ſignif.deducitur : & quãuis clarum ſit ſimile iſtud ad terminos noſtræ quęſtionis aptari non poſſe,vt Curt.ſen.d. conſ.44.Statuto,num.28.aduertit,cum euidẽs ſit filiarum excluſio,aperta etiam ſubſtitutio,ſi ſine filijs deceſſerit conditionem continens, apertior & dilucidior adhuc ſit reſolutio, ſuſceptis ſcilicet tam maribus quàm fœminis eãdem ſubſtitutionis conditionem euaneſcere, d.l.cſi acutiſſimi,& d.l.generaliter,§.cum autem,teſtator etiam ſcire iura præſumatur,l.leges ſacratiſſimæ,C.de legib.l. regula, in princ.ff.de iur. & fact.ignor.adeo quòd cum in verbis ſubſtitutionis nulla ambiguitas ſit, quæſtio voluntatis nõ debeat admitti,l.ille aut ille,§.cum in verbis,ff. de leg. 3. nec à verborum ſignificatione aliter recedẽdum ſit;Et quamuis alibi ſuper iſta Bartoli concluſione,quæ communiter approbatur vt vterq. Raphael ſcribit latiſſimè diſſeruerim, nunc tamen duo tantum ad illam confutãdam non omiſerim. Primum, quòd quandiu ex teſtamento ſucceſſioni locus datur, ab inteſtato ceſſat ſucceſſio,l.quandiu,ff.de acq.hæredit.cũ ſimil.ſed ſi extranei hæredes à filio inſtituti admitterentur in abſurdum incideremus, quòd omiſſa ex teſtamento ſucceſſione aliam aſſumeremus cum neque ex inſtitutione,neque ex ſubſtitutione veniant, meritò Titij hæredes extranei præferentur,qui expreſsè vocantur.Secundum, nam ſequeretur ſub illa liberorum voce extraneos includi, quod eſt falſum d. l. liberorum,& l.Iuriſconſultus,§.parentes,ff.de gradibus,ſicut itaque inſtitutum ſubſtituto prętulit, ita etiam eius liberos poſteritatemque,non autem extraneos hæredes prætuliſſe cenſetur:quinimò è contra ſicut extraneum ſubſtitutum hæredibus filij inſtituti extrancis prætulit,ſic quoque hęredes eiuſdem ſubſtituti extrancos quos expreſſa ſubſtitutione teſtator nominauit; extrancorum dato concurſu, præſumendum eſt;

25 Non obſtat †d.l, Publius, §. Titia, Marcellus enim Iuriſconſ. ibi ſolum dicit, ſubſtitutum in plus vocari non debere quam inſtitutum,quòd autem æqualiter diligi non videatur, hoc non exprimit ille textus: vnde cum hæredes ſubſtituti expreſſam(vt dicebam)teſtantis voluntatẽ habeant, conſtat ipſos inſtitui hæredibus præferri, ſicut aſſerimus, quòd is qui voluntatem teſtatoris in ſpecie retinet, illam in genere habenti, etiam ſi gradu ſit poſterior præfertur, l. cum ita legatur,§.fin.ff. de leg. 2. Quod autem Franciſcus Aretin. ad hunc textum in d.l. Gallus,§.etiam ſi parente,col.pen.verſic. Non obſtat, ſubtiliter tradidit, poſteriorem in gradu, ibi,nominatim vocatum eſſe,nõ mirum ſi vocatis in genere præferatur,recipiendum non eſt, dictio enim illa Specialiter,ad voluntatis extenſionem refertur circa vlteriores nõ nominatim ſed genericè vlteriorum verbo per defunctum admiſſos.Sed ad fundamentum deciſionis Bartoli redeũdo,ſcilicet ad d.l. Publius,§.Titia codicillis,crederem non id probare, ad quod allegari ſolet,nam quod amplius ad ſubſtitutos nõ perueniat,quàm ad puerũ peruenire, vel à Septitia,vel ab hæredibus potuiſſet, non in rationem voluntatis Titiæ teſtantis,ibi aſſumẽdum eſt,vt hinc ſemper prædilectionẽ inſtituti eiusque hæredum arguamus,ſed magis ad facti cõtingẽtiam illam & narrationem: ratio enim eſt, quòd ſi puer viueret non prius Septitiæ hæredes quàm Septitia poſſent conueniri: cumque voluntatis mutatio non præſumatur, commodum proinde illud medij temporis fideicõmiſſi in diem iure ad grauati hæredes tranſmittitur, vt concludenter ex medulla textus allegata propoſitio nequaquam eliciatur. Quicquid tamen ſit,& Angelus ac Ioan.de Imola dixerint, iudicando & conſulendo non eſſet ab opinione prędicta Bartoli in d.§.etiam ſi parente,& aliorum prędicatorum Doctorum recedendum, tanquã magis communi,vt atteſtatur Simon de Pretis in tract.de interpr.vltim.vol.lib.1.interpret.2. dub.2.fol.5.num.21.verſ. Septimò magis ſunt dilecti,fol.63.allegans Ang.Aret. in tract.de ſtatutis.in gloſ.79.num.11.

Quartum, nam teſtator fœminas ab vniuer-
26 ſali ſucceſſione excludendo, videtur † voluiſſe bona in eius agnatione, deſcendentiumque familia remanere, cum ſecundum ſtatuta Italię maſculi in ſucceſſione inteſtati fœminas excludant, cenſetur ergo teſtator ad hunc vſum reſpexiſſe,ex quo ſubiecta materia intellectũ iſtũ pati poteſt,l.1.§.pen,ibi, Vt ordinum dignitas, familiarumque ſalua ſit,ff.de vẽtr. inſpic. Cyn. in l.1.C.de adult.vbi dixit, agnationem per ſexum maſculinum conſeruari,Io.And.in addit. ad Specul.in rubr.de ſucceſſ. ab inteſt.& ſic cũ
27 diſpoſitione dictorum Italicorum †ſtatutorum eius voluntatem conformare voluiſſe,iux. not. per Bar.Alex.Socin.& alios in l.hęredes mei,§. cum ita,ff.ad Trebell.Hieronym. Alban. conſ. 23.Dom.Antonia,num.2.& conſ.41.Ad erudam,num.6.

Rectè autẽ conſiderando,argumentatio hęc ex ſtatuto filias excludente ad coniecturandam in iſta quęſtione teſtantis voluntatem concludens

dens non videtur, ſæpè enim facit filius condi-
tionem deficere licet ab vniuerſali ſucceſſione
excludatur, vt in filio naturali p̃ſpicimus, huic-
28 que ſtatuto† ita reſponderunt, Socinus ſenior,
& Corneus relati per Socinum iun. conſ. 168.
Præſentis conſultationis reſolutio, nu. 24. lib. 2.
Vlterius Bartoli, & aliorum doctrina in d.l. hæ-
29 redes mei, §. cum ita, procedit † ac declaratur
reſpectu ipſius teſtantis, non autem grauati, ſci
licet quòd teſtator reſpectu ſuę ſucceſſionis prę
ſumatur voluiſſe perſonas illas debere admitti,
quæ ab inteſtato ex ſtatuti forma vocarentur,
ſed quia bona primi teſtatoris eſſe deſierunt tã
quam vnita, immixta, ac cõfuſa cum bonis filij
per aditionem, l. ſed & ſi plures, §. filio, ff. de vul
gar. & pupill. meritò ceſſat mentis conformitas
cum ſtatuto reſpectu primi teſtatoris, grauati
enim perſona inſpicitur.

30 Et ſi diceretur, per fideicommiſſum † ſucce-
di teſtatori, licet hæreditas de manu hæredis ca
piatur, l. cohæredi, §. cum filiæ, d. tit. de vulg. &
pupill. l. vnum ex familia, §. 1. de leg. 2. & hæres
hæredis dicitur teſtatoris hæres, l. fin. C. de hæ-
redib. inſtit. & facit text. in l. fin. ff. ad Trebell.
adeo vt proximitas in fideicommiſſis non gra-
uati, ſed primi teſtatoris attendenda ſit, Io. Pe-
trut. de Monte Sperel. in l. cum acutiſſimi, C. de
fideicom. Io. Baptiſta Caccialup. de S. Seuer. in
l. generaliter, §. cum autem, q. 25. C. de inſtit. &
ſubſtit. Alex. conſ. 30. Viſo teſtamento, Alber-
tini, col. 1. num. 40. lib. 2. Soc. ſen. ſibi parum cõ
ſtans, conſ. 6. In præſenti conſultatione, nu. 21.
verſ. Cum per fideicommiſſum, lib. 3. conſ. 33.
Viſo teſtamento, col. 2. num. 7. verſ. Et tenendo
iſtam partem, lib. 4. Dec. conſ. 546. Conſului,
col. 3. verſ. Sed ex his, Gualdenſ. in tract. de art.
teſt. tit. de ſubſtit. caut. 21. num. 3. vbi magis cõ
munem opinionem eſſe dicit, Socin. iun. conſil.
168. Præſentis conſultationis reſolutio, nu. 71.
verſ. Attento maximè, lib. 2. Hieronym. Gabr.
conſ. 86. Vt vera reſolutio, num. 11. & conſ. 107.
Dominicus, num. 2. vtrobique de dicta magis
communi opin. atteſtans, Iacob. Menoch. conſ.
124. Tametſi, num. 3. ac etiam ante & infra, vbi
omnibus rationibus, & authoritatibus per So-
cinum iun. alio in loco ad fauorẽ ſui patrui ad-
ductis, reſpondet, lib. 2. & conſ. 359. Reſpondẽ-
dum eſt, num. 4. lib. 4. veriorem crebrioremque
opinionem eſſe aſſerens, Didac. Couarr. Tole-
tan. practic. qq. cap. 38. fol. 266. col. 4. verſ. Ego
vero, Aym. Crauet. conſ. 43. Nobilis Antonius,
num. 1. Hieronym. Zanch. in d.l. hæredes mei,
§. cum ita, num. 1114. verſ. Quod enim, ff. ad Tre
bell. Portius, conſ. 55. Ex hoc ſanè perplexo the
mate, num. 85. verſ. Quoniam aperto marte, li-
bro 1. quam quidem ſententiam aliàs pluribus
comprobaui in conſ. pro Riuerijs incip. Dubia
ſuper teſtamento, num. 102. verſ. Sextò & vlti-

31 mo. Præſertim cum de teſtantis voluntate † in-
terpretanda agitur, ſecundum Bart. in l. peto, §.
fratre, num. 1. verſ. Sed quæro, de leg. 2. & infra
latius dicam. Prætermiſſa nunc validitate alte-
rius opinionis aſſerentium proximitatem gra-
uati attendi, quæ multos ac maximos habet fau
tores, & inter cæteros Andream de Iſernia, vt
aliorum nomina prætermittam, cum non inten
dam ab opinione Ioannis Petrutij, & Caccialu
pi recedere, Dixerim hoc negocium adeo intri
catum eſſe, vt non immeritò aliqui autumaue-
rint ex coniecturis eliciendum eſſe, qualis fue-
rit mens diſponentis, vt tradunt, Socin. ſen. Ca
rolus Ruinus, Hieronymus Gabrielius, & Fran
ciſcus Mantic. in locis per me adductis in præal-
legato conſilio num. 114. Reſpondeo, huiuſmo
di ſtatuta extendi non debere, & propterea præ
ſumptam conformitatem extendendam non eſ
ſe: ſunt nanque irrationabilia, videnturque abu
32 ſiuam† quandam æquitatem continere, vt con
ſequenter ad perſonas expreſſas reſtringenda
ſint, Bald. in l. ſi defunctus, num. 8. verſ. Quæro
ergo, C. de ſuis & legitim. ac in l. quicunque, nu
mero 11. verſ. Attende hic, aliquo ſtatuto caue
tur, C. de ſeru. fugitiu. cum adductis per Curtiũ
ſeniorem d. conſ. 44. num. 30. verſic. Tale enim
ſtatutum. Ab hacque coniectura conformitatis
33 cum † ſtatuto faciliter recedi, vt per Corn. Ay-
monem Crauett. & Socin. iun. relatos per Hie-
ronym. Zanch. idem affirmãtem in d. §. cum ita,
num. 1158. verſ. Limitatur quarto. Vltimò, nam
ſi præſumptio ex iure communi deſumpta per
text. in d.l. ſi viua matre, cõtrouertitur, cui mul-
tipliciter reſpondetur, non ergo p̃ſumptio ex
ſtatuto fortior & efficacior cenſeri debet, cum
34 potentius ſit ius commune † quàm ſpeciale, l.
eius militis, §. militia miſſus, ff. de milit. teſtam.
Iaſ. in l. admonendi, col. 5. circa med. num. 10. ff.
de iur. iur.

Quintum fundamentum ſumitur ex doctri-
na Raphaelis Fulgoſij, Alexandri num. 6. & D.
Antonij de Alexandro de Neapoli in l. venia,
C. de in ius voc. vbi concludunt, ſtatuta filias
35 excludentia † multo magis neptes & nepotes
non ſolum ex filia excludere, ſed etiam neptes
per lineam maſculinam proueniẽtes; mouetur
Fulgoſ. ex d.l. ſi viua matre. Sed ad confirmatio
nem Alexander dicebat, quòd aut neptis vult
ex ſua perſona ſuccedere, & non poteſt: quia
neptis, filius enim in primo, ipſa verò in ſecun-
do gradu reperitur, & ſic tãquam remotior ex-
cludetur, l. 2. §. 1. cum ſimil. ff. de ſuis & legitim.
aut vult ex patris perſona ad ſucceſſionem ad-
mitti, nec poſſe videtur, cum in ea qualitas ma-
ſculini ſexus non adſit, quæ patri inerat, ergo
nequit patris perſonam in terminis dicti ſtatu-
ti repr̃ſentare, l. fin. C. de natural. lib. quo ar-
gumento aliàs Bar. in l. liberorum, col. 6. nu. 13.

verſ.

verſ. Pone retento,& verſ.ſeq. de verbor. ſign. vtebatur.

Sed reſponderi poteſt, Baldum in d.l.venia, contra opinionem Fulgoſij, Alexandri,& Antonij de Alexandro,ſenſiſſe,circa fin.num.5.verſic. Vnde ſi ſtatutum,ac etiam ita conſuluiſſe,vt ibidem dicit,quem ſequitur Caſtrenſ.in vlt. colum.verſ. Ex parte verò filiæ, & Petr.de Anch. in rep.c.canonum ſtatuta,verſ. His igitur quinque membris,circa med. repetitionis, extra de conſtit.ad quod facit text.in d.l. liberorum, & in l.Lucius Titius,la 2.ff.de hæredib.inſtit.quãta autem Baldi, & cum eo tranſeuntium autoritas ſit,etiam ſi autoritati contrarium aſſerentiũ comparetur,omnibus in aperto eſt,vt alia exageratione non indigeat: repreſentat enim neptis iſta ſuum patrem, qui ad ſucceſſionem vocabatur,§.cum filius,Inſtit.de hæredit.quæ ab inteſt.defer.neptis autem ex filia perſonam repreſentans, quæ excludebatur meritò non ſuccedit,quia non plus nepti, quàm filiæ concedi debet,& ratio ſtatuti id non patitur,d.l.ſi viua matre,verſ. Nam licet,quam igitur charitatem teſtator ad filium habuit, eandem continuatam ad neptem habere præſumitur,vt dixit Bald.in d.l.cum acutiſſimi,col.1.verſic.Quæro ſi pater, C. de fideicom. veriſimilisque mens teſtatoris
36 eſt,vt portio† quam vni filio reliquit,poſt eius mortem ad eius liberos tam maſculos quàm fœminas deuoluatur, non autem ad alios teſtatoris filios, & præmortui fratres: magis enim nepotes neptesque in portione eorum patri relicta diligit quàm proprium filium,cui ſuam portionem reliquit, cum votum ſit parentum, vt quod vni ex liberis tribuit ad illius deſcendentes tranſeat,l.1.C. de his qui ante apert. tabul. & deduxit latius Corn.conſ.130. Quamquam, col.3.prope fin.verſ. Nec refragatur,lib.3.ergo idem fortius vbi extraneus reperiretur ſubſtitutus,concludendum eſt.

Et ſi cum Socino iuniore d. conſ.168. num. 48.lib.2.diceretur iſtud intelligi,quando in poſteritate concurrit illud propter quod charitas ad filium habita fuit,ſcilicet maſculinitatis qualitas,quæ in propoſito recedit, & propterea ob contrariam teſtatoris mentem(dicebat Gerardus Mazzolus) repreſentatio ſiue ſubintratio locum habere non poteſt: Quinimò dictus §. cum filius, iuxta nonnullorum opinionem, in fideicommiſſis non procedit,licet Gerardus pedem non figat,conſ.5.Franciſca Arceuiſia, numero 91.

Reſpondeo,fauorem iſtum qualitatis maſcu
37 lorum reſpectiuum † eſſe non abſolutum,vt in terminis ſtatuti ad propoſitum iſtud dicit Bal. in l.illam,col.2.ante num.4.C.de collat.vnde ſi deferetur maſculis ſucceſſio in præiudicium fœminarum,non deterretur ſubſtituto in præiudicium aliorum maximè ex maſculis deſcendentium,ſecundum eundem Baldum ibi, cum non ſit infecta radix, & res ad illum caſum deuenerit,à quo incipere non poterat ex præſumpta teſtantis mente,arg.gloſſ.in l. tale pactum, §.fin. ff.de pact.

Non obſtat Mazzoli comminatio de ſubintratione,quamuis enim aliqui dixerint in fideicommiſſis filium non intrare in locum patris,
38 contrarium tamen† verius eſt,iuxta gloſſ.in d. l.cum ita,§.in fideicommiſſo,de leg.2. vbi Angelus de Periglis,Io.de Imola, & Iacobus Puteus qui hanc opinionem à cõtrarietatibus Baldi defendunt, ipſamque ſequuntur Alex.conſ. 88. Qui concurrere debeant, poſt princ.lib.1. dicens, Doctores in d. §. in fideicommiſſo magis communiter gloſſæ opinionem,ibi,probaſſe,& conſ.137.Præclarè, eod. vol.conſ.26. Videretur fortaſſe,num.13.verſ. Præterea gloſſa, vbi de magis communi,lib.3.Iaſ.conſ.215. Ex Valentia ciuitate,col.4.verſ.Sed præmiſſis,lib. 2.conſ.159.In præſenti conſultatione,col.pen. verſ.Tertiò pro iſta parte,lib.4. Dec.conſ. 79. Et pro tenui,col.1.& infra cõſ.217.In caſu propoſito,num.2. Soc.ſen.in l.ſi cognatis, col.fin. ff.de reb.dub.& conſ.51. Viſa facti narratione, num. 19.verſ. Præmiſſis tamen,lib.4.dicẽs gloſſæ opinionem veriorem eſſe, Ludouic. Gozad. conſ.4.Prout potuit,num.16.& 33. Corn. in l. fin.propè fin.num.5. C.de verb.ſign. & conſil. 282.Videtur prima facie,col.4.verſ.licet requiſitus,lib.2.Aym.Crauet.conſ.67. Vltra per me ſcripta,num.5.Pariſ.conſ.3. Videtur prima facie dicendum,num.41.lib.1.conſ.76.Fatentur, num.6.lib.2.Carol.Ruin.de cõmuni atteſtans, conſ.12.Circa caſum,num.14.conſ.13.Preſupponitur,num.13.in fin.lib.1. conſ.162. Primò quæritur,col.1.num. 3. dicens gloſſæ opinionẽ magis communiter approbatam eſſe, eod.vol. conſ.78.Primum dubium,in fin.num.11.verſ. Nec ad propoſitum,conſ.168. Proponitur,nu. 11.& 171.Caſus iſte,num.8.lib.2.Soc. iun.conſil.116.Viſo puncto,num.8.& 9. gloſſæ ſententiam magis communem eſſe ſcribẽs,conſ.126. Maxima profectò, num.35. lib.1. Gualdenſ.in tract.de art.teſtandi,tit.5.cautel. 27.ab iſtaque opinione,plurium teſtimonio,crebriore calculo recepta, diſcedendum non fore dicit Io. Cephal.conſ.16.Viſis omnibus, vbi alios allegat, ante num.31.lib.1.Rol.de Vall.conſ.68.Perſpectis diligenter omnibus, num.22.33.& 46. veriorem,crebrioremque eſſe affirmans,lib.1.conſil.38.In præſenti conſultatione,num.33.verſ. Verum quia multi,lib.4.Iacob. Menoch. conſ. 124.Tametſi,num.81.de veriori, & magis recepta ſententia fidem faciens,lib.2.cum alijs quę adduxi in d.conſ.pro Riuerijs incip. Dubia ſuper teſtamento,num.84. quibus addo Ludou.

Molin.

Molin.in tract.de primogen.Hiſpan. lib.3.cap. 7.num.20. Cumque Baldus in d.§.in fideicommiſſo,eiusque ſequaces qui complures fuerũt, contra gloſſam ibi ſenſerint,filios inquam in diſpoſitione tantum legali in locum patris ſubin-
39 trare, Tertia diſtinguentium opinio † ſuperuenit, quæ communis eſt, quòd aut loquimur de ſuccedendo aſcendenti,vel patruo,& gloſſę prędictæ opinio vera ſit,aut loquimur cum de ſucceſſione tranſuerſalium remotiorum agitur, vt patrui magni,patruelium,ac ſimilium, in quorum ſucceſſione filius ab inteſtato locum patris non intraret,& procedat Baldi, cum eoque ſentientium opinio,ita diſtinxere, Io. Fabri Iuriſconſ.illuſtris nominis, in d. §. cum filius, ante num.2.Dec.d.conſ.217. col.2. in princ.declarans per eum dicta conſ.1.Socin.ſen.conſ.252. Viſis inſtrumentis,num.11.verſic.Præſuppono etiam,lib.2.Gozadin.d.conſ.4.num.22.& conſil.59. Prima facie dicendum,num.5.Cur.iun. conſ.128.Præſupponitur,num.11.& in l. 2.nu. 8.9.10.& 11.C.de ſucceſ.edict.vbi inquit,diſtinctionem hanc plurimum coloris, & fundamenti habere, Pariſ.conſ. 38. In hac conſultatione, num.15.lib.2.conſ.42. Ad reſolutionem dubitationis,num.25.lib.3. Socin.iun.d. conſ.116. num.9.& conſ.126. Maxima profectò,num.11. lib.1.Anton.Rub.conſ.82. Viſo eleganti conſilio,col.fi.verſ.Et iſtud non negat Decius,Gualdenſ.de art.teſtandi d.tit.5.cautel. 27. num.1. verſ.Sed contrariam opinionem, Rol.de Vall. d.conſ.68.Perſpectis diligenter,num.23.lib.1. Io.Cephal.d.conſ.16.Viſis omnibus, num.32. verſ.Secundò moueor,lib.1.Didac.Toletan.in dictis practicis qq.cap.38.fol.267.col.2.verſi. Sed hæc ratio,Aym.Crauett.d. conſ. 67.nu. 5. Franciſc.Marzar.in epit.de fideicom.in 2. par. q.18.Andr.Tiraquell.in tract.primogen.q.40. num.191.verſ.Sed & illud,& infr.fol.304.Marzarius etiam in præcitato loco, allegat Beninteud.deciſ.88.num.3.verſ. Eadem opinio,teſtaturque ſecundum hãc reſolutionem conſuluiſſe Baſciani in cauſa de Compoſtellis,fuiſſeque judicatum per ſubtiliſſimum Iuriſconſ. Hieronym. Torniell.Paduæ tunc legentem,& ita fuiſſe aliàs deciſum per Rotam Florentinam, vt habetur in motiuis,lib.12.num.247. & lib.10.nu. 47.Hieronym.Zanch.in d.§.cum ita, nu.848. verſ.Non omitto etiam, Franciſcus Mantic.in tract.de coniect.vltim.vol.lib.8.tit.9.nu.3.verſic. Verum planè, rationabilem diſtinctionem eſſe affirmans,cum multis alijs quos in d. conſ. pro Riuerijs allegaui,num.89.verſ.Sed his opinionibus inuicem pugnantibus.quibus addendus eſt Iacob.Menoch.in tract.de præſump.in 2.part.lib. 4. præſumpt.95.num.14. & 16. vbi notabiliter hanc concluſ. extendit, numero 17. & 18.

Denique ad Raphaelis Fulgoſij doctrinam, & aliorum cum eo concordantium redeundo, ſuper ſtatuto filias fœminas excludente, vt nepotes etiam ac neptes ex ipſis filiabus deſcendentes excluſi reiectæque intelligantur,nõ omiſerim,cum ijs pertranſire Baldum in l.maximũ vitium,num.2.vſque ad 3. C. de liber.præteritis, & poſt Richardum Malumbri, Cynum, & Bart.in l.quod verò,ff. de legib. eundem Bald. ibi,in 1.q.atque alios relatos per Pariſium conſil.94. Viſo inſtrumento,col.fin.num.34.lib.3. & Laurent. Siluanum conſ.1. Quoniam in præſenti themate,num.65.

Sextum, nam vbi ratio in aliqua diſpoſitio-
40 ne exprimitur, tunc ad terminos † rationis expreſſæ diſpoſitio ampliatur, & reſtringitur,l.cũ pater,§.dulciſſimis,ff.de leg.2.& vbi vnica tantum ratio reddi poteſt,expreſſa cenſetur, vt ex ea etiam diſpoſitio amplietur, ac reſtringatur, text.cum gloſſ.vbi Bald.notat,in l.quamuis,C. de fideicom.in l.quoties,eod.tit.cum ſimilibus ſed cum iſto caſu alia ratio quàm conſeruandi bona in agnatione excogitari non poſſit, fauore maſculorum per quos familiarum dignitas conſeruatur,d.l.1.§.pen.ff. de ventr. inſpic.mediantibus diuitijs,§.ſancimus,auth.de teſtib.& propterea filias fœminas ab vniuerſali ſucceſſione teſtator excluſit. Dicendum eſt ergo eandem rationem pro expreſſa habendam eſſe, diſpoſitionemque ampliare debere,vt magis neptes,vel proneptes ex filio excludere voluerit,in quib.qualitas maſculina non adeſt,& per quas agnatio non conſeruatur,diuitiæque minuũtur ac deſtruuntur.

Hoc etiam fundamẽtum demolitur,& ex eo conuellitur,nam pater filias in dotibus filios verò vniuerſaliter hæredes inſtituendo,voluit expreſsè filias ipſas excludere, maſculosque vti prædilectos vocando noluit illos fideicommiſſi onere prægrauare, nec ſubſtitutum vocare niſi in caſu ſimpliciter quo ſine filijs decederent, & ſic nepte exiſtente voluit fideicommiſſum expirare,eandem enim pietatem (vt dicebam) ad neptem ſiue proneptem habuiſſe intelligitur,quam erga filium oſtendit, cum in ea ſanguinis continuatio conſideretur, proinde im-
41 mediate dicitur,quicquid † per rerum naturam continuatur,eſtque vnũ & idem, vt inquit Bal. in l.1.poſt nu.3.verſ. Vnde immediatè dicitur, C.de fideicom.allegans d.l.cum acutiſſimi,quẽ refert Curt.ſen.d.conſ.44. col.fin. verſ. Ad nonum, Cõgruitque celebris doctrina ipſiusmet Baldi in eadem l.cum acutiſſimi,nu.5.vbi quærit,ſi pater vnum ex filijs alteri filio poſt mortem ſubſtituerit,vtrum d.l.cum acutiſſimi,locũ habeat? & videretur quòd non, cum in ordine charitatis filius præcedat, contrarium tamẽ ibi concludit, quòd imò filij filius patruum ſuum

exclu-

excludit,quam enim charitatem teſtator ad filium habuit, eandem continuatam habuit ad nepotem ex eo deſcendentem, & idem (ait) in nepte, quod eſt notandum, hactenus Baldus, quem ſequitur Paul. de Caſtro in l. filiusfamilias,§.cum quis,in lectura Bononiẽſi,ff. de leg. 1.Niſi dicatur,iſtud non procedere, vbi ex coniecturis probaretur,quòd de maſculis ſenſerit, vt in caſu propoſito,& ſic fœminæ non faciunt
42 deficere † conditionem, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, ſecundum Barbatiam in ſæpius allegata,l. cum acutiſſimi, & Soc. hic aduertit,col. 53.verſ.Quartodecimo dicebatur.

Altera igitur eſt opinio, quòd imò neptis iſta ſubſtituto præferatur, pro qua Collegium Auenionenſe conſuluit, ac etiam Doctores Bononienſes, & Peruſini non autem collegialiter de iure reſponderunt,vt Caſtrenſis,Socinus ſenior,Decius,Curt.ſen.ac cæteri referunt: Vdalricus Zaſius Iuriſconſultus grauiſſimus Friburgenſis pro nepte textus eſſe apertos teſtatur,ipſamque textuum nube ſeptam eſſe, quam nouiſſimè latiſſimeque defendit Franciſcus Veggius conſil. 65. Viſo & diligenter conſiderato, per totum.

Vrgẽtiores ego rationes, durioresque leges ad neptis fauorem nunc attingam: Et primò inducitur text.in hac l.cum auus, qui difficultatẽ iſtam videtur apertiſſimè diſſoluere,vbi in ſimplici ſubſtitutione, conditio ſi ſine filijs deceſſerit,tacitè ſubintelligitur,ex hocque nepos teſtatoris filium excludit,proceditque etiam ſi relictis filiabus grauatus expiret, d.l.cum acutiſſimi,C.de fidcicom.ſique in tacita verum eſt, ergo & in expreſſa ſubſtitutione,l.cũ quid,ſi cert. pet. quæ ſecundum iuris communis interpretationem intelligetur,arg.l.2.ff.de adminiſtr.rer. ad ciuit.pertin.& l.ſi debitor,§.fi.ff.quib.mod. pign.vel hypoth.ſolu.coniectura autem allegata,incerta videtur,nec à iure approbata,ideo cedere debet,iuxta illud(inquit Socin.) tene certum,& dimitte incertum.

Huic textui reſponderi Primò poteſt, in eo non dici filias dotatas fuiſſe, excluſasq. ab vniuerſali ſucceſſione,ex quo poſſet colligi teſtatorem agnatis cõſuluiſſe,vt ſcribit Paul.de Caſt. conſil. 409. Caſus iſte frequenter contingit, in nou.lib.2.traditque Dec.conſ. 370. Viſo teſtamento,col. 2.verſ.Non obſtant iſto caſu,& cõſil.15.Et pro tenui,col. fin.dicens inductionem non procedere, teſtantis diſpoſitione inſpecta, qui inter maſculos & fœminas in ſuccedendo differentiam conſtituit,cum præcitatisque conſentiunt,Curt.ſen.d.conſ.44. ante num.8. Socin.iun.d.conſ.168.num.55.verſ. Dum autem ſecundo,lib.2.& Gerard.Mazzol.d.conſilio 5. num. 88.

Secundò ceſſant leges prædictæ, cum inſpecto iure communi procedant, ſecundum quòd in ſucceſſione nõ eſt melior agnatorum maſculorum conditio, quàm fœminarum, l.maximũ vitium,C.de liber.præteritis:hodie verò ſecundum mores Italiæ ſecus videtur, teſtator namque præſumitur mores ipſos excludendi fœminas ſequutus,vt dicit in citato conſilio Caſtrenſis,quem Curt.ſen.referebat.

Tertiò,huius legis diſpoſitio procedit, pieta
43 tis cõiectura,illa ergo ceſſante† diſpoſitio quoque recedit,l.adigere,§.quamuis,de iur. patro. ſed quando proprias filias propter maſculoſtetator excluſit, pietatis ceſſauit cõiectura quoad ipſas fœminas, ideo iſto caſu textus noſter ſibi locum vendicare nequit; Nec Baldi inductio in d.l.cum acutiſſimi,obſtat; quæ vbi cadẽ eſt ratio militat, aliàs ſecus, cum filium in portione ei data prædilexerit tanquam maſculum, quod patet,nam filium excluſit,illũ itaque non vti filium, ſed vti maſculum dilexit: ex eadem igitur ratione procedit Baldi argumentatio, q̃ poſteritatem filij patiter dilexerit,maſculinam tamen, in fœminis autem ceſſante ratione ceſſat diſpoſitio,vt aſſeruit Ludouic. Gozad. cõſ. 89.In hac cauſa Tridentina,col.fin.verſic.Nec obſtat ratio Baldi,ante num.14.

Quod verò de incertitudine coniecturæ dicebatur minimè ſubſiſtit, nam ſi hoc verum eſſet ſequeretur, quòd à præſumptione iuris, vel coniectura, niſi per aliam coniecturã à lege approbatam non recederetur, quia omnis alia in-
44 certa diceretur,ſed hoc eſt falſum † ex not.in l. Quintus Mutius,ff.de donat.inter virum & vxiunctis ijs quę habentur in l.cum oporter,C.de bonis quæ liberis,& patet etiam in l.licet Imperator,ff.de leg.1.in l.ſi ſeruus plurium, eod.tit. & in l.cũ proponebatur, ff.de leg. 2. & pro hoc ſtat etiam determinatio Bald. poſt Richardum Malumbri Cremonenſem, in l.Gallus,§.nunc de lege, ff. de liber. & poſthum. quod ab interpretatione verbi,hæredibus, quæ de iure clara, certaque eſt,l.ſciendum,ff.de verbor.ſign.propter coniecturam incertam,& nõ aliter expreſſam, aut ſpecificatam à iure recedamus, ne abſurdum ſequatur, ſi inquam extranei comprehenderentur, vt ad filios reſtringatur; & quod habetur in l.Lucius,§.quæſitum, cum ibi notatis,ff.de leg.3. vbi maſculinum concipit fœminium,niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe probetur, ergo & antecedens. Et ſi adhuc diceretur, charitatem in deſcendentes conſideratam attingẽdo ex mente Baldi in d.l.cum acutiſſimi,ad neptis fauorem,quòd teſtantis affectio ſit conſideranda quatenus maſculis prodeſt, & nocet fœminis, vtpote reſpectu filiarum teſtatoris,quarum excluſio ſolas ipſas filias lædebat,maſculis verò proderat, hoc autem nõ poteſt ſibi locum vendicare quo ad maſculorum filias,quæ ſi excludẽ-

cluderentur, patres ſui maſculi offenderentur, cum ipſorum ſoboles propter ſubſtitutum minus dilectum priuaretur, arg. l. fin. in princ. C. de cur. furioſi, l. ſcripto, in fin. ff. vnd. liberi, cum ſi milibus.

Reſpõdeo, quòd ſi teſtator filiabus proprijs obfuit, non quia filiabus, ſed quia fœminis, & non propter filios, quia filios, ſed quia maſculos, multo magis obfuiſſe neptibus cenſetur, non quia neptibus, ſed quia fœminis: hæcque læſio filios non afficit (licet Ioan. Cephalus optimus Iuriſconſultus contrarium ſcripſerit) cum illos non abſolutè, & ſimpliciter prætulerit, ſed ad familiæ, agnationisque conſeruationem reſpexerit, ac legem ſuæ ſucceſſioni impoſuerit, ex qua non dicitur aliquem læſiſſe: nec filius conqueri debet, cum lex iſta teſtantis principaliter maſculorum, eiuſdemquemet filij fauorem concernat: ſi verò in conſequentiam ac ſecundario læſio quædam reſpectu patris iſtius neptis contingat, non aliter conſideranda erit, cum & filium patris teſtantis prudens hoc propoſitum, ac vndique rationabile approbaturũ fuiſſe credẽdum ſit: vnde cum proprijs filiabus pium locum ſubſtitutum extinctis maſculis prętulerit, & neptibus etiam prętferre voluiſſe liquido videtur.

Secundò, nam conditio morienti impoſita ſi
45 ſine filijs deceſſerit, deficit, ſi cum vno † deſcendente moriatur, l. prima, C. de condit. inſert. l. cum vxori, C. quand. dies leg. ced. l. non eſt ſine liberis, ff. de verborum ſignif. etiam ſi fœmina ſit, appellatione enim filiorum fœminæ continentur, l. ſi ita ſcriptum ſit filiabus, ff. de leg. ſecundo, l. ſi quis ita dederit filijs, ff. de ſtat. hominum, l. prima, l. iuſta, & l. quisquis, d. tit. de verborum ſignif. Ioan. And. in cap. Raynaldus, vbi Antonius de Butr. & cæteri, extra de teſtam. Ludouicus Roman. conſilio 148. Viſis themate, ac ſupra conſultis, Alexand. conſilio 55. Ponderatis, columna fin. numero nono, verſic. Præterea illa verba, lib. 3. Soc. ſen. conſ. 55. Viſis conſilijs, lib. 3. cum adductis per Socin. iun. d. conſ. 168. Præſentis conſultationis reſolutio, nu. 13. lib. 2. & per Io. Cephal. cõſ. 45. Magnificus Dominus, num. 9. verſ. Secundo pro hac ſententia, & conſ. 46. Adhuc videtur, col. 4. num. 14. verſ.
46 Primo quia, lib. 1. Etiam ſi cum nepte † ex filia deceſſiſſet, d. l. 1. C. de condit. inſert. l. iubemus, §. ſin autem, C. ad Trebell. d. l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit. Alex. conſ. 109. Viſo themate, in princ. verſ. Nam conſtat, lib. 1. Etiam † ſi
47 ſine filijs ex ſe natis, vel ſine filijs proprij corporis dictum eſſet, nõ ſolum enim filia, ſed nepos quoque ex filia ſubſtitutum excludit conditionemque deficere facit, Bar. in d. l. liberorum, colum. pen. Bal. in d. l. 1. per illũ text. & in prooem. feud. col. 9. allegat not. per Cyn. in l. 1. in 1. q. C. de pactis.

Nec obſtat (inquit Soc. iunior) ſi diceretur, prędicta iura locum habere, cum in conditione, ſi ſine liberis dictum eſſet, quo caſu fœminæ ét ex propria ſignificatione veniunt, in illa nãque eloquutione fœmininum genus non reperitur, ſecus in verbo filiorum: Nam verba illa ſine fi-
48 lijs, illis ſine liberis † æquipollent, & ita videntur per Iuriſcõſultum declarari in l. Lucius Titius, l. 2. ff. de hæredib. inſtit. nec dubium eſt, liberorum appellatione filias etiam contineri, vt ita arguendo firmat Bald. conſ. 13. Punctus talis eſt, lib. 3. & Corn. conſ. 230. Quamquam in hac conſultatione, col. 4. num. 7. lib. 3. Vlterius reſponderi poteſt, quòd imò filiorum verbo, filiæ comprehenduntur: licet maſculinum genus enũciet, hocque legali interpretatione, l. ſi quis ita, in princ. ff. de teſtam. tut. d. l. quisquis, & l. iuſta, de verborum ſignif. quod in eo fundatur,
49 cum maſculinum genus, fœmininum † contineat, l. qui duos, in fin. ff. de leg. 3. d. l. ſi ita ſcriptum in prin. de leg. 2. l. ſeruis legatis, circ. prin. d. tit. de leg. 3. & traditur per illum text. in d. l. 1. de verbor. ſignif. ac per Canoniſtas, in c. ſi quis ſuadente, 17. q. 4. & in c. generali, de elect. in 6. maximeque iſtud procedit, nam in propoſito videmur in materia indifferenti verſari, vt Curtius ſenior, & Socin. iun. deducunt, quòd enim conditio fideicommiſſi per exiſtentiam filiorũ grauati deficiat, ita maſculis ſicut fœminis conuenit, cum ſolum oporteat ipſos adeſſe, nec po-
50 ſtea requiritur † an ſuccedãt, l. filiusfamilias, §. cum quis, de leg. 1. ſiquidem quãdo materia indifferens eſt, maſculinum dubio procul fœmininum concipit, Bar. in l. 1. in prin. col. fin. ff. de pe-
51 cul. quod etiam in materia oneroſa † quemadmodum eſt tutela, procedit, d. l. ſi quis ita, ergo fortius in fauorabilib. vt puta in vltimis voluntatibus, d. l. ſi ita ſcriptum, de leg. 2. & d. l. qui duos, de leg. 3. Io. Cephal. d. conſ. 46. num. 14. verſ. Potiſſimũ, lib. 1. Vel tertio reſponderi põt,
52 illa verba ſine filijs, ad iuris cõis intellectũ † referenda eſſe, ſicut de alijs verbis ab homine prolatis dicimus, arg. l. quęro, §. inter locatorem, ff. loc. c. cauſam quę, de reſcr. & ita per iſta iura declarat Petr. de Anch. conſ. 120. Pro clariori, circa fin. Andr. Alciat. in d. l. 1. verſ. Velut Ancharano viſum eſt, de verb. ſignif. ſed attenta iuris communis intelligentia fœminæ etiam faciunt fideicommiſſi conditionem deficere, ergo &c.

Sed contrarium ſuſtinendo, ex mente Scribentium rationi huic reſponderi poteſt, non aliter à propria ſignificatione recedendum eſſe, quàm cum manifeſtum fortaſſe videretur, aliud teſtatorem ſenſiſſe, cum igitur, ſine filiis, in genere maſculino dictum fuerit, de maſculis tantum fuiſſe loquutum, non autem de fœminis

exiſtimandum eſt,facile enim potuiſſet vel filia bus dicere,quod non dixit,ergo noluit, l. vnic. §.ſin autem,C.de caduc.tollen. Nec obſtat,maſculinum concipere fœmininum, legalique in-
53 terpretatione fœminas cõtineri,nam illud† impropriè accipiendum eſt, ac per interpretationem,d.l.iuſta,de verb.ſign.diciturque interpretatio extenſiua,l.pronunciatio,in prin. eod.tit. & eſt text.in l.cum in adoptiuis, circa fin. C.de adopt.ibi,Quæ in filio diximus,extendimus & in filia, & in d.l.cum acutiſſimi, iſtaque legalis interpretatio in mente præſumpta loquentis radicatur,qui creditur ſub maſculino genere fœmininum ex rationis idẽtitate includere voluiſſe,ſecundum Bart.in d.l.1.ad fin.ff.de pecul.vnde cum materia differens ſit, & in conſequentiam ceſſet mens præſumpta diſponentis,ceſſat etiam legalis interpretatio, proprietatique inhæremus,vt maſculinum non comprehendat fœmininum,l. Lucius, §.quæſitum, de leg.3. ſed hic cum vocabuli proprietate differentiæ ratio concurrit, meritò dicta interpretatio conquieſcit,excluſit nanque proprias filias quas multò magis diligebat: cum enim amor à ſanguine oriatur,quanto quis ſanguine proximior reperitur,tanto magis diligere præſumitur,neptes igitur à fortiori excluſiſſe credendum eſt,d.l.ſi viua matre.

Non repugnat,quòd verba ſine filijs, exponantur,ideſt ſine liberis,nam iſtud poſſet procedere, cum ad omnes mens teſtantis aptari poſſet,tuncque id non erit ex vi verborum, ſed ex mente,cui inſeruiendum eſt,l.3.C.de liber.præteritis, in effectu enim verba inter ſe diſtant: in dictaque l.Lucius Titius,la 2.non ſimpliciter ſi deceſſerit ſine filijs dictum fuerat, ſed ſi filium filiamve non habuerit, rectè igitur in fine ſubdit Iuriſconſ.Sed & eius liberos.

Minus obſtat ſi diceretur, in oratione nega-
54 tiua† fœminam propriè filiorum appellatione contineri,vt tradit Virgilius de Silueſtris, cõſ. 224.num.75.inter Riminaldi ſenioris conſilia, lib.2.Sic etiam(inquit Cephalus) indefinitam
55 negatiuè conceptam† propriè vniuerſali æquipollere, ſecus ſi affirmatiuè,Raphael Fulgoſius in l.iurisgentium,§.ſed ſi fraudandi,ff. de pact. Nam omiſſa nunc ſuper hoc diſputatione, verba etiam in ſui propria ſignificatione menti teſtatoris rationique ſunt ſubijcienda, arg.l.cum pater,§.dulciſſimis,de leg.2. quæ quidem mẽs fuit agnationi fauere, Indefinita proinde vniuerſali non æquipollet cum in omnibus ſub ea
56 comprehenſis† eadem non militat ratio,vt declarant,Bald.in l.omnes populi,in 3.q. 6. quæſtionis princ.ff.de iuſtit.& iur.Franciſ. Aretin. conſ.39.In facto dicitur,col.1.in fin.Socin.ſen. conſ.21.Viſo themate,col.5.lib.3.vt ſit concludendum fœminas non complecti, cũ aliter ſenſiſſe teſtatorem conſtiterit,d.l.Lucius,§.quæſitum,vel ex coniecturis apparuerit, aut cum ſeparatim de vtriſque actum fuerit,l.ſi ita,ff.de liber.& poſthum.Andr.Alciat.in d.l.1.verſ.Fœminas complectitur, de verborum ſignif. Hinc
57 eſt,quòd in emphyteuſi eccleſiaſtica† filiorum appellatione filiæ non continentur, Dec.conſil. 171.In cauſa venerabilium,col.2.verſic.Prætetea & ſecundo, hocque ob illam rationem euenit,talis enim creditur mens concedentis ac recipientis:idem ſi feudum filijs acquiratur, fœminę non includentur,cum regulariter à feudis arceantur,c.1.§.filia,de ſucceſſ.feudi,c.1.§. hoc autem,qui feud.dar.poſſ.

Tertiò,nam cum in propoſito de excluſione & priuatione agatur, non debet de filiabus ad neptes ex filio argumentatio deduci,l.ſi quis filio exhęredato,in prin.ff.de iniuſt.rupt.teſtam. & §.poſthumorum,Inſtit.de exhæred.liber.exhæredatio nanque de filio facta ad nepotem nõ
58 trahitur,vt ibi,& facit illa regula† quòd in materia excluſiua,priuatiua,& punitiua, illud qđ non eſt expreſſum in iure, priuationem ſiue punitionem non inducit, de punitione Bald. in l. ſuper chirographarijs, num.3.C. ſi cert.pet. & eſt text.in l.& ſi quis,§.Diuus autem Marcus, ff.de relig.& ſumptib. funer. de priuatione etiã vbi maior ratio verſaretur,notat idem Bald. in auth.ex teſtamento,col.3.ſub num.5.verſ. Iſta allegatio,C.de ſecund.nupt.per text. in §. cum igitur, ibi,Nec quælibet lex eſt aliquid tale dicens,auth.de non elig.ſecund. nub. cum adductis per Curtium ſen.d.conſ.44. poſt num.20. verſic.Secundo quia,congruitque dictum Baldi in d.l. venia,ad fin.C.de in ius vocan.quòd ſtatutum filiam excludens, neptem ex filio excludere non dicitur.

Argumentationem iſtam Ludouic.Gozadinus optima quidem reſpõſione,ſed admodum implicita diluebat,clarius igitur reſpondere expedit,quòd propriè loquendo non argumentamur(vt pręſupponitur)excluſionem inquam filiæ per ſe neptis excluſionem operari,ſed verba illa,Sine filijs, in ſui propria ſignificatione manere, ac de maſculis tantum intelligi, ne aliàs neptis iſtapium locum ſubſtitutum excludat quem propriæ filiæ antepoſuit,& ſic ne ſit neptis remotior, minusque dilecta melioris conditionis ipſa filia proximiore, magisq. dilecta,nõ itaque propria ſignificatio ad improprium ſenſum trahitur,vt in ſuperioribus latè declaraui. Vel dixerim,non poſſe in hac quæſtione de priuatione neptis agi,cum nullus habitus præſupponatur,nam præcedente filio inſtituto ius aliquod nepti ipſi minimè cõpetebat: nec etiã de excluſione vbi ius incluſionis non datur: & ſic cum maſculinum in hac differenti materia fœmininum non concipiat, ex mente teſtantis fa-

uore

more maſculorum pro agnatione conſeruanda, non dicitur neptis in aliquo iure eſſe ob non cõceptionem ſiue incluſionem, quæ ſi non datur, non poteſt aliquod formale ens concedi.

59 Non obſtat † text.in d.l.ſi quis filio exhæredato,in princ.cum exhæredatio nominatim fieri debeat,l.1.& 2.ff. de liber. & poſthum.& Inſtit.de exhæred. liber. in princ.à legeque traditum ſit,quomodo nominatim exhæredatio fieri intelligatur,§.nominatim, d.tit.exhæredatio etiam quid perſonale cenſetur, vnde perſonam non egreditur,cui cauſa exhæredandi cohæret, excluſio verò neptis in propoſito accidit, non ratione ſubiecti ſimpliciter, ſed certę qualitatis in ſubiecto,quæ cum in nepte inſit, ex quadam vi ſiue cauſa impulſiua à filiabus teſtatoris profluente,eundem effectum ad maſculorum fauorem operatur,Baldus denique in dicta l. venia, quicquid Curtius ſenior,d.conſ.44. aſſeruerit, communiter reprobatur,vt ibi tradunt Fulgoſ. Alexand. Iaſ. Decius, & alij, ac etiam Socinus iun.d.conſ.168.nu.25.lib.2.

Quartò facit, nam teſtator cum in ſubſtitutione ſimpliciter dixerit,ſi ſine filijs deceſſerit, abſque maſculorum adiectione, in dubio hinc minus grauaſſe ipſos filios deducitur, l. ſi ita ſcriptum,in fi.l.qui filiabus,vbi Paul.de Caſtr.
60 ff. de leg. 1.Sed fideicommiſſaria † ſubſtitutio onus,& grauamen dicitur,l.ex tribus,C. de inoffic.teſtam.l.cohæredi,§. cum filiæ,ff. de vulg. & pupill.gloſ.& Doct. in l. precibus,C. de impub.& al.ſubſtit.ergo vt minus inſtitutum filiũ grauaſſe cenſeatur,fideicommiſſariam ſubſtitutionem,ſecundum iuris diſpoſitionem, qua filiorum appellatione filiæ continentur, interpretabimur, vt reſtitutio ſiue grauamen excludatur. Hinc aliqui dicunt, fideicommiſſum odio-
61 ſum † exiſtimari, & conſequenter contra fideicommiſſum in dubio iudicandum fore,Decius conſ.336.In caſu propoſito,nu.4. in fin.& conſil.465.Perſcrutatis, num.14. Corn. conſ.72. Vitis ſcripturis,col.pen.ante num.2.verſ. Facit quia,conſ.81.Primus conſultationis articulus, col.6.num.13.verſ.Iura autem,lib.1.conſ.170. licet in hac conſultatione, col.2. in fin.num.5. verſ.Confert ad prædicta,lib.4.Socin.ſen.conſil.113.colum.fin.in princ.lib. 1. Raphael Fulgoſ.conſ.85.Ex facto,in fin.num.4.Aym.Crauett.conſil.180. Quando reddidi conſilium, in fin.verſ. Rurſus agitur,vbi citat Rotam Romanam,deciſ.863.Teſtator inſtituit,circa fi.in antiquis,idem Aymo in rubr.de leg.1. num.130. verſic.Subſtitutio autem obliqua,plures ibi allegans,Socin.iun.conſ.185.Perſpectis his, numero 9.lib.2. Laurent. Siluan. conſ. 64.Refricatur in dubium,num.19.verſic. Et huiuſmodi præſumptio, hoc amplians etiam in reciproco fideicommiſſo,& num.25.verſ. Ideo in dubio, ac num.28. verſ. Nam reſpondetur, Ioan.Cephal.conſ.46.Adhuc videtur,num.15.lib.1.Pariſ.conſ.41.Ioannes teſtator,num.31.lib.3.Hieronym.Grat.conſ.21.Eximius,num. 63.lib.4. poſt Caſtrenſem quem citat,Iacobus Mandell. conſ.29.Pro diſcuſſione,num.7.& conſ.31.Difficilis admodum,num.9.Hieronymus Gabriel. conſ.95.Laurentius de Caſtellanis,nu.17.verſ. Quòd ſi fideicommiſſarius, & vltra Andream Alciatum,qui ita ſæpe conſuluit, hanc opinionem ſequutus eſt etiam Ludouicus Zuntus in conſ. quod eleganter & egregiè pro vxore reddidit & inſcripſit,num.799. hic eſt ille Ludouicus Iuriſconſultus Parmenſis, quem natura adhoneſtatẽ, grauitatem, temperantiã, animi magnitudinem, iuſtitiamque, ad omnes denique virtutes magnum,& quidem excelſum genuit, in quo non ſolum maiorum ſuorum, & vnius maximè Hieronymi Zunti Doctoris Philippi Decij teſtimonio præclariſſimi celebritas eluxit, ſed aliorum Iuriſconſultorum Parmẽſium gloria refloruit: PARMENSIS enim Ciuitas litterarum,armorum,ac omnium aliarum ſcientiarum antiqua mater, multos ac maximos illuſtres viros genuit, quorum fama ad vltimas vſque orbis partes euolauit: inter cæteros autem Iuriſconſultos Bernardum antiquum gloſſatorem, Albertum Galeottum, Iacobum de Arena, Hugolinum Fontanam, Franciſcum Lucanum, Plautium Pezonum, hiſceque temporib. Baptiſtam Aymum, quorũ animi dotes,& vndique præclara ſcripta geſtaque adeo nota, & illuſtria ſunt,vt ea ſilẽtio diſſimulare ſatius fuerit, quàm inepta fortaſſe ambitione oſtentare: pauca tamẽ pro compendio ſuccinctè dixerim, ſcilicet Ludouicum hunc Zuntum patriæ poſterisque ſuis virtutum meritis omnium laudum culmen proprio iure ſibi vindicaſſe, gratiamq. Sereniſſimorum DVCVM Parmæ Placentiæque,quod ad ingentem felicitatem luit integritate ac iuris ciuilis ſcientia in qua excelluit ſibi conquiſiuiſſe,propriũ nanque Heroum Farneſiorum ſemper fuit vtros optimos virtutib. ſciẽtijsque præſtantes immenſis fauoribus ac ſingularibus beneficijs proſequi, & ad maximas dignitates prouehere, ſic conſueuiſſe legimus ac vidimus Paulum III. Pont.Max.Alexan.illum ſeniorẽ Cardin. Farneſiũ, Raynut. Cardinalẽ S. Angeli,Octauium Ducem inclytum, Horatium pariter Caſtri Ducem,ALEXANDRVM Farneſium Octauij filium, in quo verè Romana virtus emicuit,quive exercituũ Generaliſſimus Dux apud Belgas,apud Gallos,apud Anglos, aliasque nationes, adeo ſe acrem oſtendit,vt oĉs & Cæſari,& Macedoni Alexandro ipſum comparandum meritò crediderint, tandẽque pro ſuo REGE occũbere glorioſum cẽſuit, licet ſempiternis ſæculis viuere autumandũ ſit.

Nunc etiam illius aliorumque ſuorum anteceſſorum fortia geſta SERENISSIMVS RAYNVTIVS Farneſius Dux prudentiſſimus, ac generoſiſſimus, ſummo omnium gentium cum ſtupore imitatur, qui nihil penitus relinquit, quod excelſum atque glorioſum eſſe appareat. Vſque alia heroica penè innumerabilia taceã, quæ ad Sereniſſimam ex Imperatoribus ac Regibus Romanoque inclyto ſtemmate vetuſtiſſimam Farneſiam nobilitatẽ, ad rei militaris peritiam exercitationemque pertinẽt, quæve Alexandro Glorioſiſſimo Patri, eius Sereniſſimam Celſitudinem prorſus ſimilem reddunt, id maximis encomijs apud omnes dignum exiſtimatur, feliciſſimo in eius abſoluto Parmæ & Placẽtiæ præclariſſimarum Italiæ Vrbium dominio in quibus ſuperiorem nõ recognoſcit, iuraque Imperij pleniſſimè retinet, vt alij Farneſij Duces eminentiſſimè habuerunt, inter cætera antiqua variarum ſcientiarum ſtudia, iuris Canonici atque Ciuilis publicam lecturam interpretationemque ad ipſam Parmam Vrbem reuocaſſe, aſcito ibidem inter alios primarios Italiæ Juriſconſultos Sforția Oddo Peruſino, vndique præclaro atque excelſo; Quis ODOARDVM Cardinalem Farneſium vitę ſanctitate, pietate, benignitate ac litteris ſingularem taceat? cum certè lumen Collegij ſit, firmus Cardo Eccleſiæ, Romæque eius fortiſſimæ potentiſſimæque Patriæ Pater, nec de dignitate Farneſia nũc plura, aureus eius etenim campus eſt ampliſſimus, cęruleis lilijs atque virentibus perpetuò fulgẽs, redolens atque florens. Horum nihilominus Sereniſſimorum Principum feliciſſimis ſub auſpicijs protectioneque in dies fauoribus decorantur Illuſtriſſimus & Reuerẽdiſſimus Dominus Papirius Picedius Parmenſis Epiſcopus, Illuſtriſſimus Dominus Ludouicus Sacca, pariter & Illuſtriſsimus Dominus Comes Iulius Caracciolus omnes Iuriſconſulti toto terrarũ Orbe Celeberrimi, atque Conſiliarij pro dicta Sereniſſima Celſitudine meritiſsimi.

Vnde fideicommiſsi extenſio (vt propoſitã
62 materiam proſequar) odioſa, ademptio † autẽ fauorabilis eſt, l. ſi fuerit, vbi Paul. de Caſtr. & Socin. ff. de reb. dub. Grat. conſ. 64. Profectò caſus iſte, nu. 42. lib. 2. conſ. 126. In præſenti cauſa, nu. 17. & 18. eod. vol. & poſt Aym. Crauett. Cephal. & Franciſc. Piſcinam, tradit Ludouic. Molina in tract. de primogenijs Hiſpaniæ, lib. 1. c. 4. nu. 10. fol. 18. ac Rol. de Vall. conſ. 97. Viſo teſtamento, num. 6. lib. 4. qui de odio fideicommiſſorum, & quòd in dubio in contrarium ſit iudicandum, vltra præcitatos ipſe teſtatur conſil. 46. In præſenti conſultatione, nu. 2. & 3. lib. 3. conſ. 34. Vidi dubia, nu. 2. d. lib. 4.

Huic rationi reſponſum ſic accõmodari poteſt, quòd licet fideicõmiſſaria ſubſtitutio quo ad filios grauamen dicatur, non propterea reſtringi debet, ſed ampliari, cũ teſtator velit eius voluntatem ſeruari, in tantumque teſtantis voluntas ſeruãda eſt, vt Reipub. interſit ſuprema hominum iudicia exitum habere, l. vel negare, ff. quemad. teſtam. aper. vnde vt teſtatoris volũtas ſeruetur, etiam ex coniecturis elicita, per interpretationem ſæpè fideicommiſſum citra expreſsionem inducitur, l. cum proponebatur, ff. de leg. 2. Dec. conſ. 425. In caſu propoſito, col. pen. num. 14.

Et quòd fideicommiſſum fauorabile cenſendum ſit, tenuerunt Alex. conſ. 39. Viſo themate, num. 3. verſ. Et dicit Ang. lib. 1. Iaſ. cõſ. 203. Circa primam dubitationem, col. 4. verſic. Nec obſtat ſecundo, lib. 2. Dec. conſ. 652. Viſo conſilio, nu. 7. Soc. ſen. ſuper hoc contextu, col. 51. verſ. Quoniam reſpondetur, & in l. filius, columna 17. verſic. Quæ abſolutè ſunt fauorabilia, ff. de vulg. & pupill. ac in conſil. 249. numero 25. lib. 2. Socin. iun. conſ. 168. Præſentis conſultationis reſolutio, numero 91. libr. 2. Matth. Gribald. inter conſilia Iacobi Portij, conſ. 40. Anno Domini, num. 22. Vdalricus Zaſius, in rub. num. 3. ff. de leg. 1. Gerardus Mazzol. conſil. 6. Contra conſilium, num. 13. quod etiam ſibi voluit Bald. conſ. 104. Teſtamentum, circa fin. verſic. Tamen iſta regula, lib. 4. Probaturque apertiſsimè Inſtit. de fideicom. hęredit. in prin. verſ. Tantusque eorũ fauor factus eſt, in l. cogi, verſ. In ambiguo tamen magis ſenſum dico, ne intercidat fideicommiſſum, ff. ad Trebell. & in l. 1. in fin. ff. vt in poſſ. legat.

63 Quando autem fideicommiſſum † pro conſeruatione bonorum in familia, agnationeque factum eſſet, poſterior hæc opinio dubio procul procedit, vt inquam fideicommiſſum fauorabile exiſtimandum ſit, Signorol. de Homod. conſ. 173. Teſtator in ſuo ſolemni teſtamento, num. 3. Petr. de Anchar. conſ. 27. Non ſeruato ordine dubiorum, colum. 3. verſ. hic autem loquimur, Raph. Fulgoſ. conſ. 49. Ex facto proponitur, circa fin. verſic. Nouiſsimè, Raphael Cuman. conſ. 2. Proponitur, numero 4. verſic. Ex quo apparet, Ludouic. Gozad. conſ. 89. In hac cauſa, num. 12. Pariſ. conſ. 63. Capiendo primũ dubium, nu. 27. verſ. Tum etiam, conſ. 35. Abſoluto conſilio, num. 32. lib. 2. Capic. deciſ. 108. In cauſa, num. 15. verſ. Contra hanc limitationem, Socin. iun. conſ. 181. De duobus, num. 39. lib. 2. Curt. iun. conſ. 111. D. Paulus de Raude, num. 12. Franciſ. Marzar. in tract. de fideicom. in 2. par. fol. 6. & conſ. 7. Requiſitus, ſub nu. 12. verſ. Sed quicquid in fideicommiſſo, Iacob. Menoch. conſ. 204. Eſt difficilis, nu. 60. lib. 3. conſ. 393. Reſpondi, nu. 54. in fin. libro quarto, & in tract. de præſump. in 2. par. lib. 4. præſumpt. 67. numero 23. verſic. Et hæc ſententia, Franciſcus

Mantic.

Mantic.in tract.de coniect.vltim.vol.lib.7.tit.1. num.44.verſ.Sed & ſi in dubio, Petrus Anton. de Petra in tract.de fideicom. prohib. q. 9.nu. 12.verſic. Et hoc apertè, fol.177.de communi atteſtans.

Quintò,quia teſtator per illam cõditionem, Si ſine filijs deceſſerit,dicitur filijs in conditio-
64 ne poſitis ius ab inteſtato† ſuccedendi reſeruaſ ſe,iuxta gloſ. & magis communem Doctorum opinionem in d.l. Lucius Titius,la 2.ff.de hære dib.inſtit. qua affirmatur, poſitos in conditione ex teſtamento vocatos non eſſe, ſed ab inteſtato, meritò videtur de illis filijs intelligi qui ab inteſtato ſucceſſuri eſſent,& ſic etiam de fœminis,quæ ab inteſtato cum maſculis vocãtur, l.maximum vitium,C.de liber.præteritis,& ita Corn.conſ. 120. Eleganter & diffuſe, in princ. lib.2.in ſimili argumentabatur.

Sed dicere expedit,prędictam rationem poſſe fortè procedere, niſi euidenter de contraria teſtatoris voluntate appareret,quæ omnib.prę ponenda videtur,cum igitur per filiarum exclu ſionem ab vniuerſali ſucceſſione de cõtraria vo luntate appareat, argumentationis impetus pa rum,imò nihil obſtabit. Proinde Socin.iun.d. conſ.168.num.93.lib.2.dicebat, Aut volumus teſtatorem in conditione illas perſonas,quæ ab inteſtato non eſſent ſucceſſuræ poſuiſſe, tuncque argumẽtatio procedere poſſet,& in his terminis argumentatur Corn. d. conſil. 120. cum enim enixa,claraque voluntas teſtatoris ſit, vt in conditione poſiti omnino ſuccedant,d.l.Lucius Titius,in fin.ibi,Non enim fratrem ſolum prætulit ſubſtitutis,ſed & eius liberos: Vlterius cum iſta voluntas aliter exequi non poſſit, niſi
65 verborum conditionalium † proprietas violetur,eorumque virtute iſtos poſitos in conditio ne ex teſtamento vocari aſſeratur, ab hac proprietate recedendum eſt, affirmandumque vocatos cenſeri, ne aliàs expreſſa teſtantis mens deſtruatur,l.non aliter,ff. de leg.3. & ita in d.l. Lucius Titius, ſentit Raph.Fulgoſ. quem citat Alexand.conſ.185.Viſo titulo quæſtionis, numero 20.verſ.Decimò non obſtat textus,lib.2. Hieronymus Alban. conſ. 9. Teſtator legauit, ante num.3.verſic.Neque propterea, cum alijs quæ adduxi in tract.An & quando liberi in con dit.poſiti vocen.lib.3.cap.4.numero 1. quibus nunc addo Excellentiſſimum Dom. Iacobum Menoch.in tract.de pręſumpt.part.2.lib.quarto,præſumpt.86.num.49.verſ. Quarta eſt coniectura,fol.119.Aut volumus in conditione po ſuiſſe omnes ab inteſtato ſucceſſuros, & tunc aut cum omnibus voluntas teſtatoris cõcurrit, & adhuc argumentatio procedat, aut voluntas cum omnibus non concurrit,tuncque vt volun tas ſeruetur,illi tantum in conditione poſiti cẽſentur cum quibus voluntas concurrit, & non alij,ſed hic voluntas teſtantis cum ſolis maſculis concurrit, ipſi igitur ſoli in conditione poſiti dici debent: Cæterum cum materiam iſtam in dicto tract. abſoluerim, amplius nunc non inſiſtam.

Ex his etiam tertiadecima Socini ſenioris ratio ſuper hoc reſponſo tollitur, dum dicebat, quòd filiæ propriæ teſtatoris fuerunt in teſtamento poſitæ,& in re certa inſtitutæ, vt ab vniuerſali ſucceſſione excluderentur, filij autem filiorum poſiti in conditione,vt ſubſtitutos excluderent, non mirum ſi latius verbum filijs in conditione appoſitum interpretandum ſit: Nã ij debent excludere quibus teſtatoris voluntas non opponitur, ne igitur abſurdum ſequatur, ad maſculos debet reſtringi, l. nam abſurdum, ff.de bon. liber.l. Pomponius,ff.de negoc.geſt.
66 Sextò omiſſis alijs, cum iſta neptis † ex filio dicatur agnata, viuensque familiæ nomen valeret conſeruare,l.pronunciatio,in fin.cum l.ſe quen.ff.de verborum ſignif.facit,l.voluntas,C. de fideicom.traditque Alexand.conſ.55. Ponderatis his,numero quinto,verſic.Præterea,columna ſecunda, libro tertio, Iaſ. conſilio 142. In præſenti conſultatione,columna ſexta, verſic.Sextò facit,libro ſecundo,videtur quòd ſub voce filiorum ad ſubſtituti excluſionem comprehendatur, non obſtante filiarum excluſione primitus facta.

Hęc denique ratio debilis videtur,eſto enim neptem iſtam poſſe agnatam dici,per ipſam tamen agnatio non conſeruatur, cum fœminæ in alienas tranſeant familias,& qui ex eis naſcuntur non de propria,ſed aliena patris familia nũcupantur,l.familiæ, verſ. Fœminarum liberos, de verborum ſignif. fuit quidem teſtantis intentio ad eius bona ſucceſſionemque perſonas nedum agnatas,ſed ex quibus agnatio,honor, & dignitas conſeruari, perpetuarique potuiſſet admitti, quod in fœminis non contingit, qua ductus ratione proprias filias,propriumq. ſanguinẽ ab vniuerſali ſucceſſione excluſit, quod certè non feciſſet, ſi agnatam tantum perſonam admitti voluiſſet, poſteritatem non conſiderando.

Hinc ex Andrea Alciato traditum eſt, nobi-
67 lis matris filium † non idcirco nobilem eſſe, cũ ſolum ex patre nobilitas, non ex matre deducatur: Vnde nec gentilitia materna inſignia gerere(vt hoc repetam) filio conceſſum eſt,nec prę ter Principem quisquam conſtituere poſſet,vt matris originem filij ſequantur, l.exemplo,C. de decur. libro decimo. Licet autem filij nobilitatem matris non ſequantur, dicunt tamen Doctores,à patre acceptam nobilitatem ſplendidiorem, clariorem, illuſtrioremque ex matris nobilitate reddi, ignobilitatem etiam minus obſcuram, vel abiectam, ſecundum Bald.

in l.fin. in fin. C. de ſeru. fugitiuis,vbi dicitur, quempiam ex materno genere nobilem minime cenſeri,ſed ex paterno præciſe, & ſimpliciter, ex materno nihilominus,ſecundum quid, cum omne compoſitũ de materia, & forma participet. Vnde Eutipides,

Τὸν εὐγενέστατον, κἂν ἄμορφος τῆς γάμος
Τιμῶσι πολλοὶ πρὸς τέκνων χάριν λαβεῖν,
Τὸ, τ' ἄξιωμα μᾶλλον ἢ τὰ χρήματα.

Rectè igitur ordo Sancti Ioannis Hieroſolymitani, aliarumque Illuſtriſſimarum atque Excelſarum Militiarum Ordines, milites tantum ex vtroque genere geminatis gradibus clara nobilitate conſpicuos recipiunt. Quid erit nunc relatis diſputando opinionibus in tam ardua difficultate dicendum? Doctorum alioqui grauiũ & inſignium reſponſa ſiue conſilia adeo inuicem colluctantur,vt dictu difficile ſit: Collegia florentiſſima pugnant: vtraque opinio legibus atque rationib.præmunita conſpicitur,caſuum varietas animi iudicium videtur confundere; Pro ſubſtituto plurima conſilia Doctorum Papienſium videlicet Domini Catonis, Domini Ioannis de Puteo, aliorumque vidiſſe Socinus ſenior teſtatur: pro nepte Dominus Io. Baptiſta Caccialupus de S. Seuerino Conſiſtorialis Aduocatus in d.l.generaliter, §.cum autem,C. de inſtit.& ſubſtit. libellum manu Pauli Caſtrẽſis inceptum vidiſſe refert, eandemque cauſam ſuper qua Caſtrenſis ipſe pro pio loco ſubſtituto aduerſus neptem conſuluerat, cui Raphael Fulgoſius,alijque ſe ſubſcripſerant,Auenionẽſi Collegio reſoluendam fuiſſe tranſmiſſam, ab eoque in neptis fauorem fuiſſe deciſum, vt refert etiam Curt.ſen.d.conſ.44.ante num.20.in 4.fundamento: quare Caſtrenſis amplius pro ſubſtituto cõſulere renuit, alieno magis quàm ſuo iudicio deferens: & quamuis Socinus hic, colum. 53. controuerſiam in Ciuitate Caſtelli concorditer deciſam fuiſſe dicat,dum ibi, quæſtio ſuper hæreditate quindecim millium ducatorum agitaretur, vtrunque tamen veritate niti poteſt. Petrus etiam Philippus Corneus Peruſinus conſ.203.Quamquam,num.8.lib.2.in fauorem neptis conſuluiſſe Baldum conſ. 82. incip. In cauſa teſtamenti Andreoli,teſtatur,in eodemque caſu Dominum Ioannem Palearen
68 ſem de Senis, virũ magni ingenij†ac doctrinę, Dominum Gulielmum de Peruſio, & Dominum Angelum Vannis pariter Iuriſconſultum Peruſinum, quæ ſanè conſilia Corneus ipſe poterat oſtendere, illudque Palearenſis incipit, Pro diſcernenda veritate,ſibique videri Bononienſes, & Peruſinos melius ſcripſiſſe, de iureque reſpondiſſe,qui Baldi ac Palearenſis autoritatem retinent,rationesque ſuo iudicio vrgentiores, & efficaciores, ſeque apud Fulgineum, idem conſuluiſſe ſubdens, licet Corneus corruptè legatur: de ijsdemque Doctoribus rurſus meminit conſ.202.Pluries & pluries, columna fin.poſt num.12.lib.3.vtrobique Baldi autoritatem vt decet,coniunctimque Palcarenſis doctrinam maximè extollẽs.In terminis ego propoſitæ quæſtionis, extraneo ſcilicet ſubſtituto,
69 veriorem † communioremque eſſe crederem opinionem in neptis fauorem: cum tamen materia ſit valde intricata, vt admonuit Bartholomæus Veronenſ.conſil. 49. Circa primum dubium,ante num.8.in tantum,quòd dixerit Soc. iun.conſ.46.Concluſio iſta,num.4.lib.3.ſe variè reſpondiſſe ſecundum varietatem caſuum, & vt poterat teſtatoris mẽtem colligere,& Antoninus Teſſaurus in nouis deciſionibus Pedemontium deciſ.188.Conditio ſi ſine filijs, ante num. 2. crediderit hanc quæſtionem ex illis vnam eſſe,quæ verè deciſione Principis perpetua egeret, cum ſit noſtris temporibus frequentiſſima, & tam variæ contrariæque Doctorum opiniones legantur: Vnde Socinus ſenior hic, quinque caſus conſiderando pro vera abſolutaque reſolutione diſtinxit:& vt ipſum in ordine ſequar,eorundem caſuum determinationes in medium afferam:cumque ad quintum deuenero,quid circa prænarratam quæſtionem, extraneo ſcilicet ſubſtituto ſentiam, breuiter explicabo.

70 Primus igitur caſus eſt,quãdo teſtator†proprias filias non inſtituiſſet vniuerſaliter, quia illas odio habebat, quamuis ad teſtamenti validitatem in re certa inſtitutionem feciſſet, odijque aliqua cauſa probaretur, & tunc ceſſante ratione fundamentali cõtra neptes adducta, ſcilicet abſurdum illud,quòd videretur plus ipſas dilexiſſe,quàm proprias filias, concludendum eſt ſubſtitutum excludi, odiũ enim contra perſonas filiarum militans in neptibus non cadit, maximè naſcituris vel pupillis,iuxta l.ſi quis in ſuo,§.legis, C. de inoffic. teſtam. pro neptibus etiam ſtat regula, quòd maſculinum concipit fœmininum,l.qui duos, in fin.de leg.3.quibus vlterius fauet abſque dubio iſtius contextus diſpoſitio,iũcta l.cum acutiſſimi, C.de fideicom. cum qua quidem legis diſpoſitione teſtatorem voluiſſe conformem eſſe præſumitur, ad not.in l. hæredes mei, §.cum ita, ff.ad Trebell. & pro hoc faciunt tradita per Bart.in l.2. colum. pen. numero 42. verſic. Sed quid ſi teſtator, & numero 43.verſic.Tertiò poteſt probari,ff.de vulgar.& pupill.

Iſtoque caſu ad neptis fauorem contra ſubſtitutum ita concludunt Socin.ſen. hic,columna 55.num.81.verſ.Primus caſus,dicens idem fateri Dominum Paulum Caſtrenſem in conſilio ibi primum relato.Ludou.Gozadin. conſil.89.In hac cauſa Tridentina,colum.1.numero ſecundo in 2.concl.aſſerens hoc caſu ceſſare

omnia

omnia fundamenta Doctorum contrarium aſ-
ferentium, Gerard. Mazzol. conſil. 6. Contra
conſilium, num. 7. verſic. Et non dicitur, Ioan.
Cephal. conſil. 103. Fabricius, num. 15. verſ. Se
cundus eſt, lib. 1. poſt Bar. in l. liberorum, colu.
antepen. num. 16. verſ. Præterea ad declaratio-
nem, ff. de verbor. ſignif. Hieron. Gabriel. conſ.
97. Ioannes Leonardius, nume. 15. & Iac. Me-
noch. in tract. de præſumpt. in 2. part. lib. 4. præ
ſumpt. 85. incip. Explicauimus ſuperiore præ-
ſumptione, num. 2. verſ. Primus eſt, fol. 149.

Prædictaque concluſio multo magis proce-
71 deret, ſi teſtator morienti filio ſine filijs † extra
neum ſubſtituiſſet, vel alium qui veriſimiliter
non ita dilectus teſtatori eſſet, ſicut neptis ipſa,
ſecundum prædictum Excellentiſſimum Iuriſ-
conſult. Iacob. Menoch. d. præſumpt. 85. ante
num. 3. verſ. Et hic caſus, dicẽtem, ita Socinum
ſeniorem loqui ſuper hoc reſponſo.

Secundus caſus eſt, quando teſtator filias fe
72 minas inſtituiſſet, vnique vel filium † vel alium
& non alteram filiam ſi decederet ſine filijs ſub
ſtituiſſet, & tunc ea decedente cum filia fœmi-
na ſubſtitutus excludi debet, vt voluere Paul.
de Caſtr. d. conſil. primum relato per Socinũ
hic, vbi colum. 55. num. 82. verſic. Secundus ca
ſus, ipſe cum Caſtrenſe pertranſit, Socin. idem
in l. Gallus, §. nunc de lege Velleia, circ. fin. ver-
ſic. Ex quibus infertur, ff. de liber. & poſthum.
ac ita loqui Decium conſil. 370. Viſo teſtamen
to Ludouici, colum. 1. verſ. Et ſecundum iſtam
diſtinctionem, & num. 3. ac 4. per eum citatum
tradit Ludouic. Gozadin. d. conſ. 89. In hac cau
ſa Tridentina, num. 3. verſic. Tertia concluſio,
quem ibi ſequitur. nec omiſerim Deciũ in præ-
citato conſilio ante nu. 4. ſcripſiſſe omnes Do-
ctores in hanc opinionem conuenire, Soc. iun.
conſil. 2. Viſo, ac maturè conſiderato, num. 11.
verſ. Idem etiam dixit, lib. 3. Ludouic. Molina,
de Hiſpan. primogen. lib. 3. cap. 5. nu. 50. verſ.
Septima concluſio, fol. 378. citans ad hoc pro-
poſitum Socini ſenioris conſilia, Curtium iun.
Aymonem Crauettam, Nouiſſimos Pariſien-
ſes, ac alios, vt per eum, Iacob. Menoch. in d.
tract. de præſump. in 2. part. lib. 4. præſump. 85.
num. 3. verſic. Secundus caſus, Antonium Ru-
beum allegans conſ. 42. num. vndecimo, ſed eſt
reſtituendus cum in citato loco nihil de hoc di-
cat, conſil. vigeſimoſecundo, incip. Teſtator ha
bens quattuor filias, ſub num. 11. & certe mira-
bar oculatiſſimum Iuriſconſultum perperam
dictam Rubei Alexandrini autoritatem allegaſ
ſe, vt verè error impreſſoris in curia proceſſe-
rit. Et ratio eſt, qua enim ratione circa portio-
nem in qua filia grauata fuit inſtituta muliebrẽ
ſexum non abhorruiſſe conſtat, pari ratione in
eadem omnem eius poſteritatem, ſiue maſculi
nam, ſiue fœmininam prædilexiſſe cenſetur, vt
in d. l. cum acutiſſimi, iuncta gloſſ. C. de fideicõ
miſſ. Mouetur etiam Socinus, nam licet quan-
do fit mentio de liberis maſculis, non veniant
maſculi ex fœminis, cum qualitas maſculinita-
tis ratione conſeruandæ agnationis adiecta vi-
deatur, Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in rub.
de teſtam. colum. fin. verſ. Sub hoc titulo gene-
rali, poſt Richardum Malumbri in quęſt. incip.
Titius habens duos fratres, & ita per multos ſo
lennes Doctores totius ferè Italiæ conſultum
fuiſſe, refert Matthesilan. in not. 129. Nota vnũ
dictum ſingulare, Anton. de Butr. conſ. 9. Viſo
puncto, & conſ. 46. Rectè deciſum, Socin. ſen.
in d. §. nunc de lege, colum. fin. verſ. Quartò de
ciditur, & conſil. 31. Proſequendo, colu. 3. verſ.
Poſtremò, lib. 1. conſ. 251. Quoniam in præſen-
ti, colum. 9. verſ. Confirmatur iſta concluſio, li-
bro 2. conſ. 65. Viſis teſtamento, colum. 9. verſ.
Ex quibus infero, lib. 3. & conſ. 94. Pro clario-
ri, colum. 1. verſ. Et probatur iſta concluſio, lib.
4. cum alijs longa ſeria relatis ab Andr. Tiraq.
in tract. de iure primogen. quæſt. 13. num. 6. ver
ſic. Contrarium tamen, quibus addendi ſunt,
Andr. Alciat. in l. liberorum, num. 11. de verbor.
ſign. Matth. de Affict. in c. 1. in 3. not. de grad.
ſucceſſ. in feud. & in cap. 1. in princ. num. 113. in
fin. de natur. ſucceſſ. feudi, Socin. iun. conſil. 2.
Viſo, ac maturè conſiderato, colum. 1. nume. 5.
verſ. Tertiò idem probatur, conſ. 37. Agitur in
præſenti conſultatione, num. 3. conſ. 69. Iam an
nus, colum. 4. num. 21. & conſil. 116. Viſo teſta-
mento, num. 3. lib. 3. Curt. iun. conſ. 145. Facti
contingentia, num. 22. & Hippol. de Marſil. in
not. 33. Neptis ex filio, verſ. Licet non compre
hendantur.

Illud tamen verum eſt, niſi fiat mentio de li
73 beris maſculis † ex fœminis, nam dicta ratio a-
gnationis conſeruandæ non videtur conſidera-
ta, l. quoties, C. de ſuis, & legitim. ac per præcla
ros Doctores ſic aliàs de iure reſponſum fuiſſe
dicit Socinus ſeque illis ſubſcripſiſſe in dicto
§. nunc de lege, colum. fin. in fin. verſ. Et ideo
aliàs, ac rurſus meminit hic in 2. caſu, cum eoq.
pertranſit Claudius Seyſellus Aquenſis, ſcili-
cet in d. §. nunc de lege, Corn. conſ. 246. Vide-
tur prima facie, colum. fin. num. 10. lib. 2. Ant.
Rub. d. conſ. 22. colum. 2. uerſ. Quartus caſus
eſt, repetitur conſ. 128. Socin. iun. d. conſ. 2. col.
3. num. 11, 12. & 13. lib. 3. ac Ludouic. Molina in
d. tract. de primogen. Hiſpan. d. lib. 3. cap. 5. nu.
50. Socinusque ad hoc allegabat etiam Petrũ
de Anchar. conſ. 339. Pro maiori intelligentia,
colum. 3. uerſ. Et primò quia ut ſupra in facto
præſupponitur, quod quidem celebre reſpon-
ſum eſt.

Vlterius ſecundum Philippum Decium ad
confirmationem huius ſecundi caſus conſide-
randum eſt, quòd neptis excluſa fuiſſet propter

agna-

agnatum ſubſtitutum, per quem bona in familia conſeruata fuiſſent iuxta intentionem teſtatoris, ergo remoto agnato qui non ſit ſubſtitutus neptis excluſa non videtur, quia ceſſat ratio per quam Paulus de Caſtro mouebatur. Hocque in ſimili caſu renunciationis Doctores concludunt, de filia inquam quæ hæreditati paternæ renunciauit ad fauorem fratrum maſculorũ qui renunciationis tempore aderant, in quibus bona in familia, & agnatione cõſeruata fuiſſẽt; ſi enim contingat dictos fratres viuente patre decedere, ad patris hæreditatem filia ipſa renũciatione nequaquam obſtãte admittitur, vt notat Bald. in l. pactum quod dotali, in 4. quæſt. colum. 2. num. 3. C. de collat. vbi Salic. colum. penult. Dominic. in cap. quamuis, colum. fin. de pact. in 6. & ſequitur Alexan. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, colum. 4. num. 11. de verbor. oblig. & conſ. 29. Præclarè, & ſubtiliter, colum. 1. num. 4. lib. 3. Ludouic. Roman. conſ. 22. Propoſitæ mihi in 2. dub. Dec. conſ. 433. Viſa copia conſilij, num. primo, citans Baldum, conſil. 372. Quædam puella, lib. 3. Carol. Ruin. conſil. 204. Pulchra eſt principalis dubitatio, num. 3. verſ. Tertiò adduco, vbi hanc concluſionem ampliat, lib. primo, Ludouic. Molin. in tract. de primogen. Hiſpaniæ, lib. ſecundo, c. 3. tit. qual. ex legitim. deſcend. & aſcend. num. 47. verſ. Id etiam ſciendum erit, vbi de communi opin. atteſtatur, poſt Pariſium quem ibi allegat, conſ. 26. Pactum iſtud, nu. 19. & infr. eruditè loquentem, lib. 3. Sed Pariſius de communi atteſtatur iuxta terminos in quibus ibidem loquitur, nu. 51. verſ. Nec iſtis obſtant, hanc concluſionem declarans. Et in præcitato loco Molina, verſic. Sed conuerti ſolet (vt hoc obiter dicam) illius concluſionis meminit, Vtrum renunciatio iura
74 ta † facta à matre in vita parentis mortua, nepotibus præiudicet, concludens ipſos nepotes ex communi opinione non obſtante tali renunciatione, ac etiam iuramento admitti, multosque Doctores allegans, veraque eſt ſententia, ad quam comprobandã pro nunc ſufficiant, And. Tiraquell. in tract. de iure primogen. quæſt. 12. num. ſecundo, & quæſt. 40. num. 113. Didac. Couarr. Toletan. in d. cap. quamuis, in 3. part. relect. §. ſecundo, incip. Decima, colum. quarta, verſ. Non me latet, fol. 426. Rub. Alexandrin. conſ. 42. In facto præſupponitur, num. quinto, Tellius Ferdinandez, in conſtit. Tauri, in l. 6. nu. 55. verſ. Vlterius & ſi hæc, fol. 73. & D. Vincent. de Franchis, deciſ. 67. Communis & vera eſt concluſio, in princ. libro primo, Vbi quærit
75 quid † ſi filij ſint hæredes matris, in quo dubio aliqui dixere renunciationem obeſſe. Philipp. Francus in d. cap. quamuis, Raph. Cuman. in l. qui ſuperſtitis, de acquir. hęred. Neapod. ſuper conſuetud. Neapol. incip. Si moriatur, verſ. Ipſi ſucceſſores, & verſ. Ex hoc igitur, nu. 39. Dec. in d. l. pactum. quod dotali, num. 18. verſ. Secundus caſus, & conſ. 181. Satis nota eſt quæſtio, ante num. 7. verſ. Ad hæc, Caſſan. conſ. 47. Super deductis, colum. penult. Guid. Pap. quæſt. 228. Ex dicto proceſſu, numero ſecundo, Nic. Bellon. conſ. 15. Quotidianus eſt caſus, num. decimo, Franciſc. Rip. reſponſ. lib. primo, reſpon. 6. Rolan. de Vall. conſ. vndecimo, Caſus ad me tranſmiſſus, nume. octauo, libro primo, Iacob. Menoch. conſ. 89. Non leuis ponderis eſt, nu. 116. verſ. Nam ſi hæredes, libro primo, ac Ioan. Thom. Minadous, conſil. duodecimo. Quo igitur ad ius commune, num. 6. & infr.

Sed contrarium tenuerunt, Bart. in prę alleg. l. qui ſuperſtitis, num. 3. verſ. Sed quid ſi poneres, Ludouic. Gozadin. conſ. 75. Prima facie videtur dicendum, colum. penult. ſub nume. 22. verſ. Nec obſtat, dicens circa fin. Decium contra communem conſuluiſſe, Aym. Crauett. conſil. 84. Magiſter Anſelmus, num. quinto, vbi inquit ſe credere, quòd in practica ſeruaretur renunciationem non nocere, Robert. Marant. in ſua diſput. 10. & ſecundum hanc partem conſueuit decidere Sacrum Regiũ conſilium Neapolitanum, vt per d. Ioan. Thomã Minadoum in rep. conſt. Regni. In aliquibus, in 3. not. nu. vndecimo. fol. 98. à terg. verſ. Tamen cum accidiſſet hæc quæſtio, atteſtantem bis ſuo tempore ſic fuiſſe iudicatum, in cauſa nobilium de Ieſualduo, ac in alia cauſa Clemẽtis Gattulæ, Dominus etiam Vincent. de Franchis, d. deciſ. 67. colum. fin. vltra dictas duas deciſiones, idem in cauſa Tisbiæ Vallettæ referente D. Cæſare Vitello deciſum fuiſſe ſcribit, & denique in caſu illius deciſionis omnibus maturè diſcuſſis Sacrũ Conſilium pro actore iudicaſſe, cuius quidem deciſionis nouiſſimè meminit Antoninus Theſaurus Foſſanenſis, in vltimis deciſionibus Senatus Pedemõtani, deciſ. 138. Dos à patre profecta, in finalibus verbis, eãdemque ſententiam optimè tuetur Ioan. Petrus Surdus conſ. 133. Renunciatio, num. 26. vſque ad num. 29. Doctores contrarium tenentes declarans, rationesque pro hac parte afferens: ſed de his hactenus.

Tertius caſus eſt, qui ex præcedenti inferri videtur, vt Socinus inquit, quando fœmina teſtatrix fuiſſet, & iſto caſu duæ ſunt Scribentiũ
76 opiniones, prima † quòd neptis ſubſtitutũ excludat, quam tenent Socinus ſenior hic, colum. 55. verſ. Tertius caſus, numero 83. Hieronym. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, nume. 774. ff. ad Trebell. dum Doctores contrariæ partis referendo, dicit Raphaelem Fulgoſium uideri præſupponere quòd ſic, deindeque ſubdit contra Fulgoſium multum urgere notata per aliquot Doctores conſulentes, ac repetentes, ut

per

per eum non aliam reſolutionem afferentem, magnificando igitur rationes pro Socini ſentẽtia, videtur illam (ni fallor) comprobaſſe, potiſſimum cum num. 777. verſic. Reſpondeo quòd præſuppoſito, dum Fulgoſij opinionem præſupponit, ipſam veram eſſe minimè concedit. Ferdin. Loazes in §. Diui, num. 176. ac rurſus Socinus in §. nunc de lege, colum. fin. in ſecunda limit. Nouiſſ. Pariſien. ſuper conſuet. Pictau. tit. 1. §. 16. numero ſeptimo, Dec. conſ. 568. Domina Daria Ser Baldi, num. ſecundo, & infr. & conſi. 570. Caſus de quo quæritur, columna ſecunda, numer. vndecimo, verſ. Iſta concluſio, Auguſt. Bero. conſ. 113. Viſo teſtamento, ante numerũ octauum, libro ſecundo, Socin. iun. conſ. ſecundo, Viſo ac maturè conſiderato, num. 13. & per totum, libro tertio, Anton. Rube. Alexandrin. conſ. vigeſimo ſecundo, Teſtator habens quatuor filias, in quarto caſu, numero vndecimo, repetitur conſ. 128. eiuſdem initij, nume. nono, Hieronym. Cardinalis Alban. conſ. 23. Domina Antonia, condidit teſtamẽtum, num. tertio, verſ. Secundò alia quoque ratione, citans Petr. de Anchar. d. conſ. 339. Pro maiori intelligentia, colum. quarta, in fin. verſ. Sed dicere, & ſentire oppoſitum, Roland. de Vall. conſ. 76. Magnifica D. Vrſula, ante num. 16. & num. 19. ac per totum, lib. 3. Simon de Pretis in tract. de interpr. vltim. volunt. libro primo, fol. 8. num. 13. verſ. Idem ratione qualitatis perſonæ, fol. 69. ſolum Socinum ſuper hoc reſponſu, colum. 44. num. 83. allegans vt per eum, Ludouic. Molina in tract. de primogen. Hiſpaniæ, lib. 3. cap. quinto, nu. 73. verſ. Decimaſexta cõcluſio, fol. 383. ſecundum impreſſionem Colonien. vbi plures allegat, & ſignanter Ludouic. Gozadin. conſil. 71. In cauſa Domini Simonis, num. 6. & Molinam refert, hancque opinionem ſequitur Iac. Menoch. in d. tractat. de præſumpt. in ſecunda parte, libro quarto, præſumpt. 85. num. quarto, citans Hieronymum Gabrielium, conſ. 95. numero ſeptimo, & quintodecimo, dicens malè Raphaelem Fulgoſium ſenſiſſe, ſed Gabrielius reſtituendus eſt, conſ. 97. Ioannes Leonardius, d. num. 15. verſ. Vel ex qualitate inſtituti, nec omiſerim Aymonem Crauett. conſ. 250. colum. 2. verſ. Simpliciter dicemus.

Mouentur primò, nam verba ſecũdum qua-
77 litatem † perſonæ intelligenda ſunt, l. plenum, §. Equitij, ff. de vſu & habit. cum igitur fœmina ſit teſtatrix, non eſt præſupponendum eiuſdem ſexus neptem excluſiſſe, propriumque eundẽ fœmineũ ſexum odio habuiſſe; Hinc eſt, quòd licet regula ſit vt fœminæ regulariter in feudo non ſuccedant, cap. primo, §. & quia vidimus, qui feud. dar. poſſ. & ſæpè alibi: ad hanc tamen regulam vera, ac notabilis limitatio affertur, vt
78 non procedat in feudo † quod originem principiumque in fœminis habuit, ſoletque fœmineum appellari, in tali enim feudo fœminæ etiam ſuccedunt, ita limitat gloſſ. in d. §. & quia vidimus, in verb. Sic ergo, circa med. per text. expreſſum in cap. primo, de nat. ſucceſſ. feud. vbi dicit text. Fœminæ non ſuccedunt, niſi fœmineum ſit; Quod ampliatur etiam in ſucceſſione Regni, vt dixit Petr. de Anch. d. conſ. 339. Pro maiori intelligentia, colum. 4. in fin. verſ. Et primo, & colum. quinta, verſ. Tertiò quia proles fœminea; Hinc eſt etiam quòd licet quis recipiendo emphyteuſim pro ſe, & deſcendentib. maſculis, non includantur maſculi ex fœmina, ſecundum Specul. tit. de locato, §. nunc aliqua, verſ. 146. incip. Quæritur quid ſi aliquis, nihilo-
79 minus quando perſona recipiens † eſt fœmina, tunc ſub hiſce verbis maſculi ex fœminis comprehenduntur, iuxta tradita per Bald. in l. quoties, num. 6. C. de de ſuis, & legitim. quem citat Franc. Aretin. in l. Gallus, §. nunc de lege, colu. penult. circa fin. verſ. Super quo vide, vbi Soc. ſen. colum. fi. verſ. Secundò poteſt etiam, & ita Aretinus intelligit text. in cap. primo, de eo qui ſibi, & hæredibus ſuis, Ludouic. Gozadin. conſ. 79. Viſo proceſſu, num. 15. in fin. verſ. Non obſtat, Curt. iun. conſ. 181. Præſupponitur in facto, ſub num. 1. Petr. Benintend. Bononien. deciſ. 52. colum. ſecunda, verſ. Contrarium, Hieron. Grat. conſ. 110. Thema tale eſt, num. 27. & nu. 52. lib. primo, Ferdinand. Loazes in l. filius familias, §. Diui, num. 68. de leg. primo, Andr. Tiraquell. in tract. de legib. connubial. l. quinta, num. 22. & 23. Bero. conſ. 120. Etſi ſuper dubitationibus, num. vndecimo, & 49. lib. ſecundo, Franc. Burſat. conſ. 80. D. Ludouicus de Campegio, nume. ſeptimo, libro primo, Roland. de Vall. d. conſ. 76. D. Vrſula, per totum, lib. tertio communemque opinionem eſſe ſcribit Aurel. Corbulus in tract. de cauſ. quib. emphyt. priuit. de cau. ob lin. fin. num. 29. in ſecunda ampl. verſ. Retenta tamen, ſubdens difficile eſſe contrarium in practica obtinere, quicquid ipſe aduerſus Rolandum aſſeruerit, idemque ſibi voluit Iaſ. conſ. 117. In cauſa & lite, colum. 2. uerſ. Sicut in ſimili, lib. 4.

Huic rationi reſponderi poteſt, quòd teſtatrix non cenſetur neptem odio proſequi, licet ipſam per ſubſtitutionem non uocet, maſculorum autem uocatio ob illius qualitatis prædilectionem cõtingit: & qui odium allegat cauſam odij probare debet, ut Socinus in dicto primo caſu aduertit, & poſt eum Gozadinus in citato loco.

Non obſtat Petri Ancharani conſilium, in illo enim themate non apparet ab illa conceſſione fœminas prius excluſas fuiſſe, ut in caſu noſtro ab inſtitutione: idemque in caſu Speculatoris dicendum eſt; Vlterius agnationis qualitas

tas ad quam teſtatrix reſpexit, in fœminam nõ cadit, ut clarum eſt, ſed in caſu Ancharani qualitas Regiæ dignitatis in fœmina militabat in Regno Aragonum, vt ibi per eũ; & tradit Gerard. Mazzol. d. conſ. quinto, num. 94. verſ. Et ſuccurrit, vnde argumentum videtur retorqueri, cum hic infecta ſit radix, & proinde palmi-
80 tes. Verba etiam † intelligenda ſunt ſecundũ qualitatem perſonæ, ſcilicet in quam verba diriguntur, & ita textus loquitur, in d. l. plenum, §. Equitij, ſique ita eſt, de maſculis tantum ex ipſa regula interpretabimur: maximè ſi eadem verba ad proferentis intentionem referemus, c. ſecundò requiris, de appell. l. ſcire oportet, §. aliud, ff. de excuſ. tut.

Et quantum ad id attinet, quod de feudo fœmineo dictum eſt, non omiſerim Andream de Iſern. in d. cap. primo, de nat. ſucceſſ. feud. in 2. colum. dictam limitationem reprehendiſſe per tex. plurimum ſtringentem in c. primo, de benefic. fœminæ, & per aliud fundamentum, quia rationes quæ militant cur fœminæ in feudo nõ ſuccedant, in feudo materno, ſiue fœmineo ſibi etiam locum vendicant; Et quamuis limitatio (quicquid Andreas ſenſerit) vera ſit, declaratur
81 tamen † quando maſculi non adeſſent, ſed quãdo adeſſent maſculi, & fœminæ, licet feudum fœmineũ eſſet, potius maſculi, quàm fœminę ſuccederent, in hisque terminis procedit tex. in d. cap. primo, de benefic. fœmin. ſecũdum verum communem intellectum Iacobi Ardizoni, Iacobi de Beluiſio, in princ. ac Baldi, verſic. Nota q. in feudo, necnon Nicolai de Neapoli, & Iacobi Aluarotti, colum. prima, verſ. Alij verò; & colum. ſecunda, verſ. Sed aliam opinionem, vbi etiam Matth. de Afflict. num. quarto, dicens eſſe veriorem opinionem in Regno, & tradit Curt. iun. conſ. 181. Præſupponitur in facto, numero ſecundo, verſic. Quam tamen limitationem. Niſi diceretur, id accidere, in feudo fœminæ propter naturam rei de qua agitur, vt per Aluarot. in d. loco, colum. prima, in primo not. Et licet contra opinionem Oberti, ac Girardi ſenſerit, Ioan. Thom. Minad. in d. rep. conſtit. In aliquibus, in princ. num. 19. verſ. Contrariam tamen opinionem, nihilominus pro nunc ſequor ſententiam contra gloſſam, & Andream de Iſern. ac dictum Minadoum, cum in effectu Aluarotti concluſio æquior ſit, atque communior, cum qua pertranſit Alex. conſ. 29. Quoniam abundè, numero quinto, verſic. Fortificantur, libro primo.

Secundò, nam cum teſtatrix ſit fœmina, non videtur rationem conſeruandæ agnationis ha-
82 buiſſe, mater enim, & filij de eadem † agnatione non ſunt, ex quo mater per legem xij. tabul. non vocabatur, Inſtit. ad Tertull. in princ. nec eſt propinqua, vel propriè cõſanguinea, vt poſt Bald. in l. fin. verſ. Sed dubitatur, C. de verbor. ſign. declarat Ioan. Cephal. conſi. 53. Tria ſunt, nu. 57. & infr. lib. primo, quod etiam experientia docet, quę rerum eſt magiſtra, Clem. diſpendioſam, de iudic. cap. quam ſit, de elec. in ſexto, patres nanque magis perpetuitati agnationis proſpiciunt quàm matres, cũ verè agnatio per maſculos conſeruetur, filiabus autẽ matres indulgent magis, vel æqualiter, cum ratione muliebris ſexus facilior ſit tranſitus: Quinimo fœminę plus de matre participant, mares verò ma-
83 gis de patre, & partus pars matris † viſcerum dicitur, l. prima, §. ex hoc reſcripto, de ventr. inſpic. facit dictum Baldi in l. quæritur, de ſtat. homin. in princ. quòd potentior ſimilitudo vincit, per text. in l. ſecunda, ff. de dot. præleg. oritur enim fœmina quoniam ſemen viri agens ſuperatur à ſemine vxoris, tuncq. tranſmutatur agens à paſſo, vt dicit Auerroes, lib. 4. cap. 1. de gener. animal.

Diluitur etiam hęc ratio licet naturalibus argumentis fulcita, nam eſto (inquit Gerardus Mazzolus) matres rationi conſeruandæ agnationis non ſic ſedulo ſtudeant, vt patres faciunt, ſat eſt iſtam teſtatricem ad illam reſpexiſſe: nec matris, & filij quo ad agnationẽ diuerſitas quicquam obeſt, quoniam filios ratione ſanguinis mater diligit, quos procreando, & nutriendo, cenſendum eſt, ob maternam pietatem diù velle, exoptareque ſuam poſteritatem perdurare, cum mulier nupta de domo viri efficiatur, vnde propria ſua agnatio non dicitur in ea, & per eam conſeruari, vt in præcedentibus aſſerebam.

Non obſtat ſimilitudo, non enim magis fœmina quàm maſculus pars viſcerum matris eſt,
84 quinimo maſculus † tanquã robuſtior, & perfectior magis de vtroque vt de materia, & for-
85 ma participat: cum natura ſemper in nobilius ac perfectius nitatur: ideo inter mineralia aurum vti perfectius natura liberius † & copioſius producit, quemadmodum Ludouic. Gomeſius in regul. Cancell. de val. exprim. in imp. benef. quæſt. undecima, in fin. uerſic. Quo loco illud tangam, notabiliter inquit, & ante eũ Hadrianus Imperator: hinc matres cum filias parturiunt contriſtantur ob partus imperfectionẽ de genere ad genus, cum uerò mares, lætantur, ac præſſuræ obliuiſcuntur, quia natus eſt homo in mundum, vt in his ferè terminis conſiderat Curt. iun. conſil. 35. Dominus Benedictus, col. fin. in fin. & experientia euidens eſt. Sique vir,
86 & vxor duo ſunt in carne vna, ac ſocij † diuinæ & humanæ domus, l. prima, ff. de rit. nupt. l. aduerſus, C. de crimin. expil. hæredit. cur domus conſeruationi mulier, vt vir non proſpiciet? ſi etiam vxor mariti fulget radijs, atque honorib. l. fœminæ, ff. de Senat. l. mulieres, C. de dignit.

lib.

lib.duodecimo, cur familiæ, agnationique ſui coniugis, ac filiorum non inſudabitè nihil enim tam humanum eſt, quam fortuitis caſibus proſperis, vel aduerſis coniugis, participem coniugem fieri, l.ſi cum dotem, §.ſi maritus, ff. ſolut. matrim. Inde Plutarchus in Proble. ſcribit, virum ab vxore, vxoremque à viro aliquid accipere prohiberi, quòd abſurdũ veteribus viſum ſit, quicquam inter coniuges reperiri quod cõmune non eſſet; Propterea, & olim factum, vt ſponſam introducentes iuberent dicere, Vbi tu Caius, ego Caia, vt ita cum viro quaſi depaciſceretur omnia inter coniuges futura communia, ambobusque pariter ius eſſe imperandi: nec enim (vt Ioannes Coraſius lib. Miſcellan. 5.cap.14.inquit) aliud his verbis oſtendebatur, quàm vbi tu dominus, ac domus princeps, ibi, Ego domus domina, atque hæra; Cæterum fœminæ ob ipſarum mollitiem, & animi quãdam imbecillitatem, non omnes agnationi proſpiciunt, non tamen eſt, quin aliquæ prudentiores adſint, filiorum agnationi, ipſorumque dignitati, ac honori magis aliquando quàm patres ipſe propensè incumbentes: mater ſiquidem
87 certa dicitur, † incertus pater, l. Lucius Titius, ff.de condit. & demonſtr. vt æquum ſit dicere, matrem filiabus in quibuſdam fauere, vt honeſte nubant, licet paternum hoc officium ſit, vt congrue dotentur: maribus verò vt ipſorum poſteritati proſpiciat, & tanquam non incertas creaturas eo modo quo poteſt conſeruet, & cum viro concurrat.

Altera ſuperiori contraria eſt opinio, quòd imo matre etiam teſtante neptis excludatur ad
88 miſſo † ſubſtituto, & ita conſuluit Raph.Fulg. conſil.18. Solomutia, colum.ſecunda, num.ſecũdo, & tertio, ac rurſus in eodem caſu, conſ. 38. In propoſita quęſtione, loquitur enim in matre teſtante quæ filiam Franciſcam in re certa inſtituerat, & vt Gerard. Mazzol. inquit conſil. quinto, Franciſca Arceuiſia, num. 74. cõmunis Scribentium opinio approbat Fulgoſij conſilia: & ſic ex mente Doctorum colligitur inter parentes, ſiue aſcendentes teſtantes differẽtiam non conſtitui, ſed rationes vtriſque parentibus conuenire: Vnde idem Gerardus conſil. 6. Contra conſilium, nu. ſeptimo, verſ. Et in matre, dicit, communem opinionem eſſe in fauorem ſubſtituti deſcendentis, vel agnati contra neptem, dũ Doctores Raphaelem Fulgoſium ſequuntur, vt in præcedenti conſilio declarauerat, verſ. Supereſt ad contraria reſpondere, & vtrobique iſtam opinionem comprobat, quem videtur etiam ſequi Curt.iun.d.conſil.35. D. Benedict. colum.fin. num. octauo, vbi licet differentiam inter caſum Socini, & caſum cõſilij conſtituat, prius tamen dicit fundamenta Socini parum vigere, prout etiam Dominus Vincentius de Herculanis de Peruſio arbitratur, quem ipſe refert, non mirum ſi cogitandum reliquerit, vt præcitati Curtius, & Gerardus animaduertũt; Decius quoque conſ. 514. Satis nota eſt quæſtio, colum. ſecunda, ſub nu. 3. eandem opinionem confirmat, necnon Car. Ruin. in caſu Curtij, licet non diſputet, conſ. 141. Quia teſtator, libro ſecundo, Socin.iun. conſilium Decij comprobando, in conſ. 168. Præſentis conſultationis reſolutio, ante num. 86. verſ. Et mihi videtur, lib. 2. & poſt Ruinum quem refert, Iacob. Menoch. conſ. 95. Et ſi doctè, nu. 99. libro primo, Ioan. Cephal. conſ. 306. Conſultatio frequens eſt, num. 97. lib. tertio, Roland. de Vall. conſilio 82. Factum præſentis conſultationis, num. 34. verſ. Et in terminis, ac num. 41. libro tertio, cum eademque ſententia vti vera, ac iuridica pertrã ſit rurſus Socin.iun. conſ. ſeptimo, Accuratè, num. quinto, inter conſilia dicti Gerar. Mazzo. & eſt ſubſcriptio ad conſilium Mazzoli textũ ad fauorem Sigiſmundi, excluſa Franceſca iuniore filia Scandiani ſui fratris, & nepte Franceſchæ Arceuiſiæ ſenioris teſtatricis.

Pro hac opinione aliqui rationes ferè omnes pro ſubſtituto facientes inducunt, ſed illis prætermiſſis ſtrictiusque punctum attingendo, Primò dicendum eſt, quod argumentum à communiter accidentibus pro contraria parte inductum, in ſubſtituti fauorem retorquetur, cum enim regulariter matres (vt præſupponitur) nõ ſoleant agnationi proſpicere, coniecturæque proſpiciendi adſint, non leue quinimo maximum argumentum ex re inſolita, inſuetaque oritur, argum. l. ſi quis ſub conditione, ff.de cõdit.inſtit. ſcilicet ob huiuſmodi propriarum filiarum excluſionem, vt enixè inſolita commotione, ac prouidentia poſteritati fœmina conſulucrit, cum abſurdum non ſit, quod & ipſa quo que his curis agitetur.

Secundò, nam ſi contraria opinio ex illa ſexus, ſimilitudinis, ac viſcerum partis ratione cõmunitur, vt non ſit proinde veriſimile neptem excluſiſſe, cur filiam eiuſdem ſexus, nepteque propinquiorem, chariorem, atque amabiliorẽ, inſtitutis maſculis excluſit? hæc itaque ratio optimè etiam (ni fallor) retorquetur, nam ſi in maſculo teſtante filiarum excluſio agnationis conſeruandæ argumentum præbet, multo magis in fœmina teſtatrice filiasque proprij ſexus excludente, maſculis tantum inſtitutis; Quemadmodum enim in teſtatore maſculo eius qualitate attenta, erga ſucceſſores maſculos prædilectio ob excluſionem filiarum alterius ſexus arguitur, ita pariter in teſtatrice, erga fœminas amoris, ac conſeruationis ſtimulus præſupponendus eſſet, & tamen non fœminas ſibi ſimiles quas excluſit, ſed maſculos prædilexit ipſos inſtituendo: matris ergo, in propoſito maior erit

prædile-

prædilectio,ac desiderium agnationem suorum filiorum propagandi, ob eius sexus similitudinem,& in filias fœminas indulgentiam, conformitatemque,quas(vt est dictum)excluſit,filios diuersi sexus admittendo.

89 Ex his igitur rationibus opinionem †contra Socinum veriorem esse arbitror, quæ (vt dicebam) communis etiam videtur, Gerardi Mazzoli Regiensis laudatissimi Iurisconsulti testimonio,atque autoritate: quam quidem libentius amplector grauitate fretus celeberrimi Iuriscons. ac Sacri Regij Consilij Neapol. Præsi-
90 dentis doctissimi,perillustris Domini †Vincentij de Franchis, is enim quicquid alij dixerint, concludit in decis.182. incip. Mulier potest intercedere pro dote,num. decimo, versic. Item maior ratio,quòd videmus chariores esse filias
91 mares matribus,& chariores nepotes † ex eis, quàm fœminas,& nepotes ex fœminis, vtrumque dicit,vt experientia clarè admonemur.

Prædictis etiam addo textum, quem ponderant ibi Angelus,& Paulus de Castro,in d.l.generaliter,§.cum autem,C.de instituț.& substit. vbi etiam Iaſ.in tertio not.num.quinto,& in fi. num.vndecimo,vers.Item illud,vbi licet testator naturalem tantum instituerit,ex qua institutione declarauit talem sobolem non abhorruisse, tamen alij naturales ab eo descendentes nõ faciunt conditionem fideicommissi deficere: & quamuis Iaſ. reliquerit super responsione cogitandum, & denique respondeat, adhuc eius responsio hanc opinionem magis confirmare videtur; Sique vltra Iasonem diceretur, quòd hic casus diuersus est ab illo, nam quando per fœminã fit substitutio neptis ab ea descendẽs, non censetur aliquo iure inhabilis, neque odiosa,imo eius admissio cum iure ciuili concordat, quod nullam inter masculos,& fœminas differentiam constituit, sed in terminis d.§.cum autem, inter personas odiosas versamur,quarum fauore aliqua interpretatio fieri non debet,siue extensio ab expressa dispositione ad præsumptam,vt sicuti filius naturalis prædilectus extitit substituto in expressa dispositione, ita etiã videatur prædilectus nepos ex præsumptione iuris,probatur in l.humanitatis,C.de natur. libe. ibi,Si hoc pater naturalis,& in l.fin.in fin. eod. tit.ibi: In quibus voluntate, vbi secundum verum intellectum expressa dispositio pro naturalibus permittitur, sed tacita ex præsumptione legis resultans d.§.cum autem, non recipitur, odiosi enim sunt mero iure etiam naturales,d.l.fin.vers. Filijs enim, & in l. legem Anastasij,eod. titu. Respondeo, satis de odio sexus constitisse ob expressam fœminarum exclusionem,& masculorum admissionem, iuxta dispositionem iuris,d.l.si viua matre,cum mulier (vt dicebam)non obstante sexus similitudine agnationem masculorum filiorum prædiligere præsumatur,quod quanto admirabilius,tanto efficacius esse debet.

Ampliatur hæc opinio,etiam stante statuto,
92 quòd † in bonis maternis fœminæ cum masculis pariter succedant,nam alio statuto existente vt in bonis maternis masculi fœminis dotatis præferantur, testatricis mentem, statuto de paterna successione disponenti, conformem fuisse interpretabimur, cum testatrix eius dispositionem,iuxta illud regulauerit, ac limitauerit, secundum Gerardum d.cons. quinto, numero tertio,& 62.faciuntque tradita per Carol. Rui. cons.141. Viso testamento,nu.nono,vers. Quia ergo instituit nepotes,lib.2.

Maximè etiam eadem ampliata conclusio procederet, si fœmina descendentes, vel agna-
93 tos substituendo,post ipsos †vocasset fœminas, sicque differentiam inter masculos, & fœminas, quam fecit instituendo, eandem etiam substituendo constituisset, vt idem Gerardus Mazzolus scribit,d.cons.quinto,post num.59.& cons. 6. in 3.dubit.ante num. decimũ, vbi rationem affert.

Priusquam vlterius progrediar,aliorum casuum decisionem inuestigando, & prænarratis pulchra insurgit quæstio,quam Curtius iunior ab aliquo disputatam se non vidisse fatetur,videlicet, Quid si filia testatoris in re tantum certa instituta esset,ipsique masculo siue filijs decedenti substituta? & Curtius d. cons. 35. Dom.
94 Benedictus,per totũ, in ea est sententia †quod excluſa nepte, testatoris filia in re certa instituta,& denique substituta admittatur, cum quo consulendo pertransit Dominus Vincentius Herculanus de Perusio ab ipso relatus, de quo etiam Decius meminit,in eodemque casu consuluit Carolus Ruinus idem tenens, cons. 141. Viso testamento,numero octauo, & nono, lib. secundo, pertransitque Andreas Alciatus, respons. 776.

Inducitur primò, nam cum filia in re certa instituta postmodumque substituta expressè fuerit vocata,neptis verò tantum in conditione posita,cui ius ab intestato successionis reseruatur,l.vel singulis,ff. de vulgar. & pupill. sequitur,quòd tanquam magis dilecta debeat admitti,argum.dictæ l.si viua matre, C. de bon. matern. maximè quia in fideicommissaria substi-
95 tutione † de testantis hæreditate agitur, d.l.cohæredi,§.cum filiæ,d.tit.de vulgar. & pupillar. testatorisque hæreditas filiæ magis, quam nepti debetur,l.prima,& secunda, d.tit. de bonis matern.iuxta Cornei inductionem,in d.l. si viua matre: dicebatque in prælegato consilio Curtius, post nume.5. istam sibi vrgentiorem coniecturam videri, quam illa conseruandæ agnationis,cum hęc à iure approbata sit,ac liqui-

diſſimam

96 diſſimam † probationem facit, l. licet Imperator, ff. de legat. primo, l. ſi quis locuples, ff. de manumiſſ. teſtam. illa verò agnationis conſeruandæ coniectura, à ſolis Doctoribus conſiderata ſit, atque recepta.

Huic rationi primo ex mente Decij reſpondetur, quòd in ſubſtitutione de qua agitur, de iure communi inconueniens non eſt, quòd neptis eius patruum, ac teſtatoris filium excludat inſpecta eiuſdem teſtantis voluntate, parique ratione amitam, vt ex hoc textu colligitur, & d.l. cum acutiſſimi, ac vltra Caſtren. d. conſ. 79. col. 2. tradit etiam Bald. in eadem l. cum acutiſſimi, col. 1. verſ. Quæro ſi pater, vbi concludit, quòd nepos ex filio alium filium teſtatoris ſubſtitutum excludit, quam enim charitatem ad filium teſtator habuit, eandem ad nepotem habuiſſe creditur, & pro hoc facit text. in d. l. Lucius Titius, in fin. ff. de hæredib. inſtit. ibi, Non enim fratrem ſolum prætulit ſubſtituto, ſed & eius liberos: ad idemq. facit text. in l. iubemus, §. ſin autem, C. ad Trebel. cum ſimil. iſtoq. caſu ius cõe inſpicitur, tanquam caſus à teſtatore omiſſus, vt in eiuſdẽ iuris diſpoſitione remaneat

Secundò, ex intentione Alex. de Imol. dici poteſt, quòd per illam conditionem, Si deceſſerit ſine filijs, in cõditione ipſa filij poſiti nõ ſunt honorati, nec ex teſtamento vocati, ſecundum gloſſ. in d. l. Lucius Titius, magis communiter
97 approbatam, † ſed remanent in diſpoſitione iuris cõmunis, vt poſſint patri ab inteſtato ſuccedere, quod in eadem gloſſ. dicitur, & per cõſequens ex hoc nõ eſt dicendũ neptẽ melioris cõditionis non eſſe, ex teſtãtis prouiſione, q̃ filiã.

Tertiò, dicebat idem Alexander, dato quòd poſſet caſus contingere, vt melioris cõditionis ſit neptis quàm filia, vt quia patri ſucceſſerit ex teſtamento, vel ab inteſtato, hoc tamen abſurdum non eſt, neptis enim iſtud ex patris perſona conſequitur, nec ab auo habere dicitur, quia quam primum illius hęreditas fuit adita per fi-
98 lium, hereditas auita † eſſe deſijt, & filij eſſe cępit, vt not. gloſſ. in l. hæreditas per ſeruum, de acquir. hæredit. & in l. 1. §. veteres, de acq. poſſ. Quartò, Carolus Ruinus fuſius declarando, nihilque noui addendo, reſpondebat, quòd dicta ratio allegari poſſet quando filia nedum fuiſſet ex inſtitutione excluſa, verum etiam ex ſubſtitutione, vt quia alius filius fuiſſet ſubſtitutus ſi ſine filijs deceſſiſſet, tunc enim dici poſſe videtur, quòd neptis ex filio non eſſet in conditione poſita ad ſubſtituti excluſionẽ, reperiretur enim tunc melioris conditionis, quàm teſtatoris filia, illa enim omni caſu excluſa reperiretur, non autem neptis quæ ſubſtitutum ad ſui commodum excluderet, quod non poſſet filia teſtatoris facere. Sed quando filia teſtatoris decedenti filio ſine filijs ſubſtitueretur, non poſſet dici, quòd neptis melioris conditionis, quam filia fuerit, etiam ſi per ipſam conditio illa deficeret, ſub qua filia fuit ſubſtituta: reperiretur etenim filia à patre expreſsè honorata, ex teſtamentoque vocata, ſaltem in euentum in quem filius ſine filijs maſculis, & fœminis decederet, neptis autem aliquo caſu ex illo teſtamẽto non vocaretur, nec ex eo licet poſita in conditione vocata diceretur, ad hocque probandum, textum iſtum inducit, vt per eum: volens ibi teſtatoris ſubſtitutũ filium magis dilectum cenſeri.

Sed tamen Hieronymus Zanchus ſecundæ, ac quartæ huic reſponſioni aduerſari dicit text. in d. l. Lucius Titius, in fin. ibi, Non enim fratrẽ ſolum hæredem prætulit ſubſtituto, ſed & eius liberos, vt poſitus in conditione prælatus ſubſtituto per ſolam etiam reſeruationem ab inteſtato ſucceſſionis intelligatur.

Iſte textus obſtare non videtur, cum prælatio huiuſmodi non ex teſtamento † ſit, vt Zan-
99 chus concedit, quamuis ibi contrarium liquido probari videatur, & cum circa eius intelligentiã multa alio in loco dixerim, inhærendo nũc magis tutæ, ac receptæ ſententiæ, quam ibidem ſequutus fui, dicendum eſt, verbum prætulit in eodem textu ad iuris intelligentiam referri, ſic enim Iuriſconſultus conſilium teſtãtis ſiue eius conditionalia verba interpretatur, ſcilicet ab inteſtato, ſecundum iuris communis regulas, l. lege obuenire, ff. de verb. ſign. hoc præſuppoſito, prælatio quam Zanchus inducit, non opitulatur, nos enim de alia prælatione teſtati loquimur, ſecũdum quam filia teſtatoris neptem antecedit, cum in eſſe conditio quicquam non ponat, & affectus teſtantis hic ſit animaduertendus ad euentum relatus, non autem legalis effectus citra expreſſam teſtantis diſpoſitionem inductus.

100 Secundò facit, nam expreſſa ſubſtitutio † ac creſcendi ius ceſſare facit, quod ex legis diſpoſitione principaliter, ex coniecturata autem mente teſtatoris ſecundario obuenit, l. ſi in teſtamẽto hæredes ſcripti, ff. de vulg. & pupill. iunct. l. ſi Titio, & Mæuio, ff. de leg. ſecundo, l. ſecunda, §. ſi duo, ff. de bon. poſſ. ſecund. tabul. vbi Bart. Alberic. de Roſate, & communiter Doct. antiqui hoc annotarunt, ergo iſta ſubſtitutio facta de filia, faciet legis ceſſare interpretationem, ex qua filiorum appellatione filiæ veniunt, quod
101 non eſt ſecundum propriam † ſignificationem ſed potius per interpretationẽ, iuxta doctrinã Bart. communiter approbatam in l. 1. ff. de verbor. ſign. Gemin. in c. generali, col. 3. de elect. in 6. Curt. iun. in Auth. præterea, col. 10. C. vnd. vir. & vx. Socin. iun. conſ. 108. Viſo puncto, lib. 2. Iacob. Mandell. conſ. 29. Pro diſcuſſione, nu. 11. conſ. 60. Habes, num. 6. & 20.

Aliam rationem iſtam Decius effugere nitebatur, ſed cum omnem eius vim non eneruet, dum tantum dicit, quòd non impedit quo minus maſculinum in vltima † voluntate fœminam concipiat, l. ſi ita quis, in princ. ff. de teſtamen. tut. l. ſi ita ſcriptum, de leg. ſecundo, & in terminis in ſubſtitutione, tradit Ioan. Andr. in cap. Raynaldus, colum. 2. de teſtam. vbi Anton. de Butr. Alexand. conſ. 55. Ponderatis his, col. fin. num. nono, lib. 3. Proinde poterit clarius reſponderi, quòd nimirum ſi expreſſa ſubſtitutio facit ceſſare ius accreſcendi, quinimo tacita vulgaris † in expreſſa pupillari comprehenſa iure ipſo accreſcendi potentior ſit, l. ſi. C. de hæredib. inſtit. vbi Bald. colum. fin. in 30. quæſt. num. 53. Iaſon. colum. fin. in 6. not. num. nono, & Iacobin. de S. Georg. in fin. num. 6. idē Bald. in l. fin. colum. 1. ante num. 2. verſ. Item determinatio ſua non procedit, vbi Iaſon. colum. 4. nu. 6. & Dec. colum. fin. in fin. C. de inſtit. & ſubſti. Socin. in l. 1. colum. 67. & 70. ff. de vulg. & pupill. Iaſ. in l. re coniuncti, num. 134. ff. de leg. 3. & in l. vnic. num. 27. C. quand. non petent. par. Ioan. Bolognet. in rubr. C. eod. tit. poſt nu. 42. quicquid in contrarium dixerit Carol. Ruin. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, colum. 39. & infr. ff. de libe. & poſthum. cum iſtud ius ſubſidiariū ſit † cæteris deficientibus competens, vt poſt Philipp. Decium tradit idem Bologn. in d. rub. poſt d. num. 42. verſi. Et quòd ſit ſubſidiarium, ne aliquis pro parte inteſtatus moriatur, quod ius noſtrum non patitur, l. ius noſtrum, ff. de reg. iur. Et quamuis iſtam rationem impugnēt Alexand. & Riminald. colum. fin. in d. l. vnica, vbi Iaſ. colum. 4. & latius idem Iaſon. in d. l. re coniuncti, ac Socin. in l. ſi mihi, & tibi, in princ. in vlt. col. de leg. 1. Nihilominus, cum per Odofredum, Bart. Romanum, & ferè omnes Modernos communiter ſit approbata, ab ipſa nō eſſe recedendum inquit Hieronym. Cagnol. in d. rub. ante num. 9. Ang. in l. qui repudiantis, ff. de inoff. teſtam. Carol. Ruin. in d. l. ſi mihi & Titio, Lancell. Galiaul. in d. l. re coniuncti, colum. 33. Io. Crot. col. 13. & Franc. Rip. col. 22. Andr. Alciat. lib. paradox. 4. cap. 8. ac de communi idem Bolognet. in d. rubr. poſt num. 30. col. 15. circa prin. verſ. Sed ijs non obſtantibus, licet ipſe nō conſentiat etiam in ſucceſſione ex teſtamento ſimpliciter, Io. Ceph. conſ. 59. Statuto Papiæ, nu. 17. lib. 1. mirum nō eſt igitur ſi à ſubſtitutione quę principalis eſt diſpoſitio de illa portione vincitur, cum illud ex quadam diſpoſitione in conſequentiam inducatur pro conſeruanda vnione quam feciſſe teſtator videtur plures inſimul vocādo, vt ex ſubſtitutione prouiſio in ſpecie animaduertatur, quæ ſpecialis prouiſio non ita ex coniunctione in alijs partibus colligitur; Quod non eſt in propoſito cum potius ſubſtitutio ad præcedentem diſpoſitionem, vti ius accreſcendi ad ſubſtitutionem ipſam ſe habeat, ſi rationem illam introducendi ſubſtitutionem, ne caducæ teſtantium diſpoſitiones fierent, admiſerimus, l. vnic. in princ. C. de caduc. tollen.

Cæterum cum neptis admiſſio ex conditione ſubſtitutioni adiecta prouenerit, dicitur ſubſtitutionem ſuſpendere, demumque ipſam extinguere propter eius aduētum, vt inefficaciter de iure accreſcendi ad conditionem iſtam ex rationis diuerſitate argumentemur, quę conditio fœminas ſicut maſculos complectitur ad ſubſtituti excluſionem, d. l. cum acutiſſimi, etiam ſi teſtatoris filius ſubſtitutus fuerit, vt in hoc reſpōſo, non debemus itaque in expreſſo, & enucleato iure ad ſobolis fauorem introducto difficultatem inijcere, ſed quemadmodum maſculus nepos ſubſtitutum à portione patris ſui excluderet, ita etiam fœmina ordine charitatis ſucceſſiuo (vt Baldus conſiderat) prædilecta: redeundoque ad Decium, potentior in ſubſtitutionib. ex quadam benigniori vi, potentiaque verbi filiorum eſt interpretatio quo ad fœminarum comprehenſionem, quàm in alijs diſpoſitionibus. Denique ius accreſcendi prout ius tranſmiſſionis † non ſuperat, quę iure ſanguinis fit ex ratione textus in l. vnic. C. de ijs qui ante apert. tabul. ob votum ſcilicet parentum, qui æqualiter nepotes ſicut filios diligunt, vnde ipſa transfuſionis quaſi diſpoſitio, ita quod ſi filij in medio non fuiſſent, ab inteſtato nepotes vocati forent, §. cum filius, Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. teſtatorq. verſimiliter idem feciſſet, argum. l. liberorum, ff. de verbor. ſignif. quod in qualibet tranſmiſſionis ſpecie abſolutum eſſe videtur, ex Hieronymo Cagnolo in d. rubric. num. 47. verſic. Et pariter, ita in propoſito filiæ ſubſtitutio non debet dictam interpretationem impedire, quā ob apertiſſimas leges minus tollere poſſet.

Nec deſunt qui diſputando negent † ius accreſcendi ex voluntate teſtantis induci, ſed ex lege potius oriri, propterea non mirum ſi ſubſtitutio tanquam particularis prouiſio hominis, legis prouiſionem tollat, & ſic ius ipſum accreſcendi: & quamuis communis opinio in cōtrarium adſit, quòd ex mentis cōcurſu proueniat, probarique videatur in d. l. ſi Titio, & Mœuio, §. Iulianus, ff. de leg. ſecundo, tamen Socinus ſen. in d. l. ſi mihi, & tibi, colum. 1. verſ. Secundò conſidera, contrarium concludit; Non obſtat dict. §. Iulianus, ibi enim ſimilitudo iuris accreſcendi ad ſubſtitutionem reſpectu oneris fit, non autem reſpectu voluntatis defuncti, ideo ex ſeparatis male infertur, l. Papinianus exuli, de minor. Et ſi cum Hieronymo Cagnolo diceretur, quod non concurrente voluntate nō poſſet ibi dici quaſi ſubſtitutus, cumque hæc

volun-

voluntas ſit tacita, atque coniecturatā non immeritò dictione quaſi, textus vtitur, & ſic quaſi ſubſtitutum appellat, non quia accreſcentē portionem cum onere habeat, ex illa nanque rōne verè, ac propriè ſubſtitutus dici poſſet, vt inferendum ſit, venientem ex hoc iure cum ſuo onere habere, quemadmodum ſubſtitutus, ratione voluntatis; Reſpondeo, q̄ ſi ex Cagnolo ratione oneris propriè ſubſtitutus diceretur, vt etiā idem eſſet ratione ſucceſſionis, ſiue ſubrogationis, adhuc impropriè ſubſtitutus dicitur non alio modo, quàm ob deficientem voluntatem, cū ex lege nō alio ordine, ſiue iure proprio veniat, in hocque à ſubſtituto differat: is enim cum in locum cohæredis ponatur, per quandam repreſentationem æquū eſt, vt onera perſoluat, arg. l. ſi eum, §. iniuriarum, ff. ſi quis caut. Poſſemq. ad hanc Socini opinionem roborandam plura alia afferre, quæ vltra alios nouiter, atque ſubtiliter ſcripſit Iac. Menoch. in tract. de præſumpt. in 2. part. lib. 4. præſumpt. 86. num. 12. verſ. Et licet exiſtimem, ac etiam infr. vbi latè hunc articulum diſputare molitus fuit, ſed illa conſulto prætereo, ac locum indicaſſe ſufficiat, dixerim tamen eandem ſententiam multis etiam abſurdam nequaquam viſam fuiſſe, quā tenent Dec. conſ. 378. Viſo motiuo, col. 1. verſ. Iſtud autem ius, & in rubr. C. quand. non pet. par. in vlt. lect. in fi. nu. 24. Franc. Rip. in l. 1. nu. 129. ff. de vulg. & pupil. & in l. ſi inſulam, nu. 60. de verb. oblig. Andr. Alciat. in l. 4. §. Cato, n. 104. verſ. Primus caſus, eod. tit. Fran. Duaren. in tract. de iure accreſcendi, lib. 1. c. 1. verſ. Sanè voluntatis quædā ſignificatio, & poſt Bar. & Io. de Imo. Io. Ceph. d. conſ. 59. Statuto Papiæ, col. 7. in 4. præmiſſo, nu. 18. vſque ad nu. 24. lib. 1. & Franc. Mantic. in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 10. nu. 8. vſque ad 11. Quamuis in contraria ſententia fuerint, Bar. in l. quoties, §. ſi duo, ſub num. 3. verſ. Reſpondeo quædam ſunt, ff. de hæredib. inſtit. & conſ. 156. Titius fecit teſtamētum, ſub nu. 1. lib. 1. Bal. in l. cohæredi, §. qui diſcretas, in final. verb. verſ. Item nota, ff. de vulg. & pupill. Paul. de Caſtr. in l. ſi Titio, §. idem Iulianus, nu. 2. de legat. ſecundo, Franc. Aretin. in l. ſi ſeruus communis ab extraneo, in ſecundo not. ff. de acquirend. hæredit. Iaſon. in l. ſi in teſtamento, num. quinto, d. tit. de vulg. & pupil. ſubſtit. Curt. iun. in d. rub. in ſeptima præmiſſ. C. quand. non pet. part. vbi Hieronym. Cagnol. num. 21. Ioan. Bolognet. num. 38. in fin. & Sebaſtian. Sapia, col. ſecunda, verſ. Nota tamen perpetuò, Carol. Ruin. in rubr. ſolut. matr. num. 26. & conſilio 131. In themate proponitur, colum. quinta, nu. ſeptimo, & octauo, lib. tertio, Curt. ſen. conſilio 74. Andreas, colum. 3. num. 3. Socin. iun. conſi. 139. Viſo themate prænarrato, colum. pen. nu. 25. verſ. Vel ſecundò, libro primo, conſ. 152. Viſo eleganti conſilio, col. fin. nu. 11. lib. 2. Romul. in l. re coniuncti, nu. 10. Achil. Perſonal. in tract. adipiſc. poſſ. num. 180. verſ. Et hac ratione, Michael Craſſus in tract. de iure accreſc. cap. 2. vbi de receptiori opinione meminit, Hieron. Zanc. in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 1291. Auguſt. Bero. conſ. 11. Diligenter, nu. 24. conſ. 57. Concludo in caſu præmiſſo, num. 26. lib. 2. & Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. par. 2. lib. quarto, præſumpt. 86. num. 11.

Vltimo dixerim, quòd etſi ſubſtitutus coniūcto præferatur, ex mente tamen teſtatoris præ-
107 ſumpta † coniunctus ſubſtituto præfertur, l. quidam teſtamento, & ibi notant Bar. & Doct. ff. de vulg. & pupill. Iaſ. conſ. 142. In præſenti conſultatione, col. 1. poſt num. 2. lib. 2. vt ex mē te præſumpta in propoſito interpretatio legis liberè fiat, nec aliter reſtringatur.

Altera igitur ſuperiori contraria eſt opin. q̄
108 imo neptis ex filio † admittatur, ſubſtituta filia teſtatoris excluſa, quam expreſsè tenent, Dec. conſ. 370. Viſo teſtamento, num. 2. in fin. verſ. Sed venio ad ſecundum caſum, & conſilio 568. Domina Daria, num. 3. & infr. dicens in d. eius primo reſponſo, in iſtam ſententiam videri omnes Doctores pedibus ire, & concordare, ac ita Paulum Caſtrenſem ſentire ceſſante ratione ex qua in caſu ſuo mouebatur, ac etiam Doctores impugnantes dictum Caſtrenſis conſil. 79. Caſus iſte frequenter contingit, in antiquis, quod in nouis eſt conſ. 409. lib. 2. ipſeque Decius primum illud conſilium 370. quod ſuper teſtamento Domini Ludouici de Acerbis reddidit, ab impugnationibus Vincētij de Herculanis peregregiè defendit in d. alio conſ. 568. vt idem meminit ibi, columna prima, in princ. Carol. Ruin. conſil. 142. Quia teſtator, libro ſecundo, dicens poſt num. ſecundum, in terminis ferè pro iſta parte conſuluiſſe Alexandrum cōſil. 38. Perſpectis his, lib. 6. Hieronym. Zanch. in rep. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 775. ff. ad Trebell. Didac. Couarr. Toletan. in capit. Raynaldus, in princip. colum. tertia, poſt prin. ante numerum tertium, extr. de teſtamen. vbi citat Pariſium conſil. 89. In præſenti cauſa, colum. penult. num. 39. lib. ſecundo, ſubdēs quòd quamuis hoc poſſit diſputari, tamē iſta deciſio æquior eſt, & verior: quam etiam ſequūtur Socin. iun. conſ. 168. Præſentis conſultationis reſolutio, ante num. 86. verſ. Et licet ibi concludat, lib. 2. Anton. Rub. Alexandrin. conſ. 22. Teſtator habens quattuor filias, ſub nu. 12. verſ. Sed in caſu noſtro, Gerard. Mazzol. conſ. 6. Contra conſilium, circa fin. num. 18. Hierony. Gabriel. conſil. 97. Ioannes Leonardius, num. 15. verſic. Primus quando apparet, Achilles Pedrocha, conſ. 5. nu. 168. relatus per Iacob. Menoch. in d. tract. de præſump. in 2. part. lib. 4. prę ſump. 85.

num. ſextodecimo verſi. Octauus eſt caſus,qui & hanc opinionem ſequitur, citãs Nouiſſimos Pariſienſ. in gloſſ. conſuetudinum Pariſ. tit. 1. §. 16.ſub nume.7.verſ. Et ſecundum præfatam modificationem,ac Ludoui.Molin. de Hiſpan. primogen.lib.tertio,cap.quinto,num.48.verſ. Hæc autem concluſio,fol.377.eandemque ego comprobo,cum in effectu verior,æquior,& receptior ſcribentium ſententia ſit,à qua iudicando, conſulendoque nullo modo recedendum arbitror: idcirco aliquas rationes, citra impugnationem in medium afferam.

Ad ipſam muniendam ex Philippo Decio primum inducitur, in propoſito de maſculorũ fauore non tractari cum nullus ſuperſit,ſed filiarum tantum,vt ad illud recurrendũ ſit,quod not.Bald. conſil. 372. Quædam puella fuit dotata, libro tertio, aliàs conſil.437.libro primo, vbi filia paternæ hæreditati renunciante, valde aduertendum eſſe dicit,nunquid extet perſona quæ ex præſumpta voluntate patris renuncian tem excludat, tuncque renunciatio noceat, filio maſculo ſcilicet exiſtente, ſecus ſi talis perſona non adſit quæ ex mente præſumpta exclu deret renunciantem; vnde infert, quòd cum illa renunciatio contemplatione maſculi facta fuiſſet, maſculo deficiente renuncians ad ſucceſſionem admittebatur cum alijs ſororibus, re nunciatione non obſtante: ſubditque Decius communẽ eſſe opinionem, quòd filia quæ propter fratres renũciauit qui renunciationis tempore aderant, per quos bona in agnatione con ſeruata fuiſſent,fratribus viuente patre morien tibus,filia licet renunciauerit ad patris hæreditatem admittitur, vt not. Bald.in dicta l.pactũ, quod dotali in quarta quæſt. C. de collat. vbi Salicet. columna penult. cum alijs quos in ſuperioribus adduxi.Hinc pariter iſto caſu dicendum videtur, quòd licet teſtator in vniuerſali ſucceſſione maſculum filiæ fœminę prætulerit, filiamque cum maſculo noluerit concurrere,caſus iſte per teſtatorem cogitatus non contigit, mortuo enim filio nullus alius maſculus remanſit,ſed contentio inter fœminas ſuborta fuit,vnde caſus in diſpoſitione iuris cõis remanſit,arg. l.ſi extraneus,ff.de cond.ob cauſ.l.ſi cũ dotẽ,in prin.ff.ſol.mat.de iureque cõi in vltima voluntate maſculinum concipit fęmininũ,l.qui duos, de leg.3.l.ſeruis legatis,eod. tit. Petr. de Anch. conſ.120.Proclariori deciſione, ac iure cõi inſpecto neptis ex filio patruum, amitamque excludit,vt ex hoc textu,& d.l.cum acutiſſimi, C. de fideicom. colligitur.

Secundò,nam Doct.aliquando à iure cõi circa interpretationem verbi filiorum recedit quãdo teſtator proprias filias excludit, quãto ergo minus teſtator ipſas excludit,tanto minusà iure cõi recedendum eſt,& conſequenter cum filia fuerit ſubſtituta, hoc debet nos in terminis iuris cõis retinere,nõ autem è contra, excluſio enim filiæ teſtatoris ab vniuerſali inſtitutione, quando agnatus eſt ſubſtitutus,conſideratur, ſed cum ipſamet filia excluſa eſt etiam ſubſtituta, tunc eius excluſio ab vniuerſali inſtitutione non eſt in conſideratione niſi ad coniecturandum contra ipſam,vt tanto magis ac facilius ẽt à ſubſtitutione excludatur,arg.l.1.C.de impu. & al.ſubſtit.l.cohęredi,§.qui diſcretas,de vulg. & pupil.l.Publius,§.1.hoc tit. nõ aũt ad eius fauorem, ne aliàs excluſam ab vniuerſali inſtitutione magis dilectam præſumamus,quàm ſi eſſet inſtituta,quo caſu proculdubio neptis ex filio ipſam excluderet,d.l.1.C. de condit. inſert. & d.l.cum acutiſſimi.

Tertiò Car.Ruin.d.conſ.142.nu.2. lib.2.ad iſtud propoſitum allegabat Alexan.de Imol.d. conſ.38.lib.6.dicẽs ipſum ibi quaſi in terminis conſulere,nam in caſu ſuo teſtator filiũ inſtituerat, filiam vero in recerta, & ſi filius decederet ſine filijs matrem ſuam ſubſtituerat,& ſic fœminã, & denique per generales rationes circà conceptionem maſculini de fœminino traditas, concludit neptem ex filio matrẽ teſtatoris ſubſtitutam excludere, vbi diſtinctionem quandã etiam afferebat,quam Ruin. refert.

Quarto idem Ruin.valde ſubtiliter dicebat, quod nõ ſequitur,teſtator in inſtitutione filias fauore maſculorum filiorum excluſit quos expreſsè inſtituit,ergo in ſubſtitutione ex qua filia nuncupatim vocatur, voluit eam per alios excludi, ideſt per deſcendentes tantum maſculos filij grauati, cũ maſculos quos in inſtitutione prætulit non ſubſtituerit, quinimo maſculi deſcendentes non ſint ex teſtamento vocati ſicut filia,vt deterioris conditionis remaneãt, & ſic dici tunc non poteſt, quòd in ſubſtitutione maſculos magis dilexerit, ſicut in inſtitutione prædilexit: ergò ex diſparitate dilectionis non põt verbi filiorũ interpretatio ad maſculos in ſubſtitutione reſtringi,in qua minus vocantur.

Et quoniam Hieronymus Zãchus latiſſimè Curtio iun. reſpondet, dum ſcribit Deciũ male Caſtrenſis conſilium pro ſe induxiſſe,aliosq. Doctores contra eundem Paulum ſentientes, Socinum etiam declarando ſuper q. hic tradita,col.56.verſ. Ex quibus omnibus infertur de ciſio,ſubdens ante num. 777. quòd certè ipſe, aut non intelligit,aut Curtius admodum æquiuocat, pro ſe ea allegando quæ de directo ipſi aduerſantur,non amplius inſiſtam, cum de remouendis tãtum autoritatibus agatur, non de quæſtionis propoſitæ ſubſtantia enucleãda: eſt igitur cum Philippo Decio concludendum, cuius quidem opinio (vt dicebam) magis cõmunis eſt,& ex Didaco Couar.ac re ipſa,magis veritati,& æquitati conſona.

Amplia-

Digitized by Google

Ampliatur, vt procedat hæc opinio etiamſi
112 in inſtitutione † teſtator dixiſſet, inſtituo vnicum filium maſculum, ſeu filios maſculos vniuerſales meos hęredes, nam iſta qualitas maſculinitatis non debet excluſionem filiæ ſubſtitutę per neptem ex filio grauato impedire, cum verbum illud maſculum, ſiue maſculos gratia demonſtrationis ad certificandam hæredis inſtituti perſonam appoſitum videatur, vt dicit Dec. d. conſ. 568. num. 3.

Quartus caſus eſt, quãdo teſtator ijſdem retentis terminis ſi filius ſine filijs decederet, deſcendentes ſubſtituit, vel agnatos relicta filia: & duæ ſunt in hoc quarto caſu Scribentium opiniones, Prima quòd neptis admittatur, quã
113 tenuerunt, † Petr. de Ancharan. conſ. 120. Proclariori deciſione, in fin. Ioan. de Anan. conſil. 22. Ad approbandam, circa finẽ. Signorol. de Homod. conſ. 117. Pater fecit teſtamentum, colum. prima. Alexan. conſ. 38. Perſpectis his, nu. quinto, verſic. Tamen hoc non obſtante, lib. 6. Ludouic. Bolognin. conſ. 53. Inuocato Diuino ſuffragio, ferè per totum, inter conſilia Alexandri, lib. quarto, cui ſe ſubſcripſere D. Ioannes Sadoletus, D. Albertus Bellus de Peruſio, D. Dominicus de la Maſſa, & D. Antonius Aleutis, ibique Bologninus, vti mediator veritatis, & amicabilis compoſitor reſpondit, vt in principio meminit, Alexan. idem conſ. 17. Circumſpectis verbis, colum. ſecunda, num. nono, libro ſeptimo, Socin. ſen. conſ. 227. Præſens conſultatio, colum. fin. verſ. Præterea dici poteſt, lib. ſecundo, conſ. 55. Viſis conſilijs, lib. 3. conſil. 69. Viſo teſtamẽto, poſt num. quintũ, eod. volum. Iaſon. conſ. 142. Venerabilis quondam, colum. quinta, in tertio fundamẽto, lib. ſecundo, conſ. 143. Iſta quęſtio, colum. quinta, eodem volum. Corn. conſ. 83. Videtur, colum. ſecunda, conſil. 202. Pluries, & pluries, colum. fin. nu. 12. conſ. 230. Quanquam, colum. 4. num. 8. & infr. lib. 3. conſ. 66. In hac conſultatione, num. 6. lib. ſecundo, Curt. ſen. conſ. 44. Statuto, ſeu conſuetudine, num. 19. & 24. vbi relatis Doctorum nominibus dicit iſtam eſſe magis cõmunem opinionem, pro eaque Collegiũ Auenionenſe, ac plures Doctores Bononienſes, & Ferrarienſes conſuluiſſe, conſ. 63. Antiquiſſima, & nobiliſſima familia, poſt num. 15. colum. 14. verſ. Poſtremò reſpondemus, & dicit d. conſil. 44. preces erga Deum effudiſſe, vt veritatem conſuleret, pro nepteque ſecundum veritatem reſpondiſſe, Iacopinus Riminaldi conſ. 223. & Virgilius de Siueſtris, conſ. 224. penes præcitatum conſilium Iacopini, inter conſilia Ioannis Mariæ Riminaldi, lib. 2. Andr. Alciat. in l. quiſquis, in fin. in l. Herennius, pariter in fin. & in l. inter ſtuprum, §. fin. ff. de verb. ſign. ac etiam in tractat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 32. in primo caſu, in fi. Pariſ. conſ. 89. In præſenti cauſa, num. 35. verſ. Solent enim, & infr. libro ſecundo, plenè conſ. 41. Ioannes teſtator, num. 19. cum ſequen. & nume. 43. ac conſ. 35. Si in præſenti conſultatione, num. 21. lib. tertio, Carol. Ruin. conſ. 142. Quia teſtator, nu. ſecundo, conſ. 143. Prima quæſtio, num. 6. conſ. 144. Proponitur in facto, numero decimo, cum ſequen. lib. ſecundo, conſ. 93. Viſo, colum. penult. & fin. conſ. 148. Videtur, nu. ſeptimo, conſ. 152. Ponderatis, nume. ſecundo, eodem volum. conſ. 115. Caſus iſte, conſ. 124. Viſo teſtamento, colum. tertia, num. quinto, libro tertio, Curt. iun. conſ. 49. Circa litem, colu. ſecunda, & ſeq. conſ. 163. In cauſa vertente, col. quinta, verſ. Aggredior nunc, & colum. ſequen. conſ. 156. In teſtamento condito, num. 6. Hier. Grat. conſ. 64. Profectò caſus iſte, nu. 15. & ſeq. lib. ſecũdo. Ioan. Crot. conſ. 17. Teſtator, num. 26. & 31. vbi refert ita tenere Campegium, conſil. 379. nu. ſecundo, cum ſequen. ſubdens, col. pen. verſ. Vltimò non obſtat, huic opinioni inhærendum eſſe, quia nedum communis, ſed verior eſt, Auguſt. Bero. quæſt. 51. Titio emente, in fin. conſ. 117. In præſenti conſultatione, nu. 7. verſ. Circa ſecundum, & fortius pro hac parte arguit, conſ. 118. Viſis, & diligenter conſideratis, num. 15. lib. 2. Nouiſſ. Pariſien. ad Alex. d. conſ. 38. Perſpectis his, littera A, num. 4. lib. 6. Soci. iun. conſ. 158. Abundè, num. 47. verſ. Pro maiori tamen dilucidatione, lib. 2. conſ. 26. Conſiderato teſtamento, num. 2. & infr. lib. 4. Arius Pinel. in l. ſi viua matre, nu. 24. cum ſeq. C. de bo. matern. Hierony. Alban. conſ. 23. Domina Antonia condidit teſtamentum, num. 1. 2. & infr. Io. Cephal. conſ. 45. Magnificus Io. Franciſcus num. 7. & ſeq. conſ. 46. Adhuc videtur, col. pen. ante nu. 51. & per totum, lib. 1. vbi num. 19. verſ. Poſtremò dico, iſtam eſſe veriorem, crebriorẽ, vſuque receptiorem ſententiam teſtatur, cum pro ea iudicatum fuerit, idemque ſcripſit conſilio præcedenti, & quòd Corneum videri cupit in conſilio quod ibi allegat, cum clarè, ac fundamentaliter loquatur, & conſ. 251. Quoniam, num. 30. lib. 1. rurſus Andr. Alciat. conſ. 71. Lecto conſilio, nu. 21. & ſeq. tom. 3. lib. 9. vbi poſt num. 25. verſ. Sed potius, dicebat nouam phantaſiam Pauli Caſtrenſis, Raphaelis Fulgoſij, Socini ſenioris, ſimiliumque Modernorum omnino à Iudicibus negligẽdam eſſe, cum fundamẽtis, ac rationibus fallis innitatur, vt per eum, & num. 28. ſubdebat, quòd cum ipſi ſimilis quæſtio delata eſſet iudicanda, dubitaretque circa præſumptam mentem teſtatoris, re communicata cum ſpectatiſſimis viris, vno ore omnes exiſtimaſſe non videri teſtatorem quicquã ad excluſionem neptis ſuæ diſpoſuiſſe, prout aliàs dixerat in d. l. inter ſtuprum, §. fin. de verb. ſignif. vnde adhuc erat in eadẽ ſententia, nec vnquam

voluit conſulere pro parte contraria, prout fece runt Caſtrenſis, Barbatia, Socinus, & alij, qui nunc vni, nunc alteri parti cothurni more adhę ſerunt, eiuſque ſententiam plures habere autoritates Modernorum diligenter adductas, & ponderatas per prȩſtantiſſimum Dominũ Conſultorem D. Vincentium Porticum Iuriſconſ. celeberrimum ad quas ſe remittebat, vt per eũ: idem Alciat. conſ. 117. Frequenter, poſt num. 12. verſ. Prima quòd teſtator, tom. 3. d. lib. 9. Rol. de Vall. conſ. 56. Quoniam ex facto, ante n. 26. verſ. Quinimo ſubdit, lib. 3. Franciſc. Burſat. de magis communi opin. atteſtans conſ. 64. Ex codicillo, nume. 13. conſ. 86. Dominus Baptiſta, num. ſeptimo, vbi etiam de veriori, communiorique ſententia, verſic. Secundò reſpondetur, libro primo, Tiber. Decian. conſ. primo, Et quidem non poteſt, per totum, lib. ſecundo, vbi latiſſimè, Tob. Nonius, conſ. 29. Conſtantinus, num. 21. & infr. vſque ad num. 25. Hieronym. Gabrielius conſ. 97. Ioannes Leonardius, nu. 15. dicens Doctores magis communiter ita ſentire, Mant. conſ. decimo, Fuit in humanis, colu. fin. num. 34. Simon de Pretis in tract. de interpret. vltim. volun. lib. tertio, dubit. tertia, fol. ſecunda, poſt num. 24. vſque ad num. 31. fol. 312. aſſerens ſe dixiſſe conſ. 31. & 90. lib. primo, iſtã opin. nedum magis communem, ſed veriorem eſſe, & pro hac parte conſuluiſſe Rotam Bononienſem teſtatur Franciſc. Marzar. in tract. de fideicommiſſ. in ſecunda parte, quæſt. 21. ſeque ita conſuluiſſe, & ſecundum eius conſilium deciſum, iudicatumque in Rota Florentina fuiſſe: & ita ex ſententia, & motiuis apparere, vt re vera Rota Bononienſis ſic conſuluit inter reſponſa eiuſdem Marzarij, conſ. ſeptimo, incip. Proponitur punctus, fol. 81. cui conſilio ſubſcripſere ſe Marzarius ipſe Vincentinus, Stephanus Paganutius Politianus, Frãciſcus Maria Finus Mirandulenſis, Antonius Donatus Corrigienſis, & Matthæus Maria Mareſanus Mutinenſis, omnes dictæ Rotæ Bononienſis Auditores, in cauſa Aloyſij Celleſij Piſtorienſis, vbi latè reſpondent tribus coniecturis quę pro fundamentis contrariæ partis adducebantur, & quamplurimos Doctores iſtam opinionem tenentes allegant; pro nepte etiam Collegium Bononienſe conſuluit, vt Collegium Peruſinum, vt Caſtrẽſis refert in dicta l. prima, C. de condit. inſert. in præcitatoque conſilio 409. Caſus iſte, columna ſecunda, verſic. Sed Doctores, libro ſecundo, & Collegium Auenionenſe ita iudicaſſe ſcribit Socinus ſenior hic, quem alij referunt, inter quos Ioan. Cephal. conſil. 306. Conſultatio frequens eſt, numero octauo, libro tertio, licet contra ſenſerit: Et quamuis Paulus de Caſtro aduerſus neptem reſponderit, tamen ipſe idem in l. filiusfamilias, §. cum quis, de legat. primo, in lectura Bononienſi non impreſſa dicit, quòd tunc conſuluiſſet contrarium pro nepte contra ſubſtitutum, vt ipſum refert Franciſ. Curt. ſen. dicto conſilio 44. columna octaua, verſic. Confirmatur tertio, & vtrunque referendo ſequitur Pariſ. d. conſ. 41. num. 43. libro tertio, dicens dictam ſecundam Caſtrenſis opinionem tanquã vltimam ſequendam eſſe, & numero quadrageſimooctauo, ipſam veriorem, magisque communem eſſe, quam ibi extollit, comprobat, ac fortiter tuetur.

Quamuis autem prędicta ad neptis fauorem opin. multos, ac maximos Doctores pro ſe habeat qui acriter illam celebrant, & prima fronte vndique munitam reddunt, vt non ſolum difficile, ſed ferè impoſſibile videatur oppugnandi locum occaſionemque inuenire: non tamen fortiſſimi impugnatores defuere qui forti animo, conſtantique propoſito deſcendentem, vel agnatum ſubſtitutum nepti ex filio præferri, eruditè contendunt, feliciterque legendo, ac conſulendo de iure reſpondent: alteram ſiqui-
214 dem opinionem pro ſubſtituto † ſuperioriq. contrariam ſequuti ſunt, Raphael Fulgoſius, & Paul. de Caſtr. in l. prima, C. de condit. inſert. in fine, vbi etiam Petrus Philippus Corneus idem ſentit, Socin. ſenior hic, columna 56. verſic. Quartus caſus eſt, dicẽs ita procedere quod Paulus de Caſtro conſuluit, & ita voluiſſe Frãciſcum Aretinum in conſil. incip. Stomachatus ſum, vt verum fatear, poſt conſilia Papiẽſium, huncque caſum minus difficultatis habere, ac ita procedere quod Raphael Fulgoſius conſuluit, idem Socin. in l. hæredes mei, §. cum ita, colum. vndecima, in princ. verſic. Pro hoc facit, ff. ad Trebell. Dec. in l. fœminę, num. 98. verſic. Exemplum poni poteſt, ff. de regul. iur. dum ſe remittit ad tradita per Caſtrenſem, & Raphaelem in citatis conſilijs, ac per Socin. hic, Paul. de Caſtro originaliter conſil. 79. Caſus iſte frequenter contingit, in antiquis, vel conſil. 409. eiuſdem initij, in nouis, libro ſecundo, poſt numerũ ſecundũ, & conſ. 58. Viſo dicto teſtamento, circ. med. verſ. Credendum eſt ergo, libro 1. Andr. Barbat. conſ. 52. Circa hanc dubitationem, inter conſilia Alexandri, lib. 4. in quadam cauſa Bononienſi, illique conſilio ſubſcripſere ſe D. Cato Sacchus, D. Franciſcus Aretinus, & D. Ioannes de Puteo, vt poſt Socinum ſeniorẽ hic, Antonius Rubeus Alexandrinus refert, idem Raphael Fulgoſ. conſ. 18. Solomutia fecit teſtamentum, colum. 2. num. 3. conſ. 38. In propoſita quæſtione, nu. 2. ſuper eodem caſu, contra Benedictã neptem Solomutiæ concludens. Iaſon. conſ. 140. Nodoſa admodum, & valdè ardua, ac ſpeculatiua eſt præſens conſultatio, per totum, conſ. 141. In iſta difficillima quæſtione, colum. penult. vtrobique de magis cõmuni opinio-

opinione atteſtans, ab eaque recedendum non fore iudicando, lib. 2. pro fundamento autoritatem Ioannis Andreæ poſt Richardum Malũbri, in rubr. de teſtam. colum. pen. verſ. Sub hoc titulo generali, aſſumens vt per eum, illam vndecim rationibus comprobantem, Raph. Cuman. conſ. 118. A. in teſtamẽto inſtituit, columna 1. num. 2. Curt. ſen. conſ. 75. Dominus Ludouicus, col. 9. verſ. Suadentur prædicta, ante num. 4. conſ. 51. Super teſtamento Alberini, colum. 6. num. 19. Corn. conſ. 124. Ardua primo aſpectu, num. 18. conſ. 146. In hac conſultatione, 2. & 3. col. conſ. 120. Quòd filia vel nepotes, vbi in princ. ſic conſuluiſſe Baldum Nouellum dicit, lib. 2. tenoremque conſilij eiuſdem Baldi refert, eique ſe ſubſcribit, conſ. 273. Dubia ſatis, col. 4. num. 5. lib. 4. ſequutus opinionem Caſtrenſis & Raphaelis, qui Patauij cõſuluerunt, conſ. 275. In præſenti conſultatione, colum. 3. num. 8. eod. lib. 4. & conſ. 170. In conſilijs deciſiuis, ante num. 19. lib. 2. rurſus Soc. ſen. conſ. 6. In præſenti conſultatione, num. 20. conſ. 14. Viſo teſtamento, num. 6. lib. 3. conſ. 63. Viſis, nu. 15. eod. vol. conſ. 94. num. 4. lib. 4. & conſil. 40. Cum in præſentiarum, inter conſilia Curtij ſenioris, per totum, fuitque illud conſilium ſubſcriptio ad reſponſum Ambroſij de Opizonib. & Lancellocti Decij, vt in principio meminit, ipſos Doctores inſignes vocando. Marian. Socin. ſenior conſ. 36. Rectè & maturè, in fin. relatus per Socinum iuniorem, conſ. 168. poſt numer. 84. lib. 2. idem Marian. conſ. 51. Viſa facti narratione, colum. pen. num. 38. verſic. Octauo probatur, lib. 4. Io. Bapt. Caccialup. de S. Seuerino, & Ioan. Petrutius de Monte Sperell. in d. l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit. Ludouicus Gozadin. conſ. 89. In hac cauſa Tridentina, in 5. concluſ. num. 5. vbi de communi opin. atteſtatur, & videtur pertranſire, conſ. 45. Viſis allegationibus, num. 7. idem Gozadinus, conſ. 54. inter conſilia Hieronymi Grati, libro 1. dictoque conſ. 89. in deſcendentibus ſubſtitutis nunquam Paulum Caſtrenſem variaſſe animaduertit, Dec. conſil. 15. Et pro tenui, col. pen. num. 50. conſ. 370. Viſo teſtamento, col. 1. num. 2. conſ. 495. Viſo eleganti conſilio, num. 8. conſ. 568. Domina Datia, in prin. conſ. 480. In caſu, colum. 2. poſt nu. 2. conſ. 514. Satis nota eſt quæſtio, colum. 2. num. 3. conſ. 515. In caſu, colum. 2. in 2. concluſ. conſ. 545. Viſo teſtamento, colum. 2. nu. 6. conſ. 570. Caſus de quo quæritur, ſubſcribens ſe conſilio Domini Nicolai de Vbaldis præclariſſimi Iuriſconſ. Peruſini, conſ. 599. Conſilium, ante num. 6. dicens variaſſe ob verbum, quibuscunque, & conſ. 270. Dominus Raynaldus, columna ſecunda, Curt. iun. conſ. 11. Habita ſuper præmiſſo facti contingentia, num. 1. exto, conſ. 111. D. Paulus de Raude, num. 10. conſ. 139. Præſupponitur, num. 16. & ſequen. conſ. 112. Et ſi ſubſtitutio, num. 5. conſil. 113. Pro reſolutione, num. 13. conſ. 115. Mirandum eſt, num. 23. conſ. 116. Ingenioſa admodũ, num. 10. conſ. 139. Præſupponitur in facto, numero 15. & 16. & conſ. 35. D. Benedictus, columna 1. poſt num. 1. verſic. Tota igitur difficultas, Carol. Ruin. conſ. 120. Viſo ac perlecto inſtrumento, num. 5. & 16. lib. 1. conſ. 83. Proponitur, num. 6. & in fin. conſ. 99. Viſo themate, columna 2. num. 8. conſ. 110. Circa caſum, poſt num. 12. dicens eſſe magis communem opinionem ſæpeque ſecundum eam iudicatum vidiſſe, conſil. 117. Viſo teſtamento, nu. 11. & 24. conſ. 130. Viſo teſtamento Nicolai, num. 11. & 12. conſilio 140. Viſo & bene intellecto, colum. 2. ante nu. 2. dicens ſic fuiſſe per omnes Doctores Italiæ conſultum, conſ. 141. Viſo teſtamento, num. 9. conſ. 150. Viſo teſtamento Ser Michaelis, numero ſeptimo, lib. 2. conſ. 124. Viſo teſtamento, num. 4. & 5. lib. 3. conſ. 146. Melchior Seraphyni, col. 4. ante num. 6. aſſerens opinionem Pauli Caſtrenſis communiter approbatam eſſe, d. lib. 2. Laurent. Calcan. conſ. 47. Caſus in forma ita ſubijcitur, & illud cõſilium ſubſcribendo ſequuti ſunt clariſſimi Iuriſconſulti D. Aloyſius Tentor, & Domin. Ambroſius de Aduocatis, vt ibi ſtatim legitur, Socin. iun. conſ. 1. Præſentis conſultationis reſolutio, num. 114. conſ. 90. Viſo teſtamento, num. 15. cum ſeq. conſ. 114. Viſis, numero 17. & infr., lib. 1. conſ. 168. Præſentis conſultationis reſolutio, num. 84. & per totum, lib. 2. conſ. 78. Vidi in præſenti contingentia facti, num. 13. & conſ. 87. Omiſſis alijs, num. 9. vbi de communiori, veriorique ſententia meminit, libro 3. in dictoque conſ. 1. ſcribit quòd licet Alexander, & Curtius ſenior contrarium conſuluerint, iſtam magis veram, communemque opinionem videri, & præallegato conſ. 168. inquit quòd ſicut de iure veriſſima eſt, ita etiã per noſtros Doctores magis communiter approbata, tum d. num. 84. tum etiam num. 87. lib. 2. Hieronym. Grat. conſ. 53. Caſus ex Ciuitate Fauẽtiæ, per totum lib. 2. dicens ſub num. 7. ita conſuluiſſe D. Catonem de Sacchis, Ioãnem de Puteo, & Franciſc. Aretinum, quos referendo (vt dicebam) ſequitur Socinus hic, ſeque ſæpius conſuluiſſe, & quamplures alios allegaſſe, nec plures dies fuiſſe elapſos (quòd intellexerat) Gubernatorẽ Ciuitatis Fauentiæ coram quo caſus conſilij agitabatur in alia ſimili cauſa, ſecundum ſuum cõſilium, quod in illa reddiderat iudicaſſe, ſententiamque in cauſa appellationis à Præſide Prouinciæ Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Sipontino domino ſuo colendiſſimo confirmatam extitiſſe, & numero 23. in fine dicit, ita vidiſſe conſultum per quamplurimos Excellentiſſimos Doctores modernos Bononienſes,

nienſes, Patauinos, ac Ticinenſes, & quoniam Magnificus Dom. Iudex diſcipulus fuerat Excellentiſſimi Doctoris D. Ioannis de Monteferrato, ipſi plurimum deferebat, pro hac parte de iure reſpondenti, cum in fortioribus terminis in Ciuitate Bononiæ idem Ioannes Crot. conſuluerit, cui conſilio quamplures præclariſſimi Iuriſconſulti ſe ſubſcripſerant, & inter cæteros D. Bonifacius Elephantucius, D. Ludouic. Gozadinus, D. Vincentius Saluiolus, & D. Bernardinus Gambarus, ac alij multi, quorum aliqui nonnulla addendo in eo tradita atque allegata corroborarunt: propterea ipſe conſilium dicti Ioannis de Monteferrato de verbo ad verbum ſubiecit, quod eſt cõſ. 54. incip. Dudum Titius condidit teſtamentum, vbi ſub num. 35. dicit, idem ſępenumero ſe conſuluiſſe, ac plures egregios Doctores Bononienſes, & Florentinos ſe ſubſcripſiſſe: ſubdens præfatos Doctores in fortioribus terminis verba facere, quando teſtator liberorum verbo vſus fuiſſet, huicque conſilio Ioan. Crotti dicta ſubſcriptio Bonifacij de Elephantutijs acceſſit, & conſ. 55. Placet mihi concluſio, acceſſit Bernardinus Gambarus, & conſil. 56. Verè negari non poteſt, acceſſerunt Ludouic. Gozad. & Vincent. Saluiolus de Ocha; nec omiſerim D. Bernardinum Gambarum in d. ſubſcript. 55. num. 3. aſſerere, ita vidiſſe aliàs conſultũ per ampliſſimos Doctores Bononienſes, videlicet D. Ioannem de Salla, D. Vincentium de Palęottis, & D. Ioãnem Antonium de Bottonibus ſuper teſtamento cuiuſdam Bitini de Flexo Bononienſis, eandemque opinionem firmaſſe Ioannem Crotum eius præceptorem in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, col. 16. de liber. & poſthum. dicentem ſe aliàs ſic conſuluiſſe, & multos ſolennes Doctores ſe ſubſcripſiſſe, inter quos fuit conſumatiſſimus Iuriſconſ. Dominus Franciſcus Pepus, quos ipſe intrepidè ſequitur, rurſus Hieronym. Grat. conſ. 68. In præſenti cauſa, col. 2. num. 10. verſ. Quia procedit, lib. 1. conſ. 67. Prima fronte, num. 4. dicens eſſe firmam opinionem, lib. 2. conſ. 111. Caſus talis eſt, col. 4. num. 29. cod. vol. vbi latè inſiſtit Doctores cumulando, aſſerens iſtam eſſe communiorem opinionem, ab eaque iudicando recedendum non fore, maxime quia æquior eſt ac rationabilior. Et quòd dixit Ioan. Crot. ſe inquampluries ſecundum hanc ſententiam conſuluiſſe, verum eſt, nam vltra dictum conſ. 54. inter conſilia Hieronymi Grati inſertum, quod inter reſponſa eiuſdem Croti eſt conſiliũ primum, idem voluit, conſ. 13. Maturè, num. 16. & 17. conſ. 16. Viſo, num. 32. conſ. 48. Excellentiſſimus Iuriſconſ. num. 42. conſ. 60. Fridericus Imperator, num. 32. & conſ. 104. Teſtator, nu. 29. & inter alios Doctores per Crotum citatos, reperitur Bald. conſ. 482. incip. In cauſa Domini Antheoli, cuius quanta ſit grauitas, ingenij ſubtilitas, ac fundamentalis doctrina, omnibus in aperto eſt; Anton. Rub. Alexandrinus, conſ. 62. Videretur dicendum, col. 1. verſic. Præmiſſis tamen, dicens in fine cõſilij iſtam magis communem opinionem eſſe, And. Alciat. conſ. 10. Amilchion, nu. 17. conſ. 71. Lecto conſilio, nu. 19. conſil. 81. Teſtamenti, num. 10. lib. 9. conſ. 214. Quoniam, num. quarto cum ſeq. & cõſ. 2. Verba breuis Apoſtolici, col. fin. ante fin. nu. 36. verſ. Secunda ergo eſt coniectura, tom. 3. d. lib. 9. vbi allegat Ioannem de Monteferrato in rep. l. filius familias, §. Diui, verſ. Sexto quæritur, de leg. 1. dicens etiam iſtam opinionem inter Modernos receptiſſimam eſſe. Et certè mirandum eſt, Alciatum virum grauiſſimum alibi dixiſſe ſe nunquam pro hac opinione voluiſſe conſulere incõſtantię notam alijs imprimendo, cum pluries vt ſupra, pro ea conſuluerit, ipſamque cõprobauerit ac receptiſſimam reddiderit. rurſus And. Alciat. lib. 1. de verb. ſign. fol. 21. in fin. verſic. Quæ ſententia nobis quoque placet, Bartholom. Cepoll. Veronenſ. cõſ. ciuil. 49. Circa primum dubium, nu. 7. verſ. Et pro hoc allego, & infra Auguſtin. Bero. conſ. 77. Difficultas, num. 11. conſ. 111. Materia propoſitæ quæſtionis, nu. 19. conſ. 112. Hæc eſt ardua & difficilis q. nu. 16. dicens nu. 24. ſe ſæpius ita conſuluiſſe, quoniã hæc opinio ęquior eſt, & menti magis, ac voluntati proxima, & ante nu. 11. veriorem, magis communẽ eſſe, conſ. 113. Viſo teſtamento, num. 7. conſ. 114. Cum ſuper prima ſubſtitutione, num. 11. conſ. 115. Stantibus in propoſito themate, nu. 13. dicens hanc opinionem eſſe canonizatam, iudicãdoque ipſam ſemper ſequutum fuiſſe, & conſ. 119. Subſtitutioni, num. 10. lib. 2. Bal. de Bartolinis, conſ. 111. nu. 10. lib. 2. conſ. 94. nu. quarto, lib. quarto, Guid. Pap. conſ. 28. Conſilium pro Illuſtri D. Duce Bauariæ, in 3. dub. ſub num. 3. Rol. de Vall. conſ. 82. Factum præſentis conſultationis, nu. 33. verſ. Secundo & nouiſſimo loco, vbi plures ſeriosè recenſet hanc partem tenentes, & col. fin. verſ. Non obſtat, dicens in iudicijs & conſilijs ab ea recedendum non fore, libro 3. Gerard. Mazzol. de communi opinione atteſtans conſ. 5. Franciſca Arceuiſia, nu. 73. & per totum, Hieron. Alban. conſ. 21. In cauſa hæreditaria, nu. 10. cõſ. 29. Pater filio maſculo, nu. 2. verſ. Pro ea, Iacob. Mandell. Albenſ. conſ. 19. Caſus iſte, vtrum conditio, per totum, Sfortia Oddus in tract. de compend. ſubſtit. partic. 6. artic. 4. concl. 7. vbi poſt multos alios, dicit iſtam eſſe magis communem, veriſſimam, & canonizatam ſententiam, verſ. Sed contrarium, & enumeratis Doctoribus, verſ. Et dicunt prælegati. Veriorem etiam concluſionem, magisque cõmunem eſſe ſcribit Alex. Trentacinq. celeberrimus Iuriſconſul. conciuis meus, in ſuo erudito

tract.

tract.de ſubſtit.par.4.c.7.ſub num. 12.verſ. Ex hac reſponſione conſtat,prout crebriorem, veriorem quoque opinionē cenſeri ſcripſit Arius Pinellus in d. l. ſi viua matre,nu.24.& infra,ac in ſpecie,num.26.verſ. Cuius tamē declaratio, C.de bon.matern.licet contrarium ipſe teneat, vt deſuper dicebam. Hieronym. Zanch. in rep. Lhæredes mei,§.cum ita,num.771.verſ. Cæterū quia ad hanc coniecturam, vbi concluſiuè procedendo iſtam partem communem eſſe aſſerit, Vdalric.Zaſius & is in tract.ſubſtit. in fin.verſi. Paulus de Caſtr.dat concordiam, fol. 664. Albert.Brun.in tract.quòd ſtantib. maſcul. art.5. q.12.num.43.& num.28.atque art.10.q. 8.nu. 90. & nē hoc prętermittam, aduertendum exiſtimo,Ioannem Crot. in d.l. Gallus, §. & quid ſi tantum,nu.26.verſ.Addite etiam, poſtquam meminit ſe pro hac parte conſuluiſſe,eiusq. cō ſilium probatū fuiſſe per multos ſolennes Doctores ſubſcribentes,ſubdit verā eſſe deciſionē, quamuis nonnulli contrarium conſuluerint.

Raphael Silerus Auguſtanus in tract. de remiſſionib.legum,fol. 373. ad l.cum acutiſſimi, Pariſ.conſ.86.Ad veram reſolutionem,nu.46. verſ.Et etiam,lib.2.conſ.48. Vidi teſtamentū, nu.5.& infr.eod.vol.Iacob.Menoch.conſ.1.Cō ſultatio hęc,nu.188.lib.1.& conſ.95. Etſi docte, nu.91.eod.lib.plures allegans, & inter cæteros Ioan.Neuizanū, conſ.33. Beatus homo,col.3. nu.10.verſ.Tertio facit,qui ſcribit hanc ſententiam probaſſe Matth.Boſſium, Conradum Mā lium,& Bartholom.Veronenſem d. conſ. ciuili 49.nu.7.& Menoch.nu.97.de magis communi atteſtatur,ſubdens ab ea non eſſe iudicando, & conſulendo recedendum,reſpondēs ētiam Doctorib.poſt Socin.tempora,ac etiam Collegijs, inducens inſuper pro eadem opinione D. Ludouic.Alſerium de Cortona ibi,ante nu.25.verſic.Cæterum,Didac.Couarr.Toletan.in c.Raynal.poſt nu.2. verſ. Idem ſanè reſpondendum, extra de teſtam.Nicol.Bellon.conſ. 82. In materia,nu.9.verſ.Et propterea, Franciſ.Marzar. conſ.5.lecto teſtamento,fol.45.verſi.Ex hac diſpoſitione infertur, Michael Craſſus in §.Fidei commiſſum,q.35.ante nu.5. vbi de æquiori,rationabiliori, ac etiam magis communi opinione teſtatur,dicens poſt Ludouic. Gozad. ibidē relatum ita fuiſſe iudicatum, Franciſ.Mantic.in tract.de coniect.vltim.vol.lib.6.tit.15.num.10. verſ.Sed ſi teſtator,crebriorem ſententiam eſſe aſſerens,Hipp.Riminald.conſ.468. Anno præſenti,nu.46.verſic.Accedit inſuper, lib.4.conſ. 358.Quod ſuperioribus diebus,nu.177. ac etiā conſ.456.Quoniam in principio dubiorum, n. 28.eod.vol.conſ.250.Dico igitur,nu.31.de cō muni fidem faciens,lib.3.poſt Ioan.Mariam Riminald.conſ.121.lib.1.Et pro hac parte in cauſa ſatis ardua inter filias Matthei Braualeonis, & Rubertum,ac Hulphum eius nepotes ex Franciſco fratre nobiles Eugubinos ad fauorem deſcendentium ſubſtitutorum reſpondiſſe Ruin. Curt.iun.Decium, Hermandoctium, Pilingatium,Neguſantium, Aeneamque de Vbaldis, & omnes eius ætatis Doctores qui alicuius nominis erant, fuiſſeque de conſilio Collegij Senenſis pro ſubſtitutis pronūciatum,tradit Hieronym.Gabriel.Eugubin. conſ. 97. Ioan.Leonardius,ante nu.1.Ant.Ciofius conſ.27. Principalis quæſtio,col.2.nu. 7. vbi magis communem ſententiam, & cæteris vti opinionum pugnantium conciliatricem præferendam eſſe inquit,& certè ſecundum Doctores communiter veram,rurſus & nouiſſimè Iacob.Menoch.in d. tract.de præſumpt.in 2.par. præſump.85.nu.8. verſic.Quartus caſus eſt,dicens ſe d.conſ.95.libro 1. quinquaginta Doctores hāc opinionem cōprobantes numeraſſe,aliosque addidiſſe conſil.150.num.54.lib.2.& demum conſ.204.nu. 46.verſ.Decimo & vltimo,lib.3.ſcripſiſſe hanc eandem ſententiam ſexaginta quattuor Doctores confirmaſſe,illisque accedere Ludouic.Molinam lib. 3. dę Hiſpanorum Primogenijs cap. 5.num.51.verſic.Octaua concluſio,citans Frāciſcum Piſcinam in ſua diſput.de fœmin. exclu ſa,nu.16.cum ſeq. ſubdensque hunc auctorem omnino videndum eſſe; & num. 52. quicquid Bologninus,& Iaſ.qui alios refert in contrariū dixerint, veriorem iſtam partem eſſē,inquit,agnato ſubſtituto,de communique teſtatur,verſic.Sed ſi hæc concordia, Sed Molina non videtur in effectu huic opinioni adhærere, niſi in caſu vbi teſtator de agnatione conſeruanda ageret, qui nonnihil Ario Pinello contrarium aſſerenti deferre conatur.

Sed quicquid Molina, & alij in contrarium allegati tenuerint,& Senatus Pedemōtanus exiſtimauerit,vt Antoninus Teſſaurus in nouis deciſionib.Pedemontium refert,deciſ.188.Conditio ſi ſine filijs,ante nu.10. dicens quòd cum de hac quæſtione maxima in Senatu controuerſia orta eſſet,ponderatis vtriusque partis rationibus,viſum fuit maiori parti Dominorū, opinionem pro nepte contra ſubſtitutum veriorē, & ęquiorem eſſe,attenta iuris communis diſpoſitione, & iuxta illam iudicatum fuiſſe in quadam cauſa Bugellenſi,per D. Goucanū relata. In effectu poſterior hæc opinio pro ſubſtituto verior conſpicitur, & magis communiter recepta, à qua iudicando & conſulendo, non arbitror fore recedendum, cum à mente teſtatoris ſimul recederemus ſuę agnationi prouidere volentis: vt enim dicebam, Doctoribus diuerſum ſentientibus ex profeſſo vſque ad ſua tempora reſpondet Socin. iunior in d.eius eleganti conſil.168.poſt num.94.lib. 2. alijsque poſt ipſum neptis partes erigentibus, reſpondet Iacobus Menoch.

vt quemadmodum in ipſa lege municipali ad excluſionem fęminarum ratio agnationis conſeruandę cõſideratur, pariformiter teſtator ipſe qui proprias filias ab eius vniuerſali ſucceſſione excluſit propter maſculos, videatur reſpexiſſe ad decus familiæ, ad rationemque conſeruãdi agnationem, propter quam etiam filiæ ipſius grauati excluſę cenſentur, non quidẽ per ſtatutũ ſimpliciter, ſed per voluntatẽ teſtatoris qui intuitu & cõtemplatione familiæ proprias filias excluſit, talemq; fecit ſubſtitutionem: vt ante ipſum Manticam reſpondit Soc.iun.conſ. 168. Præſentis conſultationis reſolutio, nu. 69. verſ. Nec obſtat, lib. 2. Licitum enim eſt ab vni-
123 ca † ratione arguere etiam in diſpoſitione teſtatoris cõſiderata, iuxta Glo. illam ſingularem licet vulgarẽ in l. quamuis, C. de fideicom. quã ibi ſequuntur & cõmendant omnes Doctores, ſicut etiam argueretur à prædicta ratione conſeruandæ agnationis in ſtatutis, iuxta tradita per Bald. in l. maximum vitium, col. 3. C. de liber. præterit. cum concordantibus multis qui allegari poſſent, nam teſtatoris diſpoſitio ſtatutarię diſpoſitioni ęquiparari ſolet, l. ſi ita fuerit, la 1. §. fin. ff. de manumiſſ. teſtamen. & tradit Bart. poſt Glo. in l. 1. nu. 4. C. de his quib. vt indign. Alex. in l. ea demum, nu. 5. verſic. Adde q contra, C. de collat. & cõſ. 185. Viſo titulo quęſtionis, col. 2. num. 6. verſic. Nonò fortificatur, lib. 2. Ludouic. Roman. conſ. 65. Viſo themate, col. 2. verſic. Hæc autem æquiparatio, Dec. conſ. 227. In caſu ad me tranſmiſſo, ante nu. 9. verſic. Et iſta quæ dicuntur, Socin. iun. in his terminis, conſ. 181. De duobus, num. 37. & 38. libro ſecundo.

Vlterius diuerſum eſt quærere, an per fideicommiſſum ſuccedatur teſtatori grauãti an verò grauato, ab eo quod quærimus an in coniecturãda mente teſtatoris circa ſucceſſionẽ perſonarum attẽdatur perſona vnius, vel alterius:
124 in hoc enim teſtatoris grauantis perſonã † & affectionem inſpiciẽdam eſſe colligitur ex notatis per Bart. in l. peto, §. fratre, nu. 1. verſ. Sed quæro, ff. de leg. 2. vbi And. Barbat. in addit. citans eundẽ Bart. in l. ſi cognatis, nu. 2. ff. de reb. dub. Iaſ. conſ. 159. In præſenti conſultatione, nu. 1. lib. 4. Franciſc. Rip. in l. Filiusfamilias, §. Diui, num. 31. de legat. 1. Auguſt. Bero. eruditè hoc explicans in histerminis, conſ. 112. Hæc eſt ardua & difficilis quęſtio, nu. 28. verſ. Præterea quando agitur, lib. 2. Ioan. Cephal. conſ. 306. Conſultatio frequens eſt, in fi. nu. 122. lib. 3. & Perilluſtris Dominus Horatius Gerutius Iuriſconſ. Aquilanus ac conciuis meus, in conſil. incip. Licet illa quæſtio, ante finem, verſ. Huic rationi non obſtat.

Et cum Socino iuniore Franciſcoque Mantica vt ſufficiat ſtatutum excluſiuũ ab hæredi-
125 tate grauantis † & nõ grauati, tranſeũt, Bart. in l. haredes mei, §. cũ ita, nu. 4. ff. ad S. C. Trebellia. quem ita intellexit Socin. iun. conſ. 249. nu. 2. lib. 2. Paul. de Catt. conſ. 409. Catus iſte frequenter contingit, nu. 2. lib. 2. Alex. cõſ. 15. Viſo teſtamento, in fine, nu. 7. lib. 4. rurſus Socin. conſ. 6. In præſenti conſultatione, ad finem, lib. 3. conſ. 33. Viſo teſtamẽto, nu. 3. & 4. lib. 4. vbi ſcribit ita tenuiſſe Io. Baptiſtam Caccialupum de S. Seuer. Io. Petrutium de Monteſperello, & Caſtrenſem. Carolus Ruin. conſ. 146. Melchior Seraphini, in princ. & num. 7. lib. 2. conſ. 142. Viſo ac perlecto, nu. 8. 13. & 15. lib. 3. Ludouic. Gozadin. conſ. 89. In hac cauſa Tridentina, nu. 10. vbi refert D. Antonium Quettam idem tenentem, in fineque dicit pro ſua opinione iudicatum fuiſſe. Corne. conſil. 120. Quòd filia vel nepotes, num. 5. verſ. Si itaque, ibi, ſucceſſuri ipſi auo, lib. 2. Auguſt. Bero. cõſ. 112. Teſtator in ſuo teſtamento, nu. 27. & infr. lib. 2. Hipp. Riminal. cõſ. 47. nu. 24. lib. 1. qui ſequitur Ruinum d. conſil. 146. Iacob. Menoch. conſil. 95. Etſi doctè, num. 64. vbi magis receptum eſſe dicit, teſtatorem potius ſuam perſonam, quàm grauati conſideraſſe, lib. 1. & in tracta. De præſumpt. parte ſecunda, lib. 4. præſumpt. 85. ſub nu. 9. verſic. Primam illam opinionem. Io. Cephal. conſ. 306. Conſultatio frequẽs eſt, nu. 77. & 122. lib. 3. Tiberius Decian. cõſ. 74. nu. 29. lib. 3. vbi hoc latiſſimè defendit. Anton. Rub. Alexandrin. conſ. 126. Viſo teſtamento Matthęi, ſub nu. 3. verſic. Secundus caſus. Vbertin. Zuchard. in l. fi. nu. 70. & 85. C. de edict. Diui Adr. toll. verſ. Sic difficultas in hoc caſu, vbi egregiè loquitur rationeſque affert. Tobias Nonius conſ. 36. Præſens caſus, nu. 14. verſic. Reſpondeo quòd cum ſimus. idemque ſcripſit Iaſ. conſ. 215. Ex Valentia ciuitate, colum. 1. libro ſecundo, & conſil. 159. In præſenti conſultatione, colum. 1. lib. 4. vbi communem opinionem eſſe ſubdit.

Vnde ab hac poſteriori opinione iudicãdo & conſulendo nõ auderem recedere, quã aliàs aduerſus Dominũ Hieronymum Gabrielium Eugubinum Doctorẽ ſua tempeſtate in Vrbe Roma celebris nominis, ac maximũ Aduocatum, defendebãt in qñ cauſa tunc in Rotæ Auditorio vertente coram R. P. D. Cantutio inter Curtium Flauium & hęredes Gabriellæ Flauię
126 dictus † D. Horatius excelſo certè ingenio & D. Camillus de Stroczis Florẽtinus de anno 1585. dum ego Romæ eſſem Aduocatus pro Sereniſſima Margarita Auſtriaca in maxima atque ardua cauſa reſciſſionis tranſactionis in eodẽ Auditorio vertente contra Sereniſſimam Reginam Franciæ, licetque fuiſſem requiſitus pro patruo de iure reſpondere, pro quo ſentiebam, id facere renui, non enim licebat aliis in

cauſis

cauſis me immiſcere dum ab illa altitudine ad vnam tantùm eius cauſam defendendam miſſus fueram: perlegi tamen allegationes dicti Domini Horatij Gerutij pręclariſſimi Iuriſconſulti, ac celeberrimi in dicta Alma Vrbe Aduocati, vbi plurimum Nobilitate ſcientiaque coruſcat, qui adeò eleganter, ſubtiliter ac profundè patruum iuribus rationibus atque autoritatibus tuebatur, vt ſubtilius nihil, profundius aut elegantius dici excogitarique poſſit. Cæterum cum in eadē cauſa Montis Faliſci quandam Rotę deciſionem vidiſſem reſoluentem ex duabus coniecturis, videlicet excluſionis filiarum & ſtatuti, neptem ex fratre nō tollere conditionem ſubſtitutionis, coniectura autem ſtatuti deficiente Dominos dixiſſe ſolam coniecturam excluſionis filiarum non ſufficere plurimum mirabar, cum in deſcendentibus ſubſtitutis pro patruo ſtet magis communis & verior opinio, quæ ſecum etiam ingentem trahit æquitatem ac fauorem agnationis conſeruandæ, & prout verum eſt magis ab alia coniectura ſtatuti ipſam excluſionis corroborari, ita coniecturam excluſionis conuellere ac vti inefficacem è medio tollere, durū ac rigoroſum videtur, quamuis Rotæ autoritas ingens apud omnes ſit, & apud me fuerit ſitque excelſa: præſertim cum aliàs pro ſubſtituto in eadem Rota contra neptem fuerit ijſdem retentis terminis in deciſione vt infra reſolutum & indicatum. Ad declarandam coniecturam ex ſtatuto fœminarum excluſiuo deſumptam Iacobus Menochius in dicto tracta. De præſumptionibus, parte ſecunda, libro quarto, præſumpt. 85. ante num. 12. verſic. Primam illam opinionem, fol. 150. dicit illam intelligendam eſſe in terminis, in quibus Riminaldus ſenior, Hieronymus Albanus, & Tiberius Decianus loquuntur, in excluſione omnimoda ab inteſtato vt per eum: hæc autem non eſt declaratio cum ita coniecturam ipſam principaliter Doctores proponant.

Secundò igitur res clarior eſſet ſi in hæredis
127 inſtitutione, ſolum filios maſculos † natos & naſcituros teſtator vocaſſet, eoſque inuicē ſubſtituiſſet in perpetuum, id enim non alia ratione quam agnationis conſeruandæ factum cenſeri debet, Iacob. Menoch. d. conſ. 95. num. 61. lib. 1. Bero. d. conſ. 112. nu. 20. verſic. Colligitur etiam, lib. 2. poſt Alexādrum, Decium, & Guidonem Papæ quos refert: & nouiſſimè tradit idem Menoch. in d. tracta. De præſumptionib. in 2. par. lib. 4. præſumpt. 85. num. 9. verſic. Et hic quidem caſus.

Tertiò negocium planum fieret, ſi de maio-
128 ratu † ageretur vel bonis ſimili vinculo in perpetuū vinculatis & affectis in quibus poſſet conſiderari conſeruatio ſanguinis & honoris familiæ, vt concludit Arius Pinellus Luſitanus in d. l. ſi viua matre, num. 27. verſic. Maximè quando non agitur, C. de bonis matern. licet contrarium tenuerit Ludouic. Molina in tract. de Hiſpan. Primogen. lib. 3. c. 5. ſub nu. 52. verſic. Hęc autem exactius, qui opinionem Pinelli ad illum tantum caſum reſtringit, vbi in maioratu agnationis conſeruandæ ratio ſiue expreſſa ſiue ſubintellecta adiecta eſt, vel aliàs ex prę-ſumpta mente maioratus inſtitutoris comprehenderetur, ad hoc citans Decium, vt per eum, cui deferendum non exiſtimo prę-ſuppoſita veritate principalis concluſionis contra Pinellū.

Quartò eadem opinio euidēter ſtabilis redderetur, quando conſtaret non ſolum per con-
129 iecturas, † ſed etiam ex diſpoſitione expreſſa voluiſſe teſtatorem, quòd bona in familia conſeruentur, Franciſc. Marzar. in epitom. fideicō. in 2. part. q. 21. in fin. Zanch. in §. cū ita, nu. 772. Ruin. d. conſ. 146. nu. 3. verſ. Ex his ergo. lib. 2.

Quintò ſi teſtator filijs maſculis vniuerſaliter hæredibus inſtitutis conditione appoſita ſi quis eorū ſine filijs deceſſerit, ſubſtitutionem
130 fecerit nominibus collectiuis † ciuilibus, de agnatione, de familia, de cippo domus, de domo, de caſata, de ſua linea maſculina, & ſimilibus, adeò quòd ex ipſis vocationibus cōiecturari poſſit, teſtatorem ad ſuam agnationem reſpexiſſe, Carol. Ruin. conſ. 146. Melchior Seraphini, col. 3. nu. 3. verſ. Ex his ergo vltimis verbis, lib. 2. Io. Crot. cōſ. 48. Excellētiſſimus Iuriſconſ. D. Io. de Lignano, num. 39. verſ. Quòd autem intentio teſtatoris, Socin. iun. conſ. 168. Prę-ſentis conſultationis reſolutio, nu. 36. verſ. Et primò, lib. 2. Iacob. Mandell. conſ. 19. Caſus iſte, num. 11. verſ. Tertiò cum apparcat. Iacob. Menoc. conſ. 95. Etſi doctè, nu. 55. lib. 1. Ioan. Cephal. cōſ. 45. Magnificus D. Io. Franciſcus, nu. 15. lib. 1. Pariſ. cōſ. 53. D. Hieronymus Camerinus, nu. 28. verſ. Prout etiam idem dicendum, lib. 3. Auguſt. Bero. conſ. 116. Corā R. D. nu. 2. & infr. lib. 2. Corn. conſ. 273. Dubia ſatis, col. 4. in princ. ante num. 5. lib. 4. Andr. Alciat. conſ. 183. Tranſeo, tom. 3. lib. 9. eſtque Alciati breuis quędā, ſed ſubſtantialis ſubſcriptio, rurſus Marian. iun. conſ. 124. Viſis ac maturè conſideratis, nu. 21. lib. 1. & poſt Hieronym. Grat. cōſ. 53. Caſus ex ciuitate Fauentiæ, nu. 7. lib. 2. tradit Simon de Pretis in tracta. De interpret. vltimar. volunt. lib. 3. dubit. 3. fol. 2. nu. 37. verſic. Aut tertiò, fol. 313. poſt Franciſcum Burſatum quem citat vt per eum. Antonin. Teſſaur. in deciſ. Pedemont. 188. Conditio ſi ſine filijs, num. 15.

Sextò ēt ſi in aliqua familia vigeret cōſuetu
131 do, † q inter ipſos de familia ſtātib. maſculis fęminę nō ſuccedāt, vt ex tali obſeruātia mentē teſtatoris interpretari dēamus, arg. l. ſi ſeruus

plurium,§.fin.in fin.de leg.1.l.domus,§.teſtamento. de pecul. leg. & tradunt Socin. iun.d. conſil.168. Præſentis conſultationis reſolutio. nu.41.& ſeq.lib.2.Sfortia Oddus Peruſinus in tract.de compēd.ſubſtit.partic.6. artic.4. in fi. in 4.limit. fol.196. Simon de Pretis in d.tract. lib.3.dubit.3. fol.2.nu.47. verſic. Autquintò, dicens congruere notata per Pariſium conſ.7. Alias viſis conſilijs,nu.40.lib.3.& Nicol.Boer. deciſ.155. Et quo ad primum dubium,nu.29. in 1. parte. & idem ſibi voluit D. Alexander Trentacinquius in tract. ſubſtit. in 4. part. c.7. ante num.13.verſic. Quę concluſio ampliatur.

132 Multi enim voluerūt, vnam progeniem † ſiue vnam parētelam vel familiam de per ſe poſſe in ciuitate conſuetudinem vel ſtatutum inducere, diſponendo quòd certo modo ſuccedatur, prout ſingularis eſt deciſio Ioannis Andreæ poſt Vbertum de Bobio in addit. ad Specul.tit.de inſtrum. edit.§.compendiosè,verſic. Sed nunquid dicemus, in addit. parua, incip. Interpoſuit Vbertus de Bobio hoc verbū progeniei, quam deciſionem referunt, & ſequuntur,Ang.& Io.de Imo.in l.3.ff.de teſtam.dicentes, 9 alibi non reperitur. Et quamuis contra hanc deciſionem ſenſerit ipſe Ang.in l.fi. C.de teſtam.& Alex.in l.ſi nō ſpeciali, col.2.eod.tit. Tamen Iaſ.in rep.l.omnes populi, nu.42.verſ. An autem vna progenies, C.de iuſtit.& iur.primam tenet opinionem, dicens ſe ita cōſuluiſſe in opido Carauagij in familia illorum de Siccis,qui habent inter ſe conſuetudinem, 9 fęminæ non ſuccedunt, & re vera cōſuluit conſ.46. Omiſſa vlteriori allegatione ad partes. col.2. nu.3.lib.1.Albert.Brun.cōſ.11. Viſo themate, col.fi.verſ.An autem, quæ eſt additio quorundam Nouiſſimorum ad conſilium D. Ioannis Campegij, dicentes ita etiam ſentire eundem Io.Campegium in eius tract.de dot.in vlt.par. q.79. incip. Quia dictū eſt. cumque dictorum Nouiſſimorum nomen non exprimatur, proinde illos ſub nomine Alberti Bruni allegaſſe ſufficiat inter cuius reſponſa additio prædicta reperitur. rurſus Iaſ.in l. ſi quis à filio, §.ſi patri,col.1.nu.4.verſ.Adde fortius,de leg.1. Pariſ.cōſ.26.Ex tenore teſtamenti,nu.98. & 100. de communi opinione atteſtans,lib.2.& citans Decium conſ.225. In cauſa, nu.2. verſic. Et in tali caſu. Socin.ſen.conſ.61.Super quæſtione, colum.2. lib.3. Guido Papæ conſil.131. Circa proceſſum,colum.8.Socin.iun. d.conſ.168.nu. 42.lib.2.& in d.l. omnes populi, Ioan. Crotus num.14.

Et vtique Vberti de Bobio, ac Ioannis An-
133 dreæ opinio † vt in ſe vera eſt,ita ſine ſcrupulo latius procederet, cùm nobiles conſuetudinem ſiue ſtatutum prædictum inducentes haberent in loco merum mixtumque imperium, Ang.in d.l.fin. & Alexan.in d.l. ſi non ſpeciali, Raph.Cuman.in d.l.3. de teſtam. Curt.iun.in tract.feud.in 3.par.q.1. in 8.limit. & ita erat in caſu Iaſ.d. conſil.46. circa fin.verſic. Et nullus ſupraſcriptorum, lib.1. conſentitque Boer. d. deciſ.155.in vltimis verbis in prima parte.

Circa prædictam tamen Socini iunioris, &
134 aliorum cōcluſionem † dicebat Carol. Ruin. cōſ.144.Proponitur col.pen.ad fi.nu.18. lib.2. illam procedere, quando inter illos de domo cōſuetum eſſet, 9 ſub ſimplici filiorum appellatione venirent tamen maſculi, & non fœminæ, ex eo enim quòd alij cùm voluerunt filiam excludere de maſculis expreſsè loqui cōſueuerunt,non ſequitur quòd alius idem voluerit filios ſimpliciter in cōditione ponendo, imò videtur receſſiſſe ab eo quod alij facere cōſueuerunt: quia mos & conſuetudo illorum non eſt vt hoc caſu filiæ excludātur, ſed alio caſu quando de maſculis expreſſa mentio fit,vt per eum, talis ſiquidem obſeruātia ſtricti iuris eſſe cenſetur, ideò non poteſt vltrà ſolitum extendi, Aym.Crauet.conſ.30.In contractu matrimonij,col.fin. nu.5. Pariſ.conſ.13. Attingendo articulum petitorij, nu.38. verſic. Verùm adhuc inſtari poſſet,lib.1.& in ſpecie Ludouic.Gozadin.conſ.26. in cauſa Illuſtriſſimorum,nu.34. verſic.Quintò vt audio.

Vnde Simon de Pretis in præcit. lib.3. dubit.3. fol.2.num.47. verſic. Quare cenſeo,opiniones Socini iunioris, & Ruini vti repugnantes prout ipſe arbitratur hac diſtinctione con-
135 ciliare nititur. Quòd aut ſubſtitutus † vigore huiuſmodi conſuetudinis filiam grauati excluderet à ſucceſſione ipſius grauati ab inteſtato, & tunc deficiat conditio neptisque excludatur, eodem iure quo ſupra de ſtatuto ex mente aliquorum dictum fuit, & hoc caſu locum ſibi vendicet, quod Socinus iunior ſcripſit d. conſil.168. num.41. Aut verò conſuetudo familiæ eſt ſolùm eorum qui condunt teſtamenta (vt eius verbis vtar) maſculos inſtituendi, & ſubſtituendi, fœminas autem dotandi, & ſic excludendi ab vniuerſali ſucceſſione, & iſto ſecundo caſu vera ſit reſponſio Ruini d. conſilio 144. num.18. ſicut (vt ipſe inquit) ſtante etiam communi vſu, & ſolito ferè omnium teſtantium inſtituendi,& ſubſtituendi filios maſculos, & dotandi filias, verior ac magis communis ſententia eorum eſt, qui pro nepte contra ſubſtitutum tenent.

136 Ego tamen † Socinū Nepotem, & Carolum Ruinum non diffidere ſentio, nam cùm concluſio Mariani fundetur in ſingulari deciſione Vberti de Bobio & Ioānis Andreæ, clarum eſt conſuetudinem prædictam induci ex eo ſimpliciter non poſſe, quòd anteceſſores, ſeu maiores ſoliti ſint maſculos tantum includere,

& ſic-

& fœminas excludere, hoc.n. ſi admiſerimus in abſurdum quod Ruin. cõſiderat incidemus, qui licet (vt Simon dicit) nihil alleget, & quod ſcribit ad ſenſum pateat, adeo vt quærere legẽ vbi habemus rationem nihil aliud ſit, quam infirmitas intellectus ſecundum Ariſtotelem, allegari tamẽ ad hoc propoſitum poterit celebre dictum Alexand. conſ. 38. Perſpectis his, col. 3. nu. 8. lib. 6. ſuper teſtamento Ioannis Vgolini reddito, vbi concludit, quod ſi teſtator in vna ſubſtitutione filios maſculos in conditione poſuit, & in alia filios ſimpliciter, hoc vltimo caſu filiæ etiam in conditione poſitæ cenſebuntur, quia ſecundùm eum quando teſtator voluit differentiam inter ſexum maſculinum, & fœmininum inducere, maſculinum expreſsè dixit, ad quod citat Petrum de Anchar. conſ. 119. Pro clariori deciſione, vbi vult in fine, quòd ſi in vna ſubſtitutione ſit facta mentio de filijs maſculis, & in alia de filijs ſimpliciter, quòd hæc vltima filias etiam comprehẽdit, idemque reſpondit Io. de Anan. conſ. 22. Ad approbandum, arg. l. vnica. §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. toll. & c. inter corporalia, de tranſlat. prælat. ita erat in caſu Ruini, non in teſtamentis maiorum maſculi in conditione poſiti fuerant, & propterea fecerunt differentiam inter ſexum maſculinum, & fœmininum, vt inferendum non ſit ad illud vltimum teſtamentum in quo filij erant abſolutè in conditione poſiti; Quinimò illa diſtinctio in contrarium ſit retorquenda, vt rectè aduertit Curt. iun. conſ. 163. In cauſa vertente, nu. 18. verſ. Accedit ad confirmationem, & infr. Et proinde dictum Vberti de Bobio Ioannis Andreæ, & aliorum, præſuppoſitis debitis circumſtãtijs ipſorum de familia, & agnatione ad huiuſmodi obſeruantiã, conſuetudinẽque validè inducendam, vt bona in ea conſeruẽtur intelligendũ eſt ita ꝙ per ſucceſſores obſeruari debeat: nihilq; referre exiſtimo an induxerint, quòd verbum filij ſimpliciter, maſculos tantum includat, an verò effectualiter alio modo, & forma fœminarum excluſionem, dummodò de ipſorum rationabili prædicta obſeruantia conſtet, licet Franciſc. Mantic. lib. 6. de coniect. vltim. vol. tit. 9. poſt nu. 8. in fi. Carolo Ruino in terminis in quibus loquitur aſſentiatur, cui & ego aſſentior, ſed non in coarctando modum dictæ obſeruantiæ: Quantũ verò ad diſtinctionẽ † quæ in excluſione neptis
137 per ſubſtitutum agnatũ fundatur, ita demum ſi ipſam ab hæreditate grauati excludere, ad inſtar eius quod de ſtatuto nonnulli dicebant, ex prænarratis veram opinionem non eſſe conſtitit, Nec Simoni de Pretis aſſentiendum eſt, dum credidit magis communem opinionem ad fauorem neptis vrgere, cum crebrior, & verior pro ſubſtituto ſententia vigeat, vt ex Doctorum calculo ac grauitate in aperto eſt.

138 Septimò idem etiam dicendum † eſſet in caſu ſimultaneæ confectionis teſtamenti trãſuerſalium ſimul, & ſemel vnicoque contextu, teſtatoribus præſentibus, & audientibus excluſis filiabus, agnatis verò trãſuerſalibus ipſorumque liberis maſculis ſubſtitutis, vt per Carol. Ruin. d. conſ. 146. nu. 5. verſ. c. Tertiò prædicta comprobantur, lib. 2.

Octauò, vbicunq; teſtator fuiſſet digreſſus
139 ad plures ſubſtitutionũ gradus † excluſis filiabus, & in penultimo, aut vltimo gradu ſubſtitutis agnatis tranſuerſalibus, vt in caſu Soc. iun. d. conſ. 146. nu. 21. 36. & 37. ac expreſſius, nu. 38. verſ. Alioquin ſequeretur, lib. 2.

Limitatur ſecundò dicta principalis concluſio, vt in agnatis deſcendentibus maſculis tan-
140 tum † procedat, nec in agnatis maſculis trãſuerſalibus vera ſit, Iaſ. conſ. 142. In præſenti conſultatione quæ eſt ardua, col. 8. verſ. Sed in caſu noſtro, lib. 2. Curt. ſen. in eadem facti ſpecie, conſ. 63. Antiquiſſima, & nobiliſſima familia, col. 14. in fin. verſ. Quid plura, dicens omnes extraneos cenſeri præter aſcendẽtes, & deſcendentes, l. vnica, §. extraneum, C. de rei vxo. act. & conſ. 44. Statuto ſeu conſuetudine, num. 24. verſ. Iſta ergo videtur magis cõmunis opinio fratre ſubſtituto teſtatoris. Ludouic. Gozadin. d. conſ. 89. nu. 4. verſ. Ita etiam procedat. Dec. conſ. 679. Viſo eleganti conſilio, in fin. num. 7. verſ. Circa ſecundum dubium, maior. n. fauor deſcendentibus quàm trãſuerſalibus debetur, l. 3. §. liberis, de leg. præſt. vbi legata conſeruantur liberis, & deſcendentibus, nõ autem fratribus, citãs in terminis Io. Andr. in c. Raynaldus, de teſtam. in 6. vbi Ant. de Butr. & cæteri ipſum ſequuntur. Pariſ. conſ. 35. In præſenti conſultatione, num. 16. uerſ. Verum quia caſus, lib. 3. Carol. Ruin. conſ. 140. Viſo & bene intellecto, ante nu. 6. uerſ. Nec obſtat ꝙ poſthuma, lib. 2. dicens tranſuerſales minus dilectos eſſe quàm ſint maſculi, & fœminæ deſcendẽtes, olim enim filiæ propter maſculos de iure erant excluſæ, & tamen ab agnatis tranſuerſalibus, & maſculis non excludebantur, l. maximum uitium, C. de liber. præteritis: Similiter uidemus quòd filij defuncti matri præferuntur, auth. de hæredib. ab inteſt. uen. in princ. & tamen ſuccedit cum fratre defuncti, auth. defuncto, C. ad Tertull. & ita etiam ſenſit Hieronym. Torniell. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, in fin. idem Ruin. conſil. 149. Pro deciſione, num. 4. d. lib. 2. Nicol. Boer. deciſ. 147. & ſolum tangam, nu. 17. uerſic. Secus autem, in 1. part. Ioan. Cephal. conſ. 484. Antonius Angeli, num. 54. lib. 4. expreſsè dicens conſulentes pro ſubſtitutis de maſculis deſcendentibus loqui, non autem de fœminis deſcendentibus, ut per eum.

Quicquid tamen præcitati Scribentes dixerint, non deficere qui contrarium ſenſerint, vt
141 inquam agnati † tranſuerſales maſculi ſubſtituti neptem excludant, Socinus ſenior hic, col. 59. verſic. Quartus caſus, Decius conſil. 370. Viſo teſtamento Ludouici de Acerbis, ante n. 3. verſic. Circa primum caſum, conſil. 514. Satis nota eſt quæſtio, colum. 2. num. 3. verſic. Et hoc ſaltem, vbi dicit communem eſſe opinionem, in verſic. Ex quibus patet, conſil. 568. D. Daria Ser Baldi, ante num. 3. dictum cõſilium pro Domino Ludouico redditum confirmãs, Iaſon. 141. In iſta difficillima quæſtione, colum. 4. in fin. & per totum, lib. 2. Corneus conſ. 273. Dubium ſatis, colum. 4. ſub num. 5. lib. 4. Bartholomæus Cepolla Veronenſis conſ. 49. Circa primum dubium, num. 5. & 6. Curtius iun. conſil. 12. Habita ſuper præmiſſa facti contingentia, ſub num. 7. verſic. Sicut enim æquũ eſt, Antonius Rubeus Alexandrinus conſ. 63. Circa teſtamentum, colum. 2. num. 2. & 3. Carol. Ruinus conſil. 120. Viſo, ac perlecto inſtrumento, num. 5. lib. 1. conſil. 93. Viſo primo, & ſecundo teſtamento, colum. fin. ſub num. 6. conſ. 95. Circa ea, num. 8. verſic. Sicut etiam videmus, conſil. 110. Circa caſum, num. 12. conſil. 117. Viſo teſtamento Antonij, num. 11. verſic. Quæ opinio, conſil. 130. Viſo teſtamento Nicolai ſenioris, colum. fin. num. 12. conſil. 145. Videtur prima facie, in fin. num. 8. & conſil. 146. Melchior Seraphyni, num. 7. verſic. Nec obſtant allegata, lib. 2. conſil. 148. Videtur prima facie, num. 5. eodem volum. conſil. 124. Viſo teſtamento Brunazini, num. 4. verſi. Et iſta opinio, conſil. 139. Viſo, ac perlecto, num. 16. lib. 3. Socinus iunior conſil. 181. De duobus, num. 41. conſil. 168. Præſentis conſultationis reſolutio, num. 85. & 86. ac per totum conſilium, libr. 2. Alexander Trentacinquius in tracta. ſubſtitut. in 4. part. cap. 7. fol. 139. verſic. Hæc concluſio indubitanter procedit, & cum hac opinione ad excluſionẽ neptis pro ſubſtituto agnato tranſuerſali iudicauit Rota Romana, vt habetur in deciſ. Ptolemæi, num. 46. Parmenſis bonorum de Garimbertis, vbi non obſtante etiam, quod teſtator dediſſet licentiam filio diſponendi inter viuos, maior tamen pars Dominorum fuit pro ſubſtitutis contra neptes, dicendo, quod teſtator familiam ſuam maſculinam de Garimbertis conſiderauerat, videturque pertranſire Franciſcus Marzarius in epitome de fideicommiſſ. in 2. part. quæſt. 21. fol. 21. verſic. Non omitto poſtremo, dum iſtam Rotæ deciſionem referendo, dicit ipſam valdè notandam eſſe, cum ibi non fuiſſent deſcendentes ſubſtituti, ſed tranſuerſales.

142 In hac ego difficultate, † dum de agnatis tranſuerſalibus diſceptatur, vltra filiarum excluſionem concurſum alterius coniecturæ plurimum exoptarem, ex qua deduci poſſet teſtatorem agnationi proſpexiſſe, iſtoque caſu crederem ſtatuti coniecturam efficacem eſſe, vt videtur ſentire Decius dicto conſil. 514. ante nu. 4. dicens dictam opinionem pro agnatis ipſis tranſuerſalibus maximè locum habere, ſtante ſtatuto, prout narrabatur Peruſij eſſe, eſtque cõmuniter in Italia, quod agnati fœminas excludant, vt punctualiter ſcripſit Carolus Ruinus dicto conſil. 93. Viſo primo, & ſecundo teſtamento, colum. finali, ſub num. 6. verſic. Sed quando agnatus ſubſtitutus, lib. 2. idemq. ſentiſſe videtur Hieronymus Gabriel. conſil. 97. Ioannes Leonardius, num. 17. & num. 7. Præſertim, quia conſilia Ruini deſuper allegata, & alia nonnullorum pro agnatis tranſuerſalibus, non ſunt adeo in terminis, & explicita, vt in omni claritate verſemur.

Limitatur tertio Caſtrenſis concluſio, ſi el-
143 ſet dictum † quibuſcunque filijs, vt per Decium dicentem ex verbo quibuſcunque ſe ab alijs conſilijs, ſecundum diſtinctionem Pauli Caſtrenſis reddiris variaſſe, conſil. 599. Conſului aliàs, ante nu. 6.

Limitatur quarto, vt hæc opinio fundata in ratione agnationis conſeruandæ, & in dicta l. ſi viua matre, ac etiam ex ſtatuto deducta, non
144 procedat † quando ex alijs coniecturis fortioribus collectis ex verbis, vel alijs diſpoſitionibus teſtamenti, prædicta tolli poſſent, vt per Hieronymus Gabrielium dicto conſil. 97. nu. 25. verſicul. Verum omnes caſus. Sed iudicio meo non ſolum fortiores, verum etiam fortiſſimæ debent eſſe coniecturæ, vt talia operentur, maximè vbi ſtatuti coniectura concurrit.

Limitatur quinto, vt ita demum procedat,
145 ſi inter inſtitutos reciprocum † fideicommiſſum factũ fuerit, ſecus ſi aliter, vt in caſu Franciſci Veggij conſil. 65. Viſo, & diligenter conſiderato, ante num. 104. & per totum illud conſilium.

Sexto, & vltimo limitatur, quando in vna parte teſtamenti teſtator loquutus fuiſſet de fi-
146 lijs maſculis, & deinde in alia parte de filijs ſimpliciter, nam dum ſimpliciter, & indiſtinctè verbum filijs appoſuit, fœminas neptes etiam cenſetur incluſiſſe, ſecundum Alexand. conſil. 38. Perſpectis his, nu. 8. lib. 2. ita expreſsè hoc declarantem in terminis Pauli Caſtren. in præcitato conſilio, & tradidere etiam Ioann. de Anania conſil. 22. Ad approbandum, verſic. Eſt etiam multum ponderandum, ante nu. 4. Petrus de Ancharan. conſil. 120. Pro clariori deciſione, in fin. num. 4. verſic. Cum ergo Philippus teſtator, Corneus conſil. 230. Quanquam in hac conſultatione, colum. 4. ſub num. 6. verſ.

Item

Item circa hanc primam, lib. 3. Curtius ſenior conſil. 63. Antiquiſſima, & nobiliſſima familia, colum. 16. nu. 15. verſic. Secundo reſpondendo, Iaſon. conſil. 142. Venerabilis quondam, colum. 5. verſic. Quinto facit, lib. 2. & conſ. 39. In præſenti conſultatione, colum. 3. verſ. Iſtud probo ex eo quod in ſimili, lib. 3. & in l. qui filiabus, num. 3. de legat. primo, Socinus ſenior conſil. 227. Præſens conſultatio, colum. 12. nu. 7. lib. 2. conſil. 69. Viſo teſtamento, column. 6. in fine, ſub num. 5. verſic. Addo tamen in caſu noſtro, lib. 3. conſil. 116. In cauſa, colum. pen. num. 8. eodem volum. Decius conſil. 514. Satis nota eſt quæſtio, num. 5. verſic. Nec obſtat, vbi ſic Caſtrenſem interpretatur, & conſ. 567. In caſu occurrenti, ante num. 2. licet infra diſtinguere conetur, conſ. 581. Viſo puncto controuerſiæ, colum. 3. in prin. numer. 6. 7. & 8. ac conſ. 568. Domina Daria, num. 3. Curtius iunior conſ. 49. Habita diligenti conſultatione, column. 3. num. 7. verſ. Ex præmiſſis clariſſimè conſtat, & conſ. 163. In cauſa vertente, colum. penult. in princ. verſ. Cum ergo habeamus deciſionem, vbi ſic limitat dictum cõſilium Pauli de Caſtro, ſubdens vltra Alexandrum in ijſdem terminis limitaſſe, & conſuluiſſe Dominum Petrum de Vbaldis, & Corneum in conſilijs non impreſſis, quæ cum ſuis ſigillis ipſi Curtio exhibita fuerant, Hieronymus Gratus conſ. 109. In cauſa iſtorum nobilium, col. final. num. 63. verſ. Imo dico, lib. 2. Pariſ. conſ. 38. In hac conſultatione, nume. 20. & 27. verſic. Ad quod etiam facit, lib. 2. conſil. 35. In præſenti conſultatione, colum. 3. num. 17. & infra citans multa conſilia Socini ſenioris, & aliorũ, ac conſil. 72. Pro reſolutione dubiorum, col. 5. num. 36. lib. 3. Socin. iunior conſil. 3. Viſo themate, num. 42. verſic. Et pro hoc facit, lib. pri. conſil. 29. Circa primam dubitationem, nu. 12. conſil. 23. Caſus iſtè, num. 56. conſil. 100. Præſupponitur in facto, num. 20. vbi magis communem opinionem eſſe dicit, eodem volumin. Ioannes Franciſcus Calcaneus in ſubſcript. ad conſilium eiuſdem Socini iunioris 128. quæ ſubſcriptio incipit, Præſens conſultatio, num. 233. vbi de communi, dicto lib. 1. rurſus idem Marianus iunior conſil. 158. Abunde, nu. 40. & 41. lib. 2. conſil. 13. Quæritur in præſenti conſultatione, num. 26. vbi plures cumulat, lib. 3. conſil. 26. Conſiderato teſtamento, nu. 7. conſ. 29. Licet in præſenti caſu, num. 17. & conſil. 34. Dum petitur, num. 13. lib. 4. Andr. Alciat. conſil. 36. Facie prima videretur, num. 8. conſ. 87. Fideicommiſſi ſunt verba, num. 10. lib. 9. & in l. Herennius, num. 4. ff. de verborum ſignificat. Ioannes Crotus conſil. 60. Dudum Fridericus, num. 15. Carolus Ruinus conſ. 140. Viſo, & benè intellecto, num. 6. lib. 2. conſ. 144. Proponitur in facto, ante nu. 18. limitans dicta per Caſtrenſem, conſ. 152. Ponderatis diligenter, nu. 6. & conſ. 153. Viſo vtroque teſtamento, nu. 8. dicto lib. 2. Antonius Rubeus Alexandr. conſ. 31. Præſupponitur in facto, num. 6. Celſus Hugo conſ. 120. Et ſi dici poſſet, num. 52. Iacobus Mandellus Albenſ. conſ. 7. In cauſa iſta, nu. 7. Laurentius Siluan. conſ. 64. Refricatur in dubium, num. 18. Auguſtinus Berous conſ. 110. Facti ſpecies, num. 27. lib. 2. Iacobus Philipp. Portius conſ. 11. Andreas Sclapulius nu. 37. verſic. Nec vrget, lib. 1. Franciſcus Mantica in tractatu de coniectur. vltim. voluntat. lib. 11. tit. 14. num. 10. verſ. Item licet, & lib. 6. tit. 13. nu. 8. licet poſtea diſtinguat, citans Signorolum de Homodeis conſil. 173. Teſtator in ſolemni teſtamento, num. 13. & conſ. 174. A pater, nu. 12. ad finem, quod eſt conſilium ſubſequens, ſubdensque Signorolum ab alio citatum non fuiſſe. Hippolytus Riminaldus conſ. 492. Magnificus Cominus Ioannes Baptiſta, num. 25. lib. 5. Franciſcus Marzarius conſil. 8. Proponitur punctus, num. 12. vbi de magis communi, Hieronymus Gabriel. conſ. 97. Ioannes Leonardius nu. 28. de veriori, ac receptiori etiam ſententia atteſtans, lib. prim. Ludouic. Molina in tractatu de Hiſpan. primogenit. lib. 3. cap. 5. num. 56. verſ. Sed quamuis, & verſ. In hac autem opinionum varietate, Franciſcus Veggius conſ. 65. Viſo, & diligenter conſiderato, num. 30. & infra, maximè vbi ſa pius eſſet dictum de maſculis, nam non fieret repetitio, vbi de filijs ſimpliciter dictum appareret.

Mouentur, nam ſi teſtator in alia parte teſtamenti, vel in alia ſubſtitutione voluiſſet de maſculis intelligere, vtique expreſſiſſet, cum igitur non expreſſerit, cenſetur ſe ad naturalẽ, ciuilemque intellectum retuliſſe, l. prima, C. de conditionibus inſertis, l. maximum vitium, C. de liberis præteritis, nec de maſculis tantum, ſed de fœminis etiam ſenſiſſe, argum. l. vnicæ, §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen. & dicto cap. inter corporalia, extra. de transl. prælat.

Sed huic rationi omiſſis varijs reſponſionibus, quæ afferri poſſent, contrarium ſuſtinendo dici poteſt dictã l. vnicã, §. ſin autem ad de-
147 ficientis, loqui † cum de interpretatione extenſiua agitur, quæ in caſu omiſſorum locum habet, ea quidem ratione vt ibi: Quia ſi diſponens, &c. ſed hic de interpretatione declaratoria agitur, ideſt quomodo verbum filijs in cõditione poſitum declaretur, quod poteſt de maſculis, & fœminis ex iuris interpretatione intelligi, poteſt etiam in maſculis tantum verificari, & hoc ex propria ſignificatione, ſecundum Bart. in l. prima, ff. de verborum ſignificatione, iſtoque caſu pro verbi ambigui declaratione, debe-

debemus ad precedentia,& ſequentia recurrere,l.hæredes palàm, §.ſi quid poſt, de teſtam. vbi hæc diſtinctio probatur,quã ſequitur Rui. conſ.146.Melchior Seraphini,nu.9.lib.9.& ſic d.§.ſin autem ad deficientis, procedit quando caſus fuit omninò omiſſus, vt in l.commodiſſimè.ff.de liber.& poſthum. ſecus quãdo ſequitur ex eo quod expreſſam reperitur, tunc enim pro expreſſo habetur, l.iam hoc iure, de vulg. & pupill.& not. Bal.in l.1. col.fin. C.de his qui ante aper.tabul. Vt hinc multi dixerint, quod licèt qualitas maſculinitatis expreſſa in vna parte teſtamenti non cenſeatur repetita in alia per viam repetitionis,tamen deſeruiet ad declarandum aliam partem teſtamẽti, cum vna pars te-
148 ſtamenti dubia † ex alia clara interpretetur, l.vtrum, ff.de petit.hæredit. cum igitur conditio ſi ſine filijs dubia ſit, an in ſolis maſculis intelligatur,an verò & fœminas comprehendat, debet ex alia parte teſtamenti intelligi,& declarari, vt in maſculis ſolis declaretur, prout ſcribit Ruin.conſ.147. Ex pluribus, nu.8.lib.2.faciuntque notata per Socin.in l.plures, ſub nu. 2.ff.de reb.dub.& vltra Carolum Ruinũ,Curtius iun.conſ.112. Etſi ſubtilia,nu.7. poſt Franciſcum Aretinum, conſenſitque Tobias Nonius,conſ.36.Præſens caſus,nu.18.

Sed pro opinione Ancharani, & Ioannis de Anania facit, quod notabiliter tradit Alex. in rubr.col.pen. ff.de re iudic. quem ſequitur Felin. in rubr.extr.eod.tit.col.6.ex mente glo. in Clem.1.in verb.Sentẽtias, d.etiam tit.quod appellatione ſententiæ includatur etiam interlo-
149 quutoria † quando in vna parte diſpoſitionis de ſententia diffinitiua mentio facta reperiretur.Socin.iun.cõſ.100.Præſupponitur in facto, col.7.num.21. verſic.Facit quod in ſimili,lib.1. multaque ſimilia tradit Vbertin. Zuchard. in d.l.fin. ſub nu.69. verſ.Quibus non obſtantibus,vbi copioſiſſimè in his terminis argumentum ex d. l. vnica, §. ſin autem ad deficientis, exornare conatur, vt concludere auſus fuerit iſtam partem magis communem eſſe.

Altera ſuperiori contraria eſt opinio, quòd
150 immo qualitas † maſculinitatis in vna parte expreſſa,in alia cenſeatur repetita, Bart.in l.ſi. nu.2. uerſ.Nam cum maſculos, ff. ad Trebell. Abb. conſ.36. Videtur primò, col. fin.uerſic. Quintò probatur, Socin.ſen.hic in 3. q. extrà Bart. uerſ. Quartus caſus eſt. Raph. Cuman. conſ.118. A. in teſtamento inſtituit, col.1.nu.2. Corn.conſ.20. Videtur prima facie, nu.22.& 23.lib.4.conſ.275. In præſenti conſultatione, antè nu.6. eod.uol. ubi non ſolum loquitur in eodem teſtamento, ſed in diuerſo paulò ante condito.Andr.Barbat.conſ.52.Circa hanc dubitationem,col.5.nu.9.& 15.inter conſilia Alexandri de Imola,lib.4.Guid.Pap. cõſ.87.Pro declaratione,nu.1.& deciſ.485. Si in aliqua diſpoſitione, Iaſ. conſ. 140. Nodoſa admodum, col.8.circa med.uerſ. Octauò facit, lib.2. conſ. 69.Quia ſecunda pars,col.2. uerſ. Nec obſtat, lib. 3. conſ. 137. Viſo & accuratè conſiderato, col.7.ſub nu.12.uerſ.Nonò ad idem facit,lib.4. & in l.Centurio, nu.59. ff.de uulg. & pupill.in l.qui filiabus,nu.3.de leg.1. Curt.ſen.ſibi contrarius,conſ.52. Super teſtamentis, colum.5. verſic. Secundò in terminis, Dec. conſ.15. Et pro tenui, colum.ſecunda, verſic.Et ideò, vbi de more Italorum differẽtiam inter maſculos, & fœminas conſtituendi teſtatur, ante num.6. conſ.370.Viſo teſtamẽto, colum.ſecunda, nu. 3.verſic.Similiter in caſu iſto, conſ.445.In caſu ad me tranſmiſſo,nu.12.verſic.Secundò reſpondetur,conſ.480.In caſu qui contingit,nu. 4.& 5.ac conſ.515.In caſu occurrenti, num.3. Curt.iun.conſ.112.Etſi ſubtilis, col.3.num.7. conſ.113.Pro reſolutione motiuorum,num.8. conſ.114.Non poſſum non mirari,col.fin.num. 20.verſic.Cum igitur.Pariſ.conſ.18. Conſideratis,nu.21. vbi multos ad hoc citat, lib.ſecundo,conſ.72.Ad veram reſolutionem,nu.34. & intr.lib.4.Soc.iun.cõſ.90.Viſo teſtamento,nu. 19.verſ.Et hoc eo maximè,lib.1.cõſ.160. Circa præſentem conſultationem, nu.36. verſ.Et ad hoc benè facit,lib.2.conſ.103. Viſa contingentia facti, nu.55. verſ. Et ex hoc determinat,d. lib.1.Ioan. Anton. Rub. Alexandrin.conſ.106. Viſo ſupraſcripto caſu, num.4. verſic.Eodem modo,& conſ.150. Deceſſit D.Georgius,nu.4. verſ. Et quòd qualitas maſculinitatis. Hieronym.Grat.conſ.89.Circa teſtamentum, num. tertio,lib.2. Carol.Ruin.conſ.99. Viſo themate,num.9.libro ſecundo,conſ.134. Viſo ac perlecto teſtamento,nu.19. dicens hoc indiſtinctè procedere, conſ.141. Viſo teſtamento, num.6. conſ.146.Melchior Seraphini, nu.8. conſ.147. Ex pluribus,nu.7.conſ.150. Viſo teſtamento, num.6.verſ.Et primò, & conſ.178. Subtiliter, & abundè,num.10.d.lib.ſecundo,conſ.142.Viſo ac perlecto teſtamẽto Illuſtriſſimi D.Adoardi de Columna,ſub num.13.libro tertio,& conſil.168.Viſo,num.12.& 13.eod.vol.Marc.Mantua,conſ.221. Viſo ſupraſcripto conſilio, nu.1. Iacob.Mandell.Albenſ.conſ.19.Caſus iſte,nu. 12.Franciſc.Rip.in lex facto,§.ſi quis rogatus, il primo,num.17.ff.ad Trebell.Ioan.Neuizan. conſil.33.Beatus homo quem tu erudieris Domine,num.10.verſic.Tertiò facit,Alex.ſibi contrarius, conſil.52. Circa hanc dubitationem, num.vigeſimo, cum ſeq. lib.quarto, & conſil. 29. Quoniam abundè, num.4.lib.1. Ludouic. Gozadin.conſ.45. Vtis allegationib.in princ.

Hancque opinionem ſine dubio procedere,
151 ſtante ſtatuto † quo fœminę per maſculos excludantur,dixere, Vbertin.Zuchard.in d.l.fin.

num.

.nu.85. C. de edicto Diui Adr.tollen. & Iacob. Menoch.conſil.95. Etſi doctè, num.83.verſic. Præterea opinio Abbatis, lib.1.

Item magis procedere, quando de filijs ſimpliciter, & de filijs maſculis vnius † & eiuſdem mentio facta eſſet, ſcribit Carolus Ruin. conſil.134. Viſo ac perlecto teſtamento, numero 19. lib.2.

152

Comprobari huiuſmodi concluſio videtur, nam vna pars teſtamenti ſecundū alterā † declaratur, l.qui filiabus, in princ.ff.de legat.1. l.ſi ſeruus plurium, §.fin. eodem tit. l.ſi. §.cui dulcia, ff.de vino, tritic. & oleo leg. & vna clauſula ambigua declaratur per aliam, d. l. vtrum, & ibi notant Bar.& Bald.ff.de petit.hæredit. cùm igitur in vna parte teſtamenti, ſeu in vna ſubſtitutione de maſculis teſtator meminerit, ſequitur quòd in alia etiam parte, ſeu ſubſtitutione repetita cenſeatur.

153

Suſtinendo tamen contrarium, ſupradictæ rationi poſſet ſic reſponderi. Primò, quòd regula repetitionis qualitatis, in fauorabilibus non in odioſis procedit. Dec.conſil.442. In cauſa, nu.12. & conſil.567. In caſu occurrenti, nu.6. Vbertin. Zuchard. in d.l.fin. ante nu.70. verſic. Et non obſtant ea, C.de edict. Diui Adr. toll. Io. Cephal. conſil.68. Quamuis dubitandum non eſſet, nu.17. & conſil.134. In præſenti conſultatione, nu.45. Franciſc. Marzar. conſ.8. Proponitur punctus, num.14. Sed iſto caſu in odioſis loquimur, agitur enim de fideicommiſſo quod onus dicitur, l.cohæredi, §.cum filiæ, ff.de vulg.& pupill. meritò repetitioni maſculinitatis locus eſſe non debet.

154

Secundò, quòd regula prædicta repetitionis qualitatis nunquam locum habet, quando ex repetitione aliquid cōtra ius commune † introduceretur, Bart.in l.prætor ait, §.erit differentia, ſub num.1. verſic. Secundo caſu quando quæris, ff.de vi bon. rapt. arg. ad hoc, l.vxori, §.vxori, de leg.3. cum alijs ibi per Bart.allegatis, optimam diſtinctionē afferentis, Alex.conſil.42. In cauſa & lite, nu.1.lib.3. Ludouic.Gozadin.conſ.6. Prima facie, nu.30.conſ.19. Dubitatur, nu.11.conſ.70. Vt omnis, nu.4. Socin. iun.conſ.77. Pro reſolutione, nu.32. verſ. Non obſtat modo, lib.3. Carol. Ruin.cōſ.187. Quia Matthęus, nu.10. lib.3. Gerard. Mazzol.conſ. 144. Nanna relicta, num.16. inter conſilia dicti Socini iunioris, eod.vol.3. Sed ſi repetitio fieret, contra ius commune induceretur, quòd fœminæ excluderentur, l.maximum vitium, C.de liber. præteritis: ergo maſculinitatis repetitio ceſſabit.

155

Tertiò, nam repetitio non inducitur, vbi de contraria † voluntate diſponentis appareret, l. licet, ff. de legat.1. Ioan. de Anan. conſil.8. Viſo puncto, num.5. Raphael Cuman. conſil. 112. Ciuis quidam Florentinus. poſt verſ. Pro parte negatiua facit, Franciſc. Aretin.conſ.121. In præſenti conſultatione, col.2. Pau.de Caſtr. conſ.11. Super primo, num.3.lib.2. Socin.iun. conſ.39. Circa propoſitam quæſtionem, nu.8. & conſ.142. Præpoſitæ conſultationis reſolutio.nu.28.lib.3.conſ.128. eiuſdem initij, nu.28. lib.1. & tradit Iacob.de Beluiſ.in auth. vt cum de appell.cognoſc. in 3.q.in 2.arg.partis negatiuæ. Sicut è contra repetitio fit, vbi de tacita mente teſtātis conſtaret, quia interrogatus ita reſponderet, Bart.in l.Seiæ, §.Caio, ff.de fund. inſtruc. & in l.ſi in diem, §.fin. iſto tit. Dec.cōſ. 190. Circa primum, col.3. Gozadin.conſil.104. In hac cauſa, nu.18. Ruin. conſil.112. Viſis his, nu.9.lib.3. poſt Bald.in l.fin.C.de liber.præterit. & in l.Titius, C.de oper.libert. Pariſ.conſil. 38. In hac conſultatione, nu.28.lib.2. Soc.iun. conſ.26. Conſului, nu.6.lib.3. Sed hic de contraria voluntate diſponentis apparet, cùm vbi voluit reſtringere, de maſculis dixit, vbi noluit non expreſſit, d.§. ſin autem ad deficientis, ergò repetitio fieri non debet.

Sed pro opinione Abbatis facit not. doctrina Bart.in l.ex facto, §.ſi quis rogatus, num.2. verſic. Vel ſi in alia parte, ff.ad S.C. Trebell. di-

157

centis, quòd ſi in vna parte teſtamenti, † de filijs naturalibus dictum ſit, in alia etiam teſtamenti parte de filijs naturalibus intelligitur, in qua de filijs ſimpliciter dictū extitit, Vbertin. Zuchard.in d.l.ſi.nu.69.verſic. Et facit, Carol. Ruin.conſil.83. Proponitur, num.15.verſic. Et quamuis, lib.2.conſil.134. Viſo, ac perlecto teſtamento, num.19.verſic. Præterea, conſil.140. Viſo, & bene intellecto, colum.2. nu.2. & conſil.146. Melchior Seraphini, nu.8. dicens omnes cum Bartolo tranſire, eod.lib.2.conſil.168. Viſo ac perlecto teſtamento, col.5.nu.13.lib.3.

Quid ergò in hac perdifficili, & ancipiti quęſtione dicendum erit, in qua varij varia dicunt, & diuerſimode diſtinguunt? Ego omiſſis multis quę paſſim leguntur, illi diſtinctioni inhęrendum exiſtimo, ꝙ Aut qualitas maſculinitatis

158

eſt expreſſa in vna teſtamenti parte, clauſula ſiue capitulo claro, & nequaquā dubio, perfectamque orationem habente, & tunc concludendum ſit, in alia parte, ſiue capitulo repetitionem non fieri, Pariſ.conſ.38. In hac conſultatione, nu.28.verſ. In quibus locis, lib.2. Celſus Hugo, conſil.120. Etſi dici poſſit, num.52. Laurent.Siluan.conſ.64. Refricatur in dubiū, ante nu.19. verſic. Attamen loquuntur aduerſantes, Io.Cephal.conſil.527. Difficultas præſentis conſultationis, num.20.lib.4. conſil.68. Quamuis dubitandum non eſſet, nu.17. lib.1. Rol.de Vall. conſ.38. In præſenti conſultatione, nu.54. & infr.lib.4. Hipp.Riminald.conſil. 347. Dicitur in primis, nu.23. lib.3. Franciſc.

Veg-

Veggius,conſil.65. Viſo,& diligenter conſide-
rato, nu.33. Et quamuis in hoc primo diſtin-
ctionis caſu, contrarium tenuerit Guido Papæ
conſil.87. Pro declaratione, num.1. tamen alia
opinio communis eſt, vt in præcitato loco Ri-
minaldus iunior teſtatur.

Prædicta concluſio maximè procederet, qñ
teſtator (vt ſæpè Ruinus ſcripſit) in vna parte
159 teſtamenti † feciſſet mentionem de filijs ma-
ſculis vnius, & in altera parte de filijs alterius
ſimpliciter, nam in ſecunda parte de filijs ma-
ſculis & fœminis intellexiſſe diceretur, ſic ipſe
Ruin.d.conſil.134. Viſo,ac perlecto teſtamen-
to,nu.19.lib.2. conſ.140. Viſo,& benè intelle-
cto,nu.6.eod.vol. conſil.124. Viſo teſtamento
Brunazini,col.fin.antè nu.6.lib.3.Franc.Man-
tic.in tract.de coniect.vltim.volunt. lib.11. tit.
14.nu.10.in fine.Anton.Rub.Alexandrin.con-
ſil.71.Plura mihi,nu.6.verſ.Item dico. & Rol.
de Val.d.conſil.38.nu.56. lib.4. Item maximè
procederet,vbi omiſſio huius qualitatis maſcu
160 lorum † eſſet geminata, vt poſt Ludouicum
Bologninum inter conſilia Alexandri de Imo-
la, & Decium quos citat,tradit Hieronym.Al-
ban.conſ.23.D.Antonia,nu.6.Franciſ.Burſat.
conſ.1.Non abeſt,nu.37.lib.1.& verè id tradũt
Bolognin. conſ.53. Inuocato Diuino ſuffra-
gio,num.17. lib.4. & Dec.conſ.499. Conſului
alias,col.1. in fin. nu.5. quemadmodum Alba-
nus ipſos vt ſupra refert.

Limitatur eadem concluſio. Primò, vbi re-
161 petitiua † dictio adeſſet, tunc enim ex natura
dictionis repetitiuæ facta repetitio cenſeretur,
& ita procedit quod not. Bar.in l.fin.ff.ad Tre-
bell.in l. Lucius,ff.de vulg.& pupill. Abb.conſ.
36.Videtur,lib.1. Corne. conſil.101. licet in hac
conſultatione,antè num.6.lib.4. Pariſ.conſ.18.
Conſideratis,nu.21.lib.2. Soci.iun.conſ.3. Vi-
ſo themate,nu.41.lib.1.

Secundò limitatur, vbi adeſſent coniecturæ
162 volũtatis † teſtatoris ad fauorem agnationis
pro eius conſeruatione, tunc enim ex identita-
te rationis repetitio fieret,& ita procedunt no-
tata per Guid. Papæ q.485. incip. Si in aliqua
diſpoſitione,verſic.Ad dignitatem familiæ,ſic-
que limitant Dec. conſ.15. Et pro tenui,col.2.
in fin.conſ.425. In caſu propoſito,nu.11. conſ.
442. In cauſa,nu.12. cõſ.480. In caſu qui con-
tingit,col.2. nu.4. verſic. Et concluſioni, conſ.
515. In caſu occurrenti,nu.3.& conſ.270.Do-
minus Rainaldus, num.5. Ludouic. Gozadin.
conſ.19. Dubitatur an Anſelmus, num.13. Pa-
riſ. conſ.18. Conſideratis, num.34. conſ.90.
Viſis,num.15.lib.2. Socin.iun.conſ.1. Præſen-
tis conſultationis reſolutio, num.28. conſ.98.
Dominus Petrus,num.2.lib.1. conſ.76. Con-
ſuluit,num.9.& 10. lib.2.conſ.163. In hac con-
ſultatione, num.39. lib.3. conſ.103. Viſa con-
tingentia facti,nu.55. verſic. Igitur dicendum,
& conſ.128. Præſentis conſultationis materia,
ante num.99. d.lib.1. Carolus Ruin. conſ.99.
Viſo themate, num.7. lib.2. Hieronymus Al-
ban. conſ.23. D. Antonia, num.6. verſic. Ad
hoc accedit. Anton.Rub.Alexandrin. conſ.71.
Plura mihi, num.6. Hippolit. Riminald.conſ.
347. Dicitur in primis, num.29. lib.3. conſil.
492. Magnificus Dominus Ioannes Baptiſta,
num.26. lib. 5. dicens idem reſpondiſſe conſ.
199. num.247. Anton.Gabriel.lib.4. de teſta-
men. concluſ.10. ad finem,nu.16. Tobias No-
nius conſ.36. Præſens caſus,num.20. Ludoui-
cus Molina in tracta.de Hiſpan.Primogen.lib.
3.cap.5. num.58. vbi plures allegat, licet non
omnes in his terminis loquantur. Franciſcus
Burſat. conſ.1. Non abeſt, num.38. lib.1. Ia-
cobus Menochius conſ.95. Etſi doctè, nu.82.
verſic. Quocirca, libro primo, poſt Alciatum,
Pariſium, Ruinum, Curtium iuniorem, Ru-
beum & Albam, quos ipſe citat, ac nouiſſimè
in tractatu, De præſumptionibus, parte ſecun-
da,libro quarto, præſumpt. 84. num.6. verſic.
Et prima quidem,nec omiſerim Andream Bar
batiam conſ.52. Circa hanc dubitationem,an-
tè num.10. inter conſilia Alexandri d.lib.4. ad
hocque facit quod conſuluit Benedictus Ca-
pra, conſ.60. Circa quod videtur, numero 7.
& infra.

Aut ſumus in qualitate maſculinitatis ex-
preſſa in vna parte, clauſula, vel capitulo, vbi
etiam eſſet facta ſimplex mentio filiorum, non
163 habente † perfectam orationem,& tunc eiuſ-
dem maſculinæ qualitatis repetitio facta cen-
ſetur,Raph.Cuman.conſil.118.A. in teſtamen-
to,colum.1. num.2. Decius conſ.480. In caſu
qui contingit,nu.4. Socin.ſen.conſil.63.Viſis,
colum.10. antè num.15. verſic. Secundò quia,
lib.3. Ludouicus Gozadin. conſ.45. Viſis al-
legationibus, num.2. Pariſ.conſ.18. Conſide-
ratis,nu.22.vertic.Quæ concluſio, libro ſecun-
do,conſ.72. Ad veram reſolutionem,num.34.
lib.4. Carol.Ruin. conſ.142. Viſo, ac perlecto
teſtamento,nu.13. verſ. Quod probatur, lib.3.
Rubeus Alexandrinus d.conſil.71. Plura mihi,
num.6. Socin.iun.conſ.128. Præſentis conſul-
tationis materia, num.98. verſic. Nec obſtat,
lib.1. Vbertin.Zuchard.in d.l.fin.num.69.C.de
edicto Diui Adr.toll. qui ita Abbatis cõſilium
intelligit, Io.Cephal.conſ.68. Quamuis dubi-
tandum non eſſet,num.17.lib.1.conſ.527.Dif-
ficultas, num.21.lib.4. Tob.Nonius, conſ.36.
Præſens caſus, num.19. & Alexander Trenta-
cinquius Iuriſconſ.prẽſtantiſſimus, & conciuis
meus, in ſuo erudito tractatu ſubſtit. in 4.par.
cap.7. ſub num.11. verſic. In hac quæſtione,
fol.138. arg.l.Seiæ, §.Caio, & ibi Bart.num.3.
ff.de fund.inſtruc.

Hoc

Hoc autem declarandum eſt, quando qua-
164 litas vtrique perſonæ vniformiter † conuenire poſſet, aliàs ſecus, l. fin. §. Seio, de legat. 2. & licet loquatur quãdo vtraque perſona fuit ſingulariter nominata, idem tamen eadem ratione quando de vtraque eſſet facta mentio ſpecialiter, vt per Carolum Ruinum conſil. 140. Viſo & bene intellecto, numero ſeptimo, lib. 2.

Cùm enim vna qualitas apponitur inter plu
165 ra † quæ reguntur in eadem oratione, & ab eodem verbo, debet omnia pariformiter qualificare, Bart. in l. Prętor ait, §. eritque differentia, ff. vi bon. rapt. Socin. ſen. conſ. 66. Viſa donatione, col. 7. num. 14. lib. 3. & quia vna determinatio debet pariformiter determinare, l. iam hoc iure, ff. de vulgari & pupillari, prout etiam qualitas qualificans aliquod verbum dicitur
166 qualificare omnia quæ reguntur † ab eodem verbo, vt dicit Bartolus in dicto §. Eritque differentia, Ioan. de Imola, in clement. 1. de exceſſ. Prælat. Socin. ſen. conſil. 27. Viſis inſtrumentis, num. 13. libro 4. & tradit Alexander conſil. 152. Viſo themate, colum. 1. libro ſecundo, dicens, quòd qualitas appoſita in vna oratione, cenſetur relata ad omnes illos comprehenſos ſub illa oratione. Vlterius per doctrinam Bartoli in d. l. Seiæ, §. Caio, ff. de fund. inſtruc. dicebat Socin. ſen. conſil. 259. Materia, col. 2. verſic. Secunda regula eſt, lib. 2. quòd quando
167 duæ ſubſtitutiones † ab eodem verbo reguntur ab eademque oratione, illud quod vnam qualificat, & aliam ex dictis ſubſtitutionibus qualificare dicitur: ſubdens in eodem conſilio col. 7. verſic. Tertiò eſt, allegando Bartolum & Baldum vt ibi, quòd quando duæ ſubſtitutiones ſunt vnitæ, vna ſumit de natura alterius, & è contra; Hinc eſt, quòd ſi teſtator in vna teſtamenti parte accepit verbum ſubſtituo æquiuocum pro directa ſubſtitutione, & in alia teſtamẽti parte verbum iſtud fuerit ſimpliciter appoſitum, debet in iſta parte cenſeri appoſitum pro directa ſubſtitutione, ex eo quia in alia teſtamenti parte declaratum per teſtatorem exti-
168 tit, verba enim dubia & ambigua † per ſequentia & antecedentia declarãtur, & ita clauſula in fine appoſita reſtringitur & declaratur, l. qui filiabus, & l. ſi ſeruus plurium, §. fin. de legat. 1. lateque proſequitur Pariſ. d. conſ. 18. num. 25. & infra, lib. 2. ac etiam Vbertin. Zuchard. in dicta l. fin. ante num. 70. verſic. Acce-
169 dat quia, dicens vnitatem ſermonis † quandoque præſumptæ menti teſtatoris præferri, l. quamuis, C. de impub. & al. ſubſtit. vbi exemplum affert.

Quod maximè procedit, quando teſtator
170 † pluries ac geminatè qualitatem expreſſiſſet, Pariſius conſilio ſeptuageſimoſecundo. Ad veram reſolutionem, num. 45. libro quarto.

Quamuis itaque in hac materia diuerſę fuerint opiniones, & lõge plures quàm ſuper ętate Phęnicis veteres tradiderint, tñ à prædicta opinione diſtinguente vti meliori ac tutiori recedendũ non exiſtimo, & certè in dubio diſtin-
171 guentis ſententia † quæ alias opiniones conciliat attendenda eſt. Aretin. Inſtit. de emptione & venditione, in principio, columna ſecunda, verſic. Et iſtam dicit fore veritatem, Socinus iunior conſilio 39. Perſpectis his, num. 78. verſic. Præterea vt per Affictum, libro ſecundo, conſil. 121. Eleganter, in fine, numero trigeſimoſexto, eodem volumine. Hieronymus Gratus conſilio trigeſimo. Viſis compromiſſis, numero trigeſimotertio, libro primo, poſt Salicetum in l. filiæ, C. familiæ erciſcundæ. Gloſ. in cap. quęrenti, de offic. deleg. in cap. ſcientes, de cenſibus, & eſt text. in l. adeò, §. cum quis, ff. de acquirendo rer. dominio. Denique non omiſerim dictam differẽtiam inter orationem perfectam ac diſtinctam, & orationem imperfectam, reprobari per Curtium iuniorem conſilio 114. Non poſſum non mirari, ſub numero vigeſimo, verſic. Nec vnquam placuit, allegantem Curtium ſeniorem eius auunculum conſilio quinquageſimoſecundo. Super teſtamentis, columna quinta. Ludouicumque Molinam in tractatu, De Hiſpan. Primogen. libro tertio, capitulo quinto, ſub numero quinquageſimonono, verſic. Sed quamuis, non omnino acquieſcere, ſuam opinionem tripliciter limitantem. Sed quicquid hi dixerint, non erit ab opinione prædicta diſtinguente tanquam communi calculo recepta recedendum.

Cæterum nec prætercundum fore exiſtimo,
172 tres reperiri cauſas † ipſam repetitionem inducentes, tres autem è contra eam excludentes, iuxta not. doctrinam Bal. conſil. 153. Quidam teſtator, lib. 3. vbi dicit, quòd omnis tacita repetitio procedit aut ratione copulæ vel coniunctionis, vt quia ſunt plura legata copulata per dictionem, &, vel per dictionem, item, aut per alias dictiones coniunctiuas vel annexas: aut quia reguntur ab eodem verbo, & determinantur ab eodem actu verbi determinantis & regentis totam orationem: aut per identitatem rationis, quando ſubeſt aliqua ratio repetendi antecedentia in ſequentibus; Et ſimiliter è cõuerſo tres ſunt cauſæ quæ tacitam repetitionem excludunt, prima eſt aduerſatio dictionis, vt quia eſt ibi dictio ſed, vel ſecus, aut ſimiles, item ſeparatio diſpoſitionis, ſiue orationis, & temporum: item aduerſatio rationis, nam habentia inter ſe aduerſatiuam rationem, non habent ad inuicem tacitam repetitionem, hæc Baldus Iuriſconſultus acerrimi ingenij in prędicto conſilio, quem referunt & ſequuntur Nouiſſimi in Gloſ. Pariſienſi, in prima parte,

§. 37.

§. 37. Gloſ. 1. in verb. Item en ce cas, colum. 2. ante num. 4. verſic. Sunt enim. fol. 442.

Quintus caſus, retentis dictis terminis eſt, quando teſtator Eccleſiam ſubſtituit vel extra-
173 neum quempiam † qui non ſit de agnatione teſtatoris, in quo fundamentum potiſſimum illud in præcedenti caſu conſideratum ceſſet, & hunc articulum ſuperius ad vtranque partem diſputatione perſtrinxi, ſuper quo Paulus de Caſtro d. conſ. 79. in antiquis, tenuit ſubſtitutum per ſuperuenientiam neptis ex filio grauato excludi, & quicquid idem prius in contrarium conſuluiſſet, cum eoque Aduocatos Romanæ Curiæ ac totum collegium Florentinum ſenſiſſe teſtetur, circa eundem caſum mutaſſe ſententiam conſtat, pro nepte cõſulendo, eſtque veriſſima ſententia, quam ſequuti ſunt Bald. in d.l. cum acutiſſimi, nu. 10. C. de fideicom. Socin. ſenior hic. col. 56. verſic. Quintus caſus, & conſ. 227. Præſens conſultatio tota, in fin. lib. 2. Ludouic. Bolognin. conſ. 53. Inuocato Diuino ſuffragio, per totum, inter conſilia Alexandri, lib. 4. Dec. conſil. 370. Viſo teſtamento, poſt num. 3. & per totum, dicens in hoc omnes Doctores videri concordare. conſ. 568. D. Daria, in princ. & conſil. 15. Et pro tenui, num. 5. verſic. Dicit tamen quòd contrarium. Curt. iun. conſil. 11. Habita ſuper præmiſſa facti conting. num. 7. verſic. Si verò ſubſtitutus eſſet extraneus, conſi. 35. D. Benedictus, col. 2. nu. 1. verſi. Aut verò, dicens diſtinctionem Caſtrenſis in præcitato conſilio communiter approbari, conſ. 139. Præſupponitur, nu. 17. prędictam diſtinctionem inter agnatum & extraneũ multum æquam ac rationabilem eſſe ſcribẽs. Curt. ſenior. conſ. 63. Antiquiſſima & nobiliſſima familia, ante num. 16. colum. 14. in fi. verſic. Quid plura. Ludouic. Gozadin. conſ. 89. In hac cauſa Tridentina, num. 4. concluſ. 4. vbi de magis communi opinione atteſtatur, Socin. iun. conſ. 158. Abunde, col. 8. nu. 47. lib. 2. Carol. Ruin. conſ. 120. Viſo & perlecto inſtrumento, num. 5. lib. 1. conſ. 110. Circa caſum, col. 4. poſt num. 12. magis receptam ſententiam eſſe ſcribens, lib. 2. conſ. 130. Viſo teſtamento. N. colum. 4. nu. 12. verſic. Quia illud, conſil. 142. Quia teſtator, colum. 2. poſt num. 2. conſil. 143. Proponitur, ante num. 2. verſi. Si verò, conſil. 148. Videtur, colum. 3. poſt num. 6. verſic. Aut ſubſtituit extrancum, eod. volum. & d. conſ. 124. Viſo teſtamento Brunazini, col. 3. num. 5. lib. 3. Hipp. Riminaldus conſil. 358. Quod ſuperioribus diebus, num. 174. lib. 4. Sforția Oddus in tractatu, De compend. ſubſtit. partic. 6. artic. 4. concluſ. 6. dicẽs iſtam opinionem crebriorem, veriorem, & æquiorem eſſe, quinimò canonizatam, ab eaque iudicando recedendum non fore, ſecundum quam Collegium Bononienſe & Peruſinum conſuluiſſe notiſſimum eſt, Hieronymus Zanchus, in dicta l. hæredes mei, §. cum ita, poſt numerum 771. Vdalric. Zaſ. in tracta. Subſtit. in fine, verſic. Aut ſubſtitutus eſt extraneus, fol. 665. Gerard. Mazoll. conſ. 5. Franciſca Arceuiſia, colum. 11. in princ. num. 66. & 70. conſil. 6. Contra conſilium, ante num. 18. & expreſſius, nu. 9. verſic. Huic dubitationi, Hieronym. Grat. conſil. 68. In præſenti cauſa, col. 2. nu. 10. verſic. Quia procedit, lib. 1. conſil. 111. Caſus talis eſt, nu. 27. lib. 2. Didac. Couar. Toletan. in c. Rainaldus, ante nu. 3. verſic. Ex quo ipſe infero, extr. de teſtamen. dicens, quòd licet caſus iſte poſſit diſputari, tamen hęc opinio verior eſt & æquior, vt per eum, Arius Pinellus in dicta l. 3. num. 25. C. de bonis maternis. Michael Craſſ. in §. fideicommiſſum, quęſt. 35. nu. 5. verſic. Aut verò, vbi magis communem concluſionem eſſe ſcribit, Franciſcus Veggius conſilio 65. Viſo, num. 81. verſic. Attamen in propoſito, vbi de communi teſtatur. Alexãder Trentacinquius in tract. Subſtit. in 4. par. c. 7. colum. 16. in principio, verſic. Secundds caſus eſt, de crebriori etiam atteſtans, Iacobus Menoch. in tract. de Præſumptionibus, in 2. parte, præſumpt. 85. num. 14. & Antoninus Teſſaurus in deciſ. Pedemont. 188. Conditio ſi ſine filijs, numero 4. dicens Senatum totum congregatis claſſibus hanc opinionem probaſſe. Eandem concluſionem multæ leges confirmant, & in indiuiduo hoc Papiniani reſponſum, vnde elicitur inconueniens non eſſe, quòd liberi minus dilecti in conditione poſiti filijs magis dilectis excluſis admittantur, erat enim filius hic inſtitutus, & ſubſtitutus magis dilectus, quàm liberi ex nepote nõ progeniti, l. qui filiabus, ff. de leg. 1. l. Publius, hoc tit. & tamen liberi ex nepote tanquam in conditione poſiti ad excluſionem filij ſubſtituti tacitè ſubintelliguntur: non mirum igitur, q̃ filiæ non ſint vocatæ, neptiſq; ex filio extrancum ſubſtitutum excludat: Et ſi iſtud in tacita cõditione verum eſt, quantò magis erit in expreſſa tanquã potentiori è quod liquet, cũ enim cõditio ſi ſine liberis exprimitur, filius naturalis tantum ſubſtitutum excludit, l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebel. ſecus qñ à lege ſubintelligitur, l. generaliter, §. cum autem, in verb. Iuſta ſobole, vbi Gloſ. in 3. ſolut. quam approbant Bald. Salic. Ang. & Paul. de Caſtr. C. de inſtit. & ſubſtit. Ioannes de Imola, & Angel. in dicto §. Si quis rogatus. eſtque communis opinio, vt per Ioannem Crotum, qui in propoſito ita argumentatur, conſilio 17. Teſtator, num. 22. ceſſante igitur ratione agnationis conſeruandæ, congruit neceſſario Gloſſę aſſertio in dicta l. cum acutiſſimi, vt qua ratione filios maſculos in eorum portionibus prædilexit, ſic omnem ipſorum poſteritatem prædilexiſſe

dilexiſſe cenſeatur, ibique Baldus notat. Proinde abſurdum non videatur dicere, neptem ex filio magis dilexiſſe filiabus, quoniam credendum eſt neptem propter filium dilexiſſe, l. dotē dedit, ff. de coll. bonor. ne itaque contingat, vt propriæ ſoboli alienam prætulerit, contra d. l. cum acutiſſimi, ita eſt de iure concludendum: propria autem ſoboles non reſpectu teſtatoris intelligitur, ſed filij grauati, cuius ſoboles frater dici non poteſt, vel patruus, ſed filius filiave, vt in hoc textu, vbi Raphael Cumanus, eſt ſiquidem teſtantis intētio ſoboli filij grauati proſpicere, non autem propriæ, cui eo modo expreſsè quo voluit proſpexit; hæcque pictatis coniectura eſt, vt filius inſtitutus iā dominus factus, nō cogatur in perniciem propriorum filiorum, ſuique ſanguinis extraneo reſtituere: Et ex his nō videtur dicta l. ſi viua matre, repugnare, quę potius poſſet de facili retorqueri, ſi enim tunc procedit cum neptis ex matris perſona veniret, vt poſt Carolum Ruinum dicit Ioan. Cephal. d. conſ. 46. num. 36. lib. 1. & Hieronym. Grat. conſil. 68. In præſenti cauſa, num. 12. lib. 1. verumq. eſt, quod de excluſione aſſeritur, idem è contra circa incluſionem decernendum erit, vt neptis, quæ iure patris experitur, debeat admitti, vt in hoc contextu, quæ ſanè iura inſimul in hoc bene conueniunt: quemadmodum enim melioris conditionis neptis non eſſet quàm auia, cum ex perſona eius veniret, dum de excluſione agitur, ſic neptis eiuſdem conditionis cuius eſt pater incluſus & prædilectus eſſe debet, ex iure ab ipſo patre proueniente; Denique cum res ad caſum deuenerit à quo non inciperet, ſcilicet ad controuerſiam admiſſionis extranei ſubſtituti, pro excludenda nepte de proprio ſanguine teſtatoris, non eſt dubium coniecturam excluſionis filiarum, debilem, ac fragilem eſſe, quæ cum ab initio inducta fuerit ad filiorum maſculorū beneficium, in illo primo inſtitutionis gradu, in iniuriam ceſſante ratione conſeruandæ agnationis, enormiſſimumque præiudicium redundaret, quod concedendum non eſt, ſi enim teſtator proprias filias excludendo, cogitaſſet neptes etiam, & ſic proprium ſanguinem excludere ad commodum extranei, non ſolum de legali interpretatione ex mente ipſius tacita admodum ſuffulta, qua neptis filiorum appellatione continetur, contentus remanſiſſet, ſed aliter enixè expreſſeque prouidiſſet; & ita, coniiciendum eſt, ex vehementiſſima ſecundum leges coniectura; propterea neptis iſta debet includi, cum ſi teſtator interrogatus fuiſſet, neptem de proprio eius ſanguine admitti debere, extraneumque excludi reſpondiſſet, vnde expreſſum cenſeri debet, iuxta textum iuncta gloſ. in l. talepactum, §. fin. ff. de pact. & l. Titius, §. Lucius, vbi Bart. ff. de liberis, & poſthum. non eſt igitur ab hac ſententia conſulendo, & iudicando recedēdum, quæ magis cōmunis eſt, verior & æquior, contraria autem in abſurdum ſonat, vt non immeritò reijcienda ſit.

HYPOTHESIS.

Quæſtionem in qua Bartolomæus Socinus Mediolani Orator exiſtens conſuluit, & per Curt. iun. tractam, conſ. 35. Ser Benedictus, colum. 3. ante num. 2. verſ. Hanc etiam differentiam, breuiter reſolui.

SVMMARIVM.

1. *Filijs maſculis inſtitutis, inuicemque ſubſtitutis excluſa filia, cui certum quid teſtator reliquerat, & ſi omnes filij ſine liberis decederent, filia in vita tantum ſubſtituta in redditibus quarundam domorū, alienationis prohibitione adicta, quia voluit perpetuò in familia in honorem teſtatoris remanere, ac poſt mortem illos de familia in dictis redditibus ſuccedere iuſſit: uno ex filijs defuncto cum filia fœmina, fideicommiſſum reſpectu aliorum de familia qui ad illud uocati erant nequaquam deficere.*
2. *Extenſionem ex ratione conſeruandæ agnationis à teſtatore expreſſa ad alium caſum fieri.*
3. *Bartolomæum Socinum Senenſem admirabile ingenium habuiſſe.*

CAP. XI.

EX prædictis ad deciſionem alterius quæſtionis inferri Soc. ſen. ſuper hoc reſponſo inquit, col. 59. verſ. Ex quibus omnibus, ſuper qua Mediolani orator exiſtens conſuluit; Teſtator filios maſculos inſtituit, eosque inuicē ſubſtituit † excluſa filia fœmina, cui certum quid reliquit, ſique omnes filij ſine liberis decederent, filiā in vita tantum ſubſtituit in redditibus quarundā domorum, prohibuitque ne alienaret quia voluit perpetuò in familia pro honore teſtatoris remanere; ac poſt mortē, 9 illi de familia in dictis reddit. ib. ſuccederent; moritur vnus ex filijs cū filia fęmina, dubitatur an faciat fideicōmiſſum deficere reſpectu aliorū de familia quī ad fideicōmiſſum vocati erant. Et Soc. ſen. hic nu. 87. fideicommiſſum non deficere concludit, quem comprobaſſe vidētur Curt. iun. d. conſ. 35. D. Benedictus, ante nu. 2. col. 3. verſ. Hanc etiam differentiam, Hieron. Zanch. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, ante num. 777. verſ. Non obſtat, & Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. par. 2. libro 4. præſumpt. 85. num. 13. verſ. Sextus caſus.

1

Mouebatur Socin. nam præſuppoſito, quòd quatenus alij teſtatoris filij ſubſtituti erant, fœmina non feciſſet fideicommiſſum deficere, ſecũdum Paul. Caſtrenſem d. conſ. 409. lib. 2. vel conſ. 79. Caſus iſte frequenter contingit, in antiquis, & eſt magis cõis opinio, vt eſt dictum, pari ratione quando alij de familia, cum expreſsè pateat teſtatorem motum fuiſſe ratione conſeruandæ agnationis, quæ quidem ratio per eundem teſtatorem reſpectu etiã aliorum de familia afferebatur: & licet filia in vita tantum ſubſtituta eſſet, eius perſona non erat inſpicienda, ſed attendendæ perſonæ illorum de familia, penes quas debebant domus perpetuò remanere, arg. l. cum dotẽ, cum eius materia, ff. ad l. Falci. cũque ratio conſeruandæ agnationis fuerit expreſſa à teſtatore, ad alium caſum† extenſio fieri debebat, arg. l. quãuis, vbi Bar. C. de fideicõ. fuerat etiam proprietas à principio illis de familia relicta, vnde ratione proprietatis, agnationis cõſeruandæ cauſa militabat; Denique quemadmodum filia non exiſtente, ſed illis de familia neptis non faciebat fideicommiſſum deficere, ita pariter eadẽ filia in vita tãtum ſubſtituta exiſtente, ne vna ſubſtitutio diuerſo iure cẽſeatur, l. eum qui ædes, ff. de vſucap. ſed eadem ſit omnium determinatio, l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. Ad hocque ſe allegaſſe ferè in terminis dicebat, Paul. de Caſt. conſ. 357. Viſo dicto teſtamẽto, quod in nouis eſt conſ. 58. circa med. verſ. Credendũ eſt ergo, lib. 1. cui ego addo Iaſ. conſ. 140. Nodoſa admodum, col. 6. in 2. fundamẽto, lib. 2. qui etiam ferè in terminis loquitur, ad remouendum abſurdum, ne inquam Margarita neptis Bartholomæi ſuccedendo ab inteſta to eſſet proprietaria cum vſufructu cauſali, & bona nunquã amplius forent in agnatione de Pellettis, & non ſolũ eſſet melioris conditionis quam filiæ propriæ teſtatoris in vſufructu, ſed ẽt in proprietate, vt per eũ; omiſſa igitur diſputatione, cum Bartolo. Soc. qui admirabile† habuit ingenium, ſine difficultate ſentiendum eſt, eius enim opinionẽ veriſſimam eſſe cenſeo, cũque aliorum grauium Iuriſconſultorũ teſtimonio atque autoritate roborata ſit, conſulẽdo, ac iudicando durum quidem videretur ab ea recedere; is nanque Socinus non tantum exquiſita ſubtilitate, verum etiam intellectus nimia claritate præfulſit, & proinde eius concluſionib. plurimum deferendum exiſtimo, quæ per acutam quandam ſoliditatem ex ſubſtantia, ac medulla iuris ciuilis deſumptã contineat: non inficior Bald. Peruſin. maximam iuris ciuilis cognitionem fuiſſe conſequutũ, Franciſc. etiam Aretin. ambosque recõdita ſubtilitate leges ipſas exornaſſe, ſed liceat hoc mihi liberè proferre, hunc Bartolom. non inferiorem locum in iure ciuili interpretando, variasque intelligentias afferendo attigiſſe, ac ingenij acumine illuc penetraſſe quo pauci acceſſerunt, accedentque, imò accedere audebunt, qđ ſanè egregiũ videtur, in hac inquam facultate, quę hominũ famã perennem reddit præcellere, priſcisque illis Iuriſconſ. ac legum conditoribus proximos, & ferè æquales ſe oſtendere, qui orbẽ iuriſprudentiæ ſplendore illuſtrarunt, & veluti gẽmis orientalib. miro artificio celarunt: ſine hac etenim iuriſprudẽtia homines beluarum more vitam agerent, optimis inſtitutis ad bene beateque viuendum ſummo ſtudio, laboreque adinuentis recedentibus: ita vt orbis ſine legibus, iuſtitiæ norma & proinde veri ac boni, radijs lucidiſſimis orbatus conſpiceretur: vtque ad Socin. reuertar, tantam is cęlorum fœlicitatem attraxit, vt eius lucubrationes floridas, & velut rore quodam gelido matutino aſperſas emiſerit: ſed cur ego eius ingenij præſtantiam indicare ſtudeam, ſi Soc. Senẽſem Doct. vndique clarum, ac eximijs ornamentis pernitentem omnes de optimis litteris beneme riti, & qui eloquentiæ fluminib. claruere, ſuſpiciunt, ſummisq. laudibus extollere profitẽtur?

HYPOTHESIS.

Statuto exiſtente, teſtamentorum verba ad litteram prout iacent intelligi, vtrum diſpoſitioni huius textus locus detur, & pro parte affirmatiua concludi: Et l. 1. ff. de his quæ in teſtam. delen. ſuo nitori reſtitui.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, diſpoſitio, nunquid ſibi locum vendicet, ſi adſit Statutum mandans verba teſtamentorum ad litteram prout iacent, debere intelligi: Et Doctores negatiuam partem tenentes oſtẽdi, num. 1. ac num. 7. diſtinctionem quandam afferri, ſed num. 16. affirmatiuam comprobari: denique num. 37. poſſe congruam diſpoſitionem, vti veriorem in puncto iuris, ac rationabiliorem enunciari.*

2 *Statutum mandans teſtamenti verba ad litteram debere intelligi, omnem extenſionem reijcere: diſpoſitionemque ad benignum intellectum tũc minimè trahi.*

3 *Statuto diſtante, vt verba ad litteram intelligantur, ſub ſimplicibus caſum mixtũ non contineri.*

4 *Statuto diſponente verba ad litteram debere intelligi, argumentum à contrario ſenſu deſumi non poſſe.*

5 *Pupillarem tacitam ſubſtitutionem ſub expreſſa vulgari non contineri, ſtante dicto ſtatuto, quòd verba ad litteram intelligantur: Sed contradicentes afferri, num. 33. ibique communem Baldi opinionem comprobari.*

Statuti

6 *Statuti dictantis, quòd verba ad litteram intelligantur, ſenſum aperiri.*
7 *Conditionem ſi ſine liberis deceſſerit, per teſtatorem fuiſſe appoſitam, teſtibus probari poſſe.*
8 *Statutum reſpuẽs interpretationem gloſſationem, vel extraneum intellectum, friuolam tantum interpretationem remouere, non autem iuſtam, ac naturaliter neceſſariam.*
9 *Interpretationem iuſtam, & naturaliter neceſſariam, per legem poſitiuam tolli non poſſe.*
10 *Statutum reyciens interpretationem, non tollere interpretationem legalem, & intrinſecam.*
11 *Interpretatio intrinſeca ſtatuti, quæ nam eſſe dicatur.*
12 *Statuti intrinſecam interpretationem, tanquam ſubſtantialem, & inſeparabilem, idem quod ſtatutum eſſe.*
13 *Interpretationem euertentem, & tranſcendentẽ, ab inſtrumentis, teſtibus, & quolibet alio interpretabili remouendam eſſe.*
14 *Statutorum intelligentiam in ſubſtantia rationis conſiſtere.*
15 *Scriptum id eſſe intelligi, quod legi poteſt.*
17 *Stipulationes licet ſtrictè intelligendas, illam interpretationem recipere, vt ad caſum trahantur ſuper quo contrahentes interrogati, idem reſpondiſſent.*
18 *Interpretationem, aduerſus ſubauditionem tacitæ conditionis, Si ſine liberis deceſſerit, impiam & inhumanam videri.*
19 *Abſurdum à ſtatutis remouendum eſſe, quod vt reyciatur, interpretationem etiam extenſiuam permitti, quæ alias non admitteretur.*
20 *Superfluum magis, quàm abſurdum tolerari.*
21 *Abſurdum cum mediante interpretatione vitamus, interpretationem intrinſecam, ex mente que cenſeri.*
22 *Statutum mandans verba teſtamentorum ad literam debere intelligi, interpretationem illam non auferre, quæ ſi non fieret, abſurdus intellectus reſultaret.*
23 *Paternum naturalem ſtimulum erga liberos, plurimum vrgere.*
24 *Statutum mandans verba ad litteram debere intelligi, vbi mens certa eſt, non operari.*
25 *Statuta ſic interpretanda eſſe, ne à ſapiente valeant reprehendi.*
26 *Statutum dictans, vt ſtatuta municipij ruditer, & ad litteram intelligantur, idẽ ex Petr. de Anch. operari, quod clauſula appellatione remota.*
27 *L. fin. C. de edict. Diui Adr. remedium, quod ſcripto heredi competit, tacitè etiã ſubſtituto cõpetere.*
28 *Inſtrumenti præſumptionem, tenorem inſtrumenti appellari.*
29 *Inſtrumento dotis ex forma ſtatuti paratam executionem habente, eandem executionem tacita ſtipulationi ex lege ſubintellecta competere.*
30 *Præſumptionem legis, ſcripturæ æquiparari.*
31 *Argumentum de ſtatuto ad conſuetudinem valere: indeque inferri.*
32 *Statutum dictans verba ſtatutorum ad litteram debere intelligi, non tollere quin vnum ſtatutum per aliud impleatur.*
34 *Scriptum non minus intelligi, quod ex vi litteræ intrinſecus colligitur, quàm quod expreſsim ſine extrinſecus ſcriptum reperitur.*
35 *Vocatum cenſeri per ius accreſcendi venientem, non minus quàm ſi charactere litterarum ſcriptus eſſet.*
36 *L. 1. ff. de his quæ in teſtam. delen. intelligi.*
38 *Opinionibus Doctorum diſputatione illas enucleãtium, ſtandum eſſe.*

CAP. XII.

QVARTO Socinus de alia quæſtione meminit, nunquid huius legis, ac ſimilium diſpoſitio locum habeat, tacitaque cõditio, Si ſine liberis deceſſerit, ad ſubſtituti excluſionẽ ſubintelligatur, ſi in loco ſtatutum vigeat, q verba teſtamẽtorũ prout iacet littera ſine aliqua interpretatione intelligãtur;
1 Et in hac quæſtione prima † fuit opinio, conditionem prædictã tacitè non ſubaudiri, ita dixere, Io. Bapt. Caccialup. de S. Seuer. in d. l. generaliter, §. cum autem, q. 24. C. de inſtit. & ſubſt. & Io. Petrut. de Monte Sperell. in d. l. cum acutiſſimi, vbi hanc difficultatem ponit, licetque reſolutionem non afferat, cum tamen ſe remittat ad tradita per eum in l. precib. C. de impub. & al. ſubſtit. in quæſtione de tacita pupillari, quæ in expreſſa vulgari, nec è conuerſo huiuſmodi ſtatuto exiſtente ſubintelligatur, cum iſta opinione pertranſire videtur: idem etiã voluerunt inſignis Doctor D. Tho. Doccius Senenſis, qui ſua tempeſtate veritatis Doctor appellabatur, in eadem l. cum acutiſſimi, Alber. Brun. in tract. quòd ſtantib. maſcul. in 5. art. princ. q. 29. poſt num. 107. dicens eſſe de intentione Paul. Caſtr. vt per eum, Dec. in l. quamuis, num. 3. in fin. d. tit. de impub. & al. ſubſtit. ac Io. Crot. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 43. verſ. Secundò confirmo, ff. de liber. & poſthum.

Ad iſtam opinionẽ fundandã multa inducũtur, ſtatutorum reſtrictionẽ, ex hoc alio ſtatuto concernentia, nã Bal. in l. 2. nu. 8. verſ. Si autem deſiderant, C. de patrib. q fil. diſtrax. & in auth. ſi qua mulier, in vlt. not. n. 16. C. de ſacroſ. eccle. per huiuſmodi ſtatutũ, dixit nullam in ſtatutis
2 † extenſionẽ fieri, nec interpretationẽ niſi prout littera ſonat, idem Bal. in l. iubemus, §. fi. in 1. not. C. ad Trebell. Alexan. conſ. 45. Habita pro viribus, colum. 1. lib. 7. Iaſ. in l. qui filiabus, numer. 18. ff. de leg. 1. Pariſ. conſ. 49. Galaſſino, nu. 90. libro 3. Iacob. Menoch. conſ. 11. Dubitatur,

num.3.lib.1.conſ.215. Diu,nu.17.& 18.lib.3.cũ adductis per Auguſt. Bero.conſ.120. Et ſi ſuper dubitationibus,nu.74.lib. 2. Vultque Ang. ex dicto ſtatuto, ad benignum intellectum alia ſtatuta nequaquam trahi, niſi prout littera ſonat,
3 & proinde ſub ſimplicibus † caſum mixtum nõ comprehendi, qui aliàs contineretur, in l.ſi ita ſcriptum,ff.de liber.& poſthum.Curt.iun. conſil.6. Præſupponitur,col.4,in princ. Io.Crot. in d.§.& quid ſi tantum,num.43.verſ. Decima ſit
4 concluſio,Ceſſat etiam à contrario ſenſu† argumentum,ſecundum Bald.in l.2.nu.3.verſ.Item nota hic,C.de cond.inſert. & Panormit.in c.cũ Apoſtolica, col. pen. de his quæ fiunt à prælat. fin.conſ.Cap.Nec(vt dicebat Io.Petrut.de Mõte Sper.)ſub expreſſa vulgari ſubſtitutione pu-
5 pillaris tacita † tunc continetur,Bal.in l.precib. col.4.nu.15.verſ.Et nota quòd in quibuſdam, vbi Io.Bapt.Caccialup.de S.Seuer.num.10.C. de impub.& al.ſubſt. Alex.num.35.& Soc.ſen. nu.39.in l.1.de vulg.& pupill.vbi And. Alciat. num.143.Andr.Barbat.conſ.39.In hac dubitatione,lib.2.Corn.conſ.224.Non ſequendo ordinem,col.5.nu.11.lib.2.conſ.14.In præſenti cõſultatione,nu.8.eod.vol.Iaſ.conſ.50. Pro nobilibus de Auſuſio,col.2.poſt nu.3.lib.1. & conſ. 205.In occurrenti conſultatione,col.5.poſt nu. 3.verſ.Alibi dicit,lib.2.Alex. in l. poſt aditam, nu. 4.verſ.Alium caſum,d.tit. de impub. & in l. jam hoc iure,in princ.vbi Iaſ. nu.12.ff.de vulg. & pupil.rurſus Iaſ.in l.quamuis,vbi Dec.nu.3. & ipſe Dec.in l.fin.num.2. verſ. Saluari tamen poteſt,C.de edict.Diui Adr.toll.Albert. Brun. in d.tract.quòd ſtantib.maſcul.artic.5.princ.q. 29.ante num.107.Curt.iun.d.conſ.6. Præſupponitur,col.3.poſt num.7.verſ. Hinc dixit Bal. Io.Crot.in d.§.& quid ſi tantum,num.43.verſ. Nam ſtante dicto ſtatuto,Andr.Alciat.lib.2.de verb.ſign.num.65.in fin.Soc.iun.conſ.16. Excellentiſſimi Iureconſulti,num.6.lib.1. Rol. de Vall.conſ.62.Statuto veteri,nu.37.lib.3. dicẽs omnes Doctores cum Bald.tranſire, idem Rol. conſ.51.Viſo ac diligenter perlecto,nu.19.eod. vol.Iacob. Menoch.conſ.215.nu.17.lib.3. & in tract.de præſumpt.in 2.par.lib.4.præſump.36. num.45.Alexan. Trentacinq. de communi opinione atteſtans in tract. de ſubſtit. lib.1.cap.11. num.7.verſ.Secundus caſus eſt,& nu.9.verſ. & cum hac communi opinione, adhuc Iaſ. in d.l. qui filiabus,ſub nu.18.verſ.Facit bene, de leg. 2.Et ſecundum Bald.in l.maximum vitium, colum.4.num.9.C.de liber.præter. videtur prohi
6 bita† interpretatio ex mente ſeu ratione ad caſum non expreſſum, eſt enim ſenſus ſtatuti, vt ſola litteralis & grammaticalis expoſitio cõſtructionem,veritatemque ſermonis reſpiciens admittatur,idem Bald.in d.auth. ſi qua mulier,ac etiam alibi,& videtur tex.in l.1.§.legi,cum not. ibi,per Bar.ff.de his quæ in teſtam.delen.tunc. que ſubauditus intellectus non attenditur, nec mens non ſcripta,nec vltra verba attenditur ſiue comprehenditur caſus improprius, ſed verba propriè interpretanda ſunt, vt ſcribit Signorol.de Homod.conſ.101.Factũ ſic ſe habet, col. 2.& 4.in prin.pluraque alia poſſent afferri,quę breuitatis cauſa conſultò prætereo.

Cumque And. Barbat. elegans Doctor in d. l.cum autiſſimi,per 11.columnas articulum iſtũ latiſſime examinando,contrarium col.4.verſic. Et licet iſta ſint colorata,fol.18.C.de fideicom. firmiter concluſiſſet,propterea Socinus ſen.hic diſtinctione quadam, ſed vt videtur parum aut nihil neceſſaria vtebatur: Aut enim(inquit)verſamur in caſu, quo lex præſumit conditionem iſtam ſi ſine liberis expreſſam à teſtatore fuiſſe, ſed à ſcribente omiſſam, vt voluit Bart. in l.ex facto,§.ſi quis rogatus,col.1.ante num.2.ff. ad Trebell. & tunc dicto ſtatuto non obſtante conditionem ſubintelligi, rationemque in promptu adeſſe,cum iſta non ſit interpretatio,quę cadat ſub aliqua ſpecie interpretationum poſitarum per Bart.in l.omnes populi,in 6. q.prin.ff. de iuſtit. & iur. ſed ſit præſumptio probatoria, per quam probatur, quòd hoc teſtator expreſſit,ſed ſcriptum non fuit,quæ quidem præſumptio liquidiſſima probatio dicitur,l. licet Imperator,ff.de leg.2.l.ſi quis locuples, ff. de manumiſſ.teſtam.ſicut enim per teſtes† probari poſſet, teſtatorem huiuſmodi conditionem appoſuiſſe,prout habetur in l.1.§. ſin autem, & in l. quoties,ff.de hæredib.inſtit.ita ſimiliter per iuris præſumptionem,quæ liquidiſſima probatio cenſetur,vnde iſta non dicitur interpretatio litteræ,ſed prout iacet intelligitur, ſuppleturque ex ijs quæ iuris præſumptione à teſtatore dicta probantur,& non ſcripta, congruitque text. in l.non figura,vbi Ang.ff.de act.& oblig. Aut loquimur in caſu, quo teſtatorem de liberis non cogitaſſe præſumitur,d.l.generaliter,§.cum autem,& tunc ſtatuti verba ponderanda eſſe:Aut enim ſtatutum dicit, quòd teſtamenta interpretationem gloſſationem, vel extraneum intellectum nõ recipiant,exemplo ſtatuti de quo meminit,Bart.in d.l. omnes populi, tuncque conditionem prædictam ſubintelligi, quoniam friuola tantum interpretatio remota cenſetur, iuſta autem interpretatio naturaliter eſt neceſſaria,l.ſecunda,§. his legibus latis, & ibi Bald. ff. de orig.iur. idem Bald. in l. quicunque,columna quinta,ante num.18.verſic. Et iſta interpretatio,C.de ſeru.fugitiu. Ioan. de Imol.in l. Cæſar,ff.de publicanis,Curt.ſen.conſ.9.Ticinenſi ſtatuto,ante nu.26.Curt. iun.de cõmuni opin. atteſtans,d.conſ.6.col.4.poſt prin.n.7.& per le
8 gem poſitiuã†tolli non põt,Inſtit.de iur.natur. §.ſed naturalia,& ita dicit Bar.vbi ſupra in fin.

verſ.

verſ. Vltimo quæritur, per text. in l. 1. §. fin. & in l. 2. §. placet, C. de veter. iur. enucl. iuſta enim interpretatio debet & poteſt fieri, l. 1. C. de legib. l. ſi de interpretatione, ff. eod. tit. ſed iſta Papiniani interpretatio non eſt friuola, imò pia, plurimumque ab Imperatore laudata in d. §. cum autem, & in d. l. cum acutiſſimi, igitur per tale ſtatutum reiecta nõ cenſetur; Vnde inquit Bal. in l. ſi quis filium, verſ. Scias tamen, C. de liber. præter. quòd iſto caſu cenſetur prohibita interpretatio extrinſeca † quæ circumſcribi poteſt, 9
non autem intrinſeca ſine qua ſcena duci nõ poteſt, & quæ per legem fit, allegãs text. in l. in his, hoc tit. de condi. & dem. idemque ſcribit Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 15. verſ. Induco etiam, ff. ſi cert. pet. vbi num. 5. meminit de illo Dom. Ioãne Pagliarenſi de Senis Doctore maxime celebri, quem in quæſtione de nepte in ſuperioribus allegabam, dicens fuiſſe ſummum textualem, ac Baldi magiſtrum, vt ab ipſo audierat, congruuntque notata per eundem Bal. in l. cõmiſſoriæ, verſ. Quod ſemper intellige, C. de pact. inter empt. & vendit. ac etiam per Bart. in d. l. omnes populi, in 6. q. princ. vbi intelligit de gloſſa
10 hominis, † non autem legis, per tex. in l. quamuis, cum ibi not. ff. de in ius voc. & denique idẽ tradunt, Alex. conſ. 50. Viſis, num. 11. verſ. Nec obſtat, ac conſ. 80. Viſo, & opportunè animaduerſo, nu. 5. vbi de communi, lib. 1. Curt. ſen. d. conſ. 9. col. 7. num. 25. verſ. Licet enim, Carol. Ruin. conſ. 27. Viſo decreto, num. 11. lib. 5. Rol. de Vall. in tract. de lucro dotis, q. 35. Franciſc. Burſat. conſ. 12. Magnifica D. Blanca, num. 51. lib. 1. Iacob. Menoch. conſ. 5. Excitatum, num. 27. lib. 1. conſ. 227. num. 30. lib. 3. & conſ. 325. De prima propoſita dubitatione, nu. 23. & 24. lib. 4. ac D. Antonin. Teſſaur. deciſ. 269. Foſſanum ciuitas Pedemontium, nu. 12. Intrinſeca-
11 que interpretatio dicitur, quam ratio † & mens eiuſdem ſtatuti patitur, Bald. in l. maximum vitium, ſub num. 6. verſ. Nam cum ratio, d. tit. C. de liber. præter. Petr. de Anch. in rep. c. canonũ ſtatuta, circa fin. de conſt. idem Bal. conſ. 460. Ioannes, in fin. lib. 1. Iacob. Menoch. conſil. 11. Dubitatio, num. 19. lib. 1. quinimo iſta intrinſe-
12 ca † interpretatio ſtatuti, tanquam ſubſtantialis, & inſeparabilis idem eſt, quod ipſum ſtatutum, l. nominis & rei, §. verbum ex legibus, ff. de verb. ſign. Ioan. Crot. in d. l. omnes populi, nu. 183. remouetur itaque quædam interpretatio
13 euertens, & ſtatuti terminos tranſcendens, quã inſtrumenta, teſtes, & quodlibet aliud interpretabile reijciunt, l. fideiuſſores magiſtratuum, §. pro Aurelio Romulo, ff. de fideiuſſ. intellectus
14 enim ſtatutorum in ſubſtantia rationis † conſiſtit, l. 2. C. quę ſit long. conſuetudo, cum ſcriptura ſine mente nihil ſit, l. Diuus, ff. de milit. teſt. meritò ſcripturam per viuam rationem interpretamur, l. 1. §. veteres, ff. de acq. poſſ. mentemque magis quàm verba attendimus, l. cum mulier, ff. ſol. matrim. l. ſcire leges, ff. de legib. l. ſcire oportet, §. ſi maxime, ff. de excuſ. tut. Hinc ſępe dixit Bal. ſtatutorum intelligentiæ, & interpretationi, non verbis ſtandum eſſe, quem referendo ſequitur Io. de Amicis conſ. 138. In cauſa inquiſitionis, nu. 14. Aut ſtatutum loquitur, quòd teſtamentorum verba ad litteram intelligãtur prout iacent ſine aliqua interpretatione, vel ſubauditione, & in hoc tertio caſu ſcribit Socin. præcitatos Doct. tenere ſubauditionem huius tacitę conditionis locum ſibi non vendicare, procedereque Baldi opinionem in d. l. precibus, de tacita pupillari: interpretatio huius legis & ſimilium oculis non percipitur, ſed intellectu tantum, meritò reijcitur, cum ſcriptum di-
15 catur † quod legi põt, d. l. 1. ff. de his quæ in teſt. delen. Hieron. Grat. conſ. 46. Caſus ſatis clarus, nu. 12. lib. 1. conſ. 72. Pro reſolutione, n. 4. lib. 2. & in his terminis Andr. Sicul. ab alijs diſſentit.

Quid erit in hac difficultate dicendum? Soc. ſen. tacitam conditionem ſubaudiri concludit, & quòd ſecundum iſtam opinionem conſuluiſ-
16 ſet, iudicaſſetque, cum quo ego ſentiẽdum † exiſtimo, & ſi aliquis conſulendo, iudicandoq. ab eadem ſententia recedere auderet, grauiter fortaſſe errore laberetur, quam tres inſignes Moderni Iuriſconſulti comprobant & ſequuntur, ſcilicet Roland. de Vall. in d. tract. de lucro dotis, q. 25. nu. 7. verſ. Confirmatur hæc ſentẽtia, Simon de Pretis in tract. de interpr. vlti. volun. lib. 1. dubit. 2. ſol. 4. poſt num. 7. & Franciſ. Mantic. in tract. de coniect. vltim. volun. lib. 10. tit. 8. num. 12. quibus nunc Anton. de Padilla in d. l. cum acutiſſimi, n. 158. addendũ cẽſco. Ad hanc ſententiam fundandam plura & quidem efficacia induci poſſent, ſed ex multis pauca efficaciora atque vrgẽtiora afferam: Primò moueor, nã
17 ſi in ſtipulationibus † in quibus ſtricta fit interpretatio, nec ad caſum non comprehenſum extenſio admittitur, l. quicquid adſtringendæ, §. Chriſogonus, ff. de verb. obli. iſta interpretatio recipitur, l. tale pactũ, in fin. ff. de pact. cur non idẽ erit in ſtatuto? arg. notatorũ per glo. & Bal. in l. cuſtodiã, ff. de peric. & cõmod. rei venditæ, ac etiã per Lud. Rom. conſ. 105. Viſo themate propoſito, col. 2. in prin. verſ. Secũdò quia ſemper, conſ. 392. Circa primum, col. fi. in fin. verſ. Tertio certũ eſt, & conſ. 439. eiuſdẽ initij, col. 2. verſ. Quarto non eſt dubiũ, arguendo inquam de ſtipulationib. ad ſtatuta, vt ſemper ad caſum ẽt non expreſſum trahantur, quando veriſimiliter ſtatuentes idẽ ſtatuiſſent, ſi de illo caſu omiſſo interrogati fuiſſent, prout in huiuſmodi ſtatuto argumẽtatur Curt. ſen. d. conſ. 9. Ticinẽſi ſtatuto, col. 4. num. 16. verſ. Et pro iſta parte, ac Curt. iun. cõſ. 6. Præſupponitur, col. 2. ante n. 3.

Secundò,interpretatio ex hoc Reſponſo pietatis coniectura inducitur, acetiam humanitatis intuitu,d.l.generaliter,§.cum autem,contra
18 ria igitur interpretatio † impia & inhumana dicetur;rurſus in d.§.cum autem,intellectum iſtũ optimum eſſe dicit,repetitque Imperator,contrarius ergo iniquiſſimus dici poterit, cognito enim vno ex contrarijs, & reliquum dignoſcitur,l.1.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur.hancque iniquitatem contrariæ interpretationis vltra Socinum ſeniorem hic in 4. q. extra Bartolum,conſiderat etiam Socin.iun.conſ.128. Præſentis conſultationis materia,colum.6.numero 28.verſ.Accedat octauo,lib. 1. dicta itaque interpretatio reiecta non intelligitur, ne tales abſurditates exurgant, quæ à ſtatutis ſunt elimi-
19 nandæ, vnde interpretatio etiam † extenſiua permittitur aliàs prohibita,l.ſcire oportet,§. aliud,ff.de excuſ.tut.l.ſed & ſi quis,§.quæſitum, ff.ſi quis caut. Bald.in d.l.omnes populi, col.9. & in l.quicunque,ante num.18.C.de ſeru.fugitiu. Bart.in l.non dubium, num.10.11. & 12. C. de legib. Iaſ.in l.diuortio, in princ.in 5.not.ff. ſol.matrim.Alexan.conſ. 80. Viſo & opportunè animaduerſo,colum.4.verſ. Confirmatur,libro 1.Carol.Ruin. conſ. 43. Statuto Florentino,col.4.num.6.& 7.lib.3. Socin. iun.conſ.10. In cauſis,num.20.lib.4. Et dixit Bal.in l. terminato,num.13.in fin.verſ. Porrò vt illud ſtatutũ, C.de fructibus, & litium expenſ. ſtatutum eſſe intelligendum ſecundum ius commune, vbi aliter intellectum induceret abſurditatem,vel contra æquitatem ſcriptum eſſet,per text.in l.2.C. de noxal. indeque deſumitur, ſuperfluitatem
20 potius † tolerandam eſſe, quàm abſurditas inducatur. Et Raphael Cuman.conſ.127. Viſa copia teſtamenti,circa med.verſic. Non enim, & conſ.146.Simon Helias,colum.2.in princ.verſic.Quia ſtatutum illud,temperandum eſſe ſtatutum ſcribit,ne ſit iniquum,Curt.iun.conſilio 129.Præſupponitur in facto, num.4. quæ quidem abſurditas inde etiam emergeret, ſi interpretationem,quæ mentem teſtatoris amplectitur iuxta laudatiſſimam Papiniani Iuriſconſulti intelligentiam reijceremus, cum omnia iura clament,in primis teſtantis voluntatem,animũque ſeruandum eſſe,l. in cõditionibus primum locum, hoc tit. legesque voluntatem teſtantis, ſicut venator leporem,ſectentur,vt latiſſimè deducit,ac cumulat Hieronymus Zanch. in rep.l. hæredes mei,§.cum ita,num.133.ff.ad Trebel. Ideo notabiliter dixit Ioannes de Imola, in l. ſi verò,§.de viro,ff.ſol.matrimon. quòd cum me
21 diante interpretatione † abſurdum euitamus, dicitur ex mẽte interpretatio,& intrinſeca,quæ nunquam reiecta cenſetur, arg.d. l. ſcire oportet, §.aliud. Vnde ſequitur veriſimile non eſſe, ſtatuentes voluiſſe, vel teſtandi facultatem tollere,vel coanguſtare, vt not. in l.ſtipulatio hoc modo concepta,de verborum oblig. ſed ſuprema voluntatis, poſtquam homines iam aliud velle non poſſunt, liberum debere eſſe ſtylum, & licitum quod non redit arbitrium, l.1. C.de
22 ſacroſ.eccleſ. Et quòd ſtatutum † mandans teſtamentorum verba debere ad litteram intelligi,interpretationem non tollat,vbi aliàs abſurditas, ac prauus intellectus reſultaret, tenent, Dec.conſ.475.In cauſa quæ Mantuæ,num.37. Natt.conſ.52.Vt oſtendatur,num.10.lib.1. Simon de Pretis in tract. de interpr. vltim.volun. lib.1.interpr.1.dubit.1.col.4.num.7.& infra,ac num.11.Antonin. Teſſaur. in deciſ. Pedemon. 269.Foſſanum Ciuitas Pedemontium,num.5. verſ.Tamen illud.

Tertiò,non videtur ſtatutũ permiſiſſe,quòd iniuriam pater legibus faciat & naturæ, ac more hominis inſani erga liberos charitatem depo
23 nat,vrget enim† naturalis paternus ſtimulus,l. amiciſſimos,in fin.ff.de excuſ.tut. Io.Campeg. in tract.quòd ſtantib.maſcul.q.25.nu.124. ſed conditionem iſtam non ſubintelligendo, legibus iniuriam pater inferret,ac ipſi naturæ, illaque naturalis pietas tolleretur,meritò non cenſetur reiecta.

Quartò facit doctrina Io.Andr.in c.pro poſſeſſore,de reg.iur.lib.6.& in addit.ad Specu.in rubr.de ſucceſſ. ab inteſt. ac etiam Baldi in d. l. non dubium,col.3.aſſerentium, ſtatutum iſtud
24 † vbi mens certa eſt nõ operari, quos ſequitur Curt.ſen.d.conſ.9.poſt num.25. cum adductis per Carol.Ruin.conſ.15. Quoniam ad excluſionem,num.11.lib.3.Sed hæc interpretatio ex certiſſimis coniecturis mentis teſtatoris, & ex certis ac pulcherrimis legibus prouenit,meritò ſtatutum eius reiectionem non operatur.

Quintò,nam ſtatuta ita interpretanda ſunt,
25 ne à ſapiente poſſint†reprehendi,l.Saluius Ariſto,ff.de legat.præſtan.& poſt Socin. ſen.conſ. 63.In cauſa vertente,col.5. ibi,Statuta autem, lib.1.tradit Io.Cephal.conſ.76.Illuſtris D.nu. 89.& conſ.146.Tria ſunt,nu.20.lib.1.idem etiã poſt vtrunque Socin.ſen.ſcribit Albert. Brun. in tract.quod ſtantib.maſcul.art. 5.q. 29.num. 14.& tradunt, Bald.conſ. 89. Per ſtatutum prohibetur appellatio,lib.4. Corn.conſ.44.Deueniendo ad primum,lib.4. Soc.iun.conſ.15.Duplex inſpectio,num. nono,libro primo,& conſ. 10.In cauſis,num.19.lib.4.Sed huiuſmodi reiecta interpretatione ſapientiſſimi Papiniani ab Imperatore maximis encomijs ſuſcepta, ſtatutum à ſapiente reprehendi poſſet,meritò rationabiliter admitti debet, ne quod Imperator bonum,ac laudabile exiſtimauit, illud proinde latius,& pinguius interpretando, à dicto ſtatuto turpiter quodammodo,ac indigne excludatur, ſiue explodatur.

Sextò

Sextò congruit ſingularis autoritas Petri de Ancharano conſ. 102. Contra dictam donationem, colum. prima, in princ. verſ. Illa autem interpretatio reſtrictiua, vbi ſtatutũ diſponebat, ſtatuta municipij debere ruditer, & ad litteram pront iacebant intelligi, poſtque allegationem doctrinæ Bartoli in d. l. omnes populi, volentis ſtatutum iſtud modicum operari, probabilius eius vim, atque efficaciam declarando, dicit ipſe, huiuſmodi ſtatutum illum effectum operari
26 quem† clauſula appellatione remota operatur, vt inquam ſublata intelligatur in caſibus in quibus appellatio expreſsè à iure conceſſa non reperitur, cap. paſtoralis, de appell. ſed hæc interpretatio, & ſubauditio expreſſe conceditur per hoc Reſponſum, & alias ſimiles leges, igitur reiecta nequaquam cenſetur.

Septimò, remedium ex l. fin. C. de edict. Diui Adr. tollen. hæredi ſcripto competit, & tamẽ
27 tacitè† ſubſtituto conceditur, Bald. ibi in prima quæſt. Iaſon. num. nono, Dec. nu. 27. Curt. num. 50. Sebaſtian. Sapia, num. 73. & Vbertin. Zuchard. num. 187. verſ. Ampliatur iſta concluſio, & poſt num. 189. vbi de communi opinione atteſtatur, idem ſcribit etiam Franciſc. Aretin. in l. ſi in teſtamẽto, colum. fin. verſ. Pro hac etiam concluſione, ff. de vulg. & pupill. & is de communis atteſtans, quem ſequitur Andr. Barbat. in l. cum acutiſſimi, colum. 68. in fin. verſic. Item voluit ibi Baldus, quam tacitam pupillarem ſubſtitutionem contra verborum ſignificationem lex ſubintelligit, præſumit enim teſtatorem, ſi de alio caſu cogitaſſet, voluiſſe ſubſtitutum vocari, vt Vdalric. Zaſius in tract. ſubſt. fol. 3. in fin. declarat.

Octauo, per text. in l. iuris gentium, §. quod ferè, ff. de pactis, vbi cõſtat præſumptionem ex
28 inſtrumento ſumptam, tenorem † inſtrumenti reputari, pro quo etiam §. ſi ita ſcriptum, Inſti. de inutil. ſtipul. l. ſciendum, ff. de verbor. oblig. & l. prima, ff. de vſuris, Et ideo Bald. in l. ad probationem, la prima, ante num. 2. verſ. Sed contrarium, C. de prob. in l. prima, §. & vt plenius, num. 3. verſ. Et nota, C. de rei vx. act. Et in d. l. prima, vbi Ioan. de Imol. & Raphael Cuman. ff. de his quę in teſtam. delent. voluit quòd ſi in-
29 ſtrumentum dotis † ex forma ſtatuti paratam executionem habet, pro tacita etiam ſtipulatione quæ à lege ſubintelligitur eandem executionem habebit, idemque tenuerunt Alexand. de communi opinione atteſtãs in dicto §. quod ferè, num. decimo, Franciſ. Aretin. in d. l. ſi in teſtamento, columna ſecunda, verſ. Ex quo videtur decidi, Iaſon. colum. ſeptima, num. vndecimo, verſ. Pro opinione Ludouici Romani, & Dec. num. 9. in l. certi condictio, in princip. ff. ſi cert. pet. rurſus Iaſon. in §. fuerat, columna vndecima, num. 58. Inſtit. de act. Alexand. conſil. 126. Repetitus in cauſa, num. ſeptimo, libro 6. Bald. Nouell. in tract. de dote, in 6. part. priuil. 2. colum. 3. & priuileg. 7. columna prima, poſt medium, & poſt Socinum ſeniorem, cum præcitatis pertranſit Aym. Crauet. in tract. de antiq. temp. par. prima, cap. quarto, incip. Ampliatur nunc, num. 40. verſic. Ad idem facit, fol. 34. Baldusque in d. l. ad probationem, dicit ſe ita conſuluiſſe, & primum fuiſſe quod vnquam dederit ex commiſſione iudicis de cauſa dubitantis: faciuntque notata per eundem Bal. in l. vbi adhuc, num. 17. & 18. C. de iur. dot. ac argumentum cõgruit quo Quintus Saturninus vſus eſt, in l. ſi duo patroni, §. pen. ff. de iur. dot. pro eademque opinione, Franciſc. Aretin. in prælegata, l. ſi in teſtamento, colum. fin. verſ. Pro iſta concluſione, inducebat textum valdè not. & ſimilem in l. etiam, C. de iur. dot. quem ibi valde notat Baldus.

Nonò, facit tex. in l. quicũque, C. de apoch. public. vbi Lucas de Penna num. 3. lib. decimo,
30 ex quo elicitur, legis præſumptionem † ſcripturæ æquiparari, quod etiam ſcribit Iaſon. in d. §. fuerat, num. 59.

Decimò, ex quo ſtatutum generaliter interpretationem prohibet, & non in certis caſibus, cum ſit contra ius naturale, vt eſt dictum, irrationale præſumitur, niſi iuſta cauſa poſſit oſtendi: ſicut de conſuetudine dicimus, cap. cum veniſſent, de eo qui mitt. in poſſ. cau. rei ſeru. & de
31 ſtatuto ad conſuetudinem † argumentamur, iuxta doctrinam Barto. communiter approbatam, in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. Curt. iun. conſ. 6. Præſupponitur, num. quarto, conſ. 171. Materia præſentis conſultationis, numero ſecundo, & de ſtatuto contra ius naturale ad conſuetudinem argumentatur Socin. iun. conſ. 101. Inſpectis, num. decimo, & infr. libr. 2. ſi autem ex aliqua iuſta cauſa (vt dicebam) prohiberetur, ſecus eſſet, quo caſu loquitur text. in cap. exijt qui ſeminat, §. certum, ad fin. de verb. ſign. ex quo enim de iure naturali eſt, non põt niſi ex cauſa tolli, ſecundum Docto. in l. fin. C. ſi contr. ius, vel vtil. public. Anton. de Butr. in cap. quæ in Eccleſiarum, extr. de conſt. cum igitur ſit hæc interpretatio, pia, humana, optimoque intellectu inſerta, ex dicto ſtatuto prohibita non intelligetur.

Vndecimo, & vltimo adſtipulatur, quod tradidit Petr. de Anchar. conſ. 422. Viſo puncto, proceſſu, & pluribus ſtatutis, columna ſecũda', in princ. verſ. Ad hoc dico, cui aſſentitur Dec. in l. fin. nu. 3. verſ. Et licet ſtatutum, C. de eden.
32 ſcilicet huiuſmodi ſtatutum † non tollere, quin vnum ſtatutum per aliud impleatur, igitur multo minus prohibere quin eius virtute intrinſeca declaretur, ac indiuidua ſubſtantialique intelligentia, mente, ac ſenſu interpretetur.

Non

Non obstat quod ex Baldi sententia de taci-
33 ta pupillari dicebatur,eius nanque dictum †du bitabile videtur,contrariumque voluerunt,Io. de Imol.in cap. Raynutius,fol.13.numero 119. versic.Et aduerte,extr.de testam. Curt.iun.nu. octauo,& Ioan.Coras.in l.quamuis,num. septi mo,& 13.C.de impub.& al.substit.Andr. Barbat.in d.l.cum acutissimi,colum.65.num. 167. & 169.ibi, Faciat quod voluit Dominus meus Ioan. de Imol. C. de fideicommiss. Socin. sen. hic.colum.58.post princ.vers.Propter quę, Io. de Imol.Franc.Rip.in d.l.prima, num. 172. de vulg.& pupill.substit. Vbertin. Zuchard. in d.l. fin.num.109.& nu.334.C.de edict. Diu.Adria. toll.licet à Baldo non audeat in totum recedere,cum eius opinio secundum Socin.sen.in d.l. prima,num.36.versic.Nonò limita,communis videatur,idem etiam tenent, Lancell. Polit. in tract.substit.in materia vulgaris,in 3.declar.secundi effectus,Iacob.Menoch.in tract.de adip. poss.remed.4.num.225.& consil. 325. De prima proposita dubitatione,num.31.lib. quarto, videturque pertransire,Alexand.consil.50. Visę,num.vndecimo, lib. primo , dum Ioannem de Imola ad hoc propositum refert,mouebatur Imola,quia statutum istud friuolam tantum interpretationem respuit,ex dicta Bartoli autoritate in l.omnes populi,colum. decima,ibi, Sed si cauetur,vbi Iason.colum.2.versic. Tu tamen aduerte.

Sed communem Baldi sententiam retinendo,à qua discedendum in responsis , & iudicijs non fore existimo, dupliciter respõderi potest , Primò,quòd aut interpretatio simpliciter ex lege fit,absque eo,quòd vlterius fingẽdo, vel prę sumẽdo hominis factum intercessisse procedat, & isto casu vera sit Baldi opinio de tacita pupillari,quę simpliciter inducitur vlterius hominis factum non præsumendo,sed ea ratione, quòd si testator interrogatus fuisset, pupillo in illum quoq. casum prouidisset,& consequenter tunc statutum istam tollat interpretationem. Aut volumus, quod si testator cogitasset disposuisset, & quoniam disposuisset, lex præsumendo decernit plus dictũ per testatorem, & minus scriptum fuisse,cum Papiniani hoc responsum Imperator sic declaret in d.l.generaliter,§.cum autem,& isto casu interpretatio nequaquam tollatur,resistente potentiori legis virtute, ob cõcursum præsumptæ dispositionis testatoris,per vocis organum,ibi, Quod minus scriptum quã dictum fuerat inueniretur.

Vel secundo dici potest,quod non mirũ si in casu tacitæ pupillaris, statutum eius subintelligentiam auferre creditur,testator enim de liberis cogitauit, & cogitando in vnum casum tantum prouidit, in alium casum lege ipsa prouidẽte,nonnullis regulis iuris communis obsistenti bus: sed in casu dictæ l.generaliter,§.cum autẽ, testator nullo modo de regulis cogitauit, ideo potentior, atque efficacior coniectura oritur, quàm ex l.iam hoc iure,ff.de vulg. & pupill. & sic plenius lex prouidit, adeo quod dispositio, siue eiusdem iuris interpretatio difficilius tollitur,nec isto casu regulæ illę reluctantur,imo uis iuris naturalis concurrit,atque ciuilis æquitas: maximè,quia testator in casu tacitæ pupillaris substitutionis, potuit etiam de statuto verisimiliter cogitare, dum prouidendo , alium casum omisit,secus vero vbi nullo modo cogitauit, d. l.generaliter,§.cum autem, ibi,Et intelligentẽ, non esse verisimile patrem si de nepotibus cogitauerit,talem feciisse substitutionem : & propterea de casu ad casum,tanquam ex diuersis inferri non potest .

Denique non repugnat,scriptum censeri, q̃ legi potest,d.l.prima,cumque statutum ad scripturam testamenti se referat , interpretatioque ex non scripto procedat,vt in hoc responso,ibi Quod minus scriptum , sequitur quod cui non cõueniunt verba statuti , non competat eius dispositio,l.prima,§.loquitur,ff.de magistr. conuen.l.quarta,§.roties,ff.de damn.infect. Ex mẽte enim glossæ in prælleg.l. prima , responderi
34 potest , id quod intrinsecus † ex ipsa littera intelligitur,vel ex vi ipsius litteræ scriptum videri quod constat etiam ex textu in l.cum filio, iuncta l.si in testamento,ff. de vulg. & pupill. nam per hæc verba,quisquis mihi hæres erit , hæres scriptus vocari intelligitur,d.l.cum filio, & vocatus nihilominus creditur veniens per ius ac-
35 crescendi, nõ minus † quàm si charactere litterarum scriptus esset,dict.l. si in testamento, vbi Franciscus Aretinus , & quicquid sibi voluerit Ias.in l.qui liberis,§. hæc verba , post num. 13. colum.penult.d.tit.de vulg.& pupill. idem scripsere Sebastian.Sapia, num. 66. & Vbert. Zuchard.nu.162.in d.l.fin.C.de edict. Diui Adriani tollen.

36 Ego ad textum † dictæ l.1. glossæ dictũ comprobando, aliàs dicebam , plurimum differre, an aliquid legi posse dicatur,an vero scriptum, & Vlpianum rectè intelligere , non posse legi , quod scriptum non est, lectio enim requirit, vt quod scriptum est oculis perspiciatur, istud tamen non conuertitur,vt scriptum non sit,quod legi oculariter non potest , nec ibi probatur , si verba Iurisconsulti rectè ponderentur , si ergo extrinsecus aliquid intelligatur, non videtur legi posse, quia oculari inspectione non comprehenditur,non autem quod scriptum non videatur,si intellectualiter, ac comprehensiue ex vi, aut ratione intrinseca scripturæ eliciatur , d. l. nominis,& rei,§.ex lege,faciuntque erudite ad hoc propositum tradita ab Alexandro de Imo. d. cons. 126. Repetitus in causa Andreæ de Armis,

mis,num.quarto,vſque ad num.13.& ſic ad finem conſilij, lib. 6. Sed tamen cogitandum relinquo: cumque materiam iſtam ad reſolutionẽ alterius quæſtionis alibi declarauerim, ideo fuſius hic non inſiſtã: ſed concludendo,ſequor
37 opinionem hanc † contra Ioannem Baptiſtam Caccialupum,& alios præcitatos, vti veram in puncto iuris,valdeque rationabilem,quàm Andreas Barbatia, non ſolum tenuit in præcitata l.cum acutiſſimi,vt ipſum quoque refert Anto. Gabrielius Roman.libro quarto, de fideicom. concluſ.ſecunda, nu.31.in 17. ampl. ſed etiam in eius ſolenni rep.cap.in præſentia,colum.47. prope finem,verſ.Ego dixi,extr.de prob.videturque idem ſenſiſſe Iaſon. in dicto §. fuerat, ante num.64.dum ſe refert ad dicta per Barba. in ead. l. cum acutiſſimi, Diſcuſſo itaque congruenter articulo, veritatem ſcaturientem,ſplẽdoreque ornatam intueri poſſumus, tanquam Solem ad Oriẽtem,excuſſis nubibus,atque vaporibus, potens enim in omni facultate diſceptatio viſa eſt, & in hac maximè, quam ius ciuile appellamus,efficit certè ipſa diſceptandi ars, vt partiri ſciamus, ac definire, & ambigui partitiones diuidere, argumentorumque locos noſcere, argumẽrationemque ipſam concludere, & videre quæ ſumenda in argumentando ſint, quidque ex ijs quæ ſumpta ſunt efficiatur,& vera (quod præcipuum eſt) à falſis,veriſimilia ab incredibilibus dijudicare, & diſtinguere,& aut male ſumpta,aut male concluſa reprehendere, cui quidem arti ſi cum Dialecticis incumberemus,& cum Oratoribus dilucidè, ac nitide res explicaremus,ab hoc iure tot peruerſas ſententias abijceremus, & ſine erroribus deterſa omni caligine ipſum, vt decet, coleremus ad iuſtitiam exercendam,quæ ex ſiniſtris intelligentijs ſæpè opprimitur. Periculoſum igitur ac pertinax illorum propoſitum exiſtimo, qui ſine diſceptatione,ac guſtu ſcientiæ, admirabili quadã cum ſecuritate ſtatuere aliquid & determi-
38 nare audent: illis autem † inhærendum, qui diſputationibus,atque indefeſſis vigilijs, iuris cõcluſiones ex penetralibus legalis ſcientiæ extrahunt: vt autumari facile poſſimus Doctorem diſcuſſione propoſitas quæſtiones abſoluentẽ, cauſas omnes inſpexiſſe, & non fortuitu,atque imprudẽter,imo cęcis oculis, vel obtuſo animi motu,in inſanas,acerbasque ſententias prorupiſſe: nec propterea eminentium Iuriſconſultorum qui ſcientia,ac doctrina rutilant,autoritatem ſpernendam fore cenſeo, ſunt nanque plurimi, qui certa ſoliditate, ac ſtricto dicendi genere vtuntur,vt poſthabita rationum,ac legum pugnantium controuerſia, reſolutas quæſtiones afferant, ac ſimplicibus Doctorum dictis, veluti oraculis firmiter innituntur: quod ſi laudedignum videatur, glorioſius, & longe præſtantius erit, in iure ciuili interpretando, ſcribendoque ingenij luminibus prælucere.

HYPOTHESIS.

Aliam Quæſtionem Pauli Caſtrenſis in d. l.cum acutiſſimi,columna ſecunda,num.ſexto, verſic. Pone quòd inſtituo meum filium, C. de fideicommiſſ. caſusque per ipſum, atque exinde Socinum ſeniorem hic diſtinctos, admodum perpendi,ac denique definiri.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator filium inſtituit, & poſt mortem Titium nepotem ex ipſo filio inſtituto, grauatoque ſubſtituit, deceſſit filius relicto Titio,aliisque filijs eiuſdem Titij germanis,Titius ſubſtitutus bona ante iure fideicommiſſi habere vult quæ reſtituenda veniunt, dimidiam ſcilicet hæreditatis, in alia inſuper dimidia quæ ad filios, & hæredes grauati pertinere debet vigore legitimæ grauatæ debitæ, ac Trebellianicæ, quæ dimidiam faciunt concurrere intendit: alij nepotes germani dicti Titij ſubſtitutioni locum non eſſe dicunt, quæritur quid iuris: Super quo Socinus ſen. nonnulla primum præmittendo, vt nu. 2. tres caſus conſideranit. Primum, quando teſtamenti tempore ſolus Titius progenitus eſſet, deindeque omnes alij nepotes naſcerentur, tuncque ſubſtitutionem expirare concluditur, omneſque pariter admitti, num.13.& 22.Secundum,quando omnes tempore teſtamenti nati eſſent, & tunc alios debere excludi, num. 24. Tertium, cum aliqui eſſent nati teſtamenti tempore, aliqui autem poſtea naſcerentur, fideicommiſſumque tunc deficere, num. 26. eiuſdemque Socini quandam aliam diſtinctionem reijci, num. 20. Primique caſus concluſionem ampliari, etiam ſi grauatus vxorem iuuenem, & fecundam haberet, vt facile poſſet conſiderari plures filios pariturum, num.23.*

3 *L.cum auus,diſpoſitionem exorbitantem eſſe,proindeque extendi non debere.*

4 *Extẽſionem à paritate rationis, de caſu ad caſum fieri poſſe.*

5 *Extenſionem de perſona ad perſonam, etiam ex veriſimili teſtatoris mente ſecundum Franciſc. Aretin. non fieri: quantumuis materia fauorabilis ſit: Sed Aretini deciſionem tutam nõ eſſe, num.6 illamque multis modis declarari, nu. 7. 9.10.11.& 12.*

8 *Rationis identitatem,comprehenſionem, non extenſionem inducere.*

14 *Praeteritione poſthumi ignoranter rupto teſtamento,legata,per Auth.ex cauſa,C.de liber. praeter. non conſeruari,& nu.16.idque ampliari,nu.27.*

15 *Ius quæſitum facilius retineri, quam ius quærendum acquiratur.*

17 *L. pen. de iur. codicill. interpretari, ac num. 31. ipſamque ex varijs coniecturis limitari, nu. 29.*

18 *Donationem ex l. ſi vnquam, C. de reuocan. don. ſi filij aliqui nati erant, & aliqui poſtea fuerunt ſuſcepti reuocari, & num. 28.*

19 *Gloſſam in l. Titius, in princ. in verb. Opertere, ibi, An inſtitutione generali, ff. de liber. & poſthum. à pluribus communiter reprobari.*

21 *L. ſi mater, C. de inoffic. teſtam. intelligi.*

22 *Aequalitatem inter liberos ſeruandam eſſe; indeque ad plura inferri.*

25 *Conditionem, ſi ſine liberis maſculis deceſſerit, fœminas excludere.*

30 *Paternam affectionem, promiſſionibus filiorum ſemper intentam eſſe.*

CAP. XIII.

1 VINTO quærit Socinus hic colum. 59. Teſtator filium † inſtituit, & poſt mortem Titium nepotem ex ipſo filio inſtituto, grauatoque ſubſtituit: deceſſit filius relicto dicto Titio alijsque filijs eiuſdem Titij germanis, Titius ſubſtitutus bona auita iure fideicommiſſi habere vult, quæ reſtituenda veniunt, dimidiam ſcilicet hereditatis, in alia inſuper dimidia quæ peruenire debet ad filios hæredesque grauati vigore legitimæ, grauato debitæ, ac Trebellianicæ, quæ dimidiam faciunt, concurrere intendit. Alij verò nepotes germani dicti Titij ſubſtitutioni locũ non eſſe dicunt, grauatus enim cum liberis deceſſit, in talique fideicommiſſo, ſi ſine liberis conditio appoſita cenſetur, vt in hoc text. cum ſimil. omnes igitur dicti nepotes ex grauato deſcendentes, veluti hæredes grauati pariter ſuccedere videntur, vt ſubſtitutio ceſſare debeat.

In hac quęſtione Socinus antequam ad eius deciſionem progrediatur; quoddam promoni
2 torium ob oculos ponit, vt vniuerſaliter † indiſtinctęque dicendum ſit, huius legis, ac ſimiliũ diſpoſitionem hoc caſu ſibi locum vendicare non poſſe, non enim ſimpliciter aſſerere valemus conditionem, ſi ſine liberis, tacite ſubintelligi, ex quo ſubſtitutio facta eſt grauato cum filio decedente, vt nec poſſimus dicere eum ſine liberis decedere, l. prima, C. de condit. inſert. neceſſario itaque confitendum, conditionem ſub intelligi, ſi deceſſerit abſque alijs filijs præter ſubſtitutum, hoc autem iure cautum non repe
ritur: cumque huius legis diſpoſitio exorbitãs
3 ſit à iure communi, vt Socin. ſen. hic inquit, ac etiam tradunt Ioan. de Imol. in l. filio præterito, colum. 9. verſic. Item non obſtat ratio, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. Franciſc. Aretin. in d. l. generaliter, §. cum autem, ad fin. Andr. Barbat. in d. l. cum acutiſſimi, colum. 43. verſic. Dicit etiam, Dec. conſ. 416. In teſtamento, col. 2. Curt. iun. conſil. 33. Præſupponitur in facto, nu. octauo, verſic. Confirmantur præmiſſa, in hoc omnes conuenire affirmans, & Socin. iun. conſil. 128. Præſentis conſultationis materia, num. 35. verſic. Tertia concluſio, libro primo, dicens iſtud omnes Doctores ſequi, atque fateri, Anton. de Padill. in d. l. cum acutiſſimi, ante num. 8. verſ. Eſt autem, & ante num. 27. Ioan. Maria Riminald. conſil. 183. Viſa facti narratione, num. 19. in fin. lib. primo, & Ioan. Vincent. de Anna, allegat. 10. In cauſa Magnifici Angeli, num. 9. lib. primo, non debet ad alios caſus extendi, imo reſtringenda eſt, vt non procedat niſi quatenus extenſa reperitur, l. quod vero, l. in his, ff. de legib. l. ſi vero, §. de viro, vbi Doctor. ff. ſolut. matrim. & in cap. quæ à iure, de regul. iur. in 6. Doctor. in Auth. quas actiones, C. de Sacroſ. Eccl. quod tradit Ioan. Maria Riminald. d. conſ. 183. num. 14. d. volum. primo.

Huic rationi ipſe reſpondet, quòd cum eadẽ ratio adſit, ſi enim cogitaſſet plures alios nepo
tes naſcituros eandem ſubſtitutionem feciſſet, per rationem d. l. cum acutiſſimi, à paritate igi-
4 tur rationis † extenſio fieri poteſt, iuxt. not. per Bart. in l. ſi conſtante, num. 38. d. tit. ſolut. matr. Nec obſtat ſi diceretur, quòd licet extenſio ob rationis identitatem fiat de caſu ad caſum, l. ſi mater, C. de inſtit. & ſubſtit. tamen extenſio de perſona ad perſonam nunquam permittitur,
5 etiam ſi veriſimilis mens teſtatoris † militet, Franciſ. Aretin. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, colum. 3. ff. de libe. & poſthum. Dec. in l. illam, num. 11. C. de collat. & conſil. 211. Subtilis eſt caſus, num. quinto, conſil. 218. In caſu, num. 9. conſil. 377. Viſis, num. tertio, ac conſil. 697. His ſtantibus, num. 13. Roland. de Vall. conſil. 43. Negari non poteſt, num. 49. lib. quarto, Etiam ſi materia fauorabilis ſit, idem Franc. Aretin. in l. Titius, in princ. colum. ſecunda, d. tit. de liber. & poſthum. Socin. ſen. conſ. 93. Teſtamentum præmiſſum, col. 4. lib. 4.

Nam reſpondetur, Aretini prædictam deci-
6 ſionem tutam † non eſſe, ibique contrarium tenent, quòd inquam ſi ratio, & mens diſponentis eadem conſideretur, extenſio fiat, Ang. col. tertia, Fortun. Garz. num. 86. verſ. Huic regulę, Ioan. Crot. num. 27. verſ. Limitatur iſta concluſio, Iaſ. in d. l. Titius, §. Lucius, nume. ſeptimo, verſ. Tamen contra iſtam limitationem, conſil. 148. Aggredior, colum. tertia, verſ. Quartò facit, libro primo, & conſ. 154. Viſo teſtamento, colum. quarta, verſ. Confirmatur optime, libro quarto, Curt. ſen. conſ. 75. D. Ludouicus, col. decima, verſ. Et ſic vbi ratio, Aym. Crauet. conſil. 155. Verba teſtamenti, numero 7. & 8. Pariſ.

conſil.

conſil.50.Ex teſtamento condito,num.55. ver ſic.Secundò obiectio ceſſat,lib.tertio,& conſil. 66.Nobilis Silueſter,num.68. verſ. Prout etiã ceſſat,eod.volum.vbi num.73.de æquiori, humaniori, & magis communi, quinimo, in iure veriori opinione contra Franciſcum Aretinum atteſtatur,Socin.iun.conſil.129.In præſenti cõ ſultatione,colum.penult.num.35.& infr. lib.3. Hieronym.Grat.conſ.quinto.Et ſi hoc reſpon ſum,num.43.verſ.Nec obſtat,lib. ſecundo, aſ ſerens dictum Aretini contradictionem pati, Franc.Marzat.conſ.quarto,Viſo,& perlecto te ſtamento,num.94.verſ. Et ad oppoſitionem fa ctam,Ioan.Cephal.conſ.114.Magnificus Do minus Bartholomæus,num.30.dicens eſſe cre briorem ſententiam,libro primo,Hieronymus Zanch.in rep.l.hæredes mei,§.cum ita, ante nu merum 223.ff.ad S.C.Trebell.& Petr.Ant. de Petra in tract.de fideicommiſſ.prohib.quęſt.5. num.66.Nec text. ſuper quo ſe fundat Aretin.
7 obſtabit † in l.ſi quis ita, in fin. de teſtam. tut. loquitur enim in caſu dubio,& oneroſo tutori, vt dicunt omnes in d.l.Titius,& refert Iaſon.in d.§.Lucius,num.6.& Fortunat. Garz.in d.§.& quid ſi tantum,nume.86. verſ. Nec obſtat, vbi Ioan.Crot.num.27. Pariſ.d.conſ.66. num.72.
8 Tuncque ex identitate rationis † nõ dicitur fie ri extenſio,ſed comprehenſio, & intellectiua in terpretatio,iuxta tradita per Caſtren.conſ.261. Viſis,& conſideratis, nu.tertio, libro ſecundo, Petr.Anton.de Petra d.quęſt.quinta,ſub num. 66.poſt gloſſ.in cap.primo,de temp. ordin.lib. ſexto,l.nominis,& rei,§.verbum ex legibus, ff. de verborum ſignific. l.his ſolis,C.de reuocan. donat.

Eadem quoque Aretini doctrina limitatur, primò ex eiuſdem dictis in dicto §.& quid ſi tã tum,colum.quarta,verſic.Secundò adde,iunc.
9 verſ.Secundò fallit, dum vult † obiectionẽ ceſ ſare,quando perſona ad quam fit extenſio poſ ſet aliquo modo comprehendi ſub verbis,& mente diſponentis ob aliquam qualitatem ſibi inhærentem, adducendo text. in l.tale pactum, §.fin.ff.de pact. Pariſ.d.conſ.50.num.54. verſi. Poſtremò non obſtat,libro tertio,& dicto con ſilio 66.num. 67. verſ. Cuius opinio veriſſima eſt,eodem volum.Grat.d.conſ.quinto, nu.46. verſ. Tertiò non habet locum,lib.ſecundo, So cin.iun.dicto conſ.129.num.30. lib.tertio,Mar zar.conſ.quarto,nume.22.& Franc. Mantic.in tract.de coniec.vltim.volun.libro tertio,tit.19. ante numerum nonum,verſ.Secundò eſt aduer tendum. Sed his nepotibus inhæret qualitas à teſtatore perpenſa, & mens congruit, atque a ptatur,adeo quod ſi teſtator interrogatus fuiſ ſet,veriſimiliter reſpectu omniũ idem diciſſet, igitur omnes comprehendi videntur.
10 Secundò,limitatur,† quando extenſione nõ facta abſurdum ſequeretur, vt puta quòd mi nus dilectus melioris cõditionis eſſet magis di lecto,vt ex intentione aliorum declarat Carol. Ruin.conſ.168.Viſo,ac perlecto,nu.19.& 20. libro tertio,Socin.iun.d.conſ.129.num. trigeſi mo,Ioan.Cephal.conſ.114. num.31. dicto lib. primo,Petr.Anton.de Petr.in d.tract. de fidei commiſſ.prohib.quęſt.quinta,ſub nu.66.idem ergo erit dicendum quando pariter dilectus ex cluderetur,argum.l.cum pater,§.euictis, de le gat.ſecundo,l.illud,in fin.C. de collat.
11 Tertiò dici poteſt,† prohibitionem extenſio nis non procedere,quando non facta extenſio ne diſpoſitio eluſoria redderetur,nam ne id ſe quatur extenſio fit etiam in pœnalibus, ſecun dum Gemin.in cap.ſi ciuitas,2.not.de ſentent. excom.lib.ſexto,cum allegatis per Crau. conſ. 135.Verba decreti,num.vigeſimoquinto, Soc. iun.d.conſ.129.num.37.verſ.Præterea, & quin to,quod hic contingeret, cum omnes ſint filij, & in omnibus coniectura operari poſſit,ac ra tio huius reſponſi ſuper pietate radicati: in tan tum quòd eluſoria omnino legis eſſet prouiden tia in ſubintelligendo hanc tacitam conditionẽ reſpectu aliorum nepotum prætermiſſorum à teſtatore, quinimo negocium ad impietatem quandam reduceretur, quod admittendum ne quaquam videtur.
12 Prohibito denique † extenſionis prædictæ fauore piæ cauſę locum non ſortitur, quanto er go fortius id erit liberorum, agnationisque fa uore, cum præferatur? vt argumentatur Grat. d.conſ.quinto,num.47.lib.ſecundo, quod de clarari oportet,vt ſuperius in præludijs dicebã, cap.ſecundo,num.73.vbi de extenſione multa: Cæterum cum in quolibet eadem coniectura comprehenſiue militet,non extenſio de perſo na ad perſonam,nec propriè de caſu ad caſum, ſed verius,ac ſtricte comprehenſio videtur.

His præmiſſis,circa propoſitam quęſtionem quæ ſecundum Ioannem Baptiſtam Caccialu pum de S.Seuerino intelligẽriam aperit ad plu rium aliarum quæſtionum deciſionem,tres ca ſus principales ex Scribentium intentione con ſiderandi ſunt.

Primus,quando conditi teſtamenti tempo re Titius tantum progenitus eſſet, alijque om nes nepotes poſtea naſcerentur, & concluden-
13 dum eſt, † ſubſtitutionem tunc expirare, om nesque pariter admitti. Mouentur Doctores, Primò ex doctrina Bart.in l.filio præterito, an te numerum nonum,colum.quarta,poſt princ. verſ. Præterea hoc perſuadet æquitas, ff. de in iuſt. rupt. teſtam. vbi dicit, quod praterition poſthumi ignoranter,rupto teſtamento legata
14 non conſeruantur † per Authen. ex cauſa, C. de liber.præterit. non enim veriſimile eſt,Si de liberis cogitaſſet,extraneos legatarios proprię

ſoboli

ſoboli prætuliſſe argum. huius Reſponſi cum ſimil. notabiliter ſubdens in propoſito, pari modo ſi aliquos filios teſtamẽti tempore haberet, & poſtea alij ſuperuenirent de quibus non cogitauit, veriſimile non eſſe tot legata relicturũ, argum. l. penult. in fin. ff. de iur. codicill. & idem dicit ipſe Bart. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. in d. Auth. ex cauſa, & in d. l. penult. verſ. Vltimò nota.

Huic rationi reſponderi poteſt, argumentationem, ſiue illationem de vna præſumptione ad aliam non procedere, nam vt Ioan. de Imol. inquit, teſtator in dubio diſpoſitioni iuris ciuilis acquieſcere cenſetur, vt legata confirmẽtur, ex quo alterum prouidit, nec apparet ſe non facturum ſi ſciuiſſet, legataque ſimpliciter per d. Authen. confirmantur, ipſorum legatorum fauore: hæc autem lex cum ſimilib. loquuntur, quando ſpecifice filio erat aſſignatum, ſed ibi legata filio nunquam aſſignata fuerant, & propterea lex non ita filio fauet, facilius enim ius
15 quæſitum retinetur, quàm acquiratur † ius quę rendum, l. ſeruus creditoris, C. de pact. l. quid autem, ff. de his quæ in fraud. credit. allegat etiã Ioan. de Imol. in argumẽtum text. in l. patre furioſo, ff. de his qui ſui ſunt, vel alien. iur. & cũ hac reſponſione virtualiter pertrãſit Curt. iun. in d. Authent. ex cauſa, dum particularem dilectionem in hoc Reſponſo, & ſimil. iuribus, ad diuerſificandum terminos illos conſiderat: Et contra Bart. ſenſit Franciſc. de Ramponib. in d. l. filio præterito, vbi Ioan. de Imola eius diſcipulus, idem Ramponus in d. Authen. ex cauſa, ibique Salic. videturque cũ his pertranſire Andr. Barbat. in d. l. cum acutiſſimi. colum. 43. allegãs gloſſ. ſing. in l. vxorem, in verb. Studium, ff. de manumiſſ. teſtam. hæc igitur reſponſio ad propoſitum caſum applicata, in quo vni nepoti prędilecto fuerat ius quæſitum, videtur contrarietatem prædictam eneruare: licet Bartoli opinio
16 communiter † recepta ſit, à qua non eſſet recedendum, de communique in d. Auth. atteſtantur Alexand. Iaſon. Corn. Curt. iun. ac Ioannes Bolognettus, colum. 27.

Non obſtat l. penult. de iur. codicill. in ſui e-
17 nim ratione † videtur continere, quòd teſtamentum faciens cogitat, vel cogitare debet, ſeu præſumitur de filijs naſcituris, ſi igitur cogitare præſumitur, nec ſubſtituit, prædilectus is cæteris cenſetur qui ſubſtitutus reperitur, ibique illa interpretatio fit, vt minus hæredem grauaſſe cenſeatur, incongruumque videbatur teſtatorem ratione oneris ab inteſtato per vnũ tantum hęredem in totum repręſentari, ratione verò honoris, & cõmodi ſine onere per alium pariter in totum: vt iure pro parte ſolum, pro qua primus hæres eſt, legata præſtare habeat, non omnia in codicillis relicta.

Omiſſa ergo prima hac ratione tanquàm dubia, & incerta: Secundò inducit Socinus notata per Bald. in l. prima, colum. quarta, ante nume. quartum, verſ. Sed quid, C. de inoffic. donat. dũ de reuocatione donationis loquitur quando a-
18 liqui nati † erant, & aliqui poſtea naſcerentur; impugnãdo Iacobum Butrigarium in lecturis, ibi, Ex quibus dicit iſtum primum caſum decidi, quando inquam à principio nullos alios nepotes præter ſubſtitutum habebat. Nec ipſius ſubſtituti qualitas aliquid operari videtur, ſi enim in hac lege pietatis præſumptio non auferetur, quando teſtatoris filius ſubſtitutus eſſet, ita quando nepos ſubſtitutus reperitur tolli nõ debet, Etſi dicatur in ſui patris portione nepotem prædilectum cenſeri, quod non contingit in filio in caſu dictæ legis, prout vtrunque ibi probatur. Reſpondetur, quòd qua ratione nepos ibi propoſitus ſicut pater exiſtimatur, parì ratione omnes nepotes, vnde pari quoque ratione quilibet aliorum nepotũ in portione eis debita fratribus eius præpoſiti, prædilectique cenſentur, vt not. gloſſ. in d. l. cum acutiſſimi, proinde reſpectu portionis aliorum fideicommiſſum ceſſat, & ſic in totum ceſſare debet, ne eiuſdem fideicommiſſi diuerſa determinatio reſultet, argumen. l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & 3
pupillar.

Non obſtat gl. in l. Titius, in prin. ff. de liber. & poſth. q vbi teſtator ſuos filios hęredes inſtituit, ſi aliquem habeat quẽ habere ignoret, non ſit inſtitutus, illamque approbãt ibi Dyn. Ang. Raph. Cuman. ac etiam Nic. de Neap. & Cyn. in l. ſi pater, C. de hæredib. inſtit. Dyn. & Bart. in l. ſi quis ita, §. pen. ff. de teſtam. tut. Fran. Aretin. in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum. Nam eandem gloſ. communiter † ibidem reprobant, Io.
19 de Imol. Paul. de Caſtr. & Iaſon. necnon idem Aretin. idemque Caſtrẽſis in l. ſicut certi, C. de teſtam. milit. iſtamque opinionem in puncto iuris veriorem eſſe dixit Io. Crot. in d. §. & quid ſi tantum, num. 27. ac diſputatiuè ſuſtineri poſſe, vbi Fortunat. Garz. num. 86. idem ſenſit, dicẽs æquiorem opinionem videri, Pariſ. conſil. 50. Ex teſtamento condito, num. 57. verſic. Eo etiam quia, & conſil. 66. Nobilis Silueſter, numero ſeptimo, libro tertio, Socin. iun. d. conſil. 129. In præſenti conſultatione, numero trigeſimo, verſ. Tertiò etiam, & is libro tertio. Pro qua facit ratio dicta l. cum acutiſſimi, quã Fortunius ponderabat, quòd ex voluntate præſumpta ad ſucceſſionem liberorum qui erant ignoti habetur conſideratio pro excluſione ſubſtituti, illa itaque voluntas quæ ibi aperitur, & declaratur, non eſt ſpecifica ad perſonam, ſed generale quoddam votum eſt, illud autem quod pro poſteris incognitis inde elicimus, magis ab iſto teſtatore qui nihil à naturali voto diſcentit,

cit, nec filiorum fecit differentiam, vt vni plus, alteri minus relinqueret; eſtque ad quæſtionis noſtræ propoſitum ſubtilis ponderatio. Quòd denique teſtator ignoret, nihil obſtat, in caſu enim incogitato, dummodo veriſimiliter mentem eliciamus, diſpoſitionem ad caſum non expreſſum trahimus, l. mulier, in fin. princ. ff. ad Trebellian.

20 Minimè videtur Socini diſtinctio † repugnare, quin caſus iſte indiſtinctè intelligatur, dum ipſe inquit, quòd aut nati ſunt alij nepotes poſt mortem teſtatoris, tũcque ad fideicommiſſum vocati intelligantur, quaſi ſi de illis cogitaſſet eodem modo ſubſtituiſſet, ſicut nepotem iam natum ſubſtituit, argum. d. l. tale pactum, in fi. ff. de pact. & l. Titius, §. Lucius, ff. de lib. & poſthum. eſtque optimus text. in l. ſi mater, C. de inoffic. teſtam. Aut alij nepotes viuente adhuc teſtatore nati erant, qui poterat illos etiam ſubſtituere, & non fecit, tuncque præſumẽdum ſit, teſtatorem noluiſſe nepotes admitti qui poſtea nati erant, ſed tantum ſubſtitutum, argum. l. ſicut certi, & l. ſi cum, vel in vtero, C. de teſtam. milit. cumque teſtamentum mutare potuerit, & non id fecerit, videtur tempore teſtamenti, iam natum ex aliqua particulari affectione ſubſtituiſſe, ad hoc d. l. ſi mater, & quod not. Bart. in l. prima, in ſecundo effectu, verſic. Vlterius quæro ſi pupillaris, ff. de vulg. & pupill.

Nam præſumptio prædicta, per aliam fortiorem præſumptionem vincitur, quod illa conditio, ſi ſine filijs dicta à teſtatore, à ſcribentesque omiſſa fuerit, ſecundum Bart. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ante num. ſecundum, verſic. Oppono quòd naturalis, ff. ad Trebell. per text. huius reſponſi, vnde teſtator qui cõditionem fuiſſe appoſitam exiſtimauit, videtur ſubſtitutionem deſicere voluiſſe teſtamentum non immutando.

Niſi dixerimus, contrariam hanc præſumptionem veram non videri, non enim teſtator cõditionem apponi exiſtimat, ſed lex ipſa plus dictum præſumit, atque ex pietatis coniectura ſupplet, vnde cum teſtamentum non mutauerit omnes ſubſtituendo, cum potuerit, vnumque caſum tantum expreſſerit, non videtur expreſſionem conditionis reſpectu aliorum coniecturari poſſe, ex vnius præambula prouiſione, concurrente tempore ad immutandum ſufficienti, negligentiaque teſtatoris: ad rationemque reuertimur, non eſſe veriſimile, patrem ſi de liberis cogitaſſet, talem feciſſe ſubſtitutionem, d. l. generaliter, §. cum autem, à contrario ſenſu illam inducendo: coniunctimque ad dictam l. ſi mater, in princ. cuius præſumptio ex ſupradictis non ſubmouetur, lex enim non autem teſtator coniecturatur.

Vnde reſponſione prætermiſſa ad d. l. ſicut certi, & l. ſi vel in vtero, cum alibi ſuper intelligentia horum iurium abundè diſceptatum fuerit, poſſet ad d. l. ſi mater, non incongruè ita for-
21 taſsè † reſponderi, Tertio ſuſceptum filium poſt conditum teſtamentum à teſtatore ex aliquibus cauſis, & rationibus neglectum fuiſſe, quas filius iniuſtas dicere poterat: quod quidem ex verbis illis deducitur. Meritò vtpotè non iuſtis rationibus neglectus: ideo non mirum ſi primus caſus à ſecundo diuerſificatur, patetque ex alijs contextus verbis. Quare filio tuo cui nihil præter maternum fatum imputari poteſt: vt videatur innuere, ex opinione teſtatoris aliquid filio tertio ſuſcepto imputari potuiſſe, & propterea viriliter inſtitutus non cenſetur, ſicut natus decedẽte in puerperio matre, aliàs enim quemadmodum iniquitas repentini caſus per coniecturam maternæ pietatis ibi emendatur, ita etiam concurrente eadem pietate erga filium tertio poſt teſtamẽtum ſuſcepto, omiſſio inſtitutionis ſuppleretur, quæ ex impedimento voluntatis maternæ, rationibus opinatis, & ſubinde ſubſequuti contemptus non aliter inducitur: in propoſita vero quæſtione nulla ratio afferri poteſt, per quam appareat natos poſtmodum filios fuiſſe neglectos, naturalemque pietatem eius calorem remiſiſſe.

22 Vt ſit concludendum † ratione ſeruandæ æqualitatis, omni macula liberorum recedente, dictam conditionem æqualiter, ac pariformiter debere intelligi, lex enim plurimum laborat ad æqualitatem inter liberos inducendam, obſeruandamque, l. vt liberis, C. de collat. ad ipſamque parentes hortatur, §. illud quoque, vbi Angel. Authent. de nupt. collat. quarta, Dec. conſilio quinquageſimonono, Licet in caſu, numero tertio, Socin. iun. conſilio 147. Diligenter inſpectis, numero trigeſimooctauo, conſil. 169. Circa præſentem conſultationem, numero vigeſimoquarto, libro ſecundo, conſilio 128. Præſentis conſultationis materia, numero 44. libro primo, Vt propter æqualitatem teſtatoris diſpoſitio amplietur, atque reſtringatur, l. cum pater, §. euictis, ff. de legat. 2. l. fin. vbi not. C. commun. vtriuſque iudic. ex talique cõiectura, ac præſumpta voluntate inter filios arguatur, l. quæſitum, §. ſed ipſe, ff. de fund. inſtruc. & not. Bart. in l. ſi pater, in princip. ff. de donat. proinde aliquando à verborum proprietate recedimus, vt æqualitas ſeruetur, Socin. ſen. in l. 1. colum. 2. in 4. not. verſic. Et eſt notabilis, ff. de reb. dub. poſt Franc. Aretin. conſil. 1. Decreueram iam diu, col. 1. verſ. Pro his facit, & in l. qui filiabus, ad fin. princ. verſ. Secundò, de leg. 1. Hieron. Gabriel. conſil. 90. Anno Domini, nu. 2. verſ. Primo quia, inæqualitas enim inter fratres diſcordiam parit, Ang. conſ. 286. Factum ſuper quo, col. 3. Marian. Soci. conſ. 4.

Viſis actis, colum. ſecunda, circa finem, verſic. Et per contrarium, lib. primo, Ludouic. Rom. conſ. 438. In cauſa conſultationis, colum. ſecunda, verſic. Quod quidem, Socin. iun. conſ. 172. Pulchra certè, nu. 22. verſ. Tertiò idem probatur, lib. ſecundo. Idque verum eſt, quamuis teſtator in aliquibus ęqualitatem non ſeruauerit, non enim ſequitur, quòd in alijs in dubio voluerit inæqualitatem inducere, vt per Aretin. dicto conſilio primo, nu. 15. quem referendo ſequuntur Carol. Ruin. conſil. 92. Proponitur in facto, colum. tertia, num. octauo, verſic. Et ſubdit etiã lib. quinto, Franc. Mantic. in tract. de coniectur. vltim. volun. libro 6. tit. ſecundo, ſub num. 5. Et ſic militante eadem pietatis coniectura, interpretamur, quòd ſi plures naſci cogitaſſet conditionem appoſuiſſet, d. l. generaliter, §. cum autem, cumque vna præſumptio per alteram tollatur, l. fin. ff. de in integr. reſtit. hęc præſumptio pietatem continens, & inter liberos æqualitatẽ inducẽs præferri debet, vt ẽt Socin. arbitratur.

Ampliatur caſus iſte, etiam ſi grauatus vxo-
23 rem † iuuenem haberet, atque fecundam, vt facile poſſet conſiderare plures filios eam parituram, nam & iſto etiam caſu præſumptionem huius legis non ceſſare, dicit idem Socin. ſen. hic, colum. 60. verſic. Ex quibus videtur mihi. Et licet contrarium ſenſiſſe videatur Ant. Gomeſ. in loco ſtatim allegando, poſt verſic. Si verò talis filius, magis tamen Socino inhærendũ fore exiſtimo, qui pientiſſimè loqui videtur.

Secundus principalis caſus eſt, quando om-
24 nes filij † tempore teſtamenti nati eſſent, & tũc concludendum eſt, alios debere excludi, fideicommiſſoque locum eſſe, d. l. ſicut certi, & l. ſi cum vel in vtero, C. de teſtam. milit. Et retenta opinione, quòd iſte text. eiuſque ratio, vt plus dictum fuerit, & minus ſcriptum ex pietatis cõiectura, habeat locum natis etiam nepotibus, q̃ in prędecentib. ſum ſequutus, qui quidẽ textus loquitur teſtatoris filio ſubſtituto nõ repugnat termini nãque diuerſi ſunt rationem diuerſam habentes, cum iſto caſu perſona ſubſtituta ſit vna ex ijs quæ in terminis eiuſdem legis faciunt fideicommiſſum deficere, vnde per electionem ipſe ſubſtitutus videtur alijs prædilectus, aliosque excludere cenſetur, argum. l. cum prætor, de iudic. l. maritus, C. de procur. in hoc autem textu perſona filij ſubſtituta non eſt de deſcendentibus grauati, & ſic de perſonis ſubintellectis quæ faciunt fideicommiſſum deficere, vnde inconueniens non eſt, quòd excludatur, attenta ratione gloſ. in d. l. cum acutiſſimi. Facit ſecundum Socinum pro iſta opinione doctri-
25 na Bartoli hic, dum vult, quòd ſi teſtator † in conditione liberos maſculos poſuerit, fœminas excludere voluiſſe intelligatur, ita pariter quando aliquem ex liberis ſubſtituit, alios excluſiſſe cenſeatur: ſed melius congruit doctrina Bald. in d. l. prima, colum. tertia, circa mediũ, in quinta opin. Dyni, verſic. Ratio autem, C. de inoffic. donat.

Et ne ſine autoritate loquamur, prædictam diſtinctionem duorum caſuum principalium ſequuntur, Paul. de Caſtr. in dicta l. cum acutiſſimi, columna ſecunda, numero ſexto, C. de fideicommiſſ. vbi dicit eſſe quid pulchrum, & notabile, & quod habuit de facto, Iaſon. in d. l. generaliter, §. cum autem, columna ſecunda, in fine, verſic. Quintò, & vltimò, Socin. ſen. hic colum. 59. & 60. verſic. Quintò quæritur, Anton. Gomeſius in commentar. varijsque reſolut. tom. primo, cap. quinto, de fideicommiſſ. ſubſtit. num. 39. verſic. Quintò principaliter, dicens Corneum in d. l. cum acutiſſimi, columna ſecunda, de hoc valde dubitare, cogitandumq. relinquere: ſed vera eſt diſtinctio, à qua non eſſet recedendum, ipſamque nouiſſimè comprobat eruditiſſimus Iuriſcon. Iacob. Menoch. in præallegat. tract. de præſumpt. part. ſecunda, præſumpt. 89. ſub num. 115. verſic. Primus quorum eſt & verſ. Secundus eſt caſus, fol. 179.

Tertius caſus eſt à Paulo Caſtrenſi non animaduerſus, ſed à Socino hic col. 61. verſ. Capio tertium caſum, quando pręter Titium aliqui fi-
26 lij tempore teſtamẽti † nati eſſent, & aliqui poſtea naſcerentur: & iſto caſu breuiter concludi tur fideicõmiſſum deficere, quamuis enim exiſtentia natorum id non efficiat, ſuperueniens tamen natiuitas aliorum videtur fideicommiſſi defectum inducere, ſecundum Socin. in præcit. loco dicentem iſtam opin. tanquam veriorem ſibi placere, quæ etiam placuit Car. Ruin. conſ. 77. In facto proponitur, col. 5. ante nu. 14. verſ. Et dato q̃ quęſtio poſſit eſſe dubitabilis, lib. 2. ac Iacob. Menoch. in d. tract. de præſumpt. in 2. part. d. præſumpt. 89. ſub nu. 115. verſ. Tertius eſt caſus. Mouetur Primò Socin. ex textu cum ibi notatis in l. pen. in fin. ff. de iur. codicill. per quem dicit Bart. in rep. d. l. filio præterito, col. 4. verſ. Et codẽ modo, ff. de iuiuſt. teſtam. quòd ſicut quando teſtamentum natiuitate poſthumorum rumpitur, quia filios non habebat, lega-
27 ta per Auth. ex cauſa, † non conſeruantur, ita quando filios habebat, & alij poſtea nati ſunt, de quibus non cogitauit, non enim veriſimile eſt, quòd tot legata feciſſet, arg. d. l. pen. & d. l. cum acutiſſimi, Bartolumque ſequuti ſunt, Recent. in d. Auth. ex cauſa, vbi Hierony. Cagnol. nu. 35. verſ. Sed verum, citans Socinum ſuper hoc contextu, nu. 98. ita in propoſito caſu, cum de naſcituris non cogitauerit, non eſt veriſimile quod vnum ſolum ſubſtituiſſet, ſi de his cogitauerit: & ſic videtur fideicommiſſum in totum deficere, ob defectum tacitæ conditionis ex hoc reſponſo ſubintellectæ.

Secun-

Secundò, nam videmus liberorum ſuperue
nientiam donationis inter viuos reuocationem
operari, quæ difficiliter reuocatur, etiam quan-
28 do aliqui filij † nati ſunt, iuxta l. ſi vnquam, C.
de reuocan. donat. vt ſcribit Bald. in d. l. 1. C. de
inoffic. donat. idem igitur iſto caſu dicendum
eſt, ſi enim ſe plures habiturum cogitaſſet, vnũ
tantum alijs excluſis non ſubſtituiſſet, argum.
dictę l. generaliter, §. cum autem, licet enim in
natis aliqua excluſionis cauſſa adeſſe potuiſſet,
& ſic vnum magis quàm alium ſubſtituendo,
ratio hæc in naſcituris non militat, argum. l. ſi
quis in ſuo, §. legis, C. de inoffic. teſtam. Et ex
hoc tolli illud videtur, quòd maior affectio er-
ga iam natos eſſe videatur, quàm naſcituros, l.
qui filiabus, in princ. vbi not. ff. de legat. 1. vt
excluſis iam natis, fortius videatur naſcituros
excludere voluiſſe, nam in natis aliqua cauſa
(vt eſt dictum) adeſſe potuit: Nec tanta exclu-
ſionis ratio militat, ob maiorem liberorum nu-
merum, arg. d. l. pen. & notatorum per Bart. in
d. l. filio præterito.

Sed aduertendum exiſtimo, prædictis Soci-
ni rationibus obſtare doctrinam Bartoli in d. l.
qui filiabus, poſt num. 4. verſic. Sed in legatis,
vbi voluit in dubio non ita de facili ius inter-
pretari in legatis teſtatorem poſthumo proui-
dere voluiſſe, ideo quia ſi cogitaſſet plures ſe fi-
lios habiturum, tot legata non feciſſet, dicta l.
penult. in fin. Vnde in legatis oportet aliquas
coniecturas apparere, plures afferens coniectu-
29 ras, † Et prima eſt, ſi in aliqua teſtamenti par-
te, mentionem de poſthumo feciſſet, d. l. qui fi-
liabus.

Secunda, ex mente Iacobi de Arena ſi extra-
nei eſſent ſubſtituti, dicta l. tertia, C. de inof-
fic. teſtamen. l. fin. C. commun. vtriuſque iu-
dicij.

Tertia, quando pater magnum patrimoniũ
habebat, ita quòd eſſet veriſimile ex patrimo-
nij quantitate, habito reſpectu ad numerum fi-
liorum, teſtatorem tantum poſthumæ forc reli
cturum, argumen. l. ſi filiæ, ff. de legat. 3. Item ſi
teſtator dixiſſet filiabus in plurali, cum vnam
tantum viuam haberet, dictio enim pluralis nu
meri non verificaretur niſi de poſthuma ſenſiſ-
ſet, argumen. l. fin. ad Trebellian. l. qui quartam
in fine, de legat. primo, idem fortè ſi quocun-
que modo vxorem prægnantem ſciuiſſet, dicta
l. ſi cum vel in vtero, C. de teſtamen. milit. Si
igitur ex dicta l. penult. in fin. argumentum de-
ſumpſerimus, quemadmodum eius diſpoſitio
ex prædictis coniecturis limitatur, ita in propo-
ſito coniecturæ ſi exiſtant, aliorum poſt nato-
rum admiſſio non procedet, ſiue teſtamenti
tempore, ſiue alio nati ſint, itaque ſi teſtator
30 cuius † naturalis, & paterna affectio ſemper
filiorum prouiſionibus eſt intenta, argumen. l.
in fideicommiſſi, §. cum Pollidius, ff. de vſur. l.
filijs matrem, C. de inoffic. teſtamen. & l. pe-
nult. in fin. ff. de curat. fur. Bald. ex his legibus,
conſil. 35. Pater filio ſuo, libro ſecundo, plures
habens filios, vnum tantum ex pluribus ſubſti
tuerit, alijsque præpoſuerit, cenſetur etiam a-
lijs naſcituris præpoſuiſſe, qui (vt dicebatur)
minus diliguntur.

Nec obſtat in iam natis poſſe aliquam cau-
ſam conſiderari, quæ in naſcituris ceſſat, nam
eo ipſo, quòd filius eſt, mereri dicitur, niſi de-
merita probentur, l. omnimodo, §. primo, C.
de inoffic. teſtamen. & ſic magis cauſa prædile-
ctionis conſideranda eſt reſpectu illius ſubſtitu
ti ob aliquam præcipuam virtutem, quam o-
dium ex aliquo defectu aliorum neglectorum
prouenicns.

Non repugnat argumentum ex d. l. ſi filiæ,
de legat. tertio, deſumptum, ibi enim filiæ fue-
rat dos à patre relicta, arbitratu tamen tutoris,
vnde Tubero ad boni viri arbitrium pro quan
titate ipſius dotis tantum declaranda confugit,
vt inter cętera numerus filiorum, facultatesque
patris familias ſpectentur: hic verò nulla cer-
ta prouiſio præſupponitur, quinimo expreſſa
contra alios, ad vnius tantum commodum or-
dinata.

Vlterius poſſet dici, rationem Bartoli ex d.
l. penult. elicitam, iuridicam non videri, cum
31 per eandem legem † potius contrarium pro-
betur, eius namque ratione attenta, videre-
tur quòd ibi ex toto legatum inualidari debe-
ret, nec filius iam natus conſiderandus eſſet,
cuius oppoſitum ibi deciditur, tenet enim pro
parte ſua ſi legatum diuiduum erit, vt ibidem
patet, poſthumus autem non tenetur, cum te-
ſtator animum non habuerit illum grauandi,
hæcque eſt dictæ legis ratio, vt dixit in dicta l.
filio præterito, præferendo Dyni intellectum,
quem ſequitur ibi Baldus, & tradit Benedict.
Capr. conſilio trigeſimoquinto, Cum viſo, co-
lumna ſecunda, numero quarto, & quinto; Iu-
dicando tamen, & conſulendo ab opinione So
cini, Ruini, & Iacobi Menochij in præcitatis lo
cis, recedere non auderem.

HYPOTHESIS.

*Si quis duobus ſuis filijs inſtitutis, ex-
traneum aliquem poſt mortem illis ſubſti-
tuerit, primo ſine filijs decedente nunquid
ſubſtitutus quaſi ceſſante ratione dicta l. cum
acutiſſimi, admittatur, Socini hic diſtinctio-
ne diligenter inſpecta, tutè reſolui.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtator duos filios inſtituendo, poſt eorum mortem extraneum quendam ipſis ſubſtituit, primo ſine filijs decedente, quaritur nunquid ſubſtitutus quaſi ceſſante ratione d.l.cum acutiſſimi, admittatur, & deſuper duorum caſuum diſtinctio afferitur. Primus eſt, an frater ſubſtitutum ex mente tacita excludat. Secundus, an per ſuperexiſtentiam fratris ex defectu tacitæ conditionis à lege ſubintellectæ fideicommiſſum deficiat. num.4. & hoc ſecundo caſu ſubſtitutum non excludi, concluditur num.7.*

2 *Subſtitutionis conditionem in fideicommiſſaria pluribus ſimpliciter facta regulariter deficere, locumque ipſi ſubſtitutioni fieri, in cuiuſcunque perſona conditio exiſtat. Niſi ſuperſit perſona quæ ex mente præſumpta teſtatoris fideicommiſſarium excludat.*

3 *L.cum acutiſſimi, ac ſimiles, ſæpè à Doctoribus in argumentum allegari.*

5 *Excluſio ſubſtituti propter exiſtentiam perſonæ poſitæ in conditione, vt inducatur, an ſit neceſſe perſonam illam ſuccedere: idque inter l.filius familias, §. cum quis, ff. de leg.1. & l.penult.C.de impub. & al. ſubſtit. ex Nicolao de Mattarellis diſtingui.*

6 *Conditionem tacitam à lege ſubintellectam, ita demum operari, ſubſtitutumque excludi, ſi liberi ſuccedant, ſecus ſi repudient.*

8 *Fratrem ſuperſtitem, ac coheredem alteri fratri prædefuncto, cui pater extraneum ſubſtituit, excluſo ſubſtituto ſuccedere, ſi ſine liberis deceſſerit.*

CAP. XIV.

SEXTA quæſtio, iuxta Socini ordinem, taliseſt: Teſtator duos filios inſtituendo poſt eorũ mortem extraneum quendam ipſis ſubtituit, primo ſine filijs decedente, quæritur vtrum † ſubſtitutus quaſi ceſſante ratione dictæ l. cum acutiſſimi, admittatur? In hac quæſtione ex intentione Scribentiũ ſic diſtinguendum eſſe videtur. Aut enim quærimus an frater ſubſtitutum ex mente teſtatoris tacita excludat. Aut quærimus nũquid per ſuperexiſtentiam fratris ex defectu conditionis tacitæ à lege ſubintellectæ, fideicommiſſum deficiat. Et primus caſus propriè terminos iſtos non tangit, ſed materiam, l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. vbi Bartolus ſoluendo contrarium de l.penult. C. de impube. & al. ſubſtit. ex mente gloſſæ inquit, conditionem ibi in perſonam primi morientis extitiſſe, vnde alius teſtatoris filius ſupererat, qui ex præſumpta defuncti voluntate extraneum ſubſtitutum excludebat, d.l.cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. & in hoc Papiniani reſponſo, ſed in d.§. cum ita, cõditionem in perſonam vltimi morientis extitiſſe, quia alius non ſupererat qui ex præſumpta voluntate defuncti ſubſtitutum excluderet, meritò ſubſtitutum admitti, ſolutionemque per text. in l. ſi is qui ducenta, §. item ſi pater, ff. de reb. dub. probari, fuiſſeque originalem opinionem Dyni in conſ. incip. Teſtator poſt multa legata, proinde num. quinto, dum quærit, an requiratur ſubſtitutionis conditionem in perſona vtriuſque exiſtere, vel non, in fideicommiſſaria ſubſtitutione quæ pluribus ſimpliciter fit,

2 regulam † conſtituit, quòd in cuiuſcunque perſona conditio extiterit, locus ſit ſubſtitutioni, l. Lucius, §. Caio, d. tit. ad Trebell. l. fin. §. filium, de leg. 2. quam ſecũdo limitat, ſi ſupereſſet perſona quæ ex præſumpta voluntate defuncti fideicommiſſarium, vel ſubſtitutum excluderet, d.l. ſi is qui ducenta, §. item ſi pater, vbi ex Iuliani Iuriſconſ. decreto, procliuius eſt, ſententiam teſtatoris ſic eſſe interpretãdam, ſiue filius, ſiue filia nati fuerint, extraneus non admittatur, & ex d.l.cum acutiſſimi, d.l. generaliter, §. cum autem, & hoc etiam reſponſo, dicens eſſe caſum in d.l. pen. & cum Bartolo tranſeunt Angel. ac communiter Doct. ibi, & in ead.l.pen. Franciſc. Rip. in d.§. cum ita, num. 139. atque Socin. ſen. col. 5. ante med. & hic etiam, Bald. conſ. 403. In ſubſtitutione, lib. 2. in nou. Paul. de Caſtr. conſ. 449. Intentio Domini Bartoli, in fin. lib. 2. inquiens nõ videri tutum, imo temerarium fore, contra d. Bartoli determinationem conſulere, cum in ſatis æqua ratione fundata videatur: Et quamuis idem Caſtrenſis in d.§. Caio, num. 5. dixerit, nimis abſurdum, & exorbitans cenſeri leges prædictas de liberis grauati loquentes ad fratrem extendere, vt ipſe titubauerit circa reſtrictionem eiuſdem, §. Caio, ſcripſit, & rectè quidem Socinus hic col. 62. & in d. §. cum ita, deciſionem iſtam in ratione, d.l. cũ acutiſſimi, fundari, nec Bartolus ad fratrem, intendit aliter extẽdere, qui clariſſimè loquutus fuit, maximè cum legis caſum allegauerit, ſcilicet d.l.pen. vbi placuit Sabino cogitaſſe patrem primo filio decedente, fratrem ſuum in eius portionem ſuccedere: dum ergo iurium prædictorum meminit, rationis tantum inductioni innititur, non vt illa extendat; ſæpeque Doctores † ipſarum argumẽto ratiocinãtur, vt apud Petr. Anchar. conſ. 74. Contra Philippum, & alios complures perſpicere eſt, omnium enim quæ à Iureconſultis ſancita ſunt, præclarum hoc Papiniani acutiſſimi ingenij reſponſum, Imperatoriasque ad illud declarationes præcellere compertum eſt: non mirum ſi hoc naturali dictamine in decidendis quæſtionibus paſſim vtuntur.

3

Secun-

4 Secundus verò caſus illam reſolutionem † recipit, quòd per ſuperexiſtentiam fratris grauati, fideicommiſſum ex defectu ſubintellectæ cõditionis non deficiat, vt concludit Socin.ſen. hic in 6.quæſt.colum.62.verſ. Quo autem ad ſecundum, poſt Ioan. Baptiſt. Caccialup. de S. Seuerino eius Præceptorem in dicta l. generaliter, §.cum autem, quæſt.20. duplicique ratione deducitur.

Prima eſt, nam ſi conditio, ſi ſine fratre, ſicut illa, ſi ſine liberis tacitè ſubintelligeretur, etiam ſi frater non ſuccederet, dummodo aliter ſucceſſibilis eſſet, fideicõmiſſum deficeret ſubſtitutusque excluderetur, iuxta l. filiusfamilias, §.cum quis, cum ibi not. ff. de leg.1. ſed conſequens eſt falſum, ergo & antecedens.

5 Probatur, nam aliquando ſucceſſio † ſub tacita, vel expreſſa conditione (vt in ſuperioribus dicebam) ſi alia perſona non extiterit alicui defertur, non quòd ius in ſuccedendo potentius habeat, tuncque excluſio procedit, licet perſona quæ poteſt ſuccedere non ſuccedat, & ita intelligitur d.l. filiusfamilias, §.cum quis. Aliquãdo vero quis excluditur propter exiſtentiã perſonæ pariter poſitæ in conditione tanquam potentius ius in ſucceſſione habentis, & tunc ita demum excluditur, ſi illa perſona ſuperſit, & ſuccedat, ſicque poteſt intelligi textus in d.l. penult. C. de impub. & al. ſubſtit. vbi id Nicolaus de Mattarellis, Baldus, cæterique annotarunt.

6 Hinc infertur, † quod cum in terminis d. l. cum acutiſſimi, conditio, ſi ſine liberis, quaſi filij potentius ius ex coniecturata mente habeãt ſubintelligatur, ita demum fideicommiſſum ex ipſorum ſuperexiſtantia deficit, ſi ſuccedant, ſecus ſi repudient, Socin.ſen. in l. Centurio, num. 17. ante primam quæſtionem Bartoli, & ſuper hoc reſponſo, col.7. in princ. & col.35. verſ. Ex quibus infertur, frater igitur cum ex potentiori iure admitti non dicatur, non tenetur ſuccedere, merito ex hac l. cum auus, ad ſucceſſionem pergere minimè poſſe videtur.

Secũda ratio affertur, nam eadem l. cũ auus, & ſimiles, vt ſæpiſſimè dictum eſt, exorbitantes eſſe à iure communi creduntur, ſecundum Io. de Imol. in d.l. filio præterito, merito cum de liberis grauatorum ſuperſtitibus loquantur, ad caſum quo fratres grauati filij ſuperſunt, extendi non debent, l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolu. matr. ſicut in precedentibus in ſimili diximus, eaſdẽ leges in fratribus teſtatoris grauatis ſibi locum
7 non vendicare. Et ita cum Socino † concludendum eſt, qui dicit ſic Baldum ſenſiſſe in d.l. penult. ibi, Siquidem aliquis de liberis, vt Salicet. col. fin. Ang. in d.l. hæredes mei, §. cum ita, dum materiam vulgaris ſubſtitutionis pertractat, Pau. de Caſt. in l. ſi pater impuberis, ante nu.4. ff. de vulg. & pupill. ac Hier. Zanch. in eod. §. cũ ita, nu.922. relatus per Menoch. lib.4. præſum. 89. nu.114.

8 Quid ſi teſtator duos filios inſtituerit, † ſed vnum tantum non ambos de reſtituendo partem ſuam alicui extraneo grauauerit, iſque cui ſubſtitutio facta extitit ſine liberis deceſſerit, nũquid frater, an potius extraneus ſubſtitutus admittatur, & hoc quoque caſu Io. Bap. Caccialup. in d. §. cum autem, q. 20. ſubſtitutum excludi dixit admiſſo alio fratre cohærede qui grauatus non fuerat: & ſicuti liberi illius grauati ſubſtitutũ excluderent, vt hic, ita & frater eius, non virtute horum iurium tacitè conditionem ſubintelligentium, ſed quia inter ipſos fratres ius legitimæ ſucceſſionis reſeruatum videtur, vt frater alteri fratri ſuccedat, iuxt. not. in d.l. pen. C. de impub. & al. ſubſtit. & in his terminis prædictum poſteriorem caſum ſaluari poſſe, non tamen (vt dicebam) ex his legibus, tradit Pau. de Caſtr. in d.l. Lucius, §. Caio, ſub num.5. verſic. Nunc cogitaui, & licet aliquando de hoc plurimum hæſitauerit, vt in primo caſu indicaui, tamen poſtmodum ſuſtinendo Bartoli opinionẽ, rationabile id eſſe dixit: nec diſſentit Alexand. de Imol. in d.l. penult. colum.4. in fin. ſub nu.7. verſic. Vnde ipſemet Paul. de Caſtr. & videtur idem ſenſiſſe Socin. ſen. hic in dicta 6. quæſt. verſic. Hinc eleganter infert, ſi rectè omnia verba per eundem ibi prolata ponderentur, congruuntque tradita ab ipſomet Socino in l. qui duos, columna ſecunda, in prima gloſſ. ff. de reb. dub.

Et quamuis Hieronym. Zanch. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, num.926. verſic. Sed quia, & num.860. verſic. Cæterum circa illationem, contrarium tenuerit, tamen non ſine myſterio Caſtrenſis fundamẽtalis Doctor, poſt longam cognitionem in melius ſententiam tranſtulit.

HYPOTHESIS.

Nunquid filia excluſa per ſtatutum, cenſeatur ad ſubſtituti excluſionem in conditione poſita, & negatiuam opinionem velut communem ſtabiliri. Coniunctimque textum in l. filiusfamilias, §. cum quis, ff. de legat. primo, & l. ſi is qui hæres, ff. de vulg. & pupill. interpretatione fulciri.

SVMMARIVM.

1 *Filiam à ſtatuto excluſam exiſtentibus maſculis, poſitam in conditione ad ſubſtituti excluſionem non cenſeri, ex communi opinione: Contrarium autem tenentes recenſeri, num. 9. communem denique concluſionem ipſam, num. 30. confirmari.*

2 *Teſtatoris mentem Statuto conformem cenſeri: Regulamque iſtam ſemper veram non eſſe, nu.6. ipſamque de facili ob aliam coniecturam, vel præſumptionem tolli, num.8.*

3 *Conditiones merum factum reſpicere: idque declarari, num.14.*

4 *Caſum omiſſum à teſtatore pro omiſſo haberi.*

5 *Conditionem, Si ſine liberis deceſſerit, tacite contra iuris regulas, & prater verba ex lege ſubintelligi.*

7 *Patri relinquens, & filijs, omnes ſimul innitare.*

10 *L. filiusfamilias, §. cum quis, de leg. 1. intelligi, & num. 11. 12. ac 13.*

15 *Filiam à Statuto excluſam, beneficium, l. fœmina, C. de ſecund. nupt. non amittere. Nec beneficiũ l. hac edictali, eodem titulo, vt num. 16. ac 17.*

18 *Iuribus geminatis vni competentibus, per vnius remiſſionem, alterum non auferri.*

19 *Naturalem filium legitimis exiſtentibus non ſuccedere: illis vero non exiſtentibus, in duabus tantum vncijs.*

20 *Filiam à ſucceſſione excluſam, à dote excluſam non intelligi: dotemque non minorem legitima, ſed maiorem eſſe poſſe.*

21 *Filiam magis agnitam eſſe, filio naturali, ipſamq. contra teſtamentum dotem conſequi; naturalem vero filium contra teſtamentum non capere.*

22 *Naturalem filium excludere ſubſtitutum, niſi qualitas perſonæ teſtatoris repugnet, in expreſſa tamen conditione, ſecus in ſubintellecta, nu. 23.*

24 *L. cum acutiſſimi, C. de fideicom. diſpoſitionẽ ſemper procedere, ſi eius ratio militet.*

25 *Statutum fœminarum excluſiuum non ſolo patris fauore, ſed etiam agnationis inductum exiſtimari.*

26 *Pœnam ex coniecturis non imponi.*

27 *L. ſi is qui hæres, ff. de vulgar. & pupillar. declarari.*

30 *L. cum anus, exorbitantiam, reſtrictionem quam pati debet, ex ſpeciali iure proindeque debiliori inductionem indicari, ipſamque contrarijs coniecturis tolli poſſe.*

31 *Fœminas ad ſubſtituti excluſionem ex tacita ſiue ſubintellecta conditione, ſi ſine liberis regulariter admitti.*

CAP. XV.

SEPTIMA quæſtio quæ in arenam reuocatur huiuſmodi eſt, Statutum viget in ciuitate, quòd ſtantibus agnatis vſque ad certum gradum filiæ non ſuccedãt: pater inſtitutis filijs eos inuicẽ ſubſtituit, quorum vnus relictis filiabus deceſſit, quæritur an alter filius reciprocè ſubſtitutus à filiabus excludatur? In hac quæſtione duæ ſunt principales Scribentium opiniones. Prima eſt, ſubſtitu

1 tum † à fœminis non excludi, quam tenuerunt Ioan. Petrutius de Monte Sperello elegans Doctor Peruſinus, & integerrimi iudicij, in d. l. cũ acutiſſimi, C. de fideicom. Io. Bapt. Caccia Iup. de S. Seuerino in d. l. generaliter, §. cum autem, q. 25. C. de inſtit. & ſubſtit. Paul. de Caſtr. conſ. 79. Caſus iſte frequenter cõtingit, in antiq. ſed eſt conſ. 409. lib. ſecũdo, eiuſdem initij, in nou. poſt nume. 2. Bald. de Bartolinis inter conſilia Cornei, conſ. 120. Quod filia, libro ſecũdo, vbi ipſe Petrus Philippus de Corneo in ſubſcriptione, colum. penult. poſt num. 9. verſ. Et ideo, ſed expreſſius, conſil. 145. Ad euidentiam, in fine, numero tertio, verſ. Ad idem, libro primo, conſilio 197. Circa primum, colum. quarta, nume. tertio, eodem volum. conſil. 22. In hac conſultatione, colum. quinta, num. vndecimo, verſic. Et teſtator, ac num. 12. verſ. Et idem aliàs, ac conſ. 124. Ardua primo, colum. quinta, nu. 17. verſic. Ad idem, d. lib. ſecundo, conſilio primo, Circa primum, colum. antepenult. num. 29. verſic. Nam ex quo, & infr. libro quarto, Ludoui. Gozadin. conſil. 45. Viſis allegationibus, num. vndecimo, verſ. Quarto ſuadetur, conſ. 89. In hac cauſa, colum. penult. ante numerum vndecimum, Socin. ſen. in l. Centurio, colum. ſeptima, verſ. Ex qua concluſione, vbi hoc dicit eſſe notandum, ff. de vulg. & pupil. & conſ. 55. Viſis conſilijs, colum. ſecunda, verſ. Sed conſulentes, lib. 3. Albert. Brun. in tract. quod ſtantib. maſc. artic. 5. quæſt. 12. colum. 2. num. 29. vbi nu. 28. inquit, ſe ita ſæpius reſpondiſſe, refertque Ioannem Petrutium, Caſtrenſem, ac Corneum: & ante num. 33. iſtam communem opinionẽ eſſe teſtatur, Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, verſ. Suſceperit liberos, num. 102. & 108. C. de reuoc. donat. Andr. Alciat. lib. primo, de verb. ſign. fol. 21. verſ. Et ideo, & in tract. de præſum. reg. 3. præſumpt. 32. num. 4. verſ. Et propterea infertur, Socin. iun. conſ. 168. Præſentis conſultationis reſolutio, ante nu. 73. verſ. Nec obſtat etiam, lib. 2. dicens opinionem Socini eius patrui, conſ. 182. lib. 2. & Cornei conſ. 91. lib. 1. tutam non eſſe, reprobarique per Albertum Brunum in citato loco, & ſecundum hanc opin. conſuluit Ant. de Butr. conſ. 9. incip. Viſo puncto, relatus per Corneum, & Baldum Nouellum, ſiue de Bartolinis, poſt Paulum de Caſtro, qui ipſum pariter refert, cum eademque opinione rurſus Socin. ſen. hic pertranſit in ipſa 7. q. col. 64. num. 95. verſ. Niſi dicamus, ibidemque Caſtren. num. 6. Anton. Gabriel. Roman. libro 4. de fideicom. concluſ. 2. in 13. ampl. num. 24. & poſt num. 25. Ioan. Thomas Minadous in rep. Conſtit. In aliquibus Regni partibus, in 3. not. num. 23. verſ. Et pro hoc facit, fol. 101. Io. Crot. conſ. 1. Dudum Titius, num. 50. verſ. Et pro hoc facit, lib. 1.

Proba-

Digitized by Google

Probatur ſecundũ Caſtrenſem in citato con
2 filio, nam teſtatoris mens ſtatuto † conformis præſumitur, vt poſt Dynum tradunt Bar. Ang. Raph. Cuman. Alex. & cæteri, in l. hęredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. Bart. poſt Richardum Malumbri in l. Gallus, §. etiam ſi parente, ff. de liber. & poſthum. Alex. conſ. 15. Viſo teſtamẽto, num. 5. lib. 4. Corn. d. conſ. 22. In hac conſultatione, num. 11. & 12. lib. 2. Socin. iun. conſil. 135. Viſo puncto prædicto, num. 4. lib. 1. Curt. iun. conſ. 171. Materia prſentis cõſultationis, col. 2. num. 2. & infra, vbi de communi opin. atteſtatur, Io. Cephal. conſ. 32. Regula, num. 19. conſ. 46. Adhuc videtur, num. 19. lib. 1. & Rol. de Vall. conſ. 68. Perſpectis diligenter, num. 20. lib. 1. cum igitur ex ſtatuto neptis ex filio excludatur, non eſt veriſimile teſtatorem alteri eius filio maſculo inſtituto ſubſtitutoque ipſam propter dotem iam excluſam præferre voluiſſe, ſed cum ſtatuto ſe conformaſſe, cum in iſta materia euidens ſit, coniecturam tam teſtatoris mentem, non ipſius grauati attendi debere, ex qua quidem ſtatuti coniectura oppoſitio de hac l. cum auus, vt idem Caſtrenſis conſiderat apertè diluitur: Et ita in his terminis ad excluſionem fœminarum, coniectura deſumpta ex ſtatuto fœminas excludente, maſculis exiſtentibus, argumentatur Alex. conſ. 15. Viſo teſtamento, col. 1. ante num. 2. lib. 4. fundaturque talis argumentatio in valdè celebri doctrina Petr. de Anchar. in l. tres fratres, in 1. not. ff. de pact. & vltra Alexandrum, Dec. conſ. 15. Et pro tenui, colum. 3. num. 4. conſ. 270. D. Raynaldus, ſub nu. 3. verſ. Et ſtante tali ſtatuto, conſ. 316. In caſu propoſito, num. 9. conſ. 545. Viſo teſtamento, columna 1. num. 3. conſ. 299. In cauſa mihi commiſſa, col. pen. num. 11. verſ. Quo caſu, conſ. 495. Viſo eleganti, num. 14. Curtius iun. conſ. 112. Etſi ſubtilia, ſub num. 5. conſ. 116. Ingenioſa admodum, num. 9. verſ. Ex alio etiam, & d. conſ. 171. num. 4. verſ. Tamen ſtante ſtatuto, Soc. iun. conſil. 1. Præſentis conſultationis reſolutio, numero 113. lib. 1. Carol. Ruin. conſ. 4. Quoniam proponitur, num. 13. verſ. Non obſtat, lib. 2. conſil. 117. Viſo teſtamento Antonij, num. 6. & 15. conſil. 141. eiuſdem initij, col. 2. num. 4. verſ. Stante igitur, conſ. 158. Viſo, num. 6. & 10. cod. vol. & Iacob. Mandell. Albenſ. conſ. 19. Caſus iſte, num. 10. verſ. Secundo quia.

Ratio hæc quæ præcipuum fundamentum iſtius opinionis eſſe videtur, ſubmoueri Primò poſſet, quòd teſtator in diſpoſitione cenſetur ſe cum ſtatuti diſpoſitione conformare, non autẽ
3 in conditione, cum in conditionibus † merum factum attendatur, vt dicebat ſubtilis Doctor Carol. Ruin. conſ. 152. Ponderatis diligẽter, ſub num. 7. columna antepen. verſic. Et ſic patet, libro ſecundo.

Vel ſecundò, quòd tunc teſtator ſe cum diſpoſitione ſtatuti conformare prſumitur, cum teſtator ipſe loquitur, & non aliter, caſus enim
4 à teſtatore omiſſus pro omiſſo † habetur, adeũque extenſio non fit, l. ſi cum dotem, in prin. ff. ſol. matrim. & ſcribit Aym. Crauet. conſil. 180. Quando reddidi conſilium, num. 4. verſ. Tertio reſpondeo, ſed hic teſtator loquutus non fuit, meritò conformitas iſta conſiderari nequit: Sique diceretur ex lege præſumi teſtatorem loquutum fuiſſe, vt in hoc reſponſo, replicari po-
5 teſt id præter iuris regulas, ac † præter verba inductum fuiſſe, Socin. iun. conſ. 100. Præſupponitur, num. 10. libro 1. ſique teſtatoris diſpoſitio vno modo ſic alteratur, non debet alia voluntatis alteratio admitti ex ipſo ſtatuto, cum primã certa exorbitanti quadam interpretatione receperit, admiſeritque.

Tertiò reſponderi poteſt, regulam prædictã non ſemper veram eſſe, vt ſcilicet teſtator cum
6 ſtatuti, vel iuris communis diſpoſitione † ſe cõformare voluerit, vt dicit Corn. conſ. 83. Videtur, col. 2. poſt num. 2. verſ. Et inſuper, libro 1. quod patet in terminis, l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell. licet enim iure digeſtorum filius naturalis in aliquo patri naturali non ſuccederet, auth. quib. mod. natural. effic. legitim. §. 1. & §. diſcretis, coll. 7. tamen quandoque naturales filij, ſi ſine liberis conditionem expirare faciebant, vt ibi probatur, tradunt Doct. præſertim Ang. & Ioan. de Imol. Idem probatur in l. fin. C. de verb. ſign. vbi quòd in relicto familiæ facto, liberi gener ac nurus comprehenduntur qui nullo iure ab inteſtato inuitantur, l. affinitatis, C. commun. de ſucceſſ. rurſus, ſi quis † reli-
7 querit fratri ac filijs, ſimul admittuntur, c. Raynutius, extra de teſtam. & ibi Hoſtienſ. Petr. de Anchar. Anton. de But. Ioan. de Imol. & Panormit. Doctores magis communiter in l. Gallus, §. quidam rectè, de liber. & poſthum. quamuis Bart. contrarium ſenſerit, & cum opinione Hoſtienſ. tranſit Bald. in l. ſi mulieri & Titio, de vſufruc. accreſc. in l. fin. C. de impub. & al. ſubſtitut. & in l. ſi quis hæres, §. fin. de acq. hæred. magisque communem dicit Corn. d. conſ. 83. poſt num. 2. lib. 1. & tamen de iure veniebant ordine ſucceſſiuo, hoc eſt, filij ſi tempore delatæ hæreditatis frater non ſuperetat, & ſic teſtator non cenſetur ſe cum diſpoſitione iuris communis, vel municipalis conformare; & latius deducit idem Corn. conſ. 91. Viſa facti narratione, col. 2. circa med. d. lib. 1. dicens, quòd vel illa theorica vera non eſt, vel ſi vera eſt, ſibi magis placet, vt procedat regulariter, ſed de facili à tali coniec-
8 tura † propter aliam coniecturam ſiue prſumptionem recedatur, vt alibi conſulendo dixit idem Coroeus relatus per Crauett. d. conſ. 180. Quando reddidi conſilium, col. fin. poſt nu. 4. verſ.

verſ. Quartò reſpõdeo. Si igitur coniectura ſtatuti ex alia etiam leui ſubmouetur, nõ leuis aut fragilis, ſed grauis quidem ex hac l. cum auus, coniectura in propoſito cenſebitur, quæ naturalem præ ſe fert pietatem, in liberosque dilectionem, ne inquam teſtator videatur alienas ſucceſſiones propriæ anteferre, d.l. cum acutiſſimi, hæcque pietas reſpectu etiam fœminarum conſideratur, d.l. generaliter, §. cum autem, propria etiam ſucceſſio ex grauato deſcendens intelligitur, meritò teſtatoris filius ſubſtitutus, admiſſo filio grauati, excluditur, vt hic textus exprimit.

Altera itaque ſuperiori cõtraria eſt opinio,
9 quòd filiæ iſtæ fœminæ à ſtatuto† excluſæ ſubſtitutum excludant, quam tenuerunt Soc. ſen. in d.l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. in pen. col. verſ. Sed tamen præmiſſis non obſtantibus, vbi Hieronym. Torniell. nu. 114. & indiſtinctè ipſam defendit Hieronym. Zanch. ante num. 1182. verſ. Et pro hac opinione facit, cum num. ſequentib. idem Socin. conſ. 182. licet filia fœmina, lib. 2. Andr. Barbat. in c. Raynald. fol. 30. vbi Didac. Couarr. in princ. ſub num. 2. verſic. Imo dicta conditio, extr. de teſtam. idem Andreas conſ. 67. Illud in medium afferam, col. 4. verſ. Et ſi quiſpiam opponat, lib. 3. Corn. conſ. 91. Viſa facti narratione, col. 2. circa fin. libro 1. conſ. 202. Circa præſentem conſultationem, colum. 5. lib. 2. Socin. iun. conſ. 103. Viſa contingentia facti, num. 42. lib. 1. dicens Caſtrenſem male loqui in d. conſ. 409. lib. 2. reprobarique per Socinum eius patruum d. conſ. 182. lib. 2. idem Socin. Nepos conſ. 158. Abunde, nu. 50. verſ. Demum non obſtat, lib. 2. Carol. Ruin. d. conſ. 152. Ponderatis diligenter, col. 3. lib. 2. Tiber. Decian. conſ. 60. num. 29. libro tertio, Nouiſſim. Pariſienſ. ad Alexandr. d. conſ. 15. Viſo teſtamento, num. 1. lib. 4. dicentes Andream Alciatum virum alioqui grauiſſimum, omniumque applauſu celeberrimum Iuriſconſultũ peſſimè loquutum fuiſſe, fuitque opinio nonnullorum antiquorum, ſcilicet Petri de Bellapert. in d.l. generaliter, §. cum autem, vbi Albericus de Roſate, Cyni in d.l. ex facto, §. fin. per illum text. ad Trebell. Oldradique in l. 1. C. de condit. inſert.

Mouentur ex pluribus, Primò per tex. in hac l. cum auus, vbi dicitur, conditionem ſi ſine liberis quaſi expreſſe à teſtatore appoſitam à ſcribente verò omiſſam ſubintelligi ex fictione, vel ſecundum veriorem opinionem magis ex præſumptione, vt in præcedentibus aſſerui, ſi ergo pro appoſita habetur, conſiderandum non eſt, an filij ſucceſſibiles ſint, vel non, in conditionibus enim merum factum attendimus, l. qui hæredi, & l. Mæuius, ff. de condit. & dem. tuncque ſuccedit etiam text. in d.l. filiusfamilias, §. cum quis de leg. 1. vbi hoc tenere Raph. Cuman. de
10 mero iure videtur. Sique fortaſsè † dixerimus eundem §. cum quis, per Bartolum intelligi, niſi filij ex legis diſpoſitione ſint excluſi, Reſpondet Socinus, excluſionem reſpectu omnimodę incapacitatis ex teſtamento, & ab inteſtato conſiderandum eſſe, vt in deportatis, vel fratribus mendicantibus, ſecus ſi ex teſtamento ſucceſſibiles eſſent, vel aliquo caſu ab inteſtato, vt ibi Cumanus & Caſtrenſis declarant, Ang. Ioan. de Imol. & idem Paul. de Caſtr. in l. Lucius, ff. de hæred. inſtit. quales in propoſito fœminæ exiſtunt.

Huic rationi reſponderi primo poteſt, multum intereſſe inter expreſſam ac tacitam conditionem circa illud, nunquid liberi vt excludãt, debeant ſuccedere, quod in ſuperioribus extricatum fuit, cum enim conditio exprimitur, procedit tex. in d. §. cum quis, nã in incertis nõ certis locus eſt coniecturis, l. continuus, §. cum ita, de verbor. oblig. Sed ſi ſcripta non reperitur ſecus eſt, à teſtatore etenim exprimi cenſetur, vt ab inteſtato liberos ſubſtituto præferat, l. Lucius, ff. de hæredib. inſtit. Vnde lex non præſumit, quòd liberos ad ſubſtituti excluſionem poſuerit, qui ab inteſtato ſucceſſuri non ſint, hoc enim fruſtra præſumeretur, arg. l. 1. §. ſi vir vxori, ff. de acq. poſſ. Sique diceretur, quòd in expreſſa conditione idem eſſet, vbi illi qui nõ ſunt ſucceſſuri fruſtra includerentur, contra dictum
11 §. cum quis, Reſpondetur, † quòd ſi nullo modo ſunt ſucceſſuri ob omnimodam incapacitatem, vt deportari, aut mendicãtes, ſubſtitutum non excludunt, ſi autem poſſunt ſuccedere, ſubſtitutaque ſit perſona, quæ liberos ab inteſtato non excludit, licet poſtea non ſuccederent, includuntur, quia de ijs teſtator ſenſit qui ſuccedere poterant, d.l. Lucius, in fin. cum gloſ. quãuis poſtea contingat, quòd non ſuccedant: fit itaque ſubſtituti excluſio ex natura conditionis, cum ſemel incluſi fuerint, Sed iſto caſu cum perſona ſubſtituta fuerit, quæ ab inteſtato liberos excludit, non potuit teſtator de ipſis aliter cogitare.

Vel Secundò ex mente Caroli Ruini conſil. 126. Circa duo principaliter, col. 6. in fin. num.
12 11. verſ. Nec etiam obſtat, lib. 3. dicendum † eſt, quòd d. §. cum quis, procedit, quando diſpoſitio ab ipſo initio nõ inerat, ſed fuit adiecta, ſub conditione tamen, tunc enim ſola exiſtentia poſiti in conditione excludit, ſecus quando ab ipſo initio ineſt quidem diſpoſitio, ſed caret effectu eueniente aliqua conditione, ideſt extante aliqua perſona, vt in d. §. cum ita, in hac l. cum auus, in tacitaque pupillari, quæ ab initio ineſt in expreſſa, ſed non habet effectum extante matre, tunc enim merus euentus conditionis, ideſt ſola exiſtentia perſonæ poſitę in conditione nõ

impe-

impedit effectum illius diſpoſitionis, niſi condi tio illa effectualis ſit, ideſt niſi perſona in condi tione poſita ſuccedat, & ratio differentiæ eſt, re gula, l. patre furioſo, vt per eum.

Aut Tertiò reſpondetur, quòd d. §. cũ quis,
13 procedit† duntaxat quando non fuerunt hęre- des ex propria voluntate, quia noluerũt, vel ex voluntate patris qui eos exhæredauit, ſed quan do non ſunt hęredes quia aliàs caſu, vel lege im pediuntur ſuccedere, tunc ſuperſtites patri libe ri non faciunt conditionem deficere, ita ſingu- lariter declarat Bart. in d. §. cum quis, in fin. & cum eo pertranſit ibi Angel. & Paul. de Caſtr, quos referendo ſequitur Soc. iun. conſ. 42. Vi- ſo teſtamento Titij, colum. antepen. poſt num. 28. verſ. Vel ſecundo reſpondetur, lib. 1. Et ſic
14 non obſtat † in conditionibus merum factum debere inſpici, quoniam id in cõditionibus me rè voluntarijs tantum procedit, & vbi nullo mo do fuit conſideratus effectus, vt nõ poſſit etiam de contraria teſtantis voluntate conſtare, aliàs ſecus, vt hic, ſecundum eundem Socin. iunior. d. num. 28. verſ. Similiter non obſtat.

Secundò inducitur, nam filia à ſtatuto exclu
15 ſa † non amittit beneficium, l. fœminæ, C. de ſe cund. nupt. vt ibi per Salic. in §. illud, verſ. Quid dicemus, & verſic. Quid igitur dicendum, Dec. conſ. 87. Pro reſolutione caſus, col. penul. verſ.
16 Tertiò non obſtante, ſicut nec amittit† benefi- cium, l. hac edictali, d. tit. Soc. ſen. conſ. 35. in 2. dub. lib. 4. Corn. conſ. 309. Circa primum, co- lum. 3. libro tertio, Albert. Brun. in tract. Quòd ſtantibus maſcul. artic. 12. quæſt. 9. in fin. num. 159. Socin. iun. conſ. 103. Viſa contingentia fa- cti, num. 42. lib. 1.

Ratio hæc multũ à remotis videtur; & quòd filia excluſa à ſtatuto perdat beneficiũ d. l. hac edictali, tenet Ang. in §. optime, auth. de nupt. & poſt Iaſ. conſ. 68. Dicta legitimatio, col. fin. verſ. Secundo notabiliter, lib. 3. And. Tiraquel. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, ante num. 108. Dec. conſ. 396. Viſis his, in prin.
17 Et quo ad d. l. fœminæ, retenta opinione† Sali- ceti, quæ verior videtur, & communiter appro- bata, ſecundum eundem Dec. d. conſ. 396. poſt num. 3. verſ. Non obſtant allegata, tollendo v- tranque inſtantiam, aduertendum eſt, ſubaudi- tionem conditionis, ex hac l. cum auus, ſucceſ- ſionem reſpicere, quæ parentum voto defertur, l. ſcripto, ff. vnd. liber. ſed iura prædicta culpam ad ſecunda vota conuolantis conſiderare, iniu- riamque filijs primi matrimonij illatam, vt ſcri bit Oldrad. conſ. 294. Vltra iam dicta, num. 2. verſ. Tertium ſimiliter patet, vt ſit lucrũ illud, quid ab hęreditate ſeparatum, ideo licet filia ab hæreditate excludatur, non eſt propterea illo lucro priuanda; cum enim plura iura vni com-
18 petunt, ſi vnum† remittatur, aliud non tollitur, Bart. in l. ſi dominus, per illum text. ff. de ſeruit. vrb. prædſ. facit text. in l. ſi prius, ff. de aqua plu. arcen. debetur itaque lucrum iſtud filijs, non vt hæredibus, ſed vt filijs, ſecundũ Decium in pro ximè citato conſilio, & d. conſ. 87. col. 2. poſt num. 3. & eſt text. in auth. hæres, C. de ſecund. nupt. ideo tanquam æs alienum illud accipiũt, Ludouicus Roman. conſ. 190. Clarum eſt, circa fin. allegando text. in d. auth. hæres.

Tertiò conſiderabat Socinus, quòd natura- lis legitimis exiſtentibus non ſuccedit, illis ve-
19 rò non exiſtentibus † in duabus tantum vncijs, auth. licet, C. de natural. liber. ſed filia à ſucceſ- ſione excluſa, à dote excluſa non dicitur, ſed do tanda eſt, & quamuis dos poſſit eſſe maior, non
20 tamen minor† legitima, Salic. Raph. Fulgoſ. & Iaſ. in auth. res quæ, C. commun. de legat. Ang. conſ. 311. D. Georgeus, in 3. dub. Salic. in ſua Di ſput. incip. Statuto cauetur, dicitque Socin. ſe- cundum iſtam opinionem plurics Baldum, & Alexandrum cõſuluiſſe, ac ipſam ſequi Docto- res Peruſinos tanquam canonizatam, & ita fuiſ ſe in quadã magna cauſa aliàs in Ciuitate Flo- rentiæ obtentum, & vtrinque aderant conſilia diuerſa, & aduerſa omnium ferè Doctorum Ita liæ, Andr. de Iſernia in conſtit. In aliquibus, co lum. 8. cum adductis per Andr. Tiraquell. in d. rep. l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, nu mer. 110. verſ. Quòd autem, proinde filia magis
21 agnita † dicitur, quàm filius naturalis qui con- tra teſtamentum non percipit, l. 1. §. 1. ff. de bo- nor. poſſ. contra tabul. licet filia contra teſtamẽ- tum dotem conſequatur, l. fin. C. de dotis pro- miſſ. ſique cum naturali in ſucceſſione concur- rat ab inteſtato, præfertur filia, naturali filio, vt voluit Bald. in d. l. cum acutiſſimi, col. 2. verſic. Quæro nunquid naturales, C. de fideicom. & conſ. 24. Statuto ciuitatis, lib. 1. Sed filius natu- ralis fideicommiſſum expirare facit, niſi quali-
22 tas perſonæ † teſtatoris repugnet, ſecundum opin. Bart. in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell. per illum text. quam quidem ſenten tiam Doctores magis communiter ſequi viden tur, & ex eodem limitatur dicta l. generaliter, §. cum autem, ergo multo magis id fœmina effi- ciet, vt per eum.

Sed contrarium ſuſtinendo, huiuſmodi obie ctio ſic tolli poteſt, concedendum enim non eſt, naturalem filium excludere ſubſtitutum, quan
23 do lex conditionem † tacitè ſubintelligit, & ita textum in d. §. cum autem, ex d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, diſtingui, ſecũdum Socinum ſen. in hac lege, colum. 64. circa fin. dicentem con- trariam opinionem excluſiuam naturalium in puncto iuris veriorem eſſe, de qua quidem veri tate meminit etiam Ioan. de Imol. in d. §. ſi quis rogatus, col. 2. dicens inſuper communiorem eſ ſe, vt nouiter atteſtatur Anton. Gomeſ. in com-

mentar.

mentar.varijsque reſol.iur.ciuil.quem in præce dentibus proprio loco allegaui, euidentiſſimeque probatur,in d.§.cum autem, ibi,Sine iuſta ſobole, cumque ibi Imperator reſponſum hoc Papiniani interpretetur,adeoque interpretationem cõſtringat,ibi,Cum autem inuenimus excelſi ingenij Papinianum in huiuſmodi caſu, vt termini propoſiti caſus egredi nequeant,nõ videtur poſſe ad terminos dicti §.ſi quis rogatus, extendi: Vnde ceſſat de naturali filio ad excluſam fœminam ex ſtatuto à maioritate rationis includendi,argumentatio.

Quartò dicebat Hieronymus Torniellus in d.§.cum ita,quòd vbicunque dictæ l. cum acu-
24 tiſſimi,ratio militat,† ne ſcilicet videatur teſtator alienam ſucceſſionẽ propriæ anteferre,ſemper eius diſpoſitio militare debet,vt inquam filij in conditione poſiti cenſeantur, Sed ſic eſt, quòd dicta ratio ſiue attendatur ad fauorem ipſius grauati,ſiue eius filiorum,militat etiam cũ filia eſt excluſa, ergo diſpoſitio eadem militare debet; Militare hoc quoque caſu dictam rationem ſic deducitur, facultas per ſtatutum patri conceſſa,vt filiam poſſit excludere, eam dotando,per ſe,vel eius hæredes, ad ipſius patris beneficium tendit,tum ſic, inductum ad fauorem alicuius non debet in odium retorqueri, ſed ſi filia à ſtatuto excluderetur tam reſpectu patris, quàm ipſius filiæ aliena ſucceſſio diceretur propriæ anteferri in damnũ ipſius patris, ergo &c. quod ad damnum patris excluſio tenderet,probatur,nam filio ablatum, ipſi etiam patri ablatum dicitur,vt idem Torniellus deducit.

Cæterum & hæc ratio tuta non eſt,nã vt Hieronymus Zanchus inquit,in d.§. cum ita,num.
25 1184. ſtatutum iſtud fauore ſolius † patris non emanauit,ſed vt bona in agnatione conſeruentur,ſicut iſtius filiæ excluſio minus in odium redundat,nec contra patris voluntatem, cum pater volens poſſit huic excluſioni obuiare, eam hæredem inſtituendo, tuncque ſubſtitutum excluderet, cum itaque pater alium inſtituat, vel permittat magis hæredem eſſe quàm filiam,cẽſetur ſe cum ſtatuti diſpoſitione conformare, quod quidem ignorare non præſumitur,& cõſequenter velle, quòd filia ſubſtitutum non excludat. Vel potius dicendum eſt, ſtatutum ita diſponere,vt ſe cum eo conformet, quod communiter teſtatores diſponunt; Et maximè prædicta procedunt,cũ pater ſciat,vel ſcire debeat, poſitum in conditione ſubſtitutum non excludere,niſi ſuccedat.

Quintò pro hac opinione facit, quia ex con-
26 iecturis † pœna non imponitur,iuxt.not.in c.is qui,in glos.magna,de ſentent. excom. in 6. ſed filiam ab hæreditate patris excludere, pœna eſt, vt per Paul.de Caſtr.in l.ſi is qui hæres, numero ſecũdo,ff.de vulg.& pupill. ergo neptes iſtæ non debent à patruo ex coniecturis excludi: & ita argumentabatur Pariſ.conſ.89. In præſenti cauſa,colum.pen.ad fin.num.38. verſic. Prout etiam,lib.2.

Hæc quoque ratio concludens non videtur, nam filiæ iſtæ pœnam ex coniecturis non incurrunt,propter ipſarum excluſionem,conſiderando pœnam prout ad delictum refertur, eique commenſurari debet,ſed magis damnum,quẽ-
27 admodum † Accurſius pœnam in d. l. ſi is qui hæres,intelligit; Quinimò nec propriè damnũ, attenta ſtatuti diſpoſitione, eiusque ratione in qua reſidet & fundatur; Sique textum dum de pœnis loquitur, de damnis ad eum relatis qui fortaſſe proprio vitio incapacitatem ſibi fecit interpretemur,non incongruè huiuſmodi damna,amiſſionesque Paulum Iuriſconſ. pœnas dixiſſe comperies: pœna etenim apud Vlpianum eſt,noxæ vindicta,l.aliud eſt fraus,ff.de verborum ſignif.exilis certè ratio eſt: Nam cum filiabus aliquid de iure communi competens non auferatur,vt in terminis Pariſij contra Ludouicum Gozadinum de iure reſpondentis contingebat, conſ. 89. In hac cauſa Tridentina, dicta eius ratio penitus ceſſare debet, de eo enim hic agitur, quod ipſis ſpeciali iure competeret,ex d.l.cum acutiſſimi, ſpecialeque ius facilius tollitur quàm commune,vulg.l. eius militis,§.militia miſſus,ff.de milit.teſtam.

In hac difficultate à communi ſententia† iu-
30 dicando ac conſulendo recedendum non foro arbitror, præſuppoſito nanque diſpoſitionem huius contextus exorbitantem eſſe,& cõtra iuris communis regulas,vt frequenter dixi, ſcribitque Ioan.de Imol.in d.l.filio præterito,præſumptione tantum ſuffultam, vltra omnem verborum ſignificationem,ſiue interpretationem, Socin.iun.conſ.128.Nobilis,num.32.lib.1.cõſequens eſt,ipſam reſtringendam eſſe, necnon ex ea ſpeciali ac proinde debiliori iure ſuccedi, vt ibidem Socinus aduertit, num.35. & infra, ac denique contrarijs præſumptionibus,coniecturisque tolli poſſe,vt in præcedentibus ex Ancharano alijsque dicebam: quamuis igitur ex præſumptione eiuſdem l.cum auus, fœminæ e-
31 tiam † ad ſubſtituti excluſionem admittendæ eſſent,d.l.cum acutiſſimi, & d.l. generaliter, §. cum autem,Socin.iun.conſ.158.Abunde, nu-
36.lib.2.tamen non admittuntur ſtatuti coniectura reluctante, quæ diſpoſitioni teſtantis conjuncta,iuxta doctrinã Dyni,Bart. Ang. & aliorum in d.§. cum ita, ſubſtitutum non ſimpliciter,ſed vti agnatum admittit, fœminæ autem tũ contra ius ſubſtitutionis,tunc etiam contra ius ſtatutarium nituntur,vt vtrunque coniunctum ſuperet ius exorbitans atque debilius ex ipſa l. cum auus,ſcaturiẽs, maximè quia de neptibus ſaltem in genere cogitaſſe teſtatorem præſumẽ-

dum

dum eſt,quemadmodum de ſtatuto,ac eius ratione ad maſculorum fauorem & agnationis, quæ cogitatio in genere vtrum ſufficiat ad tollendum modo d.l.cum auus, coniecturam,hæſitandam non eſt, cum non ſit pura & ſimplex in genere cogitatio,ſed immixtam implicitamque rationem,ac cauſam ſtatuti impulſiuam cõtineat: Nec dicatur dictam diſpoſitionem vti fauorabilem licet exorbitantem debere extendi,vt aliàs dictum fuit, nam ſubſtitutus in propoſito, non tanquam ſimplex ſubſtitutus, ſed vti agnatus in quo fauor ſtatutarius agnationis familiæque conſeruandæ reſidet conſiderãdus eſt,cumque in ſpecie fauor adſit,alium in gene re tollit,atque elidit, vt ſit receptæ opinioni acquieſcendum,cum qua ipſam communem, ac tenendam eſſe dicens, licet ab ea aliqui ſibi parum conſtantes diſſenſerint, nouiſſimè tranſit Iacob.Menoch.in d.tract.de preſump.in 2.par. lib.4.d.præſumpt.89.num.106.verſ. Declaratur quarto,fol.168.

HYPOTHESIS.

Per ſtatutum filia excluſa, ſi ab eius patre grauato hæres inſtituatur, an per ipſam ſubſtitutus excludatur indagari: Et l.iure ciuili receptum eſt, hoc tit.intelligi.

SVMMARIVM.

1 *Familiam ex ſtatuto excludente fœminas ſtantibus maſculis excluſam, à patreque grauato hæredem inſtitutam, ſubſtituti excluſionem operari: Doctores contrarios, nu.11.recenſeri, Opinionemque contra Socin. in puncto iuris veriorem eſſe, nu.17. Sed ab ipſo Socino iudicando ac conſulendo recedendum non fore, nu.18.*

2 *Filiam ex ſtatuto excluſam, ab inteſtato & contra teſtamentum tantum excluſam cenſeri, non autem ex teſtamento: nec per ſtatutum facultatẽ inſtituendi auferri, nu.6.*

3 *Adoptiui patris teſtamentum contrarium remedium non recipere: & tamen adoptiuum filium inſtitutum, vt ſuum ſuccedere.*

4 *Fideicommiſſum ex ſolo grauati facto, ſine arbitrio deficere, inconueniens abſurdumque eſſe.*

5 *Limitatam cauſam, limitatum effectum producere.*

7 *Teſtamenti verba ſecundum caſuum contingentiam diuerſimode à Doctoribus interpretari.*

8 *Maſculos in emphyteuſi pro ſe & filijs maſculis ac fœminis recepta ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo ipſis fœminis præferri; ſicque limitari maſculis & fœminis æqualiter hæredibus inſtitutis, nu.9. Quid autem fœminis in re certa inſtitutis, num.10.*

12 *Qualitatem in conditione poſitorum reſpectu teſtatoris magis quàm grauati inſpiciendam eſſe: idque declarari.*

13 *Rem de facili ad priſtinum ſtatum reuerti.*

14 *L.iure ciuili receptum eſt, ff.de condit. & demon. explicari.*

15 *Voluntatem teſtatoris circa principaliter ac directè ordinata ſpectari, nec culpam emergentem nocere.*

16 *Teſtatoris voluntati non reſiſtere, iure communi, & ſuo vtentem.*

19 *Filiam ex ſtatuto excluſam ſubſtitutum excludere, etiam ſi in re certa inſtituta foret.*

20 *Filiam ex ſtatuto excluſam, ſubſtitutum excludere, etiam ſi in minus ſolenni teſtamento iuxta l. hac conſultiſſima, §.ex imperfecto, C.de teſtam. inſtituta reperiretur.*

CAP. XVI.

IN ſeptima principali quæſtione quam explicauimus, alia quæſtio ſuboritur,nunquid filia per ſtatutum excluſa, ſi ab eius patre grauato † hæres inſtituatur, 1 ſubſtitutus tunc per ipſam excludatur? & Soc. ſen.tum legendo, in hac inquam l. cum auus, poſt num.96.verſic. Sed iterum,& in l.hæredes mei,§.cum ita,col.fin. poſt num.32.ff. ad Trebell.tum conſulendo,ſcilicet conſ.182. licet filia,col.pen.verſ.Poſtremo & quarto,lib.2. pro filia ad ſubſtituti excluſionem apertè concludit,ipſumque ſequuntur,Carol.Ruin.cõſ.126. Circa duo principaliter,col.3.in princ. ſub nu. 4.verſ. Præterea licet ab inteſtato, lib.2.conſil. 144.Proponitur in facto, col.antepen.num.15. verſ.Nam dicuntur,& conſ.152.Ponderatis diligenter,col.3.in prin.num.3.& infra, cod.vol. Corn.conſ.202. Pluries & pluries, col. 5.verſ. Præterea & ſecundo,lib.3.Alber.Brun.in trac. quòd ſtantib.maſcul.artic. 11.q.9.col.fin.Hieronym.Zanch.in d.§.cum ita, num.1186. cum pluribus ſeq.rurſus Corn.conſ.1.Circa primũ, col.pen.num.28.verſ. Et inſuper,lib.4.Io.Cephal.conſ.306.Conſultatio frequens eſt,in fin. Tiber.Decian.conſ.60.num.29. & 30. libro 3. Hieronymus Gabriel. conſ.97. Ioannes Leonardius,poſt num.14.Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt.in 2. part. lib.quarto, præſumpt. 89.num.107.verſ. Et hæc quidem declaratio, fol.168.

Et prima quidẽ ratio qua ad id dicẽdum mouentur eſt, licet enim hæc grauati filia ab inteſtato, & contra teſtamentum excluſa ſit, iuxta not.per Bar.& alios in l.Gallus,§.& quid ſi tãtum,ff.de liber.& poſthum. non tamen à teſta-
2 mento ſi hæres inſtituatur † excluſa cenſetur, And.de Iſern.in conſtit.In aliquibus, vbi Mat-

thęus

theas de Affict.col.5.verſ. Quinto quæro,An-
gel.& Ioan.de Imol. in d.§. & quid ſi tantum,
Petr.de Anchar.in l.tres fratres,ff.de pact.Ale-
xan.conſ.131.Tranſmiſſum eſt ad me, columna 2.nu.3.lib.1.& Raph. Cuman. conſ.48.Statutum Florentiæ,circa fin.poſt num.4. Ex quo infertur,quòd licet ab inteſtato, & contra teſtamentum filiæ ad inſtar extranei reductæ dicantur,ad tradita per Bar. in l.1.§.ſciendum,num.3.verſ. Quæro dicit ſtatutum, ff. de ſuis & legitim.& Bald.in l.maximum vitium,num.21. verſic.Sed huic filiæ,C.de liber.præterit.tamen ex teſtamento inſtituta,dicitur eſſe cognita vt ſua, Alex.d.conſ.131.col.1.verſ.Quibus non obſtãtibus,lib.1.Iaſ.in l.ſi emancipati,ante num.35. verſ.Ego pondero,C.de collat.ad hocque allegat tria iura Socin.ſen.in hac l.cum auus, ante num.97.& in d.§.cum ita,col.fin.in l. filius qui patri,col.9.in princ.num.15.verſ.Confirmatur iſta opinio,ff.de vulg.& pupill. ac etiam conſil. 75.Viſo teſtamento,col.2.num.3.lib.3.ſcilicet text.in l.qui in aliena,§.interdum,ff. de acq.hær redit. vbi nepos excluſus ab inteſtato propter filium,ſi inſtituatur ſuus dicitur, in l.non putauit,§.in adoptionem, ff. de contratabul. & in l. cum in adoptiuis,in prin.verſ. Sed ne articulũ, ibi,ſui hæredis ius,C.de adopt.vbi põderat Baldus in fin.verſ. Nota mirabile,quòd contra teſtamentum† patris adoptiui remedium non da
3 tur,& tamen inſtitutus, vt ſuus ſuccedit, Socinumque refert Curt.iun.conſ.160.Præſupponitur in facto,col.3. poſt num.7.verſ. Quod licet, & ſequitur Andr. Alciatus in d.l.ſi filius qui patri,ante num.32. ac Corn. in l. ſi fratris, col.4. verſ.Sexto fallit,C.de iur.delib.Hinc ſequitur, ſtatuentium intentionem fuiſſe,quòd patre decedente cum teſtamento, filiamque inſtituente,tanquam ſua,filia ſuccederet, ac ſi ſtatutum non adeſſet,eadem igitur teſtatoris intentio videtur,circa fideicommiſſi defectum, quòd licet ab inteſtato per eius exiſtentiam conditio non deficeret,quia non ſuccedebat, ſecus tamen ex teſtamento eius præſuppoſita inſtitutione.

Huic rationi ex eiuſdemmet Socini intentione reſponderi poteſt,eſto nãque neptem iſtam dici ſuam,id ſolo facto grauati euenit, vnde in-
4 conueniens † abſurdumq. eſt,fideicommiſſum ob ſolum grauati factum, proque eius arbitrio deficere,quod alias nõ deficeret,vt hic, ſi enim grauatus filiam non inſtitueret, fideicommiſſum non euaneſceret; abſurdumque iſtud deducitur ex l.ſi ita quis,§.fin.ff. de leg.2.l. fideicommiſſum,ff.de condit.& dem. Bart.in l.ſi cognatis,col.2.verſ. Oppono prout hic text. ff.de reb.dub. Dec.conſ.399. Cõcluſionem,in prin. Carol.Ruin.conſ.122. De duobus principaliter, col.4.num.8.lib.2. Sique grauatus ſuo facto ob religionis fauorem fideicommiſſi defectum poteſt inducere,authen. niſi rogati,C. ad Trebell.igitur in contrarium eſt ius commune, l.ius ſingulare,ff.de legib. Vtque Hieronymus Zanchus conſiderat, dicere teſtatorem ſe cum ſtatuti diſpoſitione ab inteſtato loquentis conformare,nil aliud ſonat, quàm teſtatorem cenſeri velle, vt quod ſtatutum ab inteſtato diſponit,ſic etiam in ſuo teſtamẽto diſpoſitum, quo caſu grauatus non poteſt quicquam in contrarium attentare, aliàs enim teſtator conformare ſe cum grauati diſpoſitione præſumeretur,non ſtatuti.

Sed hæc reſponſio tuta non videtur, ideo enim filiæ fœminæ,poſitæ in conditione non cẽſentur,cum à ſubſtituto excludantur,vt conformis ſit teſtatoris voluntas ſtatutorum diſpoſitioni, iuxta not.per Scrib. communiter in d. §. cum ita,in caſu igitur quo non excluduntur ceſſat ratio propter quam in conditione poſitæ nõ cenſentur, & proinde diſpoſitio l. adigere, §. quamuis,ff.de iur.patron.limitataque cauſa,li-
5 mitatum † parit effectum,l.cancellauerat, ff.de his quæ in teſtam.delen. Hinc reſultat,quòd defectus fideicommiſſi non ſimpliciter à facto grauati cauſatur, ſed à teſtatoris voluntate, filias hoc caſu in conditione poſitas cenſeri volentis, per text.in hac l.cum auus,cumque ſtatutũ hoc eodem caſu non loquatur, meritò in diſpoſitione iuris communis verſamur, l. ſi cum dotem; in princ.ff.ſol.matrim.cum ſimil.

Sicut itaque(vt idem Hieronymus Zanchus
6 dicebat) ſtatutum facultatem decedenti † non aufert, quin filiam poſſit hæredem inſtituere, vt per Bart. quem cæteri communiter ſequuntur,in l.1.C.de pact. Dec.conſ.378. Viſo motiuo,col.pen.ad fin.verſ. Non obſtat, quòd mater,imò ſi inſtituatur eſt ſua hæres,ita etiam teſtator tacitè filios in conditione ponendo, quo caſu de iure communi etiam filiæ veniunt, facultatem grauato abſtuliſſe, quin filiam valeat hæredem inſtituere, non cenſetur; & ideo non ſolum præſumpta mens teſtantis non adeſt filiam grauati hæredem excludendi,ſed potius includendi,ſi à grauato inſtituatur:ſicut enim teſtator ſe conformare cum ſtatuto creditur ad filiæ excluſionem in caſu inteſtati, ita etiam in caſu teſtati adeiuſdem filiæ incluſionem, vt contrariorum eadem ſit diſciplina.

Contrarium tamen ſuſtinendo,adhuc inſtari poſſet,clarum eſſe in iſta materia, coniectura tam teſtantis mentem,non autem grauati debere attendi,ſed mens teſtantis penitus regulata, atque informata à ſtatuto vlterius non proceſſit, nec inſtitutionis futurum caſum prævidit, quinimò ipſi ſtatuto acquieuit,ergo quantumuis neptis fuerit poſtea per grauatum inſtituta,quæ poterat inſtitui, & non inſtitui, non excludet ſubſtitutum, & proinde cũ dubium in-

certum.

certumque futurum iſtum euentum mens teſta toris non animaduerterit, dicitur ſemper vrge re illa primitus informata, ac coniectura ta mẽs excludendi, non includẽdi, ad inteſtatique cauſam continuò tãtum applicita: Et quamuis ſtatutum facultatem grauato filiã inſtituendi non adimat, iſta tamen facultas non erat in eſſe, ſed in quadam potentia voluntatis grauati, vnde firma remanet contraria ac regularis coniectura conformitatis cum ſtatuto ad tollẽdam eiusdem l. cum auus, tacitam in conditione poſitionem; cum ſtatuti hæc coniectura ad actus perfectionem tanquam finalis cauſa concurrat, vt ad alium diuerſum finem trahi non poſſit, ſed voluntas ex ſimplici abſolutaque ratione ſtatuti conſeruandi bona in agnatione reguletur; & propterea illud, quòd limitata cauſa limitatum pariat effectum, in cõtrarium retorquetur, omne enim quod eſt tale, non deſinit eſſe tale cuicunque comparetur.

Et ſi adhuc diceremus, verum non eſſe teſta tores futuros euentus non conſiderare, nam cõ
7 ſiderant, & proinde † Doctores ſecundum caſuum occurrentiam verba teſtamentorum diuerſimodè interpretantur, vt ſcribit Franciſcus de Capit. liſtę inter conſilia Laurentij Calcanei conſ. 106. Vt reſpondeam, colum. 4. num. 3. ver ſic. Secunda ratione moueor, & Socin. in l. centurio, poſt num. 14. verſic. Mihi placet, ff. de vulgar. & pupill. facit tex. in l. ſed ſi quis, §. interdũ, de vſufruc. Reſpondeo hoc non procedere, ſi in contrarium coniectura aliqua reſiſteret, vt in propoſito, repugnant enim duo, coniectura inquam ſtatuti, & teſtãtis omiſſio ac taciturnitas, non enim vlterius proceſſit, vt eius mens non cenſeatur ſtatuti rationem tranſcendere; quinimò dato quòd prȩuiderit, cum omiſerit, fortius conformitas omni caſu cum ſtatuti diſpoſitione coniecturari poteſt.

Secundò inducitur, licet enim in emphyteu-
8 ſi † recepta pro ſe & filijs maſculis ac fœminis, ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo, maſculi fœminis præferantur, vt per Bar. in l. vt iurisiurandi, §. ſi liberi, num. 5. verſ. Quidam receperat emphyteuſim, ff. de oper. libert. Alexan. conſil. 15. Viſo teſtamento, num. 6. lib. 4. conſ. 119. Viſo proceſſu cauſæ, num. 8. lib. 5. Curt. iun. cõſil. 171. Pro habenda clariori intelligentia, colum. 2. num. 3. Socin. iun. conſ. 79. Viſo & bene conſiderato themate, num. 9. vbi verſ. Qui etiã dicit, de communi opinione atteſtatur, lib. 4. ſi tamen maſculos ac fœminas pater hæredes in-
9 ſtituerit, tunc † æqualiter admittentur, Corneus conſ. 37. Circa primum conſultationis articulum, col. 3. num. 11. verſ. Sed ſequendo ſimpliciter, lib. 3. Anton. Rub. in l. Gallus, §. quidam rectè, num. 139. ff. de liber. & poſthum. Hieronym. Torniell. in l. hæredes mei, §. cum ita, ante num. 154. vbi Zanch. nu. 1171. & 1172. poſt Angel. & Alexan. quos citat, ff. ad Trebell. Auguſtin. Bero. conſ. 93. Circa primum dubium, numero 38. libro primo, Franciſcus Burſat. conſilio 80. D. Ludouicus de Campegio, num. 18. verſ. Et in terminis emphyteuſis, lib. 1. hinc apparet teſtatoris diſpoſitionẽ magis ab alia hominis diſpoſitione, quàm à ſtatuto in cauſa inteſtati loquente declarari.

Hæc tamẽ Bartoli deciſio parum videtur (ni fallor) ad propoſitum facere, tum quia vt idem Hieronymus Zanchus aduertit, in d. §. cum ita, numer. 1190. de diſpoſitione eiuſdem hominis emphyteuſim recipientis loquitur, hic autem de alterius ſcilicet grauati inſtitutione agimus: tum etiam quia doctrina Bartoli diuerſimodè intelligitur, multi enim illam loqui arbitrãtur, quando ſtipulatio emphyteuſis pro ſe, & filijs maſculis ac fœminis concepta fuiſſet, contra quos inuehitur, nec immerito idẽ Zanch. in prȩ citato loco, num. 1172. Sed omiſſa hac caſus diſferentia, quę magnum diſcrimen nunc inferret, ac etiam alio prætermiſſo, quòd Angelus conſilio 184. Ex forma & ſerie, in alijs terminis loquatur, quàm per Zanchum allegetur, diſputat enim, præſuppoſito quòd fœminæ aliàs ad ipſarum portionem emphyteuſis admittantur,
10 an ſi in re certa tantum † inſtituantur, veniant tunc admittendæ? quam pariter quæſtionem diſputauit Bart. in d. §. ſi liberi, num. 6. verſ. Secũdum dubium, & latè Dec. conſ. 208. Ad clariorem, colum. fin. verſ. Non obſtat, vt alios de eadem quæſtione loquentes ſilentio inuoluam, non autem è contra loquitur (vt Torniellus arbitratur) ſcilicet præſuppoſito aliàs fœminam propter dictam ſtatuti coniecturam excludi, an ſi vna cum maſculo tunc inſtituatur, ad emphytheuſim prędictam debeat admitti; Omiſſo etiã Petri de Ancharano conſ. 125. Viſis & diligenter ruminatis, num. 4. & 6. cum ſeq. vbi contrarium de ſtatuto Ciuitatis Rauennæ loquens cõcludere videtur: apertius ac lucidius dixerim, minus valde obſtare ſtatutum in dicta ſtipulatione emphyteuſis expreſſe concepta non ſolum pro maſculis, ſed etiam pro fœminis, ſequuta deinde eiuſdemmet ſtipulatoris inſtitutione; quàm in propoſito themate, vbi nulla fœminarum ſpecifica expreſſio conſpicitur, ſed ſola tacita conditio prȩſumitur, inter diuerſas perſonas, quarum mentes inuicem colluctãtur, cum vna ad fauorem agnationis dirigatur, alia ad familiæ incommodum, atque odium tendat, vt nõ poſſimus de vno caſu ad alium inferre, nam in caſu ſtipulationis res de facili ad priſtinum reuertitur, quod in ſecundo caſu nõ contingit, maximè cum in ſecundo dicta repugnantia adeſſe videatur, in primo autem voluntatis vnitas atque conſonantia, in primo etiam de tertij

præiudicio non agitur, vt hic ſi fideicommiſſarius excluderetur ad cuius fauorem ſtatutum militat, & teſtatoris voluntas, quæ à principio cum ipſa municipali diſpoſitione,cõformis exiſtimatur, nec ius reſiſtit prohibens fideicommiſſarium pro arbitrio grauati, ex ſoloque eius facto excludi debere.

Altera ſuperiori contraria eſt opinio, quòd
11 imò neptis hæc† quantumuis à patre grauato hæres inſtituta,ſubſtitutum non excludat, quã ſequuntur,Hieronym.Torniell.poſt num.154. colum. ſecunda, ac Fabius Accorombonus,colum.fin.in d.§.cum ita,Iacobus Menoch. conſ. 95.Etſi doctè,num.74.verſic.Nec enim, libro primo,& Franciſcus Mantic. in tract. de coniecturis.vlt.vol.lib.11.tit.14.num.19.verſ. Item licet,fol.297.

Mouebatur Primò Fabius Accorombonus, olim Romanæ Rotæ Auditor, nã in fideicommiſſo de ſucceſſione ipſius teſtatoris agitur, nõ autem grauati,vulg.§.cum filiæ,qualitas etiam
12 in conditione poſitorum magis reſpectu† teſtatoris attenditur,quàm grauati, vt in l.ex facto, §.ſi quis rogatus, ſed teſtator (vt ſæpiſſimè dictum eſt)cenſetur ſe cũ ſtatuti diſpoſitione conformare, licet igitur neptis à grauato inſtituta fuerit,non tamen ex ſucceſſione grauati, nec ex qualitate ab eodem aſſumpta ſubſtitutum excludet.

Tollitur hæc ratio per Hieronymum Zanchum in d.§.cum ita, num. 1192. cum certum ſit, an cenſeatur quis poſitus in conditione vel nc, ſucceſſionem,proximitatemque ipſius grauati attendi,non autem ipſius teſtatoris, vt probat text.in hac l.cum auus,vbi quando alter teſtatoris filius ſubſtitutus reperitur,ſi eius atten deretur proximitas, non deberet ſi ſine liberis conditio tacitè ſubintelligi, nec filij ex grauato deberent eſſe in conditione poſiti, cum quo ad teſtatorem in proximiori gradu adſit ſubſtitutus,quàm filij ex grauato:qualitas etiam in conditione poſitorum,vt reſpectu teſtatoris attendatur minimè repugnat, cum teſtantis voluntas, & grauati inuicem non diſcrepent, ſi enim diſſidentiam daremus, præferretur quidem teſtantis voluntas, quemadmodum eius etiam qualitas præfertur, ſecundum Angel. & Ioan. de Imol.in d.§.ſi quis rogatus, hic autem cum voluntate grauati concurrit, & propterea hæc teſtantis voluntas magis, quam eius ſucceſſio, vel qualitas attendenda eſt.

Niſi diceretur, quòd in propoſito non quærimus quæ proximitas attẽdatur, eſto enim grauati proximitatem attendi, non ſubmouetur, quin adhuc de ipſius teſtatoris ſucceſſione agatur,non autem grauati:nec abſurdum erit dicere proximitatem iſtam grauati, teſtantis etiam iſto caſu exiſtimari,per text.in d.l.cum acutiſſimi, in fin. ibi,Ne videatur teſtator alienas ſucceſſiones proprijs anteponere, C.de fideicom. Nec videtur illud de qualitate teſtantis attendenda elidi,cum Zanchus vnum præſupponat, voluntatem ſcilicet teſtantis concurrere, quæ eiuſdem qualitatem ſuperare habeat, quod(vt in ſuperioribus dicebam) ſine difficultate non pertranſit: Vnde quemadmodum Paulus libro 2.Fideicom.Papinianum Iuriſconſ.libro 8.reſponſ.declarando,voluntatis ſcribit quæſtionẽ videri,quod ad liberos naturales attinet,de quibus liberis teſtator ſenſerit:idque ex dignitate, & ex voluntate,& ex conditione eius qui fideicommiſit accipiendum eſſe: Sic iſto caſu teſtantis qualitatem,non grauati ſpectandam eſſe, ad diffiniendum an neptis iſta excludat,vel nõ excludat ſubſtitutum; ſed teſtator cẽſetur ſe cum ſtatuto conformare in cauſa intæſtati, ad familiam,agnationemque conſeruandam,igitur voluntas ſemel informata à ratione ſtatuti,eadem eſſe ſemper præſumitur, abſque alia immutatione,quicquid accidentaliter poſtmodum ex alieno facto contingat.

Propterea reſponderi fortaſſe poſſet, neptẽ iſtam à ſucceſſione teſtantis nõ excludi, ſed ſub conditione comprehendi in terminis iuris communis,d.l.cum acutiſſimi,eiusque pariter qualitatem, ac voluntatem circumſcripto ſtatuto, ad ipſius neptis fauorẽ concurrere,& prout cõformare cum ſtatuto quis præſumitur, non minus imò forte magis cum diſpoſitione iuris cõmunis: Dixerim nunc,ſtatutum iſtud præter regularem teſtantis mentem in dubio procedere, coniecturamur enim quòd mẽs illud ſequatur, eique deſeruiat; proinde neptis cũ inſtituitur, obſtaculum quoddam ſtatutarium remouetur, & in caſu quo ſtatutum non loquitur voluntas remanet in terminis iuris communis,ad illudq. ſe facile conuerti opinandum eſt,quo filiç in cõditione etiam poſitę dicuntur, res nãque de fa-
13 cili ad priſtinum ſtatum ſiue naturam†reuertitur,l.ſi vnus,§.pactus ne peteret,ff. de pact. cũ in tantum teſtator fœminas in conditione ponere non præſumatur, in quantum ſtatuti coniectura reſiſtit;quinimò regreſſus iſte cum naturalis ſit,vulg.l.maximum vitiũ,C.de liber.præterit. naturali vi aſſiſtente efficacior redditur, quo caſu grauati factum non diuerſum,ſed voluntati teſtantis conforme animaduertitur,quę applicabilis & propitia ad neptis fauorem reducitur; hæcque reſponſio nonnihil Socini argumentationis ſapere videtur.

Secundò Torniel.dicebat,conditionẽ iſtam caſualẽ eſſe, & propterea cũ ex grauati facto deficiat adimpleta dicitur,l.iure ciuili receptũ eſt, ff.de cond.& dem.Hæc illatio licet quandã ſubtilitatem præſeferat,non videtur multũ ex eodẽ Hiero.Zanch.ſtringere;ſed omiſſis quæ ipſe ex

Soci-

Socino, Ruinoque affert pro limitatione d.l. iure ciuili, præcedentis inquam obligationis implendi conditionem, tutius dicendum eſt, quòd
14 cum grauati factum† non directè tendat ad defectum conditionis, ſed indirectè, non eſt perinde ac ſi conditio impleta fuiſſet, l. 3. §. ſi quis ſeruum, ff. de ſtatu liber. per quem text. ita dicit Raph. Cuman. in l. in teſtamento, 2. de condit. & demon. ac Dec. in l. in iure, num. 5. ff. de reg. iur. Quinimò naturaliter grauatus cõditionem iſtam impedire poteſt, vt ceſſet obiectum ex d. l. iure ciuili, quæ factum quoddam non liberæ mentis, bonum & æquum minimè continentis præſupponit, vt factum iure quodam naturali conditionis nõ includat: Et quamuis plura poſſem ad eneruandam illationem prædictam inducere, breui argumentationi, breuis ſolutio ſufficiat: inducit inſuper Torniellus duas alias rationes per Zanchum relatas, quæ cum parum vrgeant, & ex deſuper traditis conuellantur, non putaui illas hic referre atque reijcere.

Vlterius poſſet cum Simone de Pretis præcedens reſponſio clarificari, ne tanti Doctoris pulchras conſiderationes præteream, quòd grauatus liberos procreando, eosque hæredes inſtituendo ſuo iure vtatur, exinde ſi conditionis fideicommiſſi defectus ſequatur, l. pater Seuerinam, §. in fideicommiſſo, ff. de conditione, & demon. d. l. generaliter, in princ. cum ſimil. cum id non accidat ex ordinatione grauati principaliter directa ad ſubuerſionem fideicommiſſi,
15 ſed ad alia, hoc ei imputari† non poteſt, ex traditis opportunè in ſimili ſpecie per Carol. Ruinũ, conſilio 98. Viſo themate, numero 21. libro ſecundo, Pariſ. conſil. 32. Ad reſolutionem dubitationis, numero 32. verſic. Præterea tunc demum, libro ſecundo, conſilio 53. Quamuis canones deteſtentur, columna penul. numer. 68. libro quarto, ſed accidit iure communi & ſuo, ideo iure communi vtens & ſuo, non facit con-
16 tra teſtatoris† voluntatem, l. pen. ff. de his quibus, vt indign. Raph. Cuman. conſil. 51. Quòd Dom. Ambroſius, neminique iniuriam infert, l. prima, §. idemque Marcellus, de aqua pluuia arcen. l. qui iniuriarum, §. is qui, de iniur. cum vulg.

17 In hac ego difficultate opinionem† contra Socinum in puncto iuris veriorem eſſe crederem, ad idque dicendum moueor, nam præſuppoſito teſtatoris voluntatem ex communiori conformem ſtatuto fuiſſe, cum ſuum diem vltimum perdurante in eadem voluntate obierit, iterumque non redeat arbitrium, nec amplius aliquid teſtator velle poſſit, l. prima, C. de ſacro ſan. eccleſ. non poteſt voluntas hæc abſoluta, facto grauati ſubuerti atque interrumpi, cum de eiuſdem teſtantis hæreditate non grauati agatur, vulg. l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulgari & pupill. Nec obſtat id quod ſæpe dicitur, adictione hereditatis totum patrimonium grauati effectum cenſeri, l. prima, §. veteres, ff. de acquirenda poſſeſs. cum non ſit verum bona abſolutè grauati eſſe adita per eum hæreditate, probabilius etenim ac verius eſt, effici grauati ſub conditione, onere, ac qualitate reſtitutionis caſu eueniente, vt lib. 2. Fideicommiſſorum probat Paulus in dicta l. ex facto, §. ex facto, ibi, Maxime cum etiam bona cum ſua quodammodo cauſa fiſco ſint vendicanda, ff. ad Trebell. hinc pendente conditione alienari non poſſunt, l. final. §. penul. C. commun. de leg. Eſt igitur concludendum, quòd cum teſtator bonis ſuis legem ſemel impoſuerit, ex eius voluntate ſtatuto conformi, quemadmodum lex ſemper loquitur, ſemel rationabiliter ſancita, l. Arriani, C. de hæretic. ſic etiam voluntas teſtantis, quæ lex videtur, vulg. §. diſponat, auth. de nupt. ſemper loqui dicitur, quòd inquam fœminæ per maſculos excludantur, maximè cum ad ſtatutum voluntatem ipſam referamus, quod etiam ſemper inter ciues loquitur, donec ſublatum, aut immutatum fuiſſe conſtiterit.

18 Sed opinione Socini retenta, † quam iudicando ac conſulendo ſequaris, cum ipſius authoritas celebris ſit, tanquam inſignis Doctoris, qui ſubtilitates afferens, veritatem non ſpernit, cumque eandem ſententiam conſulendo, legendoque geminatis vicibus tenuerit, ac comprobauerit, quam etiam ſequuti ſunt Petrus Philippus Corneus eminens Iuriſconſultus Perufinus, Albertus Brunus præſtantiſſimus Doctor Aſtenſis, Carolus Ruinus Iuriſconſultus Regienſis eximius, ac alij quos ſuperius retuli, quorumque teſtimonium lucidum eſt, adeo quòd licet pro altera parte aliqui caput erexerint, quorum fama in illuſtri verſatur, perennisque erit, tamen paruo agmine eandem partem tuentur, vt non arbitrer à priori plurium conſenſu fundata concluſione, & communiter recepta in iudicijs, atque reſponſis vt dixi recedendum: quam etiam communem eſſe affirmat, Simon de Pretis in tract. de interpretat. vltim. volunt. libro tertio, dubit. tertia, fol. ſecunda, poſt num. 46. fol. 314. verſic. Si quis adhuc inſtare vellet, vbi præcitatorum Doctorum autoritatem, ac grauitatem, is etiam ponderauit, qui & in re dubia fauorabili, pro filijs grauati, & pro grauato contra fideicommiſſarium intrepidè concludit: in ſimilique pro filiabus contra agnatos ſentire Ancharanum refert, conſil. 432. B. filijs, in fin. vbi dicit, non videri nouam diſpoſitionem, ſed quãdam excitationem, quæ continet idem quod ius commune, cap. licet, de offic. ordin. & cap. 1. de conſtit. in 6. fortem tenacemque rationem hanc eſſe, ſcribit ipſe Ancharanus ibi, in fine.

Poſſet inquam procedere in ſimplici fideicommiſſo in quo de enixa, ac præciſa voluntate fideicommittentis non cõſtaret, ſecus autem cum enixè appareret, teſtatorem velle bona in eius familia conſeruare, Iacobus Menoch.d.cõſilio 95.Etſi doctè,num.75. verſ. Præterea Socini & ſequacium, lib.1.tunc enim(inquit)dum grauatus non poteſt filiam propriam hæredem inſtituere, vt infra ibi ipſe dicit in quarto conſultationis articulo,per conſequens non poteſt filiam ipſam inſtituẽdo,interpretari imò verius ſubuertere teſtatoris fideicommittentis voluntatem,vt per eum.

19 Ampliatur Primò † dicta Socini concluſio, vt procedat etiam ſi filia ſolum in re certa inſtituta reperiretur, Hieronymus Zanchus in d. l. hæredes mei,§.cum ita,numero 1195.allegans notata per Albertum Brun.in tract.quod ſtantibus maſculis,artic.5.quæſt.12.colum.4. & quæ ipſemet ſuperius,num.1188.poſt Andream Alciatum in l.ſi filius qui patri,ante numer.36.de vulg.& pupill.annotauit: Simon de Pretis in d. tract.de interpr.vltim. volunt.libro tertio, dubit.3.fol.2. ſub num.42. fol.314. Ad quod faciunt tradita per eundem Socinum hic ante numer.97.verſ.Et pari ratione dicebam, vbi ſcribit, quod etiam in ijs quæ relicta ſunt filiabus, & quæ iuxta intentionem ſtatuti percipiuntur, faciunt pro parte bonorum relictorum fideicommiſſum deficere,arguendo de toto ad partem,l.quæ de tota,ff.de rei vendic.ſubdens notuam eſſe inueſtigationem, vtilem & quotidianam in practica.

20 Ampliatur Secundò, † etiam ſi dicta filia in minus ſolenni teſtamento hæres inſtitueretur, iuxta l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam.ſecundum Iaſ. poſt alios ibi num.14. verſ. Et iſta communis concluſio, & Brun.in d. tract.artic.nono,quæſt.1.colum.8.Andreas Tiraquell.in rep.l.ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos,num.124.C.de reuoc.donat. Hieronymus Zanch.in d.§.cum ita,num.1196.verſ. Secundo amplia, & Simon de Pretis in prælleg. tract.de interpret.vltim. volun.d.lib.3. Dubit. 3.fol.2.poſt num.42.verſic. Hoc etiam limitatur,fol.314.

HYPOTHESIS.

Verum filia ex ſtatuto nequaquam excluſa, ſed tamen in conditione non comprehenſa, ob maſculinitatis qualitatem, vel ob propriarum filiarum excluſionem filio grauato cum filijs maſculis & fœminis decedente,ſi fideicommiſſum propter maſculos expirauerit,beneficio fauoreque ipſorum maſculorum admittatur,ad modum perquiri: Et l.2.§ ſi ſit conſanguinea, ff.ad Tertull.ac l.nam etſi ſub conditione,§.ſi. ff.de iniuſt.rupt.teſtamen. clariſſimis ſenſibus nunc emicare.

SVMMARIVM.

1 *Filiã ab inteſtato ex forma ſtatuti non excluſam, ſed tamen in conditione non comprehenſam,nec ob maſculinitatis adiectionem, vel propter excluſionem propriarum filiarum à teſtatore factam, filio grauato cum filijs maſculis & fœminis decedente,fideicommiſſoque propter maſculos expirante, beneficio ipſorum maſculorum admitti;Doctoresque hoc tenentes recenſeri,nu.7. Ipſam tamen opinionem ſine ſcrupulo non tranſire,ac denique in iudicijs, reſponſisque ſequendam eſſe,num.32.*

2 *L.2.§.ſi ſit conſanguinea,ff.ad Tertul.declarari.*

3 *Fratrem inſtitutum hæredẽ ne quaſi damnum paterna hæreditatis patiatur,beneficio fratris præteriti ad bonorum poſſeſſ.contra tab.admitti.*

4 *Excluſum,beneficio alterius nõ admitti, cum excludens ob certam qualitatem repugnantem, & incompatibilem ipſum excludit.*

5 *L.nam etſi ſub conditione,§.fin.ff.de iniuſt.teſtamen.interpretari.*

6 *Lucrum illi applicari, cuius contemplatione alijs lucrum aufertur.*

8 *Liberos in conditione poſitos ſub maſculinitatis qualitate, ex crebriori veriorique opinione vocatos cenſeri;& nu.14.ac 16.*

9 *Familiæ, & agnationis maximam rationem, ab antiquiſſimo iure,habitam fuiſſe.*

10 *Legem xij.tabularum ſtrictum atque imperfectũ ius,tanquam nimis agnationi fauens, appellari meruiſſe.*

11 *Legis xij.tabularũ intentionem in fauendo agnationi,rationabilẽ,& non inuidam dici potuiſſe.*

12 *Hæreditates ad maſculos,plerunque confluere cõmodius viſum fuiſſe,& ita iura conſtitui.*

13 *Agnationi ac maſculis, varijs modis ad antiquã redeundo prudentiam,conſultum fuiſſe.*

15 *Liberos in conditione poſitos, quicquid Accurſius dixerit in l.Lucius Titius, 2.ff. de hæredibus inſtit.ex veriori opinione vocatos eſſe:licet contraria aſſertio crebrior ſit.*

17 *Maſculinitatis coniecturam ex ſe,abſque concurſu aliarum coniecturarum efficaciter vocationẽ in conditione poſitorum operari.*

18 *Liberos in conditione poſitos omni caſu vocatos cẽſeri quo teſtator ſuam agnationem conſeruare voluiſſe apparuerit.*

19 *Prudens teſtatoris conſilium in teſtamentis debere animaduerti.*

20 *Diſpoſitionem nos ad ius media iuris prudentia reducentem,benignam ac fauorabilem dici.*

Liberos

Digitized by Google

21 *Liberos ſub qualitate maſculinitatis in conditione poſitos, tutius, & extra controuerſiam vocatos eſſe alijs coniecturis concurrentibus: quamuis ipſa maſculinitatis ſola coniectura ex ſe efficax ſit.*

22 *Liberos in conditione poſitos cum maſculinitatis qualitate, in feudis etiam vocatos exiſtimari: idque declarari.*

23 *Feudum hereditariũ cenſeri, vbi inueſtitura pro ſe & heredibus ſuis concepta reperiretur.*

24 *Feudum hereditarium in reſtitutione fideicommiſſi, ac in petitione hereditatis venire.*

25 *Inuentarium reſpectu feudi hereditarij, nil operari: tuncque heredem non poſſe contra factum defuncti venire.*

26 *Inuentarium in dicto feudo hereditario vnum tãtum nihilominus operari, ne vltra vires hereditarias quis teneatur, vel ne vltra quàm ſit in feudo: idque ex Bartholomaeo Camerario declarari.*

27 *Liberos poſitos in conditione ſub qualitate legitimi matrimonij, ex verieri, receptiorique opinione vocatos eſſe.*

28 *Aſcanium Ruſſum Neapolitanum, praclariſſimũ Iuriſconſultorum maxima autoritate, ſcientiaque praſuiſſe.*

29 *Romani Auditorij excellentiam indicari.*

30 *Franciſcum Manticam Iuriſc. Vtinenſem, nunc S.R.E.Card.in declarandis coniecturis vltimarum voluntatum celeberrimum eſſe.*

31 *Antoninum Teſſaurum Foſſanum, Octavianum Cacheranum & Oſaſcum Senatores Pedemontanos, totumque ipſum Senatũ laudibus efferri.*

CAP. XVII.

VLTIMO Socinus ſuper hoc Reſponſo ante num.97.verſic. Sed hic cadit pulchra, & apud me noua inueſtigatio occaſione ſeptimæ iam dictæ quæſtionis principalis, aliam difficultatem proponit, in terminis in quibus fœmina in ſucceſſione ab inteſtato non excluditur, ſed tamen in conditione poſita non cenſetur, vel quia teſtator dixiſſet, ſi ſine filijs maſculis, quo caſu fœminæ non includuntur, vel quando ſubſtituendo, aut inſtituendo teſtator proprias filias excluſiſſet, tunc enim neptis non ſubintelligitur, iuxta eandem l.cum auus, cum ſimil. ſi filius grauatus cum filijs maſculis & fœminis deceſſerit, ac proinde ob exiſtentiam maſculorum non autem fœminarum fideicommiſſum expirauerit, quibus ipſum fideicommiſſum applicetur?

1 Et Socinus in ea reſidet ſententia,† quòd fœminæ etiam maſculorum beneficio ad ſucceſſionem admittantur, Primò per text.in l.2.§.ſi ſit conſanguinea, ff.ad Tertul. vbi mater quę aliàs erat excluſa ſorore non exiſtente, beneficio ſororis inſimul cum ea admittitur.

2 Verum textus iſte Socini intentionem† concludenter probare non videtur, licet enim ibi excluſo patre adoptato, vel emancipato per ſororem conſanguineam defuncti, matri inſimul cum ſorore venienti ex ſpeciali Senatusconſulto Tertylliano ſuccurratur, non tamen aliud remanet, quod maternæ ſucceſſioni repugnet, vel contrarietur, in propoſito autem quamuis ſubſtitutus per maſculos filios excludatur, aduerſus fœminas duo vrgent, legis ſiquidem diſpoſitio, & mens teſtantis coniecturata: cum enim maſculi tantum à teſtatore in conditione poſiti fuerint, non ſolum ſubſtitutum excludunt, verum etiam optima iuris intelligentia prælati cẽſentur, l. Lucius Titius, 2. in fin. ff. de hęredibus inſtit. nec dicatur, ſubſtituto non alijs præferri, nam ſi excludendo præferũtur, ergo alij ius prælationis non habent: exercitium itaque iſtius excluſionis ex prælatione arguit ius in ipſis tantum maſculis radicatum eſſe: quinimò non ſolum præferuntur quia filij ſint, ſed quia maſculi; vt hinc conijciamus teſtatorem ſexui maſculino abſolutè proſpicere voluiſſe, ad agnationis conſeruationem, quæ per fœminas conſeruari nequit, ſed vtique per maſculos, ſi igitur maſculi tantum præferuntur, intelligi ex teſtamento neceſſe eſt, cum ab inteſtato fęminæ etiam (vt ſtatim dicam) admitterentur, & proinde excludendo viam inteſtati, fœminas ipſas excludit, viamque teſtamenti includit, non enim ſolũ excludit, ſed præfert, hęcq. reſponſio tanquã concludens, pro omnibus alijs ad tex. iſtũ ſufficiat.

Secundò, nam ne quis quaſi damnum pater
3 nę hæreditatis patiatur, beneficio fratris† ad bonorum poſſeſſionem contratabulas admittitur, qui aliàs præteritus & excluſus reperiebatur, l. ſi poſt mortem, §. ſi. & ibi Bar. num. 1. & 4. ff. de bonor. poſſ. contratabul. vt ita dicẽdum in propoſito videatur, quòd ſorores quę fuiſſent à ſubſtituto excluſæ, aperta via ſuccedendi ab inteſtato per maſculos, eorum beneficio ad ſucceſſionem admittantur: ad hocque multa vulgaria adduci poſſent, vt beneficio alterius conſequatur, quod per ſe conſequi quis non poteſt, quæ cumulant Moderni Canoniſta in c. 1. extr. de præſcript. & latè Hieronym. Zanch. in d.l. hę redes mei, §. cum ita, nu. 970. & infra vſque ad num. 983. ff. ad Trebell.

Hic textus non ſolum euitari, ſed fortaſſe retorqueri poteſt, conſiderando quòd fœmina in propoſito ſucceſſionis ab inteſtato beneficium ex perſona maſculorum conſequi non poſſit, cum ſibi maſculinitatis qualitas ipſam excludens repugnat, teſtator ſiquidem ad familiæ cõſeruationem per maſculos eius mentẽ, animũq. direxit: vnde Vlpianus ibi dicebat, quòd liberi

qui contratabulas habere non poſſunt, nec partem faciunt, ſi per alios committatur edictum, quo enim bonum eſt eis fauere, vt partem faciant nihil habituris? ſi itaque maſculi non tantum excludunt, ſed præferuntur, nec ſimplici modo, ſed ex teſtantis enixa voluntate, qui non alia ratione maſculinitatis qualitatẽ appoſuit, quàm vt agnationi per maſculos faueret, ipſos includendo, fœminas verò alterius qualitatis repellendo, meritò fœminæ ex mente coniecturata excluſæ partem non faciunt, ſi per alios alterius qualitatis ſubſtitutus excludatur: & vt
4 breuiſſimis verbis † concludam, conſequitur quis beneficio alterius, cum excludens ob certam qualitatem repugnantem, & incompatibilem ei qui petit illius beneficio admitti, principaliter excludit, adeo quòd petens admitti, ex contraria qualitate excluſus ob mentem etiam præſumptã coniecturatamque reperiatur: hocque ex eodemmet textu deſumitur, vt potius contradicat, quàm Socini inductionem comprobet.

Pro altera verò opinione, vt ſolis maſculis fideicommiſſum applicetur, inducebatur nam ipſum fideicommiſſum validum, ac firmum erat, natiuitateque maſculorum filiorum irritatur, igitur videtur, quòd maſculis ipſis, non autem fœminis locum faciat, arg. l. nam etſi ſub conditione, §. fin. ff. de iniuſt. teſtam.

Huic rationi reſponderi poſſet, nõ mirum ſi
5 in d. §. fin. poſthumus † tollendo primum gradum ſibi locum facit, nam ſumus in ſubintratione illius gradus, vt per primum ceſſet ſecundus, per ſubintrationemque ibi in caſu præteritionis à primo gradu, licet à ſecundo ſit exhæredatus, ſi naſcatur poſthumus eo tempore quo aliquis ex inſtitutis vixit, totum teſtamentum ruptum ſit; hæc autem ſubintratio in propoſito ceſſat, quæ tollat gradum ac vitiet actum in totum, ſed in adiectione verſamur certæ qualitatis, per quam teſtator vult ſubſtitutum debere excludi, non autem per aliam, vt ſequuto effectu excluſionis per illam qualitatem, neceſſario fœminarum alterius qualitatis ſiue ſexus, ſed in pari gradu exiſtentium incluſionem non tollat, nec actus nullitatem inducat: adeo quòd non poſſimus ex dicto textu, ad terminos propoſitæ quæſtionis argumentari.

Vel reſpõderi poteſt, quòd quãuis ibi poſthumus per natiuitatem rumpendo teſtamentũ ſibi locum faciat, non tamen negatur, quin alij ſi adſint eiuſdem gradus, licet ipſi ſubſtitutum non excludant ad ſucceſſionem admittantur: alioquin ſequeretur, quòd ſi pater filio iam nato exhæredato, poſthumum præterijſſet extraneo inſtituto, teſtamentumque poſthumi natiuitate rumperetur, hæreditas patris ad inteſtati ſucceſſionem redacta, ſoli poſthumo deferretur altero filio excluſo, cuius contrarium Marcianus Iuriſconſ. inquit in l. fin. ff. de liber. & poſthum. Si filio emancipato exhæredato, is qui in poteſtate eſt, præteritus ſit, ipſe quidem emancipatus ſi contratabulas petat, nihil agit, ab inteſtato autem & ſuus, & emancipatus venient; Nec aliud Papinianus propria illa eloquutione ac phraſi indicat, Sibi locum facit, vt præſupponat alij locum non auferre per eius ſubintrationem, locique adſcitionem.

Secundò, nam ſubſtitutus à lucro cõtemplatione maſculorum remouetur, maſculis igitur
6 tale lucrum applicari † debet, l. poſt legatum, §. amittere, ff. de his quibus, vt indign. per quem text. hanc regulam ponit Bart. in l. 2. §. videndum, poſt num. 2. verſ. Præterea, ff. ad Tertull. Bald. in l. maximum vitium, colum. 1. C. de liber. præterit. Ludouicus Roman. in l. 1. colum. antepen. verſic. Secundo quid, & colum. fin. verſic. Sed regula eſt, C. quand. non pet. part. Dec. conſ. 584. Viſa prohibitione, col. 1. & alibi ſæpè alij.

Sed contrarium ſuſtinendo, rationem iſtam ſubmouere poſſumus, cum in diſpoſitione teſtatoris locum ſibi non vendicet, l. vxorem, §. hæres, & ibi Bartol. de leg. 3. cum concordantibus adductis per Nouiſſ. Pariſienſ. in eius Gloſſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. 1. num. 27. licet ſecus ſit in legis diſpoſitione, vel ſtatuti. Sicut nec procedit in diſpoſitione negatiuè concepta, vt declarat Hieronymus Zanch. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 791. in 16. coniectura, ad Trebell. Aliter etiam reſpondebat Carol. Ruin. conſ. 181. Viſis conſilijs, colum. fin. num. 10. libro 2. quòd licet gloſſ. in d. l. Lucius Titius, 2. limitetur ſi de contraria mente ex coniecturis appareat, ſecũdum Socin. hſc in fin. tamen ex eo, quòd maſculi tantum in conditione fint poſiti, non colligitur, q ipſi ex teſtamento vocentur, quia poſſunt verba conditionalia propriè ſtare, & ad filiorum commodum, abſque eo quod diſpoſitiuè vocati dicantur, tanquam prælati ab inteſtato: ſed in caſu Bart. in d. §. videndum, verba ſtatuti nihil operarentur, ſi agnati ex eo vocati non diceren tur, & ita ante eum reſpondent Alexan. conſil. 185. Viſo titulo quæſtionis, libro 2. in reſponſ. ad 9. argumentum, & Paul. de Caſtr. conſ. 539. Supraſcriptus D. conſultor egregius, col. 1. verſ. Sic loquitur Bart. lib. 2. in nou. quæ ſuperfluitas, nec in propoſito conſideratur, vt dicit idem Zanch. in d. §. cũ ita, nu. 762. verſ. Non obſtant. Vlterius dici poteſt, quòd in iuribus in contrarium adductis non fuit cauſata excluſio ex ſola ſuperexiſtentia perſonæ ius potentius habentis ſed propter aliquod commiſſum, vel non impletum in perſona cuius contemplatione excluditur, ſicque ſubtiliter quidem reſpondebat Socinus in l. ſecunda, colum. fin. numer. 34.

in 3.

in 3.q.verſ.Non obſtat,ff.de vulg.& pupill.Denique etiam, huiuſmodi fideicommiſſum non deficere iſtorum maſculorum cõtemplatione, defectus enim conditionis ſubſtitutum excludit,qui ex ipſorum ſuperexiſtẽtia cauſatur: nec adeo debemus his maſculis tribuere, ac fauere, vt ad ipſos tantum hoc lucrum ſpectet,cum ſimpliciter in conditione poſiti ſint.

Socinus tandem ſuper hac quæſtione cogitandum relinquit,quicquid ipſe ſenſerit,ſed cũ prædicta eius opinione admiſſionis ſcilicet fœ-
7 minarum beneficio † maſculorum, tranſeunt Pariſ.conſil.86.Ad veram reſolutionem,col.5. num.31.verſic.Et ideo, lib. 2. Hieronym. Cagnol.in l.1.num.52.verſic. Quia reſpondeo,C. de pactis,Aym.Crauett.conſil.288. Margarita Leuinæ, colum. 4. afferens circa hanc quæſtionem alta ingenia depaſci poſſe, Socin.iun.conſil.118.Propoſita difficultas,colum.5. num.16. verſ.Quoniam reſpondetur,lib. primo, conſil. 177.colum.antepen.lib.2.Carol. Ruin. conſil. 141. Viſo teſtamento,colum.penult.circ.med. ante verſ.Poſtremò, ibi, Nec inconuenit quòd filiæ,lib.3.Hierony.Zanch.in d.l.hæredes mei, §.cum ita,num. 758. verſic. Quartò reſpondet Socinus,& num.978.verſ.Nonò potes, dicens iſtam Socini deciſionem notabilem eſſe, & videtur etiam eam ſequi Iacob.Menoch.in addi. ad eundem Socinum hic, littera A,citans dictũ Pariſium, conſ.72. Pro reſolutione dubiorum, nu.35.lib.3. & inferius Aymonem in præalleg. conſil.288.poſt num.4.vbi Crauetta inquit, q licet Socinus cogitandum relinquat, tamen ſi memoriæ tunc habuiſſet illud quod dixerat in l.ſecunda,colum.fin. ff.de vulg.& pupill. dubitationem aliquam (vt ipſe arbitratur) non reliquiſſet.

Quid erit ad veram reſolutionem ſuper hac difficultate dicendum? certè quæſtio hæc ab alia plurimum inſigni deciſionem abducere videtur, nunquid liberi in conditione poſiti ſub maſculinitatis qualitate vocati cenſeantur,quã alibi in tractatu quem de anno 1587. ſuper difficili materia vocationis in conditione poſitorum edidi libro ſecundo, cap. ſecundo, incip. Deueniendo nunc, & infra, pro viribus licet debilibus abſolui, tenendo partem affirmatiuam ad liberorum maſculorum fauorem, quã
8 nunc † conſtanter adhuc ſequi expedit, quicquid aliqui poſt dicti tractatus impreſſionem in contrarium attentare moliti fuerint, quem aut viderunt,aut non vidiſſe finxerũt, & vtrunque ego verum eſſe exiſtimo, quod parum refert,cum ſæpe in legali hac facultate contingat, tacito auctore alienis ornári laudibus,egregiũque cenſeatur alterius opinionem pro arbitrio impugnare, & quod graue ferendum eſt, ſine cauſæ (vt ſic dixerim) cognitione alios ſcribentes nudis his verbis paſſim reijcere, ita eſt, ſic ſentio,vel ita talis ſentiebat, ſine rationibus, ſine legibus, ſine Doctorum autoritatibus; grauiſſimum etiam illud exiſtimo,Scribentium nomina confusè allegare, ſibiipſi contrariari, ordinem confundere, idem pluries repetere, ſententias inuolutè proferre, præſertim admixta quadam verſutia, ne aliena ſtudia rapuiſſe oſtendant, hæcque cum ex ſe pateant, non opus eſt illa eruditis viris indicare: ſed his prætermiſſis, & punctum maſculinitatis in conditione attingendo, dixerim, & affirmauerim maſculos
9 vocatos eſſe: Tanta enim † familiæ, agnationisque ab antiquiſſimo iure ratio habita fuit, vt lex duodecim Tabularũ alioqui æquiſſima ſimplex, & popularis,præcipua etiam ciuium Romanorum,§. cæterum, Inſtit. de legitim. agn. ſucceſſ.l.2.§.primo,& ſecundo,ff.de orig.iuris, §. diſponat,Authen.de nupt.à ſummis, ac ma-
10 ximis viris ſtrictum,atque imperfectũ ius † appellari meruerit,vt in princ.de S.C. Tertull. in §.item vetuſtas,de hæredi.quæ ab inteſt.defer. in princ.& §.adhuc,de bonor. poſſeſſ. rationẽque ipſam familiæ, & agnationis, media illa iuris prudentia duodecim Tabularũ lege iunior, ſed Imperiali conſtitutione anterior,ſubtilitate quadam excogitata amplectebatur agnatos tãtum maſculos vocans, fœminis etſi agnatis penitus remotis; Hoc autem vitium antiquæ ſubtilitatis,aliudque ex centum virorum differentia emergens, cum ad Imperatoris aures ex Vlpiani libris quos ad Edictũ Prætoris fecit, perueniſſet, naturali quadam ſanctione emẽdationem recepit, cũ qui tales differentias inducunt, quaſi naturæ accuſatores exiſtãt,vtraque enim perſona in hominum procreatione ſimili naturæ officio fungitur, §. ſed hæc quidem, Inſtit. de exhæred.liber. natura etiam vtrunque corpus edidit, vt maneat ſuis vicibus immortale, & alterum alterius auxilio egeat, ac vno ſemoto, & alterum corrumpatur, l. lege duodecim Tabularum, C. de legitim. hæredib. Cæterum quamuis media hæc iuris prudentia dira quodammodo effectu videre potuiſſet,rationabilis
11 tamen,& non inuida † dici intentione poterat, vt de iure duodecim Tabularum profertur, tanquam commodius videretur ita iura conſtitui,vt plerunque hæreditates ad maſculos confluerent,cum familia per maſculos cõſeruetur, nam vt idem Vlpianus lib.46.ad edictũ inquit,
12 appellatur familia † plurium perſonarum quæ ab eiuſdem vltimi genitoris ſanguine proficiſcuntur,ſicuti dicimus familiam Iuliam, quaſi à fonte quodam memoriam, mulier autem familiæ ſuæ,& caput,& finis eſt;maſculorumque dignitas,atque nobilitas diuitijs ſuſtinetur. Vt non ab re frequenter varijs modis ad antiquam
13 illam mediam iuris prudẽtiam † redeamus, per

pactum

pactum ſcilicet ſi iuramento ueſtiatur, vt quod iure ciuili improbatum reperitur Pontificia autoritate, ſubſtituat, cap. quamuis, de iure iur. in 6. ac etiam per ſtatutum, adſunt ſiquidem per totam ferè Italiam municipalia iura, quibus fauore maſculorum fœminæ excluduntur, in hoc que Neapolis Regno conſtitutionem, incip. In aliquibus Regni partibus, tit. de ſucceſ. Comit. & Baron. obſeruamus: pariter per priuilegium, non enim incertum eſt, Regem hoc facere poſſe, arg. text. in l. 1. ff. ad municip. & de incol. ac denique teſtamento, nituntur nanque in teſtamẽtis plerunque familię teſtatores conſulere, cum maſculos anteponũt, vocantque, qui ſæpiſſimè à fœminis non contentis dotibus indebitè vexãtur, vt auitas antiquasque diuitias in alienas familias transferant, ac parentum maiorum ſudores ne dicam ſanguinem, alienis, & aliquãdo ipſis partibus penitus obnoxijs deglutiendos præparent, nec fratrum, nepotumque paupertatis, aut familiarũ dignitatis miſereantur: Concludendum igitur autumo, maſculos poſitos in
14 conditione † vocatos eſſe, per tex. in d.l. Lucius Titius, de hæredib. inſtit. dum in eius reſponſis Scæuola Iuriſconſ. lib. 2. inquit. Nam prudens conſilium teſtantis animaduertitur: Non enim fratrem ſolum hæredem prętulit ſubſtitutis, ſed & eius liberos; Cum ſi prudens fuit conſilium ex prælatione non fratris ſolum, ſed liberorum, prudẽtius quidem in propoſito conſpicitur cũ maſculos prętulerit, vt ex huiuſmodi qualitatis adiectione, maiorique prudentia, filiorum vocatio quemadmodum alibi conſiderabam, facilius inducatur: tanquam familiæ conſuluerit, ac proſpexerit, mediamque illam iuris prudentiam non aliter æmulam, aut inuidam imitatus fuerit, ac rationi illi ſimplicis prælationis aliam addiderit, adeo quòd ex duplici coniectura vocatio, ſiue prælatio ex teſtamento liquido inducatur; ne aliàs adiectio iſta maſculinitatis fruſtatoria, & inanis reddatur, ſed aliquid operetur; ſi enim agnationi, ac familiæ proſpicere non curaſſet, ſat fuiſſet, Si ſine liberis ſimplicem conditionẽ adijcere, nulla itaque alia ratio reddi poteſt, cur per maſculos tantum, non autem per fęminas ſubſtitutum excludi voluerit, quinimo maſculos ipſos ſubſtituto prætulerit, quã quòd familiæ, maſculisque proſpicere intenderit, per maſculorum ſolam vocationem ipſamque prę-lationem d.l. Lucius Titius in fin. Et quamuis ex Recentioribus contrariam opin. qua aſſeritur, poſitos in conditione cum dicta maſculinitatis qualitate vocatos non eſſe, veriorem eſſe dixerit Claudius Chifletius Iuriſc. Sequanus in tract. de iure fideicom. c. 14. fol. 303. verſic. Vterque caſus, ſola Senatus Gratianopolis ſubnixus deciſione, eandemque non ſolum veriorem, ſed communiorem eſſe ſenſerit Petr. Ant. de Petra præſtantiſſimus Iuriſc. Placen. in eius erudito tract. de fideicom. q. 9. ante nu. 176. verſic. Quæ ſentẽtia verior eſt, & ſub nu. 183. verſ. Verũtamen hæc contentio, ac n. 185. verſ. Quintus caſus, & infra, verſ. Septimus caſus eſt, ipsãque debilitare molitus fuerit, vt ita demũ procedat, ſi aliæ coniecturæ adſint, quem ſequitur Anton. Teſſaurus Foſſanus in nouis elaboratiſſimis Deciſionibus Pedemontium, deciſ. 96. Filij in conditione, num. 23. verſ. Breuiter omiſſis Doctorum ſubtilitatibus, Tamen cũ idem Pet. Anton. in d. q. 9. nu. 156. ſententiam ſuper principali articulo, quòd filij in conditione poſiti
15 indiſtincte † vocati ſint, ſemper veriorem, magis receptam, & attendendam autumauerit, ipſamque ſecundum eius iudicium inconuincibiliter probari in præcitata l. Lucius Titius, 2. in fin. ſubdens quòd licet aliqui conati fuerint illius textus inductionem impugnare, illud tamẽ cum maxima textus violentia proceſſerit; Gloſ ſamque ibi malè loquutam fuiſſe, quam opin. ſequendo, ibi ſex modis ampliat, miror tantum virum ab eadem opin. dictæ maſculinitatis coniecturæ validè, atque efficaciſſimè fulcita poſtmodum receſſiſſe ipſam impugnaſſe, ac debilitaſſe, licet eiuſdem gloſſæ opinio ſecundũ alios receptiſſima ſit, in ſcholis etiã, & palatijs canonizata, pręſertim cum Teſſaur. doctiſſimus quidem Senator ipſam affirmatiuam ad maſculo-
16 rũ fauorem magis cõem † eſſe teſtetur, nec aliquid deinde ipſe in contrarium afferat præter Senatus ſimplicem autoritatem, adeo quòd ea ſolida pro Guidone Papæ fundamenta nõ poſſunt ſic de facili demoliri, nam contra negatiuã viuæ rationes maximo ſtudio à præclariſſimis Iuriſc. in medio poſitæ vrgent, quas hic recenſere non oportet, ſed pauca ante dicta, & quę in præalleg. tractatu explicaui ſufficiant. Non propterea prætermiſerim, tam efficaces eſſe rationes, pro opin. contra gloſſ. ſuper princ. quæſt. adductas, tantique autoritatem Doct. illam tenentium valere, vt à negatiua Accurſij aſſertione, tanquam nimis rigoroſa, & contra pręſumptã teſtantis mentem, illico recedẽdum ſore exiſtiment ex quacunque leui coniectura per quam comprehendatur teſtatorem voluiſſe illum quẽ in conditione poſuit vocare, vt concludunt Doctores quos allegabam in d. tract. lib. 2. c. 1. nu. 5. ver. Alij leues, ac minimas cõiecturas, fol. 34. & ſcribit Lud. Molin. in trac. de Hiſp. primog. lib. 1. c. 6. nu. 3. verſ. Hoc etiam comprobatur ex eo, fol. 36. Sique iſtud de leuibus coniecturis intelligere voluerimus, iuxta diſtinctionem quã ibidem nu. 11. afferebam, ac in propoſito vrgentes, probabilesque cõiecturas requiremus, cer
17 tè hæc maſculinitatis appoſitæ † vrgentiſſima erit, & ex ſe ſufficiens abſque alijs adminiculis, vt tradit Mich. Craſſ. in §. fideicõmiſſum, c. 14.

ante

ãnte num. 2. verſ. Quicquid ſit, fol. 304. Nam ſi maximum vitium exiſtimatur, differentiam inter maſculos, & fœminas ex illa antiqua iuris ſubtilitate cõſtituere, l. maximum vitium, C. de liber. præterit. cur non maximam coniecturam arbitrabimur illam maſculinitatis, per quam teſtator dictam vetitam diſtinctionẽ nõ reſpuit, ſed ad familiam, agnationemque conſeruandã Naturæ vim quandam (vt ſic dixerim) inferre ſtuduit, ſolos maſculos nominando, atque præferendo? cur non inſignem eandem coniecturam eſſe affirmauerimus, per quam familiæ perpetuitati teſtator enixè fauere oſtendit? Extricatum enim in iure eſt, vocationem in conditio
18 ne poſitorum † induci omni caſu quo teſtator agnationem ſuam conſeruare voluiſſe conſtiterit, vt ſcribunt Guid. Pap. conſil. 140. Conſiliũ pro nobili Aymone, ante num. 3. verſ. Vlterius & tertio, Hieronym. Grat. conſ. 89. Circa teſtamentum, col. 2. nu. 5. cum ſeq. conſ. 106. In cauſa, col. pen. num. 47. lib. 2. Pariſ. conſ. 6. Ad confirmationem, nu. 16. lib. 3. Car. Ruin. conſ. 111. Viſo, ac perlecto, col. pen. nu. 15. lib. 2. Auguſt. Bero. conſ. 104. In hac Lucenſi cauſa, num. 14. verſ. Conſtat in primis, lib. 2. Marc. Mant. conſ. 22. In præſenti cauſa, col. 5. nu. 48. & infr. Ioan. Cepha. conſ. 251. Quoniam, nu. 81. lib. 2. & cõſ. 269. Illuſtris Comes, nu. 9. co. vol. Iac. Menoc. conſ. 325. De prima propoſita dubitatione, nu. 14. conſ. 393. Reſpondi, nu. 32. lib. 4. Lud. Mol. de Hiſpan. primog. lib. 1. d. c. 6. ſub nu. 2. verſic. Sicque prope omnes Scribentes exiſtimant, & dixi in d. tract. lib. 5. c. 7. nu. 1. ver. Prima eſt, fol. 77. Nulla quippè prudentia teſtatoris attendi poſſet, niſi dixerimus iſtos filios vocatos cenſeri, tum ex poſitione in conditione per quam de prudenti conſilio à Iuriſc. in d. l. Lucius Titius, in fin. laudib. teſtator extollitur, tum etiam ex adiectione maſculinæ qualitatis, vt in his terminis arguit Paul. de Caſtr. conſ. 263. Circa primum quæſitũ, col. 2. circ. med. ver. Nugatorius ergo foret, lib. 2. in nou. Nullique dubium eſt,
19 in teſtamentis prudens conſilium † teſtatoris debere animaduerti, vt ex ead. l. Lucius Titius, ponderat Bald. conſ. 40. nu. 1. verſ. Item in materia ſubſtitutionum, lib. 3. quem refert, & ſequitur Franc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. volun. lib. 6. tit. 14. n. 4. Amplectenda erit igitur Guid. Pap. opin. tanquam fauorabilis, cum diſpoſitio quæ nos ad ius mediæ iuris prudentiæ
20 reducit, † benigna, ac fauorabilis dicatur, ſecũdum Andr. Alciat. conſ. 12. Quia per celeberrimos, nu. 16. tom. 1. lib. 2. l. non ſine, ver. In quib. C. de bon. quæ liber. vt inquam ſit maſculinitatis coniectura præpotens ex ſe ſola abſque concurſu, ſiue auxilio aliarum coniecturarum: Quę tamen ſi concurrant, res erit omnino tuta, eadẽ
21 que coniectura liberius † vim habebit, vt dicebam in d. tract. lib. 2. cap. 7. num. 6. verſ. Et in effectu, num. 48. vbi plures Doct. ad hoc allegabam, quos nunc non referam.

Et poſtquam incidenter aliquid de coniectura hac maſculinitatis dicere coactus fui, ſubdã me reperiſſe eundem D. Antoninum Teſſaurũ in d. deciſ. 96. ante num. 22. in hæc verba prorũpentem, Quod idem Ruſticus poſt Gozadinũ, & Cephalum extendit in feudali materia non concedo, quia in feudo de ſui natura fœminæ ſunt excluſæ; hactenus iſte Senator. Sed quic-
22 quid ipſe non conceſſerit, de iure ab alijs † doctis viris cõcedendum eſt, cum ipſe Antoninus ſolus in ſua opinione remaneat, quæ concludẽtem rationem non habet cui innitatur: opinio autem quam ego veram aſſerebam, vt aſſero, communiter recepta conſpiciatur, quam tenẽt Ludou. Gozad. conſ. 26. In cauſa Illuſtriſſimorum Dominorum de Corrigio, col. 4. num. 24. verſ. Et non ſolum, ac Io. Ceph. conſ. 251. Quoniam, nu. 77. lib. 2. & conſ. 114. Magnificus D. Bartholomeus, nu. 23. verſ. Vbi loquitur etiam lib. 1. quos adduxi in d. tract. lib. 2. cap. 3. illis nunc addo Iacobum Philipp. Portium conſ. 1. Contigit Hiperbolenſem Epiſcopum, nu. 69. verſ. Nec vrget ipſum Vuilhelmum, lib. 1. & Petrum Ant. de Petra in d. tract. de fideicom. q. 9. num. 213. verſ. Decimaſexta coniectura, qui de Cephalo idem dicente meminit, in ead. q. ſub nu. 176. Et vtique ſi D. Antoninus põderaſſet terminos in quibus Gozadinus loquitur, ſcili-
23 cet in feudo hæreditario, & conceſſo † pro ſe, & hæredibus ſuis, Andr. de Iſer. in cap. 1. §. hoc quoque, col. 1. de ſucceſſ. feudi, Alexa. conſ. 26. Ponderatis his, num. 5. & infr. lib. 5. conſ. 28. In cauſa, num. 18. cod. vol. fortaſsè non ita ſcripſiſſet, tale enim feudum venit in reſtitutione fidei
24 commiſſi, † Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de locato, §. nunc aliqua, in petitioneque hæreditatis, l. & non tantum, in gloſſ. ff. de petit. hær. quam gloſſ. ad hoc allegat And. in c. 1. in fin. qui ſucc. ten. & in §. hoc quoque, col. 2. verſ. Si feudum, de ſucceſſ. feud. rurſus Andr. in c. 1. §. quid ergo, col. fin. verſ. Item, & quando, de inueſt. de re al. fact. in c. 1. col. 1. verſ. Itẽ loquitur, de alien. feud. patern. in c. 1. §. donare, col. 4. verſ. Item ſi, qual. ol. feud. alien. pot. & in c. 1. §. huius autem generis, col. 4. verſ. Si ergo, ex quib. cauſſ. feud.
25 amitt. Vnde inuentarium † reſpectu huius feudi parum operabitur, non enim poterit hæres venire contra factum defuncti, Andr. in c. 1. an agnat. & deinde Afflict. deciſ. 240. In cauſa Cubelli, Afflictumque refert, & ſequitur Andr. Tiraquell. in tract. de retract. lignaier. §. 1. gloſſ. 9. num. 47. in fin. verſ. Sed & id quoque procedit, fol. 142. Alexand. d. conſil. 28. num. 19. libro 5. Curt. iun. conſil. 1. Primum amplector dubitationem, colum. 4. num. 13. verſ. Cõfirmo, Ruin.

conſil.

conſil.17.Super primo quæſito,colum.2.nu.4. 6.& 7.lib.1.conſil.176.Primò quæritur, col.pe nult.num.14.eod.vol.Rol.de Vall.conſ.44.Præ ſuppoſita communi opin.ante nu.2.vbi de magis communi teſtatur,lib.3.Celſus Hugo conſ. 113.Clariſſimi iurium Doctores,num.5.Franc. Burſat.de magis recepta ſententia,conſ.2.Viſis his,num.46.lib.1.Vnum tantum efficit,ne vltra
26 vires † hæreditarias teneatur,vt poſt Sigiſmũdum de Loffredo tradit Perilluſtris D. Vincentius de Franchis deciſ.1.incip. Deceſſit Magnificus D.Io.Baptiſta Pignatellus,num.34. verſ. Imo nec inuentarium,in 1.part. citans Bartholomæũ Camerarium in rep. c.Imperialem,fol. 20.col.1.litter.E. & infr. qui dixit ſatis beneficium inuentarij in feudo hæreditario operari, vt non teneatur vltra quam ſit in feudo, quod alibi ſubtilius idem Camerarius declarauit, in eod.c.Imperialem,§.præterea Ducatus, col.3. litter.O.verſ.Hinc plane ſequitur, vbi conſiderando perſonam filij in feudo recto paterno ex pacto, & prouidentia non hæreditario, in quo ne pater ſine hærede moriatur,honoris cauſa filius hæres eſſe tenetur, tuncque vox ipſa hæres ſtabit, vt qualitas accidens ſeparata à ſubſtantia feudi,Inde contingit,vt cum ſit qualitas accidens ſucceſſioni ipſius feudi ex pacto,& prouidentia non hæreditarij,facto inuentario, iux. l.fin.C.de iur.delib.filius liberetur.Ex diuerſo ab eodem fonte oritur, vt nil profit inuentariũ in feudo hæreditario cui vera qualitas hæreditaria in ipſa ſubſtantia feudi ineſt,eandemque diſtinctionem cumulatiſſimè comprobat Rol.d. conſ.44.num.2.lib.3. Dum igitur in conditione fuerunt poſiti tantum maſculi,colligitur prudentia reducendi illud ad naturam feudi ex pacto,& prouidentia ob maſculinitatis qualitatẽ, & ipſa quidem prouidentia vrgentem vocationis coniecturam importare videtur. Vnde non obſtat quod Antoninus dicebat de ſucceſſione fœminarum, vt regulariter à feudis arceantur: quinimò huic obiectioni obſtant omnia quæ ſuper eadem maſculinitatis coniectura afferebam,ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo,in d. tract.lib.2.cap.3.num.11.Et vt dicebat Pet.Anton.de Petra, iſto caſu coniectura deſumitur ratione materiæ ſubiectę,puta in ipſa materia feudali,ſi teſtator dixerit,Si ſine filijs maſculis, ex quo enim in materia feudali fœminæ non ſuccedunt ſi maſculi extãt, teſtator intelligitur ſenſiſſe, quòd voluerit eos diſpoſitiuè vocare, vt dicta regularis excluſio fœminarum in feudo, ex dicto Petr. Antonio de Petra retorqueatur: Cæterum ad id quod de prudenti conſilio reductionis ad feudum ex pacto, & prouidentia ob adiectam maſculinitatis qualitatem dicebam, congruunt tradita per Decium conſilio 185. In cauſa,num.3. conſil.395.ciuſdem initij, nu.7. Curt.iun.conſ.171.Pro habenda clariori intelligentia,num.6.Anton.Rub.Alexandrin. conſil. 110.Viſis,num.4.Nicol.Bellon.conſil.33.Circa inſtructionem,num.2.& Io.Cephal.conſ.303. Feudum Camaneæ,num.7. poſt Didacum Couar. & Arium Pinellum, lib. 3. Sed de his ſatis cum alibi fuſius eandem coniecturam iuridicè comprobauerim. Inueni etiam eundem Senatorem in d.deciſ.96.nu.26. aliam coniecturam ſpreuiſſe,quam pariter efficacem, veramque in d.tract.lib.3.cap.3.aſſerebam,dicit itaque Antoninus, Aſpernandum etiam mihi videtur, q̃ ſubtiliter aliqui in hoc caſu animaduerterunt, nempe efficaciorem reddi hanc coniecturam,ſi poſiti ſint in conditione filij ex legitimo matrimonio procreati,quia hoc nihil ſeruit, Petr. d. q.9.num.176.poſt Cephalum,& Alciatum per eum citatos,& latius,nu.201.circa finem,quicquid in contrarium ſcripſerit Ruſticus d. tract. lib.3.cap.3.cuius ſcripta, & deciſio Rotæ ibi relata,poſſent procedere alijs coniecturis concurrentibus,aliàs vana eſt iſta coniectura legitimationis: hactenus Teſſaurus. Miror certè hunc Senatorem aſpernari quæ à tot Illuſtribus Iure conſultis ſummo ſtudio,ac viuaci ratione tradita fuerunt, ſique meam opinionem parui feciſſet,libenter quidẽ ſuſtuliſſem,atque obmutuiſſem, ſed cum viderim tot alios venerandos Doctor.de vanitate quadam ſentẽtię notari,breuiter huius coniecturæ pondus iterũ indicare cogor:licet enim cũ ipſo Antonino ſenſerint, Hieronym. Zanch.in l.hæredes mei,§. cum ita, nu. 764.verſ.Et ex prædictis infertur, fol.67. ff. ad Trebell.Rol.de Vall.conſil.34.Vidi dubia,ante num.64.verſ.Similiter non obſtant,lib.4.Iacob.Berrett.conſ.74.Hæc cauſa,num.12. verſ. Ex prædictis,& Petr.Anto.de Petra,in d.tract. de fideicom.q.9.nu.176.ſed expreſſius,nu.201. verſ.Et re uera hæc coniectura,vbi citat Iaſon. Decium,Portium,& Cephalum, qui punctum hunc non diſputãt,nec uim ſuper iſta coniectura conſtituunt,thema tantum cum hac qualitate proponunt,vt apud ipſos videre eſt: Tamen
27 alia Doctorum † cohors,eandem coniecturam veram,ac ſtabilem eſſe affirmat,inter quos Soc. iun.conſil.110. Diu in hac conſultatione,num. 26.lib.3.& conſil.145.Viſo teſtamento,nume. 39.verſ.Poſſet etiam,cod.volum.Tob.Nonius Peruſinus conſil.32.Viſo.num.11. verſ. Secunda eſt coniectura,Hipp.Riminal.conſil.21.Illuſtris Comes,num.44.verſic.Quinta pariter accedit,Tiber.Decian.conſi.33.num.90. & conſ. 41.num.29.in fin.& 30.lib. primo, conſil.103. num.quarto,& 19. in fin. ac 30. libro ſecundo, Franc.Mantic.in tract.de coniect.vltim.volun. lib.11.tit.3.num.7.verſic.Quarta enim,fol.261. Iacob.Menoch.conſil.325.De prima propoſita dubitatione,num.10.lib.4.Simon de Pretis

in

in tract. de interpr. vltim. volunt. lib. tertio, ſol. tertia, num. vndecimo, fol. 300. hic accedat Per illuſtris. D. Aſcanius Ruſſus patritius Neapoli
28 tanus † Sedilis Montanæ, & Iuriſconſultus eximius, quem alibi ad hoc propoſitum allegabam, cuius maxima eſt autoritas: vt hæc ſit non ſolum communis opinio, verum etiam magis communiter recepta, cum illam conſtituant octo Illuſtres Doctores, ſubducendusque ſit de numero contrariam opinionem tenentium Iacob. Berret. nam pro iſta ſenſit conſil. quadrageſimo, Conſideratis, poſt nume. 6. præſertim quia Rota Romana idem cenſuit in vna Bononienſi de Pepulis, die 13. Nouembris, 1566. coram D. Robuſterio, in deciſ. incip. In cauſa fuit
29 Romanique Auditorij † quanta ſit dignitas ac celebritas, vbique locorum dilucidum eſt, vt alia corroboratione non indigent: præcitatique Scribentes eandem coniecturam ex ſe validam abſque alijs coniecturis affirmant: Quinimo Socinus iunior Doctor præclariſſimus, ac perſpicaciſſimus, d. conſil. 145. num. 39. lib. tertio, potentiſſimam coniecturam eſſe dicit, eique nihil opponi poſſe, ac ex ea claram mentem teſtatoris oſtendi, poſitos in conditione ex teſtamento vocare voluiſſe, nihilque obicij poſſe ſcribit, etiam d. conſil. 110. numero vigeſimoquinto, ſubdens multum concludentem coniecturam eſſe. Et tamen nihil validum opponendo, aliqui eandem infirmam, vanamque reddere voluerunt, imo aſpernendã fore dixerunt: & quoniam id contigiſſe conſtat, cum firmiter crediderint, maſculinitatis qualitatem in conditione poſitorum vocationem non operari, quod admittendum non eſt, in reiectione dictæ aſſertionis inſiſtendum non exiſtimo, cum adhuc ſtent rationes, quæ dictam maſculinitatis coniecturam erigunt, atque tuentur, hæcque legitimi matrimonij coniectura, non ſolum ijſdem rationibus quibus illa maſculinitatis, ſed etiam alijs nititur, & per eoſdem fortioresque terminos procedit, vt egregiè in præcitato loco ex-
30 plicare videtur Franciſcus Mantica, † qui celeberrimum opus ad coniecturas vltimarum voluntatum declarandas edidit, in quo omnia adſunt quę in pręclaro opere exoptari contingũt, vt non immerito illud de Mantica dici poſſit in coniecturis dilucidandis, τῷ δ' ἐπὶ τις ὁμοῖος ἐπὶ χθονὶ γυνὲτ' ἀνήρ, quod de Meneſtheo Petri filio Iliadis 2. Homerus dicebat. Mouentur potiſſimum Scribentes concludenti illo fundamẽto, ex hac nanque conditione legitimati ad excludendum ſubſtitutum non admittentur, ſed ij tantum de quibus cõditio loquitur, eumque ab inteſtato hoc locum habere non poſſit, quia legitimativna cũ illis ſcilicet legitimè procreatis ſuccedunt, §. ſi quis igitur, & §. generaliter, ac §. illud, Auth. quib. mod. natural. effic. legit. §. quoniã, verſ. ibi, Nihil diſſimiles à legitimis, & §. reliquis, ibi, Illas ſucceſſiones quas habent ij qui ab initio ſunt legitimi, Auth. Quib. mod. natur. effic. ſui, igitur neceſſario ſequitur, quòd liberi ipſi ex legitimo matrimonio procreati ex teſtamento vocati intelligantur, cum ſoli ab inteſtato ſucceſſuri non ſint: eſt ratio huiuſmodi in qua hæc coniectura fundatur, adeo fortis, vt rectè poſt diuturnam cogitationem Socin. iun. dixerit, ipſam inuulnerabilem, ac vndique tutam eſſe, licet enim ex vi incluſionis vtraque cõiectura procedat, tamen maior fortaſsè ratio in iſta ex legitimo matrimonio, quàm in alia ſimplicis maſculinitatis militare videtur: nam tanta eſt ius matrimonij, & veræ legitimitatis ab eo prouenientis, adeoque homines rubiginem, ac ſcoriam illegitimi concubitus in ipſorum familia, atque poſteritate abhorrent, vt hęc coniectura fortiſſima ſit. quod etſi pluribus verbis exprimere poſſem, pauca hæc ſufficiant. Vnde eadem coniectura maximè, & latius procederet in nobili teſtatore, vt cenſuit Hippol. Riminal. d. conſil. 21. Illuſtris Comes, num. 45. verſ. Idque ſaltem debet dici. Noluiſſem profecto occaſionem talia ſcribendi, ſed rogo omnes intelligant prænarrata me dixiſſe ſimplici animo veritatem defendendi, cum ſciam D. Anton. Teſ-
31 ſaur. † clariſſimum, doctiſſimumque Senatorẽ de legali ſcientia optime meritum, eiuſque aureas deciſiones vere theſaurum legum appellari poſſe, vt cognomen hoc non fortuitum ei inditum videatur, ſciam etiã amplitudinem ſemper venerandi Senatus Pedemontani, quẽ grauiſsimi, ac ſelectiſsimi Iuriſc. repręſentãt, inter quos hiſce temporibus D. Octauianus Cacheranus præfulſit, qui admirandas deciſiones illas ad ornandum ampliandumque ius ciuile, & ad eruditorum ſolatium in lucẽ emiſit, cui omnes probi viri plurimum debent. Sunt alij (non loquor de Antonino Teſſauro Docto. egregio & nunquam ſatis laudato) qui aliorum ſtudia, ac labores ex profeſſo impugnare ſtudent, ſed ſæpè euenit Interpretes non ſtatim elatis operibus ex hac luce euolare, ſed à Deo Opt. Max. ipſis aliquando concedi, vt cenſuras haſce conſpiciant, ſique cenſores crederent illosmet auctores alia in lucem dare poſſe, notasque retorquere, ac alia multa proferre, ab huiuſmodi cenſuris dubio procul abſtinerent, nam vim vi repellere licet, Non negauerim vnumquemque ſuæ opinionis dominum, ac moderatorem eſſe, ſed nemo negabit maxima circumſpectione vtendum eſſe, vt cuncta æquo animo ſcribantur, quod certè inclinę mentis teſtimonium eſt: Alia quæ ad nonnullarum coniecturarum defenſionem pertinent, cõmodiori in loco inuenientur, ne videar in huius reſponſi interpretatione dictam tractationem tranſtuliſſe. Redeundo nũc

ad

ad principalem controuerſiam, colligitur ſatis
32 apertè † opin. Socin. ſen. Pariſij, Hier. Cagnol. Aym. Crauet. aliorumque præcitatorũ, ex ſubſiſtentia opin. Guid. Papæ magis communiter receptæ, ac verioris circa vocationem maſculorum in conditione poſitorum, dubiam, difficilemque reddi, illique obſtare agmen omnium Doctorum pro ipſo Guidone ſentientium; Sed conſulendo, & iudicando non auderem à Socini, aliorumque Doctorũ qui ipſum ſequuntur deciſione recedere, quam teneas.

HYPOTHESIS.

In contractibus vtriuſque gratia à principio celebratis, an lex iſta locum habeat. Et quid in donatione ſub cõditione facta iuxta terminos, l. quoties, C. de donat. quæ ſub mod. Et an in mortis cauſa donatione. Et an in feudis, reſolui. Pariter etiam textum in c. 1. de duob. fratrib. à Capit. inueſtit. & d. l. generaliter, §. cum autem, elucidari.

SVMMARIVM.

1 *L. cum anus, in contractibus ab initio vtriuſque gratia celebratis, non procedere.*
2 *Contractus vltro, citroque obligatorij reſolutionẽ, non niſi ex vtriuſque voluntate fieri.*
3 *Feudum hinc inde obligatorium eſſe, proindeque contractum appellari.*
4 *Feudum contractum nominatum eſſe.*
5 *Feudum eſſe contractum ſtricti iuris.*
6 *Feudum contractum iuris ciuilis eſſe.*
7 *Feudi contractum aliquando innominatum dici poſſe: idque explicari.*
8 *L. cum anus, in feudis locum non habere: hocque declarari, vt nõ procedat cum plures fratres pro ſe, eorumque filijs feudum recepiſſent, cum pacto quod portio prædecedentis ad ſuperſtitẽ deueniret, num. 14.*
9 *Pœnitentiam in contractu feudi non admitti.*
10 *L. ſi vnquam, C. de reuocan. donat. in contractu feudi non procedere: idque limitari.*
11 *L. cum acutiſſimi, C. de fideicom. in emphyteuſi locum ſibi non vendicare: idque in emphyteuſi oneroſa verum eſſe, ſecus in gratioſa, num. 12.*
13 *Emphyteuſim gratioſam dici, quando pro modico conceditur.*
15 *C. 1. de duob. fratrib. à Capitan. inueſtit. interpretari, & num. 18.*
16 *Heredẽ in feudo, de herede ſanguinis intelligi.*
17 *Mentem recipientis, & non dantis in contractib. attendi.*
19 *Inueſtitura tenorem in feudis obſeruandam eſſe.*
20 *L. cum anus, in donatione inter viros, cum illemet. qui aliquid concedit liberos poſtea ſuſcipit, non procedere.*
21 *L. tale pactum, §. fin. ff. de pactis, intelligi.*
22 *L. cum anus, nunquid locum habeat, cũ aſcendens inter viros deſcendenti donaſſet, conditione adiecta, quòd poſt deſcendentis mortem bona ad alium pervenirent, iuxta l. quoties, C. de donat. quæ ſub modo. idque late diſputari, ſed num. 38. concludi ex communi opinione diſpoſitionem d. l. cum anus, iſto etiam caſu donationis ſibi locum vendicare: idemque num. 46. comprobari: ac eandem concluſionem ex Bartholomæo Caſtaneo limitari, num. 48. ampliarique, num. 49.*
23 *L. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. exorbitãtem eſſe. & nu. 27.*
24 *Donationes perpetuas, ac irreuocabiles regulariter eſſe debere: hocque allegantem, pro ſe regulam, intentionemque fundatam retinere.*
25 *Actum ſimpliciter factum purum, ac ſine die, & conditione cenſeri.*
26 *Principem in ſuis donationibus, ac conceſſionibus iam perfectis conditionem apponere non poſſe.*
28 *Exorbitantem diſpoſitionem ex rationis identitate ad alios quoque caſus extendi.*
29 *Extenſionem in exorbitantibus, cum materia favorabilis eſt, licere.*
30 *L. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. licet exorbitantem, favorabilem eſſe, & propterea de facili extenſionem pati.*
31 *L. cum acutiſſimi, C. de fideicom. quantumuis exorbitantem, extendendam eſſe: etſi Philippus Cornæus ipſam exorbitantem non eſſe contra communem ſententiam reſponderit.*
32 *L. cum anus, diſpoſitionem, hominis potius, quam legis cenſeri.*
33 *L. cum anus, generale ius non ſpeciale appellari.*
34 *Legem ſingularem ratione perſonæ in tribus verſari.*
35 *L. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſt. interpretari, & nu. 45. ac nu. 47.*
36 *L. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. omnium conſenſu ex medullis d. l. cum anus, promanaſſe, certum eſſe.*
37 *Legatum donationis verbo diffiniri.*
39 *Donationis reuocandæ rationem in libertis magis quam in alijs extraneis conſiderari.*
40 *L. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. diſpoſitionem, in donatione etiam rei particularis procedere: id tamen limitari, dummodo talis ſit res quæ attenta donantis qualitate, rei donatæ, liberorumque numero exceſſiua videatur, patrimoniumque adeo exhauriat, quòd veriſimiliter quis non donaſſet, ſi de liberis cogitaſſet, num. 41.*
42 *L. cum acutiſſimi, & d. l. ſi vnquam, diſcrimen afferri.*
43 *Reliquerit, verbum, vltimas voluntates, dederit autem, contractus reſpicere.*
44 *Subſtitutionem, ſecundam inſtitutionem eſſe.*

L. cum

50 *L. Cum auus, diſpoſitionem in donatione cauſa mortis ſibi locum vendicare.*

51 *Donationem cauſa mortis quo ad ordinationem contractui aquiparari: & propterea donatarij præſentiam expoſcere: per traditionemque aut ſtipulationem fieri.*

52 *Donationem cauſa mortis quo ad effectum vltimæ voluntati aquiparari ab eaque regulari.*

53 *Donationẽ cauſa mortis legatis aquiparari: proindeque dominium rei donatæ à die mortis ſicut in ipſis legatis rectà via tranſire. vt nu.58.*

54 *Donationem cauſa mortis tertiam ſpeciem inter contractum, & vltimam voluntatem conſtituere, ac mixturam quandam continere.*

55 *Donationem cauſa mortis vniuerſaliter vltimæ voluntati accedere.*

56 *Subſtitui vulgariter & per fideicõmiſſum in donatione cauſa mortis poſſe.*

57 *Falcidiam ex donatione cauſa mortis detrahi: idque ampliari.*

59 *Ius accreſcendi in donatione cauſa mortis locum habere.*

60 *Donationem cauſa mortis inſinuatione nõ egere.*

61 *Actionẽ ex donatione cauſa mortis cõpetẽtẽ licet ſtricti iuris, bonæ fidei tamen naturã retinere.*

62 *Donationem cauſa mortis rupto teſtamẽto cõſeruari per contratabulas, ex tit. ff. de legat. p̃ſtãd.*

63 *L. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. diſpoſitionem, in donatione etiam cauſa mortis ex Paulo Caſtrẽſe & Petro Philippo Corneo locum ſibi vendicare: licet ſecus ex Carolo Ruino, Iacobo Menochio, Ripa, & Andrea Tiraquello, qui deſuper cogitandum fore admonuit.*

64 *L. Cũ auus, in donatione cauſa mortis locũ hẽre, etiã ſi ſubſtitutus in ea de liberis teſtatoris eſſet.*

CAP. XVIII.

OCTAVO, Socinus varias ac pulchras sũmo ingenio proſequendo vltra Bartolum difficultates, quærit, nunquid d.l.cum acutiſſimi, in contractibus locũ habeat? & ne in iſta quæſtione confusè procedã, duo caſus principaliter conſiderandi ſunt: Primus eſt, nunquid dicta lex in contractibus ab initio vtriuſque gratia celebratis ſibi locũ vendicet, in hocque concludendum † eſt, locũ ſibi nõ ſortiri, ſm Bal. in ead.l.cum acutiſſimi, poſt nu.13. in fi. verſ. Et ideo, quem ſic intelligit Io. Bapt. de S. Seuerino, in d.l. generaliter, §. cum autem, in 7.q.C. de inſtit. & ſubſtit. puta in ſtipulatione emphyteuſis, & Soci. ſen. hic, in ipſa 8.q.nu.97. & conſ.93. Teſtamentum præmiſſum, col.4.nu.16. verſ. Sed interpretatio, lib.4. Iaſ. in l.2. in 13.q. num.197. C. de iur. emphyt. Andr. Tiraq. expreſsè in d. rep. l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, num.265. verſic. At ſi prior. C. de reuoc. donat. ſed implicitè idẽ præſentit in verb. Libertis, nu.43. verſ. Vel poteſt etiam, & nu.24. verſ. Et hæc quidem. Carolus Ruin. conſ.35. Adeo plenè, nu.11. verſic. Sed præmiſſis, lib.1. Bartholomæus Caſſan. conſ.53. Ex facto, ante nu.29. verſ. Decimoquarto facit, & poſt nu.32. verſic. Nunc reſtat. Andr. Alciat. conſ.3. Tam diligenter, nu.23. verſ. Nam reſpondeo, vbi de cõmuni opinione atteſtatur, to.3. lib.8. Io. Ceph. cõſ.197. Proponitur, nu.7. verſic. Et pariter, lib.2. Greg. Lup. in l.10. tit.4. partit.6. in Gl. ſuper verb. Algun teſtador. Emanuel Coſta, in rep. c. ſi pater. in 1. par. in verb. Si abſque liberis, nu.16. de teſtam. in 6. dicens in hoc dubitandũ non eſſe, Didaciq. autoritatem ac opinionẽ declarãs, ne in ſcopulũ irruiſſe videatur, Didac. ipſe Toletan. in Practicis quæſtionib. c.38. nu.12. verſ. Quin & itidem Iuriſconſ. ac eruditiſſimus Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. in 2. par. lib.4. præſumpt.89. nu.157. in fine. verſic. Qui quidem intelligunt.

In his enim cõtractibus vltro citroque obligatorijs, quia videtur mens vtriuſque ex contrahentibus attendi, filij vnius non habent diſpoſitionem reſpectu alterius alterare: nec con-
2 tractus reſolui põt niſi ex † vtriuſque volũtate, l. ab emptione, cũ ibi not. ff. de pactis. Proinde ſit, q̃ cum feudum hinc inde obligatorium ſit,
3 & iſta ratione propriè † cõtractus dicatur, Socin. conſ.67. Viſis inueſtituris, poſt nu.5. lib.1. Curt. iun. in tract. feud. in 2. par. princ. nu.52.
4 fol.17. col.1. cõtractumque nominatum † eſſe dixere. Bart. in l. iuriſgentiũ, §. quinimò, nu.19. ff. de pact. And. de Iſer. in prælud. feud. q.5. ubi Iaſ. q.4. & in l. ſi obligatio, ſub nu.2. ff. de cõd. ex lege, Ant. Rub. conſ.130. Præſupponitur in facto, nu.8. ad fi. de cõmunique poſt Curtium quẽ citat, in d. tract. in 1. par. princ. q.9. teſtatur Iul. Clar. in §. feudũ, q.6. verſ. Quæro an feudũ, idẽ Cur. iun. cõſ.1. Primã amplector dubitationẽ, nu.36. verſ. Minus ẽt obſtat. Io. Ceph. conſ.23. Feudũ de quo agitur, nu.51. lib.1. cõſ.176. Condomini, nu.52. Clarũ referens dictã cõem dicentẽ, lib.2. & tradit Soc. d. conſ.67. nu.6. lib.
5 1. vbi nu.14. inquit, contractũ ſtricti iuris † eſſe nõ bonæ fidei, poſt Bal. & Aluarot. in c.1. de cognit. feu. quod etiã dixere Iul. Clar. d.q.6. verſic. Quæro etiã, de cõmuni opin. atteſtans. Iacobin. de Franch. in Rubr. ſi de inueſtit. feud. controuerſ. fuer. nu.17. & Io. Ceph. conſ.302. Cum proponatur, nu.15. & cõſ. ſeq. quod incipit, Feudum Cameræ, nu.110. lib.3. Diciturq. contra-
6 ctus iuris † ciuilis, idẽ Ceph. cõſ.617. Dimidiũ feudi, nu.105. lib.5. Et quamuis Bal. in rub. C. de rer. permut. nu.2. & in l. vnic. nu.8. qñ lic. ab empt. diſced. crediderit feudũ eſſe contractum innominatum, eius tñ opinio vera nõ eſt, & explosa conſpicitur. Vnde ex hoc contractu non

competit actio præſcriptis verbis, ſed actio ex feudo, Bar.in d.l.ſi obligatio,quæ vnica eſt,nu. 10.ff.de condict.ex lege,Ant.Padilla in l.naturalis,nu.27. ff.de præſcript.verb.fol.92. col.2. ſuper quo inſpiciendus non abre erit Bartholomæus Camerarius, in c.Impęrialem, fol.35. litera G.verſ.Quoniã,de prohib.feud.alien.vbi
7 notabiliter † ſcribit,q̃ ſicut de iure ciuili habemus cõtractus nominatos & innominatos d.l. iuriſgentiũ, §.quinimò, ff. de pact. & d.l.naturalis , ita de iure feudorũ habemus feuda recta, vt in c.1.de controuerſ.recti feud. per totũ,quę ſtant loco cõtractuum nominatorum, & feuda conditionata,vt in c.1. de feud.non hab.propr. nat.feud.& in c.1.§.ſi.quid ſit inueſtit. quæ ſtãt loco cõtractuum innominatorum, vt per eum.

Dictæ l.cum acutiſſimi , diſpoſitio in feudis
63 Vnde videmus etiam † diſpoſitionem d. l. ſi vnquam, C. de reuoc.donat.ex medullis huius l.cum auus, profluentem,in mortis cauſa donatione ſibi locum facere, vt dixere Paul. de Caſtr. conſil.434. Reſpondeo per ordinem, in 5.dubio, num.3.lib.1.& Corn. conſil.244. Videtur, colum.3. num.5. verſic. Vt in ſimili videmus,lib.4. Quod non admodum extricatum eſt, cum contrarium teneant, Carol. Ruin. conſil.123. Quia agitur,colum.2.num.7.lib.1. conſil.62. Ex duobus præcipuè videtur, num. 12. lib.2. Franciſc. Rip. in ead.l. ſi vnquam, in 10. q. ante num. 19. & Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. part.1.præſumpt.35.num. 27.verſic. Ea ratione, fol.149.colum.4.in fin. Tamen Caſtrenſis, Corneique maxima autoritas eſt, & quamuis Andreas Tiraquellus in d.l. ſi vnquam, in verb. Donatione largitus,in opinionem Ruini inclinare exiſtimetur, num. 253. nihilominus num. 251. nonnihil opinioni Pauli de Caſtro detuliſſe viſus eſt, vetandem cogitandum relinquat, & veluti anceps pro neutra opinione ſtare demonſtret: Aduertendumque cenſeo,non fruſtra Caſtrenſem ipſum in præcitato loco Bartoli autoritatem in l. filio præterito, colum.4. ſub num.8. verſic. Præterea certum eſt, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. indicaſſe, attenta legatorum donationiſque cauſa mortis æquiparatione: ſuper quo cogitandum & ego arbitror, exemplum Tiraquelli ſequutus, qui ſummo certè ſtudio atque eruditione materiam dictæ legis poſt alios ex profeſſo feliciter abſoluit: incertumque non eſt, hanc dubitationem expoſcere altiorem indaginem, & fortaſſe Ruini ſententia inepta non erit: cur autem cogitandum fore aſſeruerim, ſi diſputationi locus daretur, facile oſtenderem, non enim omnia diſputatione concludi poſſunt,quæ ad hanc legem declarandam in argumentum adducuntur, progreſſus enim in infinitum daretur,atque immenſus circuitus.

Ampliatur prædicta Socini concluſio, vt
64 procedat etiam † ſi ſubſtitutus in donatione cauſa mortis de liberis eſſet, ſecundum Salyc. in d.l.1.colum.2.C.de donat.cauſ.mort.quem refert Caſſanęus, d. conſil.53. Ex facto, ante num.2. verſic. Illam etiam Gloſſam, quod etiam ſibi voluit Franciſc.Mantic.d.lib.10.tit. 7.nu.20. in 12. extenſione, verſ. Et Salicetus.

HYPOTHESIS.

Exorbitantem legem iſtam eſſe omnium ferè conſenſu concludi. Succeſſiuè etiam de eius extenſione tractari.

SVMMARIVM.

1 *L.cum auus, exorbitantem à iure communi cenſeri. Et quamuis aliqui contrarium tenuerint, vt num.2. exorbitantem nihilominus eſſe affirmari,nu.3.*

4 *Actum parum, de iure communi diem non recipere,nec conditionem.*

5 *L.cum auus, extenſionem non pati: Sed contrarium verius videri,nu.8.& 10.*

6 *Legem exorbitantem reſtringi debere.*

7 *L.cum auus,licet exorbitantem, fauorabilem tamen apparere.*

9 *Conſtitutionem correctoriam, ſed fauorabilem, ex identitate rationis extendendam fore.*

11 *Extenſionem fieri non intelligi vbi eadem viget ratio, ſed comprehenſionem.*

12 *L.cum auus, diſpoſitionem, non ſolum fauorabilem,verum etiam piam eſſe.*

13 *L.cum auus, diſpoſitionem, nemini damnum inferre.*

L.cum

34 *L. cum auus, ad aliorum caſuum deciſiones frequentiſſimè à Doctoribus inducti.*

CAP. XIX.

QVAMQVAM in ſuperioribus ſæpè ſæpius de exorbitantia à iure communi,deque extenſione diſpoſitionis huius contextus dictum ac dubitatum fuerit, nono tamen fuſius proprio loco de eadem re quærendum eſt: hancque legem exorbitantem eſſe † dixere,Io. de Imol. in l. filio præterito,col. 9. verſic. Item non obſtat,num.23.ff.de iniuſt. rupt. teſtam. Franciſc. Aretin. in d.l. generaliter,§.cum autẽ,ad fin.vbi Iaſ.col.4. in 8. limit. C.de inſtit.& ſubſtit. Alex.in auth.ex cauſa,col. 10.ante nu.17.verſic. Item illa lex, C.de liber. præterit.idẽ tradunt Socin.ſen.hic nu.53. verſ. Septimò infertur,nu.61.in 4.not.& poſt num. 64.verſ.Ex quo materia, ante nu.76.verſ. Cõfirmatur hoc,poſt nu.94.verſ. Quando grauatus,ante nu.98.verſ. Igitur licet materia,& nu. 25. verſic. Tertium corollarium, Andr. Tiraquell. in rep.l.ſi vnquam,in verb. Libertis, nu. 26.verſ. Nam & exorbitantem,& in verb. Donatione largitus, nu.250. verſic. Denique huc ſpectat,C.de reuoc.donat.rurſus Socin.conſil. 93.Teſtamentum præmiſſum,ſub nu.28.lib.4. Dec.conſ.416.In teſtamento, col.2.nu.5. Anton.Gabriel.lib.4. de fideicom. concl.2. in vlt. limit.nu.86.Curt.iun.conſ.33.Præſupponitur in facto,nu.8.verſ. Et quod ſit exorbitans, dicens in hoc omnes conuenire,Decius etiam in prima ſubſcript. ad conſ. Socini iun.128. quæ ſubſcriptio incipit,Viſis, num.199.lib.1. & ipſe Socinus iunior eodẽ conſ.128. Præſentis conſultationis materia,nu.35.vbi dicit,iſtud ſequi omnes Doctores,ac nu.65.verſ. Præterea, nec non conſ.100.Præſupponitur,col.3.nu.9.eod. vol.1. Andr.Barbat. in d.l. cum acutiſſimi,col. 45.C.de fideicom.& Io.Cephal.conſ.576.Reuerendus Dominus,nu.17.lib.4.

1 Et licet contrarium † tenuerit Corn. conſil. 197.Non alienam,col.4.poſt nu.7.verſic.Cum ergo ille textus,lib.3.& poſt Franciſc. Rip.in l. ex facto,§.ſi quis rogatus,il 1. nu.27. verſ. Iſta ratio, ff. ad Trebell. idem ſenſerit Iacob. Menoch. conſ.95. Etſi doctè,nu.115. lib.1. & videtur idem velle conſ.16. Quod iam nõ ſatis,col. antepen.nu.24.verſ. Nec hic dicatur, & verſic. Non enim. eod.vol.& in præcedẽtibus aliquando in tranſcurſu opinionum memini: Tamen 3 in effectu † exorbitans eſt, vt tradit rurſus Socin. ſen.hic num.52.verſ. Sextò infertur,communique Scribentium calculo hoc receptum reperitur, frequenſque apud eundem legendo, atque conſulendo eſt.

Purus etenim actus,de iure communi diem 4 non recipit† nec conditionẽ,ex Vlpiani lib.55. ad Sabinũ ſentẽtia,in l.eum qui Kalendis,ff.de verb.oblig. de die loquentis, ac etiã Papiniani lib.1.Definitionũ teſtimonio,in l.ſi ita ſtipulatus fuero ſi Titius,§.Chryſogonus,d.tit.de cõditione agentis,necnon Pomponij lib.3.ad Q. Mutiũ in l.1.*in* princ.hoc tit.de condit.& dem. ex ſubauditione igitur conditionis actus trãſformatur,cũ,vt apertum eſt,conditio formam importet, quinimò *in* forma ſpecifica ſit implẽda:ad quod Imola in d.l.filio præterito,nu. 23.allegabat etiã text.in c.vlt.in fin.32.q.7.vbi litera dicit. Hæc ergo etſi alia ſint quę rectiſſimè vouentur,cũ homines vouerint,nulla conditione rumpenda ſunt,quę ſine vlla conditione vouerunt: Et ex hoc fortè,inquit, Imperator huiuſmodi ſenſum,& intelligẽtiam admiratus fuit,vt inquam in puro actu cõditio hæc ſi ſine liberis deceſſerit intelligi deberet, d. l. cũ acutiſſimi, C.de fideic.ibi,Nos huius ſenſum merito mirati,pleniſſimũ ei donauimus euentum: Sed aliud Imperator ſenſit,q̃ Imola indicauerit,vt non abre ſub verbo fortè,illud aſſeruerit.

Præſuppoſito itaque iſtius l.cũ auus, diſpotionem exorbitantẽ cenſeri,dum de eius extenſione quęrebatur,Pau.Caſtrenſ.cõſ.14.Si contingat d.D.Liſam,col.fi.verſ.Et quia illud,li.1. dicebat Papiniani rẽſum hoc admirabile fuiſſe, vt Imperator refert in d. l. cũ acutiſſimi, & 5 propterea illud vltra eius terminos † nõ extendere:& videtur idẽ ſenſiſſe Soc.hic col.2.nu.4. verſ.Et diſcutiẽdo,& poſt nu.15.verſ.Et ſic patet,& ante nu.95. verſ. Confirmatur hoc, ac ẽt Alberic.de Roſat.in d.l.generaliter, §.cũ autẽ, nu.2.verſ.Quid econtra,Io.de Imo.in d.l.filio præterito,ſub d.nu.23.ac in d.l.ex facto.§.ſi qs rogatus,col.2.circa med.verſ.Et intelligo.Soc. iun.d.conſ.128. Præſentis conſultationis materia,nu.35.lib.1.& Io.Cephal.cõſ.576.Reuerendus Dñs, nu.18. lib.4. lex nanque exorbitans 6 † reſtringenda eſt,non aũt in conſequentiã trahenda,l.ius ſingulare, l.qđ vero cõtra,ff.de legib.l.ſi vero, §.de viro,ff.ſol.matrim. cũ ſimil.

Sed licet exorbitans ſit, fauorabilis etiam 7 † apparet, ſecundum Socin. ſuper hac eadem lege,ante nu.17. verſ. Vnde cum eadem ratio, & ante nu.98.verſic.Igitur licet materia.Andr. Tiraquel. in d.rep.l.ſi vnquam, in verb.Libertis, num.63. C. de reuoc. donat. vbi Franciſc. Rip. quæſt.37. verſic. Quia diſpoſitio, Socin. conſ.93. Teſtamentum præmiſſum,ſub nu.28. lib. 4. Franciſcus Aret. conſil.155. Diligenter viſis, colum.5. circa medium, & Corn. conſil.197. Non alienam,colum.7. poſt num.8. libro 3. Propterea vt dicebam, lex quantumuis 8 † exorbitans, ſed fauorabilis extendenda eſt, Gloſ.in l. ſi conſtante,in verb. Mariti, in princ.

& ibi Bart. in 9. quæſt. prim. part. ff. d. tit. ſolut. matrim. Franciſc. Burſat. conſ. 50. Triplici, nu. 22. conſil. 76. Ex hac ſeriè facti, num. 30. libro primo.

9 Quin etiam conſtitutio correctoria † quæ magis reſtringenda eſt, cum fauorabilis conſpicitur ex eadem ratione extenſionem patitur, l. illud, cum gloſſ. C. de Sacroſ. Eccleſ. Burſat. d. conſ. 76. num. 16. Imo extenſio fieri non dici-
10 tur vbi eadem ratio eſt numero, † ſed comprehenſio, vt poſt Petr. & Cyn. in Liura conſtitui, & in l. quòd verò, ff. de legib. tradit Alex. conſ. 75. Videtur in præſenti conſultatione, num. 3. vbi Nouiſſimi Pariſienſ. concordantes allegãt, lib. 5. & eſt text. in l. ſi poſtulauerit, §. ſed ſi negauit, ff. de aduiter. quem ad hoc propoſitum citat Oldrad. conſ. 185. Thema tale eſt, Titius canonicus, in fine, poſt num. 6. verſ. Non autem, & vbi eadem viget ratio non dicitur quis extendendo nouum caſum addere, ſed quod in primo caſu in ratione includebatur, ſecundum æquitatem detegere, vel enucleare, quia lex dicitur omne quod in ratione conſiſtit, cap. conſuetudo, prima diſtinct. ergò vbi legis ratio locum habet, circa id prodita dici lex debet, vt per Calderin. conſ. primo, incip. An capitulum, in princip. tit. vt lit. penden. quod in ordine eſt, conſ. 147. Et in l. de quibus, num. 35. d. tit. de legib. ſcripſit Baldus, quòd quando plura eandem habent rationem, licet de vno fiat mentio, videtur id exemplariter fieri non reſpectiuè, & quòd pœnalis conſtitutio extendi non dicitur, quando ex mente eiuſdem conſtitutionis extenditur, quod dictum Baldi pro ſingulari referendo ſequitur Paul. de Caſtr. conſil. 441. Pro declaratione, colum. penult. ad fin. verſ. Nam, vt inquit elegãter, lib. primo, idemque voluit ipſe Bald. in rubric. C. de nautic. fœnore, verſ. Et idem intellige, allegãs textum meliorem de corpore iuris, in l. his ſolis, ibi, Satis etiam tacitè cautum putamus, C. de reuocan. donat. cui aſſentitur Io. de Anan. inter conſilia Caſtrenſ. conſ. 261. Viſis, & cõſideratis his, col. 2. ad fin. num. 3. verſ. Tamen quia in iſto, lib. 2. Alibi etiam ſcripſit Bald. conſil. 324. Omiſſis opinionibus, in fin. lib. 5. quòd vbi eadem eſt ratio, eademque mens, idem caſus dicitur, & conſil. 384. Statuto ciuitatis cauetur, quòd nul lus, colum. 2. eodem volum. quòd ea quæ eiuſdem rationis ſunt, ſub diſpoſitione includuntur ex ſignificatione, ideſt tanquam expreſſa proprie, & non tacitè: & Oldrad. conſil. 268. Quæſtio eſt, nu. 3. verſ. Et ideo, in caſu de quo ibi dicebat, quod ſi eadem ratio ſubeſt, licet verba legis deficiunt, mens tamen non deficit, ſed locum habet, vnde quod legis verbis omiſſum eſt, iudicantis religione non omittetur, l. quæſitum ſcio, ff. de teſtib. cum non dicatur caſus omiſſus vbi eadem ratio eſt, vt dicit Ioan. de Anan. in præcitato conſil. ac etiam Abb. conſ. 75. Primò eſt videndum, verſ. Ita quòd vbi habet locum, colum. 3. lib. 1. vbi quòd hoc procedit in materia pœnali, & correctoria, ſubdẽs quòd is in legem committit qui verba legis amplecti tur, & contra legis virtutem venit, & poſt prædictos Aym. Crauet. conſ. 183. Regula, num. 3. lib. 1. Pariſ. conſ. 13. Attingendo articulum petitorij, nu. 46. lib. 1. & Dec. conſ. 227. In caſu ad me tranſmiſſo, num. 8. poſt gl. in cap. 1. in verb. Italiæ, de tempor. ordin. in 6. in c. ſi poſtquam, in verb. Mente, de elect. pariter in 6.

Eãdemque l. cum auus, vti fauorabilem de
11 caſu ad caſum ob rationis identitatem † extendam eſſe ſæpiſſimè in diſcurſu Socinus ibi concludit ante d. num. 17. verſ. Vnde cum eadẽ ratio, & ante num. 19. verſ. Licet materia, antequè num. 31. uerſ. Ad hoc, num. 49. uerſ. Quam tamen opinionem, num. 55. ante uerſ. Sed hic cadit, & uerſ. Sed mihi uidetur, num. 60. uerſic. Et ad primum, num. 71. uerſ. Secunda ratio, & ante num. 76. uerſ. Ex quibus patet, & poſt nu. 78. colum. 43. in fin. uerſ. Adducunt etiam, poſt num. 91. uerſ. Et iſta lex, & ante nu. 98. d. uerſ. Igitur licet materia, traditque ipſe Socin. dicto conſil. 93. Teſtamentum præmiſſum, ſub num. 28. lib. quarto, Franciſc. Aretin. conſil. 155. Diligenter uiſis, colum. 5. circa med. ante num. 5. uerſ. Et ſi hoc eſt, Corneus de communi opinione fidem faciens, conſil. 197. Non alienam, poſt num. 8. uerſ. Et quòd à paritate, lib. 3. Andr. Tiraquell. in rep. d. l. ſi unquam, in uerb. Libertis, d. num. 63. uerſ. Hæc autem lex, ubi Franciſc. Rip. quæſt. 37. uerſic. Quia diſpoſitio, Iacobus Menoch. conſilio 16. Quòd iam non ſatis, colum. antepenult. num. 24. uerſic. Nec hic dicatur, & uerſ. Non enim, libro primo, idemque ſenſit Petr. de Anchar. conſil. 426. Quod ſupra conſultum, poſt princip. & ita eſt concludendum, cum à præcitatis minimè diſcrepet Ioan. de Imol. in d. l. filio præterito, num. 23. uerſic. Saltem in quo non eſt eadem ratio, ff. de iniuſt. rupt. teſtamen. Quod probatur in d. l. cum acutiſſimi, ibi, Nos huiuſmodi ſenſum meritò mirati, pleniſſimum ei donauimus euentum; eſt
12 ſiquidem non ſolum fauorabilis lex, ſed † pia, ut in hoc contextu in fin. eſt etiam admirabilis, d. l. cum acutiſſimi, optimoque intellectu proceſſit, d. l. generaliter, §. cum autem, humanitatisque intuitu, atque ex excelſo ingenio, prout ibidem Imperator teſtatur. Hocque uel maxi-
13 mè concedendum eſt, cum ex ea nemo † damnũ patiatur, ut dicit Socin. ſen. hic, poſt num. 78. colum. 43. in fin. uerſ. Adducunt etiam, Corn. d. conſ. 197. col. 4. in princ. ſub num. 7. lib. 3. & Socin. iun. d. conſ. 128. Præſentis conſultationis materia, num. 15. lib. 1.

Quòd autem extenſio liberius inducatur vbicunque nemo læditur, cum de mero tunc fauore tractetur, argum. l. reſcripta, C. de precib. Imper. offer. tradit notabiliter Bald. in l. maximum vitium, ſub num. 6. verſic. Sed vbi ex tali priuilegio, C. de liber. præterit. vbi in verſ. Ergo ſtatutum, dicit, caſus quos ratio connectit, non debet iuris diſpoſitio ſeparare, l. prima, C. de diuerſ. reſcript. l. prima, C. ſi vnus ex plurib. appell. l. ſi is qui duos, ff. de liber. leg. l. non ſolum, §. qui primipilum, ff. de excuſ. tut. dum inquit, Rectè adaptari omnibus ſimilibus capitulis.

Et quamuis huius textus extenſionem, Carolus Ruin. conſil. 106. Viſo, ac diligenter ponderato tenore teſtamenti, colum. 6. poſt med. ſub numero nono, verſic. Et quæ etiam ad hunc caſum, libro ſecundo, non admiſerit, illi aſſentiendum non exiſtimo, cum communis Doctorum aſſertio in contrarium vrgeat, adeo que excelſa ſit Papiniani mens, tamque merifi cè naturalem pietatem, atque humanitatem attingat, vt vltra Imperatorias laudes, & extenſiones, paſſim huius reſponſi ratio ad aliorum
14 caſuum deciſiones † per Scribentes inducatur, ad quod demonſtrandum, etſi infinitas ſe rè (vt ſic dixerim) Doctorum autoritates afferre valerem, hæc tamen pauca ex multis nomina, velut ſtilla muriæ ad magnitudinem maris Aegei ſufficiant, videndi igitur ad hoc propoſitum erunt, Bart. in dicta l. maximum vitium, num. 6. circa medium, verſic. Pone enim, C. de liber. præterit. & conſilio 68. Proponitur quòd Ioannellus, num. ſecundo, libro primo, Bald. in l. precibus, ante numerum ſextum, C. de impuber. & al. ſubſtit. Oldrad. conſil. 238. Cum mulier donatrix, numero ſecundo, conſilio 278. Licet quantum ad clauſtrale, numero octauo, verſ. Non eſt autem veriſimile, Ludou. Roman. conſil. 26. Pro deciſione, colum. ſecunda, verſ. Et hanc opinionem, Raph. Fulgoſ. conſil. 65. Titius coniugem non habens, colum. prima, num. primo, Angel. conſil. 108. Iſta quæſtio, colum. prima, verſic. Et pro hac parte, Socin. ſen. conſil. 147. Viſa facti contingentia, colum. ſexta, ante numerum duodecimum, libro primo, Matth. de Affict. deciſione 44. Tria dubia, num. vigeſimoprimo, verſ. Quia teſtator, & num. vigeſimoſecundo, verſ. Quintò quando verba, Socin. iun. conſil. 125. Viſis, num. quinto, libro primo, Iacob. Mandell. Albenſ. conſil. 24. Præſens caſus, numero quarto, & Hieronym. Alban. conſil. 4. Multa in propoſita re, poſt num. 12.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIORVM
PRAECLARISSIMI
IVRISCONSVLTI
D. IOSEPHI DE RVSTICIS
PATRICII AQVILANI,
Ad l. cum auus, de conditionibus & demonſtrationibus.
LIBER QVARTVS.

HYPOTHESIS.

Liberis in conditione poſitis in vita grauati decedentibus conditionem, ſi ſine liberis deceſſerit, non deficere; Deque conditione ſi liberos habuerit, vel non habuerit, diſceptari. Et denique l. hæredibus, ff. ad Trebellian. l. cum vxore, C. quand. dies leg. ced. & l. ſi quis hæredem, C. de inſtit. & ſubſtit. intelligi.

SVMMARIVM.

1 *Conditionem, ſi ſine liberis deceſſerit, non deficere, ſi liberi in conditione poſiti in vita grauati moriantur.*
2 *Conditionem ad mortis tempus relatam terminũ inſtantaneum continere, ipſumque terminum in ſuo inſtanti verificari debere.*
3 *Qualitatem verbo iunctam, ſecundum tempus verbi debere intelligi, & è conuerſo.*
4 *Conditionem affirmatiuè conceptam, ſi liberos habuerit, deficere etiam ſi tempore mortis grauati ſuperſtites liberi non fuerint.*
5 *Conditionem ſemel impletam fuiſſe, licet implementum perpetuo non duret, ſufficere.*
6 *Conditionem negatiuè conceptam, ſi liberos non habuerit, etiam ſi tempore mortis grauati ſuperſtites liberi non fuerint, ſecundum vnam opinionem deficere, licet multi contradixerint, numero 13. poſterioremque opinionem veriorem eſſe, num. 14.*
7 *L. hæredibus, ff. ad Trebellian. declarari, & num. 9.*
8 *Legislator ſi propoſitis duabus quæſtionibus vni tãtum reſpondeat, vtrique idem reſpondiſſe cenſeri, & quando.*
10 *L. cum vxore, C. quand. dies leg. ced. explicari.*
11 *L. ſi quis hæredem, C. de inſt. & ſubſt. interpretari.*
12 *Cauſam formalem, & materialem vti cauſam eſſendi perſeuerantiam expoſcere, ſecus cauſam efficientem.*

CAP. I.

VT OMNIVM quæ Socinus hic num. 100. breuiter oſtendit, atque animaduertenda eſſe exiſtimo clara reſolutio habeatur, cum inquam liberi in conditione tacita, vel expreſſa poſiti naſcuntur, ſed in vita grauati moriuntur, duo principales caſus conſiderandi ſunt.

Primus caſus eſt, quando dictum fuit, & ſi
1 ſine liberis deceſſerit, & hoc caſu † concludendum eſt ſubſtitutionem non deficere, nam nihilominus teſtator, ſi ſine filijs decedere dicere tur, Dyn. & Bart. in princ. Paul. de Caſtr. nu. 5. Alexan. nu. 1. Ang. in princ. Io. de Imol. nu. 24. & infr. verſ. Nã conditio, in l. ex facto, §. ſi quis autem, vbi etiam Franc. Rip. in 1. not. num. 1. ff. ad Trebell. Socin. ſen. d. num. 100. & in l. ſolemus, num. 4. hoc tit. Oldrad. conſil. 141. Thema tale eſt, Dominus G. Leuionenſis, colum. 2. in princ. verſic. Primò quia, Signorol. de Homod. conſ. 69. In quæſtione Blandiſiæ, colum. 2. verſ. Et ſic quando, Iaſ. in l. in ſubſtitutione, colum. penult. ante num. 11. verſic. Ego credo ſubſtitutum debere admitti, de vulgar. & pupillar. Dec. conſil. 63. Et pro tenui, num. 2. Io: Pet. de Ferrar. in form. libell. quo agitur ex ſubſtitutione, in verb. Decederet ſine filijs, colum. 2. circ. med. Angel. conſil. 222. Benè, & egregiè allegatum eſt, colum. 1. verſic. Sed quia admixta eſt alia conditio, Io. Crot. conſ. 4. Caſus propoſiti tenor, num. 21. verſ. Secundo verò caſu, lib. 1. Iacob. Philipp. Port. conſil. 159. Ex facto contingit, num. 1. & 2. lib. 1. Sfort. Odd. in tract. de compend. ſubſtit. partic. 6. in 2. par. quęſtionis, artic. ſecundo, fol. 188. Emanuel Coſta in rep. cap. ſi pater, in prima parte, in verbo, Si abſque liberis, num. 52. verſic. Decimò principaliter, fol. 354. Franciſc. Mantic. in tract. de

Digitized by Google

coniectur. vltim. volunt. libro vndecimo, titu. ſexto, num. tertio, verſic. Conſequenter ſciendum eſt, fol. 268. allegans Angelum, vt per eum, Antoninus Teſſaurus deciſione 96. Filij in conditione, columna penultima, ante num. 33. verſic. Quibus verbis deſtruitur, Iacobus Menoch. in tract. de præſumpt. part. ſecunda, lib. quarto, præſumpt. 69. circ. fin. verſic. Si vero teſtator diſpoſuit.

Probatur ex dicta l. ex facto, §. ſi quis autẽ, in princip. Si quis autem (inquit Vlpian.) ſuſceperit quidem filium, verum viuus amiſerit, videbitur ſine liberis deceſſiſſe: & hunc text. omnes ſingularem eſſe dixerunt: idem probat textus in l. filiusfamilias, §. cum quis, ff. de legatis primo. Cum quis (Martianus ait) rogatus erit, ſi ſine liberis deceſſerit, per fideicommiſſum reſtituere, conditio defeciſſe videbitur ſi patri ſuperuixerint liberi, nec quæretur an hę redes extiterint.

Ratione etiam probatur, nam vt Rip. inquit, & ante eum Iaſon, hæc conditio ſi deceſſerit, terminum habet reſtrictum ad diem mortis, qui terminus cum ſit inſtantaneus, debet in ſuo
2 inſtanti † verificari, l. ex facto, ff. de vulgar. & pupillar. & licet abuſiuè dici poſſet, cum liberis deceſſiſſe qui aliquando filios habuit, tamen verè non dicitur cum filijs deceſſiſſe, quia filij præmortui non amplius filij dicuntur, l. ſi homo mortuus, ff. de verborum obligat. conditio autem ſi deceſſerit ſine liberis, de filijs veris, ac proprijs intelligi debet, l. qui hæredi, & l. Mæuius, hoc titu. Cumque verba hæc ſine liberis, determinent illud verbum deceſſerit, ideo mortis tempus inſpicitur, Bart. in l. hæredibus, in princip. ff. ad Trebellian. vulgaris nanque iuris regula eſt, quòd qualitas adiuncta verbo ſecundum tempus verbi †
3 debeat intelligi, l. in delictis, §. ſi damnum extraneus, ff. de noxal. act. l. Titius, ff. de teſtamen. militar. l. ſecunda, & tertia, ff. de aur. & argen. leg. & deſumitur ex dicto §. ſi quis autem, ſecundum Ioan. de Imol. ac Alexand. licet ſecundum Rip. num. tertio, ibi in ſecundo not. melius ex eodem tex. colligatur, quòd ſicut qualitas adiecta verbo tempore verbi adeſſe debet, ita qualitas remota à verbo debet abeſſe tempore verbi, nam hęc verba, ſine liberis, ſunt priuatiua, negatiua, & excluſiua, iuxta gloſſ. in l. prima, in fine, ff. de pignor. act. & qualitas filiationis, vt ſit locus ſubſtitutioni debet adeſſe tempore mortis, vt in dicto §. ſi quis autem, & in l. prima, C. de condit. inſert.

Saluari poterit notabile Imolæ, ſi à ſenſu cõtrario colligatur, vt conditio defecta dicatur, ſi liberi tempore mortis abſint: Et ex dicto not. quod qualitas debeat adeſſe, vel abeſſe tempore verbi, colligitur reſponſio ad iura in contrarium allegata in gloſſ. videlicet ad dictã l. hæredibus, in princip. dicto titu. ad Senat. Conſult. Trebellian. & ad l. cum vxori, C. quando dies leg. cedit, quòd ibi qualitas adijcitur, ac remouetur tempore natiuitatis, vel diſpoſitionis, ſed in caſu noſtro adijcitur verbo habenti tractum ad tempus mortis, quo diſpoſitio effectum ſumit, vt docet Bart. in dicta l. ex facto, de vulgar. & pupillar. ante numerum ſecũdum, & ita dicit Rip. in dicto §. ſi quis autem, num. tertio, in fine, & ante eum Ioann. de Imol. ſub numero vigeſimoquarto, verſic. In gloſſ. ſuper verbo deceſſiſſe.

Secundus caſus eſt, quãdo teſtator alio verbo vſus fuit, quod tempus mortis non includit, & tunc, aut verba affirmatiuè concepta fuerunt, ideſt ſi liberos habuerit, & caſus iſte in ſe
4 difficultatem non continet, tunc enim † ſubſtitutio deficiet etiam ſi tempore mortis grauati ſuperſtites liberi non fuerint, ita concludunt Cyn. in l. ſi quis hæredem, in fine, C. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub condit. fact. Bart. numero tertio, Alberic. de Roſat. & Paul. de Caſtr. in fine, in dicta l. hæredibus, ff. ad Trebellian. vbi Bart. verſic. Sed quando dico, idem Caſtrenſ. in dicta l. cum vxori, num. ſecundo, C. quand. dies leg. cedit, Socinus in dicta l. ſolemus, numero tertio, & hic numero 109. verſic. Quando vero fieret relictum, Andr. Tiraquellus in rep. l. ſi vnquam, in verbo, Suſceperit liberos, numero 187. C. de reuocan. donat. Rub. Alexandrin. in l. Titia Seio, §. Imperator, numero 250. ff. de legat. ſecundo, Odd. in dict. tract. de compend. ſubſtit. partic. 6. in 2. par. quęſtionis, artic. ſecundo, Franc. Mantic. d. lib. vndecimo, tit. 6. numero quarto, verſic. Cęterum ſi dictum fuerit.

Probatur per textum in dicta l. cum vxori, C. quand. dies leg. cedit, Cum vxori (inquit) vſusfructus fundi legatur, & eius proprietas cum liberos habuerit, nato filio ſtatim proprietatis legati dies cedit: nec quicquam obeſt ſi is decedat, faciuntque tradita per Alexandrum conſilio 115. Vetus, & tuta admodum eſt quæſtio, ante finem, verſic. Nec obſtat quòd Bal. libro primo. Sufficit itaque conditionem ſe-
5 mel fuiſſe † impletam, licet implementum non durauerit, l. ſi quis hæredem, C. de inſtitut. & ſubſtitut.

Aut negatiuè verba concepta fuerunt, vt puta, ſi filios non habuerit, & duæ ſunt Scribentium opiniones, Prima, vt idem ſit dicen-
6 dum, ſcilicet ſubſtitutionem deficere † etiam ſi tempore mortis grauati liberi ſuperuiuentes non extiterint, Oldradus dicto conſilio 141. Dominus G. Leuionenſis, numero primo, verſic. Secus tamen eſſet, Angel. in l. generaliter, §. cum autem, in lectur. Florentina, C. de

inſtit.

inſtit.& ſubſtit. Iaſon. in l. in ſubſtitutione, ſub num. decimo, colum. antepen. verſic. Aut enim teſtator dixit hoc modo, ff. de vulg. & pupillar. Alexand. in d. l. ex facto. §. penult. num. quarto, in gloſſ. in verb. Deceſſit, in ſui tamen generalitate, ff. ad Trebell. vbi expreſsè Paul. de Caſt. ante num. 6. verſic. Si ſubſtitutio eſſet facta, & ſuboſcurè videtur hoc ſenſiſſe Bar. qui ad iſtud propoſitum allegatur, in d. l. cum vxori, idem etiam ſequuti ſunt Iacob. de Aren. & Alberic. de Roſat. in præalleg. §. penult. Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. par. 2. lib. 4. præſump. 69. circ. fin. verſic. Hic conſideranda ſunt verba, fol. 102.

Inducitur Primò pro hac opinione tex. in d. l. hæredibus, ad Trebell. Sed Sforti a Odd. Iuriſconſ. Peruſinus hunc textum reijciebat, in cõditione nanque affirmatiua non autem negatiua, prout ſunt termini in quibus verſamur, loquitur: Dicique poteſt, † priorem conditionẽ 7
ſub illa formula verborum, Vt qui ſine liberis decederet, ex adiectione aliorum verborum, ibi, Voſque liberi chariſſimi, &c. reſtringi, ac limitari, cum negari non poſsit, poſteriora verba ad illam primam formulam, verborumque conceptionem referri, quæ videtur ex voluntate declarata, vt non retineant naturam relatiuã & terminatiuam ad diem mortis, quam retinerent niſi declarata inferius cõtinuatiuè fuiſsẽt, & ſic reducantur ad intelligentiam, atque conformitatem textus in d. §. cum autem, in princ. videturque confundi intelligentia quam Iaſ. in d. l. in ſubſtitutione, ante numer. 11. ad dictum text. afferebat, vt ibi Legislator duos caſus, vel duas attulerit quæſtiones, cumque vni reſpon- 8
deat † in vtraque idem reſpõdiſſe cenſetur, per reg. l. 1. C. de diuerſ. reſcript. not. Ang. in §. hinc nobis, in fine, Authent. de hæredib. & Falcid. coll. 1. ſcilicet, quòd ſi præſuppoſitis duabus quæſtionibus conſultor vni reſpondeat, in alia idẽ reſpondere intelligatur, dummodo reſponſio ſit applicabilis, Nam vna tantum eſt diſpoſitio declarata, ſiue reformata p teſtatorẽ reſpõſio. n. aliter applicabilis nõ eſſet cum affirmatiua diſpoſitio & negatiua, inuicem repugnent: nec eſt dicendum incontinenti teſtatorem duo repugnantia conſtituere voluiſſe ad eius diſpoſitionem inanem, ac inefficacem reddendam, l. vbi repugnãtia, ff. de reg. iur. ne igitur abſonus intellectus reſultet aliter intelligendo, ſic debemus interpretari.

Vel ſecundò dicere † poſſumus, textum in d. 9
l. hæredibus, loqui in conditione educandi, quæ differt plurimum à conditione affirmatiua, vel negatiua habendi liberos, eo ſiquidem caſu videtur neceſſario ſuperexiſtentiam liberorum præſupponi implicarique, tunc enim filius haberi dicitur, cum ſupereſt poſt patris mortem, ratione ſucceſsionis propagationis, & repræſentationis paternæ per ipſius filij ſuperexiſtentiam, non autem quando in vita patris prædeceſsit; ſciebatque teſtator verba hoc ſignificantia conſiderare; vnde reſtringendo ſe ad educationem elicitur eius mens ad illam reſtricta, abſque alia ſuperexiſtentia.

Vltimò poſſet reſponderi, quòd ex eo Scæuola Iuriſconſul. inquit, videri filios fideicommiſsi onere liberatos, cum dixerit teſtator, Donec liberos binos educaueritis, credens ipſe teſtator duobus liberis educatis non ſic de facili ambos præmorituros, cum non vnius memi nerit, vt videatur caſus ſuperexiſtentiæ ex mente prouiſus propter binarij numeri adiectionẽ, ambobus ergo decedentib. legis diſpoſitio non vltra progreditur, ſed grauatis tantum fauet liberatione decreta.

Secundò dum allegatur, l. cum vxori, C. quand. dies leg. ced. Oddus idem dicit, vt in conditione affirmatiua ibi verſemur, poſt Pau. de Caſtr. ibidem numero tertio, Sed cogitan- 10
dum † eſt, an ſubſequens reſponſio congrua ſit, ne vno fortaſſe collyrio omnibus opitulari cum Paulo Caſtrenſi videamur, quòd ex eo in quam in illo contextu necquicquam obeſt ſi filius prædecedat, vſusfructus enim illius fundi purè legatus fuerat, & cedente die legati proprietatis, reconſolidatio quędam fit ipſius proprietatis cum vſufructu, actusque duplici ratione perficitur, & completur, filij ſcilicet natiuitate, ac dicta reunione, ſiue reconſolidatione, non mirum igitur ſi mors ſubſequens huiuſmodi conſumationem actus non intringit.

Tertiò facit l. ſi quis hæredem, ibi, Quandocunque, &c. C. de inſtit. & ſubſtit. Huic textui 11
poſſumus † etiam reſpondere, Imperatorem conditiones illas non duraturas pro impletis habere, ne nimia ſubtilitate iudicia teſtantium defraudentur, & ideo veterum dubitationem explodit, quandocunque impleta fuerit conditio, ſiue in vita, ſiue mortis tempore, ſiue poſt mortem teſtatoris, ſed in propoſita difficultate in morte grauati retinenda eſt ſubtilitas veterumque interpretatio, vt ex ipſa ſubtilitate cõiecturalique interpretatione, æquitate iuris ſuffultam pietatem conſequamur tanquam in cõditione liberorum, vt intentio prælationis alienæ ſoboli debito fine moderetur, taliter quòd liberis præmorientibus mens teſtatoris interrupta videtur, conditione quaſi non integrè conſumata. Vnde Iacob. Butrigar. & Salicet. dum diluunt oppoſitionem, l. ſi pro patre, §. verum, ff. de in rẽ verſ. dicunt in dicta l. ſi quis hæredem, conditionem iam ſuum effectum cõſumaſſe, ibi verò cauſam nondum conſumaſſe effectum, potius enim erat in fieri, quàm in ſuo perfecto eſſe, ideo factum non dicitur niſi

diu perduret factum, quòd autem per ſenſus in conditione liberorum procedatur, iura ſunt clara, ibi, Nos huius ſenſum merito mirati in l. cũ acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. & ibi, Optimo intellectu in l. generaliter, §. cum autem, dicto tit. de inſtit. & ſubſtit. in quibus iuribus etiam non tantum veterum interpretationes non explodũtur, quinimo laudum congerie, ac effuſione quadam egregiè maximeque extolluntur: Vel poſſumus dicere, ſuperexiſtentiam in propoſito immediatam eſſe cauſam agendi, ideo factũ non ſufficere niſi duraverit, ſecus autem in d. l. ſi quis hæredem, nam non erat immediata cauſa agendi, ſed conditionem implendi, qua impleta aliud non requiritur, ſufficit enim ſemel
12 impleri. Aut dicere expedit, qualitatem † in propoſito formalem eſſe, propterea que eius perſeuerantiam requiri, ad inſtar cauſæ materialis, & formalis, cum ſint cauſæ eſſendi, vt per Ioan. Andr. in procem. vj. ſecus ſi cauſa eſſet efficiens, nam non opus eſſet perduratione, l. Titius, ff. de teſtamen. milit. l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxalib.

Vltimò inducitur l. fin. C. de indict. vid. toll. Cæterum hic text. allegari non meruit, nam vltra quòd loquitur in affirmatiua, ex natura legati perſeuerantia reijcitur, imo propria ratione, cum primum viduitas euenerit, talibus perſonis perſecutio eius quod relictum eſt illico competit, quaſi pro ſolatio ſuæ triſtitiæ liberalitas hæc fuerit conſcripta, ſiue ſemel, ſiue in annos ſingulos, vt in fine textus dicitur.

Altera igitur ſuperiori contraria eſt opinio, quòd niſi liberi mortis tempore ſuperexiſtant,
15 ſubſtitutio non deficiat, quam tenent † Paul. de Caſtr. in d. l. cum vxori, num. 3. verſic. Contrarium puto, Raphael. Cuman. in d. l. in ſubſtitutione, num. ſecundo, verſic. Sed pro hac videtur, ff. de vulg. & pupill. Socin. hic num. 109. verſic. Idem eſt quando teſtator, Sfort. Odd. in d. tract. de compend. ſubſtit. in 6. partic. in ſecũdo artic. & Franciſc. Mantic. in tract. de coniectur. vltim. volunt. lib. vndecimo, tit. ſexto, ſub num. 5.

14 Quæ quidem opinio verior † videtur, Primò textus argumento, in d. l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell. Secundò ex ijs quæ ſcribit Socin. ſen. in l. ſolemus, numero tertio, verſic. Quam concluſionem limita, hoc eod. tit. quòd quando conditio per ſuperexiſtentiam filiorũ ſimpliciter, & indefinitè purificatur, ſufficit, quòd filij ſemel extiterint licet poſtea defecerint, vt in dicta l. hæredibus, & in dicta l. ſi quis hæredem, quibus iuribus fuit in ſuperioribus reſponſum: Quam concluſionem limitandam eſſe inquit, niſi aliud de mente teſtatoris appareret, vt eſt caſus notabilis in l. Lucius Titius, 2. ff. de hæredib. inſtit. vbi conditio, ſi liberos non habuerit, non verificatur quando liberos habuit, mortisque tempore non ſuperſunt, & illius legis ratio eſt: quia liberi fuerunt ibi poſiti in conditione, vt ſubſtitutum excluderent, patet ex eadem lege in fine, ideo debẽt tempore mortis ſupereſſe quo de ſubſtituti excluſione agitur, & ita egregiè declarat Bart. in l. liberorum, num. 18. ad finem, verſic. Exemplum in dicta l. Lucius, ff. de verborum ſignificatione.

Tertiò dicit Odd. per hanc ſecundam opinionem non ſolum ſatisfieri menti teſtatoris quo ad præſumptionem d. l. Lucius Titius, & huius context. Papiniani, vt Caſtrenſis, & Socinus autumant, ſed etiam quo ad diſpoſitionis ſuæ conſeruationem, quæ hoc pacto ſuſtinetur, & alio modo nequaquam: ad quod faciunt not. per Alexand. in l. quod dicitur, in finalibus verbis, ff. de liber. & poſthum. Sed hęc conſeruationis intentio cum illa præſumptione à prædictis Doctoribus conſiderata ſubſtantialiter conuertitur. Non erit conſulendo, ac iudicando ab hac poſteriori ſententia recedendum.

HYPOTHESIS.

Celebre Oldradi conſil. 21. Thema tale eſt: Teſtator, declarari, diligentiſſimeque limitari, & de pluribus coniecturis ad iſtud propoſitum agi.

SVMMARIVM.

1 *Conditionem, Si ſine liberis decceſſerit, ex Oldrado deficere gravato cum liberis decedente, quicquid poſtea de ipſis liberis contingat, & quamuis ijdem liberi ſine liberis decedant, & numero 2.*

3 *Conditiones principium prima exiſtentia ex Baldo expoſcere, nec eius ſucceſſum poſtea curari.*

4 *Oldradi conſi. 21. Thema tale eſt: Teſtator, numero primo, verſic. Mihi videtur, latius procedere, ſi teſtator omne fideicommiſſi reſtrictiue, ac limitatiue ſuinuxiſſet. Hocque, num. 57. declarari.*

5 *Tunc dictionem, extremitatem temporis denotare.*

6 *Vulgarem ſubſtitutionem expreſſo vno caſu, ad alios non porrigi, quando in illo caſu dictio, tũc, expreſſe apponeretur.*

7 *Oldradi conſil. 21. magis procedere, ſi verbum ſupraſcripti adeſſet.*

8 *Limitatam cauſam, limitatum effectum producere.*

9 *Oldradi dictum conſil. ampliari, vt nedum prima ſubſti-*

Digitized by Google

Subſtitutio ſub conditione illa concepta expirare dicatur: ſed omnes alia ſucceſſiua ſubſtitutiones deficiant.

10 *Oldradi conſil. procedere, etiam ſi teſtator dixiſſet ſi aliquis haredum meorum.*

11 *Oldradi conſilium praditum procedere, etiam ſi de fauore Eccleſiæ, vel pia cauſa tractaretur.*

12 *Oldradi idem conſil. ex præſumptionibus ac coniecturis non procedere limitarique, quibus quidem colligeretur, teſtatorem voluiſſe onus reſtitutionis eſſe repetitum à ſubſtitutis, & vocatis.*

13 *Oldradi conſil. 21. limitari, vbicunque appareret teſtatorem eius bona in ſua agnatione & familia perpetuò conſeruare voluiſſe, tuncque onus reſtitutionis à ſubſtitutis in alios, ac repetitum deinceps coniecturari.*

14 *Oldradi deciſionem declarari, vt non procedat, quoties teſtator maſculos in ſubſtitutione vocaſſet fœminas excludendo; & quamuis hanc coniecturam improbaſſe aliquos conſtet, vt numero 15. priorem tamen opinionem crebriorem eſſe, num. 16. ac etiam veriorem, num. 22. ipſamque declarari, num. 28. ſed declarationem non omnino recipi.*

17 *Maſculinitatis qualitatem agnationis conſeruationem inferre, licet ipſa conſeruandi ratio à teſtatore non exprimatur: & quamuis plures contrarium ſenſerint, etiam in terminis ſtatuti, Quòd ſtantibus maſculis, nu. 18. contrarium tamen verius eſſe, nu. 19. & 21.*

20 *Rationem pro expreſſa haberi, vbi nulla alia ratio aſſignari poſſit.*

23 *Agnationem & familiam per maſculos non per fœminas conſeruari, per quas potius memoria agnationis ſiniitur, idque ex Luca de Penna explicari.*

24 *Materna linea per quam bonorum poſſeſſionem ſuccurratur, ex Baldo declarari.*

25 *Rationem conſeruandi agnationem non ſolum in legibus & ſtatutis, ſed etiam in diſpoſitione teſtatoris conſiderari.*

26 *Reipub. expedit familias conſeruari, quæ ſine dimitijs fordeſcunt.*

27 *Maſculinitatis qualitatem agnationis conſeruationem inferre: hancque interpretationem vti magis vniuerſalem attendendam eſſe.*

30 *Oldrad. deciſ. limitari, ſi teſtator bona illuſtria & digna reliquerit, quæ ad extraneos tranſmitti non conſueuerint.*

31 *Oldrad. deciſ. in ijſdem terminis conijciendi, mentem agnationis conſeruandæ, declarari quando in vltimo ſubſtitutionis gradu agnates teſtator ſubſtituerit.*

32 *Oldrad. deciſionem ceſſare, vbicunque teſtator inſiſſet bona ad cippum ſuum denolui, tunc enim coniectura agnationis conſeruandæ etiam deſumeretur.*

33 *Oldr. conſ. 21. praditum ceſſare, vbicunque teſtator ſuperuenientes ſubſtituiſſet, quando laici eſſent, nam & hoc caſu agnationis conſeruandæ coniectura eliceretur.*

34 *Oldradi idem conſ. ceſſare vbi liberi eſſent vocati: Hocque verum eſſe etiam ſi liberi in conditione poſiti ſint, dummodo ex coniecturis vocentur, num. 35. coniecturamque illam magis procedere vbicunque poſt filios vocatos, & alios in conditione poſitos ſubſtitutio fieret, nu. 36.*

37 *Oldradi conſil. 21. non procedere, vbicunque teſtator ad plures ſubſtitutionum gradus eſſet digreſſus.*

38 *Oldradi deciſionem locum non habere quando cõditio liberorum tractum ſucceſſiuum contineret, & ſic non ad certum, ſed indefinitum tempus referretur.*

39 *Oldradi conſ. 21. ceſſare, quando teſtator primogenitum, vel natu maiorem vocauit.*

40 *Oldradi conſil. praditum ceſſare vbicunque teſtator vocatis primo agnatis maſculis, deinde agnatorum primogenitis tulliſſet ferre nomen & arma teſtatoris.*

41 *Inſignia & arma ferendi conditionem, agnationis & familiæ perpetuandæ coniecturam inducere.*

42 *Liberos in conditione poſitos cum conditione ferendi nomen, & gentilitia inſignia, ſiue arma teſtatoris, vocatos cenſeri.*

43 *Inſignium ſiue armorum, ac nominis conditionem, in Hiſpania vocationem, aut rationem conſeruandi familiam non inferre.*

44 *Oldradi conſ. 21. ceſſare, vbi teſtator vltimo loco, & in ſubſidium legitimatos vocaſſet.*

45 *Oldradi deciſionem limitari, quando teſtator vocatis agnatis, & tranſuerſalibus expreſſe dixit, eius mentem eſſe, quòd dicta bona perpetuò in ipſis inſtitutis, & ſubſtitutis permaneant.*

46 *Fideicommiſſum cum teſtator voluit eſſe perpetuum, etiam ad vltimum gradum agnationis à teſtatoris perſona numerandum extendi.*

47 *Oldradi conſ. 21. declarari, ſi teſtator omnem alienationem adiecta cauſa agnationis prohibuiſſet.*

48 *Liberos in conditione poſitos ex prohibitione alienationis, adiecta cauſa conſeruandi bona in agnatione vocatos eſſe.*

49 *Oldradi deciſ. limitari, ſi teſtator Trebellianica detractionem prohibuerit.*

50 *Oldradi conſilium ceſſare, vbicunque ex diſpoſitis apparere poſſet, per ſimplicem ſuperexiſtentiã, teſtatoris voluntati ſatisfactum non eſſe.*

51 *Oldradi deciſ. non procedere, ſi teſtator interrogatus veriſimiliter reſpondiſſet repetitionem debere fieri.*

52 *Oldradi conſ. 21. ceſſare, vbicunque teſtator non ſolum conditionis implementum, ſed conditionis effectum conſiderauit.*

Oldradi

53 *Oldradi deciſionem non procedere vbicunque conſtaret teſtatorem grauaſſe proprios filios oncere fideicommiſſi: Hancque coniecturam reiici, numero* 54.

55 *Remotiorem aliquando melioris conditionis exiſtere quàm proximiorem, inconueniens non eſſe.*

56 *Oldradi conſ.* 21. *ceſſare, ſi dictum fuerit, ſi deceſſerit ſine filijs, vel liberis.*

CAP. II.

ALIAM Socinus eodẽ in loco difficultatem excitat pauciſſimisq. verbis reſoluit, Nunquid natis in vita liberis, poſtque grauati mortem decedentibus, licet ipſi ſine liberis moriantur, ſubſtitutio extincta remaneat? Et in hoc communis reſolutio Scribentium eſt, quòd ſufficiat† liberos grauato ſuperuixiſſe, quicquid poſtea de liberis ipſis contingat: licet enim ij qui faciunt fideicommiſſum expirare poſtmodum ſine filijs moriantur, non tamen ſubſtitutio locum habet, quæ iam expirauit, Oldra. de Laude, conſ. 21. Thema tale eſt teſtator, num. 1. verſ. Mihi videtur, conſil. 141. Thema tale eſt, Dominus G. Leuionenſis, col. 2. quem cæteri vno ore comprobarunt, Io. Andreas in addit. ad Specul. tit. de teſtam. §. in primis, in fin. addit. q. 5. Cyn. in auth. ſed & ſi quis, in vltim. q. in fin. C. de ſecund. nupt. Bald. in l. fin. col. 8. num. 54. C. de hæredib. inſtit. Ang. in l. generaliter, §. cum autem, in lect. Florentina, C. de inſtit. & ſubſtit. Paul. de Caſtr. in l. ex facto, §. ſi quis autem, num. 5. & 6. vbi Franciſcus Rip. num. 1. ad Trebell. Iaſ. in d. l. ſi quis hæredem, colum. 2. verſ. Item facit, Socin. in d. l. ſolemus, num. 5. Bald. conſ. 57. Item inſtituo, col. 1. in fin. & infra lib. 2. Ang. conſ. 159. Ex hoc igitur themate, col. 1. Petr. de Anchar. conſ. 120. Pro clariori deciſione, poſt princ. Alexan. conſ. 139. Circa primum, num. 3. lib. 6. conſ. 31. Ponderatis, in princ. lib. 3. Caſtrenſ. conſ. 97. Ne im proprijs, num. 3. lib. 2. conſ. 324. Super ſecundo puncto, col. 2. num. 3. libro 1. Iaſ. conſ. 51. Circa primum dubium, col. 3. conſ. 66. Viſo, col. 4. cõſil. 68. Dicta legitimatio, col. 6. lib. 3. Corn. conſilio 62. Viſis ſcripturis, per tot. lib. 1. Dec. conſ. 63. Et pro tenui, colum. 2. in prin. conſ. 205. In cauſa, num. 8. conſ. 218. In caſu, num. 7. conſil. 269. Conſultus, num. 13. conſ. 270. D. Raynaldus, ante num. 2. conſ. 287. In ciuitate, num. 1. conſ. 323. Cum fit, num. tertio, conſ. 377. Viſis, col. 1. conſ. 384. In caſu, col. fin. conſ. 414. Viſo, num. 4. conſ. 427. Licet, num. 2. conſ. 511. Viſo, num. 1. conſ. 513. In ciuitate, num. 2. 585. Ioannes, num. 2. 594. Viſo, num. 5. 635. eiuſdem initij, num. 16. & 636. Prima facie, numero 5. & 6. Abb. conſ. 40. Venio, in 2. dub. lib. 1. Raph. Fulgoſ. conſ. 46. Andreas, verſic. Nec rurſum, Stephan. Bertrand. conſ. 166. Pro faciliori reſponſione, col. 2. ante num. 5. verſ. Per ſecundam, libro 1. Pariſ. conſ. 18. Conſideratis, num. 2. & 4. conſ. 86. Ad veram, num. 3. de communi atteſtans, conſ. 87. Vidi & legi, num. 4. conſ. 89. In præſenti cauſa, num. 25. lib. 2. Socin. iun. conſ. 111. Ex themate, num. 20. & 21. lib. primo, & conſil. 29. Licet in præſenti caſu, num. 20. lib. quarto, conſ. 4. In occurrenti caſu, num. 8. lib. tertio, Curt. iun. conſ. 92. Habita diligenti conſideratione, num. 5. conſ. 121. Præſupponitur, nu. 15. communem opinionem eſſe aſſerens, Aymo Crauett. & is de recepta ſententia atteſtans, cõſilio 98. Nobilis & potens, num. 4. conſ. 67. Vltra per me ſcripta, num. 8. conſ. 161. Verba ſubſtitutionis, num. 6. Carol. Ruin. conſ. 9. Præſumitur, num. 8. lib. 1. conſ. 88. legatum, num. 6. in fin. conſ. 66. In caſu, num. 1. conſ. 105. Viſo teſtamento, num. 18. conſ. 153. Eiuſdem initij, num. 5. conſ. 161. Viſo themate, nu. 18. conſ. 175. Poſtquam, num. 1. lib. 2. conſ. 133. Proponitur, num. 1. conſ. 142. Viſo & perlecto, num. tertio, & conſil. 143. Ponderatis, num. 1. lib. tertio, Nicol. Bellon. conſ. 81. Superioribus, in princ. Roland. de Vall. conſ. 52. Requiſitus, num. 46. & 47. lib. 2. conſ. 56. Quoniam ex facto, num. 9. vbi de communi meminit, lib. tertio, Alex. de Neuo, conſ. 16. Non figuro, num. 11. Natt. conſ. 191. Viſo teſtamento, num. 7. lib. 1. Hieronym. Grat. conſil. 68. In præſenti cauſa, num. 5. lib. 1. conſ. 5. Etſi hoc reſponſum, num. 7. verſ. Quarrò ex verbis teſtamenti, libro 2. Sfort. Odd. in tract. de compend. ſubſtit. partic. 6. artic. 2. concluſ. 5. verſic. Tertius caſus eſt, dicens hanc concluſionẽ non habere aliquem diſcrepantem, Anton. Rubeus Alexandrin. conſ. 31. Præſupponitur in facto, num. tertio, verſ. Vbi dicit expreſsè, Ioan. Cephal. conſ. 17. Magnifica D. Franciſchina, num. 21. & conſ. 114. Magnif. D. Bartolomęus, num. 5. lib. 1. Fernand. Vaſq. de ſucceſſ. libro tertio, par. 2. §. 26. in princ. Achill. Perſonal. in tract. de adipiſc. poſſ. num. 193. verſ. Et primo aſpectu, fol. 157. Franciſcus Mantic. in tract. de coniect. vlt. vol. libro 11. tit. 6. num. 6. fol. 268. Viuius in eius Sylua commun. in opin. 855. Subſtitutio, num. 1. fol. 391. communem eſſe opinionem affirmans, Antonin. Teſſaur. deciſ. 96. Filij in conditione, ante num. 33. verſ. Quibus verbis, Didac. Couarr. in c. Raynaldus, in princ. num. tertio, verſ. Sed & illud hac in re not. eſt, de teſtamen. Celſ. Hugo, conſ. 68. Teſtatrix quædam, ante num. 8. conſ. 75. Propoſitum eſt, num. 1. dicens iſtam concluſionem tanquam indubitabilem, aut ſaltem iuridicam in priori conſilio ſequutum fuiſſe, Franciſcus Burſat. conſ. 1. Non abeſt, num. 1. lib. 1. dicens commune dictum, & ab omnibus approbatum eſſe, poſt Rol. d. conſilio

ſilio 56.num.10.libro tertio,Mich.Craſſ.in lib. ſentent.§.fideicommiſſum,q.8.in princ.

Et quamuis aliqui contra hanc opinionem inſurgere (quicquid Odd. dixerit) moliti fuerint,vt per Franciſ.Marzar.conſ.4.Viſo & perlecto teſtamento,num.7.verſ. Sed vltra, citans Chriſtophorum de Caſtell.Raphael.Fulgoſ.&
2 Raph. Cumanum, non eſt tamen ab ea † recedendum,quam tenent etiam Anton.Gabriel.in tit.de fideicom. concl. 7. incip. Dicit textus,in princ.& Iacob.Menoch. in tract. de præſumpt. in 2.par.lib.4.præſumpt.69.num.1. fol. 100. & ego eandem aliàs tenui in conſil. reddito pro Aemilianis,incip.Teſtamẽto condito, num.2. verſ. Quod eſt verum.

Quæ quidem cõcluſio apertiſſimè probatur ex d.l.ex facto,§.ſi quis autem,ff. ad S. C. Trebell.& quia (vt dicebam) ſufficit conditionem ſemel impleri quamuis implementum non duret,quicquid etiam inde poſtmodum cõtingat, l.hęredibus,in princ.d.tit.l.cũ vxori,C.quand. dies leg.ced.l.ſi quis hæredem,C.de inſtitut. & ſubſtit. Ad quod facit notabilis doctrina Bald. in l.precibus,col.3.in 3.oppoſ.C. de impub. & al. ſubſtit. dicentis in conditionibus attẽdi prin
3 cipium † primæ exiſtẽtiæ,nec curari poſtea eius ſucceſſum, quem refert Laſ. in d.l. ſi quis hæredem,num.2.verſ.Item ad regulam.

Eadem concluſio latius procederet, ſi teſta-
4 tor reſtrictiuè † ac limitatiuè onus reſtitutionis fideicõmiſſi iniunxiſſet,Aym.Crauet.qui alios allegat conſ.98.Nobilis & potens, num. quinto,vt quia dixiſſet teſtator,tunc & eo caſu, Dec. conſ.63.Et pro tenui,num.3.Anton.Rub.Alexandrin.conſ. 31. Præſupponitur in facto, col. 2.num. 5. hæc enim dictio tunc, de ſui natura
5 † temporis extremitatem denotat,l.4.§.fin.hoc tit.de condit.& dem. d.l. in ſubſtitutione, ff.de vulg.& pupill.l.huiuſmodi, de verb. oblig. Ad hoc bene facit quod not. tradit Petr. de Anch. conſ.356.Ex ſerie teſtamenti,col.2.verſic.Tertiò hoc probat,vbi inquit,quòd quando in ſubſtitutione vulgari vnus caſus exprimitur, licet ad alios caſus regulariter porrigatur,l.cum proponas,C.de hæredib. inſtit. hoc fallit, quando
6 expreſsè in vno caſu † dictio tunc, apponitur, quia in eo ſolo caſu expreſſo ſubſtitutio vulgaris reſtringitur, ad aliosque caſus non porrigitur, per illam dictionem tunc, Baldumque ſequitur Aym.d.conſ.98.num.5. ergo in propoſito idem dicẽdum eſt:prout in ſimili caſu ſubſtitutionis ponderando dictionem tunc, ita cõcludit Ludouicus Roman.conſ.131. Prima dubitatio,col.1.verſ.Secũdo iſtud idem probatur, & conſ.138.Noua ſuperuenit dubitatio,col.1. verſ. Secunda quia teſtator.

7 Vel dixiſſet, † ſupraſcripti, Decius conſ.291. Viſis,col.4.verſ.His præmiſſis, Vel dicti, quod idem ſonat,vt per Aym.d.conſ.98.num.8.verſic.Tertia reſtrictio ſumitur,Carol.Ruin.conſ. 108.Viſa ac bene intellecta, num.3.lib. 2.conſ. 130.Viſo teſtamento Nicolai, num.4.eod.vol. Pariſ.conſ.86.Ad veram reſolutionem, nu.36. lib.2.Iacob.Menoch. in d. tract. de præſumpt. in 2.part.lib.4.præſumpt.69.num. 7. verſ. Reſtrictionis ſigna,& conſ.86. Dubitari adhuc contingit,num.44.verſ. Quod ex eo confirmatur, vbi alios citat,lib.1. Cæterosque modos reſtrictiuos explicat Aym.Crauett.d.conſ.98. num. quinto,vſque ad nume. 12. & inter alios illum num.9. explicat, quando ſubſtitutio fuiſſet facta proprio expreſſo nomine, quem referendo ſequitur Menoch. d. præſumpt. 69.num.8. Li-
8 mitata igitur cauſa limitatum † effectum debebit producere,l.in agris,ff.de acqui.rer.domin. ſicque teſtatoris limitata voluntas, non extenditur vltra quàm expreſſit,l.vnica,§. ſin autem ſub conditione,C.de caduc.tollen.

Ampliatur Primo Oldradi deciſio,vt in tan-
9 tum ſit vera, quòd nedum prima † ſubſtitutio ſub illa conditione concepta expirare dicatur, ſed etiam omnes aliæ ſubſtitutiones ſucceſſiuè factæ poſt primam à qua ſequentes dependent penitus deficiant,d.l.cũ in teſtamento, in prin. ff.de hæredib. inſtit.l. ſi mater,§. fin. vbi Laſ.in 2.not.ff.de vulg.& pupill.Socin.ſen.conſ.116. In cauſa filiorum,col.5.verſ. Quæ omnino, lib. 3. quod reddidit ſuper teſtamento celebris Iuriſconſulti D.Andreæ Barbatiæ, conſ.62.Viſo capitulo,col.4.num.7. verſ. Ex qua intelligentia,lib.2.Alexand.d.conſ. 139. Circa primum, nu.4.lib.6.& ſenſit Bart.in l.1. col.10.num.47. vertic. Sed circa hoc inſurgunt dubia, d. tit.de vulg.& pupill.

10 Secundò ampliatur, etiam ſi teſtator † dixerit:Si aliquem hæredum meorum, cum pronomen iſtud ad principaliter inſtitutos referri velit ipſe Oldrad.d.conſil.21.num. 2. verſic. Nec huic obuiat,per text. in l. ſi ita eſſet legatum,ff. de aur.& argen.leg.ſicut cum quæritur an prælegata veniant in reſtitutionem, vt per Oldradum ibi.

Tertiò vt procedat etiam ſi agatur in fauorẽ
11 † eccleſię,vel piæ cauſæ,prout not.Raph.Fulgoſius,conſ.46.Andreas,col.1.in fin.verſ.In quęſtione propoſita,Anton.Gabriel. de fideicom. lib.4.concl.7.num.2.Alex.Trentacinq.in trac. ſubſtit.in 4.part.cap.7.num.70.verſ.Hæc concluſio.

Declinamus tamen à prædicta Oldradi deci-
12 ſione,ex præſumptionibus † & coniecturis,quibus colligeretur teſtatorem voluiſſe onus reſtitutionis fideicommiſſi eſſe repetitum à ſubſtitutis & vocatis in alios,Petr. de Anchar.conſil. 27.Non ſeruato ordine dubiorum,colum.8.in princ.verſ. Poſtquam igitur,Dec.conſ.270. D.

Raynal-

Raynaldus,in fin.verſ.Non obſtat,quòd ſubſtitutio, conſ. 477. Viſo conſilio, num.2.& infra conſ.480.In caſu qui contingit,num.7.Hieronym.Grat.conſ.5.Et ſi hoc reſponſum, nu.86. verſ.Imò limitatur,lib.2.Iacob.Philipp. Port. conſ.44.Quamquam putem, num.4.lib.1.conſil.46.Decreueram, num.26. & infra eod. vol. Iacob. Menoch. conſ. 327. Cum ex propoſita facti ſpecie, num.14. verſ. Eſt enim multorum opinio,libro 4.Io.Cephal.conſ.529. Teſtator, num.32.& infra lib.4.Riminal. iun. conſ. 464. In occurrenti caſu,num.20.lib.quarto, Didac. Couarr.in c.Raynaldus,num.3. ante fin. verſi. Quo in loco addit,extr.de teſtam.Carol.Ruin. conſ.158.Viſo teſtamento, num.14.lib.ſecundo,Curt.iun.conſ.121.Præſupponitur in facto, num.15.in fin.Pariſ.conſ.66.Nobilis Silueſter, num.58.lib.3.conſ. 18.Conſideratis, num.38. lib. ſecundo, Achill. Perſonal. in tract. de adipiſc.poſſ.ſub num. 314. rurſus Iacob. Menoch. in d.tract.de præſumpt.part.2.lib.quarto,præſumpt.69.num.8.verſ.Receditur tamen, Antonius Gabriel.d.libro 4.concluſ.7.num.quarto, Antonin.Teſſaur.deciſ.præalleg.96. Filij in cõditione, num. 34. dicens ſtantibus conjecturis ſic cenſuiſſe Senatum, & alibi ego idem cenſui in d.conſ.pro Æmilianis reddito, num.41.verſ. Quæ quidem non procedit,Manfred. Goucan. in quodam eius Reſpõſo inſerto apud dictum Antonin.Teſſaur.deciſ.270.incip. Præmittendum eſt,num.27. verſ. Verum ab iſtis, Franciſcus Marzar.conſ.quarto,Viſo & perlecto,numero 11.verſ.Quæ concluſio, Franciſcus Burſat. conſ. 1.Non abeſt,num.1.lib.1.Alex.Trentacinq.in d.tract.de ſubſtit.in 4.part.cap.7.numero 73.

Prima igitur conjectura eſt,vbicũque appa-
13 reret teſtatorem voluiſſe eius bona † perpetuò in agnatione & familia conſeruari, tunc enim onus reſtitutionis præſumeretur à teſtatore repetitum à ſubſtitutis in alios,& deinceps,ita declarando dictam Oldradi deciſionem ſcripſerunt,Paul.de Caſt.conſ.343.Quia ex allegationibus,col.2.num.ſecundo,verſ. Quod patet,libro 1.Pariſ.conſ.92.Prima dubitatio,num.40. lib.2.conſ.57.In præſenti cauſa,num.9.& infra eod.vol.conſ.25.Vidi teſtamentum, nume.37. & conſ.52.D.Hieronymus,num.24.lib.3. Hieronym.Grat.conſ.quinto, Etſi hoc reſpõſum, num.15.lib.2.Curt.iun.conſ.121. Præſupponitur in facto,num.15.& 16.Aym. Crauet. conſil. 98.Nobilis & potens Franciſcus, num.1.verſic. Vbi idem,& poſt Ioan.Cephalum,Andr.Alciatum, Tiber. Decianum, & Socinum iun. idem tradit Iacob.Menoch.in tract. de præſumpt. in 2.part.lib.quarto,præſumpt.69.num.9.fol.101. Achill. Perſonal.in d.tract.de adipiſc. poſſ.numero 215. verſ. Reſpondeo huic argumento, Hieronymus Zanchus in rep.l. hæredes mei,§. cum ita, numero 752. verſic. Facit etiam,ff. ad Trebell.

Sed ne in confuſo agamus, videndum eſt ex quibus in ſpecie voluntas hæc conſeruandi bona in agnatione iuxta terminos dicti cõſilij Oldradi deſumatur,& multi Primò voluerunt,hu
14 iuſmodi mẽtem ex vocatione maſculorum† in ſubſtitutione,fęminarum autem excluſione colligi poſſe, tuncque Oldradi deciſionem ceſſare ſcribunt, Dec.conſ.270. D.Raynaldus,col.fin. verſic. Non obſtat quòd ſubſtitutio,conſ.477. Viſo conſilio,num.3.Carol.Ruin.conſ.158. Viſo teſtamento,num.14. verſ. Non obſtat inſuper,lib.ſecundo,conſ.143.Ponderatis diligenter,col.4.num.8.lib.3.Pariſ.conſ.11.Duo ſunt, num.14.& 40.lib.3. Franciſcus Marzar. conſilio 5.De anno 1513.num. 29.& 44.verſic. Et quidem,ac num.45. verſ. Tertio reſpondetur, dicens non eſſe de Oldrado curandum qui articulum circa maſculos non diſcutit: maximè ſi cum qualitate maſculorum,aliæ coniecturæ cõcurrerent,vt per eum,& conſ.6.Lecto teſtamẽto,num.11.poſt Curtium iun.& Ant. Capycium quos allegat,Corn. conſ.146. In hac conſultatione,num.quarto, verſ. Et quòd inſtitutis filijs,junct.num.21.verſ. Et ſimiliter non obſtat, lib.ſecundo,Socin.ſen.conſ. 250. In cauſa Bononienſi,poſt num.4.lib.2.rurſus Pariſ. conſil. 90.Viſis teſtamento,&c.num.15.16.& 39.verſ. Non obſtat illud,libro ſecundo,conſ.75.Circa teſtamentum,num.50. verſic.Nam licet dictus Sulimanus,& num.64. verſic. Nam in præſentiarum,conſ.63.Capiendo primum, num. 28. verſ.Item tollitur obiectio,lib.3.Ioan.Crot. in l.filiusfamilias,§.Diui, num. 127. dicens ſe ita conſuluiſſe,verſic.Tenendo tamen,ff. de leg.1. Socin.iun.conſ.78. Vidi, num.28.verſ.Secundum verò,lib.3.Iacob.Menoch. conſ. 310. Etſi difficilis,num.24.lib.4.

Et quamuis hãc conjecturam qualitatis ma-
15 ſculorum† improbauerint,Abb.Panormit.cõſil.40. Venio, in 1.dub.col.1.& 2.lib.1.Alexan. conſ.139.Circa primum,num.3.lib.6.Dec.conſil.63.Et pro tenui,ante num.3.col.2.conſ.291. Viſis,num.5.conſ.513.In ciuitate noſtra,num. 2.Carol.Ruin.conſ.153.Viſo vtroque teſtamẽto,colum.4.num.5.verſ.Et per illum,lib.2.vbi Ruinus in terminis Alexandri loquitur, rurſus Ruin.conſ.132.Proponitur, num.5.lib.3.Hieronymus Zanch.in d.rep.l.hæredes mei,§.cum ita,num.763.ff. ad Trebell. Etiam ſi pluries eſſet repetitum maſculis, vt per Oldrad.d.conſil. 21.& aduertit Pariſ.conſ.31. Conſiderato primo capite,num.21.lib. 2.Zanch. in eod.§.cum ita,num.763.verſ.Et attende,quòd in caſu Oldradi. Tamen non arbitror à priori concluſio-
16 ne fore recedendum † vti crebriori, quam ſe-

quutus

quutus etiam fui in d. conſ.pro Æmilianis,ſub num.41.verſ.Secundo Oldradi deciſio.

Negari enim non poteſt,ex maſculorum expreſſa vocatione, etſi rationem conſeruandi agnationem teſtator expreſsè non adiecerit,cen
17 ſeri voluiſſe agnationem† conſeruare,atque fęminas propter maſculos remotiores excludere, quod dixit Io.Andr.referẽs Iacob.de Aren. in addit.ad Specul.tit.de ſucceſſ.ab inteſt.verſ. Eſt ſciendum,idem Ioan.Andreas referens Richard.Malumbr.in eiſdem addit. ad Specul. in rubr.de teſtam.ad fin.Cyn.& Salic.in l.1. C. ad leg.Iul. de adulter.Matthęſ.not.130.Nota vnũ dictum,vbi inquit,ſic fuiſſe conſultum per multos ſolemnes Doctores per eum relatos, Alex. in l.venia, num. 6. verſ.Pro hoc etiam facit,C. de in ius voc. Corn. conſ. 224. Non ſequendo ordinem,num.8.verſ. Et inſuper, lib.2.Dec.d. conſ.270.D.Raynaldus,num.3.verſ. Circa primam concluſionem,Curt.iun.conſ.154.Pręſupponitur in facto,numero 11.verſ.Tamen putaui ſemper,vbi de communi multos Doctores allegans,& conſ.172.eiuſdem initij, num.6.verſic. Multo igitur fortius,& numero 7.Hieronymus Grat.conſ.89.Circa teſtamentum,col.1.num.1. poſt Baldum,& Ang.quos ibi citat,lib.ſecũdo, conſ.120.Anno præterito,num.36.& 37. eod. vol.Celſ.Hug.conſ.75. Propoſitum eſt,numero 6.verſ.Similiter attendatur,plures ad hoc referens,Iacob. Mandell. Albenſ. conſ.87.Dicebam ſuperioribus diebus,num.14. verſ. Quarta ratio.

Et licet plures opinionem Ioannis Andreæ, & aliorum prędcitatorum impugnare moliti fue
18 rint,dicentes† contrariam veriorem eſſe,vt inquam ex maſculorum vocatione præciſe ratio agnationis conſeruandæ conſideranda non ſit, imò plures alias rationes aſſignari poſſe, veluti ſi diſponens voluerit ex eo maſculos vocare,q ipſi onera familiarum ſuſtineant,fœminis verò ſufficere dotem conſequi, vel ex cauſa prædilectionis, vel ex alijs cauſis ex quibus non cenſetur habita agnationis ratio,nec per conſequẽs, quòd diſponens voluerit fœminas propter maſculos remotiores excludere, niſi ratio conſeruandæ agnationis expreſſa ſit,quod ſcribit Bartol.in l.liberorum,num.12.in fin.ff. de verborũ ſignif. vbi inquit in ſtatuto excludente fęminas propter maſculos non poſſe dici ſtatuentes ea ſola ratione motos fuiſſe, vt agnatio conſeruetur,cum poſſint aliæ rationes aſſignari, niſi illa ratio agnationis conſeruandæ expreſſa ſit, Bal. in l.ſi defunctus,num.8.C.de ſuis & legitim.hę redib.Ioan.de Imol.in l.ſi verò,§.de viro,circa fin.num.34.verſ.Si autem,ff.ſol.matrim.Alex. conſ.97.Viſo themate,ante fin.verſi. Non obſtat vltimum argumentum, lib.2.Laſ.in l.1. nu. 4.C.de ſucceſſ.edict.vbi multa,Dec.conſ.309. Viſo puncto,nu.7.conſ. 315. Superioribus diebus,num.6.verſic.Præterea à tali ratione,Hieronym.Grat.conſ.19. Dubitatur,num.31.lib.1. conſ.20. Poſtquam conſului,num.3.& 12.verſ. Non obſtat tertium dubium,eod.vol.vbi communem opin.eſſe teſtatur, & ante eum de eadẽ communi meminit Dec. conſ. 13. Et pro tenui facultate mea,ſub num.ſeptimo, columna 3.in princ.verſ.Vbi dicit, Pariſ.conſ.41. Ioannes teſtator,num.82.lib.3.Anton.Capic.deciſ.21.In cauſa Lyſæ Seuerinæ, numero 9. verſic.Idcirco licet.

Nihilominus non erit ab opinione Ioannis
19 Andreæ recedendum,quæ fuit originalis† Richardi de Malumbris, quãque comprobat Ludouic.Molin.in tract.de Hiſpan. primogen.lib. 3.cap.5.ſub num. 29. verſ. His autem non obſtantibus, ipſam etiam tenet Pariſ.conſ. 53.D. Hieronymus,num.26.libro 3.necnon Carolus Ruin. conſ. 150. Viſo teſtamento Ser Michaelis,num.12.libro 2.dicens eſſe communem opinionem Modernorum,& pro ea conſuluiſſe,ac ſæpè per alios cõſultum vidiſſe,& de magis cõmuni teſtatur eruditiſſimus Bartolom.Socinus in l.Gallus,§.nunc de lege,col.fin.verſ.Tamen non eſt recedẽdum,ff.de liber.& poſthum.rurſus Curt.iun.conſ.121.Præſupponitur in facto, num.16.verſ. Quia ſecundum eum, Tob. Nonius conſ.33.Ser Gaſpar,numer.9.verſic. Hæc enim maſculinitatis qualitas.Præſertim ſi teſtator ſæpius maſculinitatis qualitatem conſideraſſet,cum ex geminatione enixa voluntas oſtẽdatur,iuxta not.in l. Baliſta, ff. ad Trebell.Pariſ.conſ.quinto,Viſo teſtamento,num.20.verſic.Quæ geminatio', libr.3. Tob.d.conſilio 33. num. 10.

Dictaque opinio(vt expreſſio rationis requiratur)de qua per Ioan.de Imol.& alios ſupra citatos,fortaſsè vera non eſt, cum licet non ſit expreſſa, tamen quia nulla alia ratio aſſignari po-
20 teſt,pro expreſſa haberi†debet,iuxta gloſſ.in l. quamuis, quam ibi Bald. plurimum commendat,C.de fideicom. & not.Bald.in l.quoties ab omnibus,num.8.verſic. Nota quòd ex qualitate,eod.tit.& in l.maximum vitium,col.quarta, in princ.ante num.7.verſ. Sed Bart.dicit,C.de liber.præter.Io.de Imol.in l.fin.ante num.7.colum. 3. verſ. Item etiam aduerte quando ratio non eſt expreſſa,ff.de hæredib.inſtit. Alexand. conſ.48.Super extractione,col.2.num.4.verſ. Et cum nulla ratio, lib.1.conſ.22. Conſideratis verbis ſtatuti,num.2.in fin.lib.4. allegat tex.in c. ſecundo requiris, vbi hoc expreſsè Abb. aduertit,de appell. Ludou. Roman. conſ.404.In caſu propoſitæ conſultationis,col.1.in fin. verſ. Quoniam vt ſupra.

Et contra concluſionem Bald.in d.l.ſi defunctus,ut inquam non poſſimus à ratione conſer-

uandæ

uandæ agnationis argumentari, vbicunque nō
21 est expressa,sed possit† colligi tacitè ex masculorum qualitate,tenent, Ludouic.Roman.consil.32.Visa municipali,col.3.versi. Tertio quia hoc statutum, Raph.Cuman.cons.2. Proponitur quòd Ser Blancus,col.2.num.4.vers.Sed si testator dixisset, cum adductis per Dec. consil. 333.Licet propositi mei sit, nu.5. vbi affirmat istam communem opinionem esse, quicquid Hieronym. Grat. dixerit, & hanc communem sequitur idem Grat.cons.54. Dudū Titius condidit testamentum,num.29.vers.Quinto comprobo,cons.64.Profectò casus,num.6.consilio 111.Casus talis est,num.21.libro secundo,Paris.consil.57.In præsenti causa,num.10.lib.2.

Vt sit concludendum,coniecturam masculi-
22 nitatis firmam esse pro limitatione†decisionis Oldradi, per quam testator censetur perpetuitati ac conseruationi suæ familiæ, & agnationis prospicere, cum per masculos & agnatos virilis sexus secundum communiter accidentia cō-
23 tingat perpetuari,conseruarique memoria † agnationis,quod quilibet naturaliter expetit, l. pronunciatio,§.familię,& l.liberorum,in fin.ff. de verb.sign.§.1. Instit.quib.mod.ius patr.pot. solu.non autem per fœminas,quia per eas non perpetuatur, sed finitur memoria agnationis, d.l.pronunciatio, §. fin. cum l.seq. egregieque explicat Bald.in l.1.num.5.C.quand. non pet. part. vbi dum quærit per quam bonorum pos-
24 sessionem lineæ maternæ † succedatur,respondet per vnde legitimi, quæ Senatusconsultum imitatur,l. generaliter, ff. de suis & legitim. excluditque cæteros qui Senatusconsulto per liberos excluduntur,item per vnde cognati, sed tunc non excludūt agnatos, vnde liberi autem, non habent locum in materna linea, sicut nec contratabulas, item nec vnde agnati, quia fœmina nō procreat sibi agnatos,sicut enim principia generationis magis patri attribuuntur tāquam formæ perfectiori, & nobiliori, ita iura gentium efficacius patri attribuuntur,& iura familiæ quæ vocatur agnatio, hactenus Bald. & pulchrè idem explicat Corn.d.cons.224. Non sequendo ordinem,num.9.vers. Et insuper,libro 2.Cels.Hug.d.cons.75.Propositum est,colum.5.circa med.vers. Vnde videtur. Sed omnium quos viderim,illustrius hoc exprimit,Lucas de Pen. in l.fin.col.2.num.7. vers. Ego vero,C.quand.& quib.quarta pars deb.lib.10.citans illud Numeri 27.Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas,& statim,eritque filijs Israel sanctum hoc lege perpetua: Vnde & repromissio seu benedictio Sanctorum patrum in filios impletur non in filias, & hinc Pharao masculos non fœminas cupiebat cum per masculos viuere intelligeret, adeo quòd nullus Sanctorum patrum nisi perrarò fœminas habuisse narratur, solus Saphata qui in peccato mortuus est,omnes filias genuit Et Iacob inter duodecim Patriarchas,vnius filiæ pater fuit, ob ipsamque periclitatus est, ex quibus Luc. inquit,fœmina nomen familiæ habere non meruit,& tradit Gerard.Mazol. consil.5.Franciſca Arceuisia,num.13. versic. Quæ agnatio.

Non obstat si diceretur,rationem conseruan-
25 di agnationem in legibus, vel statutis † militare,quæ à ratione regulantur, l. scire oportet,§. sufficit,ff.de excus. tut. & ideo tunc ratio regulat,l.quod dictum,de pact. secus in vltima voluntate,quæ à mero arbitrio menteque regulatur, & hæc quidem voluntas ex verbis colligitur, l. non aliter,ff.de leg.3.l. Labeo,ff.de suppel.leg. potuit enim testator moueri ex quadam cōsuetudine,quòd agnati inquam in oneribus defunctorum succedant, quantum ad propulsationē iniuriarum actiuè & passiuè, & quo ad similia multa onera & incommoda, vt sit æquum ibi commoda collocari ex agnatione proueniētia, vbi incommoda collocantur, l. prima,§. fin.ff. de aqu.plu.arcen.& l.secundum naturam,ff.de reg. iur.

26 Ac etiam ex ratione publicæ vtilitatis,† quæ exposcit facultates suas singulis agnationibus cōseruari,vt familiarum salua sit dignitas, quæ absque diuitijs non conseruatur,l.ab omnibus, circa princ.de leg.1.& l.1.§.si seruus,ff.de vētr. inspic.§.sancimus,auth.de testib. & l. pietatis, C.de suspect.tut. interestque reipublicę per digniores ac ditiores regi, non per pauperes, & abiectos,vt in auth.de defensorib. ciuit.in prin. §.1.& in auth.vt omn.obed.iudicibus prouinc. circa princ. ideo reipubl. interest facultatibus suos habere subiectos,§.cogitatio honoris, authen.vt iudic.fin.quoquo suffrag.oneraque publicorum officiorum solum ad virilem sexum pertinere constat,l.2.ff.de re iudic.& l.3.§.corporalia,ff.de muner.& honor.

Nam responderi potest,quòd imò voluntas testatoris à lege etiam regulatur, vt constat ex not.per Bart.in l.hæredes mei, §. cum ita,ff. ad Trebell. cum multis similibus ibi per Alexand. allegatis,in quibus patet, quòd eadem cēsetur esse mens in cōseruatione agnationis in dubio in testatore,quę in statuto versatur: Et licet alia interpretatio assignari posset, illa tamen magis vniuersalis esse videtur, quòd masculinitatem
27 considerauerit ad conseruandam † agnationē, ergo illa est tenenda,vt in reg.inspicimus, cum materia,de regul.iur.lib.6. & ita notabiliter respondebat Socin.sen.in l. Gallus,§. nunc de lege,ante fin.vers.Vnde licet,ff. de liber. & posthum.quem sequitur Hieronym. Grat. consilio 120.Anno præterito, num.40. versic. Accedit quoque,lib.2.

Hanc

28 Hanc autem maſculinitatis coniecturam † ve
ram eſſe dixit Iacob. Menoch. in tract. de præ-
ſumpt. in 2. par. lib. 4. præſump. 69. num. 11. vbi-
cunque teſtator vſus fuiſſet verbis denotantib.
tractum temporis ſucceſſiuum, vt ſi dixiſſet in-
ſtituo filium meum, & ſi ipſe deceſſerit ſine de-
ſcendentibus maſculis, tunc ſubſtituo Sempro
nium fratrem meum, vel eius deſcendentes ma
ſculos, excluſis ſemper fœminis: ſecus ſi nõ fuiſ
ſet vſus verbis tractum ſucceſſiuum ſignifican-
tibus, vt ſi dixiſſet, inſtituo Caium filium meũ,
& ſi ipſe deceſſerit ſine filijs maſculis Sempro-
nium filium meum, vel eius filios maſculos ſub
29 ſtituo: Sed Iacob. † Menoc. Iuriſconſ. eruditiſſi-
mus ſtatum coniecturalem valde nimis clarifi-
care molitur ac proinde reſtringere, & ſi in cla-
xis verſaremur coniecturis nõ opus eſſet, vulg.
L. continuus, de verb. oblig. tu tamen cogita, ne
ſic reſtringendo, prænarratas concluſiones vno
verbo deſtruere videamur.

Secundò dicta coniectura elici poterit, ſi te-
30 ſtator bona illuſtria ac digna † reliquerit, quæ
ad hæredes extraneos tranſmitti non conſueue
runt, ſed in agnatione conſeruari, atque fami-
lia, tunc enim præſumitur teſtatorem ipſum vo
luiſſe onus illud fideicommiſſi eſſe repetitum
de vno in alterum, vſque in infinitum, ita notã-
ter ſcripſit Paul. de Caſtr. conſ. 343. Quæ ex al-
legationibus, num. ſecundo, verſ. Sic etiam in
caſu noſtro, lib. 1. dicens ſic determinaſſe Cyn.
in auth. ſed & ſi quis, C. de ſecund. nupt. vbi po-
nit iſtam quæſtionem, Si quis relinquat Titio
rem aliquam, & ſi ſine liberis deceſſerit Seium
ſubſtituat, ipſe verò Titius cum liberis deceſſe-
rit, ſed eius liberi ſine liberis, vtrum Seius ad-
mittatur, & determinat ibi ſecundum Dynum,
quòd ſi talis eſt res quæ non conſueuit ad hære
des extraneos tranſmitti, puta caſtrum feuda-
le, quòd Seius admittatur, perinde ac ſi Titius
ſine liberis deceſſiſſet: Et Caſtrenſis in d. con-
ſilio teſtatur de conſuetudine nobilium quam
habent, vt loca principalia à quibus ipſi eo-
rumque cognatio denominatur, extraneis hæ-
redibus non relinquant, ſed ſuis primogenitis,
vt dignitas domus ſuæ ac familiæ ſalua ſit & in-
tegra, quod etiam publicè intereſt, dicta l. pri-
ma, §. denunciare, de ventr. inſpic. Ad quod cõ-
gruit doctrina Bald. in d. l. quoties ab omnibus,
numero octauo, C. de fideicomm. vbi notat, ex
qualitate rerum præſumi, quòd teſtator volue-
rit illa in agnatione permanere, & ſic tacitè fi-
deicommiſſum conijci, dicens eſſe notatu di-
gnum: nam cũ vna ſola ratio poſſit teſtatorem
mouere, talis ratio debebit pro expreſſa habe-
ri, vt ſupra dicebam, & ita conſului pro Æmi-
lianis, numero 39. traditque Dec. conſilio 23.
Et pro tenui facultate mea, numero quinto, ver
ſic. Et concluſio prædicta, qui de domo pater-
na loquitur, idemque dixit conſ. 38. Circa pri-
mum dubium, columna ſecunda, ſub numer. 2.
verſ. Quinto etiam ex qualitate, faciuntque tra
dita per Capyc. deciſ. 108. In cauſa, num. quar-
to, & quinto, & quòd talis coniectura elici iſto
caſu poſſit, tenet Iacobus Menoch. de præſump-
ptio. part. 2. lib. quarto, præſumpt. 69. numero
decimooctauo, qui tamen Dyni, Cyni, & Ca-
ſtrenſis terminos tranſgreditur, vt ex ſe patet,
Aym. Crauett. conſ. 98. Nobilis & potens, nu-
mero primo, verſic. Similiter non procedit, &
conſ. 5. De anno 1513. ante num. 29. verſ. Ter-
tiò ex Caſtrenſis, inter conſil. Marzarij, Anton.
Gabriel. concluſ. lib. 4. tit. de fideicom. concluſ.
7. num. 6.

Tertiò coniectura prædicta deſumi poſſet,
31 quando in vltimo ſubſtitutionis gradu † agna-
tos teſtator ſubſtituiſſet, vt in caſu Curt. iun. cõ
ſilio 121. Præſupponitur in facto, num. 15. verſ.
Non obſtat etiam, Riminald. iun. conſilio 456.
Quoniam, numero 34. libro quarto. Et licet in
caſu Oldradi conſideretur vltimus gradus, ta-
mẽ fuerat Eccleſia Romana ſubſtituta, vt Cur-
tius deducit, hancque coniecturam comproba-
ui aliàs in d. conſ. pro Aemilianis, ſub num. 39.
Achill. Perſonal. in tract. de adipiſc. poſſ. nume-
ro 214. verſ. Nam reſpondeo, fol. 173. Aym. d.
conſ. 98. colum. 1. verſ. Idem voluit Curtius in
nior, Gabriel. Roman. d. concl. 7. num. 7. idem
Aym. d. conſ. 5. num. 29. verſic. Cum ſententia
hac, inter conſ. Marzarij, Gouean. in cõſ. incip.
Præmittendum eſt, ante num. 30. verſ. Sexto ſi
ſubſtitutus eſſet, inter deciſiones Antonini Teſ
ſauri deciſ. vltim. Nomen & arma, ante numerũ
30. Alexand. Trentacinq. in tract. ſubſtit. in 4.
part. cap. 7. num. 74. Maximè concurrente pro-
hibitione alienationis, vt per Curtium iun. in
præcitato conſilio.

Quartò, quãdo teſtator voluit bona ſua per-
32 uenire † ad cippum ſuum, tunc enim dicitur ſuã
agnationem, familiamque conſeruare voluiſſe,
Corn. conſ. 55. Pro deciſione, num. 5. verſ. Et in
dubijs, vbi hoc latè declarat, lib. 1. & conſ. 273.
Dubia ſatis, num. 5. verſ. Fœminæ autem, lib. 4.
Ludouic. Gozadin. conſ. 79. Viſo proceſſu, nu-
mer. 6. verſ. Secundo adduco, Pariſ. conſ. 53. D.
Hieronymus, num. 29. verſ. Appellatione enim
domus, lib. tertio, Iacob. Menoch. in d. tract. de
præſumpt. part. 2. libro 4. præſumpt. 69. nume-
ro 10. Viuius deciſ. 10. Familiæ appellatione,
ante num. 2.

Quintò, cum teſtator ſuperuiuentes ſub-
33 ſtituiſſet † quando eſſent laici, tunc enim da-
tur intelligi teſtatorem ipſum voluiſſe bona
conſeruari in familia nobilium ſuæ domus, ſi
etenim aliquis eſſet inſtitutus, vel ſubſtitutus
qui monaſterium ingrederetur, non alia ra-
tione potuit velle, quòd non admitteretur,

niſi quia vel religioſus nobilitatem familiæ non retinet, vt eſt gloſ. & ibi latè Abb. in c. 1. col. 2. verſ. Sed ex quo, de purg. can. quod ex Andr. Tiraquell. in tract. de nobilit. cap. 26. num. 3. & 7. declarandum eſt. Vel quia potuiſſet eſſe cauſa, quòd bona extra familiã exirent contra mentem teſtatoris, ita tradit Bartolom. Socin. inter conſil. Curt. ſen. conſilio 40. Cum in præſentiarum, colum. 4. ſub num. 9. verſ. Quarto perſona etiam ſubſtitutorum oſtenditur, Iacob. Menoch. in d. tract. de præſumpt. part. 2. lib. 4. præſumpt. 69. col. 4. num. 9. verſic. Idem eſt quando teſtator.

Secunda declaratio ad conſ. Oldradi eſt, cũ
34 liberi † eſſent vocati, tunc enim ijdem grauati dicerentur, Dec. conſ. 270. D. Raynaldus, circa fin. verſ. Non obſtat, quòd ſubſtitutio, conſ. 95. Et pro tenui, in fin. verſ. Nec obſtat ſi dicatur, Aym. Crauet. d. conſ. 98. num. 1. allegans Guid. Pap. deciſ. 531. Miles quidam Henricus, vt per eum; Pariſ. conſ. 66. Nobilis Silueſter, num. 58. verſ. Et primo nõ obſtat, lib. 3. Iacob. Menoch. d. præſumpt. 69. num. 14. verſ. Et hæc quidem coniectura, ac etiam, conſ. 220. Perplexa & difficilis, num. 16. verſ. At qui quando teſtator, libro 3. conſ. 310. Etſi difficilis, num. 20. libro 4. Hieronymus Grat. conſ. 5. Etſi hoc reſponſum, col. fin. nu. 85. verſ. Sed cum fideicommiſſum, lib. 2. Gabrielius d. concl. 7. nu. 5. Manfred. Gouean. d. conſ. incip. Prȩmittendum eſt, ſub num. 29. verſ. Secundo videre eſt, Hieronym. Zanch. in rep. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 753. verſ. Alio tamen modo, ff. ad Trebell. Franciſcus Viuius in communium Sylua, opin. 855. Subſtitutio, nu. 3. & licet dixerit contrarium tenere Aymonem Crauet. conſ. 98. num. 14. verſ. Tenendo hanc opinionem, tamen Crauetta loquitur, quando in ſubſtitutione adeſſent verba reſtrictiua, vt ibi.

Hocque procedit, & verum eſt etiam ſi liberi in conditione poſiti ſint, dummodo ex coniec-
35 turis † vocentur, vt nuncupatim tradit Carolus Ruin. conſ. 158. Viſo teſtamento, num. 14. libro 2. quem ſequutus fui in d. conſ. pro Æmilianis, num. 43. verſic. Et quòd hoc verum ſit, fol. 101.

Maximè dicta ſecunda declaratio procederet, vbicunque poſt filios vocatos, atque alios
36 in conditione † poſitos ſubſtitutio fieret, hoc enim caſu grauati proculdubio cenſerẽtur qui vocati forent, vt ex intentione Aym. Crauett. Cornei, & Marzarij, declarat Viu. d. opin. 855. ſub num. 3. verſ. Quam vtique.

Tertia declaratio eſt, quando teſtator ad plu
37 res ſubſtitutionum † gradus fuit digreſſus, Socinus ſen. conſilio 250. In cauſa Bononienſi, in ſecunda dub. numero quarto, verſic. Sed in caſu noſtro, & infra libro ſecundo, Iacobus Menoch. conſ. 117. Neque noua, numero 31. verſic. Non etiam repugnat, libro ſecundo, dicens quòd etſi teſtator in caſu Oldradi fecerit duos gradus ſubſtitutionum, tamen vltimus nihil operabatur ad agnationis conſeruationem, & cõ ſilio 220. Perplexa & difficilis, numero 15. lib. tertio, conſ. 310. Etſi difficilis, numero 14. libro quarto, Aym. Crauet. conſil. 98. Nobilis & potens, numero tertio, verſic. Poſtremò conſidero, libr. primo, cum alijs eiuſdem Crauettæ conſilijs citatis per dictum Domin. Iacobum Menoch. in d. præſumpt. 69. num. 13. verſic. Tertia eſt coniectura, poſt Hieronymus Grat. d. conſilio quinto, numero 18. libro ſecundo, Franciſc. Marzar. conſ. quarto, Viſo & perlecto, ſub numer. 33. verſ. Confirmantur præmiſſa, Hieronymus Gabriel. conſ. 117. Bartolomæus Bartoccius, num. 21. verſ. Nam quando hæreditate adita, lib. 1. D. Viuius opin. 855. num. 5. verſ. Quarto reſtringenda.

Quarta eſt declaratio, quando conditio liberorum tractum ſucceſſiuum haberet, & ſic non
38 ad certum † ſed indefinitũ ac indeterminatum tempus referretur, Ioan. de Imol. in l. ſed etſi ad tempus, in fin. verſ. Et ibi concludit Iacobus de Beluiſ. ff. ad Trebel. Alexan. conſ. 43. lib. tertio, quod repetitur conſ. 53. Conſideratis his, nu. 4. 11. & 12. lib. 6. conſ. 101. Super primo, num. 13. libr. 7. Socin. ſen. in l. ſolemus, in 4. concl. ff. hoc tit. Dec. conſ. 480. In caſu, num. 8. verſ. Præterea illa deciſio, conſil. 585. Ioannes Bartolomæi, num. quarto, verſ. Ad idem, conſ. 636. Prima facie, poſt num. 6. Carol. Ruin. conſ. 9. Proponitur in themate, col. 4. num. 8. libro 1. conſ. 115. Caſus iſte, nu. 7. conſ. 132. Proponitur, col. 2. num. 5. verſ. Sed ſi verba, & conſ. ſeq. eiuſdẽ initij, col. 2. lib. 3. Pariſ. conſ. 18. Conſideratis, num. 43. lib. 2. conſ. 7. Aliàs viſis conſilijs, num. 37. lib. 3. Sfort. Odd. in tract. de compend. ſubſtit. in 6. partic. artic. 2. in 6. concl. fol. 109. Anton. Gabriel. concl. lib. 4. tit. de fideicom. concl. 7. num. 8. verſ. Quinto limita, Iacob. Menoch. conſ. 310. Etſi difficilis, numero 21. d. lib. quarto, & eandem declarationem comprobaui aliàs in dicto conſil. reddito pro Aemilian. numero 45. verſicul. Quinto declarari poteſt, Simon de Pretis in tract. de interpr. vltim. volun. libro tertio, dubit. 3. fol. 3. ante numer. 11. fol. 316. Alexand. Trentacinq. in d. tract. ſubſtit. in 4. part. cap. ſeptimo, nu. 72. verſic. Declaratur hæc concluſio.

Quinta eſt coniectura, quando teſtator †
39 vocauit primogenitum, vel natu maiorem ex ſuis deſcendentibus, Petr. de Anchar. conſ. 27. Non ſeruato ordine, colum. pen. verſic. Ex primo ſic arguitur, Ludouic. Roman. conſ. 438. In cauſa conſultationis præſentis, num. 14. vbi num. 13. apertius in terminis noſtris reſpondit. Iacobus

Menoch.

Menoch.conſ.117. Neque noua neque leuis,numero 15.lib.2. conſ.220. Perplexa & difficilis, num.34.verſ.Nono accedit,lib.3. & in d.tract. de præſumpt.in 2.par.lib.4.præſump.69.num. 15.verſ. Quinta eſt.

Sexta declaratio affertur,quãdo teſtator vocatis primo agnatis † maſculis,deinde agnato-
40 rũ primogenitis,iuſſit primogenitos illos agnatorum aſſumere nomen & inſignia familiæ teſtatoris, hoc enim caſu præſumptio eſt magna, teſtatorem voluiſſe & filios & agnatos ſuos eſſe perpetuò grauatos fideicommiſſum reſtituere,ita in ſpecie coniecturam hanc probant, Iacob.Menoch.d.conſ.117.num.23.lib.2.& ante eum Pariſ.conſ. 18. Conſideratis & circumſpectis omnibus,col.6.num.42.verſ. Accedit & alia,lib.2.Franciſc.Marzar.conſ.4. Viſo & perlecto,num.33.43.verſ.His itaque,& infra verſic. Nono etſi,Riminald.iun.conſ.21.nu.27. & 49. lib. 1.rurſus Iacob.Menoch.in tract.de præſumption.in 2.par.lib.4.præſumpt.69.nu.19. verſ. Septima eſt coniectura, dicens maximam eſſe declarationem,Manfred.Gouean.d.reſponſ.incip.Præmittendum eſt, num.29.verſic. Primo nanque verum eſt.

Ex hac enim conditione ferendi nomen, & gentilitia inſignia ſiue arma teſtatoris, colligi-
41 tur † ipſius mens atque intentio conſeruandi perpetuandique eius agnationem, familiam,& memoriam,iuxta tradita per Io.de Anan. conſil.86.Pro expeditione, num.2. Ioan.Cephal. conſil.196. Subſtitutionum,quæ continentur, num.11.in fin.lib.2. Ludouic.Molin.in tract.de Hiſpan.primogen.lib.2.cap.14. num.5. verſic. In maioratuum autem inſtitutione,fol. 309.& num.6.ac 8.Manfred.Gouean.in d.reſponſ. inſerto inter deciſiones Antonini Teſſauri, deciſ. vltim.incip. Præmittendum eſt, numero 19. & ipſe Antonin.in princ.ſuę deciſ.quæ incipit Nomen & arma,egoque ſcripſi in tract.an & quando lib.in condit.poſiti vocen.libro ſecundo,capit.6.num.1.& 2.

Eademque conditio ferendi nomen & arma teſtatoris, potentiſſimam etiam infert coniectu
ram ad limitationem gloſſæ in l.Lucius Titius, 2.ff.de hæredibus inſtit. inducendamque voca
42 tionem liberorum maſculorum † in conditione poſitorum, prout tradunt, Franciſcus Rip. in l.prima,numero decimo, verſ. Alias etiam, C.de pact.& in l.centurio,num.164.verſ. Qua ratione,ff. de vulg. & pupill. vtrobique dicens filios maſculos ob id ſubſtitutos cenſeri ſe reſpondiſſe,vt verè reſpondit,de ſubſtit.reſponſ. 1.Vt breuius,colum.ſecunda, numero 11. verſ. Quæ coniectura,fol.73.Pariſ.conſ.19. Ad reſolutionem,num.34.libro 2.Andreas Alciat.Iuriſconſ.ſupremi nominis conſ.34.Nullum,numero 4.libro 9. poſt Curtium ſen. quem citat, idem Alciat.conſ.114. Narratione,num.8. eod. vol.Ioan.Cephal.conſ.251.Quoniam,numero 83.verſ.Quibus accedat,lib.ſecundo, Riminal. iun.conſ.23.Illuſtris & generoſus Comes, numero 78.& 88.lib.1.Celſus Hugo, conſ.20. In præſenti conſultatione,num.40.Franciſc.Mantic.in tract.de coniect.vlt.vol.lib.11.cap.3.num. 6.verſ.Idem etiam Rip.fol.261.Marzar.d.conſilio 4. Viſo & perlecto,numero primo, verſic. Dum prouidit,& num.11.verſ. Quæ concluſio, fol.30.& in eod.conſ.cap.4.incip. Requiſitus, verſ.Et hanc concluſionem,num.41.fol.33.conſilio 6.Lecto teſtamento, num.8.fol.43. verſic. Præterea quando, conſ.7. Requiſitus, num.7. fol.45.Aym.Crauet. conſ.5. incip. Anno 1513. inter conſil.eiuſdem Marzarij,fol.36.verſ. Tertio ratio facilior,inducens Ruinum vt per eum, rurſus Cephal.d.conſ.196.Subſtitutionum quę continentur,num.12. & 20. verſ. Quinto nam vltimò,& num.21.d.lib.2.Iacob.Menoch.conſil.204.Etſi difficilis,poſt num.64.libro 3.& d. conſ.117.Neque noua, num.23.verſ. Et ad rem optimè confert,lib. 2. & in tract. de præſumpt. in 2.part.lib.4.preſumpt.76.num.32.verſ.Rurſus procedit etiam, dixique in d. meo tract. an & quand.lib.in condit.poſ. vocen. libro ſecundo,cap.6. quam aliorum ac noſtram ſentẽtiam nouiſſimè comprobauit clariſſimus Senator, & eminentiſſimus Iuriſconſultus Dom.Antonin. Teſſaur.deciſ.96.Filij in conditione poſiti, numero 25.verſ.Limitatur autem hoc dictum,Et quamuis ſcripſerit Senatum cum eadem concluſione trãſiuiſſe in quadam cauſa illorum de Alpignano,concurrente tamen coniectura prohibitionis alienationis, & digreſſionis, ipſe tamen videtur coniecturam hanc ſine illis alijs ſuſcipere,nam ſi aliter ſenſiſſet (quod non exiſtimo)communi Doctorum ſententiæ repugnare conſpiceretur.

Hæc coniectura vocationis filiorum in conditione poſitorum,ex grauamine aſſumptionis ac delationis nominis, & armorũ ſiue inſignio-
43 rum gentilitiorum in Hiſpania † non procederet,ſecundum Ludoui. de Molina in d.tract.de Hiſpan.primogen.lib.2.cap.14.numer.9. verſ. Sed quamuis, cum ex Hiſpana conſuetudine grauamen hoc æque ã fœminis ac maſculis adimpleri poſſit, & propterea inquit tradita per Doctores circa eandem coniecturam, ſecundũ ſtatuta & conſuetudines Italiæ intelligenda eſſe, ex quibus quo ad hæc,& omnia alia maſculinitas, & agnatio conſeruatur fœminæque excluduntur, id ipſumque bene explicare Corn. conſ.26. Videtur dicendum,quòd dicta neptis, num.4.verſ.Et propterea, libro quarto,ac Socinum iuniorem in loco ibi per eum citato, & ſic in forenſibus controuerſijs practicari atque intelligi teſtatur.

Limitationi prædictæ ad conſil. Oldradi, al-
44 tera proxima ac finitima eſt, quando † teſtator vltimo loco, & in ſubſidium legitimatos vocaſſet, vt referendo Crauet. tradit Iacob. Menoch. in d. 2. part. de præſumpt. lib. quarto, præſump. 69. numero vigeſimo, verſic. Octaua coniectura, fol. 102.

Septimam ad Oldrad. conſ. 21. limitationem eſſe aſſerunt, quãdo teſtator vocatis ipſis agnatis, & tranſuerſalibus expreſsè dixit, quòd mẽs
45 & voluntas † ſua eſt, quòd bona perpetuò in dictis inſtitutis & ſubſtitutis permancant, tunc enim teſtator perpetuum fideicommiſſum in ſua agnatione & familia inducere voluit, quod ſanè fideicommiſſum perpetuum eſſe non poſſet, niſi vnus alteri ſucceſſiuè ꝑpetuò reſtituat, iuxta tradita per Alexand. conſilio 53. Conſideratis his, colum. fin. ſub num. 12. verſ. Præterea illud verbum in perpetuum, libro 6. Aym. Crauet. conſ. 5. De anno 1513. ſub numero 13. verſ. Quinto etſi maximè, inter conſ. Franciſci Marzarij, Iacobus Menoch. conſ. 117. Neque noua, num. 17. verſ. At qui quando, libro 2. & in tract. de præſumpt. in 2. part. lib. quarto, d. præſump. 69. numero 16. vtrobique allegans Iaſonem, & Caſſançum.

Quæ quidem coniectura ſiue declaratio con-
46 firmatur authoritate illorum † qui dixerunt, quod quando teſtator voluit fideicommiſſum eſſe perpetuum, extenditur illud fideicommiſſum etiam ad vltimum gradũ agnationis à perſona teſtatoris numerandum, ita ſcripſerunt Doct. relati per Andr. Tiraquell. in tract. de retract. conſangu. §. 1. gloſſ. 9. num. 24. & per Didac. Tolet. lib. tertio, variar. reſol. cap. 5. num. 4. verſ. Secundum, Matth. Gribald. conſ. 40. Anno Domini, num. 13. inter conſil. Iacobi Philip. Portij lib. 1. Ioan. Cephal. conſ. 137. Teſtamentum, num. 29. concludens fideicommiſſum iſto caſu vltra decimum gradum extendi in infinitum, lib. 1. poſt Curt. ſen. Decium, Ruin. Curt. iun. Pariſium, Alciat. Rip. Soc. iun. & Iacobum Mandellum Albenſem, & alios ibi citatos.

Octauam declarationem ad dictum conſiliũ
47 addunt, ſi teſtator † omnem alienationem prohibuiſſet cauſamque adieciſſet, quia voluit bona perpetuò in inſtitutis & ſubſtitutis permanere, ſiue in eius familia & agnatione, tũc enim oneris fideicommiſſi repetitio in vlteriores facta cenſetur, Alexan. conſ. 101. Super primo dubio, col. 4. num. 13. verſ. Hoc etiam deprehenditur, lib. 7. Curt. iun. conſ. 121. Præſupponitur in facto, num. 15. in fin. verſ. Item ibi non erat prohibitio, Aym. Crauet. conſil. 98. Nobilis & potens, num. 1. verſ. Vel quando, Pariſ. conſil. 57. In præſenti cauſa, num. 7. verſ. Capitur etiam, & alia coniectura, lib. 2. Iacob. Menoch. d. conſil. 117. num. 18. lib. 2. Io. Cephal. conſ. 529. Teſtator, num. 35. lib. 4. Michael Craſſ. in lib. ſententent. §. fideicommiſſum, q. 8. nu. 3. verſ. Ex quo fideicommiſſum.

48 Congruit etiam, nam ex huiuſmodi † prohibitione alienationis cum expreſſione cauſæ, vt bona perpetuò in agnatione remanẽat, vrgens coniectura deſumitur, vt filij in conditione poſiti vocati cenſeantur, Corn. conſ. 59. Diu, nu. 18. lib. 2. Soc. ſen. conſ. 250. In cauſa Bononiẽſi, col. fi. nu. 8. lib. 2. Ludo. Gozad. conſ. 26. In cauſa, nu. 24. conſ. 64. Teſtator inſtituit, num. 13. & infra Curt. ſen. conſ. 45. Sæpe reuoluta, col. 4. & num. 5. ac 6. verſ. Fortius ex ſucceſſiuo ordine, Carol. Ruin. conſ. 122. De duobus, col. 3. nu. 4. lib. 2. Curt. iun. conſ. 43. Habita diligenti, nu. 8. verſ. Reperio etiam, Pariſ. conſ. 5. Viſo teſtamẽto, num. 24. verſ. Faciunt etiam, lib. 3. cum alijs per me adductis in tract. An & quand. liber. in cond. poſiti vocen. lib. 3. c. 5. nu. 1. & 12.

Dictæ coniecturæ ad Oldradi conſ. alia proxima, & non abſimilis eſt, ſi teſtator Trebell. de
49 tractionem † prohibuiſſet, vt ſcribit Paulus de Caſt. conſ. 343. Quia ex allegationib. col. 1. ante nu. 3. verſ. Hoc etiam patet, lib. 1. Guid. Pap. q. 531. Miles quidam Henricus, verſ. Nam teſtator, ibi Etiam virtute alicuius Trebellianicæ, Iacob. Menoch. d. conſ. 117. num. 21. verſ. Octauo huc pertinet, d. lib. 2.

Nona eſt coniectura, vt inquam deciſio Ol-
50 dradi ceſſet, cum per ſimplicem † ſuperexiſtentiam appareret, colligique ex diſpoſitis poſſet, non eſſe ſatisfactum menti teſtatoris, Soc. iun. conſ. 102. Viſo teſtamento, num. 34. lib. 1. poſt Raph. Cuman. conſ. 122. Gerardus quondam, num. 2. & infra. Hinc conſequens eſt, vt Oldradi deciſioni locus non ſit, ſi teſtator interroga-
51 tus † an voluerit onus reſtitutionis fideicommiſſi repetitum eſſe in alijs gradibus ſubſtitutionis, reſpondiſſet quòd ſic, tunc enim pro diſpoſito habendum erit, Aym. Crauet. d. cõſ. 98. Nobilis & potens, num. 2. allegans gloſſ. in l. tale pactum, §. fi. ff. de pact. & l. Titius, §. Lucius, ff. de liber. & poſthum. Iacobus Menoch. d. conſilio 117. Neque noua, num. 24. verſic. Decimo & vltimo confert, libr. ſecundo, conſ. 220. Perplexa & difficilis, num. 35. lib. 3. conſil. 310. Etſi difficilis, num. 27. libro quarto, hancque coniecturam ſequebar in d. conſ. pro Æmilianis reddito, num. 47.

Cæterum quoties teſtator non tantum con-
52 ditionis † implementum, ſed conditionis effectum conſiderauit, cõiectura ſumitur vt Oldradi deciſio conquieſcat, ita Marian. Socin. conſilio 160. numero 73. verſic. Sed tamen non obſtante, lib. 2. Iacobus Menoch. d. conſ. 117. num. 31. verſic. Accedit præterea, libro ſecundo, vbi ſcripſit, teſtatorem in illo caſu ſuper quo Oldrad. conſuluit, ſolam liberorum in conditione

poſito-

poſitorum ſuperexiſtentiam animaduertiſſe, vt per eum, Anton. Gabriel. Roman. lib. 4. cõcluſ. tit. de fideicom. concluſ. 7. num. 9. in fin. verſic. Sextò limita, Alex. Trentacinq. in tract. ſubſtit. in 4. par. c. 7. num. 75.

Vndecimam coniecturam & limitationem ad dictum Oldradi conſil. 21. inducunt, quan-
53 do iam conſtaret teſtatorem† proprios grauaſſe filios onere fideicommiſſi, tunc enim prę ſumptio & cõiectura ſumitur, quòd grauare etiam nepotes voluerit, ac in gradu remotiores, nam ſi magis dilectos grauauit, multo magis voluit minus dilectos grauare, iuxta l. Publius, §. fin. hoc tit. & in ſpecie id affirmarunt, Socinus ſen. Carol. Ruin. Curt. iun. Dec. Pariſ. Antonius Rub. Alexandrin. ac Aym. Crauet. quos refert Iacobus Menoch. conſ. 85. Propoſita hæc conſultatio, num. 24. libro 1. licet ipſe contrarium ſentiat.

54 Sed coniecturam hanc† improbarunt, Dec. conſ. 465. Perſcrutatis uerbis teſtamenti, col. 3. num. 15. verſic. Tertio non obſtat, Carol. Ruin. conſ. 67. Circa caſum, num. 10. conſ. 117. Viſo teſtamento Antonij, col. 6. num. 27. verſ. Similiter non obſtat, conſ. 142. Quia teſtator, nu. 3. lib. 2. Socin. iun. conſ. 2. Viſo ac maturè conſiderato, num. 24. lib. 3. conſ. 100. Præſens conſultatio, num. 57. eod. vol. & in ſpecie Aym. Crauet. conſ. 98. Nobilis & potens, num. 14. verſ. Non obſtat quartum, Iacob. Menoch. d. conſ. 85. nu. 120. verſ. Non obſtat decimum illud argumentum, & in tract. de præſumpt. in 2. par. lib. 4. præſumpt. 69. num. 21. verſ. Cæterum ab hac opinione: Dicebat primo Aym. quòd attenta prima opinione rarò vel nunquam dictum Oldradi conſ. 21. procederet, & quòd extenſio fieri poſſet de perſona ad perſonas, & quòd grauamen filijs iniunctum ad nepotes extenderetur:
55 Secundò, inconueniens† ſemper non eſſe, vt remotior melioris conditionis exiſtat, quàm proximior, ſecundum Alexand. conſil. 38. Perſpectis his, verſic. Reſpondeo etiam, num. 11. libro ſexto: Tertiò inquit Menochius, æquitati conſonum videri, vt grauati ſolum cenſeantur primi, & non remotiores, cũ primi illas duas quartas detrahant, legitimam ſcilicet & Trebelliani cam, quas quidem detrahere minimè remotiores poſſunt: & in effectu poſterior hæc opinio verior videtur.

Duodecima declaratio eſt, vt dicta Oldradi deciſio locum ſibi non vendicet, ſi fuerit dictũ,
56 Si† deceſſerit ſine filijs & liberis, quia dictio, &, ampliatiuè ſtabit, l. ea tamen adiectio, de leg. tertio, adeo quòd grauatus videbitur ſub duplici conditione grauatus, ſi ipſe deceſſerit ſine filijs, & ſui filij ſine liberis, ideſt deſcendentibus, iuxta doctrinam Bart. in l. centurio, numer. 37. verſic. Quæro vlterius, de vulg. & pupill. Pariſ. conſilio 75. Circa teſtamentum conditum, numero 62. libro ſecundo, Carolus Ruin. conſilio 175. Poſtquam Angelus deceſſit, columna penult. libro ſecundo, Simon de Pretis, in tract. de interpret. vltim. vol. libro tertio, dubit. 3. ſolut. tertia, numero 11. verſic. Adde & aliam limitationem.

57 Denique poſt multa, ad dictiones† reſtrictiuas redeundo, quod deſuper num. 4. dicebam, Oldradi conſilium latius procedere & teſtator onus fideicommiſſi reſtrictiuè ac limitatiuè per verba tunc & eo caſu iniunxiſſet, intelligẽdum exiſtimo, vt & hoc nuncupatim exprimam vltrà iam dicta, numero 12. vt non procedat vbicunque ex coniecturis mens teſtatoris in contrarium elici poſſet, tunc enim reſtrictio non fieret, ſed oneris repetitio à ſubſtitutis & vocatis, vt latè per Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. vol. lib. 3. tit. 14. ſub num. 10. verſic. Tertiò aduertendum, vbi multos citat, Iacobus Mandell. Albenſ. conſ. 51. Deceſſit, numer. 19. & 23. Simon de Pretis in tract. de interpret. vltim. volunt. libro tertio, ſolut. 2. numero 11. fol. 310. dicens ita ex facto Anconæ reſpondiſſe, Ludouicus de Molin. in trac. de Hiſpan. Primogen. libro tertio, cap. 8. numero ſexto, verſic. Similiter etiam, fol. 401. columna prima, hiſceque proximis diebus uidi conſilium Excellentiſſimi Iuriſconſ. Domini Hippolyti Vannij, incipiens facti ſpecies ſic ſe habet, ubi numero 53. idem apertè concludit, quod fuit redditum in cauſa fideicommiſſi Mormillorum, pro illuſtri Domin. Scipione Mormili, mihique tranſmiſſum ex Ciuitate Neapolis, ut ſuper eodem caſu de iure requiſitus reſpondeam: Hicque repetenda ſunt omnia, quæ ex magis communi opinione ad hoc propoſitum in præfat. huius operis, cap. 2. num. 104. uerſic. Sed quod dictiones tunc & eo caſu afferebam, à quibus recedendũ non fore arbitror.

HYPOTHESIS.

Momento tantum patri ſuperſtites filij, nunquid extinctionem conditionis tacitæ ex hoc contextu, vel expreſſæ inducant, & affirmatiuam opinionem attendi: ac textum in l. poſthumus præteritus, ff. de iniuſt. rupt. teſtamen. ſenſu donari.

SVMMARIVM.

1 *Filius legitimo tempore nati momento tantum patri ſuperſtites, conditionem ſi ſine liberis deceſſerit ſubintellectam, vel expreſſam extinguere, ad ſubſtitutique excluſionem prodeſſe: Et quamuis*

uis pauci dissenserint, num. 21. à priori opinione tanquam communi recedendum non esse, vt ibi.

2 *Conditionem extitisse sufficere, licet perpetuò non duraturam: quinimò sat esse per momentum extitisse.*

3 *Posthumi preteriti natiuitate testamentum rumpi, licet illicò decesserit.*

4 *Statutum fœminarum exclusiuum, etiam si masculi momento temporis supernixerint, excludere.*

5 *Statutum de lucranda dote vxore in matrimonio predecedente, etiam si matrimonium momento perduranerit, lucrum deferre.*

6 *Dotis priuilegia competere, etiam si matrimoniũ momento temporis constiterit.*

7 *Rescriptum ad hoc vt altero prius concessum videatur, per horæ tempus distingui...*

8 *Beneficij collatione eodem die duobus facta, illum præferri qui in hora præcedit.*

9 *Citato aliquo ad actum pro tali hora, actum alia hora factum non valere.*

10 *Instrumentis duobus eodem die celebratis, illud præferri quod per horam præcessit.*

11 *Rescriptum ad hoc vt altero prius concessum ratione horæ censeatur, requiri horarum, vtriusque rescripti probationem, idque ex Philippo Decio distingui.*

12 *Tempus præcisè probandum esse, vbi quis in certo tempore se fundat.*

13 *Momenta non considerari: Sed hoc quo ad effectum acquisitionis intelligi, non autem quo ad effectum implendi conditionem, numero 15. Ac etiam procedere in ijs quæ momenti non sunt, & propterea in momentaneis attendi momenta, num. 16.*

14 *Donationem omnium bonorum præsentium & futurorum aliàs inefficacem, si dominium in donatarium translatum non fuerit secundum aliquos tenere: id tamen ex Decij assertione dubitabile redditum fuisse attenta momentanea do-*
minij retentione.

15 *Glossæ opinionem in cap. 1. §. quin etiam, tit. Episc. vel Abb. vt feudo dato alicui, & suis liberis masculis & fœminis, in quo proinde fœmina non succedit si aliqui masculi extiterint, masculo post mortem patris illicò mortuo, succedere fœmina non prohibeatur, veram communemque esse, quicquid Andreas de Isernia Doctor sublimis scripserit; & nu. 18. glossam declarari.*

19 *Glossæ opinionem in d. c. 1. §. quin etiam, in feudis tantum procedere, in materia verò aliarũ transmissionum veram non esse.*

20 *L. posthumus preteritus, ff. de iniust. rupt. testam. declarationem afferri.*

22 *Illico filium decedere intelligi, si ante nomen ei in baptismate impositum, scilicet ante octo dies moriatur.*

23 *Romanis nomina aliter maribus aliter fœminis imponi solita fuisse, maribus nono fœminis verò octauo die.*

24 *Dies quibus nomina apud Romanos imponebãtur, lustricos appellari, ibique de Nundina Romanorum Dea.*

CAP. III.

EX Oldrado, ac ferè omnium recepta opinione visum est, conditionem si sine liberis, expirare si liberi grauato supuixerint, quicquid de ijsdem liberis in conditione positis deinceps contingat, & quamuis ipsi postmodum sine liberis moriantur, declarando tamen, vt in præcedenti capite dicebam: Sed declarationibus ibidem explicitis annectendã quæstionem existimo, nunquid legitimo tempore natus momento autem patri superuiuẽs, ad defectum dictę conditionis proficiatẽ in qua

1 Doctores ſt communi calculo concludere videntur, filium etsi momento patri superstitem illicoque morientem ad defectum conditionis prędictæ substitutique exclusionem prodesse, vt scribunt Bald. in c. 1. §. quinetiam, col. 1. versic. Vnde si testator, vbi Iacob. Aluarot. col. 2. vers. Facit pro hac opinione, & Præposit. Alexandri. pariter col. 2. tit. Episc. vel Abb. in vsibus feud. rursus Bald. in l. cum acutissimi, sub numer. 10. vers. Ibi sine filijs, C. de fideicom. cons. 56. An pater, col. 2. lib. 2. cons. 128. Ad intelligentiam, lib. 1. consil. 113. Proponitur quòd quidam Simeon, libro 5. Oldrad. cons. 141. Thema tale est, quidam Dominus G. Leuionẽsis, ante num. 2. Raph. Fulgos. cons. 46. Andreas, num. 2. Abb. cons. 40. Venio ad primum dubium, col. 2. versic. Ad idem facit, Ias. in l. inter stipulantem, §. sacram, colum. 8. num. 21. vers. Ex diuerso, ff. de verb. oblig. in l. quo filiabus, num. 27. ff. de leg. 1. & in l. si quis hæredem, num. 6. vers. Ad idem & tertio, C. de instit. & substit. ac sæpe alibi, Andreas Tiraquell. in rep. l. si vnquam, in verb. Susceperit liberos, num. 188. vers. Facit tex. C. de reuoc. donat. idem Ias. cons. 51. Circa primum dubium, col. fin. vers. Idem in specie, in fortioribus terminis, sub num. 2. lib. 3. & cons. 66. Viso testamento antedicto, col. 5. ante med. vers. Idem in specie in terminis nostris, cod. vol. Bartolom. Veronẽs. cons. 50. In causa, num. 5. & 6. vers. Ego autem, Dec. in c. de causis, nume. 42. extra de offic. deleg. & cons. 623. In casu occurrenti, col. 1. in princ. vers. Et sufficit quòd mouẽtur, Matth. de Afflict. in constit. Speciale, in tit. de hijs qui post citationem, num. 7. Stephanus Bertrand. cons. 217. Cognito casu, colum. 1. in princ. lib. 1. in 1. part. Socin. iun. consil. 35. Visa, num. 2. lib. 2. Paris. cons. 56. Agitur in præsenti cõsultatione, nu. 3. lib. 2. Carol. Ruin. cons. 153.

Viso

Viſo vtroque teſtamento, num. 5. verſi. Quia ergo, lib. 2. Iac. Philipp. Port. conſil. 13. Facti ſpecies, num. 18. lib. primo, conſil 46. Decreuerã, colum. ſecunda, num. quinto, verſic. Neceſſario oportet, eodem volum. Roland. de Vall. conſil. 56. Quoniam ex facto, colum. tertia, num. vndecimo, verſic. Accedat quod notat Bald. lib. tertio, idemque conſulucre, Franciſc. Aretin. conſil. 50. Copiosè, & eleganter, colum. quarta, verſic. Non obſtat præmiſſis, Alexand. de Næuo, conſil. 80. Vidi, num. ſecundo, verſ. Vnde Bald. & Franc. Burſat. conſ. primo, Non abeſt, num. primo, verſ. Ac etiam quòd dictus filius, lib. primo, poſt Fernan. Vaſquium, & Franciſcum ab Eccleſia, ibi relatos, Alexand. Trentacinq. in tract. de ſubſtit. in quarta part. cap. ſeptimo, numero 71. verſ. Item procedit, fol. 152. Franciſc. Rip. in l. ex facto, §. ſi quis autem, num. ſecũdo, verſic. Adde fortius, ff. ad Trebell. Anton. Gabriel. lib. 4. concluſionum, tit. de fideicommiſſ. concl. 7. num. 3. ſola Baldi, & Iaſonis contentus allegatione, vt per eum.

Probatur hæc concluſio in d. l. ex facto, §. ſi quis autem, dum Vlpian. ibi inquit, Aut igitur filius ſuperuixit patri, & extinxit conditionem fideicommiſſi; aut non ſuperuixit, & extitit conditio; ſed expreſſius in l. ſed, & in illo, ibi, Nec appareat quis ante ſpiritum emiſerit, ff. de reb. dub. facit tex. in l. cum vxori, C. quand. dies leg. ced. & in l. ſi quis hæredem, C. de inſti. & ſubſt. Vnde etiam elicitur ſufficere conditionem ſemel extitiſſe, licet perpetuo non ſit duratura e-
2 tiam per momentum, † Bald. in l. precibus, col. 2. in 3. opp. num. 6. C. de impub. in l. humanitatis, columna tertia, in fine, in tertia opp. nume. 28. eod. tit. Angel. in l. in ſubſtitutione, ante numerum ſecundum, verſic. Vel ſic, & ibi Ioan. de Imol. in princip. verſic. Nota quod ſufficit momentanea veritas, ff. de vulg. & pupill. & ratio eſt, quia conditio habet purificare ſuum diſpoſitum, & ſic ſtatim conſumit, ſuumque effectũ ſecum trahit, nec ab eo ſeparari poteſt, argum. l. perfecta, C. de donat. quæ ſub mod. & facit l. quid ergo, in princ. de his qui not. infam. dum ibi dicitur, Ad initium, &c. Ad probandamque dictam communem concluſionem Baldus etiã allegabat tex. in l. vxoris abortu, verſic. Quamuis natus illico deceſſerit, C. de poſthum. hæredib. inſtit. ad idemque l. quod certatum eſt, eodem tit. in his enim iuribus teſtamentum poſthumi præteriti natiuitate rũpi licet illico dece-
3 dat, † clare probatur, vt in teſtamentis ad illorum reſciſſionem momenta proculdubio attendantur, quemadmodum per Iaſ. in d. l. inter ſtipulantem, §. ſacram, nu. vigeſimoprimo, Quod
4 etiam in ſtatutis conſpicimus, vnde † ſtatutum excluſiuum fœminarum, excludit etiam ſi maſculi temporis momento ſuperuixerint, Bald. in l. ſi quis poſthumos, §. ſi filium, colum. ſecunda, in princip. verſ. Prædicta poſſunt habere locum, vbi Franciſc. Aretin. colum. penult. ff. de liber. & poſthum. idem Aret. in l. ſi is qui, colum. ſecunda, ff. de vulgar. & pupill. Anton. de Butr. conſ. 20. Aequitas valde ſuggerit, rurſus Areti. d. conſ. 50. Copiosè, colum. tertia, verſ. Vnde videmus, Dec. conſil. 309. Viſo puncto, columna ſecunda, num. 5. verſ. Et idem Baldus, Socinus ſen. conſil. 114. Præſens conſultatio, columna ſecunda, libro quarto, Catell. Cott. in memor. incip. Momentum, & iterum in memor. incip. Statutum quòd extantibus maſculis, Georg. Natt. in cap. quamuis, in 36. quæſt. ſecunda, q. princ. de pact. in 6. Iaſ. in d. l. inter ſtipulantem, §. ſacram, num. 22. verſ. Secundo facit, Tiraq. in d. l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, numero 193. verſ. Sed & huc ſpectat, citans Alexandrum, qui non multum in terminis loquitur. Alber. Brun. in tract. quod ſtantib. maſcul. in 13. artic. princip. quæſt. 6. nu. 88. verſ. Idem vult ipſe, fol. 118. Sebaſtian. Medices de reg. iuris, fol. 234. num. 54.

Siquemaritus ex forma ſtatuti debet vxore in matrimonio præcedente dotem lucrari, ſatis eſt, quòd momento † matrimonium per-
5 duraucrit, vt not. Bald. per illum text. in l. non tantum, in fin. verſ. Et hanc legem nota, C. de legat. vbi Angel. in lect. Florentina, Franciſc. Aretin. in l. ſecunda, columna prima, circa medium verſ. Et habet locũ iſtud, & in l. ſi ante nuptias, circa finem, verſ. Et adde ad materiam, ff. ſoluto matrim. Iaſ. in d. l. inter ſtipulantem, §. ſacram, num. 23. verſ. Tertio matrimonium, dicens eſſe valde notandum, cum non videatur vir onera matrimonij ſuſtinuiſſe propter quæ creditur ma le lucrum deterri, i. pro oneribus. C. de iur. dot. rurſus Iaſ. in l. ſi donatarius, §. primo, in fin. numero 19. verſ. Sicut è contra, ff. de condict. caus. dat. & poſt iſtos idem tradit Andr. Tiraquell. in trac. de iudic. in reb. exig. in 44. caſu, fol. 54. Gulielm. de Benedic. in rep. cap. Raynutius, de ſucceſſ. ab intell. in verb. Et vxorem nomine Adelaſiam, fol. 131. colum. quarta, verſ. Secundum ſtatuta, num. 783. extr. de teſtamen. Dec. conſ. 577. Viſo copioſo, num. tertio, & infr. ac conſil. 623. In caſu occurrẽti, colum. prima, Ad quod facit dictum eiuſdem Bald. in l. prima, colum. prima, ſub num. 2. verſ. Solutio propter dotem, C. de priuileg. dot. ſcilicet priuilegia dotis com
6 petere etiam ſi matrimonium † momento tantum duret, quem ſequitur Iaſ. in d. §. ſacram, numero 24. verſ. Confirmatur & ſic quarto, ac Andr. Tiraquell. in citato loco, verſ. His adde, congruitque text. in l. cum ſponſus, §. fin. ff. de public. in rem act. in finalib. verbis, ibi, Sed etiã is qui momento poſſedit rectè hac actione experietur. Paſſim inſuper legitur horam conſiderari.

derari. Primò vt vnũ reſcriptũ altero prius con
7 ceſſum † videatur, Felin. num. quinto, & Dec. in cap. paſtoralis, in princip. num. ſexto, de reſcript. idem Felin. in cap. primo, num. duodecimo, de fid. inſtrumen. Ioan. de Silua in tract. de benefic. part. ſecunda, quæſt. 15. nu. 13. Iacob. Menoch. lib. primo, de arbitr. iudic. caſu 48. nu.
8 ſecũdo, nuncupatim in beneficij † collatione eadem die duobus facta, vt ille præferatur qui in hora præcedit, ſiue hoc in litteris exprimatur, ſiue per teſtes probetur, tradit gloſſ. in cap. duobus, in verb. Si non apparuerit, pro eo præſumitur qui poſſidet, ſique neuter poſſideat, præſumitur quod collatio facta à Papa, vel eius Legato præceſſerit, vt per Affict. deciſ. 387. Si vno, & eodem die, num. quinto, verſ. Idem dicimus, Franc. Rip. in l. prima, nu. ſeptimo, ff. ſolut. matrim. Secundò vt citatus ad aliquem actum pro
9 tali hora, ſi ille actus alia hora † expleatur, non valeat, vt not. in l. fin. §. is qui, ff. quod vi aut clã, in l. aut qui aliter, in princ. eodem tit. & in cap. conſuluit. de offic. deleg. Tertiò in duabus obligationibus vna die factis, vt illa, vel illud inſtru
10 mentum præferatur quod per horam † præceſſit, gloſſ. in l. ſi ex pluribus, §. fin. in verb. Die, ff. de ſolut. Bald. in l. Imperator, in prima lect. nu. 4. verſic. Et nota quod ratione horæ, ff. de ſtat. homin. dicens gloſſ. prædictam ordinariam eſſe, raroque alibi reperiri, & in l. præſcriptione, num. 15. verſ. Et eſt ſimile in inſtrumentis, C. ſi contr. ius vel vtil. publi. Dec. in l. ambiguis pro dote, ſub num. tertio, verſic. Secus ſi magis ſpecialiter, vbi Hieronym. Cagnol. num. quarto, & quinto, alios allegans, ff. de reg. iur. quod etiam tradit Socin. ſen. in l. ſi mulier, in princ. verſ. Et ſic optimè probatur, ff. de reb. dub. An autem, vt vnum reſcriptum ratione horæ dicatur altero anterius, quod habeat datam eiuſdem diei, cum alio debeat de hora vtriuſque reſcripti cõſtare, aliquando quæſitum fuit, ſuper quo ſcri-
11 bit † Felin. in d. cap. paſtoralis, numer. quinto, verſic. Sed aduerte, gloſſ. prædictas præſupponere, quòd conſtet de hora vtriuſque reſcripti, nam ſi de vnius hora appareat, & non alterius, non videtur de prioritate conſtare, cum enim datam eiuſdem diei habeãt, potuit aliud reſcriptum eſſe ante, & etiam poſt illam horam: & licet ipſe contrarium fuiſſe conſultum inſpexerit per duo argumenta quibus reſpondet, tamen non recedit ab opinione, vt de vtraque hora cõſtare debeat, vt probatio ſit concludens, prout requiritur, cap. in pręſentia, de probat. ad quod
12 facit, vt fundans † ſe in certo tempore, præcisè illud probare debeat, l. matrem, C. d. tit. In hac contrarietate aliqui diſtinctione vtuntur, quòd aut ille qui probat de eadem die in poſſeſſione reperitur, & priuari non debeat, licet alter probet de certa hora eiuſdem dici, quamuis enim hora certa ſit prioritatem non infert, verumq. eſt dicere de prioritate non apparere, ideoque melior eſt conditio poſſidentis, d. cap. ſi à ſede, de præbend. in 6. Aut nullus poſſidet, vel vterque prętẽdit ſe poſſidere, & tunc videtur, quod ille præferatur, qui probat de certa hora, talis nanque probatio magis certa cenſetur, licet neceſſario non concludat, ita conciliando opiniones tradunt Bald. Nouell. in tract. de dot. in 9. part. 2. priuileg. in fin. & Dec. in dicto cap. paſtoralis, ſub num. octauo, verſic. Sed concilian do, & in d. l. in ambiguis pro dote, in fine, num. quarto, quæ quidem diſtinctio impertinens nõ videtur.

Cæterum primæ concluſioni de qua principaliter agimus, duo obſtare conſpiciuntur, Primum dum ſimpliciter aſſeritur momenta non
13 conſiderari, † iuxta text. in l. fin. §. in ſeruis, vbi Bald. not. in princ. C. de bon. quę liber. l. qui ſic, ff. de ſolut. l. precia rerum, §. fin. ff. ad l. Falcid. & tradit Ioan. Cephal. conſ. 168. Gulielmus, num. 59. libro ſecundo, parum enim, & nihil æquiparantur, iuribus per Corn. traditis, conſilio 38. Placet mihi Petro Philippo de Corneo, columna ſecunda, num. ſecundo, verſic. Et inter parũ, libro primo, conſil. 63. Videbatur primo aſpectu, num. quinto, verſ. Iuncto eo, d. volum. conſil. 77. Licet multum vrgeant, colum. ſecunda, num. octauo, verſic. Et aliàs exponitur, libro ſecundo, conſil. 29. In præſenti conſultatione, columna ſecunda, numero vndecimo, lib. tertio, Socin. ſen. conſil. 108. In hac conſultatione, columna tertia, circa medium, verſic. Nam inter, lib. primo, Vnde licet aliqui crediderint dona-
14 tionem † omnium bonorum præſentium, & futurorum quæ aliàs non valeret, efficacem eſſe, quando in donatarium bonorum dominium translatum non fuerit, cum qui dominium habet teſtari poſſit, dato quòd bona alteri reſtituẽda ſint, gloſſ. in Authen. Si qua mulier, in verb. Diuidere, C. de ſacroſ. Eccleſ. & tradit Angel. conſil. 179. Viſis prædictis inſtrumẽtis, colum. tertia, circa medium, verſic. Sed in quæſtione propoſita, poſt Azonem, & Cynum quos ibi citat. Tamen hæc limitatio nonnullis viſa eſt dubitabilis, quia illus dominium momentaneũ non videtur in conſideratione, argum. d. l. qui ſic, ff. de ſolut. & d. l. fin. §. in ſeruis, in fine, C. de bon. quæ liber. & ratio in qua communis opinio fundatur, videtur etiam in tali caſu procedere, nam veriſimiliter propter illud momentaneum dominium hæres non adiuit hæreditatẽ, vt tradit Abb. conſil. 102. Circa perſonarum, columna ſecunda, verſic. Tamen defectus bonorum, & cõtra dictam limitationem tenuit Dec. in l. de quęſtione, colum. penul. in quinta limit. num. 34. verſic. Sed iſta limitatio, C. de pactis. Sed reſponderi poteſt, Primò quòd dicta iura

circa

circa acquiſitionem loquuntur, ad cuius effe-
15 ctum momentanea † non ſufficiunt, l. cogi, §. hi qui ſolidum, ff. ad Treb. requiritur enim quod ſaltem habitu, & potentia acquiſitio momentanea non fuerit, ſecus ad effectum implendi conditionem, vt in propoſito, tunc enim momentanea etiam ſufficere vidētur, ad tradita per Corneum conſ. ſeptimo, Rudis, & incompoſita, ante numerum ſextum, verſ. Non obſtat quod dicebatur, libro primo, & ante eum per Cynum, & alios in d. l. ſi quis hæredem, ita clarius explicat Ioan. Cephal. conſil. 460. Vt percepi, num. 52. verſic. Et licet ad effectum, lib. quarto, Secundò, quòd illud vt momenta non attendantur, procedit in ijs quæ momenti nō ſunt, aliàs
16 enim momenta plurimum † operantur, in ijs inquam quæ momentaneo exiſtunt, ut not. gl. in l. ſed & partus, §. fin. ff. quod met. cau. ubi latè Bald. facitque text. in l. vxoris abortu, C. de poſthum. hæredib. inſtit. & declarat Iaſ. in d. l. inter ſtipulantem, §. ſacram, num. 21. verſic. Et momentum, de verborum obligat. atque ante eum Socin. ſen. in d. l. ſi mulier, in prin. in 1. not. ff. de reb. dub.

Secundum, quod voluit gloſſ. in cap. primo §. quin etiam, in verb. Non admittantur, tit. Epiſc. vel Abb. vt in feudo dato alicui, & ſuis hæredib. maſculis, & fœminis, & in quo propterea fœmina nō ſuccedit ſi maſculi aliqui extiterint, per textum ibi, ſi maſculus poſt mortem patris
17 illico mortuus fuerit non prohibetur † fœmina ſuccedere tanquam ille non uideatur extitiſſe, & gloſſ. illam ſequuntur ibi Iacob. de Beluiſ. in uerſ. Quærit gloſſa incidenter, Rayner. Nicol. de Neap. Bald. uerſ. Tamen cōtrarium, Iacob. Aluarot. colum. ſecunda, circ. finem, ver. Quod eſt verum, & verſic. Sed his non obſtantibus, dicens ſe hanc opinionem ſequi tamquam fulcitam melioribus autoritatibus gloſſatorū, & Doctorum, & uti magis fundatam ſuper æquitate, & uoluntate contrahentium, Martin. Laudenſ. dicens ipſam ſingularem eſſe, ibidemque Cardinal. Alexandrin. colum. ſecūda, uerſ. Sed his non obſtantibus, referens ferè ad litteram, Aluarotti uerba, ut intuenti liquebit: Et quamuis dictam glo. improbauerit maximus ille Feudiſtarum Andr. de Iſern. in d. §. quinetiam, numero quarto, uerſic. Item aduertendum quod gloſſ. tamen opinio ipſius gloſſæ communiter recepta uidetur, quam ultra prædictos ſequuntur Paul. de Caſtr. conſil. 191. Viſis, & diligenter examinatis, colum. ſecunda, ſub num. 2. uerſic. Verum quia gloſſa, libro ſecundo, Iacobin. de S. Georg. in tract. feud. in uerb. Et fœminis, colum. ſecunda, verſ. Sed ponamus, dicens opinionem gloſſæ eſſe multū humanam, & ad motiua Andreę reſpondens, vt per eum, Curt. iun. & is in tract. feud. in 1. part. 3. part. princ. colum. penult. verſ. Vigeſimoſeptimo, Bartholom. Veronenſ. conſil. 50. In cauſa quę vertitur, colum. penult. verſic. Circa ſecundum, num. 5. Steph. Bertand. conſil. 276. Viſo caſu mihi exhibito, colum. prima, ſub num. primo, ver. Ideo autem dixi, in prima parte, libro primo, aſſerens opinionem gloſſæ communiter obſeruari, & conſ. 217. Ponitur in facto quòd dudum, ante num. quintum, eodem volum. Vdalric. Zaſius in epitom. feud. in 8. part. 2. part. concluſ. 3. nec prætermittam Baldum, in l. prima, §. in nouiſſimo, col. 2. num. 5. verſic. Quæro nunquid infans, C. de caduc. tollend. idem quod alibi concludentem.

Huic etiam gloſſæ reſpondeo, ipſam non eſſe veram dum aſſeruit illico decedentem pro na-
18 to † non haberi, vt ipſam reprobat Andreas circa huiuſmodi aſſertionem cum quo omnes in hoc concordant, & licet cum eo non conueniāt ſuper veritate concluſionis per gloſſam ibi traditæ, alijs tamen rationibus nituntur ad confirmandam gloſſæ opinionem communi calculo receptam, adeo quòd gloſſa iſta nō vrget in terminis propoſitæ quæſtionis de qua agimus: & text. per eandem glo. allegatus in l. poſthumus, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. eius intentioni non cōgruit, vt ſtatim dicam: Proinde Iacob. de Beluiſ. in d. §. quinetiam, verſic. Tenens tamen, ex eo opinionem gloſſæ ſequitur, quia inueſtiens, & inueſtitus hoc voluiſſe videntur per pactum quòd fœminæ ſuccedant, & propter præcedentem voluntatem interdum à iure communi receditur, §. ſi quis autem non implens, cum ſeq. §. in Authen. de hæredib. & falcid. facit text. in l. cum quid, ff. ſi cert. pet. in l. prima, §. ſi conuenerit, ff. depoſ. & Beluiſiū in hac ratione ſequitur Aluarot. verſic. Item hoc ſatis videtur. Vlterius ibidem Bald. dicebat, gloſſ. m verum dixiſſe, quia fœmina in caſu illius, §. quinetiam, non erat poſita in conditione, ſed in copula, & legis interpretatio ei faciebat iniuriam, ac propterea benignius ſecum agitur, & cum Baldo conueniunt Aluarot. in verſic. Item quia, Præpoſit. Alexandrin. in verſic. Sed his non obſtantibus, & Affict. colum. penult. in fine, verſic. Et eius opinionem ſequitur, licet ipſe demum diſtinguat, ſed parum eruditè, aut feliciter, & ad dictam gloſſam, vltra præcitatos ita reſpondebat Stephan. Bertand. dicto conſil. 217. num. 4. lib. 1.

Hinc Bald. in d. §. in nouiſſimo, num. quinto, poſtquam quæſiuit nunquid infans ſuus decedens in infantia hæreditatem paternam tranſmittat, relata opinione gloſſæ in l. ſi infanti, C. de iur. delib. quæ tenuit, vt nō tranſmittat, quia qui tam paruo tempore viuit ex naturali æquitate agnatis obeſſe non debet: Quærit quid ſi
19 non vixerit niſi per vnam † horam? in materia

(inquit)

(inquit) feudorum habemus quòd non obſtat tanquam natus qui ita cito moritur, vt not. in cap.primo, in tit. Epiſc. vel Abb. in gloſſ. quæ incipit,Sed quia, illud autem ſpeciale eſt in feudis, illa glo. eſt truffa in materia aliarum tranſmiſſionum in quibus magis fauetur infanti, vt not.Cyn.in l. prima, in octaua quæſt. C. de ijs qui ante apert. tabul. vnde non eſt bona argumentatio:ideo dicendum eſt,quòd ſi infans ius rumpendi tranſmittit,l.vxoris abortu,C.de poſthum. hæredib. inſtit. multò fortius tranſmittat hæreditatem paternam pleno iure ſibi apertam : Multi tamen ſequuntur opinionem gloſſ. ibi poſitæ, quia non tranſmittit hæreditatem paternam niſi ad matrem, vt not. in d.l. apud hoſtes, C. de ſuis,& legitim. & not. quòd Curia Mediolani practicat,& obſeruat opinionem Accurſij in materia tranſmiſſionum, hactenus in d.§.in nouiſſimo Baldus.

30 Non obſtat † text. in d.l. poſthumus præteritus,de iniuſt.rupt. teſtamen. Primò, nam ibi filius extremum diem clauſerat in vita patris, vt Andr.de Iſern. num. quarto, & alij communiter ibi aduertunt, & ſignanter Iacob. de Beluiſ. & Bald. nos uerò loquimur in eo qui illico deceſſit poſt mortem grauati, ut non poſſit inde inferri, & ex hac diuerſitate Andreas motus fuit ad reprobandum dictam gloſſ. ut Atſlictus aduertit, nam Iſernia eſt Feudiſtarũ princeps, habuitque rectum iudicium in materia feudorum,ut non immeritò in hoc feliciſſimo Neapolis Regno,tam eminentiſſimi Doctoris dicta admiremur,& in feudalibus deciſionibus iili deferamus,imo in omnibus, & quo ad omnia.

Secundò reſponderi poteſt,in illo text.teſtamentum confirmari æquitate quadam prætoria, quæ quidem æquitas in propoſito cum ſcripta non reperiatur, ſtandum eſt regulis iuris, ut conditio per natiuitatem extinguatur, licet natus illico moriatur. Præſertim quia in ead. l. poſthumus, non ſimpliciter teſtamentũ reconualeſcit, ſed ut ex eo tantum peti poſſit bonorũ poſſeſſio ſecundum tabulas,ut ibi nuncupatim Vlpianus exprimit, notantque Doctores, latè Bald.conſil.215.Teſtamentum,poſt princ.lib. tertio, & conſil. 235.Proponitur quòd dictus Antonius,poſt med.uerſic. Item quòd poſthumus, libro quinto, Angel. conſil. 51. Ex facto propoſito,colum.ſecunda,uerſic. Sed quia fœmina, Socin. ſen. conſil. 77. Viſis teſtamento, colum. tertia, verſic. Et ſi dicitur poſthumus, libro tertio.

Et quamuis Bartholomæus Caſſan. conſil. 19.num.octauo, & nono, pro non nato haberi
31 qui † ſtatim moritur ante nomen ei in Baptiſmatæ impoſitum conſuluerit,ab eoque non diſſenſerit Sfort. Odd. in tract. de compend. ſubtil.in 6.partic.artic. 2.in 8.concluſ.uerſic. Mihi autem uidetur uerius,fol.190.& infr. fol.191. uerſic. Ego puto ueriorem, non arbitror eſſe à communi opinione iudicando, ac conſulendo recedendum.

Illico autem quis decedere intelligitur,ſi ante impoſitum (vt dicebam) ei in baptiſmate no
32 men moriatur,ſcilicet ante†octo dies, ita Abb. in cap.nam & ego,vbi etiam Innocen. extr. de verbor.ſign. Bald.in d.cap.primo,§.quinetiam verſic.Et dicit Innocen.vbi Iacob.Aluarot.verſic. Dicit etiam Baldus, Præpoſit. poſtea effectus Cardinalis Alexandrinus,verſic. Quando autem,& Atſlict.colum.penult.in fin.idem etiã ſcribunt Iacobin. de S.Georg.in inueſtit.feud. in verb.Et fœminis,columna ſecunda, circa finem,verſ.Adde quòd ille dicitur,Andr.Tiraq. in d.l.ſi vnquam,in verb. Suſceperit liberos,numero 167.verſic.Qui priori loco, C. de reuoc. donat.Franciſc.Marci deciſ.109.in fin.Odd.in d.tract.de compen.partic.6.artic.ſecundo,concluſ.7.verſ.Secundus caſus eſt,fol.190. & Stephan.Bertrand.d.conſil.217.num.4.verſ.Quibus omnibus adijcio,lib.1.

Deque iſtis octo diebus ſcribitur Geneſi, capit.17.& iterum Leuitici 12. præcepiſſe Dominum octauo die infantem à natiuitate circumcidi, quo etiam die circumciſus extitit Dominus Ieſus Chriſtus Redemptor noſter, Luc. cap.2. cuius legis rationem reddit Auguſtin.in Quæſtionib. ex veteri teſtamen. cap.29.& poſt eum Franciſc.Marci d. deciſ. 169. in fin. Apud Ro-
33 manos † maribus nono die, fœminis octauo imponebantur,vt ſcribit Plutarch.in problem. Romanorum, cap. 100. incip. Quid eſt, rationem afferens,quòd inquam prius fœminis, nã & augetur fœmina, creſcitque, & adulta antequam maſculus perficitur: dies autem prædictos potiſſimum capiunt qui ſeptenarium ſubſequuntur, ſeptimus enim dies cum in cæteris, tum ad vmbelicum infantibus nuper editis periculoſius eſſe conſueuit, nam ſeptimo die pleriſque reſoluitur, donec autem diſſolutus plantæ longe ſimilior eſt infans quàm animali. Vel ſicut Pythagorici numerum parem fœminã vocant, marem imparem, fecundus eſt, & compoſitum parem vincit, ſique in vnitates diuidatur par numerus quaſi fœmina locum in medio vacuum præbet, imparis vero numeri pars aliqua plena ſemper relinquitur, quo fit vt alterum fœminam, marem alterum eſſe putent. Vel quòd in numeris nouenarius primus eſt, tetragonus ab impari, & perfecto ternario: octonarius autem primus cubus à binario numero, quem parem eſſe conſtat: oportet autem quadrangulũ eſſe, & imparem,& perfectum; Vxorem autem ſicut cubum ſtabilem, & domi ſeruãtem,& immobilem: illud etiam addendum eſt, octonarium numerum cubum eſſe qui à binario compona-

Digitized by Google

ponatur, nouenarium verò quadrangulum eſſe qui de denario conficiatur. Vtuntur inſuper duobus nominibus fœminæ, mares verò tribus, hæc Plutarchus vir antiquitatum doctiſſimus,
24 Hi dies, octauus, atque nonus luſtrici † dicebantur ſiue luſtrati, ab eodemque nono die naſcentium Nundinam Deam Romanorum nuncupatam fuiſſe Macrob. Saturnal. lib. primo, cap. 16. & Feſtus Pompeius in verb. Luſtrici, aſſeruerunt. Hactenus dicta Ariſtotelis, lib. de natur. animal. 7. cap. poſtremo, ſenſum explicare videntur, ſcribit enim nato infanti ante diem à natiuitate ſeptimum nomen non imponi, vt de octauo, ac nono fortaſſe intellexerit.

HYPOTHESIS.

Sedulo hic inſpici, patre inſimul cum filio ruina, naufragio, aut aggreſſu morientibus, uter eorum præmortuus fuerit: Duoque iura nempè textum in l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell. & l. qui duos, §. cum in bello, ff. de reb. dub. diſcuſſis aliorum intelligentijs demum inuicem conciliari.

SVMMARIVM.

1 *Patre inſimul cum filio ruina, naufragio, vel aggreſſu decedente, nunquid filius præmortuus, an pater cenſeatur.*
2 *L. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell. & l. qui duos, §. cum in bello, ff. de reb. dub. ſuper hac quæſtione inuicem reluctari: ipſarumque primum intellectum afferri ex Dyno, & Oldrado, eundēque intellectum comprobari, num. 12.*
3 *Senem citius mori, præſumendum eſſe.*
4 *Ædificia antiqua citius corruere præſumi.*
5 *Quinquagenarios poſſe in teſtes ad perpetuam rei memoriam examinari.*
6 *Robuſtiorem ad pugnādo prouocaſſe cenſeri: etiam ſi interfectus in pugnare manſerit, nu. 7.*
8 *Robuſtiorem prius naſci, præſumi.*
9 *Robuſtiorem ex Baldo prius natum cenſeri ad obtinendum ius Primogenitura: hanc tamen opinionem contradictores habere, vt Andr. Tiraquell. teſtatur: remque ex Ioanne Baptiſta Palomba diſtingui, & denique loca indicari.*
10 *Bartolum mirifice laudari, & num. 11.*
13 *L. ex facto, §. ſi quis autem, & d. l. qui duos, §. cum in bello, Secundam ſolutionem explicari, ſed reprobari.*
14 *Subſtitutionem pupillarem contra iuris regulas introductam fuiſſe.*
15 *L. ex facto, §. ſi quis autem, & d. l. qui duos, §. cum in bello, Quintum intellectum ex Franc. Ripa recenſeri, ipſumque roborari, nu. 16.*
17 *Simul dictionem, robur coniunctiuæ dictioni, cum, adijcere: ſimultaneum actum oſtendendo.*
18 *Cum dictionis coniunctiuæ naturam exprimi.*
19 *L. ex facto, §. ſi quis autem, & d. l. qui duos, §. cum in bello, Sextum intellectum ex Raphaele Cumano, afferri, ſed reijci.*
20 *Fictionem non admittere probationem in contrarium.*
21 *L. ex facto, §. ſi quis autem, & d. l. qui duos, §. cum in bello, Septimum intellectum ex Vincentio Herculano Iuriſconſulto Peruſino recenſeri, ac reprobari.*
22 *Legum earundem Octauum intellectum ex Socino ſenjore, & Didaco Couarruuias Toletano coniunctim exprimi, & refelli.*
23 *Prius vel poſterius non dari regulariter in ijs quæ pariter fiunt.*
24 *Ordinem eſſe geſtarum rerum, vel gerendarum ſecundum prius, & poſterius.*
25 *Patre, & filio pubere ruina, & naufragio, vel aggreſſu inſimul extinctis, vbi agitur de ſuperexiſtentia reſpectu ſucceſſionis quæ iure pertinet ad deſcendentes, ſiue aſcendentes, patrem prædeceſſiſſe præſumi: idque fauore pię cauſæ ampliari, num. 29. Item fauore libertatis, num. 30. Declarari etiam dummodo in dubio verſemur, nu. 31. Limitari adhuc niſi ex alijs coniecturis aliud reſultaret, num. 32.*
26 *L. qui duos, §. cum in bello, rationem, cur Hadrianus crediderit prout in ipſo contextu cōtinetur, afferri.*
27 *Subſtitutionem compendioſam communibus verbis factam, matre in medio exiſtēte, pupillarem non continere.*
28 *Præſumptionem in naturali ratione fundatam fortiorem eſſe præſumptione fundata in ciuili conſideratione.*
33 *Patre, & filio impubere ſimul ruina, naufragio, vel aggreſſu pereuntibus, ſi de ſuperexiſtentia quæreretur, reſpectu ſucceſſionis patris, vel alterius aſcendentis, filium impuberem prius deceſſiſſe credendum eſſe: Hocque ampliari ſi diuerſis in locis ruina, bello, vel naufragio perirent, incertum eſſet, quorum alter prius deceſſerit, numero 35. Item ampliari etiam, quòd filius pupillarem ætatem paululum excederet, numero 36.*
34 *Impuberes magis, atque facilius, quàm puberes terreri, opprimi, trepidare, languere, circumuolui, & mori, mortemque ſibi attrahere, nec ſe defendere.*
37 *Patre, ac filio pubere inſimul ruina, naufragio, vel aggreſſu morientibus, ſi de ſuperexiſtentia dubium eſſet, reſpectu ſucceſſionis extranei, patrem prædeceſſiſſe præſumi: idque ampliari, numero 38.*
39 *Fideicommiſſario agenti, vel excipienti in tacita conditione per eandem l. cum auus, ſubintellecta,*

ſta, in omni caſu non incumbere onus probandi granatum ſine filijs deceſſiſſe, ſecundum Marci Antonij Peregrini nouam conſiderationem, ipſam tamen licet pulcherrimam aliquantiſper in dubium reuocari.

CAP. IIII.

QVAESTIONI quam de filio illico moriente,momentoque patri ſuperſtite iam breuiter abſolui, aliam non minus intricatam & dubiam adiungere expedit, quid inquam in filio inſimul cum patre decedente,bello,ruina,vel naufragio dicendum ſit, an & is conditionem ſubintellectam,vel à teſtatore expreſſam, ſi ſine liberis deceſſerit extinguat, ſubſtitutumque excludat? Et omiſſis multis quæ poſſent in hac perdifficili materia afferri,retinendo tantum terminos conditionē præ-
1 dictam reſpicientes, clara adeſſe videtur † Vlpiani lib.2. Fideicommiſſ. ſententia, in l.ex facto,§.ſi quis autem,ff.ad Trebellian. his verbis expreſſa,Si quis autem ſuſceperit quidem filiū verum viuus amiſerit,videbitur ſine liberis deceſſiſſe:Sed ſi naufragio,vel ruina, vel aggreſſu vel quo alio modo ſimul cum patre perierit,an conditio defecerit videamus? & magis non defeciſſe arbitror, quia non eſt veriſimile filium eius ſuperuixiſſe: aut igitur filius ſuperuixit patri,& extinxit conditionem fideicommiſſi, aut non ſuperuixit,& extitit conditio; Cum autem quis ante, & quis poſtea deceſſerit nō apparet, extitiſſe conditionem fideicommiſſi magis dicendum eſt. hactenus Vlpian.Sed contra hunc textum fortiter pugnare,ac vrgere videtur Triphonini lib. 21. Diſputationum reſponſum, in l.qui duos,§.cum in bello,ff.de reb. dub. Cum in bello(inquit) pater cum filio perijſset,materque filij quaſi poſtea mortui bona vendicaret, agnati verò patris quaſi filius ante perijſset,Diuus Hadrianus credidit patrem prius mortuū; Si cum filio ſuo libertus ſimul pericrit, inteſtati patrono legitima defertur hæreditas, ſi non probatur ſuperuixiſſe patri filius, hæc enim reuerentia patronatus ſuggerente dicimus. Nec plura ibi Triphoninus. Harum legum antinomia inſignis eſt,cum videantur ſe inuicem caſu & euentu collidere, vt clariſſimor. Iuriſconſultorum ingenia feliciſsima acriter torſerit, dum conciliationi incumbere acutiſſimis imaginationibus, omnique prorſus conatu ſtuduerunt.

2 Primus igitur intellectus † affertur, vt text. in d.§.ſi quis autem, de impubere filio loquatur, qui cum debilior ſit cæteris paribus, præmortuus præſumitur,Dyn.de Mugell.& Oldr. de Laud.in l.ſi hi qui, ff. de donat. cauſ. mort. Andr.Alciat.in tract.de præſumpt. reg. prima, præſumpt.49.num.primo,& tertio, Socin.ſen. in d.l.quod de pariter,num.6.verſic. Secundò principaliter,d.tit. de reb. dub. Hugo Donell. in d.l.qui duo,§. cum in bello. Natura ſiquidē ſuadet,impuberem prius deceſſiſſe, quàm patrem,aut matrem,tum ob terrorem, qui impuberibus velocius incutitur, quàm puberibus, & adultis, tum ob doloris impatientiam, tum etiam ob debilitatem, ſeu infirmitatem virium & corporis,vt credibile certè ſit,impuberem in tumultu repentino, omniumque partium conſternatione, & præſertim patris à quo vno pendebat, in inſtanti periculo, ſtatim terrore exanimatum fuiſſe redditum, Nam pueri, quibus nullus eſt vſus,& qui cuncta maiora,quàm ſint admirantur, & faciunt ob imperitiam ætatis,rebus quibuſcunque etiam leuibus concitantur, impatientia doloris in ea ætate ſumma, vt quæ eiuſmodi malis ferēdis minimè ſit aſſueta, mortem accelerat: Quod Paul. Iuriſconſ.lib.3.Reſponſ.indicaſſe viſus eſt, in l. inter ſocerum, in princip.ff.de pact.dotal. vbi conuentione inter ſocerum,& generum inita, vt ſi filia mortua ſuperſtitem filium anniculum habuiſſet, dos ad virum pertineret, quòd ſi viuente matre filius obijſſet, vir dotis portionem vxore in matrimonio defuncta retineret,mulier autem naufragio cum anniculo filio perierit. Quia veriſimile(inquit)videbatur ante matrem infantem perijſſe, virum partem dotis retinere placuit. Textus verò in d.l.qui duos,§. cum in bello,de pubere filio intelligendus ſit, vt ei pater prædeceſſiſſe credatur, quemadmodum ſcribit Bald. conſil. 144.In cauſa vertēte inter Dominam Florem, num.3.& 6.lib.quinto, Robert.Marant.Venuſin.in procem.ſui tract.de ordin.iudic.num.15.
3 Cum ſecundum naturæ ordinem ſenex † citius mori quàm iuuenis præſumatur, l.nam etſi parentibus,in princ.ff.de inoffic.teſtamen.l.is qui ex cauſa,in fin.iunct.gloſſ.ff.de fideicommiſſ.libert.l.hæreditatum,ff. ad l. Falcid.l. ſcripto, in fin.ff.vnd.liber.Andr.Alciat.in d.tract. de præſumpt.reg.prima,præſumpt.43. nume. primo, Socin.iun.conſ.98. Viſo puncto, num.quinto, conſil.167.Præſens conſultatio, colum.tertia, nu.14.lib.ſecundo,& ante iſtos Andr.de Iſern. in cap.primo, num.ſeptimo, verſic. Vel diſtinguas, quo temp. mil. Hinc antiqua ædificia ci-
4 tius † corruere præſumuntur, §. ſi autem non ſufficiat,Auth.vt null. fabric.orat.dom.Alciat. d.reg.prima,præſumpt.45. nu.10. in fin. Quo fit, vt annum agēs quinquageſimum poſsit ad perpetuam rei memoriam, tanquam ſit periculum in mora ob mortis dubitationem pro teſte
5 examinari, † Innocent. & alij in cap. quoniam frequenter,§. primo, vt lit. non conteſt. & poſt Andream Alciatum,tradit Fab. Monteleon. in

tract.

tract.de priuileg.ſenect.cap.5.num. 16. verſic. Præſumptionibus in ſenum fauorem, fol. 20. Hæc autem preſumptio inde ortum habet, nam pubes præſumitur robuſtior, ac fortior, præſumitur etiam audacior, otitur ſiquidem audacia ex viribus, & fortitudine; proinde robuſtior ad
6 pugnam † prouocaſſe præſumitur, Florian. de S.Petr. in l.1.§.cum arietes, ff.ſi quadrup.paup. feciſs.dic.arg.l.non omnes,§. à barbaris, ff. de re milit. & hoc dictum ſequitur Bartholom. Veronenſ.conſil.28.Magiſter Iacobus, colum. 3. verſic.Octauo quia dictus, & conſil. ſequen. Viſo proceſsu, colum.4.verſic.Septimo ex eo, inter eius reſponſa criminal. Vbi & hoc dicit pro-
7 cedere, etiam ſi robuſtior † fuerit interremptus & cum ipſo Floriano ſentiunt, Hippol.de Marſil.in rep. rubric.de probat.num.415.Alciat.in d.tract.de præſumpt.reg.tertia, præſumpt. 39. num.decimo, & ante Florianum hoc idem ſcripſit Bald. conſil. 312. Viſis actis, ad fin. verſic. Solutio, poſset dici, lib.quarto, aſserens, ita antiquos dixiſse, vt per eum.

8 Sic etiam † robuſtior præſumitur prius natus l.ſi fuerit, §. fin. vbi Bart.not.ac etiam Paul.de Caſtr.ff.de reb.dub.glo.in l.idem erit, vbi Bal. in princ. in prima lect. & iterum in ſecunda lectura, in fin.ff.de ſtat.homin.rurſus in 1.Conſt. ff.§.itaque, num. octauo, colum. tertia. Quod Bald.in d.l.idem erit, pro iure primogenituræ notandum eſse affirmat, licet hæc concluſio vſquequaque tuta non videatur, cum plures non
9 ſpernendæ autoritatis † in cõtraria fuerint opinione, quos referendo ſequitur Andr. Tiraqu. in tract.de iur. primogen.quæſt. 17. in 7. & 8. opin.num.3.verſ.Et ego certè fateor, fol. 187. de quo latè Cyn.in l.Arethuſa, nu. 9. in 3. q. d. tit.de ſtat. homin. Sed nouiſſimè diſtinguit Io. Bapt.Palomb.in tract.de regimin. official. reg. prima.num.53. & 54. vt inquam Regi duobus filijs natis vno vtero, & neſcitur quis prior ſit, vel poſterior, poſſit Rex eligere quem magis in Regem voluerit, Regnumque gubernet, & poſt Bald. videtur ſenſiſse, dum electionem ad optimates reducit, Ludouic.de Molin.in tractat.de Hiſpan.primogen.lib.3.cap.primo, nume. 21. verſic. Sed quamuis, vbi latè vſque ad finem. Secus in Barone, nam robuſtior, & formoſior prius exijſse præſumitur, vt per eum, exciſo autem ventre, quod ambo regnarent, Bald.in d.§. itaque, col. 2. in fin. verſ. Ex his apparet, Io.de Anan.in rubr.extr.de ſortileg.col.6.& dixit Palomb.d.reg. 1.n.76. Cumque materia circa natos vno vtero ad obtinendũ ius primogenituræ uaria ſit, & inuoluta, ideo videndi ſunt, Io.And. in addit.ad Specu. tit.de feud.in rubr.verſ. Hic interpono. Alex.in l.qui filiabus,§.1.nu.4.ff.de leg.1.& Felin.in c.capitulum, col.antepen.n.19. ſtat.de reſcript. vbi de exciſis ex vtero matris, ut ambo ſuccedant. Redeundo nunc ad propoſitam ſolutionem, omnia in contrarium concurrere in pubere videntur, quæ in impubere dicebam, & propterea contraria iuris diſpoſitio cõcurrere etiam debet. Sed hanc primam ſolutionem ex differentia pubertatis, & impubertatis communiter reprehendi inquit Rip. in d. §. ſi quis autem, num.8. ipſa enim diſtinctio procederet, quando de diſpoſitione legali ageremus, ſecus ſi de hominis diſpoſitione prout in d. §. ſi quis autem, contingit, & ita teſtatur Bar. in d.l. quod de pariter, col. fin. in prin. verſ. Si vero aliquo agẽte. Et ratio diuerſitatis ſecundũ Doct. eſt, quia niſi adhibeatur præſumptio quis prior mortuus ſit, vbi de diſpoſitione legis agitur, caſus remaneret indeciſus, & lex nos in incerto relinqueret, quod dicendũ nõ eſt, §. quib. in 1. Cõſti. C. ſecus vbi agitur de diſpoſitione hominis: quia etſi homo nos in incerto relinquat, dubitatio tñ per legẽ reſoluitur. Porrò aũt hęc diſpoſitionis hominis, & legis differentia videtur cõfundi per tex. in d.l. inter ſocerũ, alleg. per gl. in d.§. cũ aũt, qui reſpondet Bart. naturã verborũ expoſcere ibi, filiũ ſuperuiuere. Quamuis Fran. Rip. aſſeruerit, ſe nõ intelligere, qualiter illa verba, Si filiũ ſuperſtitẽ habuiſſet, magis hoc diſcrimen admittant, q̃ hæc verba, Si ſine liberis deceſſerit. Dumque ſecundo reſpondebat Bart. q̃ in d.l. inter ſocerũ, ſtipulatio in caſu quo filius nõ eſſet ſuperſtes, continebat id quod ius cõe, ideo interpretatio recipiatur quę iuri cõi fauet, ſubdit Rip. iſtã ẽt reſponſionẽ ſibi adhuc nõ ſatisfacere, quia ſtipulatio illa ſemper faucbat viro & non patri, propterea non continebat idem quod ius cõe, quo inſpecto, nihil debet remanere apud virũ, l.iure ſuccurſũ, ff.de iur.dot.l.dos à patre, ff.ſol.matr. Præterea, in hominis diſpoſitione magis voluntati diſponentis q̃ iuri cõi fauendũ eſt, l.in conditionib.hoc tit. Cęterum dubio procul ego arbitror nihil ferè quicquam
10 apud Bart. † inueniri quod vel improbari iure vel contẽni poſſit, ſed omnib.eius dictis cõſulto ac iuridice emiſſis, ſit omnino acquieſcẽdũ, qui ergo apertè in eũ tit. inuehuntur, quiue præterea tãtũ eruditionę virũ, lapſum affirmãt, ac dicta die reũ agunt, ſic in propoſito reijci poſsũt, vt Bart. mens fuerit, illam opin. comprobare, quod muliere cum filijs decedente, dos tota apud maritum remaneat, quã ponit Salic.in d.l. dos à patre, & poſt eum latiſſimè Ludou.Rom. in l.poſt dotem, d.tit.ſolut.matrim. Vnde Bart. loquitur reſpectu primi pacti, quod fuit, vt ea ſine filijs decedente dos tota apud virum remaneret, ut pactum illud idem cõtineat quod lex: ne ergo tota dos uirtute pacti penes virum reſideat idem continẽtis quod ius cõe, pręſumitur ibi impuberem prædeceſſiſſe, ex qua præſumptione ſequitur, quòd ſi propter illã maritus à

tota dote excluditur, in conſequentiam de neceſſitate partem dotis retineat: & ſic patet totũ hoc à pacto idem quod ius commune continente cauſari,& ſic probat illa littera ſingulariter, quod ubi propter diſpoſitionem legis, vel hominis continentis idem,præſumitur aliquẽ præ decedere,iſta præſumptio operatur etiam in diſpoſitione hominis quæ in conſequentiam ad diſpoſitionem legis accedit,& quæ eſt vnita,illique veluti connexa,imo ferè eadem,ad quod rectè inducitur regula text. in l.qui patri, ff. de acq.hæred.& quod per illum text.dixit Bart.in l.4.§.Cato,in 3.opp.ff.de verb.oblig. Vt nõ ſit
11 credendum fuiſſe Bartolum ſic erroneè †loquutum,cum eo enim,vt dixit Angel. in rep.l. 1.C. de iudic.num.62.verſi.Poſtca vltimo loco,ſemper eſt quieſcendum,quem egregium, ac ſublimiſſimum Doctorem appellat, in quo etiã continuo eſse ſolet ſubſtãtia veritatis,quemadmodum teſtatur Ludou.Roman.conſil. 469. Quo ad primum,col.2.circ.fin.verſ.Quanquam autem,proinde quicquid legendo concluſerit,tamen ibi conſulendo non fuit auſus à Bartolo recedere, Hinc alibi idem Ang.conſil.15. Quæcũque diximus,col. 1. verſ. Verum quia, vlterius inſiſtere non molitur, cum quæſtio de qua ibi diſputata fuiſset per lucernam iuris nempè Bartolum de Saxoferrato,de eoque plura,& quidẽ inſignia ſcribunt, Iaſ.in l. quidam cum filium, nu.35.cum pluribus ſequen. ff. de verb. oblig. Franc.de Curt.in l.admonendi, in princ. ff. de iur.iur.& conſ.5. Facti contingentia,colum.13. Ferdinan.de Loaz.in rep.l.filiusfamil. §. Diui, num.31.ff.de leg.1. Omiſsa reiectione alterius lapilli per Franciſcum Ripam, vt ſupra iniecti, præcedẽs puberis, atque impuberis diſtinctio. Secundo poſterius videtur ex ijs quę tradit Frãciſc.Aretin.conſil.50. Copioſè & eleganter, colum.3.verſi. His tamen,ſi enim præſumptio imbecillitatis cauſaret hoc, quod pubes filius videatur patri ſuperuixiſse,falſa eſset ratio Iuriſconſulti in multis caſibus, nam vſque ad annũ vigeſimum quintum excuſatur minor à muneribus perſonalibus, à quibus datur excuſatio, propter corporis imbecillitatem, vt patet in l. ad Rempublicã,ff. de munerib. & honorib. ac in l.ſecunda,in princ.& in §.corporis debilitas, ff.de vacat.muner. & tamen à vigeſimoquinto anno ſupra,non excuſatur quis à muneribus,niſi poſt ſeptuageſimum, vnde conſtat, ſine controuerſia legem præſumere maiorem viginti-quinque annis fortiorem,& habiliorem,ad minus, vſque ad ſexageſimum: ſi ergo pubes, vſque ad annum vigeſimumquintum à quatuordecimo comparetur homini trigintaquinque annorum, ad minus, vſque ad quinquageſimum, vel quadrageſimumquintum erit quidem fortaſsè agilior, ſed non æquè fortis, maximè,vſque ad vigeſimum annum,ne igitur rationes Iuriſconſultorum redarguamus,non eſt dicendum aſſertum diſcrimen verum eſſe.

12 Sed rectè conſiderando intellectus † prædictus,ſiue allegatum diſcrimen puberis, atque impuberis manifeſtè videtur comprobari poſſe,ex d.l.qui duos,§.fin.de reb. dub. Si Lucius (inquit) Titius cum filio pubere quem ſolo teſtamento ſcriptum hæredem habebat perierit, intelligatur ſuperuixiſſe filius patri, & ex teſtamento hæres fuiſſe,& filij hæreditas ſucceſſoribus eius defertur niſi contrarium approbetur: Quòd ſi impubes cum patre filius perierit, creditur pater ſuperuixiſſe, niſi & hic contrarium approbetur. Vt videatur Triphoninus hoc ſequenti §.declarare,quod in eadem l. qui duos, §.cum in bello,dixerat. Conſtat etiam differentiam illam ſubſiſtere,ex l.cum pubere,iuncta l. ſeq.quæ incipit,Si mulier,d.tit.de reb.dub. Cũ pubere filio(ait Iabolenus) mater naufragio perijt, cum explorari non poſſit vter prior extinctus ſit, humanius eſt credere filium diutius vixiſſe; ſequitur d.l.ſi mulier, vbi Caius Iuriſconſultus, Si mulier cum filio impubere naufragio perijt,priorem filium necatum eſſe intelligitur.

Quicquid tamen circa hunc primum intelle
13 ctum dici poſſet,Secundam ſolutionem,† ac intelligentiam Doctores afferunt,quòd in dict.§. cum autem,filius ſuperuixiſſe fauore conſeruãdi fideicommiſſi non præſumatur, ſecundum gloſſ.vltimam ibi,& in d.§.cum in bello. Hęc autem ſolutio per Bart.in eodem Triphonini contextu,& per Doct.in d.§.ſi quis autem, reprobatur,cum ſit contra tex.in l.ſed & in illo,d.tit. de reb.dub. vbi fauore pupillaris ſubſtitutionis magis fauorabilis conſeruandæ, non præſumitur pupillũ prius deceſſiſſe. Niſi negauerimus amplitudinem fauoris circa pupillarem ſubſtitutionem,quæ licet fauorem pupilli contineat,
14 tamen negari nequit ipſam contra regulas † iuris communis introductam fuiſſe, cum lex permiſerit patrem poſſe teſtamentum pro filio pupillo facere,illi pupillariter ſubſtituendo, quæ ſubſtitutio pupillaris teſtamentum filij dicitur, l.patris,& filij, ff. de vulgar. & pupill. & ſic iſto caſu factio teſtamenti ex alieno pẽdet arbitrio, contra l.prima,ff.de teſtamen.permittitque lex patrem poſſe filio pupillariter ſubſtituere quẽcunque extraneũ, & matrem excludere, quod ipſe filius nõ poſset, l.Papinianus,§. ſed neque impuberis,ff.de inoffi.teſtamen.& cap.ſi pater, de teſtamen.in ſexto,non mirum igitur ſi ceſsãte prioritate,vel poſteritate mortis pupilli vitietur ſubſtitutio iſta ob incertitudinem, quod in fideicommiſſis vndique fauorabilibus non contingit. Prætermiſſis itaque tertio intellectu, ac quarto;qui per Vincentium Herculanum, col. antepen.& Fran. Rip.col.3.nu.8.exploduntur,

Quin-

15 Quintus fuit eiuſdem Ripæ ibidem † intelle
ctus, quod in ipſo §.cum autem, conſtaſſet pa
trem,& filium ſimul perijſſe,in d.§.cum in bel-
lo,nequaquam, nam primo caſu ſimul eodem
naufragio,ruina,vel aggreſſu,aut ſimili caſu in-
ſtantaneo perierunt, in quibus quidem termi-
nis loquitur etiã d. l. quod de pariter,cum ſeq.
ſecundo vero caſu in d.§.cum in bello,pater, &
filius in caſu continuo tractum temporis habẽ-
te deceſſerunt,vt non poſſit propterea dici vtrũ
que ſimul perijſſe: Sed contra iſtum ſenſum ob
ſtat, verſ.fin.qui generaliter loqui videtur, Cũ
autem(inquit)quis ante, & quis poſtea deceſſe
rit non apparet:extitiſſe conditionem fideicom
miſſi magis dicendum eſt. ad iſtum verſ.reſpon
det vterque Imol. vt ad quæſtionem propoſitã
referri debeat: Socin.autem in d.§.cum in bel-
lo,iſtud nõ admittit, ex eo potiſſimum quòd ex
diuerſitate rationum appareat, verſiculum fin.
non poſſe ad præcedentem quęſtionem referri,
quia ſecundum eum quæſtio præcedens ex ve-
ra probatione deciditur,quæſtio verò dicti ver-
ſic.fin.ex præſumptione terminatur. Fran.Rip.
in d.§.ſi quis autem,ante num.9.verſ.Tu adhæ
reas,dicit opinioni Imolæ deferendum eſſe, nã
Iuriſconſultus non decidit præcedentem quæ-
ſtionem ex vera probatione, vt Socin. ſcribit,
ſed ex veriſimili coniectura,vt ex illis verbis cõ
ſtat, Quia non eſt veriſimile, & eadem ratione
deciditur vltima propoſitio: Vlterius Iuriſcon-
ſultus ex præcedentibus diſtinctionem infert,
vt ibi, Aut igitur, quæ illatio claudicaret ſi vlti
ma pars diſtinctionis de alia dubitatione loque
retur,l.Diuus,ff.de cuſtod.reor.l.ſi procurato-
rem,§.ignorantes,ff.mand.& ex his Ripa hunc
intellectum veriſſimum eſſe credidit.

16 Ad cuius quidem corroborationem † conſi-
derandum eſt,differentiam hanc Reſponſis ijſ-
dem Iuriſconſultorum aperiri,cũ in d.§. ſi quis
autem,dictionem illam,ſimul, Vlpian. addide-
rit,ibi,Simul cum patre perierit, Triphoninus
verò in d.§.cum in bello,ſimplici dictione con-
iunctiua, cum, vtatur, patet igitur vltra actum
re ipſa continuum habentem tractum tempo-
ris, id verbis etiam demonſtraſſe, nam priori
caſu dictioni coniunctiuæ, cum, aliam dictio-
17 nem,ſimul,addidit, ſimultaneũ factum † oſten
dendo,ac in momento, & inſtanti conſiſtens,l.
ſi fundus,§.ſi duo,ff.de pignorib. poſteriori ve
18 ro additionem hanc omiſit ſimpliciter † coniũ-
gendo,l.ſi isqui ducenta,in prin. vbi Bar.d.tit.
de reb.dub. Bald.in l. 1.§.vbi autem,num.4.C.
de caduc.tollen.& hoc idem quòd in d.§.ſi quis
autem,conſtabat filium ſimul cum patre perijſ-
ſe, videtur ſenſiſſe Paul. de Caſtr. conſilio 101.
Ad primum quæſitum, in princip. verſic. Ta-
men ille, §. loquitur,lib.2.

Denique in hoc negocio Rip. d.num.nono,
verſic.Et circa hoc,proximum iſtum intellectũ
retinendo diſtinguit,quòd aut pater, & filius,
naufragio, ruina, vel aggreſſu, aut ſimili caſu
momentaneo ſimul perierunt,& patrem ſuper-
uixiſſe præſumatur, vt fideicommiſſum non de
ficiat, ſed ſubſtitutus admittatur, iuxta d. l. ex
facto, §. ſi quis autem, Aut pater,& filius caſu
continuo habente tractum ſucceſſiuum mortui
fuerunt, & tunc præſumatur patrem prædece-
ſiſſe ſubſtitutus non admittatur, ſed fideicom-
miſſum expiret,d.l.qui duos,§.cũ in bello,hãc-
que diſtinctionem nouiſſimè ſequitur Alexan.
Trentacinq. in tract.de ſubſtit.in 4.part.cap.7.
num.76.verſ.Circa primum.

Sextò Raph. Cuman.in d.l. quod de pariter
19 dicebat,quòd regulariter † de pariter morien-
tibus quis non fingatur præmori niſi inter aſcẽ
dentem,& deſcendentem,quia non fingitur im
pubes ſuperuiuere,ſed pubes, & hoc quantum
ad effectum tranſmiſſionis,vt in l.cum pubere,
d.tit.de reb.dub. & Cumanum viſus eſt, ſequi
D.Sfort. Odd.in tract.de compend.ſubſtit.par
tic.6.art.2.concl.4.fol.189.verſ. Secundus ca-
ſus eſt.Sed Cuman. non benè dicit dum fictio-
nis meminis, nam non de fictione tractatur, vt
conſtat ex l.qui duos,in fin.d.tit.vbi inquit: Ni
ſi & hic contrarium approbetur, cum aduerſus
20 fictionem probatio † non admittatur,vt in l. ſi
duo,& ibi gloſſ.ac Doct.ff.de acq.hæred.dum-
que aſſerit huiuſmodi præſumptionem induci
quo ad effectum tranſmiſſionis, d.l.cum pube-
re,contrarium ibi tradit Socin.vt in illo tex. nõ
fiat tranſmiſſio,quod ipſe Socin. repetijt in d.l.
quod de pariter,§.ſed in illo,col.4.in prin.verſ.
Nec poteſt dici.

21 Septimam ſolutionem † Vincentius de Her
culanis Peruſinus afferebat,in d.l.ex facto, §. ſi
quis autem,col.fin.dicebat enim, quòd ibi pro
bato per fideicommiſſum,grauatum eiuſque fi
lios ſimul deceſſiſſe, probatam eius intentionẽ
eſſe, verum nanque eſt dicere filios non ſuper-
uixiſſe,ſicut requiritur,quãdo ſimul deceſſerũt
cum patre:nec ibi præſumi filium ſuperuixiſſe,
tanquam ſimus in diſpoſitione hominis in qua
huiuſmodi præſumptio ceſſat: in d.autem §.cũ
in bello,& in alijs iuribus allegatis in gloſſ. ibi,
ſumus in diſpoſitione legis, vel diſpoſitione ho
minis ſubrogata in locum legalis diſpoſitionis,
quo caſu,apparente hoc quòd pater,& filius ſi-
mul deceſſerint, fit præſumptio quis primo, &
quis poſtea expirauerit, ſecundum illam diſtin
ctionem,an filius eſſet pubes,vel impubes,vt p
Bart.in d.l.quod de pariter, & ſecundum hanc
ſolutionem(inquit) debemus dicere quod in fi
nẽ d.§.ſi quis autem,ponatur,vel repetatur per
viam concluſionis idem caſus, qui eſt poſitus
in verſic. Sed ſi naufragio, Vt ſic ad textum,
dum dicit, Cum autem quis poſtea, & quis

antea deceſſerit non apparet,debeamus ſubintelligere,ſed bene apparet eos ſimul deceſſiſſe, tunc enim (vt dictum eſt) fideicommiſſarius fundatam habet intentionem , quia quando ſimul deceſſerunt,verum eſt dicere,quòd filij nõ ſuperuixerunt,& ſic quòd ille deceſſerit ſine liberis,ſubdens hanc ſolutionem dediſſe Iac. de Aren. ipſamque tenere Raynerium de Forliu. Io. de Imol. & communiter Modernos , vt per eum . Verum enimuero iſte intellectus multa præſupponit quę diuinationem ſapiunt,addendo quæ non ſunt in textu aliter expreſſa,cumq. differentiam quam Herculanus cõſtituit inter diſpoſitionem hominis,atque legis, in ſuperiõribus reiecerimus, non eſt amplius inſiſtendũ , ne fruſtra tempus circa idem conteramus .

Octauò Didacus Couarruuias circa intelli-
22 gentiam †tex.in d.§.ſi quis autem,lib. 2.variar. reſol.cap.7.ver.Secundo hinc apparet, dicebat mirum haud eſſe,quòd ſubſtitutus Titio , ſi ſine liberis deceſſerit ad fideicommiſſum admittatur,Titio,& eius liberis ſimul ruina,aggreſſu aut naufragio pereuntibus , nam cum ſit ſatis , vt locus ſit ſubſtitutioni,quòd liberi nõ fuerint patri ſuperſtites,eo ipſo quòd probatum fuerit Titium,& eius liberos ſimul eodem caſu perijſſe,conſtat donec contrariũ probetur filios non fuiſſe Titio ſuperſtites: ſecus in d.§.cum in bello,vbi verſamur in ſucceſſione ab inteſtato,non in conditione quæ debeat in forma ſpecifica impleri,l.Męuius,l.qui hæredi,ff.hoc tit.vt ad hoc propoſitum Socinus ſubdebat. Cęterum & hic intellectus præclariſſimi, ac doctiſſimi Iuriſconſulti Hiſpani tutus non videtur,nam non eſt dicendum,in d.§.ſi quis autem, diſpoſitionẽ quã continet ex vi conditionis induci , tunc ſiquidẽ reſpectu patris deberet etiam vis cõditionis attendi,& caſus remaneret in incerto , & ſi ad legem recurrere pergeremus pro obtinenda certitudine,tunc ſuccederet,quòd in ijs quæ pariter
23 fiũt nõ eſſet dare † prius,nec poſterius, l. quod de pariter,cum l.ſequen.præalleg.tit.de reb.dubijs,Bart.in l.2.§.creditum, nume.7. verſic.Et ideo ſi plures,ff. ſi cert. pet. recedente namque ordine,prius ceſſat , & poſterius , eſt ſane ordo geſtarum rerum,vel gerendarum ex Ariſtotele
24 ſecundum prius † & poſterius, traditque Bald. in l. Arethuſa,in 3.not.ff.de ſtat.homin. Et multo magis hoc dicendum eſt,cum Iuriſconſultus ex veriſimili non autem ex formalitate conditionis ibi reſpondeat .

Pro vera reſolutione multum mihi arridet diſtinctio quam ex mente Socin. ſen. aſſumpſit Didacus Couarruuias , deindeque ex ipſomet Didaco attulit Iacob. Menoch.in tract.de præſumpt.in ſecunda parte,libro ſexto,præſumpt. 50.nume.vigeſimoprimo,& infra,vt tres caſus ſint conſiderandi .

25 Primus eſt,† quando vna ſimul pater , & filius pubes,ruina,bello,vel naufragio perierunt & agitur de ſuperexiſtentia reſpectu ſucceſſionis quæ iure pertinet, vel ad deſcendentes , vel ad aſcendentes,vt in caſu d.l.qui duos, §. cum in bello,d.tit. de reb. dub. filium etenim in hoc textu puberem fuiſſe conijcit Donellus , quòd impuberes ad bellum duci non ſolent: vel ex eo arguendum ſit filium ibidem puberem debere intelligi , cum idem Triphoninus Iuriſconſult. de impubere in fine illius reſponſi aliter autumauerit,ac reſpõderit,& Caius in d.l.ſi mulier, eod.tit.& concludendum eſt,vt Diuus Hadrianus credidit,patrem prius mortuũ fuiſſe. Qua-
26 re autem ſic Hadrianus † crediderit,multi perueſtigant,& varias rationes afferunt , ſed illam veriorem eſſe cenſet Menochius, vt id crediderit fauore matris , ne à luctuoſa filij hæreditate excluderetur, cuius quidẽ intuitu lex alia multa,& fauorabilia quidem conceſſit. Vnde ſubſtitutionem compendioſam verbis communibus
27 factam matre in medio exiſtente,† pupillarem non continere ſcribit Bart.in l. Centurio, num. 28.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.qui ad illam concluſionem firmandam allegat d.l. qui duos , §. cum in bello, & quamuis hanc rationem in propoſito non mouiſſe Triphoninum,vel Hadrianum ad id reſpondendum,dixerint Socin. iun. in d.l.Centurio,num.265. in fin. & Hugo Donell.in d.§. cum in bello , in fin. tamen ſi ipſam rationi per Soc.traditæ in d.l. quod de pariter , nu.7.verſ. Aliquando, coniunxerimus, ſolida, ac veriſimilis erit ratio quæ Hadrianum, ac Iuriſconſultum mouit, vt inquam ex humanitate quadam hoc cõtingat,l.cum pubere, tit. ſępius præcitato,de reb.dub.ibi, Humanius eſt credere filium diutius vixiſſe,quę humanitas deſumitur ex communi parẽtum voto, de quo in l.ſcripto,ff.vnd.liberi.& in l.nam etſi parentibus, in princ.ff.de inoffic.teſtam.quæ ratio militat etiã in hominis diſpoſitione .

Non obſtat ſi diceretur,rationem hanc à Socino conſideratam dubitationem habere non exiguam , propterea quòd ſic eſset dicendum decedente filio impubere vna cum patre, & tamen Triphoninus,& Iabolenus aliter reſponderunt . Nam aſſeuerari poteſt hanc humanitatem reſpectu impuberis conſiderari iſto caſu nequaquam poſſe, leges enim naturam imitãtur, §.minorum,Inſtit.de adopt. & quoniam impuberes natura imbecilliores exiſtunt,merito,dicta præſumptio impuberibus non congruit,fortior enim eſt præſumptio quæ ex imbecillitate ętatis deſumitur,q̃ illa quæ ratione voti parentũ contingit,vt deducitur ex d.l.ſi mulier,& facit text.in l.qui duos,in fin.d.tit.de reb.dubijs.
28 ſi fortior eſt præſumptio † fundata in naturali ratione , quam in ciuili conſideratione , licet

videre-

gitized by Google

videretur primo aſpectu contrarium fore dicẽdum,quia maior quodãmodo illuceſcebat verſari ratio humanitatis in pupillis deſcendentib. quam in maioribus,cum illis ſura magis faueãt vt in l.prima,cum materia,C.quand.imp.inter pupill.& vid.Sed dici poteſt,quòd licet prẽſumptio ſit fundata in humanitate, cum tamen ſit ſpecies probationis non debet eſſe omnino inueriſimilis,l.3.§.1.& l.ob carmen,§. ſi teſtes,ff. de teſtib. ſed multum diſtat à veriſimili, quòd pubes prius,quàm impubes moriatur, meritò naturalis ratio prævalet, ad quod bene facit text. in l. inter ſocerum, in princip. ff. de pact. dotal.

Et iſtum primum caſum comprobant,Bald. conſil.145.In cauſa,num.3.lib.5.Andr.Alciat. de præſumpt.reg.1.præſumpt.49.num.3.verſ. Et pater miles, Oſaſc. deciſ.108. Cæſar de Albertis,num.4.& 16.Io.Franc.Purpur. conſ.immed.ſeq.incip.Placet admodum,nu.5.Didac. Couarr.variar.reſol.lib.2.cap.7.num.8. in fin. & longe ante idem ſcripſit Alex. conſ.39. Viſo themate,nu.3.lib.1.& tenuit Excelſa Rot.Flor. vt in lib.73.Motiuorũ,fol.65.die 5.Maij,1593. in cauſa inter D.Bartholomẽũ,Franciſci Giani ex vna,& Lutrechum, Franciſci de Ciognis ex altera, quæ motiua in cauſa illorum de Mazzalupis reproducta ſemel inſpexi, cuius Auditorij quanta ſit autoritas amplitudo, ac dignitas, omnibus dilucidum,ac manifeſtum eſt.

Ampliatur hic caſus,vt procedat etiam quã-
29 do pia cauſa † ſuccedere deberet, quod enim liberorum fauore introducitur ad pias cauſas, etiam extendi poteſt,vt inquit Bart.in l.tale pactum,in fin.ff.de pact.& in l.1.colum.22.C.de ſacroſ.eccleſ.ita extendit Socin.ſen.in d.l.ſi mulier,col.1.nu.1.verſ.Ex quo infertur, ff. de reb. dub.quem ſequitur Iac.Menoch. d.lib. 6. præſumpt.50.num.25.

Secundò ampliatur,vt pari ratione idem di-
30 cendum ſit † fauore libertatis, cum idem dicamus fauore patroni,d.l.qui duos,§. ſi cum filio libertas ſiquidem fauorabilior eſt,l.libertas, ff. de reg.iur.facit l.cum inter veteres,C.de fideicommiſſ.libert.& eſt text. in l. ſi fuerit, in fine, dicto tit. de reb. dub. vbi de duobus ſimul natis ille præſumitur prius editus prout fauorabilius libertati eſt,Socin.in d.l.ſi mulier,colum.1. verſ.Infertur & ſecundò.

Limitatur Primò caſus prædictus, vt locum habeat quando verè in dubio verſamur, an filius, vel pater prius deceſſerit, ſecus quando
31 appareret filium etiam per momentum † temporis prius perijſſe, & ſpiritum emiſiſſe, l.cum pubere,ibi, Cum explorari non poſſit, & l. ſed & in illo,verſic.In quibus caſibus, d.tit. Socin. ſen.in d.l.ſi mulier,in princ.in 1. not. & Iacob. Menoch.d.lib.6.præſumpt.50.nu.26. ad idem facit,l.cum hic ſtatus,§.ſi ambo,ff.de donat.inter vir. & vx.in diſpoſitionibus nanque in quibus prioritas temporis attenditur,etiam prioritas momenti temporis eſt in conſideratione,vt aliàs dicebam.

Secundò limitatur, vt hic caſus non procedat, vbicunque aliis coniecturis apparere poſ-
32 ſet † filium prius deceſſiſſe, prout in quadam facti ſpecie reſpondiſſe Marianum Socinum, anno 1450.qui fuit Romæ annus Iubilæi, Bartholomæus Socin. refert,in d.l.ſi mulier, num. decimo,verſic.Sed aduerte,perierant enim inſimul pater,qui robuſtior erat, & filia tredecim annorum, Reſpondit Marianus præſumendum fuiſſe,quòd filia prius deceſſiſſet, Primò,quia ſi fuiſſet maſculus,præſumptio reſultaſſet, quòd tanquã impubes prius deceſſiſſet, ergò id multo magis in fœmina debilioris naturæ dicendũ erat,vt experientia docet, quæ eſt rerum magiſtra, cap.quàm ſit, de electio. in 6. Secundò, nam dicta puella ſui natura debilis erat quæ facillimè timore, aut etiam leui ictu perire poterat. Tertiò quia pater robuſtior erat, & fortior, vt latè per Socinum has coniecturas in præmemorato loco afferentem, quem refert, ac comprobat, Menoch. dicta præſumpt. 50. num.27.

Secundus caſus eſt, quando ageretur de ſu-
33 perexiſtentia reſpectu ſucceſſionis patris † vel alterius aſcendentis, & vna ſimul perierunt pater, & filius impubes, ruina, vel naufragio, & hoc caſu præſumendum eſt filium prius deceſſiſſe, vt reſpondit Triphoninus Iuriſc. in l. qui duos,§.fin.in fin.ff.de reb.dub. Quòd ſi impubes(inquit)cũ patre filius perierit, creditur pater ſuperuixiſſe: idem etiam voluit Caius in d. l.ſi mulier,eodem tit. Cum filio impubere mater naufragio perijt,priorem filium necatum eſſe intelligitur, quod etiam cenſuit Papinianus in d.l.inter ſocerum, in princ.ff.de pact. dotal. Hancque præſumptionem iuris à natura deductam eſſe ſcribit Io.And.in addit.ad Specul.tit. de præſumpt.§.ſpecies,nu.5.in verb. In prædictis,dum citat.tex.in d.l.qui duos,§.cum in bello, eandemque præſumptionem iuris in indiui duo admiſerunt,Dyn. & Oldrad.quos ſupra citaui,& quos refert,ac ſequitur Andr. Alciat.in d.tract.de præſumpt. d.præſumpt.49.nu.1.reg. 2.Socin.ſen.in d.l.quod de pariter, nu.6. verſ. Secundò principaliter,Hugo Donell.in d.§. cũ in bello,Didac. Couarr.lib.2.variar. reſolut. c. 7.num.9.verſ.Nam quod adducitur, Iac. Menoch.& is in ſuo tract.de præſumpt.d.lib.6.præſumpt.50.num.30.verſic.Sextus eſt caſus.Na-
34 tura nanque compertum eſt, impuberes † magis terrore,impatientia, ac dolore opprimi ob infirmitatem, ſiue virium imbecillitatem,imperitiam, atque inconſtantiam, vt facilius quam

puberes, trepident, langueant, circumuoluantur, mortemque oppetant quinimò interritum attrahant, ſeque promptiores ad moriendum reddant, nec propulſioni incumbant, minimeque diſenſioni ſtudeãt, quod apud Virg. lib. 2. Aeneid. cernere eſt.

Diffugimus viſu exangues: illi agmine certo
Laocoonta petunt: & primum parua duorum
Corpora natorum ſerpens amplexus uterque
Implicat, & miſeros morſu depaſcitur artus.
Poſt ipſum auxilio ſubeuntem, ac tela ferentem
Corripiunt, ſpirisque ligant ingentibus, & iam
Bis medium amplexi, bis collo ſquammea circum,
Terga dati, ſuperant capite, & ceruicibus altis.
Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos,
Perfuſus ſanie vittas, atroque veneno;
Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit:
Quales mugitus, fugit cum ſaucius aras
Taurus, & incertam excuſſit cervice ſecurim.

Laocoontis hoc tetrum, dirumque infortuniũ in Titi Imperatoris domo inſigni ſtatua antiquitus repræſentatum fuit, opus omnibus, & picturæ, & ſtatuariæ artis præferendum, ex vno lapide eum, & liberorum, draconumque mirabiles nexus de conſilij ſententia fecere ſummi artifices Ageſander, & Polydorus, & Athenodorus Rhodij, vt inquit Plin. lib. 35. cap. 5. nũc in hortis Pontificijs apud Vaticanum poſitum eſt. Aliud marmor Laocoontis Florentię extat in altis, ac nobilibus ædibus Mediceis, quod à Baccio Bandinellio ſcalptum referunt, opus etiam eſt præclarum, ſed illud Rhodium imitati ſunt multi, æquauit nemo, opus certè admirandum eſt, ſummiſque dignum laudibus cum antiquitatis eximiam artem referat: ſcitu perdifficile exiſtimandum videtur, an Virgilius poeticis coloribus Rhodios vicerit artifices, an verò Rhodij arte ſtatuaria Virgilium in demonſtrando, cælandoque patris acerbum interitum, filiorum languorem, draconumque rabiem, ac venenoſos morſus ſuperarint.

Ampliatur hic ſecundus caſus, vt locum ſibi vendicet etiam quando pater, & filius iſte im-
35 pubes † diuerſis in locis, ruina, naufragio, vel alio modo perijſſent, incertumque eſſet quorũ alter prius deceſſiſſet, nam adhuc præſumitur impubes prius mortuus, vt ſcribit Iacob. Menoch. d. lib. 6. præſumpt. 50. num. 32. qui Donelli oppugnationem refellit, & pro Menochio faciunt tradita per Paul. de Caſtr. d. conſil. 101. in princip. verſic. Aliàs ſi hoc non conſtat, lib. ſecundo.

Ampliatur Secundò, vt non ſolum in impubere procedat; verum etiam ſi filius, vel filia
36 paululum ætatem pupillarem † exceſſiſſent, ve luti de filia tredecim annorum dicebat Socin. in d. l. 11 mulier, num. decimo, verſic. Præterea, idem enim quo ad corporis vires de excedente paululum pupillarem ætatem, quod de ipſo pupillo iudicamus, ſicuti experientia inſtruimur, ac docemur.

Tertius caſus eſt, quando de ſuperexiſtentia
37 reſpectu ſucceſſionis extranei † ageretur, hocque caſu ſi pater, & filius ſimul moriantur non eſt præſumendum filium puberem patri ſuperuixiſſe, vt eſt text. in d. l. ex facto, §. ſi quis autẽ, ff. ad Trebell. vbi ſubſtitutus Titio ſi is ſine liberis deceſſerit, admittitur ad fideicõmiſſum, Titio, & eius liberis ſimul mortuis naufragio, ruina, vel aggreſſu, vel quo alio modo. Quia (Vlpian. inquit) non eſt veriſimile filium ſuperuixiſſe, & hunc caſum comprobat Socin. in d. l. 9 de pariter, num. 7. in conciliatione quam affert ad dicta duo pugnantia iura: Ceſſat enim hic illa humanitas quę militat ubi de ſucceſſione filij in bonis patris, vel filij ageretur. Ex quo infertur, quod ſi in d. §. ſi quis autem, fideicommiſſum fuiſſet factum ab aſcendẽte, tunc filium ſuperuixiſſe præſumeretur, quia militat eadẽ humanitatis ratio in hominis diſpoſitione, vt probat tex. huius l. cũ aũus, in ratione, & in dicto.

Ampliatur hic caſus, vt procedat etiam quã
38 do pater, & filia pubes † vna ſimul ruina, bello, vel naufragio perirent, cum enim de ſuccedendo extraneo agatur, vel de re acquirenda ab extraneo, non præſumitur filiam quamquam fragilioris, imbecilliorisque ſexus, ante patrem deceſſiſſe, ita reſpondit Franciſc. Aretin. d. conſil. quinquageſimo, Copioſè, & eleganter, colum. tertia, quem ſequuntur Didac. dicto cap. ſeptimo, num. octauo, verſic. His obſtare videtur, & Iacob. Menoch. d. lib. 6. præſumpt. 50. num. 29. fol. 111.

Porrò omittendum non cenſui, quòd in taci
39 ta conditione iſta à lege ſubintellecta † iuxta terminos iſtius context. & conſimilium iurium fideicommiſſario agenti, vel excipienti non incumberet onus probandi grauatum ſine filijs deceſſiſſe, quia fideicommiſſi figura tale onus in ipſum non reijcit, ſed excipienti ex legib. iſtis exceptionem probari incũberet, quia iſtud eſt legis bebeficium pręter teſtatoris ordinationẽ, cum & aliàs inter tacitam, & expreſſam liberorum conditionem plurimum interſit, licet enim filius inſucceſſibilis facto ſuo per repudiationẽ, vel facto patris per exhęredationem faciat conditionem deficere, eiuſque exiſtentia ſubſtitutum excludat, vbi in expreſſa, ſi ſine liberis deceſſerit conditione ſumus, gloſſ. Bart. & cõiter Doct. in d. l. ex facto, §. fin. Petr. & Cyn. in l. 1. C. de condit. inſert. Bart. contra glo. cum Imol. & Caſtren. in l. filiusfamil. §. cum quis, per illũ text. ff. de leg. 1. idem Bart. in l. 1. §. quæ habebat, ff. de bon. poſſ. contratab. ſub num. 4. Car. Ruin. conſ. 81. In quæſtione alimentorũ, nu. 15. verſ. Aliquando vero, de com. opin. atteſtans,

lib. 2.

ed by Google

lib.2.Aym.Crauet.conſ.62.Nobilis Vrbanus, num.2.verſ.Et poſito,lib.1.poſt Paul.de Caſt. Corneum & Calcaneum quos refert, latè Franciſcus Mantic. in d.tract. de coniect. vltim. volun.lib.11.tit.6.num.14.verſ.Planè & conditio, vbi plures citat, receptam ſententiam eſſe poſt Ruinum affirmans,ipſumque acriter defendẽs. Nihilominus tamen in tacita conditione ex diſpoſitione iſtius legis, & aliorum ſimilium iurium ſecus eſt, nam ſola exiſtentia non ſufficeret,niſi filius effectualiter ſuccederet,vt voluere Alberic.de Roſat.in l.generaliter, §. cum autem,C.de inſtit. & ſubſtit. Raph. Cuman.in d. §.cum quis,Alexand.ſub dubio tamen in l. centurio,num.60.de vulg.& pupill.ſubſtit.illisque Socin.num.16.& 17.Iaſ.num.22.Dec.in l. precibus,ſub num.11.vbi idem Iaſ.ſub num.6.ſed explicite Socin. hic ante num. 66. eſtque communis reſolutio,vt per Ruin.conſ.122. Conſideratis diligenter,num.4.& 5.lib.3. & conſilio 140.Viſo & bene intellecto,col.pen.ante num. 15.lib.2.conſ.106.Viſo,num.8.eod. vol. Hieronymus Zanch.in rep.l. hæredes mei,§.cum ita, num.853.verſ.Quod autem,& num.954.verſ. Sed tamen iſte coniunctus,& num.1182.verſic. Facit etiam, ad Trebell. cum alijs proprio loco in ſuperioribus per me adductis,quos recenſere non expedit, Sed Marc. Antonium Peregrinum non prętermittam,dicentem iſtam eſſe veriorem opin. in tract. de fideicom. artic. 28. num.56.verſ.Quarta ſit concluſio, fol.262. Et ita ex dicta concluſione in indiuiduo tradit idẽ Peregrin.in eod.tract.artic.43.num.58.verſic. Vnde ego infero,fol.400.dicens eſſe nouum dictum vt per eum. Quamuis autem hæc conſideratio ſubtilis plurimum ſit & pulchra,tanquam elaborata ſublimi ingenio Marci Antonij prædicti celeberrimi Doctoris,cuius eminentẽ doctrinam ſemper, & vbique ſum admiratus, tamen nonnihil dubia (ni fallor)fortaſsè videtur, ſi enim tacitam conditionem lex ſubintelligit, quòd minus ſcriptum quàm dictum fuerat inueniretur, vt in hoc Papiniani Reſponſo in fin. diſponitur,videtur confundi in propoſito ratio differentiæ quam Peregrinus affert ad ſuam illationem fundandam, congruitque textus in l. quoties,§.1.cum ibi not.ff. de hæredibus inſtit. Cumque habeamus idem reſponſum gloſſis, vel Imperatorijs declarationibus extentum,ſitque talis ſubintelligentia de iure ſpeciali,l.ſi ita ſtipulatus,§.Chryſogonus, de verbor.oblig.& tradit Ruin.d.conſ.140.num.14.lib.2.non expedit ipſam vlterius hac noua illatione alterare: Præſertim quia reſultaret hoc caſu quidam prę potens effectus, quem non admittit ius ſpeciale,quod iure communi debilius eſt,l. eius militis, §.militia miſſus,de teſtam.milit.Repetenda hic eſſent multa nuncupatimque diſcutiẽda ea quæ Raph. Cuman. Ruin. Mantic. & plerique alij ad intelligentiam d.§. cum quis, ſcripſere: pariter etiam ventilandæ forent diſtinctiones aliquæ traditæ per Socin. aliosque Doct. & an tacita prædicta conditio ex fictione,vel pręſumptione ſubintelligatur, quæ alibi declarata apparent,proinde ijs omiſſis,dixerim tandem Peregrinum vidiſſe materiam d.§.cum autem, aliorumque iurium tractantem,& diligenter diſtinguentem in præcitato tract. de fideicom. d. artic.43.à num.51.vſque ad 55. cuius eruditione admodũ fui delectatus. Vidiſſe etiam SYLVIVM SPANNOCCHIVM Iuriſconſultum ac Patritium Senenſem multa & certè ſubtilia ad dictas leges conciliandas,Quæſtionum libro tertio,ad tit.de nou.oper.nunc.num.92.verſic. Tertiò allegant,fol.72.inducentem,quæ in illuſtri poſita ſunt, ſed quid mirum è cum inter excelſos viros & omnium virtutum genere apprimè præſtantes ſit fulgentiſſimus, in eo enim nõ ſolum ſcientiarum & potiſſimum Iuriſprudentiæ lumen,ſed eius pariter antiquæ Nobilitatis & proſapiæ candor pręlucet,quodque in eo prę clarum valdè enitet, vitæ eſt innocentia quæ ipſum glorioſum reddit, O quam precioſum & ſummis dignum laudibus habetur, ſcientias vera nobilitate ac animi præſtantia integritateq. decorare,ingentiora equidem de hoc Nobiliſſimo viro afferre valerem,illũ nanque dum triennio iunctim in Alma Rota Florentina iudices vltimarum appellationũ fuimus, intimè cognoui, & eius in iure reddendo dexteritas admirationem mihi & in eum ſingularem obſeruantiã peperit, vt non abre maximum hunc floridiſſimi ingenij Iuriſcõſultum ſuſpexerim,coluerim atque ardenter amauerim, eius quoque probitatem,morum ſuauitatem,modeſtiam,aliasque eius animi ac corporis dotes quaſi ſtupidus sẽper contemplauerim: quia autem non ſimplex elogium,ſed hiſtoriam vermiculato dicendi genere quærunt inclita Syluij Spannocchij Senẽſis facta Heroica, nec compendium patiuntur, quæ ſcriptoribus eximium argumentum præbẽt, ideo ad alia me transferam. Quid verò ego ſenſerim deſuper eſt expreſſum.

HYPOTHESIS.

Deceſſiſſe aliquem ſine liberis alleganti an onus probandi incumbat. Et denuo d.l.ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell. necnon c. in præſentia, extra de prob. explicari.

SVMMARIVM.

1 *Conditionem ſi ſine liberis deceſſeris, adimpletam non fuiſſe alleganti onus probandi incumbere ſecun-*

ſecundum vnam opinionem; Sed negatiuam allegare ſufficiens eſſe ſecundum aliam magis cõmunem ſententiam, nu.7.& ipſam eſſe veram, nu. 11.

2 *Negatiuam alleganti onus probandi illam incumbere, ſi fundamentum ſua intentionis fuerit.*

3 *Negatiuam alleganti probandi onus non incumbere, ſi pro ipſo negante aliqua præſumptio adeſſet.*

4 *L.eum qui nouiſſimus, ff.ad Trebell. enarrari.*

5 *Reum onere aliquid probandi, quod ad fauorem actoris tendat pregrauari non debere.*

6 *Præſumptionem iuris onus probandi in aduerſarium reijcere.*

8 *Legem plures habentem intellectus non poſſe ad deciſionem cauſarum congruenter allegari.*

9 *L.ex facto, §. ſi quis autem, d. tit. ad Trebell. explicari.*

10 *C.in præſentia, extr.de probat.declarari.*

12 *Præſumptionem ſæpe in ijs quæ ſunt facti per legem induci.*

13 *Negatiua probatio cum impoßibilis cenſetur, probandam eſſe negatiuam, eo modo quo poteſt.*

14 *Conditionem etiam tacitam, ſi ſine liberis deceſſerit, alleganti non extitiſſe, onus probandi non incumbere.*

15 *Conditionem ſi ſine hærede deceſſerit alleganti non extitiſſe, ſat eſſe negatiuam proponere.*

16 *Conditionem ſi ſine liberis deceſſerit alleganti nõ extitiſſe onus probandi non incumbere, conſtito etiam grauatum aliquando liberos habuiſſe; id ipſumque procedere ſi conſtiterit grauatum liberos habuiſſe, & ipſos deceſſiſſe, dubitaretur tamen an ante, vel poſt grauatum deceſſiſſent, numero* 19.

17 *Vnere centum annis quempiam non præſumi: Sed tempus centum annorum longiſſimum vitæ hominis ſpacium eſſe, & num.*18.

20 *Vtiam alleganti agendo vel excipiendo, onus probandi ſpectare.*

CAP. V.

ANTEQVAM vlterius progrediar intimius & aliquanto latius inſpiciẽdum exiſtimo, nunquid conditio ſi ſine liberis deceſſerit, extitiſſe præſumatur, quam quidem dubitationem, licet varijs in locis Doctores pertractent, tamen in d.l.ex facto, §. ſi quis autem, ff.ad Trebell. frequentius extricare moliuntur, cumque à proxima prȩcedenti quæſtione quodammodo emergat, ideo illam hic explicare viſum fuit. In hac igitur Quæſtione duę ſunt principales Scribentium opiniones, Prima eſt, vt dicenti aliquem ſine liberis deceſſiſſe
1 onus probandi † incumbat, Iacob.de Aren. Alberic.de Roſat.& Ioan.de Imol.in d.l.ex facto, §.ſi quis autem, col.fin.ſub num.24.verſic. Sed certè iſta ratio,& verſic. Ideo obtinet fideicommiſſarius, vbi etiam Raph.Cuman. & Alex. de Imol.col.2.ſub num.4.verſ. Tamen puto,& colum.fin.verſ. Nam dicit Raphael, idemque dixere, Franciſc.Aretin.in l.ſed etſi de ſua, colum. pen.verſ. Tu verò dic, ff.de acq. hæred. Alexan. conſ.117. Viſo proceſſu, col.1.in princ. libro 4. conſ.72.eiuſdem initij, col.2.num.2. verſic. Et quòd hæc probari debuerũt, lib.5.& conſ.124. Viſo proceſſu cauſæ, in princ.lib.7. Ludouicus Gozadin.conſ.4. Prima facie videtur, colum.3. num.12. verſ. Et primo, Pariſ.conſil. 36. Circa primum dubium, num.45.& ſeq.lib.2. Diaz in reg.488. Hieronym.Cagnol.in l.ſi emancipati, num.68.C.de collat.

Mouentur Doctores ad id dicendũ Primo, nã quòd grauatus ſine liberis deceſſerit eſt fundamentum intentionis fideicommiſſarij, ergo illud probare tenetur, alioquin reus abſoluetur, l.qui accuſare, C.de eden.c.vnic.vt eccleſ. bene fic.l.ei qui, ff.de probat.l.1.C.eod. tit. cũ vulg.
2 & quamuis † iſtud in ſe negatiuam contineat, quæ ſui natura improbabilis cenſetur, l. actor quod aſſeuerat, d.tit.C.de probat. & c. quoniã contra, extr.eod.tamen ex quo iſta negatiua eſt fundamentum intentionis fideicommiſſarij illam eo modo quo poteſt probare debet, iuxta tex.in l.optimam, C. de contrah.& committ.ſti pul.vbi Doct. Bart.in l. in illa, aliàs hoc iure, ff. de verb.oblig.Innoc.& Io. And.in c.ſuper his, de accuſ.Calderin.& Io.And.in c.bonè, il 1.de elect.Corn.conſ.123. Viſo proceſſu, col.1. ſub nu.3.verſ.Nec obſtat, quòd eſt negatiua, lib.1. conſ.250. Viſo ſtatuto, col.fin. ſub num.2.eod. vol.Pariſ.conſ.153. In cauſa iſta, in fin.nu.39. lib.4.Dec.conſ.177. Quod ſupra, col.1. verſic. Prima enim conditio, Soc.iũn.in conditione negatiua, conſ.67. In cauſa mota, nu.1.2.ac 4.vbi de communi, lib.4. Huic rationi ſuſtinendo cõtrarium reſponderi poſſet, Doctorum cõcluſionem dicentium, fundantem ſe in negatiua ad illam probandam teneri, non procedere vbi pro
3 negante aliqua præſumptio † adeſſet, vt ſcribit Bart.in d.l.in illa, col.fin.num. 10. verſ. Prædicta vera,& ibi etiam Iaſ.col.5. ſub nu.15.in 3.limit.Bart.adhuc in d.l.actor, col.2.verſic.Nunc quæro quando,& Nicol.Bellon.conſ.57. Exhibentur, nu.6. verſ. Secus quando præſumptio, Sed pro fideicommiſſario adeſt prȩſumptio cõcordans cum qualitate ſtatus hominis, quæ ei ab initio ineſt, ideo qui contrarium dicit illud probare debet, Bar.in l.ſi prius, in 3.opp.3. partis, ff.de oper.nou.nunc. Et nuncupatim in terminis huius quæſtionis tradit Natt. conſ. 395. Viſo teſtamento Gulielmi, columna 3.numero ſexto, verſic. Nam hoc quòd aliquis moriatur ſine filijs, libro ſecundo, ergo negatiuam probare

bare non tenetur,ſed illam ſufficit allegare.

Secundò pro hac parte inducitur tex. in l.eũ qui nouiſſimus,ff.ad Trebel. vbi ſubſtitutus ad partem hęreditatis per fideicommiſſum vltimo ex hæredibus morienti, obtinere non poterit ſi nõ oſtenderit quis nouiſſimus obierit, & ſic nõ præſumitur conditionem fideicommiſſi fuiſſe adimpletam etiam in caſu quo omnes hæredes ſimul perijſſent,prout Martian.Iuriſcõſ.ibi decidit, quantumuis ſimus in materia fideicommiſſi,cuius fauore contrarium videretur dicendum,arg.d.l.ex facto,§.ſi quis aũt,prælleg.tit.

Quamuis Martiani reſponſum iſtud vrgere plurimum videatur, tamen rectè conſiderando proprias reſponſiones admittit, Primò,nam ex
4 eo in dicto textu † reſtitutio non fit illi propinquo,quia mater erat in medio,quæ ne luctuoſa filiorum hęreditate priuaretur cum proinde(vt aliàs dicebam)plura ad eius fauorem inducantur,ex S.C.Tertylliano ad vtriuſque hæreditatem admittitur,vt ſenſit gloſ.ibi,ac etiam Bart. cum pluribus Antiquis, de quib. meminit Angel.in princ. inter quos fuit Dyn. in dicta l. qui duos,relatus per Bart.in præcitato loco. Secundò,quia ibi non verſamur in actu conditionali negatiuo,ſed affirmatiuo: Non obſtat d.l.ex facto,§.ſi quis autẽ,ibi enim alius eſt caſus, quia ſubſtitutiò erat facta certæ & determinatę perſonæ ſi deceſſerit ſine liberis, & ille deceſſerat, conſtabatque liberos habuiſſe,tamen erãt mortui,& ignorabatur quis primo, vnde ſubſtitutus intentionem fundatam habet: Hic erat facta perſonæ ìncertæ,& in portione incerta,quæ non fuit poſtea certificata, ideo propter dubiũ excluditur, vt dicit Paulus de Caſtr. ſuper eodem text.ſub num.4.in fin. gloſſ. vbi Alexand. columna fin.ante fin. verſic. In quantum gloſſ. arguit.

Tertiò allegatur, nam reus non eſt prægra-
5 uandus † onere aliquid probandi, quod ad fauorem actoris tendat,quia etſi nihil ipſe probarit,tamen venit abſoluendus,l. fruſtra, de probat.& licet plures caſus ibi gloſſ.enumeret contra hanc regulam, tamen inter illos, caſus iſte non reperitur, ergo concludendum eſt ipſum fideicommiſſarium agentem, debere probare conditionem illam, Si ſine liberis,adimpletam fuiſſe.

Vltima hæc ratio facillime ſubmouetur, & fortaſſe ob ſui facilitatem ac debilitatem non meruit ab Auguſtino Beroo grauiſſimo Iuriſconſulto allegari, nam procederet vbicunque præſumptio(vt dicebam)ad fauorem fideicommiſſarij non aſſiſteret, quæ quidem iuris præ-
6 ſumptio † onus probandi in alium transfert, l. non eſt veriſimile,ff.quod met.cauſ.l. ſiue poſſidetis,C.de probat.Abb.in cap.is qui,de ſponſalib.Oldrad.conſ.261. In vnione, num.2.verſic.Quinto quia,Calderi.conſ. 5. Quis habeat, in fin.verſic.Conſtat enim generaliter, Decius conſ.540.Quæritur in effectu, columna ſecunda,num.11.Pariſ.conſ.80.In hac cauſa,numero 14.& 16.libro primo, conſ.160. Difficultas vertitur,num.27.& 28.libr.4. præſumptio autem eſt fortiſſima,nam hoc quòd aliquis moriatur ſine filijs, cõcordat cum qualitate ſtatus hominis,quę ei ineſt ab initio: Vlterius quòd quis habeat liberos eſt facti,& facta non præſumuntur niſi probentur, l. in bello, §. factæ, ff.de captiu.& vtrunque conſiderat Natt.d.conſ.395. Viſo teſtamento Gulielmi,num.7.libro ſecundo,ac etiam Bero.in d.c.in præſentia, nu.349. verſ.Et ratio huius præſumptionis,non mirum ſi reus hoc onere prægrauetur.

Altera ſuperiori contraria eſt opinio,vt fidei
7 commiſſarius † facta probatione de morte grauati fundatam habeat intentionem, probandique onus aduerſario incumbat, vt grauatus cũ liberis deceſſerit, quam tenuerunt, Bart.in d.l. ex facto,§.ſi quis autem,nu.1.verſ. Nota quòd ei qui,& ibi Ang.num.2. verſ. Ex quo do tibi, dicens illo anno contrarium fuiſſe iudicatum, & male,ff.ad Trebell.Soc. ſen. in l. qui duos,§. cum in bello, num,4. & 5.d.tit.de reb.dub.vbi etiam Bart.verſ. Ad legem contrariam reſpondeo,Iaſ.in l.is poteſt,num.86.verſ.Pro iſta parte,ff.de acq.hæred.Dec.in c.in præſentia, num. 50.verſ. Prædictis etiam adde, vbi Auguſtinus Bero.num.347.verſ.Non omitto notabilem q. vſque ad num. 351. extra de probat. Io. Crot. in cap.Raynutius,col.13.verſic. Tertius caſus, vbi dicit iſtam eſſe communem opin. de teſtamen.idemque voluit Franciſ.Rip.in d.§.ſi quis autem,col.pen.num.9. verſ. Aut fideicommiſſarius,& conſulendo eandẽ opinionem ſequuntur,Alex.conſ.39.Viſo themate,nu.2.verſ.Tamen in q.propoſita,lib.1.& conſ.20. Viſo proceſſu cauſæ,in fin.num.13.verſ. Quia dico,eod. vol.conſ.91.Repetitus in cauſa, col.fin.num.9. verſ.Tamen onus probandi, & conſ. 179.Viſis ac ponderatis dubitationibus, col.3. in fi.num. 10.verſ.Requiſitus ſum etiam,lib.7. Paulus de Caſtr.conſ.387. Pro declaratione primi dubij, col.1.num.4.verſ.Ex prædictis patet,lib.primo Corn.conſ.72. Viſis ſcripturis,col.fi. ſub num. 4.verſ.In hoc tamen,lib.1.conſ.123. Viſo proceſſu,col.2.ante num.4.verſ.Facit ad prædicta, conſ.341.Quòd dicta dos,num.2.eod. vol.conſil.119. Placet mihi, col.fin. ſub num. 2.verſic. Quod & vult Bart.conſ.196.In hac conſultatione,col.3.circa med. verſ. Facit etiam ad prædicta,adhuc d.lib.1.conſ.197. licet in hac conſultatione,col.2.nu.3.verſ. Confert plurimum ad prædicta,lib.4.Dec.conſ.86.Viſo puncto, col. 3.circa fin.verſ.Prima tamen reſponſio,conſil. 578.Viſo conſilio,in princ.verſ.Et quòd deceſſerit,

ſcrit, dicens quòd licet nonnulli contradicant, iſta tamen communis eſt opinio, & conſ. 652. eiuſdem initij, num. 6. & 7. verſ. Secunda concluſio quæ habet, Andr. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 49. nu. 6. & 7. aſſerens, quòd ſiue agat ſiue excipiat fideicommiſſarius non tenetur probare grauatum ſine liberis deceſſiſſe, eſſeque veriorem ac crebriorem opin. & conſ. 160. num. 1. lib. 9. Carol. Ruin. conſ. 109. Circa caſum, verſ. In primis nanque, lib. 3. Stephan. Bertrand. conſ. 42. Viſo proceſſu, col. 3. ante num. 3. verſ. Et cum appareat, vbi de magis communi ſententia, lib. 1. ſecũdum primam impreſſionem Ioannis Moilin, Io. Maria Riminald. conſ. 127. num. 25. Soc. iun. conſ. 64. Viſo themate, num. 3. lib. 4. Bartolom. Caſſan. conſ. 19. col. 3. Nicol. Boer. deciſ. 38. Et quia hæc ſubſtitutionum materia, col. 11. in princ. num. 30. verſ. Per quem text. in 1. part. Tiber. Decian. cõſil. 50. num. 28. lib. 1. & ante eum Socin. ſen. conſil. 89. In cauſa agitata, col. 4. verſ. Accedet etiã ad ſuperiora, lib. 1. Natta conſ. 395. Viſo teſtamento, num. 7. verſ. Quoniam ſubſtitutio, lib. 2. Anton. Capyc. deciſ. 159. In cauſa, num. 11. verſic. Vnde iſtæ quæ dicunt, & poſt Io. Bapt. Plotum, quem ipſe citat, tradit Simon de Pretis, in tract. de interpr. vltim. volunt. lib. 5. dubit. 4. & vltim. num. 206. verſ. Quare pro parte fideicõmiſſarij, fol. 548. Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. in 2. part. lib. quarto, præſumpt. 182. numero 5. verſic. Ita pariter diffinitur, fol. 314. Pariſ. ſibi contrarius, conſ. 115. Ioannes aduerſarius, nu. 15. in fin. lib. 4. & hoc idem ſcripſit Bal. in conſ. incip. Ex parte contingente, relatus per Socin. ſen. d. conſ. 89. num. 8. colum. 4. in præall. vol. 1.

Pro hac alia parte communiter recepta, facit tex. quem Doct. ſingularem reputant, in d. l. ex facto, §. ſi quis autem, in fin. lib. verb. vnde elicitur in dubio præſumi conditionem illam ſi ſine liberis, ad fauorem fideicõmiſſarij adimpletam fuiſſe, & qui contrarium dixerit probatione aſtringi.

Verum hic text. vt ex Ioan. de Imol. Vincentio Herculan. Franciſc. Rip. & alijs vidimus, varios intellectus recipit, & teſtatur Alex. in d. l. is poteſt, ſub num. 15. verſ. Satis videtur pendere, ff. de acq. hæredit. non poteſt igitur ad deciſionem† cauſarum induci, & præſentis quæſtionis 8
reſolutionem, Bart. in l. in ambiguo, num. 2. ff. de reb. dub. laſ. in l. 1. num. 21. ff. de tranſact. in l. admonendi, num. 67. ff. de iur. iur. Hinc dixit Bal. in l. 2. num. 5. verſ. Vltimò nota, C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. quòd licet ſententia contra legis tenorem lata ipſo iure non teneat, tamen quando lex plures habet intellectus ex diſſentione gloſſarum valet ſententia propter dubium iuris, vt per eum.

Vlterius dicere poſſumus, d. §. ſi quis autem, debere intelligi in eo caſu† de quo loquitur, vt 9
poſt Iacob. de Aren. Raph. Cuman. Alexan. & Rip. ibi, tradit Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 4. nu. 6. verſ. Neque obſtat, ſcilicet quando pater qui fuit grauatus, & eius filij ſimul eodem caſu perierunt, veluti naufragio, ruina, vel excidio, vnde fideicommiſſarius debet probare, vel quòd grauatus liberos non ſuſceperit, vel ſi ſuſceperit, quòd prædeceſſerint, vel quòd ſimul perierint, quemadmodũ ille tex. loquitur: Nec refert dicere illum text. in vltimo verſ. generaliter loqui, nec ibi apparere quis prior deceſſerit, quia ſecundum Ioann. de Imol. & Alex. ille verſ. ad propoſitam quæſtionem referri debet, neque officit, quòd Soc. ſen. in d. l. qui duos, §. cum in bello, num. 5. de rebus dub. aſſeruerit, ex diuerſitate rationum conſtare illum vltimum verſ. non poſſe ad præcedentem quæſtionem referri, tanquã præcedens quæſtio ex vera probatione decidatur, at in vltimo verſ. quæſtio ex præſumptione terminetur: Nã ſecundum Franciſc. Rip. in d. §. ſi quis autem, num. 8. ad fin. reſponderi poteſt, quòd imo Iuriſconſ. non decidit præcedentem quæſtionem ex vera probatione, ſed ex veriſimili coniectura, vt ex illis verbis colligitur, Quia non eſt veriſimile, & eadem ratione deciditur vltima propoſitio: Quod confirmatur: nam ex ſupradictis Iuriſconſultus colligit diſtinctionem, vt cõſtat ibi, Aut igitur, quæ illatio non eſſet bona ſi vltima diſtinctionis pars de alia dubitatione loqueretur, l. Diuus, de cuſtod. reor. l. ſi procuratorẽ, §. ignorantes, ff. mand. & ita ſecundum iſtum intellectum, quem (vt in proxima præcedẽti quæſtione dicebam) Ripa veriſſimum putat, nõ colligitur ex illo textu, quòd fideicommiſſarius in diſtinctè fundatam habeat intentionem, grauatum ſcilicet ſub prædicta conditione, ſine liberis deceſſiſſe, ſed eo tantum caſu, quo cõſtat patrem vna cum filijs perijſſe.

Secundò pro eadem opin. allegatur tex. in c. in præſentia, extra de probat. vbi fratres fideicommiſſarij agentes ad reſtitutionem fideicommiſſi, ſolum propoſuerunt hęredem grauatum, hoc eſt filium teſtatoris, ſine liberis deceſſiſſe, non aliter euentum illius conditionis probando, & licet illi ſuccubuerint, tamen id non ex eo euenit, quòd non probauerint grauatum ſine liberis deceſſiſſe, ſeu in probatione illa defecerint, ſed ſolum quia in probatione minoris ętatis propoſitæ defecerunt, vt dicit ibi in verſ. Dilectus, ergo infertur ſatis eſſe conditionem iſtã proponere, quamuis illa probata non fuerit, ſatis enim probari videtur, ex quo contrarium non probatur.

Textus iſte ſic inductus ab Auguſtin. Beroo 10
parum† ſtringit, in eo nanque pro indubitato habe-

Digitized by Google

habebatur grauatum intraſſe monaſterium,qđ cum loco hęredis cenſeſetur,vt ibi exprimitur, non erat in dubium reuocandum, vel probandum: difficultas circa id verſabatur, nunquid ingreſſio legitima atque efficax fuiſſet, cum aduerſus monaſterium allegaretur grauatum tẽpore ingreſſionis minorem extitiſſe, quam minorem ætatem cum ſufficienter grauati nõ probaſſent,tum reſpectu temporum oblationis, tũ etiam reſpectu annorum, ex dubia probatione releuari non potuerunt,ſed ijs ſilentium impoſitum fuit cum relaxatione occupatorum vt ibi, id ergo debuit probari, quod in controuerſia erat, non autem quod euidens propter ingreſſionem quam fecerat in monaſterium reddebatur, vt ſine liberis decedere non intelligeretur.

Ex prædictis apparet vtranque opinionem diſputando defenſari poſſe, ego tamen non ar-
21 bitrarer in puncto iuris ab hac poſteriori† recedendum fore,quæ etiam magis communiter recepta eſt,vt Bertrand.teſtatur d. conſ.42.num. 3.lib.1. cuius etiam crebrioris ſententiæ meminit Bero.in d.cap.in præſentia, num.349.verſ. Nec obſtat huic cõcluſioni, Pro qua vrget tex. in d.§.ſi quis autem, & vt dicit Alex. de Imol. d.conſ.39.num.3.lib.1.ſuper his quę facti ſunt,
22 etiam lex quandoque † præſumptionem inducit,l.ſiue poſſidetis, cum gloſſ.ff. de probat.l.filium,cũ ſimilib.ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.Et fingit quoq.lex ſuper his quæ facti ſunt, l.qui in vtero,& l.fin.ff. de ſtat.homi. declaratque Bart.in l.ſi is qui pro emptore, in 3.quæſt. princ. ff. de vſucap. Niſi quando extrema non eſſent habilia,vt ipſe declarat in ead.l.in 5.& 6. col.vbi ſubtiliter reſpondet ad l. denique,ff. ex quib.cauſ.maior.Scribitque Ang.in d.§.ſi quis autem,& Corn.d.conſ.124.Viſo proceſſu, ante num.4.verſ.Facit ad prædicta, lib.1. hoc eſſe inductum ſpecialiter fauore fideicommiſſi, ſeu ſubſtitutionis fideicommiſſarię,ne pereat,& ita fuiſſe de mente gloſſ.in eod.§.ſi quis autem,Et in d.§.cum in bello,Voluitque hoc ibi Ang. ne inquam contingat per indirectum voluntatem teſtatoris impediri, vel fruſtrari non probando hanc negatiuam, cuius difficilis eſt probatio,d. l.actor. Sique diceretur, quòd quando probatio negatiuæ impoſſibilis eſſet concludenti mo-
23 do,ſufficeret ipſam probari† prout poſſibile eſt & ſic per diſcuſſionem,Bar.in d.l.in illa, Corn. conſ.136. Quamuis, in fin.num.5.lib.1.conſil. 268.In hac conſultatione,num.12.lib.4. Aym. Crauet.conſ.1.Gulielmetta,num.9.lib.1. & ita aliqui intellexerunt,& declarauerunt text.in d. §.ſi quis autem, Reſponderi poteſt, cum Io.de Imol.ibi, dicente hunc intellectum eſſe diuinatiuum ad illum text. cum in eo nihil de tali diſcuſſione dicatur: & licet nonnulli hoc vtile eſſe crediderint, non tamen eſt neceſſarium, ex quo lex præſumit ad fauorem fideicommiſſarij, quæ præſumptio(vt eſt dictum)probationis defectum ipſius fideicommiſſarij ſupplet, ſicut in caſu l. qui ex liberis,in princ.ff. de bonor. poſſ. ſecund.tabul.

Retinendo hanc opinionem, extenditur Pri
14 mò, vt locum etiam habeat in conditione † legali,quæ tacita ſiue ſubintellecta appellatur,nã nec præſumeretur eueniſſe, Iacob.Menoch. in tract.de præſumpt.2.part.lib.4. præſump.182. num.7.verſic. Poteſt etiam, & per negationem probata eſſet intentio fideicommiſſarij, onusque in grauatum transferretur, Et licet circa hanc extenſionem in præcedenti Quæſtione dubitauerim, nihilominus tamen non arbitror cõſulendo ac iudicando fore recedendum à Iacobo Menochio,& Marco Anton. Peregrino eminentiſſimis hac tempeſtate Iuriſconſultis, quorum(vt verum fatear) maxima eſt circa ius ciuile in vniuerſum gloria, & nuncupatim in fideicommiſſorum materia, vt ex ipſorum ſcriptis liquido colligitur: cumque extẽſionem iſtam Peregrinus in calce dictæ Quæſtionis tetigiſſet, illic & ego eandem non ab re fortaſsè dubitatiuè tetigi,ſed hic concluſiue repetij.

Secundò extenditur, vt idem ſit dicendum
15 in conditione,ſi ſine hærede†deceſſerit,fideicõmiſſarius enim per negatiuam, ſuam intentionem fundatam habere diceretur,onusque probandi in aduerſarium reijceret,ita per gloſ.in l. cum de lege,ff.de probat.reſpondit Iaſ.cõſ.34. Ad motiua data,col.1.in princ.lib.1. Simon de Pretis in tract.de interpr.vltim.volunt. libro 5. Dubit.4.& vltim.num.207.

Tertiò ampliatur, vt dicta concluſio magis communis procedat, & vera ſit etiam ſi conſti-
16 terit † grauatum iam filios habuiſſe,eos tamen mortis tempore ſuperuixiſſe non præſumitur niſi probetur, onusque probãdi hæredibus grauati incumbit, adeo quòd fideicommiſsarius ex ſimplici negatiua dictum onus in hæredes grauati trãsferret,prout arg.l. ſpadonem,§.qui abſolutus,ff.de excuſ.tut.tradit Paul.de Caſtr. conſ.387.Pro declaratione, num.4.verſ.Si verò conſtat quòd habuerit, lib.1.Simon de Pretis in d.tract.de interpr.vltim.volun.libr.5.dubit.fin.num.209.Auguſtinus Bero. in d.cap.in præſentia,numero 352. verſic. Necnon ad iura probantia, & videtur idem ſenſiſſe Alexan. de Imol.conſ.27.Conſideratis his, colum.fin.numero 7.lib.7.rurſus Bero.conſ.129.Pro reſolutione,num.9.verſ.Vtrum autem, lib.1.Anton. de Padill.in d.l.cum acutiſſimi,col.antepen.ante num.52.verſ.Quare ego, Sique contra hanc tertiam ampliationem aliquis illud obijceret,
17 quòd cum quilibet centum annis† viuere præſumatur,l.fin.C. de ſacroſ. eccleſ.l.2.§.ſi dubi-

tetur,

tetur, ff. quemadm. teſtam.aper. non ſpectare ad hæredes grauati onus hoc probandi grauatum ipſum cum liberis deceſſiſſe, ſed ad fideicommiſsarium ſpectare onus probandi ſuam negatiuam tanquam fundamentum ſuæ intentionis,vt videntur tenuiſse, Bald.in cap. ex tenore,col.1.ante num.2.verſ. Ibi tunc viuente, de teſtib.Felin.in cap. quoniam frequenter, §. porro,colum.fin.ſub num. 24. Vt lit. non conteſt.Anton.Capyc.d.deciſ.159. In cauſa,num. 11.verſic. Tamen ipſi loquuntur,vbi idem ſenſiſse Ang.Alexan.& Vincentium Herculanum in d.§.ſi quis autem,concludit,idemque cõſpicitur voluiſse Didac.Couar.in d.lib. variarum reſolut.2.cap.7.in tertio caſu,quem refert Frãciſcus Mantic.in tract.de coniect.vltim. volun. lib.11.cap.4.colum.fin.verſ. Tertius caſus eſt, Franciſcus Herculan.in tract.de proband.neg. tit.quis ten.neg.prob.num.99.fol.37. verſicul. Equidem ſic diſtinguerem, poſt Franciſc.Rip. in præcitato §.ſi quis autem, colum.fin.Marc. Anton. Peregrin. in d. tract. de fideicom. artic. 63.num.59.verſic.Hoc tamen caſu, fol.400.colum.4.poſt Oſaſcum in deciſ.108. Cæſar de Albertis,num.17.Ioan.Franciſc.Purput. in conſ. ſeq.poſt dictam deciſionem,& cum dicta diſtinctione tranſeunt Anton.Gabriel. Roman.lib.1. tit.de probat.concl.6.numero 26. verſic. Concorda,& Ioſeph.Maſcard.in eod. tract. de probat.concl.1245.num.15. idemque dicebat Clariſſimus Senator ac Nobiliſſimus Iuriſconſult. Gerius Spinius Aduocatus Florentinus in ſuis alleg.incip.Non puto,quòd D.Franciſcus Bezinus,verſ.Nam agenti, in quadam cauſa cum Petro & Horatio de Lapinis in Rota Florentina coram nobis tunc vertente.

18 Tamen contraria opinio † verior eſt & crebrior, ſcilicet non præſumi quempiam centum annis viuere,ſed longiſſimum hoc eſſe vitæ hominis ſpacium,Bart.in l.2.col.4. ſub numer.7. verſic. Imo etſi in eodem iudicio,ff.iudic.ſolu. Franciſc.Aret. in l.ſed etſi de ſua,colum.5.verſic.Non obſtant iura,ff.de acq.hæred. Alexan. conſ.90.In cauſa & lite,num.9. verſ. Nec tunc videtur,lib.6.Corn.conſ.341.Quòd dicta dos, colum.2.ante num. 3. verſic. Et ſic non præſumitur,dicens inſolens eſſe aliud aſſerere,libr.1. conſ.181.Viſis nonnullis actis,col.7.in fin.numer.23.verſ.Et licet,libro 2.conſ.208. Quamquam in hac conſultatione, num.8.conſil.243. Circa primum,colum.3.num.5.libr.3.Iaſ.in d. l.fin.ante fin.num.31.verſ.Tamen contrarium, de ſacroſ.eccleſ.Dec.in l.fin.numero 28. C. de edict.Diui Hadr.tollen.vbi Vbertin. Zuchard. num.200.verſic. Pro opinione Fulg.Pariſ.conſil.86.Secundum ea,num.20.& 21.libro quarto,Ludouic.Gozadin.conſ. 68. Videtur prima facie,num.6.verſic. Non obſtat,Gulielm.Mayner.in l.ea quæ raro, num. 25.ff. de reg.iur.Io. Igneus,in l.3.§. ignoſcitur, num.16. ff.ad Syllan.Riminald.iun.in l.ſi emancipati,num.139. C.de collat.Auguſtin.Bero.in cap.nulli,numero 37.de reb.eccleſ.non alien.Ioan.Coraſ.libr. quinto,Miſcellan.cap.18.num.2.verſic. Cæterum,Nouiſſ.Pariſienſ.ad Alexan.conſ.1. Ponderatis his,num.42.in verb. Viuere;dicens hodie iſtam opinionem crebriorem eſſe,lib.5.Hieronymus Grat.conſ. 67. Viſis verbis teſtamenti,num.32.verſic.Conſidero etiam, libr.2.Anton.Gabriel.lib.1.concl.tit. de præſumpt. cap. 16.num.3.verſ. Contrarium videtur, Iacobus Menoch.conſ. 373. Reſpõdendum videbatur, numero 11.libro quarto,& in tract. de præſumption.in 2.part.libr.6.præſumpt.50.num.2. & 8.verſic.Eſt ergo ſtatuendum,qui cum latè hoc proſequatur,nõ amplius inſiſtam, & ante eum Andr. Alciat.in eodem tract.de præſumpt. reg. 2.præſumpt.44.ac Didac. Toletan.libro ſecundo,variar.reſol.cap.ſeptimo,ſub num.6.verſic. Vnde licet, Quicquid igitur multi contrarium aſſeruerint, hæc poſterior opinio hiſce temporibus magis communis eſt, & veritate indubitata nititur.

Vt ſit dicendum Caſtrenſis concluſionem in præcitato conſ.387.numero quarto,libro 1.ſtabilem ac firmam eſſe, obſeruarique iudicando ac conſulendo debere: facitque text. in d.l.ſpadonem,§. ſi abſolutus. Et Paulus de Caſtr. in
19 eodem eius reſponſo,dicit idem eſſe† ſi conſtaret grauatum liberos habuiſſe ac deceſſiſſe, ſed dubitaretur vtrum ante grauatum vel poſt,ſufficeret enim illo caſu negatiua ad transferendũ onus probandi in hæredes grauati, ipſumque ſequitur Iacob.Menoch.in d. tract.de præſumption.lib.4.præſump.182. ante num.6.fol.314. Hæcque ſufficiant circa hanc quæſtionem, quã etſi Didac.d.libro ſecundo,var.reſol.cap.7.diſtinctione quadam diffinire arbitratus fuerit, quem in eadem diſtinctione comprobauit D. Mantic.d.lib.11.c.4.ſub num.6.col.fin.non cenſui illam referre,cum apud ipſos inueniri ac facile legi poſſit.

Vitam itaque alleganti ex crebriori ſenten-
20 tia onus probandi incumbit,ſiue agendo † ſiue excipiendo, quotics actionis, vel exceptionis eſt fundamentum, Raph.Cumanus, Ludouic. Roman.& Franciſc. Aretin.in d.l.ſed ſi de ſua, Bart.in d.l.ſecunda,colum.3.ff.iudic.ſolu.& in l.ſiquidem, ante numerum 2.C.ſol.matrimon. Alexand.conſ.27. Conſideratis his,colum.fin. num.7.lib.7.& magis communem eſſe dicit Didac.Couar.d.cap.7.verſic.Si crebriori calculo, Hieronym.Gabriel.conſ.22. Thomas Campegius,num.3.lib.1.

HYPO-

HYPOTHESIS.

De Octimestri partu complura afferri, & an pro abortiuo, octauo mense natus sit habendus, eiusque natiuitate an fideicommissi conditio deficiat explicari, l. quod certatum est, C. de posthum. heredib. instit. l. vxoris abortu, eod. tit. l. qui in vtero, ff. de stat. homin. l. Septimo mense, eod. tit. & l. Diuus, ff. de extraordin. crimin. propriis intelligentiis exornari.

SVMMARIVM.

1 *Natum octauo mense ex Baldo & aliis nonnullis fideicommissarium excludere, eiusque ortu conditionem fideicommissi deficere, & num. 14. Sed in contrarium aliam adesse opinionem veriorem magisque communiter approbatam, nu. 15. & 29.*
2 *Verò dictionem aduersari eadem qualitate attenta, ideque num. 4. declarari.*
3 *L. Vxoris abortu, C. de posthum. hared. instit. intelligi.*
5 *Tanium dictionem, in se negatiuam quo ad alios casus includere, textumque in l. quod certatum est, d. tit. de posthum. hared. instit. explicari. Et quid integrum perfectumque importent.*
6 *Natum intempestiuo tempore, animal ex Sabini sententia non esse.*
7 *Glossam in l. Septimo mense, ff. de stat. homin. & in §. fin. auth. de restit. & ea quæ parit ex Socino iuuare interpretari.*
8 *Medium impertinens, extremorum connexionem impedire.*
9 *L. Qui in vtero, d. tit. de stat. homin. enarrari, & num. 11.*
10 *Natum viuum, sed illegitimo tempore, & propterea statim moriturum, natum viuum non censeri.*
12 *Fictionem immutata natura, extremisque habilibus recedentibus, necnon æquitate non subsistente, minimè procedere.*
13 *Humanas intentiones ad naturæ similitudinem referri.*
16 *L. Septimo mense, d. titul. de stat. homin. reiecta Alexandri ac Pauli de Castro intelligentia aliter declarari.*
17 *Et, dictionem illatiuam esse.*
18 *L. Quæret aliquis, ff. de verborum signific. ex Sfortia Oddo, & vltra eum vera intelligentia ornari.*
19 *Alternatiuam qualitatum similitudinẽ arguere.*
20 *Natum septimo mense licet vitalem, magna ex parte infirmiorem esse idque Ciceronis ac etiam Homeri auctoritate comprobari.*
21 *L. Diuus, ff. de extraordin. crimin. suo sensu restitui.*
22 *Partum intra quadraginta dies adhibitis medicamentis abijcientem, exilij temporalis pœna puniri: Nisi mulier id pecunia accepta fecisset, tunc enim capite eam puniri concludunt.*
23 *Partum animatum adhibitis medicamentis eijcientem non exilij, sed legis Pompeiæ de parricidijs pœna plecti.*
24 *Abigere verbum, ex Budæo quid significet.*
25 *Licet, & quamuis, dictiones aduersatiuas esse, & implicatiuas, in ijsdemque terminis præcedentis casus aduersari.*
26 *Si, dictionem importare conditionem. Et etiam causam finalem, nu. 27.*
28 *Nasci quempiam, sed tamen viuere non posse, & non nasci æquiparari.*
30 *Encyclopediam in Iurisconsulto non minus quàm in aliarum scientiarum auctoribus perquam necessariam esse, illamque apud Franciscum Duarenum, Andream Alciatum, Franciscum Connanum, & Iacobum Cuiacium inueri nos facile posse.*
31 *Petrum Caballum Iurisconsultum Pontremulensem laudari.*
32 *Natum mense octauo multo minus fideicommissarium excludere, cum non proprijs viribus puer in orbem deuenisset, signis pariendi non apparentibus.*
33 *Posthumum quinto, sexto, vel octauo mense intempestiue editum, testamentum non rumpere, & quamuis aliqui contradixerint, vt nume. 34. non fore à Castrensis opinione tanquam magis communi & veriori recedendum, numero 35.*
36 *Donationem natiuitate quinto, sexto, aut octauo mense susceptorum, ex l. si vnquam, C. de reuoc. donat. nequaquam reuocari.*
37 *Partum in dubio mature editum præsumi.*
38 *Partum multo magis mature editum præsumi, si aliquot dies vel etiam horas vixerit.*

CAP. VI.

EX ORDINE Socini hic nu. 110. colum. 69. versic. Sed quæritur, ardua, & vndique difficilis illa quæstio subnectitur: An si grauatus vxore prægnante relicta decesserit, quæ mense quinto, sexto, vel octauo filium viuum peperit, qui tamen secundum naturam viuere non possit, talis filius sic intempestiue editus fideicommissi conditionem faciat deficere, ipsam sic antepositam in opus illud quod aliàs de humani partus legitimo tempore scribebam libenter reiecissem examinandam, cum autem Socini interpretationes

Digitized by Google

ſubtiliſſimis diſputationibus præfulgeant, non video quomodo illius methodum ſequi poſſim, & materiam hanc abſque diſputatione perſtringere, ab illaque me penitus abſtinere: omittam ergo plurima quæ fortaſſe à nunc dicendis extranea non viderentur alibi pertractata, huncque articulum ex dicto volumine detraham, Sociniqur Iuriſconſulti grauiſſimi aſſumptum ordinem proſequẽdo diſceptatione ac reſolutione Deo auſpice hoc in loco concludam. Ariſtotelis autem autoritatem lib. 7. de natura animal. ante omnia præmittam, ita dicentis, Fetus qui maturius quam ſeptimo menſe prodeat, nullo pacto vitaliseſt. Deinde aſſeruerim in propoſita difficultate duas adeſſe Scribentium opiniones, quarum Prima eſt, natos dictis temporibus, & ſignanter menſe octauo fideicommiſſarium excludere, conditionemque fideicommiſſi ipſorum ſuſceptio-
1 ne † deficere, quam tenuere, Baldus conſ. 128. Ad intelligentiam, circa finem, verſic. Et licet natus, libro primo, quod repetitur conſil. 113. Proponitur, quòd quidam Ser Simon ciuis Lucæ, poſt numer. 5. in fine, verſic. Et licet, lib. 5. conſulens pro fabrica, ſeu opera Sancti Michaelis, & vtrobique de octauo menſe edito, Angelus in l. quod dicitur, in principio, ff. de liberis, & poſthumis. Corn. in l. quod certatum eſt, poſt num. 2. C. de poſthum. hæred. inſtit. Felinus in cap. Sicut ex tuarum, in fine, num. 5. verſic. Vltimo ſcias, extra de homicid. Bauer. in §. 1. Inſtit. de exhæred. liber. Decius conſ. 623. In caſu occurrenti, num. 3. dicens iſtam partem eſſe veriorem, Stephanus Bertrandus conſilio 217. Proponitur in facto, vel cognito caſu, colum. 2. num. 5. verſic. Etiam prædictis non obſtat, libro 1. in prima parte. Nicolaus Boer. deciſ. 220. Et Paulus de Caſtro, ſub num. 2. colum. fin. in 2. parte. Iacobus Menochius conſil. 284. In cauſa, lite & controuerſia, num. 1. lib. 3. Sfortia Oddus Peruſinus in tractatu, De compend. ſubſtit. partic. 6. articul. 2. concluſ. 9. verſic. Ego puto, Apoſtill. ad Bartolum in d. l. quod dicitur, ſuper verb. Extractus, in fine, ibi: Sed tu dic, quod Baldus, Hieronymus, Cardinalis Albanus in lucubrat. ad eundem Bartolum in l. Centurio, num. 4. ff. de vulgari & pupillari ſubſtitut. Franciſcus Burſat. conſil. 51. Grauem, ſub num. 37. verſic. Vel aliàs ſit infallibiliter moriturus, conſil. 63. Deceſſit, poſt num. 19. verſic. Non defuerunt Doctores, libro 1. allegans Bald. in cap. 1. tit. Epiſcop. vel Abb. licet Baldus alium ſenſum recipiat, rurſus & latius Dominus Sfortia in eius eruditiſſimo conſilio 28. Pro clariori reſolutione, numero 15. & 16. volum. 1. dicens iſtam opinionem communem etiam dici poſſe, numero 22. verſic. Primò quidem, necnõ veriorem, æquiorem, legalique ſimplicitati amicabiliorem, ac omnino à iudicibus doctis perſpicaciſque ingenij & qui autoritatibus nudis Doctorum nõ ſunt contenti ſequendam, atque ita Peruſij iudicatum à Clariſſimo Iuriſconſulto Domino Ioanne Paulo Lancellotto, non obſtante quodam cõſil. Camilli Mannutij Tiſernatis art. & Med. Doctoris. nu. 60. in fin. verſic. Ex quibus apparet. Dominus Federic. Bonauentura Vrbinas in eius Diſput. Peripatetica de octimeſtris partus natura, incip. Cogitanti mihi, exp. 10. 18. 37. & per totam Diſput. de octauo menſe nato agens, is etiam Federicus in pulcherrimo eius opere in decem libris digeſto, de Natura partus octimeſtr. lib. 9. cap. 3. aliud illuſtre addidit teſtimonium Eximij inquam iuris profeſſoris Domini Alexandri Baldutij apud quem tum Vrbini Prætorem ſimilis cauſa agebatur pro octimeſtri partu iudicantis, eiuſque ſententiam per Excellentiſſimum iuris Interpretem confirmatam extitiſſe Dominum Stephanum Minium Anno 1595. ſubdidit, qui tanquam appellationis arbiter illi quæſtioni iudex præfuit.

Pluribus hæc opinio roboratur, ſed validiora referam, Primò per text. in l. vxoris abortu, C. de poſthum. hæred. inſtit. ibi: Quamuis natus illico deceſſerit non reſtitui ruptum, quibus verbis oſtenditur id ſolum requiri, quòd partus viuus naſcatur, nec intereſſe confeſtim ne vel ex interuallo moriatur. Aliter etiam Socinus ſubtiliter (vt ipſe inquit) textum iſtum inducebat, cum primum dicat abortiuum non rumpere, poſt autem ſubdit, Poſthumo verò præterito, quæ dictio verò, aduerſatur reten-
2 ta † eadem qualitate, cum poſthumus abortiuus naſcitur, Baldus in l. omnes populi, poſt num. 21. verſic. Et dic, quòd trahitur, ff. de iuſtitia & iure. Iaſ. in l. 1. num. 11. ff. ne quis eum. Franciſcus Ripa in l. in quartam, num. 41. ff. ad legem Falcidiam, eſt igitur in d. verſic. Poſthumo verò prçterito, qualitas illa repetenda, vt ſcilicet partus, quamuis incongruo tempore naſcatur, dummodo viuus in lucẽ prodeat, teſtamentum rumpat. Quod vlterius ſuaderi poterit, cum in ſecundo reſponſo tex. dicat, vt ſupra, Poſthumo verò præterito, nec amplius verbo abortus vtitur, ſed partum tũc poſthumum appellat quaſi non abortiuum, ſed perfectum.
3 Iſte tex. parũ imò verius † nihil vrget, ibi enim poſthumus cõgruo legitimoq. tempore editus ſignificatur, quòd ſi poſthumi natiuitatem ad quamlibet intempeſtiuam referri cõcedimus, exile quidem & abſurdũ videtur, cum naſci nõ dicatur q intempeſtiue eijcitur, ſed ſit abortus. in eodemque contextu inter vtranque differentia conſtituitur, euidenſque eſt apud Vlpianum in l. 1. §. finali, ff. de ventr. in poſſ. mitt. ibi:

Quandiu

Quandiu aut pariat, aut abortum faciat. Nec Socini obſtat inductio, cum enim aduerſatiua
4 ſine copula ponitur, in iure & in facto † aduerſatur Rip. in l. 2. §. 1. nu. 2. ff. ſol. matrim. per illum tex. & l. marito, ff. de adulter. vnde cum aduerſatiua ſine copula hic reperiatur in iure & in facto ipſam aduerſari oportet, & vtranque facit, in iure quòd abortus non rumpat, viuus natus rumpat, in facto, cum priori caſu fetus ſit intempeſtiuus, poſteriori verò pleni temporis eadem mortis ſuperuenientis qualitate retenta.

Secundò inducitur l. quod certatum eſt, d. tit. C. de poſthum. hæred. inſtit. quæ id tantum exigit vt viuus poſthumus naſcatur, moriatur poſtea quandocunque, ibi, Hoc tantummodo requirendo, quandoquidem illud huiuſce dictionis tantum, peculiare eſt, vt in ſe negatiuam
5 † quo ad alios caſus includat, Innoc. in c. licet, de probat. Bart. in l. 1. in princ. verſic. Et ante omnia, ff. ſi quis ius dicen. Bald. in l. cum mulier, colum. antepen. in fin. verſic. De ſecundo conſtat, ff. ſol. matrim. & limitando dictũ ſuum illos à ſua diſpoſitione excludat. Cardinal. in clem. 1. §. 1. de ſumm. trinit. not. in l. ob æs, C. de præd. min. in c. cũ eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſ. & propr. proinde cum hoc ſolum requiratur, cum ſcilicet viuum naſci, temporis plenitudo tanquam non neceſſaria, non eſt tam diligenter obſeruanda, vel perquirenda.

Sed aſſumptum ſubmouetur, cum deciſio iſta venerit ad veterum hæſitationem ſubmouendam, dubitabant enim quando infans vocem non ediderat, in cęteris itaque habilitatem præſupponit, iuxt. regulam l. qui teſtamento, ff. de teſtam. c. 1. extr. de æt. & qualit. lib. 6. nec eſt credibile ex tali generalitate derogatum eſſe diſpoſitioni d. l. vxoris abortu, hancq. interpretationem neceſſariò textus recipere debet, ne in eademmet deciſione Imperator ſibi ipſi contradicat, prius nanque voluit perfectum partum naſci, ſi ergo intempeſtiue naſcatur, imperfectus dicetur, vt à contrario ſenſu probat Paulus lib. x i x. Reſponſorum, Septimo, inquit, menſe naſci perfectum partum iam receptum eſt, vt perfectum dicere nequeamus dum quis intempeſtiuo tempore gignitur, cum ad perfectionem tempus etiam concurrat, vt inde expreſsè colligitur.

Tertiò, l. quod dicitur, ff. de liber. & poſth. vbi ſi non integrum animal editum ſit, cum ſpiritu tamen, teſtamentum rumpit, ex quo textu Felin. in d. c. ſicut ex tuarum, in fin. extr. de homicid. ad hanc partem fundandam acriter argumentabatur. Stringit fortius ponderando dictionem illam integrum, idem enim eſt ac ſi perfectum dixiſſet, Specul. in tit. de hæreticis in fin. verſic. Item dixit Vincentius, perfectum autem id dicitur quod omnibus ſuis partibus conſtat, l. 2. ff. de orig. iur. l. iuris peritus, §. 1. ff. de excuſ. tut. Andr. Alciat. in l. ædificia, §. perfeciſſe, ff. de verb. ſign. cum itaque neceſſarium non ſit partum eſſe perfectum ſufficiat autem eum naſci viuum, ſequitur conditionem fideicommiſſi deficere. Nec obſtat ſi diceretur, textum intelligendum eſſe, Non integrum animal, id eſt omnibus membris vt quia ei forte digitus aut aliud quippiam deeſſet, non autem imperfectum aut minus integrum tempore, vt Socin. dicebat in hac l. cum auus, num. 110. & Andr. Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, num. 160. & 209. Nam videtur Iuriſconſultum tempus etiam reſpexiſſe, dum præſupponit neceſſarium ibi non videri partum perfectum eſſe, tempus enim etiam includit, cum & ipſum ad partus perfectionem requiri ex d. l. ſeptimo menſe, in præcedenti argumentatione admiſerimus.

Vlpiani lib. 1x. ad Sabinum obſcura ſententia licet nullam tẽporis diſtinctionem contineat, ſed generaliter viuum partum rumpere teſtamentum velit, non ita abſolute ac ſimpliciter eſt intelligenda, ſed ex Alciato conſil. 23. Hac in quæſtione, num. 3. lib. 9. ſecundum aliorum iurium determinationem, quæ de hoc qualificatiuè loquuntur, debentque idem genericum dictum reſtringere, ſub qualitate perfectionis reſpectu temporis, & ita dictionis integrum ponderatio tollitur, rectèque Socinus loquitur, licet etenim hæc dictio poſſit ad duo referri ad tempus nempe & perſonam, magis tamen ad perſonam eſt referenda vt alijs legibus conſonet, l. 1. C. de inoffic. dot. Bart. in d. l. quod dicitur, 1. ſub num. 1. dum pro Scæuola Bartolus primo argumentatur, Quinimò nullatenus ad tempus referri poteſt cum dixerit integrum animal, qui autem incongruo tem-
6 pore † naſcuntur ex Sabini ſententia animalia non ſunt, is enim Hippocratis illud enarrans ſiue Theſſali ſit aut Herophyli, vt Galenus arbitratur in lib. de Nutricatu, Eſt autem & non eſt octimeſtris partus, quæ cum pugnantia inuicem viderentur, ita Sabinus ipſe interpretatur, Apparent quidem velut animalia poſt abortum, ſed nequaquam ſunt, quippe quæ ſtatim vita excedunt, itaque eſſe quidem tantiſper imaginantur, ſed potentia non ſunt; integritatemque reſpectu membrorum non autem temporis conſiderant ibi Bald. verſic. In textu. Franciſc. Aretin. in 2. notab. Paul. de Caſtro ante num. 2. Alexan. in principio. Iaſ. num. 12. & cæteri.

Quartò allegatur Accurſ. autoritas in d. l. ſeptimo mẽſe, de ſtat. hom. ibi: Ergo in ſex menſib. & vno die põt naſci & vſque ad 10. menſem

finitum, Videntur enim velle iſta verba, quòd toto illo medio tempore & ſic etiam octauo menſe poſſit partus perfectus ac vitalis naſci, idemque ſentire videtur Gloſ. in verb. Perfecto, in §. finali, Authent. de reſtit. & ea quæ parit, coll. 4. dum dicit, quòd partum mulier ferre non amplius quàm per decem menſes & duos dies poteſt, plus etiam quàm ſex menſibus ipſum aſportari oportet, vt ibi, vt ratione extremorũ temporis mediũ includi videatur quemadmodum conſulens quidam in facti contingentia aſſerebat.

Sed Accurſij autoritatem iſtam paruifaciebat Socin. iun. conſ. 35. Viſa ac diligenter conſiderata contingentia facti, num. 14. verſic. Ex
7 his apparet, lib. 2. dicens † dictas Gloſſas malè ſentire ſi octauo menſe poſſe partum perfectè naſci ſentiant, ideo exiſtimat id noluiſſe, ſed tantum reſpexiſſe demonſtraſſeque quando breuiori tempore longiorique naſci quis perfectè poſſit, vt non ſit inferendum quod medio quolibet tempore poſſit perfectè naſci ac legitimum pariendi tempus detur, contrariũ enim in octauo mẽſe nato à Philoſophis & Iureconſultis magis communiter determinatur, vt alibi oſtenſum fuit, cumque Socinus iunior rectè loquatur, nec ſit credendum Magnum illum Accurſium in tam prauum errorem incidiſſe & Naturæ ac legibus inſimul abſurde repugnaſſe, non eſt circa hanc autoritatem recto ſenſu intelligẽdam fruſtra immorandum, cum
8 medium impertinens † impediat extrema coniungi, l. Pomponius, §. quæſitum, vbi Iaſnu. 2. ff. de acq. poſſeſ. dicens hoc pluribus iuribus probare Ioan. Andr. in reg. ſine culpa, de regulis iuris in Mercurialib. in 6. potiſſimum ex text. in c. per tuas, de condit. appoſit.

Quintò nam cum conditionem fideicommiſſi euertere commodum poſthumi videatur, pro nato etiam dum in vtero exiſtebat ſeptimo menſe cenſendus eſt, licet octauo naſcatur, l. qui in vtero, ff. d. tit. de ſtat. homin.

Singulare Pauli dictum iſtud non ritè ad hoc propoſitum inducitur, cum pro nato qui tẽpore quo eſt in vtero habeatur poſtea quam natus eſt, vt ſic poſtea natus perinde ſuccedat ac ſi natus fuiſſet dum in vtero erat, non autem
9 † quod tunc dum in vtero eſt ſimpliciter pro nato cenſeatur, quemadmodum poſt Iacob. de Aren. declarat ibi illum text. Albericus de Roſat. in princ. & colum. 2. verſic. Oppono de l. pen. inſt. vnde agnat. & iſta reſponſio probatur in l. cum pater, ff. de negoc. geſt. vbi cum tutor datus poſthumo interim adminiſtrauit, ſi naſcatur poſthumus vſque ab initio tutelæ actione tenetur, poſtquam enim naſcitur perinde habetur ac ſi ab initio natus eſſet, ſi autem non naſcatur vel naſcatur, ſed non viuus, quo caſu pro non nato cenſetur, l. qui mortui, ff. de verbor. ſign. Glo. in d. l. cum pater, actioni tutelæ locus non erit, ſed negociorum geſtorum, nam cum iuris conſideratione natus non fuerit, nunquam pro nato cenſendus eſt, & ita rectè aduertendo voluit ibi Bart.

Et ſi diceretur in iſta quaſtione præſupponi natum viuum eſſe, Reſpondetur quòd cum illegitimo tempore editus ſit, vnde naturaliter viuere non poterat, non dicitur natus viuus, ſed potius mortuus, ex quo certum eſt cũ ſta-
10 tim † moriturum, vt declarat Lancellot. Decius in d. l. quod dicitur, eſt ſiquidem abortiuo proximus: Alioquin etiam ſi quis nec natus, nec ſecto ventre extractus fuerit, ſucceſſibilis eſſet, potensque rumpere teſtamentum ob id tantum quod in vtero extiterit, iſtud autem abſurdum eſt, & contra d. l. pen. C. de poſthum. hæred. inſtit. & l. 3. §. ex his, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. hancque intelligentiam ad d. l.
11 qui in vtero, † ſentire videntur Io. Maria Riminald. in l. poſthumo, in 2. not. C. de bon. poſ. contratabul. & Arius Pinellus doctiſſimus Iuriſconſultus Luſitanus in rubr. C. de bon. matern. in 2. par. num. 37. in hisque proprijs terminis And. Barbat. in eius ſolemni rep. ad cap. in præſentia, colum. 35. circ. med. verſic. Nec obſtat, extra de probat. allegans d. l. pen. vt per eum notabiliter, Curt. iun. conſ. 14. Veritas huius cauſæ, poſt num. 4. citans Albericum in d. l. qui in vtero.

Sextò dicunt, Baldum ita ſentientem in c. 1. tit. Epiſc. vel Abb. moueri per tex. in l. ex facto, §. pen. ff. ad Trebellianum.

Cæterum Baldus congrue textum iſtum induxit ad eius dictum indiſtinctè probandum, de quo alibi diſſerui, quòd inquam filius quocunque momento patri ſuperuiuens conditionem fideicommiſſi extinguit, Vlpianus enim ibi non aperit nec diſtinguit, an requiratur iſtum momento ſuperuiuentem pleni temporis fore: Vt verum ſit dicere, momento ſuperſtitem conditionem extinguere, ac etiam momẽto ſuperſtitem, ſed incongruo atque illegitimo tempore editum, fideicommiſſi conditionem nõ eſtinguere cum pro nõ nato, ſed abortiuo tunc habeatur, ex iuribus ſtatim pro contraria parte allegãdis, ex quibus textus iſte diſtinguendus eſt, quemadmodum doctiſſimus Dominus Sfortia Oddus dicebat, & in effectu non meruit in propoſito allegari, nec autoritas Baldi iſtam partem tuetur, ad quam cõfirmandam Socinus Baldum inducebat, vt Sfortia ipſe accuratè ac cautè more ſuo proceſſerit, dum videtur verbo, vtitur, Bal. autoritatẽ prædictã inducendo, merito in d. c. 1. §. quinetiam, nu. 27. & 28. Epiſc. vel Abb. Matthæus de Afflictis diſtinctim vtrunque caſum complexus

eſt,

eſt, ſicque vnum tetigit, alium magis præciſum non omiſit, vt per eum magiſtraliter loquentem. Septimò idem Dominus Oddus Peruſinus ſubtiliter quidem conſiderando Socini opinionem in dicto tract. de compend. ſubſtitutione deſtruere ſic molitur, Aut enim attendimus verba illorumque vim, & vtique vel talis poſthumus ſtatim mortuus vixurus eſſet, necne, non dicitur grauatus cum illo deceſſiſſe, argum. d.l. ex facto, §. penultimo. Aut conſideramus mentem teſtatoris, & idem quod in precedenti caſu, nam ſi non debet dici filios habuiſſe quia hæredes & domini illius hæreditatis effectualiter eſſe non potuerunt, & in præcedenti quoque caſu idem eſt, vt patet, & tamen ibi neque Socinus dubitat quin deficiat ſubſtitutio, ex hacque ratione cum Angeli & Cornei opinione pertranſit.

Sed quamuis hæc conſideratio pulchra ſit valdeq. peregrina, ex floridiſſimo ingenio prouieniens, poterit fortaſſe pro Socini defenſione euitari, non vt celeberrimi Doctoris opinionem impugnare videar, ſed diſputandi tantum ſtudio veritatem propoſitæ quæſtionis perquiram, ſemperque Peruſinorum Iuriſconſultorum acutiſſima monumenta venerari admirarique conſueui, Oddi præſertim, cuius eminēs in Iure ciuili ſcientia, virtutumque gloria perennis eſt. Proinde dixerim, primo caſu grauatum natiuitate poſthumi naturaliter vixuri ſtatim autem mortui, cum liberis iuris fictione deceſſiſſe, d. l. qui in vtero, quæ in caſu ficto tantum operatur quantum veritas in caſu vero, legiſque rationi ſatisfactum eſſe creditur, cum potentia vixurus, patri ſuperuixerit, licet ſtatim obierit, d.l. ex facto, §. penultimo. E di-
12 uerſo autem hæc fictio nō procedit † immutata natura, arg. l. 1. §. videamus, C. de rei vx. act. requiruntur itaque extrema habilia vt fictioni locus ſit, l. huic ſcripturæ, ff. ad l. Aquil. l. bonorum, ff. rem rat. hab. Bart. in l. ſi is qui pro emptore, col. 3. verſic. Tertiò contra iſtud, ff. de vſucap. quæ minus procedit cum res poſſet vitiari, l. ſi certarum, §. fin. ff. de teſtam. milit. l. in bello, §. Codicilli, ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ. l. 1. C. de teſtam. manumiſſ. quinimò ceſſante naturalis æquitatis fundamento, cum ſecundum naturam poſthumus illegitimo tempore editus viuere nō poſſit, l. quod certatum, C. de poſthum. hæred. inſtit. cum ſimilibus. ceſſat etiam fictio quæ ex æquitate fit, l. poſtliminium, in princ. ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ. & l. denique, l. nec vtilem, ff. ex quib. cauſ. maiores. Secūdo verò caſu dum mēs teſtatoris affertur, dicēdum videtur, teſtatorem legitimo tempore poſthumū editum reſpexiſſe, eius hæreditate potiturum inſpecto parentū voto, longiorisque vitæ ſpe attēta, ſi autem ſecus cōtingat futuros caſus prouidendo ei iam ſubſtituit, dirigitur itaque teſtantis mens in poſthumum perfectum naturaliterque vixurū, tāquam omni ex parte abſolutum, tempore etiam, cui non immerito fauorabilis legis diſpoſitio vti iuſto filio propitiatur, d.l. ſeptimo menſe, nō autem intempeſtiuo illegitimoque, vtraque ergo diſpoſitione hominis ſcilicet ac legis, viuendi habilitas præſupponitur, tanquam ad ſuccedendum legibus neceſſaria, Naturę curſibus inſpectis: Diſcrimenque conſtituit tex. in d.l. vxoris abortu, qua iuſtum filium non abortiuum ſiue intempeſtiuum requiri cuidēs eſt: Quid refert nunc dicere, ſat eſſe animæ ac corporis ſimplici abſolutione membrorum cōiunctionem vnionemque adeſſe, ſi membra languida & velut liguſtra ſtatim interitura conſpiciuntur temporis perfectione plenitudineque deficiēte? cum
13 ad ſimilitudinem † intentiones humanæ procedāt, l. ſi quis ædes, vbi Bal. ff. de ſeruit. vrban. pręd. & leges naturā imitari ſemper conentur, l. adoptio, ff. de adopt. §. minorē, Inſtit. cod. tit.

Vltimò huius ſententiæ aſſertores ex anti-
14 quis fuere quamplurimi † quorum radijs priſca ætas coruſcauit, & inter alios Polybus qui tempore Hippocratis viuit, Diocles, hi enim empyrici fuerūt, & octimeſtrem partum, ſed tamen aliquātiſper imbecilliorē agnouere, Hippon Metapontinus, Euriphon Gnidius, quorū Federicus Vrbinas meminit: Sed ſi horum autoritatem cum alijs qui eorundem opinionem inſulſam cenſent, cōferas, erit ſtillam (vt dicūt) muriæ ad magnitudinem maris Ægei conferre, nam & autoritate, & numero alij adſunt contradicentes, longè maiores, de quibus alio in opere fuſè fit mentio, & de aliquibus infra fortaſſis meminerimus.

15 ALTERA ſuperiori contraria † eſt opinio, quòd intempeſtiuè editus quinto, ſexto, aut octauo menſe, qui ſecundum naturam viuere non poterat, fideicommiſſarium non excludat, eiuſque ortu fideicommiſſi conditio minimè deficiat, & ipſam ſequuntur Cyn. in d.l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat. homin. Oldrad. de Laude, Albericus de Roſat. Baldus in 1. notab. in dicta l. penult. C. de poſthum. hæred. inſtit. vbi Io. Petrucius de Monte Sperel. Iuriſconſ. Peruſinus approbatæ ſcientiæ & ſynceritatis, Socin. hac in l. cum auus, num. 110. dicens ſe ita in ciuitate Lucana conſuluiſſe, vt re vera conſuluit in eius conſil. 275. In cauſa fratrum Andreæ, num. 2. lib. 2. & vtrobique communem opinionem eſſe teſtatur, quinimò iterum conſuluit, vt dicit poſt num. 111. verſic. Et pro iſta parte iterum conſului, Bartholomæus Caſſan. conſil. 49. Nobilis Dominus. num. 6. Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, poſt num. 205. verſic. Vbi etiam loqui-

tur,& nu.209. verſic. Sed vt videamus,dicens Baldum male conſuluiſſe. Iul. Clarus in §. teſtamentum, q.45. verſic. Eademque ratione, vbi de communi, Anton. Gabriel. lib.4.tit. de fideicom.concl.2. limit.20.num.72. Franciſc. Cardinal. Mantic. in tract. de coniect. vlt. volunt.lib.11.tit.6.num.10. verſic. Item ſanè hoc debet intelligi,fol.269. Iacob.Menoc. in tract. de præſumpt.in 2.par.lib.4.prçſumpt.89.in 8. declar. nu. 111. magis receptam ſententiam eſſe ſcribens, in verſic. Et hæc quidem,fol.178.& in eadem 2.par. lib.6. præſumpt. 52.nu.7. verſic. Eſt partus immaturus, fol.113.colum.4. Marc. Anton.Peregrin.in tract.de fideicommiſ.artic. 63.num.29. verſic. Sed contra, & num.30. ac etiam num.33. verſic. Tertius eſt. Adden. ad Salicet. in d.l.vxoris abortu, in verſic. Abortiuus non rumpit, Matth. de Afflict. de octauo mẽſe edito, deciſ.236. Petrus de Sancto Iuliano,vbi num.6.eſtque bene talis deciſio ponderanda in ea namque dicitur in illa cauſa fuiſſe multos Philoſophos examinatos & pro maiori parte dixiſſe natum in octauo menſe viuere non poſſe, & Sacrum Conſilium cum ſua prudentiſſima maturitate habuiſſe iudicium à valentiſſimis Doctoribus in Philoſophia in ſcriptis, videlicet à Silueſtro Galiota Protomedico Regis Ferdinandi Primi, & à Luca Torto, & à Domino Nardello, & quamplurimis aliis Medicis & omnes uotaſſe natum in mẽſe octauo nõ poſſe viuere. & tandem poſt longam deliberationem Dominos de Conſilio vt ſupra uotaſſe, licetque reclamatum fuiſſet, ſententiam poſtea extitiſſe cõfirmatam, perpetuumque ſilentium fuiſſe impoſitum:dictaque deciſio fundata potiſſimum cõſpicitur in Baldi autoritate qui maximus fuit Philoſophus, vt ex eius liquet monumentis, is namque in l.ea quidem, nu.15.verſic. Et ſi aliquis viuit, C.de accuſat. dicit octauo menſe natum non poſſe viuere, & hoc eſſe notorium naturæ, quod ſi aliquis viuit ergo non fuit natus in octauo menſe, quia impoſſibile eſt ſic natum viuere ſecundum Medicos, iſtudque notoriũ neceſſarium eſſe. Aſſerit etiam eo loci Afflict. iſtam opinionem tenuiſſe Cynum vbi ſupra referentem litteras Magiſtri Gentilis de Fulgineo tũc legentis in ſtudio Peruſino, quarum copiam valdè antiquam ſemel Florentiæ habui, & alibi intexui: ad eandemque deciſionem idem tenuere Cæſar Vrſil. in eius addit.incip.Natus in octauo menſe, in princ. & poſt med. verſic. E contra & ſic cum concluſione Io. Ang. Piſanell. inter cętera atteſtãs ſic fuiſſe in ipſo Sacro Cõſilio in quadam cauſa Nolana iudicatum, ibidemque Proſper Carauita in princ. ſuæ additionis, & Hieronym. de Martino pariter in ſua add. incip. Quare natus octauo menſe, allegans quoddam Neguſantij conſilium, vt per eum, necnon Marc.Anton. Puluerin.verſic.Et ſic patet quod filius. rurſus ipſe Afflict. in c.1. §.quinetiam,nu.27.& 28.d.tit.Epiſc.vel Abb. affirmans ſe ita de facto conſuluiſſe,& in Sacro Regio Conſilio iudicatum fuiſſe in dicta cauſa Caradoniæ filiæ dicti Petri de S. Iuliano, referenſque Cynum atque Caſtrenſem vt ibi, Hoc etiã de octimeſtri partu doctiſſimè ſcripſit Soc. iun.d. conſil.35. Viſa ac diligenter conſiderata contingentia facti,num.9. & 15. verſic. Stante modo,lib.2.inquiẽs quicquid Angelus & Corneus repugnent, cęteros omnes ſic determinare, Baldumque male loquutum fuiſſe, & Socino iuniori ſe ſubſcripſit eiuſque opinionẽ Curtius iunior comprobauit, adhuc Soci. idem iunior conſ.107.Conſului, num.18.lib.3. Pariſ. conſ.56. Agitur in præſenti cauſa,num.6. & 9. vbi de communi meminit poſt Socinum, quinimò de vera æqua & receptiori ſententia, lib. 2. eſtque pleniſſimum conſilium pro iſta fundamentali cõcluſione,in illaque cauſa per Dominos Antonium & Gregorium fuerant multi Phyſici producti, id eſt Magiſter Io. Petrus de Mantua, Magiſter Ludouicus de Paſinis, & Magiſter Hieronymus de Tolentino doctiſſimi ac peritiſſimi,habenteſque magnam practicam, qui autoritatem Phyſicorum ad hoc allegabant octauo inquam menſe natos viuos non eſſe vitales in iſtis partibus. Andr.Alciat.conſ. 13. Decidi caſus præſens,num.6. lib.9. vbi deciſiue reſpondens dicit, quod licet hæc opinio multum aduerſetur textui in l. pen. C. de poſthum. hæred. inſtit. vt ibi inquit Philippus Corneus, tamen quia communiter eſt approbata difficulter aliud poſſet obtineri, quinimò de magis communi atteſtatur vt per eum,idem concludentem conſil.23.Hac in quæſtione,nu. 2. & 3. eod. uol. ubi plures recenſet, ſubdens quod cum uideatur hæc eſſe communis opinio à qua pauci diſſentiunt,ideo ab ea non eſſet iudicando recedendũ,contrarijſque iuribus ſubtiliter reſpõſum afferens, eandem quoque ſententiam amplexi fuerunt Franc. Beccius optimus Iuriſconſ.Caſalenſis conſil.74. Don Paulus, col.fin.nu.36.dicens ab ea tanquam communi non eſſe diſcedendum,Anton. Gomeſ.in commentar. uarijſque reſol. iuris ciuil. tom.1. cap.5.in 7.q.poſt num.41. uerſic. Dubium tamen notabile, Aym. Crauet. & is de magis communi opin. atteſtans, conſil. 210. Mulier quædam, num.6. plures etiam Doct. allegans. Vdalric. Zaſ. in tract.ſubſtit. in fin. fol.660. in cap. incip. Quia uero, uerſic. Quod ſi naſcatur partus,licet tandem in hoc naturam conſulendam exiſtimet, quæ ſub traditionibus legalibus non concluditur, prædictis ſcribentibus addendi ſunt Andr. Barbat. in rep. c. in præſentia,

ſentia,colum.35. circ. med. uerſic. Nec obſtat quod dicebam de poſthumo, extra de probat. Curt.iun.conſil.14. Veritas huius cauſæ, nu.4. Thom.Grammat. conſ.ciuili 154. In cauſa honorabilis Sebaſtiani Percatij. nu.6. & 7. Iaſ.in l.Gallus, in princ. nu.64. uerſic. Et ſic pondera,ff.de liber. & poſthum. vbi Marius Salamonius Romanus in eius Paradoxa ſummo ingenio compoſita ante nu.49. verſ. Ad hanc quæſtionem,dum ſe ad ſcripta Socini remittit, Auguſtin. Bero.conſ.32.Ex themate,nu.34.lib.2. Ioſeph. Ludouic.lib.1.concluſ.in 36.concl.tit. de nato in 8.menſe, verſic. Superior tamen, in princ. vbi communem dicit, & denuo verſ.Superior tamen,magis communem eſſe affirmãs. Anton. Ciofius conſil. 68. De conſultatione propoſita, col. fin. in princ. verſic. Ex quibus, libro 1. ipſammet etiam opinionem ſequuntur Raph. Fulgoſ. conſil.69. Punctus talis eſt,Marianus Colucius, nu.3. verſic. Porrò ſi mulier, Bartholom.Cepol.conſ.50.In cauſa quę vertitur,col.pen. num.7.verſic. Non obſtat alia ratio,dum dicitur,Hipp.de Marſil.in l.ſi.nu.160. verſ. Et facit ad prædicta, ff. de iuriſdict. omn. iudic. Sebaſt. Medic.in tract. Mors omnia ſoluit, par.3.num.137. verſic. Is enim, Matarin. Montan. in Iulium Paulum Genialium dier. commentario, fol.80. verſ. Rurſus hæſitatum eſt,crebriorem eſſe atteſtans,Fab. Turret.conſ. 23.In cauſa Tudertina, nu.7.cum pluribus ſequen. vbi num.27. de magis communi verba profert,lib.1.Hipp.Riminald. conſil.263.Prima nanque conſideratione,nu.20.& 21.vſque ad 23.vbi de ſexto & octauo menſe natis,lib.3. eandemque ſententiam ex dicto omnium viſus eſt amplecti Hieronymus Gabriel. conſil.55. Cum iura ſint vulgaria in fin. ante nu.10. verſ. Sed tamen omnes, lib.1. & Io. Bapt. Coſta in tract. de port. rata, q.152. incip. Aliam quercum excutiamus,num.9.verſ.Modificationem non contemnendam excutiamus, fol.386.

Mouentur Primò ex d.l. ſeptimo menſe, de ſtat. homin. à contrario ſenſu dum ibi dicitur, partum ſeptimo menſe perfectum eſſe, ſexto ergo imperfectum, & conſequenter alio etiam tempore quo ſecundum naturam viuere non poterit, cum vnius temporis incluſio alterius implicet excluſionem, l. ſtatu liberum, §.fin.ff. de legat.1.Caſſan.conſ.19. Nobilis Dominus, num.6.

16 Huic textui ex mente † Alex.in d.l.quod dicitur,in fin. poſt nu.7. verſic. Nec obſtat, ff.de liber. & poſthum. Cornei in d.l. quod certatum, & Decij d. conſ.623.nu.4. Reſpondetur, vt procedat quo ad cognoſcẽdum an filius natus, ex legitimo matrimonio prouenerit, vt ſi mulier hodie matrimonium contraxerit,& ſex menſium tempore filium pepererit & viuat, num videatur ex iuſtis nuptijs progenitus, anteque matrimonium cõceptus,ad propoſitum autem perfectus dicetur partus, ſi viuus naſcatur,licet moriatur ſtatim, cumque hac reſponſione Moderni etiam Perufini pertranſeunt. Sed tamen Tobiæ Nonij inſignis Iuriſconſ.in §.poſthumi,ante nu.15. verſ.Nec dicas,Inſtit. de exhæred. liber.autoritate,Alexandri ac prę citatorum declaratio incongrua redditur,cum in principio dictę legis generale dictum conſtituatur.Septimo,inquit,menſe naſci perfectum partum iam receptum eſt, ad id deinde quod ijdem tradunt potius inferatur,ibi. Et ideo,eſt
17 enim & dictio † illatiua, Bart. in l. demonſtratio, §. quod autem,ſub num.9. ff.de condit. & dem. & ſic textus ſe ad illam ſolam cognitionem non reſtrinxit. Poſſet inſuper ad Alexandri reiectionem cõſiderari Iulium Paulum Iuriſconſ.ibi nõ abſolutè filiũ ex legitimis nuptijs ſignificare voluiſſe, menſiumque ob id dinumerationis meminiſſe, ſed iuſtum filium qui non ſolum ex iuſtis nuptijs, ſed etiam naturali legitimoque tempore natus eſſet, iuſtum ne filium ex iuſtis ortum nuptijs illegitimo tamen tempore dixerimus? minimè,rurſus iuſtum ne filium ex iniuſtis nuptijs genitum congruo autem naturalique tempore appellauerimus? nequaquam,duo hęc igitur copulatiue ad iuſtum filium conſtituendum requirentur,tuncque filium omnib.partibus vel,vt ſic dixerim,numeris filiationis vẽri & perfecti filij cui nihil deſit compoſitum naturalem, & legitimum interpretabimur, in quo Budæus Doctor eruditiſſimus in l.3.ff.pro ſoc. licet ad aliud propoſitum eleganter conſentit. Hinc enitet quam abſono ſenſu Paulum Alexãder ac cęteri intellexerint. Prænarratis accedit: nam Iuriſconſultus Doctiſſimi Hippocratis autoritatem aduocat, is enim plurimis in locis de partus octimeſtris natura loquitur circa temporis perfectionem, tractans quæ naturalia ſunt & Philoſophis ac Medicis congruunt.

Secundò,quia abortiuum eſſe & monſtrum naſci æquiparantur,d.l.2.& 3.in fi. ibi Ad nullum declinans monſtrum vel prodigium,C.de poſthum. hæred. inſtit. l. non ſunt liberi, ff. de ſtat. homin. ſed monſtrum eſſe, & eo modo natum eſſe vt hic præſupponitur, idem ſunt, l. quæret aliquis, ff.de verb. ſign. ibi, Vel mulier debilem, ergo horum iurium æquiparatione, nati illegitimo tempore qui ſecundum naturam viuere nequeunt abortiui cenſentur.

Sed ex Sforcia Oddo reſponderi poteſt, ibi
18 verbum † Debilem, non poſſe intelligi de puero nato perfectè quo ad reliqua tempore excepto vt nos pręſupponimus,ibi enim dicitur de tali debili partu vel monſtruoſo vel inæqualis aſpectus, qui magis alterius animalis quã hominis

minis formam habeat vt ibi, Non humanæ figuræ sed magis alterius animalis quam hominis partus. nos vero dicimus in reliquis excepto tempore humanum esse partum, non autem monstrum, in quo non est hæsitandum, maximè cum partus debilis quo ad omnia dicatur, excepta solita corporis proceritate & fortitudine perfectus, vt ex Galeno in 5. Aphorismorum cap. 12. colligitur: quæ debilitas vel à lactis effluxione nimia, vel ab inopia cibi matris obuenit, & vt ex Decio negocium perstringam, de illa debilitate textus loquitur, quæ ex aspectu appareat, prout ibi de portētoso monstruosoque dicitur, hæc vero debilitas isto casu non verificatur: Sed tamen considerando, replicari fortè posset, verba illius contextus Non humanę figurę, sed alterius magis animalis quā hominis partum, nō esse ratione aliqua ad partum debilem referenda, sed ad proximiorem alternatiuam quæ inæqualis partus meminit, quemadmodū Latinæ eloquutionis argumento texturęque regula euincitur, cū enim Vlpianus alternatiue loquatur, & alternatiua inter diuersa locari solcat, congrua relatio ad omnia fieri non potest: Nec refert asserere, quod quāuis alternatiua inter diuersa ponatur, qualita-
19 tum tamen † similitudinem arguit, l. 1. de reb. dub. & post Bart. in rep. L1. col. 3. versic. Sed respondeo, ff. de offic. procur. Cæsaris, tradit Io. Cephal. consil. 126. Præmitto, num. 5. lib. 1. Respondeo similitudinem qualitatum eo tendere, quod omnes pro abortiuis habeantur, nec sint liberi, non autem quod animalis magis quam hominis figuram retineant, & ex interiectione illius verbi (Ediderit) inter priores vltimamque inæqualis partus alternatiuam colligitur, quæ relationem ad priores casus alternatos seiungit, sed clarius ex dictione Inęqualem quā Gręci ἄπουον appellant quasi sine vlla qualitate, dicit Andreas Alciatus ibi in fin. Si ergo omnem humani partus qualitatem tollas, alterius animalis figuram statim præsupponemus, merito nouus illic vagitus, nouus etiam visus adijcitur ad inęqualem partum affabre relatus. Dixerim denique rite hic Socinum num. 111. versic. Idem dicit, debilem partum de nato illegitimo tempore sensisse, Aristoteliſque autoritate comprobatur, is etenim de Histor. animal.
20 lib. 7. cap. 4. septimo mense natum † licet vitalem magna ex parte infirmiorem esse testatur, quamobrem cunabulis ex lana cū obuoluunt & fascijs alligant, meatus etiam nonnulli infixi vt aurium aut narium sæpènumero generantur, sed adcrescenti articulantur infanti, & Ciceronis ad Atticum lib. 10. in fin. XVII. Calēdarum, inquit, Iunij Tullia mea peperit puerum, Ἑπταμηνιαῖον δὲ τόκετον. Quod quidem est natum perimbecillum est. Homerus etiam libro 19. Iliad. de Eurysthoso clarius sic scripsit,

Η' δ'ἐνὶ φίλοισιν, ὁδ' ἔβδομος εἰσήλυθε μείς.
Ἐξ δ' ἄγαγε πρὸ φόωσδε, τὸ ἤλιτό μιμνον ἐόντα.

Idem quā testatus est Petr. Antonius de Petra in tract. de fideicom. prohib. q. 11. incip. Vndecimò subsequitur q. nu. 370. fol. 287. Si itaque imbecillus atque infirmus est septimo mēse partus editus, quo perfectè nasci dicitur, d. l. septimo mense, infirmior imbecillior & debilior erit natus illegitimo tempore quo secundum naturam viuere nequit, ante septimū aut post, octauo scilicet, non supplente imò inuita Natura.

Tertiò Socinus argumento textus in l. Diuus, ff. de extraordin. crimin. mouebatur, ponderando illa verba, Maritum liberis fraudasse, quæ tam ad partum mortuum editum, quam ad viuum sed viuere non valentem referuntur.

Huic textui Nouissimi Perusini respondent,
21 Sed posset insuper † considerari, Martiani verba non esse de partu viuo edito intelligenda, licet viuere nō valente, sed de abortionibus quæ adhibitis medicamentis ipsorumque efficacia intra quadraginta dies ante animatum partum
22 ejciūtur, merito temporalis † exilij pęna non mortis imponitur, quod etiā in l. si mulierem, ff. ad leg. Cornel. de sicar. tradit Signorol. de Homod. cons. 1. Statuto ciuitatis, col. pen. ante fin. versic. Secundo casu. Nisi pecunia accepta mulier hoc fecisset, tūc enim capite puniretur, l. Cicero, ff. de pęnis. Dec. consil. 535. Requisitus, ante nu. 2. Si igitur diceremus ibi de viuo
23 partu edito intelligi, lege Pompeia † de Parricidijs non exilij pęna plecteretur, l. 1. ff. ad l. Pōpeiam de Parricid. l. pen. C. de sicar. distinctionemque istā animati partus inanimatique, facit text. in c. sicut, 2. extr. de homicid. quam recipit Bart. in d. l. Diuus, & Signorol. d. consil. 1. ante fin. quicquid Decius & alij dixerint, quod alibi proprio loco tractandum est, hoc ipsum,
24 verbum Abigere † indicat, quod ad abortiones quas Græci ἐκφορικὰς vocant, referendum est, fiuntque ad quadragesimum vsque diem, à quadragesimo vero immaturi partus vocātur, eorum partim vitales, id est ζώσιμοι καὶ βιώσιμοι, partim nō vitales, vt quinto, sexto, octauoque mense, quemadmodum Gulielmus Budæus in annot. ad Pandectas, in l. qua actione, versic. Si mulier pugno, ff. ad l. Aquil. optime interpretatur.

Quartò ex l. 2. & 3. C. de posthum. hęred. instit. traditur enim in d. l. 2. generalis regula videlicet, Vxoris abortu testamētum mariti non solui. qui autem quinto, sexto, aut octauo mense nascuntur abortiui censentur, tum Galeni autoritate lib. Aphorismorum. 3. cap. 13. tum aliorum Philosophorum ac Medicorum, vt latissimè alio in loco diximus, si ergo dictis illegitimis

Digitized by Google

timis temporibus editi teſtamentum nõ rumpunt, minus ſecũdum Raphaelem Cumanum conditionem fideicommiſſi faciunt deficere. In d.autem l.3. Sancimus, inquit Iuſtinianus, ſi viuus perfectè natus eſt;qui autem dictis temporibus naſcuntur perfectè naſci nequaquam creduntur, non igitur ſunt liberi.

His iuribus quę vrgere plurimum videntur, reſponderi poſſet,quòd d.l. pen. de partu perfecto reſpectu natiuitatis loquatur, ibi, Si uiuus perfectè natus ſit, & quantum ad natiuitatem perfectus uidetur quando uiuus naſcitur, hocque ſufficit,ut in eodem contextu,ibi, Hoc tantummodo &c. & ita Philippus Decius aſſerebat. Quantum deinde ad d. l. uxoris abortu,attinet,non adeo cõſtans eſt, quin cõtrouerti poſſit, & ideo Sforția Oddus dicebat, quod eſto Galenum non in loco præcitato, ſed in lib. de fetu & partu ita ſenſiſſe,abortiuus tamen reſpectu illorum dicitur qui vſque ad ſenectam viuere poſſunt, non autem reſpectu eorum qui in auram hanc vitalem viui non prodierunt,inter eos enim qui mortui omnino naſcuntur, & eos qui vnicam ſaltem vocem emiſerũt ſtatimque mortui ſunt, non diſtincto aliter an viuere naturaliter poſſent, necne contrarium in iure deciditur, illi nanque teſtamentum non rumpunt iſti verò ſic,vt d.l.3.

Sed neutra reſponſio leges illas proſternit, & prima quidem Decij verbalis potius videtur quam concludens, naſci etenim non dicitur quod illegitimo intempeſtiuoque tẽpore proijcitur,ſique aliter diceremus,dict̨ l.vxoris abortu,derogationem ex ipſa l.quod certatum, ſtatim adijceremus, quinimò in ead.l. pen. Imperatoris contradictionem, quod cẽſendum non eſt,maximè cum,vt dicebam, lex iſta ad tollendum veterum dubitationem promanauerit,dubitantium quando infans vocem non ediderat, adeo quod in reliquis termini habiles ſunt prę-ſupponendi,& proinde verba illa, ſi viuus perfectè natus eſt, de perfectione etiam circa tempus intelligenda ſunt.

Secunda verò reſpõſio implicare id videtur quod cõtrouertimus, eique obſiſtit text.iunct. Gloſſ.in c.nam & ego,extr.de verb.ſign.nec ex d.l.pen.viuum naſci ſufficit, cum perfectionem adhibuerit,quæ ad tẽpus maximè referri oportet,conſiderãdo dictionem illam, licet,ibi, licet illico poſtquam in terrã cecidit,&c. quæ dictio
25 aduerſatiua † eſt & implicatiua, prout de dictione quamuis not.per Glo.in l.qui iuraſſe,in princ.& in §.fin.Gloſ.pen.de iur.iur.& p Gloſ. in c.porrò,de priuil.& Gloſ.in verb. Quamuis, in c.venerabilẽ,de elect.in l.tigni, §.ſi quis cum iudici, ff.ad exhib. Gloſſaſq. iſtas referendo ſequitur Corn.conſ.21.Videtur,col.3. nu.8.lib. 4.Propterea aduerſatur in ijſdem terminis prę-cedentis caſus,Gloſſ.in d.l.ſi mariti,vbi Bart.in fin. de adulter. Salic.in l.vinum.ff.ſi cert.pet.& cum repetitione qualitatum præcedentium in ſequentibus,Bald.in l. omnes populi, poſt nu. 21.ff. de iuſtit. & iur. & vtrunque tradit idem Corn.conſ.186.Quanquam,nu.5.lib.3.& cum ſtet ſine copula, in iure & in facto aduerſatur,l. 2.§.1. ff.ſol. matrim. vbi not. Franciſc. Rip.ſic ergo aduerſari dixerim, quòd temporis breuitas in carpendo vitales auras poſt natiuitatem non ſit impedimento in rumpendo teſtamentum, dummodò congruum tempus ſiue plenum præceſſerit, adeò quòd ſicut de temporis breuitate aduerſatiuè & implicatiuè textus loquitur, ſic etiam præcedentia tempus continebunt, & verbum Perfectè ad naturalem plenitudinem temporis rite referemus,vt verba licet illico congrue aduerſentur atque implicent: Quòd autem abortiuus reſpectu illorum qui vſque ad ſenectam viuere poſſunt non dicatur ex ſuperioribus liquet, vt non arbitrer inſiſtendum,vel explicitum repetendum. Poſſet etiam ad d.l.pen.conſiderari,Imperatorem nõ ſolum dictionem illam perfecte appoſuiſſe, ſed inſuper conditionaliter fuiſſe loquutum ibi:Et ſancimus ſi viuus perfecte natus eſt,dictio nanque
26 ſi, conditionem † ſui natura importat,l.1.§. ſi quis ſimpliciter, ff. de verb. oblig. iunct.l. cum ad præſens,ff.ſi cert.pet. Carol.Ruin.conſ.181. Pro clara reſolutione, nu.1.lib.1.conſ.70. Viſo ac perlecto,nu.9.lib.2. Imò formalem cõditionem inducit, Pariſ.conſ.8. Attingendo,nu.28. lib.2.Potiſſimum cum à lege profertur, cauſam
27 enim finalẽ † tũc dubio procul deſignat, Bart. in l.1.in fin. ff.de donat. Iaſ. in l.2.§.quod ſi in patris,ff.ſol. matrim. Ludouic. Gozadin.conſ. 51.In hac cauſa,col.4.nu.10. qua ceſſante,ceſſat diſpoſitio:vnde verbum Perfectè,conditionaliter à lege prolatum formaliter eſt intelligendum, ut quemadmodum omnem aliam perfectionem includit, ita non poſsit perfectionem temporis excludere. Nec obſtant ultima verba, Hoc tantummodo requirẽdo, nam ſunt intelligenda de requiſita membrorum æqualitate ac ſymmetria, priora verò. de omni perfectione loquũtur humani partus,& ſubinde etiã naturalis debitique temporis, aliter enim contextus ille de ſuperfluitate inaniq. repetitione redarguendus foret, & quod perfectum eſt aliqua parte carere poſſet, quod in abſurdũ ſonat.

Quintò mouebatur Pau.Caſtrenſis:nam paria ſunt quem non naſci, uel naſci, ſed tamen uiuere non poſſe, argu. l. qui ſic, ff. de ſolut.
28 ſicut † nullum & inefficax æquiparantur, l. ex his, ff. de condict. indeb. §. 1. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. cum ijs quæ tradit Andr. de Iſern. in c.1. §. præterea, tit. quæ ſit prim. cauſ. benefic. amitt. & per Sebaſt. Vantium in

tract.

tract. de nullitat. ſentent. ex defect. citation. num.25.

Verùm huic rationi facile reſponderi poſſe poſt Bauerium ſcribit Tob. Nonius in d. §. poſthumi,ſub nu. 14. de exhær. liber. quod leges ſolũ exigunt vt viuus naſcatur ad rumpendum teſtamentum, quamuis ſtatim moriatur. Sed hæc reſponſio non ſatisfacit, licet nanque lex non curet quandocunque natus moriatur, non tamen inde ſequitur,ergo nec vult partum eſſe vitalem,vt ex ijs quæ nuper dicebam colligitur, nec vllibi reperitur lex quæ abſolute ſic dicat,ſed perfectionẽ in reliquis præſupponit. Hoc itaque intelligendũ eſt ſi veritati cedimus, de illo partu qui tempore congruo viuus naſcitur,& natura inſpecta ad viuendũ habili,quantumuis per accidẽs impoſſibile ſit ipſum vixurum, vnde potẽtia naturali inſpecta rumpit teſtamentum,pro quo facit l. ſi quis poſthumos, in princ.ff.de liber.& poſthum.dum Paulus ad Sabinum inquit, quòd natura magis in homine generandi & conſuetudo ſpectãda eſt,quam temporale vitium aut valetudo propter quam abducatur homo à generandi facultate.

Ex prędictis itaque conſtat diſputãdo vtranque opinionẽ poſſe defenſari,ego tamen ab hac
29 poſteriori,† tanquam vera æquitate ſuffulta & receptiori non recederem,quę in cauſarum deciſionibus atque prudentum reſponſis pro veritate reddendis primum obtinere locum meretur, & licet iam eius fundamentũ ſtabile maneat,animaduertendum attamen eſt, in hoc legitimi partus negocio leges certum menſium curſum apud Paulũ Iuriſconſultum obſeruaſſe,Hippocratis enim teſtimonio ſeptimo menſe natum iuſtum eſſe filium ſcribit,quòd ſi partum viuum & in orbem totum naſci ſufficeret, hac obſeruatione tanquam inutili abſtinuiſſet, breuiuſque ac dilucidius viuum edi ſufficere profecto ſanxiſſent, cum & ſexto menſe viuum naſci poſſe experiẽtia edoceamur,eodem compendio in d.l.pen.C.de poſthum. hæred.inſtit. iuncta l.præcedenti Imperator vſus fuiſſet,ſanciendo viuum partum editum licet illico decedentem rumpere teſtamentum, cum autem id non profit,abortum ideo primum abiecit,partum ſubdens perfectè naſci oportere,mõſtruoſos etiam ac prodigioſos excludens ne aliquid contradicente Natura leges recipiant: vt dedignati non fuerint illuſtres illi Iuriſconſulti in quæſtionibus humani partus pertractãdis Hippocrati & Ariſtoteli inhærere,illoſque vti iudices ſuſpicere, dũmodo naturæ præcepta ſequerentur,illiſque non repugnarent, Quamuis illa Platonis vera ac Q. Catulo certè non inaudita ſit vox, omnem doctrinam ingenuarum & humanarum artium vno quodam ſocietatis vinculo contineri, & vbi perſpecta eſt vis rationis eius qua cauſæ rerum atque exitus cognoſcuntur,mirum quendam omnium quaſi cõſenſum doctrinarum concentumque reperiri: Hæcque
30 Encyclopedia † ſi à Rhetoribus in Oratore, à Vitruuio in Architecto deſiderata eſt, quanto magis in Iuriſconſultis requiretur cum abſque aliarum artium præſidijs nec intelligi recte,nec tractari Ius ciuile feliciter poſſit,non mirũ ſi ad Medicos atque Philoſophos antiquiores ipſi conuertebantur, vt aliarum ſcientiarum autores quibus leges veluti gemmis præfulgent, ſilentio obuoluam: eſt ſiquidem Iuris prudentia rerum Diuinarum humanarumque notitia, vt proprio quodam iure libri quibus continetur Pandectæ vocentur, quod rerum omnium ſcientiam complectantur: tales quondam Iuriſconſulti ij fuere,de quibus lib.de Oratore,3. Cicero loquitur, quos ſapientes magis quam Iuriſconſultos Franciſcus Duarenus diuina quaſi ingenij celeritate, dicendique copia clariſſimus,in Scæuola appellabat. Horum exemplum plures noſtrorum ferè temporum imitati ſunt, quos feliciſſimos exiſtimo, nihil pulchrius, aut dignius ducẽtes quàm Iuris ciuilis in quo verſati ſunt fines extendere & veluti pomœria quodammodo proferre,quibus omnium ferè ſciẽtiarum cognitio varia lectio, variuſque vſus non defuit. Et quanquam ius ipſum vbertate atque amplitudine maximum Duareno viſum fuerit, & vix quiſquam in eo excellere poſſe qui non ſe ei totum dediderit, ſubcreſcentia tamen ſtudioſorum immortalitate digna ingenia ſtupida aut ſegnia non reddentur ad veram iuris methodum acquirendam, aliarumq. bonarum artium ſemina quibus leges ornari ſolent ac cupiunt, Duareno autem ipſiuſmet variam cognitionem obijciẽt cygnea voce,& oratione admirabilem,non mirum ſi ſuo, Andreæ Alciati, Franciſci Connani, Iacobi Cuiacij, aliorumque inſignium auxilio qui hanc Encyclopediam, ſcientiarumque cognationem qua aliæ ab alijs mutuantur exactè obſeruauere ius ciuile floridum inſpiciamus priſtina dignitate reſtituta,cum ea conſtrinxerint quæ diſiecta eſſe non poſſunt, taceant obſecro qui omnia hæc ex ſe vnum eſſe, & vna vi atque vna vocatione naturæ compacta eſſe dixerunt, nullum enim eſt genus rerum quod aut auulſum à cæteris per ſe ipſum conſtare, aut quo cætera ſi careant vim ſuam atque æternitatem conſeruare poſſint. Quibus præclaris viris Petrum Caballum Iuriſconſul-
31 tum Pontremulenſem † acceſſiſſe noſtra ætate quæ proinde felix eſt, inſpeximus, is extra omnem controuerſiam eminentem gradum in iure explicando ſibi aſſumpſit, quod ex eius exquiſitis voluminibus Reſpõſorum inquam, & variarum Reſolutionum criminalium nuper editis

editis ſatis eſt perſpicuũ, vt eius famam in geminos axes tetenderit, & cum Sole alteram æmulam claritatem diſperſerit. Hancquè poſteriorem opinionem contra octimeſtres partus communem quoque eſſe fatetur Federicus Bonauentura in dicto opere, quod de octimeſtri partu feliciter compoſuit lib. 3. cap. 60. incip. At enim verò, fol. 119. quicquid ipſe pleniſſima decem librorum tractatione decem librorum contrarium futuris ſæculis veluti ſancire crediderit, cum omnes peregrini eius ingenij vires ad id probandum ſuadendumque intenderit.

Sed non deſunt ex antiquis claſſicis autoribus qui octimeſtrem partum vitalem non eſſe aſſeuerent, & nuncupatim Hippocrates in lib. de octimeſtri partu, in principio. De octimeſtri (inquit) partu ſic ſentio, impoſſibile eſſe vt duas conſequenter afflictiones ſuccedentes pueri ferre poſſint, & propterea octimeſtres non ſuperſtites manere, contingit enim ipſos conſequenter affligi, tum ea quæ in vtero fit afflictione, tum ea quæ in partu accidit, & ob id nullus octimeſtris vitalis fit, & in lib. 3. de Carnibus. Octimeſtris autem natus nullus viuit vnquam. In alioque libello de ſeptimeſtri partu ita loquitur. Si enim in his laboribus ſuccedant, vt in conſpicuum prodeat puer, impoſſibile eſt ſuperſtitem eſſe ob prædictas affectiones, quas ego octimeſtres perimere dico, imò etiam multos decimeſtres. Alex. etiam Aphrodiſęus in ſuis Problematibus quęrens cur ſeptimeſtres infantes vitales ſint, octimeſtres verò nequaquã abſolutè his verbis reſpondet. Octimeſtrem natũ vitalem nõ fore, idem ſibi etiam voluit Haliabbas 3. Theoricæ, cap. 34. & Alchabitius ſic ſcribit, Vnde Habraam de natiuitatibus, ſi quis naſcitur in octauo euenit cauſa præter naturam matri occurrente vel ex parte corporis, vt morbus, aut animæ ceu timor confeſtim accedens, proinde ſi hoc menſe egrediatur, ipſe moritur, aut valde mater periclitabitur, & vt plurimum moritur; rurſus idem Alchabitius, Quia in ipſo eſt habitudo languens turbationis & debilitatis non viuit, non enim ineſt ſibi virtus nutritionis & auguméti. & Cõciliator Differen. 49. Si autem (ait) egrediatur in octauo debilis exiſtit fatigatus, & non à virtute faciente ipſum naſci, verum à cauſa ſympthomaticè hũc impellente, is enim apud Auicennam eſt imperfectus ſecundum exceſſum & inordinationem materię alia plaſmatus forma. Et ne Ariſtotelis verba prętermittam, is de Hiſtoria animal. lib. 7. cap. 4. ita teſtatur. Dolent quidẽ mulieres maximè menſe quarto & octauo, etſi corrumpantur, quarto & octauo corrumpuntur, vt frequentius; & iterum. Quare non ſolum qui octo menſium ſunt non viuunt, ſed etiam parientiũ periclitantur vt plurimum parientes, & ideo bene ſibi caueant adulterantes meritriculæ in quo menſe procurent abortum, multæ nanque hinc ſunt extinctæ, ſimili etiam modo & qui ſerius quam vndecimo menſe naſcuntur latere putantur. Quod pariter affirmarunt, Petr. Iacobi in eius praxi, tit. de Generat. colum. 3. verſic. Sed etſi, fol. 87. Petr. Anton. de Petr. in tract. de fideicom. prohib. quæſt. 11. num. 371. verſic. Quia in octauo menſe, fol. 287. & doctiſſimus And. Alciat. conſil. 23. Hac in quęſtione, nu. 2. lib. 9. concludens abortiuum eſſe natum tempore quo ſecũdum naturam viuere nõ poteſt, puta ante ſeptimum menſem, vel in octauo, plures allegans, & de communi opinione atteſtans.

Idipſum de octauo menſe nato ex frequentiſſima Scribentium aſſertione traditũ, vel ma-
32 ximè † procederet, cum non proprijs uiribus puer in orbẽ prodiret, ſed ex vtero ob aliquem particularem puerperæ morbum extractus eſſet ſignis pariendi non apparentibus. Socinus iun. d. conſ. 35. num. 35. ita ſibi ab Excellentiſſimis Medicis quos conſulerat reſpõſum fuiſſe affirmans, lib. 2.

Iisdem ferè iuribus atque rationibus poſthumus quinto, ſexto, aut octauo menſe in-
33 tempeſtiue editus teſtamentum † non rumpet, vt tradunt Paul. de Caſtro in d. l. quod certatum, col. 1. poſt num. 3. C. de poſthum. hæred. inſtit. quam legit cum præcedenti, dicens iſtam quæſtionem de facto in ciuitate Patauij contigiſſe, & quoſdam variè cenſuiſſe, ſed cõtrarium verius eſſe, ſe arbitrari, vbi Alexand. ante nu. 4. verſ. Tamen Raphael, & Iacobin. de S. Georg. idem etiam dixere Raph. Cuman. Chriſtoph. de Caſtellion. Alexand. poſt num. 7. verſic. His tamen, & Ioan. Bapt. Caccialup. de S. Seuerino, Lancellot. Dec. & Iaſ. num. 13. in l. quod dicitur, ff. de liber. & poſthum. & Iaſon ibi refert Chriſtophorum aſſerentem ſuper hoc vidiſſe dubitari in Collegio Papienſi, & ita ſentiẽtem, & Ioan. Bapt. de Caccialupis in præcitato loco inquit ita Angelum de Periglis Doctorem Peruſinum eius præceptorem conſuluiſſe. Decius num. 4. verſic. Prædicta autem, Vbertinus Zuchard. poſt num. 12. remiſſiue tamen, & Ioan. Bolognet. num. 18. verſic. Item abortiuus, in l. poſthumo, C. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. Socin. hac in l. cum auus, num. 110. vbi de communi, verſic. Ideo tamen. Felin. in d. c. ſicut ex tuarũ, poſt nu. 5. verſ. Limita niſi naſcatur, ext. de homicid. licetque contra Caſtrenſem argumentetur, tamen ita ſentire credidit Alciat. d. conſ. 23. nu. 3. in 9. vol. Anton. de Roſellis inter cõſilia Laurentij Calcanei cõſ. 105. licet abunde, col. 1. in princ. Raph. Fulg. d. conſ. 69. col. 2. circ. med. nu. 3. vbi de edito quinto mẽſe loquitur,

tur, & omnium approbatione abortiuum eſſe concludit. Soc.d.conſ.275.nu.20.lib.2. vbi de magis communi atteſtatur contra Angelum, & ab hac opinione recedẽdum non eſſe, Hipp. de Marſil. in d. l. fin. num.160. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Io. Dilect. de arte teſtandi,tit.3. de liberis inſtit.vel exhæred. cautel. 10. ante nu.2. Andr. Tiraquell.in d.l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos,poſt num.205. C.de reuoc.donat. verſic. Et ita de teſtamento, Bauerius, Viglius Phryſius & Tob. Nonius poſt nu.14.vbi de communi,& num.8.verſic. Et hinc eſt, in d. §.poſthumi,Inſtit.de exhęred.liber.idem Marſil. conſ.10. Caſus dubitationis, nu.36. verſic. Et facit optime, & ſing.106. Qui de proximo, ante fin. verſic. Et addę, Pariſ.d.conſ.56.nu.9. lib.2.dicẽs Corneum in d.l.pen. nihil boni adducere, & Felini obiectionem nihil valere, & nos debere ſequi opinionem iſtam Caſtrenſis & aliorum tanquam veram,ęquam & communiorem, Iul. Clarus recept.ſentent. lib.3. §.teſtamentum, q.45. verſic. Sed quid ſi iſte, vbi magis communem eſſe affirmat, poſt Socin. iun. d.conſil.35.num.15. lib.2. de eadem atteſtantem. Crebriuſque receptum eſſe teſtamentum non rumpi, quoniam lex abortiuos præteritos non rumpere teſtamentum dicit, nec dubium eſſe quin abortiui dicantur,tametſi viui nati ſint, conſtareque huiuſmodi filios perfectos non eſſe, qui tamen vt rumpant perfectè debuerunt naſci & ad orbem deuolui, tradit Andreas Alciatus Italiæ decus maximum, in l.qui mortui. ff.de verb.ſign. Cepoll.d.conſ. ciuili 50. colum. pen. verſic. Circa ſecundum, Aym. Crauett. d. conſil.210. num.6. Thom. Grammatic. d. conſil. 154. num.4. & ſequen. Anton. Ciofius d. conſ.68. colum. fin. verſic. Ex quibus hic etiam,lib.1.Franciſcus Marc.deciſ.953. Quæritur an requiratur,num.11. Maturinus Montanus in lib.Genialium dierum ad l.Septimo menſe, fol.80.verſic.Rurſus hæſitatum eſt, vbi de crebriori opin. meminit. Ioan. Franciſc.Purpur.conſ.306.Ad elucidationem,
34 num.19. lib.1. Et quamuis aliqui † contradixerint, Angel.ſcilicet in d.l.quod dicitur,de liber.& poſthum. Corn.in d.l.pen. poſt nu.2.C. de poſthum.hęred.inſtit.Bal.in præcitatis conſilijs 128. Ad intelligentiam,col.2.lib.1. quod repetitur conſ.113.Proponitur quod quidam, in fin.lib.5.& alij quos tacitis nominibus indicat Caſtrenſ.in d.l.penult. Decius d.conſ.623. In caſu occurrenti, num.3. fretus Baldi potiſſimum autoritate dicens iſtam opinionem contra Paulum de Caſtro veriorẽ videri, & quòd viuus naſcatur ſolum requiri. Stephanus Bertrand.conſil.217. Cognito caſu,num.5.lib.1.à quibus Felinum excipio pro hac parte argumentantem,& aliud fortaſſe intelligẽtem: Non
35 eſt ab opinione Caſtrenſis † tanquam magis communi ac veriori recedẽdum, quòd iſte poſthumus intempeſtiuè editus teſtamẽtum non rumpat, ſed velut abortiuus actiua & paſſiua ſucceſſione omnino careat, quam etiam ſequitur Socinus idem iunior dicto conſil.107.Con-
36 ſului,num.17.lib.3.Sicut donatio † horum natiuitate minus reuocaretur, ex d.l. ſi vnquam, vt ibi in d. verbo, Suſceperit liberos,dicit Andreas Tiraquellus num.205.in 1.limit. verſic. Eam tamen.

Quid autem in dubio dicendum ſit? videtur
37 † partum editum in dubio maturum præſumi, quamuis repente moriatur, d.l.vxoris abortu, & l. quod certatum, & d.l. quod dicitur, not. Bald.in d.l.Septimo menſe. Decius in cap.per tuas,colum.2. extra de probat. Nicol. Boer.d. deciſ.220.incip. Et Paulus de Caſt.colum.vlt. verſic. Tamen iudicabitur ille partus, in ſecunda parte. Socin.iun.d.conſil.35.nu.25.libro 2. Franc.Burſat.d.conſ.63.num.21.lib.1. Dominus Sfortia Oddus prælleg.conſ.28. num.63. verſ. Et primo quia, poſt Baptiſtam de S.Blaſio, & Franciſcum Marc. ibidem relatos, poſtque Fuluium Pacianum tradit D. Marc. Anton. Peregrin. in tract. ſatis florido ac peregrino de fideicom. artic.63. ante num.31. verſic. Difficultas prętera, Iacob.Menoch.in tract.de præſumptionibus,par.2.lib.6.preſump.52. incip. Contingit etiam,nu.2.3. & 4. Horat. Magon in Deciſ. Excelſæ Rotæ Florentinæ,41. Punctus quæſtionis,nu.5.verſic. Hæc enim interpretatio, & tradidit Petrus Iacobi in d. eius Praxi,tit.de Generatione,col.4. fol.87. verſic. Iudicabitur enim ille partus. Quæ præſumptio
38 † eo magis procedit, quo partus ipſe aliquot dies vel aliquot horas vixit,vt inquiunt Hieronym.Cagn.in l.1.nu.193. ff.ſi cert.pet. & Burſat.d.conſ.63.nu.20. verſ.Quinimo, in 1.vol.

HYPOTHESIS.

Partum decimeſtrem legitimum eſſe Scęuolæ Iuriſconſulti teſtimonio, multiſque aſſertionibus Clariſſimorum autorum probari: & an natus vltra menſem decimum per paucos tamen dies legitimus ſit inquiri: l. ſi ita quis, ff.de vulg.& pupill.ſubſtit. declarari: deque menſibus aliqua afferri: ac l. inteſtato, ff. de ſuis & legitim. ad mentem Doctorum interpretari.

SVMMARIVM.

1 *Decimeſtrem partum Philoſophorum Medicorumque conſenſu vitalem ac legitimum cenſeri.*

Natum

2 *Natum vltra decimum menſem per pancos tamẽ dies duos inquam non ideo minus ſecundum veram opinionem legitimum eſſe : Contrarium tenentes num.14.inueniri,poſterioremque negatiuam ſententiam vti magis communiter receptã ſuſtineri,nu.17.Diſtinctione etiam vtranque opinionem,nu.18.conciliari.*

3 *Facere aliquid cum faciendum eſt,vel poſt modicum interuallum paria eſſe,Accurſio ſic dicente,cui Aemylius Ferrettus poſt Bald. & Angelũ minime aſſentitur.*

4 *Terminus ſi certus ſit, quicquid poſtea ſit inane eſſe.*

5 *Incontinenti quæ ſiunt ineſſe videri,quomodo accipiendum ſit.*

6 *L. ſi ita quis,ff.de vulg.& pupill.declarari.*

7 *Legem referentem ſe aut recipientem, ſecundum terminos legis recepta,uel relata intelligi.*

8 *Conceptionis diem aut obſcurum, aut omnino incertum haberi,de quo tamen,nu.11.*

9 *Decem menſium ſpacium in decimeſtri partu non à die conceptionis, ſed à die mortis computari Aemylius Ferrettus, Aemylius Perrottus,& Marius Salamonius ſunt arbitrati,Sed Iacobũ Menochium in diuerſam iuiſſe ſententiam,vt à die conceptionis computetur,numer.9.ipſumque ab Auctore ex Hippocratis ſententia comprobari, num.10.& 11.*

12 *Menſes in legitimi partus computatione lunares intelligendos eſſe.*

13 *Menſem lunarem diebus viginti nouem, & horis duodecim ac minutis quibuſdam ex Alexandro ab Alexandro,Lilio Gregorio Giraldo,Gregorioque Pubarchio cõſtare.Sed ex Macrobio in Somnio Scipionis diebus viginti octo, & horis octo menſem ipſum lunarem perfici.*

15 *L.inteſtato,ff.de ſuis & legitim.ex Franciſ.Aret. atque alijs interpretari.*

16 *Argumentum à contrario ſenſu in numeris negatiuè non concipi.*

CAP. VII.

1 DECIMO menſe editum † partum vitalem eſſe Philoſophorum, atque Medicorum conſenſu incertum non eſt, legitimum etiam cẽ ſeri apud Scæuolam, libro ſexto Quæſt.in l.Gallus,in prin.ff.de liberis, & poſthumis, ex Galli Aquilij formula, necnon apud Vlpianum lib.14.ad Sabinum in l.inteſtato, §. poſt decem menſes,ff.de ſuis & legitim.euidentiſſimè eſt obſeruatum, communique interpretum voto receptum; quod Salomonis verbis affabrè confirmatur Sapien. 7. In ventre matris meæ figuratus (inquit) ſum caro,decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguinẽ, ex ſanguine hominis,& delectamento ſomni conueniente; necnon Macrobij Saturnal.libro primo, cap.octauo. Cur autem Saturnus in compedibus viſatur Verrius Flacc. cauſam ſe ignorare dicit,verum mihi Apollodori lectio ſuggerit, alligatum ait per annum laneo vinculo, & ſolui ad diem ſibi feſtum, ideſt menſe hoc Decembri, atque inde prouerbium dictum Deos laneos pedes habere, ſignificari vero decimo menſe ſemen in vtero animatum in vitam grandeſcere, quod donec erumpat in lucem, mollibus naturæ vinculis detinetur; & poſt Macrobium nulla de eo mentione habita tradit Polydorus Virgilius libro quinto, Adagiorum mihi Adagio.13.fol.72.incip.Saturnus. Hoc idẽ ait Plautus in Ciſtellaria, Tum illa quam compreſſerat, decimo poſt menſe exacto hic peperit filium. Et P. Ouidius Naſo Faſtorum libro primo.

Annus erat dicendum,cum luna receperat orbem,
Hinc numerus magno tunc in honore fuit.
Seu quia tot digiti per quos numerare ſolemus,
Seu quia bis quino fœmina menſe parit.

Hinc etiam Parcis ea nomina indita fuiſſe, Nona Decima & Morta, & à partu mutata littera vna dictas eſſe Ceſellius inquit. Congruit inſuper quod Marc.Cicero in Oratione pro A. Cluentio tradidit,Nihil(ſcribit)ad hanc improbitatem addi poſſe videtur, attendite exitum, quæ mulier obteſtatione viri decem illis menſibus ne domum quidem vllam niſi ſocrus ſuæ noſce debuit;menſeque hoc decimo P. Scipionem Africanum natum fuiſſe,poſt C.Oppium, & Iulium Higinum qui de vita & rebus Africani ſcripſerunt,Aul.Gell.noctium Attic.7.cap.1. in hęc verba refert:Poſtea in cubiculo atque in lecto mulieris cum abſente marito cubans ſola obdormiſſet, viſum repente iuxta eam cubare ingentem anguem,eumque ijs qui viderant territis,& clamantibus elapſum inuenire non quiſſe,id ipſum P. Scipionem ad Aruſpices retuliſſe,eos ſacrificio facto reſpondiſſe, fore vt liberi gignerẽtur, neque multis diebus poſtea quam ille anguis in lecto viſus eſt, mulierem concepiſſe, conceptique fetus ſigna atque ſenſum pati,exinde menſe decimo peperiſſe,natumq.eſſe hunc P.Scipionem Africanum qui Annibalem & Carthaginenſes in Africa bello Punico ſecũdo vicit;hæc ibi Gellius,& Terent. in Adelphis act. 3. Humanum eſt, vbi ſcit factum ad matrẽ virginis, Venit ipſus vltrò lacrumans,orans,obſecrans, Fidem dans,iurans ſe illam ducturum domum,Iguotum eſt,tacitum eſt,creditum eſt, virgo eo congreſſu grauida facta eſt, menſis hic decimus eſt;rurſus Terent.in ijſdẽ Adelph. act. 4. Virginem vitiaſti quam te ius non fuerat tangere, Iam id peccatum primum magnũ at humanum tamen, Facere alij ſæpè item boni, at poſtquam id euenit cedo, Nunquid

circumſpexiſti aut nunquid tutè proſpexiſti tibi, Quid fieret? qua fieret? ſi te ipſum mihi puduit dicere, Qua reſciſcerem hæc cum dubitas, menſes abierunt decẽ. Sed vt ad Philoſophos redeam atque Medicos, Hippocrates in libr. de natura pueri, Quum autem (inquit) in vteris eſt validius ſe ſuſtentat vſque ad pellicularum ruptu ram ſimul cum decimo menſe quando partus matri propinquat & adeſt. Si verò violentam affectionem perpetiatur puer, etiam ante præfinitum tempus ruptis pelliculis prodit. Quin etſi alimentum à matre prius puero defecerit, etiam ſi partus matri prius aduenit, & ante decimum menſem puer prodit: & paulo infra, Quòd autem non diutius quàm decem mẽſibus contingat vterum geſtare ego demonſtrabo, alimentum & augmentum, quod à matre deſcendit non amplius ſufficiens eſt puero, vbi decem menſes præterierint, & fetus auctus fuerit, & ibi, Deficit enim pueris alimentum, vt ad decimum vſque menſem ſufficere non poſſit; & in libro de Septim. partu, Qui enim in ſeptem quadragenarijs naſcuntur decimeſtres appellati, ob id maxime educãtur, quòd fortiſſimi ſunt & plurimum à vulgarium puerorum tempore abſunt, in quo affliguntur quadraginta agrotãtes diebus circa octauum menſem, & in princ. de Octimeſtri partu, Inſuper & decimeſtres appellatos in ſeptem quadragenarijs dierum magis in lucem edi ſentio, & maxime contingere, vt educentur; & denique Menander Poeta veteſtior humanorum opinionum, vel peritiſſimus, ἀνηρ μετὰ λόγων. Accurſio autem non ſolum in decem menſibus natum legitimum eſſe, ſed vltra per paucos tamen dies duos ſcilicet aliquando arriſit, vt in gloſſ. fin. d.l. Gallus meminit. Quemadmodum tamen prior aſſertio aperti crebrique iuris eſt, ita poſterior hæc impliciti controuerſique arbitratur, cum enim Galli formula difficillima ſit, ſed interpretatione (vt Salamonius inquit) nobili ac celeberrima, omnes ferè Interpretes ingenij vires in illa enodãda elucidãdaque intenderunt, qui inuicem acriter fortiterque reluctantur, In arduo itaque & ancipiti negocio, vt explicitè, & diſtinctè proce
2 dam, dixerim †primum Accurſio in d.l. Gallus, in princ. plures aſſentiri, inter quos Bart. ante numerum duodecimũ, referens Cynum de Piſtorio ſic ſenſiſſe Magiſtri Gentilis de Fulgineo autoritate ſuffultum, Iaſ. num. 63. Socin. columna ſecunda, verſic. Opinio tamen gloſſ. dicens ſe Gentilis conſilium vidiſſe, Andreas Alciatus ante num. 17. Fortun. Garzias poſt numer. 44. verſic. Sed his non obſtantibus, Lancellot. Galiaul. num. 36. Marius Salamonius, num. 44. & Hieronymus Torniell. in fin. princ. Iacobus de Beluiſ. in §. vnum ſiquidem, in auth. de reſtit. & ea quæ parit, in 1. quæſt. vbi Ang. verſic. Vlti mò nota gloſſam, & videtur tranſire ſubobſcurè tamen Alberic. de Roſat. in d.l. ſeptimo menſe, ante numerum ſextum, verſic. Et vide quod notatur, nec eiuſdem Accurſij in d. auth. de reſtitut. aliam autoritatem prætermittã, ibi enim idem quod in l. Gallus, in princ. concludit. Gulielm. de Benedict. in rep. c. Raynutius, in 2. par. in verb. Et ſobolem quã geſtabat in vtero, ſub num. 30. verſ. Vltra verò decem menſes, extra de teſtamen. Fernand. Vaſq. in tract. de ſucceſſ. creat. in 2. part. primæ partis, lib. 2. §. 20. partic. 2. requiſ. 29. declar. 2. num. 113. verſ. Cæterum quòd nepos præteritus, fol. 90. Petr. Gregor. in Syntagm. iuris part. 2. lib. 9. cap. 26. num. 22.

3 Illudque primò affertur, quòd paria †ſint facere aliquid cum faciundum eſt, vel facere poſt modicum interuallum, gloſ. in l. Pomponius, §. ratihabitionis, de procur. ex verb. Conteſtationem, gloſ. in l. 2. in princ. ex verb. Narrationem, C. de iur. iur. propter calumn. gloſ. in §. tutor, ex verb. Poſt tempus, inſtit. de authorit. tut. Bal. in l. diuortio, in princ. per illum text. vbi Alexan. etiam, fol. matrim. ſimilia multa colligit Iaſ. in l. edita, in 1. part. magnæ gloſſ. C. de eden.

Sed Aemilio Ferretto Doctori ſummi ingenij hæ gloſſę nunquam placuerunt, quas improbant Bal. & Ang. in d. §. ratihabitionis, nã quando terminus eſt certus, diesque determinatus,
4 quicquid †poſtea fit non recipitur, l. Thais, §. intra, de fideicom. liber. l. ſi ita quis, de vulg. & pupill. Idemque in facto extinguente obligationẽ obuenire dicit, quod diei certi inſtar habet, l. Modeſtinus, de ſolut. gloſſæ nanque illæ omnes ex Æmylio vno ſpiritu negari poſſunt, carẽt certè ratione & lege.

Præterea poteſt etiam dici eas gloſſas loqui in factis quæ per ſe interuallum & tractum habent, nos autem agimus de die certo & determinato. Nec obſtat illud de pacto incontinenti
5 †adiecto quod ineſſe videtur, l. petens, C. de pactis, quia continens eſt, quod interuallum non habet, & ſemper dicitur gradi atque ambulare contractus, quæ ita coniuncta ſunt ineſſe videntur, dies vero diem nõ parit. Minus arridet Ferretto Baldi reſponſio ad d.l. ſi ita quis, putantis eam loqui de termino non naturali, ſed facto à teſtatore, nos autem hic agere de termino natu
6 rali, Quæ enim † ratio eſt cur violemus potius legem quam teſtamentum, cum teſtator ſupra legem non ſit, lex autem teſtatori præcipiat? l. nemo poteſt, de leg. 1.

Sed eſto Baldum vera aſſerere, non tamen procedunt in termino naturalicum de generatione corruptioneque agitur, tunc etenim momenta non dies ſolum quærenda ſunt, cum in momẽtis temporum verſentur, Naturaque certum tempus præſcripſerit, quod excedendũ nõ eſt, aut minuendum, eius inſtinctu ſic dictante

atque

atque concedente, quòd ſi hiſce legibus naturalibusque inſtitutis repugnandum eſſet, alterum Naturam inſtituere videremur, quo quid abſurdius?

Secundò, nam terminus ab Hippocrate præfixus decem menſium præcisè nō capitur, cum vt Gentilis de Fulgineo interpretatur, in decem menſibus naſci etiam dicatur qui paucis ante vel poſt diebus naſcitur, quod Bartolus, Socinusque recipiunt, & Aulus Gellius in Noctibus Atticis libro tertio, ex eodem Hippocrate verum exiſtimat: Sed lex Hippocratis opinionem comprobauit, ergo in lege ipſa decem menſium terminum non de præciſo intelligere debemus, ſed de prorogabili ad paucos dies,
7 lex enim † ſe referens aut recipiens ſecundum terminos legis receptæ, vel relatæ intelligitur, vt in l.nihil, vbi Bart.ff.de coniung.cum emancip.liber.& in auth.de fil.ante dotal.inſtrumen. nat.cum ſimil.

8 Huic rationi † Æmilius Ferretus in dicta l. Gallus, in princ.numero vigeſimotertio, reſpōdere audet, ineptè à noſtris ibi diſputari quo menſe naſcatur partus legitimus, quod neque certum eſt, neque exploratum aut traditum lege vlla, agitur nanque de producto tempore à die mortis ad certum tempus decem menſium, an qui poſtea natus eſt in legitimis habeatur: hæcque à die mortis dinumeratio alteri Aemilio numero 13. Marioque Salamonio num.46. æquiſſima viſa fuit, cum enim dies conceptio-
9 nis † aut obſcurus, aut omnino incognitus habeatur, ideoque ab eo dinumeratio fallax ſciri proculdubio nequit, eius temporis aut dinumerationis finis cuius initium ignoratur.

Prudenter itaque inquit Salamonius, legislator noluit in re tam graui ſub incertis & vanis aſſeuerationibus vagari, ſed ex certo initio certum finem præſcribi, quem egredi penſata naturæ lege cenſetur impoſſibile, & ciuili æquitati partusque indemnitati conueniens. Duo ſiquidem legislatorem conſideraſſe oportuit, Primum vt partus ratio integra ſeruaretur, id-eſt quòd vere filius defuncti per anguſtiam tēporis pariendi non excluderetur. Secundum, ne ex interminato infinitoque pariendi tempore viduis ſtupri occaſio præberetur, vtrunque conſequi ratus Duce Natura certam naſcendi metam à morte præſtituit, cum à die conceptionis fallax & omnino periculoſum videretur, nulla ergo alia ratione melius naturæ lex obſeruari potuit, quàm decem iuſtos à morte menſes ſtatuendo.

Vtque Marij rationem abſoluam, ſubdit ipſe, quòd ſi nouem à morte præſtituiſſet, eſſent vtique à conceptione tantum decem cum detrimento partus cui nec vndecimo menſe naſci à Natura denegatum eſt, ex diuerſo ſi vndecim à morte præſtituiſſet, ſimiliter à conceptione cō tra naturæ legem eſſent duodecim, optima igitur conſideratione decem à viri morte menſes præfiniuit.

Non modo refert ſi viduis nono quoque mē ſe gignere aſſuetis inceſti occaſio nō auferatur, quæ poſt mortem viri ex ſtupro concipientes decimo mortis parere poſſint, huius etenim rei ea natura eſt, vt per omnia fraudibus ſine partus detrimento obuiari nequeat, ſatius inquit lex poſſe falli quàm ob talem ſuſpitionem per inſcitiam humanam verum filium excludi, hactenus maximis ingenij viribus Salamonius, quem Perrottus referendo ſequitur atque corroborat.

10 Ipſos tamen Iacobus Menochius † libro ſecundo de arbitrar.iudic. quæſtionib. centur.1. caſu 89.numero 44. acriter explodit, relatamque rationem liberè confutat, decem menſes in d.l.Gallus, & in l.inteſtato, cæterisque ſimilibus à die concepti partus numerandos eſſe exiſtimans, vt decem menſes in eadē l.Gallus, imperfecti intelligātur, ita vt cōputato conceptionis tempore, quod ante viri mortem eſt, & tempore natiuitatis filij decem menſes perfecti, & dies duo vel tres compleātur: Menochium ego
11 rectè ſentire † autumo, dum computationem menſium à conceptione deducit, & ita Hippocratem deduxiſſe compertum eſt, cuius ſententiam leges receperunt, vt non magis ipſis legibus, quam Hippocrati in hac computatione ſit deferendum. Nec infeliciter de imperfectis mēſibus lunaribus intelligit, prout de ijſdem ſenſiſſe aliquando Hippocratem videamus: Sique
12 mentes † non ſecundum anni noſtri conſtitutionem quàm Cæſar induxit perpendemus, ipſos lunares eſſe reperiemus, vt optimè declarat Andreas Alciatus, omnis vetuſtatis inueſtigator illuſtris, in d.l.Gallus, in princ.numero decimoſeptimo, & in l.qui mortui, in fin. de verborum ſignif. ſequitur Iacob. ipſe Menoch. d.libr. vndecimo, caſu 50.num.19. priusque hoc idem præſentit Alberic.de Roſat.in d.l.ſeptimo menſe, de ſtat.homin.num.5.verſic. Sed quot dies, conſentiuntque Iacob.Concen. quæſt. libro 2. cap.9.num.4. & Franciſcus Burſat. d. conſ.63. Deceſſit, num.22. lib.1. Nec enim Hippocrates diuinare potuit fore, vt Cæſar ita menſes ordinaret. Lunaris verò menſis quot dies contineat non ſatis demonſtratum eſt, nam etſi diebus triginta cum tardiſſimè à coitus ſolis luna remoratur ad ſuas vices redeat curſumque conficiat, vnde cum menſis abſolutè ſit mentio traditum ſit diebus triginta computari, l.ſi.§.1.C.de iur. delib. ex Alciat.in l.cum biſlextus, in verb. Diebus viginti nouem, ff.de verbor.ſign. Lunam ta
13 men curſum ſuum diebus viginti nouem † & horis duodecim ac minutis quibuſdam perficere,

Alexandro ab Alexan. libro tertio, dierum Genialium, capit. vigeſimoquarto, Lilio Gregorio Giraldo in lib. de Menſibus, Gregorioque Purbacchio in ſuis tabulis placuit. Sed quid Macrobius de hoc ſenſerit non prætermittam, is enim de Somnio Scipionis ita inquit, Luna octo & viginti propè diebus totius Zodiaci ambitum conficit, Nam etſi per triginta dies ad Solem à quo profecta eſt remeat, ſolos tamen ferè viginti octo in tota Zodiaci circuitione conſumit, reliquis ſolem qui de loco in quo eum reliquit abſceſſerat comprehendit, menſes ergo lunares ratione circuitus Lunæ per Zodiacum rectè intelligimus, vt in ſuperioribus dies aſſumere viginti ſeptem, & horas octo dicebam, hæcque dierum computatio lunarium mẽſium ex eodem Macrobio ibidem elicitur, dum ex Hippocrate qui tam fallere quàm falli neſcit, futuri partus diſcretionem ex vtero ſic dignoſcit, Aut enim (ait) ſeptuageſimo aut nonageſimo die conceptus mouetur, dies ergo motus quicunque fuerit de duobus ter multiplicatus, aut ſeptimum, aut nonum explicat menſem; Senſus itaque dictæ l. Gallus, in princ. non ſtatim percipitur dum decem menſes à die mortis non conceptionis computari ibi videntur: & quamuis Menoch. vir alioqui doctiſſimus complura & quidem inſignia effundat, difficultatẽ non euellunt, nec in tanta caligine claritatis radium conſpergunt, ſed maiorem obſcuritatem inferunt, niſi ex ijs quæ pro quadam congrua præfatione ad dicendorum intelligentiam deſuper de menſium imperfectione annotaui, lumẽ aſſumpſerimus, hic autem repetenda non ſunt alibi latè diſcuſſa.

14 Vnde in contrariam opinionem † itum eſt, per gloſſ. in d. l. ſeptimo menſe, de ſtatu hominum, quam ſequuti ſunt Bald. in tertia quæſt. Nicolaus de Neap. Angelus, Ioannes de Imol. Alexand. numero vndecimo, Franciſcus Aretinus in gloſſ. fin. columna ſeptima, dicens iſtam opinionem veriorem eſſe, & Doctores communiter ſequi gloſſam prædictam, vterque Aemylius, ſcilicet Ferrettus qui de crebriori meminit, & Perrottus ante numerum vndecimum, verſic. Vnde fit, in dicta l. Gallus, in princ. Iacobus Menochius in d. tract. de arbitrar. iudicum quæſt. libro ſecundo, centur. 1. d. caſu 89. numero quadrageſimooctauo, vbi ipſe communem opinionem eſſe teſtatur, Auguſtinus Berous conſilio trigeſimoſecundo, Ex themate, numero 35. pariter de communi atteſtans, verſic. Similiter illa, libro ſecundo, citans gloſſ. in auth. eiſdem, in verb. Non exiſtere, C. de ſecũd. nupt. & hanc partem tenet Sebaſtianus Neapodan. de Neapoli in conſuet. Si quis vel ſi qua, ſub numero 134. verſic. Vnum de duobus habes concedere.

Vrgetque pro hac ſententia Vlpiani ad Sabinum libro decimoquarto, reſponſum in d. l. inteſtato, ff. de ſuis & legitim. Poſt decem (inquit) menſes mortis natus non admittitur ad legitimam hæreditatem: en vides ex huiuſmodi legis conſtitutione præſumptionem iuris, & de iure induci, vt poſt decem menſes natus nõ ſit filius, contra quam probatio nõ admittitur, iuxta gloſſ. in cap. ferrum, 50. diſtinct. cæis qui fidem, de ſponſal. vbi Abb. Clementinis, de probat.

15 Sed ſubtilis Franciſcus Aretinus † in dicta l. Gallus, in princ. huic inductioni reſpondebat, quòd cum verbum Poſt, in d. §. poſt decem, ambiguum ſit, relatione inquam ad natiuitatem poſt, ex interuallo, vel incontinenti; ad tradita per Bart. in l. fructus, fin. quæſt. ff. ſol. matrim. & per Modern. in l. quoties, §. ſi quis ita, de hæred. inſtit. ſecundum ſubiectam materiam, atq. rationem interpretandum eſt, ſcilicet ex interuallo; cum conſtet ex interuallo poſt decem menſes partum edi poſſe, ſicque Imperatorem interpretari in §. fin. authen. de reſtit. dum impoſſibile eſſe (inquit) vndecimo menſe completo poſthumum naſci, vt à contrario ſenſu velit ante menſem vndecimum exactum in aliqua eius menſis parte vitalem eſſe, rurſus in verſic. Vnde ſancimus, vt mulier de ſtupro puniatur duo debeant concurrere, & quòd circa finem anni peperit, ac etiam indubitatum ſit partum non potuiſſe tandiu differri.

Sed ſi iuris præſumptione contra quam probatio non admitteretur, poſt decem mẽſes partus edi non poſſet, ſatis erat dicere, quòd ſi circa anni finem naſceretur, admittendus non foret, anni etenim finis non aliter quàm vndecimi ac duodecimi menſis, nam decimo menſe omnium applauſu partus edi poteſt, cumque text. oſtendat ſe de tempore loqui quo aut certum erat filium oriri non poſſe, aut probabiliter poterat dubitari, cõſtat de decimo non fuiſſe loquutum. Replicari tamen poteſt, etenim vt Alexand. dicebat in eadem l. Gallus, in princip. poſt numerum vndecimũ, verſic. Non obſtat, quem Recentiores referunt, à ſenſu contrario argumentatio prædicta ibi deſumenda non eſt, ne dictæ l. inteſtato, §. fin. repugnet.

Vel ex Mario Salamonio qui Faſtos æterno eius nomine decorauit, aliter eadem argumentatio refellitur, pace enim Aretini talem conſequentiam non plus valere dicebat quàm illam, tempus pariendi in menſem duodecimum non extendi, ergo ad vndecimum extenditur, &
16 proinde in numeris † negatiuè argumentationem à contrario non recipi. Lancellottus etiam Galiaul. dupliciter d. num. 35. replicare nititur, primo, nam à contrario ſenſu argumentatio nõ ſolũ ibi per duos dies poſt ſumeretur, ſed per vi

ginti

ginti octo ac viginti nouem, quod Accurſius & Bartolus explodunt. Secũdò quòd excedit vbi de puniendo agitur, debet nanque tunc probatio eſſe concludens, vt non poſſit aliter eſſe, l. ſciant cuncti, de probat. c. afferre, de præſumpt. nos verò loquimur vbi an partus ſit legitimus diſceptatur. Verum non bene dicit, tum quia vtroque caſu de priuatione agitur, quæ pœna quodammodo cenſetur, tum quia in d. l. inteſtato, §. poſt decem menſibus, ob legis conſtitutionem concludens inducitur probatio, vt nõ poſſit tergiuerſari, neque inficiari, vt Aretinus aſſerebat.

27 Non arbitror tab hac poſteriori opinione cõmuniter Hieronymi Tornielli etiã inſignis Iuriſconſulti teſtimonio recepta diſcedendum fore, nam Marium Salamonium & Æmylium Ferrettum legibus repugnare conſpicio, dum legitimi partus cognitionem deduci à conceptione non poſſe firmiter dicũt, ipſis enim omnes Philoſophorum ac Medicorum Academię nedum Iuriſconſultorum dogmata cõtradicunt, vt dũ impoſſibilitatem iſtam ſuadent, naturalia fundamenta demoliantur eruantque, Vlpianique reſponſum in d. l. inteſtato, pro hac parte validũ, atque illęſum (ni fallor) remaneat, ad vtran-
28 que tamen opinionẽ conciliandam tabſurdum fortaſſe non erit diſtinguere, Accurſium inquã in d. l. Gallus, in princ. cæterosque qui eum ſequuntur verum dicere, menſium computatione à die concepti fetus inſpecta, nonnullæ etenim mulieres vndecimum menſem attingunt ex Ariſtotelis ſententia de Hiſtor. animal. cap. quarto, quod & Plinio de Natural. Hiſtor. libr. ſeptimo, cap. quinto, alijsque complurimis viſum eſt. Eundemque Accurſium in d. l. ſeptimo menſe, Nicolaum de Neapoli, ac reliquos Doctores qui eum ſequuntur de computatione à die mortis mariti intelſexiſſe, tuncque decem menſium terminum tranſgrediendum nõ eſſe, vt paucos illos dies quos partus ex vndecimo complecti forſitan poſſet, imaginarium tempus ante mortis mariti euentum rationali quadam habita dimenſione complectatur, non mirum ſi Iuriſconſultus decem menſium terminum præcluſerit, cum dies ab vndecimo quos in d. l. inteſtato, abſtulit, ante initium decem menſium à die mortis ſuppleuerit. Iſt hæc opinio, Plutarchi autoritate in Alcibiade ſatis confirmatur, Hæc cum multorum (ſcribit) ſermonibus deferretur ad Agidam, tradũt hominem non tam accuſaturum criminibus qui ſuſpicionem de Alcibiade faciebant, quam tempore eſſe adductum, vt violatam vxoris pudicitiam crederet, nam antea Rex ingenti terremotu perculſus relicta in vrbe coniuge, decem continuos abfuerat menſes, poſt hoc tempus natum Leotichydem ſuum filium eſſe negauit, ex quo aiunt illum veluti à Regio ſanguine alienum ſucceſſione regni à poſteriorib. fuiſſe excluſum, hactenus ille. Vnde Hippocrates in lib. de Natura pueri, Cæterum (ait) quę longius quàm decem menſium tempus vterum geſtare ſibi viſæ ſunt (nam hoc iã ſæpè audiui) illæ ipſæ hoc modo quem dicturus ſum, deceptæ ſunt: & infra id quod dicit demõſtrat, adhuc Hippocr. Vlterius itaque præſente alimentum puer quærens calci trando pelliculas dirumpit, & à vinculo exolutus ſimul foras prodit, atque hæc vt longiſſimè in decem menſibus fiunt.

HYPOTHESIS.

Ancipitem illam quæſtionem de progenito ex muliere, quæ ſtatim priore viro defuncto ad ſecundas tranſuolet nuptias, & nono menſe pariat, cuius præſumatur filius & ſubinde hæres, relatis varijs opinionibus tandem reſolui; ac l. duo ſunt Titij ff. de hæred. inſtit. l. ſi ita fuerit, ff. de rebus dub. & l. ſi duo patroni, in princ. ff. de iur. iur. explicari. De ſimilitudine partus, De peritis in arte, nuncupatimque de Phyſicis, Chirurgis, & Obſtetricibus multa afferri, aliaque varia huc ſpectantia.

SVMMARIVM.

1 *Natus de muliere, quæ ſtatim priore viro mortuo nubat, nonoque menſe pariat, cuius præſumatur filius & ſubinde hæres? in hac quæſtione Iacobi Beluiſij diſtinctionem ſimilitudinis primum afferri, Deinde Dyni opinionem, vt vtrique ſuccedat recenſeri, num. 3. Baldi etiam aſſertionem inſinuari, vt ei in cuius domo natus eſt ſuccedat, num. 4. Lambertinum de Ramponibus adhuc cõnocari dicentem ſuccedere neutri, num. 5. Bartoli quarto loco iudicium diſtinctionemque expendi magis communiter receptam, num. 6. Fortunij Garzia intelligentiam proponi, nu. 7. Marij Salamonij ſeptimo loco propoſitum enunciari, num. 8. ac denique Andreæ Alciati antiquis Iuriſconſultis inhærentis aſſertionem proponi, num. 9. poſtque variarum opinionum reiectiones, auctorem operis cum Bartolo ſentire, numero 30.*

2 *Impoſſibile ſecundum naturam alleganti, non eſſe deferendum.*

10 *Pari in parem imperium non dari.*

11 *Poſſidere commodum eſſe.*

12 *Lucam de Penna Iuriſconſultum Regni totius Neapolis, ſed Aprutina potiſſimum Prouinciæ decus eſſe eximium.*

13 *Assimilationis partus causam, ad mulieris cogitationem conceptionis tempore referri posse, exemplaque afferri, Hocque ex Ioanne Fernelio comprobari, nu.17. Item ex Ioanne Maria Venusto, Caroloque Ruino, nu.18.*

14 *Similitudinis partus argumentum ex Aemilio Ferretto lubricum censeri.*

15 *Differentias in homine plures quàm in cateris omnibus animalibus reperiri ob animi celeritatem ingenij que varietatem.*

16 *Augusti Cæsaris similitudinem cum prouinciali quodam non modicam extitisse: indeque lepidũ dictum emersisse.*

19 *Fictionem super impossibili aliquo secundum naturam per legem non induci.*

20 *L. duo sunt Titij, ff. de hared. instit. intelligi.*

21 *Patris ac matris negationem super filiatione, conditionem filij non immutare.*

22 *L. si ita fuerit, ff. de reb. dub. declarari.*

23 *Matris assertionem in causa partus spernendam non esse.*

24 *Spurios quasi sine patre filios vocitari.*

25 *Inimicitia indicium aliàs leue, indicium vrgens ad torturam esse, cum constaret inter inquisitos homicidium verè reperiri, indiuiduum autem ignorari.*

26 *Reo licere contrarijs exceptionibus vti, idque declarari.*

27 *L. si duo patroni, in princ. ff. de iur. iur. latè enucleari.*

28 *Iure accrescendi in portione, quæ non deficit ipso iure, sed ope tantum exceptionis locum non esse.*

29 *Probationum data æqualitate eum obtinere, qui pro se aliquam habeat conformem præsumptionem.*

31 *Fetus concepti signa ex Hippocrate, Galeno, Auicenna & Plinio, necnon Theodoro Gaza, Gulielmo Brixiensi, Iacobo Eeroliuiensi, & alijs seriosè afferri.*

32 *Fetus in editione mulieris consuetudini acquiescendum fore, & num. 33.*

34 *Franciscum Connanum Iurisconsultum laudibus efferti.*

35 *Partus editionis tempus coniecturis inueniri.*

36 *Argumentationem in partus tempore à communiter accidentibus petitam licetque non necessariam probabilem tamen esse.*

37 *Partum nouimestrem in dubio censendum fore.*

38 *Medicis vel obstetricibus circa tempus humani partus cognitionem signis & consuetudine mulieris recedentibus stari oportere. Item an partus legitimus sit vel abortiuus, nu.41.*

39 *Astrologis potius circa tempus humani partus plures assentiri. Sed Ioan. Picum Mirandulanum in contraria versari sententia, num.40.*

42 *Obstetrices etiam an partus abortiuus sit, an naturalis & vitalis iudicare.*

43 *Obstetrices aliquando Medicorum appellatione contineri.*

44 *Obstetricibus ab Aristotele Hippocrateque plurimum deferri.*

45 *Medicos cognoscere ac definire in quo sexu Hermaphroditus magis incalescat.*

46 *Medicis standum esse an mors fuerit ex vulnere, & an vulnus causa febris fuerit.*

47 *Vulneratum & ad mediam inde horam mortuum sanæ mentis non fuisse ad testamentum conficiẽdum, in conflictu testium Medicis excellentibus fore credendum.*

48 *Peritis in arte in omni facultate credendum esse.*

49 *Præsumendum pro peritis in arte.*

50 *Peritos vt iudices magis quàm testes adhiberi.*

51 *Peritos in arte etiam post didicita testificata produci testificarique posse.*

52 *Peritorum sententiam in rem iudicatam nunquam transire. idque duobus modis limitari, numero 53.*

54 *Peritis discordantibus, peritioribus esse credendum.*

55 *Officialem plures iudices habentem maioris peritis opinioni stare non debere, sed eius qui melius iura calleat.*

56 *Antonium de Alexandro Regni Protonotarium, elogiothetam pluries ex voto duorum insignium Consiliariorum sententias proferri vidisse, multorum non ita insignium votis prætermissis.*

57 *Antonium de Alexandro Iurisconsultum Neapolitanum sua tempestate floruisse ingenio & auctoritate.*

58 *Peritos cum iuramento attestari. Sed de credulitate non de veritate ab ijsdem iuramentum exigi, num. 59.*

60 *Peritos veritatis testimonium præstare super re cuius vera notitia haberi possit.*

61 *Peritis itaque in tantum credi, vt ijs stari debeat etiam quòd non de sensu corporis, sed de indicio intellectus deponant.*

62 *Peritorum iuramentum non solum in attestando requiri, sed partis etiam præsentiam, nisi sit contumax.*

63 *Peritis ab vtraque parte approbatis iuramentum remitti, ac partium præsentiam.*

64 *Perito per iudicem proprio motu adhibito pro ipsius iudicis informatione, iuramentum partisque præsentiam remitti.*

65 *Peritum adhibitum, cum non sit verus testis, sed præsumptus admixto artis indicio, diligẽter per iudicem interrogari oportere, puta Medicum super cicatrice aut simili casu.*

66 *Peritum à falsitate non excusari licet per verbũ credo deposuerit.*

67 *Peritia abutentem in dolo præsumi.*

68 *Peritos ad referendum & iudicandum super aliquo negocio cogi non posse.*

Exper-

Digitized by Google

69 *Expertorum verba ciuiliter intelligi oportere.* SILVIVMQVE SPANNOCCHIVM PATRICIVM AC IVRISCONSVLTVM SENENSEM LAVDARI.

70 *Medicos duos ad minus in caſu abortus adhiberi oportere, ſi in ciuitate Medicorum copia haberi poſſet, Secus ſi in loco vnus tantum maneret, tunc enim illi ſtaretur, num. 71.*

72 *Chirurgis in caſu abortus deferendum non fore.*

CAP. VIII.

PRAECEDENTI quæſtioni aliã in d.l.Gallus, in princ. num. 13. Bartolus annectit, Quid ſi mulier ſtatim mortuo priore viro nubat, nonoque menſe pariat, cuius præſumetur filius, & conſequẽter hæres? celebris quidem eſt, ſed intricata, ac veluti perplexa, quam antiquiorum aliqui poſteriorum autem plurimi diſputarunt, cumque circa eam nonnulla contingant ad rem iſtam pertinentia, reſolutionem, quàm breuiſſimè perſtringam.

1 Et Iacobus Beluiſius ita † diſtinguebat, aut enim ſimilis vni eſt, & alteri non, aut eſt ſimilis vtrique, aut diſſimilis, aut eſt dubium.

Primo caſu illi ſuccedere dicit cui eſt ſimilis, quod Albericus in maſculo cõtingere poſſe credidit in l. ſeptimo menſe, num. 7. de ſtat. homin. cum naturaliter patri aſſimiletur, fœmina verò matri, rationem cur partus aliquando patri, aliquando matri, aliquando neutri, apud Aegidiũ in lib. de formatione humani corporis, cap. 19. indicans.

Secundò caſu quando vtrique eſt diſſimilis, aut in poſſeſſione filiationis eſt reſpectu vnius, & illi ſuccedit, argum. l. filium eum diſſinimus, de his qui ſui ſunt, vel alien. iur. l. ſi vicinis, C. de nupt. ſi fortè reſpectu nullius, quia poſt vtriuſque mortem editus fuerit, & extra cuiuslibet domum, tunc ſi alia ſubeſt ſoboles indubitata ex vtroque marito, à ſucceſſione amborum repellatur, cum debeat probare ſe filium, l. prima, vbi notatur, C. quor. bon.

Si verò ex altero tantum extat ſoboles, vel ex neutro nõ adeſt, dicit de æquitate eum ad illius ſucceſſionem admitti de quo proles non ſupereſt, vel ſi ex neutro ad ſucceſſionem vtriuſque excluſis agnatis, ad hancque diſtinctionem probandam dicto Alberico etiam referenti multa iura variasque rationes adducebat in q. 3:14. in lib. magno quæſtionum diſputatarum, incipe. Berta contraxit.

Nec obſtat quòd dicendo ſe vtriuſque filiũ,
2 de natura impoſſibile † allegat, contra l. confeſſionibus, de interrog. act. illud enim verum in eodem iudicio, ſecus in diuerſo, l. Papinianus, §. ſed neque impuberis, ff. de inoffic. teſtam. §. illud, Authent. de trient. & ſemiſſ. dicit tamen q. ſi ad vnam ſententiam perueniatur, ſibi in alio præiudicetur; cum ſententia faciat ius, l. ingenuum, de ſtat. homin. l. prima, §. fin. cum duab. legibus ſequen. de liber. agnoſc. Ac etiam matris declarationi ſtandum non eſſe, quæ veriſimiliter circa tempus conceptionis errore labi poteſt, & tamen de veritate deponere debet, l. teſtium, C. de teſtib. dicta etiam Beluiſij quæſtio in dicta l. prima, C. quor. bonorum, repetitur.

3 Dynus autem † in l. 3. §. ſi duobus, de alim. leg. vtrique ſuccedere affirmabat, d. l. Papinianus, §. ſed neque impuberis, l. qui ex liberis, in princ. de ſecund. tabul. l. ex duobus, de vulgar. ſubſtit. l. cum hic ſtatus, §. ſi ambo, de donat. inter vir. & vx. l. ſi hi qui, de donat. cauſ. mort. l. generaliter, de fideiuſſ. & l. 2. de Carbon. edict. Idemque ſibi voluit Angel. in l. duo ſocij, ff. de hæred. inſtit. Sicut quandoque quis in ſolidum ſeruus duorum præſumitur quamuis vnius tantum eſſe poſſit, vt ibi, & de æquitate Azo in ſuis quæſtionib. Sabbatinis (quicquid de rigore eſſe poſſit) ſecundum Dyni, & Angeli opinionem idem definiuit, argum. l. qui duos, circ. princ. ff. de reb. dub.

Baldus in l. ſi matre, C. de ſuis, & legitim. numero primo, verſ. Tu dic, in illa reſidet opinio-
4 ne, quod ei ſuccedat † in cuius domo natus eſt, indubitatè etiam ſequitur Io. de Imol. in princ. dictæ l. Gallus, tanquam in illius iuris quaſi poſſeſſione cõſtitutus, argum. d. l. filius, & quia imputandum ſit ſecundo cum præpropere vxorẽ duxerit, argum. l. ſecundæ, verſ. Si quis tamen, ſi quis aut.

5 Lambertus de Ramponib. dicit † quod neutris, vt refert Cyn. in l. vulgo, de ſtat. homin. vbi idem vult Iacobus de Rauani, nã propter incertitudinem demonſtrare patrem nequit, Alberic. in d. l. ſeptimo menſe, in fin. Pyreus, q. 127. Bartholom. Brixient. quæſt. 46. Oldrad. in d. l. ſi vicinis, ibidemque Alberic. de Roſat. Bal. & Ang. in l. liberorum, §. primo, de his qui not. infam.

Bartolus magno ingenio in d. l. Gallus, in prin.
6 num. 13. alia diſtinctione † vtebatur, conceptionis inquam ſigna imprimis inſpiciẽda eſſe, quæ apud Plinium extant lib. 7. cap. 6. & apud Roſtredum etiam in ſuis libellis, tit. de edict. ſi mul. ventr. nom. in poſſ. mitt. Tum ad mulieris conſuetudinem reſpiciẽdum, argum. l. non omnes, §. a barbatis, ff. de re milit. l. vel vniuerſorum, ff. de pignor. act. l. 1. §. beſtias, de poſtulan. Demũ ad peritos eius artis recurrendũ, l. 1. §. 1. de vent. inſpic. ſed ſi apparere nõ poterit, ad id quod tre quẽtius accidit recurrendum, q̃ diſtinctionem plerique probarunt, teſte Alciato in d. princ. l. Gallus, ſub num. 17. imo cum Bartolo magis com-

communiter tranſire Scribentes, ibidem dicũt Alex. in finalib. verbis, & Galiaul. ante num. 41. iſtamque opinionem veriorem eſſe teſtatur idẽ Alexan. quam ipſe ſequitur, ac Iaſon. num. 72. verſic. Quarta & vltima, dicens eſſe tutiorem, & ante iſtos comprobarunt ibidẽ Nicolaus de Neapoli æternum lumen legum, & Baldus, rurſusque Baldus in d. l. ſeptimo menſe, de ſtat. homin. in dictoque princ. l. Gallus, Aemylius Ferrettus ante num. 24. & communiter recipi, tradit Fernand. Vaſquius in tract. de ſucceſſ. creat. lib. ſecundo, in 2. part. primę part. §. 20. requiſ. 29. declar. 2. ante num. 114. verſ. Verum ſi mulier, fol. 90. necnon Barthol. Cepoll. in l. quod ſi nolit, §. qui mancipia, num. 16. verſic. Vltimò allegatur, iſte text. ff. de ædilit. edict.

Franciſcus Aretinus ſubtilis Iuriſconſ. recurrit ad ea quæ ſcribit Ioan. Andr. poſt gloſſ. in cap. affertè, extr. de præſumpt. Goffredum etiã, atque Hoſtienſem ſequitur, eique Socinus ante finem, ſe ſubſcripſiſſe videtur, tractant enim vtrum pro poſſeſſore, an pro petitore præſumendum.

Fortunius Garzias in eod. princ. l. Gallus, poſt num. 51. verſic. Ideo ego ita cogitabam, te
7 latis aliquorum ſententijs † dicit, quòd aut partus editur mente decimo à tempore mortis, no no autem à tempore ſecundi mariti, & tunc credendum ſit ſecundi mariti fuiſſe, cũ partus nonimeſtris communior ſit ſecundum Bart. ibi. Aut nono menſe à tempore mortis, ſed ſeptimo, vel octauo à tempore ſecundi matrimonij, tuncque primi mariti ob dictam rationem præſumendum eſſe partum, niſi mulieris (inquit) conſuetudo aliud ſuaderet, hisque concurrentibus, mulieris confeſſionem attendendam, ac etiam ſimilitudinem, primique mariti habilitatem ad procreandum, ad ſecundi infirmitatem relatam, vt ſit indicijs vrgentioribus iudicandum, in his etiam plurimum autoritati Medicorum, atque peritorum tribuendum, aliàs ſi res ſit dubia, illi inhæret opinioni quę filium ad hæreditatem ſibi melius viſam admittit, apud Gloſ. Hoſtien. & Abb. in d. cap. affertę, ita quod vna acquiſita ab alia excludatur, ſecundũ Laurent. ibi & Bartholom. Brixienſem in quæſt. incip. Cum duæ, poſt dictam gloſ. reiecta contraria opinione quæ Franciſco Aretino placuit, ut per eundem Fortunium, licet Goffredo, & Hoſtienſi antea arriſerit, quos ipſe Aretinus refert.

Marius Salamonius ante num. 62. in d. l. Gal
8 lus, in princ. in ambiguo † benigniorem rationem amplecti poſſe ſcribit, dandamque proinde filio electionem, vt eius ſit cuius eſſe velit, argumen. l. ſi fuerit, §. fin. & l. qui duos, §. ſed ſi filio, de reb. dub. fauorabiliusque eſt alteri adici quàm neutri, nobiliori quàm humili, ditiori q̃ pauperi. Et quia ſi filius probet matrimonium inter Titium, & matrem ſuam fuiſſe, habeat ſuam datam intentionem pro qua præſumẽdum eſt, licet aduerſarij eam aliquo modo obſcurent, matrimonij cum alio quoque probatione, Bar. in l. non ſolum, §. ſed vt probari, de nou. oper. nunc.

Andreas Alciatus elegans, & eruditus Iuriſ-
9 conſultus Iacobo de Rauani, Pyleo † cęterisque dicentibus ob incertitudinem neutri ſuccedere innixus conſpicitur, par enim eſt reſpectu vtriuſque mariti præſumptio, nullaque victoria in-
10 ter pares † eſſe poteſt, l. cum enim, de ſtipul. ſeru. l. ſi reus, de duob. reis, regulamque ex certo iure conſtituit, quæ tamen aliquibus caſibus nõ procedit, vt quia primo marito aſſimiletur, materque affirmaret eius eſſe, videtur enim iungendæ huiuſmodi præſumptiones, & ſufficeret, argum. l. ſpadonem, §. qui iura, de excu. tut. Vel quatenus filius hic primi, vel ſecundi mariti hæ
11 reditatem poſſideret, videtur hoc † poſſeſſionis commodum eſſe, vt eius filius præſumatur, §. commodum, Inſtitut. de interdict. poſteriori etiam caſu Aretini, Lancellottique aduerſus Angelum, & Socinum opinionem extollit, vt fuſius per eum.

Quid dicemus in tanta procerum contrarietate qui negocium iſtud inextricabile ferè reddiderunt? vt ſcitè Salamonius dixerit, Soluat Apollo, quo plus diſtinguis plus inuoluis, quæ fieri itque num ſortis iudicio ſit controuerſia di-
12 rimenda? Vnde Lucas de Penna † totius Regni Neapolis, ſed Aprutinæ potiſſimum Prouinciæ decus eximium, in l. mulieres, circa fin. num. 63. verſic. Decidant etiam quæſtionem, C. de incol. lib. decimo, hanc difficultatem excitando, hæc verba profert, Certò ſi verum dicere volumus tanta perplexitas, & abſurditas niſi per obſeruantiam iuris ciuilis, videlicet, quòd mulier non nubat intra annum vitari non poteſt.

Quod de aſſimilatione Iacobus Beluiſius in eius diſtinctione aſſeruit, à Bartolo improbatur, cum ex mulieris cogitatione conceptionis
13 tempore contingat, partum alteri † aſſimilari, gloſſ. not. in l. quæret aliquis, de verbor. ſignif. gloſſ. in l. non ſunt liberi, de ſtat. homin. Quinimo alibi Iacob. Butrigarius in l. fin. C. de Carb. edict. cenſuit filios patri ſimiles legitimos non eſſe, mulier enim adulterium committens ob timorem viri ipſum ſemper in idea habet, imaginationeque contemplatur delicti conſcia, referens ſic ab excellenti medico audiuiſſe, cui aſſentiens Iaſon, in d. l. Gallus, in princ. num. 69. Diui Hieronymi in Quæſtionib. ſuper Geneſi autoritatem inducit, is nanque apud Hippocratem legi inquit, quòd cũ mulier quædam adulterij ſuſpicionem incurriſſet, cum filiũ pulcher-

rimum

rimum,ſed vtrique parenti abſimilem peperiſſet, perquiſito cubiculo num ibi aliqua imago ſimilis depicta adeſſet, mulierem adulterij notam euaſiſſe imagine iam reperta. Hoc etiam argumento Fabius Quintilianus matronam de adulterio accuſatam,quod genuiſſet ethiopem defendit,ſimili imagine in cubiculo adinuenta, nec mirum eſſe videtur cum in equorum gregibus apud Hiſpanos hoc ipſum in extremo voluptatis contingere Hieronymus idem teſtetur, hocque ipſum Auguſtinus lib. de Ciuitate Dei 10. referat, ac illud quod Geneſi legitur,c.30. Iacob nouam naturæ artem inueniſſe,vt ex vni coloribus gregibus diuerſicolores naſcerentur virgas varij coloris in canalibus ponendo,vt tales fetus concepiſſent, quales vmbras quæ variæ aderant conſpexiſſent. Sed alia exempla extant,Anthiocho Regi Syriæ Arteon è plebe Syriaca facie æmula fuit,vt Laodice coniux Regia necato Anthioco per eum commendationis,& & ſucceſſionis regni votum peregit. Piſcator Sicilienſis Suræ Proconſuli,tam fuit ſimilis, vt præter alia etiam oris ritum, & contractionem linguæ ad tumultum ſermonis referret. Duorum etiam celebris ſimilitudo eſt,quos Thoranius magno M. Antonio triumuiro vendidit, quorum alter in Aſia,alter trans Alpes genitus erat. His inſignibus ſane exemplis à Solino ca. 5.traditis motus Aemilius Ferrettus, num. 24.
24 ſimilitudinis argumentum † lubricum,& incertum eſſe dixit,nec minus Plinij lib.7.cap.12.autoritate, cuius verba hæc ſunt, ſimilitudinum cauſas ſignificantia,Similitudo quidem in mẽte reputatio eſt, & in qua creduntur multa fortuita pollere, viſus, auditus, memoriaque hauſtæ imagines ſub ipſo conceptæ: cogitatio etiã vtriuslibet animo ſubito tranſuolans effingere ſimilitudinẽ,aut miſcere exiſtimatur. Ideoque
25 plures in homine quam in cæteris † omnibus animalibus differentiæ, quoniam velocitas cogitationum,animique celeritas,& ingenij varietas multiformes notas imprimunt, cum cæteris animantibus immobiles ſunt animi, & ſimiles omnibus ſingulisque in ſuo cuique genere; Quamobrem cum à cogitationibus mariti naſci poſsit ſimilitudo, perperam ab ea argumentum deducitur. Hinc inuenimus prouincialem quendam ita Auguſto Cæſari ſimilem fuiſſe,vt
26 cum Romæ eſſet, omnium in ſe oculos † conuerteret,tam egregiè Auguſtum referebat,quo audito,iuſſit Cæſar ad ſe perduci,eumque contemplatus hũc in modum percontatus eſt, Dic mihi adoleſcens fuit ne aliquando mater tua Romæ? negauit ille, ac ſentiens animi propoſitum,retorſit, ſubdens, ſed pater meus ſæpè. Armentarius Mirmillo, & Caſsius Seuerus orator, ita ſe mutuo reddiderunt,vt ſi quãdo pariter viderentur dignoſci nõ poſſent,niſi diſcrepantiam habitus indicaret, Oratorem etiam L. Plancum Rubrius hiſtrio ſic impleuit, vt & ipſe Plancus à populo vocaretur, Solino auctore d.cap.quinto, Plinijque authoritate motus Io. Fernelius de homin.procreat.verã effigiei cau-
17 ſam † cogitationem, imaginationemque eſſe concludit,hocque teſtimonio etiã demonſtrat, quod dum mulieri quæ nuper vtero conceperit,vel ceraſarum,vel fragum,vel vinum in ſinũ effundetur, ſi animo id grauiter ferens vehemẽter apprehendat ibidem infanti nota inuretur. Par ac ſimilis eſt eorum ratio quæ in Malacia accidunt, ſi grauida eo cuius flagrat deſiderio minimè potiatur,infans illius ſignum geret. Si pauo dum ouis ſuis incubat linteis albis circũtegatur albos omnino pullos non gemmantis coloris edet. quemadmodum etiam gallina colore varios emittet,ſi variè picta oua nõ foueat.
18 Aſſentitur opinioni iſti † Marcus Antonius Maria Venuſtus in lib. Generationis, & ortus hominum, cap. 22. vbi cap.ſequenti imaginationis potentiam attingit, & ex Iureconſultis Carol.Ruin.conſil.53.Ex pluribus,num.9.verſic. Non obſtat etiam,lib.quinto, id conſtanter affirmat, tradũtque Leuinius Lemnius Zirizeus lib.primo de Miraculis naturæ,cap.quarto,fol. 9.dicens,nec naturali lege, nec ſcripta lege aliqua Imperiali hanc probationem ſimilitudinis veram eſſe,& Hieron.Magius lib. Miſcellan.1. cap. 20. vbi imaginationis exempla complura ſcribit.

Dyni, atque Angeli opinionem ſomnium appellauit Alexander, ipſamque ab omnibus damnari Marius Salamonius teſtatur, ſiquidẽ poſſibile ſit aliquem duorum ſeruum eſſe,& ab vtroque libertatem conſequi,non autẽ eſt poſſibile quem duorum filium eſſe, nec hoc dicit text.in d.l.duo ſocij, nec dicere potuiſſet, lex e-
19 nim ſuper aliquo natura impoſſibili † non fingit,Bart.in l.eadem,in princ.ff.de duob.reis, cæ tera vero iura diuerſam habent facti ſpeciem, ex ijs quæ in d.l.qui ex liberis tradit Bartolus, & cæteri in d.l.ex duobus,in l.qui duos,de reb. dub.afferunt,vt non ſint hic repetenda.
20 Poſſet etiam ad d.l.duo ſocij,8.aliter † reſpõderi, Quòd ibi ſeruus non ſit hæres neceſſarius duorum,propter incertitudinem,ſed quia vtroque dominorum moriente ſimul,cum quilibet habeat eum in poteſtate pro parte,non eſt conueniens quòd ratione partis ſeruus vtrique ſit hæres neceſſarius, pars enim pro qua eſt hæres neceſſarius trahit ad ſe aliam partem in conſequentiam,l.prima,& ſecunda,ff.de acq.hæred. ſtantque ſimul quod iſte ſeruus non ſit libertus duorum cum eſſe non poſſit, ſicut duo non poſſunt eſſe domini in ſolidum eiuſdem rei, l. ſi vt certo,§.ſi duobus,ff.commodati.

Rurſus Beluiſij dictum ſub diſtinctione tamen,

men, ſed abſolutè Baldi in d. l. ſi matre, atque Angeli in d.princip.l.Gallus, Alexander ibi ex profeſſo reprehendit, cum in d.l.filium eum definimus, non caderet alia honeſta præſumptio ſicut hic,argum.l.miles,§.defuncto,ff.de adulter.& licet Iaſ.num.66. improbationi inhæreat tamen Salamonius plurimũ valere inquit, poſt ſecundi mariti nuptias tumidum viſum ventrẽ & in eiuſmodi domo creuiſſe,peperiſſe,nam ſic natum maritus niſi aliud impedimento ſit, cogitur agnoſcere,d.l. filium, impiaque vox legibus viſa eſt,quæ negat filium ex illo ventre quũ poſt nuptias domi creuit. Quod ſi argumentũ ſimilitudinis iungatur, lis omnis ex ipſo Mario dirimetur: & quamuis in propoſito alia honeſta præſumptio deſumi poſſit, fortior eſt iſta, quæ quamuis pari honeſtate fulciatur,ex domi facta natiuitate præponderat, aliamque æquè honeſtum vincit, ac proſternit.

Vtque ad Alexandri opinionem redeam, licet fateamur filium probari eum qui naſcitur in domo ex viro, & vxore, tamen idem eſt eademque cauſa, vſque ad tempus partus etiam in matrimonio per mortẽ diſſoluto, vnde filius natus rumperet,vt in d.l.Gallus, quia ſuus etiã poſt mortem naſcitur,& ex hoc legitimus probatur, non itaque in propoſito maior ratio in vno quã in alio militat,d.l.qui in vtero,de ſtat. homin. Non demum Imolæ dictum repugnat, vt ſecundo viro imputandum ſit, quod præpropere vxorem duxerit,cum nec primi,nec ſecundi mariti præiudicium conſideretur, dum erat incertum ipſam fuiſſe prægnantem,hocque totum in controuerſia eſt, contingereque poſſet ſecundum maritum hunc non reiecturum,& nihilominus eius filium non eſſe, talis enim aſſe-
21 ueratio † vel negatio filium non facit, nec propterea eſſe deſinat,l.nec profeſſio,C.de teſtam. cap.per veſtras,de donat.inter vir.& vxor. Vel melius ad excludendam huiuſmodi culpam, dixerim hoc eſſe contra text.in d.l. liberorum, §. primo,ff.de his qui not.infam.vbi text. dicit,ſecundas nuptias infra tempus luctus prohiberi propter ſanguinis turbationẽ, ſcilicet quod incertitudo generetur ex quo ſanguine filius ſit genitus, ſed ſecundum Imolam incertitudo nõ oriretur ſi propter culpam ſecundi viri filius cõſtitueretur in quaſi poſſeſſione filiationis,merito culpa hæc non eſt conſiderabilis ad quaſi poſſeſſionem iſtam inducendam.

Quod autem Iacobus de Rauani,alijque crediderunt inter quos Andreas Alciatus duriſſimum eſt,neutrius inquã arbitrari, quem alterutrius eſſe certum eſt. Nec obſtat l.ſi ita fuerit,
22 de reb. dub. † ibi enim de lucro captando agitur, hic de damno vitando,imo tex.in §.fin.retorquetur cum caſus fauorabilis exiſtat. Niſi dixeris cum fauore illo præſumptionem iuris cõcurrere, vt maſculus ante editus cenſeatur tanquam fortior, & robuſtior, quæ præſumptio latentem rationem cauſamque retinet.

Quemadmodum Bartolus antequam ſuam ſententiam explicet Beluiſium impugnat,pariter is in ſua diſtinctione impugnatur,ipſamque ad præſentem articulum nõ pertinere dicit Marius Salamonius poſt num. 58. ac vti extraneã explodit. Andreæ Alciato etiam incerta, & illuſoria,num. 17. videtur. Quid enim (inquit) ſi ſigna conceptionis poſſunt vtrique caſui conuenire? menſtrua non ſemper eadem repetita die redeunt, & plerunque in duos differũtur menſes,finge (inquit Marius)illo menſe qui inter primum,& ſecundum matrimonium interceſſit paſſa non fuit menſtrua,& ſtatim in ipſis nuptijs ex ſecundo viro concepit pridie quam redirent, vnde cauſatur ignoratio ex cuius coitu menſtrua retenta ſint, quid tunc decernendum? multæ etiam poſt conceptionem primis menſibus nihil minus menſtrua eijciunt, quomodo itaque hæc deprehendemus,niſi ex mulieris affirmatione,cui Bartolus ſtãdum negat, l.fin.in fin. de probat. Quæ conſuetudo poteſt hac in re perpendi, quum duorũ duntaxat dierum interuallum inter nuptias proponatur, quum & videamus eoſdem variare, & nunc ſeptimo menſe,nunc nono parere,nunc decimo? Quid item ſi primipara hæc ſit? Quod denique Bartolus ſubijcit ſtandum dicto peritorum, ſatis motũ quàm facilè obſtetrices, & mediti hac in re fallantur,non enim artis eſt, ſed diuinationis ex aſpectu huiuſmodi partum cuius editus ſit coitu cognoſcere, vtrouis ſanè nonn, vel decimo menſe perfectus eſt. Conſuetudinis argumentum Salamonius idem refellit poſt nu.64. verſic. Item ſubdit,cum non ſemper eodem modo gignatur ſiderum incurſu, exempla adferẽs, ſubdensque meſſes vindemias, fructus interdũ tardius matureſcere. Et ne reprehenſioni locus remaneat,matris aſſertionem non eſſe tam
23 facilè aſpernãdam † credidit,l.etiam,ff. de probat.cum ſi ei de ætate creditur cur non de conceptione quæ probatu eſt difficiliorẽ l.de ætate, ff.de interrog.act. Franciſci Aretini opinio, de actore,& reo diſtinguens inepta, & inſuſſa Alexandro Imolenſi,Iaſoni,& Salamonio viſa eſt, ex nudo etenim facto quærimus cuius ſit filius, non autem quis ex petitore, vel poſſeſſore potior.

Benignioris interpretationis ſententia tuta non videtur,cum filius electione iſta patrem acquirere non poſſit,ne priuati facto naturalia iura tollantur,§.ſed hodie, Inſtit. de adopt.§.ſed naturalia,de iur.natur.gent.& ciuil.monſtruoſum quid profecto induceremus, ſi poteſtatem iſtam filio tribueremus,vt pater ex filio conſtituatur,fauor etiam iſte maximum odium indu-

ceret

ceret ratione aliorum agnatorum, ad quorum ſucceſſiones inuitis ipſis talis filius de ſuo ſtatu dubius admitteretur, nec iura iſtam filiationẽ recipiunt, ea nãque etſi quo ad patrem directo probari non poſſit, l. Lucius, ff. de cond. & dem. alijs legitimis coniecturis, & præſumptiuis probationibus poterit liquidari.

Andreæ Alciati regula admittenda non eſt, cum ſi neutri ob incertitudinem ſuccedit, neutriuſque filius eſt, incertitudo hęc virtualiter ad ſpurietatem ipſum reducit, quaſi vulgo conceptus appareat, nam nec patrem habere intelligitur quũ & ei pater incertus ſit, vnde hi filij ſolẽt
24 ſpurij † appellari παρὰ τὴν ἀπόφαν. & ἀπάτωρες. quaſi ſine patre filij, §. ſi aduerſus, Inſtitut. de nupt. l. vulgo, ff. de ſtat. homin. vna ergo regula admiſſa aliam aduerſantem confiteri cogimur, poſtmodumque ob incertitudinis vitium fruſtra Alciatus ad coniecturas confugit, cum illas ſtatim præcidat, non enim in ſimplici illa incertitudine verſamur qua pater directa probatione incertus eſt, ſed in alia ob duorum ſubſiſtentiam, cum vterque progenitor eſſe poteſt, adeo quod hæc opinio non eſt tenenda licet nonnullorum antiquorum autoritate fulcita, prout enim abſurdum videtur ad vtranque ſucceſſionem, & proinde filiationem iſtum filium admitti, ita periniquum, impiumque cum certum eſt filium alterutrius eſſe omni ſucceſſione, ac filiatione priuari. Conſultius itaque conuerſione fortaſſe vſus fuiſſet, quod propter certitudinem filiationis in ipſorum altero, ignorantiam autẽ indiuidui, coniecturis ſit agendum, iſque pater detegatur in quo traditæ ibi, vel aliæ præſumptiones concurrunt: Sicut in ſimili dicimus, quod inimicitiæ indicium licet remotum valde à maleficio, ſufficiens eſt ad torturam, cum conſtat
25 † inter inquiſitos verè homicidam reperiri, ſed indiuiduum ignoratur, tunc enim ſi aliqs ipſorum ſit inimicus mortui propter inimicitiã torquebitur, & ita procedat Speculatoris opinio, tit. de præſumpt. §. ſpecies, verſi. Sed pone P. minatus eſt T. vt per Franciſcum Caſonum, de indic. & tort. tract. 2. tit. de indic. præmedit. cap. quarto, num. tertio, Ioan. Turr. conſil. 81. In cauſa, numero 34. libro ſecundo, diuerſ. criminal.

Minus eiuſdem Alciati ſecundus caſus placet, nume. 23. quo regulam incertitudinis non procedere cenſuit filio hæreditatem primi, vel ſecundi poſſidente, quod hoc ſit poſſeſſionis cõmodum, vt eius filius præſumatur, §. commodum, Inſtit. d. tit. de interdict. gloſſ. & Doctor. in d. cap. afferte, quod ad filium vtriuſque hæreditatem poſſidentem extendit, poſt Fran. Aretin. colum. penult. vt poſſit aduerſus agnatum primi excipere ſe eius eſſe filiũ, eodemque modo aduerſus agnatum ſecundi, quum licitum
26 ſit reo † contrarijs exceptionibus vti, l. nemo, ff. de except. & plenè in cap. imputari, de fid. inſtrumen. aſſeueratioque erga primum nihil obſit reſpectu ſecundi, l. ſi duo patroni, in princ. ff. de iu. iur. d. l. fin. de interrog. act. permittatur que ei mantellum vertere, l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, vbi gloſſ. ff. de inoffic. teſtamen. l. contra maiores, eod. tit. quod Arctinus aduerſus Abbatem in d. cap. afferte, arbitratur, isque probare id nititur, cum potuerit reus aduerſus vnum obtinere, quia ille non probauerit, aduerſus alterum, quia ipſe ſit filius, Bart. in l. Iulianus verum debitorem, de condict. indeb. ſecus verò ſi alteram hereditatem poſſideret alteram agendo peteret, cum non poſſit contraria actor allegare, vt merito videatur idem ſi neutram poſſideret, l. 1. C. de furt. Nam non videtur conſtans, ac realis opinio, ipſamque non eſſe tenendam animaduertit Fortun. Garzias in d. princ. l. Gallus, poſt num. 51. verſic. Nec teneas, cum etenim ſemel habeat vnius hæreditatem, ipſamque vti filius poſſideat, inde ſequitur eius eſſe filium cum tanquam filius ſucceſſerit, vt alterius non eſſe poſsit, dubioque vertente cuius ſit, ob vtriuſque mariti copulam, ex filij comprobatione hæreditatisque retentione omnis difficultas ſubmouetur in aduerſa præſumptiua probatione reſpectu vnius. Sique ex Alciato hęreditatis poſsceſsio incertitudinem ſubmouet, vt ſecernatur cuius filius ſit, poſsidendo vtrãque non ſolum incertitudo, quinimo tetra obſcuritas, & intricata perplexitas induceretur, apparet inſuper filium iſtum de ſtatu ſuo incertum titubantem, atque dubium duabus habenis manus admouiſſe, & vtrique hæreditati inſediſſe eius animi ancipitem rationem oſtendendo. Nec obſtat quòd confeſsio filij pro vno litigante non probat in alio in diuerſo iudicio, d. l. fin. text. enim ille procedit quando id quod confitetur aliunde probari non poſſet, ſed in propoſito dicta confeſsio eſt permanens, & cõtinua, ſemperque idem probatur dum hæreditas retinetur. Vel melius quod in propoſito cũ confeſsione concurrit aditio ſi non nocet ſimplex confeſsio, nocebit ei ipſa aditio, vt per Alberic. ibi in final. verbis.

27 Minus obſtat † d. l. ſi duo patroni, in princ. nam vt Lancellottus dicebat poſt num. 45. ibi ex negatione liberti non ſequitur neceſſario, nõ eſt illius libertus, ergo eſt iſtius, ſicut ſi facis te filium vnius effectualiter ſequitur, & neceſsario attenta aſsertione tua, ergo non es filius alterius. Præterea cum ibi quilibet patronus diceret à principio ſe pro parte patronum nõ præſumitur in ſolidum, quia actoris confeſsio hanc tollebat præſumptionem, vt ibi Baldus aduer-
28 tit in 1. opp. Vel non prodeſt, nam portio † illa ope exceptionis deficiebat non ipſo iure, proin

de

de non erat locus iuri accreſcendi, ſecundum Dyn. Gulielm.de Cun.& Bart.ibi in 1.not. dicens eſſe mirabile,& ſequuntur Salicet.ante numerum ſecundum,in 3.opp.Bald.colum.2.pariter,in 3.opp.Alberic.Fulgoſ. Ludouic. Rom. eſtque communis opin.vt per Iaſon.colum. 3. ante numerum ſeptimum,verſic.Tertio aduerte,Paul.de Caſtr.num.5.verſic.Item nota. Vel forte non prodeſt,quia iuramentum liberti tendebat ibi ad ingenuitatem,ſed ſi accreſceret alteri tenderet ad libertinitatem, operareturque contrarium effectum, quicquid ibi Iaſon.dixerit,vt non conſonet textus iſte in propoſito. Vltimo videtur poſſe retorqueri, cum enim dicat plurimum fidei, & autoritatis liberti confeſſionem habere etiam quo ad tertium,poſt gloſ.ibi Bart.num. 3. Bald. circa fin. verſic. Reuoco in dubium,Salicet.num.2.Caſtrenſ. num.3.Iaſ. & is,num.3.ac etiam Angel.in l.ſciendum, col.
29 13.ff.de verbor.oblig.quod ſtante† æqualitate probationum is obtinet qui pro ſe aliquam cõformem habet præſumptionem. Cũ igitur probatio æqualis ſit ad vtriuſque filiationem, confeſſio facit,vt ſecundum ipſam iudicetur,vt non arbitrer Aretino, & Alciato cui ſemper defero, iſto caſu eſſe acquieſcendum.

Fortunij denique diſtinctio licet rationabilis primo aſpectu videatur, intimius tamen cõſiderando concludens non eſt,ſed valde à remotis, cum decimo menſe ſæpiſſimè mulieres parere Ariſtotelis aliorumque ſententia euidens ſit,vt alias coniecturas perquirere expediat ad tollendam primi, aut ſecundi ſeminis incertitudinem,licet enim ſoleant nono menſe mulieres parere,non tamen potentia procreationis ex alio viro excluditur, dinumeratioque Fortunij, non ita tempus coarctat, & perſtringit, vt contrarium conijcere non valeamus.

Ex prędictis elucet quam varium negocium pertractetur, adeo quod qui iudicare recte volet, multa habebit percontari,atque prænoſcere,& nihilominus (vt Marius concludit) ex ambiguo iudicabit ſemper.

30 Ego tamen à diſtinctione Bartoli† tanquam communiori,veriorique iudicando,& conſulẽdo non recederem,quicquid ipſum impugnare Moderniores aliqui conati fuerint, ſolet namque in dictis Bartoli eſſe veritatis ſubſtantia, vnde ad corroborationem, clarioremque reſolutionem aliqua breuiter reaſſumã,quibus certe opus eſt.

Negocium etenim iſtud (vt hoc quaſi repetam) adeo dubium eſt,vt Ioannes de Roias in epitom. ſucceſſionum,cap. 2.pluribus relatis opinionibus nihil tandem reſoluerit.

Primo Bartolus ſignis ſtandum eſſe dixit, & quidem rationabiliter, naturalia enim argumẽta omnes alias coniecturas,ſiue pręſumptiones ſuperant, cum natura effectus propria vi, & virtute nulli indulgendo operetur,ſigna hæc maximis autoritatibus comprobãtur, vt temerariũ ſit ab ipſis recedere dum Natura duce verum teſtimonium nobis conſtituunt,naturali ſinceritate, puritateque reſultans omni fraudis ſuſpicione,ac vitio carens,de quib. Plinius d.lib.
31 ſeptimo,cap.6.ita inquit. A conceptu†decimo die dolores capitis, oculorum vertigines, tenebræque, faſtidium in cibis, redundatio ſtomachi, indices ſunt hominis inchoati. Solin. cap. 4.Quòd ſi naturalis materia hæſerit decimus à conceptu dies dolore grauidas admonebit,iam inde incipiet & capitis inquietudo, & caligine viſus hebetabitur,ciborumque faſtidijs ſtomachi claudetur cupido.

Sed latius Auicenna, lib.3. Fen 21. tract. 1. cap. 2.de ſignis impregnationis, Significant ipſam (inquit) illud quod anteceſſit de cõuenientia duarum emiſſionum ſpermatis,& diſpoſitio quaſi tepor ſuccedens coitui, eſtque caput virgæ quaſi ſuctum cum emittit ſperna, cumque egreditur ad ſiccitatem aliquantulum decliue, & ſuccedit ei vehemẽs adunatio oris matricis, ita vt non ingrediatur ipſum ſtylus: Et ſimiliter eius eleuatio ad ſuperiora,ac anteriora, & colligitur abſque duritiæ ex vehementia ſiccitatis illius partis, retinenturque menſtrua,quare nõ menſtruatur vſque ad tempus, aut mẽſtruatur paulatim, & accidit dolor paruus in eo quod eſt inter vmbilicum, & receptricem. Et quandoque fit difficultas vrinæ, accidítque ei vt abhorreat coitũ poſt illud, ac odio habeat ipſum. Et quãdo cum ea coitur non emittit ſperma, accidítque ei apud coitum dolor ſub vmbelico,& nauſea, prægnansque habens maſculum vehementius odit coitum, quàm prægnans habens fœminam, ipſa enim quandoque coitum non abhorret. Deinde illud quod ſuccedit ei de anguſtia,& pigritia, grauitateque corporis, malitia animæ, parua nauſea, eructatione acetoſa, horripilatione,dolore capitis, vertigine, tenebroſitate oculorum,& pulſu cordis: deinde cõmouẽtur appetitus mali poſt mẽſem, aut duos menſes,& citrinatur albedo oculorum earum, quãdoque etiam profundantur oculi eius, mollificantur palpebræ, acuitur aſpectus,minorantur pupillæ, ingroſſatur eius albedo, & non citrinatur ſecundum plurimum: Et neceſſaria eſt alteratio coloris, & euentus impreſſionũ egredientium à natura, quamuis ſit in prægnante ex maſculo minus, in prægnante autem ex fœmina plus,& Hippocrates partic.5.Aphoriſm. 62.Si mulieri purgationes non exeunt, neque febre, neque rigore ſuperueniente anxietates, abominationes,& defectiones animi ei acciderint,reputa hanc in vtero habere, vel illuſtrius ex Theodoro Gaza. Si mulieri menſtruæ purgatio-

gationes non prodeunt, nec horror, aut ſebris ſuperuenit,& taſtidia accidunt grauidã eſſe arbitrare, eadem etiam ſigna tradunt Gulielmus Brixienſis cap.125.de impedimento conceptionis. Guliel. Placentinus in ſumma Coſeruationis,& curationis,c.180.tit. de ſignis impregnationis.Signa(inquit)verificata ſuper impregnationem ſunt, quod virga poſt coitum rẽmanet ſucta in qua nõ apparet humiditas,& quòd mulieri accidit pigritia,& tarditas,& declinatio ad ſomnum,& coarctatur os matricis,adeo vt ipsũ non ingrediatur ſtilus,poſt vero dies aliquot retinentur menſtrua, & papilla mamillæ denigratur,& commouentur deſideria mala, nauſea, & vomitus,apparetque malitia coloris in facie, & pannus,ſitque pruritus, & calor maior, quam ante in ore matricis,& vuluæ,& in fundo vrinæ corporeque vrinæ reſolutiones apparent albæ in modum bombicis carminati. Arnaldus pariter de Villa noua,lib.3.c.2.Signa impregnationis pertractat,rectè igitur Bartolus conceptionis ſigna primum attulit ad filiationem coniecturandam. Nec obſtãt dicta per Salamonium circa menſtruorum retentionem aliquando ex alia cauſa prouenientem, vni enim ſigno inhærendum nõ eſt,ſed ſignis ſtari voluit Bartolus, proinde Hippocrates menſtruorum retentionem alijs ſignis coniunxit,vbicunque mẽſtrua, ipſa abſque manifeſta cauſa retinentur, merito inquit,neque febre,neque rigore ſuperueniente ſecundum Galenum, & Hugonem in Commentarijs Hippocratis, Vt cum in muliere menſtrua ordinate habente ſubito ipſorum retentionem conſpicimus cum anxietatibus, ideſt nocumento in anhelitu, defectionibus, ideſt lipothymijs motibus ad ſincopim, abominationibus odio ſcilicet cibi, Galeni interpretatione prægnationis ſigna probabiliter conſequamur, vt concludit Iacobus Foroliuienſis, ſubdens prægnationem plene euidentem reddi, ſi tactus ſignis addatur, ex cuius dictis Galeni intentio diſtinguitur,ac conciliatur, vt per eum. Diſtinguuntur etiam huiuſmodi ſigna per Ioannem Meſuæ in tract.de ægritudinib. matricis, capit. ſecũdo,de conceptione,ſeu impręgnatione naturali,columna tertia, verſic. Signa conceptionis, quam diſtinctionem conſulto omitto, ne medicam materiam vindicare mihi videar. Hinc Roffredus ſolam menſtruorum retentionem non admittebat, ait enim, Aſſerebatur prẽgnans ab obſtetricibus puta quia forte ceſſauerant menſtrua, habebat dolores,habebat faſtidium; ſique obſtetrices ſignis addere ex Salamonio voluerimus,incongruum non erit, Ioannis Meſuæ ſignorum diſtinctione attenta.Cæterũ imprægnationis experimentũ tradit Hippocrat.partic.5.Aphoriſm.ita ſcribens.Mulierem ſi vis ſcire an conceperit, mellicratũm quando dormitura eſt da ei bibere, & ſi quidem torſiones habuerit circa ventrẽ,concepit, ſi vero nõ, minimè. Mellicratum ex crudo melle conficiendum eſſe Galenũs in Commentarijs inquit, vt inflatio,& ventoſitas generetur,quinimo melle prædominante, vt Iacobus Foroliuienſis in 3. not.ſubdebat,quicquid Arnaldus,& Hugo dixerint,deque mellicrati propinatione, Brixienſis d.c.125.

Secundò, ſignis non apparentibus,mulieris
32 conſuetudini † ſtãdum eſſe, quo inquam tempore parere conſueuerit, licet autem leges per Bart. in argumentum adductæ parum vrgeãt, cum de naturali conſuetudine non accidentali loquamur, minimeq. de inclinatione agamus, vt ceſſet conſuetudinis accidentalis argumentatio ex dictis legibus deſumpta, ſecundum Stephanum Forcatulum in iuris ciuilis Auiario, c. 6. nu.2. Et contra priſcorum opiniones variari tempora partus dixerit Plin.d.lib.7.c.5. Veſtiliæ C.Herdicij,& poſtea Pomponij,atque Orſiti clariſſimorum ciuium coniugis exemplum referens, ex ijs enim quattuor partus enixa ſemper ſeptimo menſe, genuit Suillum Ruffum vndecimo,Corobulonem ſeptimo vtrunque Cõſulem,& poſtea Cęſoniam Caij principis coniugem octauo. Bartoli tamen intentio infringi nõ
33 poteſt, quin mulieris conſuetudo † ſpectanda ſit, quam poſt alios comprobat Franciſcus Cõnanus in Commentarijs iuris ciuil.lib.8.c.7.ante nu.3.cuius verba ſubijciam. Si mihi ea de re iudicandum eſſet,multum tribuerem moribus & vitæ mulieris,tum virium, & valetudinis rationem haberem,& eius mœroris quem de morte viri ſuſcepiſſet, hæc enim fetui tarditatem plerunque afferunt ad naſcendum.

34 Quàm celebris Connani ſit † eruditio, quã illuſtre nomen,probatumque iudicium, omnibus iuris ſcientia conſpicuis in aperto eſt, vt eius confirmatio nõ modicam autoritatem Bartoli ſententiæ tribuat aduerſus eos qui relatam diſtinctionem feliciſſimo, purgatiſſimoque ingenio proditam redarguere totis viribus moliuntur.

Quid nunc refert Veſtiliæ exemplum referre, ſi variationẽ iſtam deſtruere ad Bartoli propoſitum non attineat, cum ſi aliquando in muliere conceptionis tempus varietur, non quod ſemel,ſed ſæpius,ac frequenter contigerit inſpiciẽdum ſit,conijcique oporteat,ſingulares, aut rari caſus ad mulieris morem,conſuetudinemque minime erunt referendi; in re ergo dubia ſingularitas hæc excludetur conſuetudine admiſſa, finge in Veſtiliæ partu huiuſmodi dubitationem contigiſſe,congruentius foret ipſam ſeptimo mẽſe enixam conijcere, quàm octauo quo Cœſoniam natam ſcribunt,aut vndecimo quo Suillum Ruffum: illudque expeditum

35 eſt, huiuſmodi negocium † coniecturis,ac præſumptionibus concludi non autem certis,indubitatisque probationibus. Quæ præſumptiones à communiter accidentibus tum in matre, tum in cæteris Mario Salamonio debent ſufficere, qui dum communem contingentiam,conſuetudinemque impugnat, coniecturale genus deſtruit ſine quo filiatio probari nequit,in quo quidem genere alioque probatorio argumenta
36 tio à communiter accidentibus † vtilis eſt, Bald.in l.conuenticulum,colum.3.C.de Epiſc. & cler.in c.vaſallus,ſi de feud.fuer. controuerſ. in l.data opera,colum.11.num.42.C. qui accuſ. non poſſ.Et quamuis locus iſte non ſit neceſſarius eſt tamen probabilis,& ſequendus, ſecundum eundem Bald.in l.3.§.cognoſcit,in princ. ff.de offic.præfect.vigil. Nec refert quod de primipara tradiderunt, ei enim ſi conſuetudo hæc aptari non poterit,alia ſigna coniecturæque nõ deerũt, ex quibus filiationem conijcere licebit, vt verba Bartoli præſuppoſitis terminis habilibus ſint intelligenda,& inferius aliquid ſubdã, Cęterum cum ipſe Bartolus crediderit frequentius contingere, ac magis cõmuniter mulieres nono menſe parere,in dubio cenſuit alijs deficientibus iudicandum eſſe † nono menſe partũ
37 editum fuiſſe,cui aſſentiuntur,Bald.in d.l. ſeptimo menſe,verſic.Sed nunquid, poſt Iacob. de Beluiſ.in ſua q.ad d.l.1.C.quor.bon.Soci. iun. conſ.35.Viſa,nu.25.verſic. Accedat prædictis, lib.ſecundo,argum.l.neque natales,C. de probat.idem vult Franc.Aretin.in d. princ. l. Gallus,colum.antepen.circa finem,verſic. Vno modo, vbi Marius Salamonius poſt num. 56.

Tertiò principaliter, ſignis & conſuetudine mulieris recedentibus,medicis & obſtetricibus
38 in illa arte peritis † ad incertitudinem iſtã ſubmouendam ſtandum eſſe Bartolus affirmat,l.1. §.primo,ff.de ventr.inſpic.ex qualitate etenim perſonæ poteſt (inquit) medico perſuaderi, eiusque opinio magis communiter recipitur teſte Alexandro,vt dicebam, atteſtatur etiam de communi, Pariſ. conſil. 56. Agitur in præſenti cauſa,nu.11.lib. ſecundo, Fortun. Garzias in d. princ.l.Gallus,poſt num.51.verſ. Et in his cenſet nanque ad huiuſmodi incertitudinẽ diluendam,an ex primo, vel ſecũdo viro partus ſit genitus plurimum autoritatis, & fidei medicis in arteque peritis eſſe tribuendam,vbi Bald. ante fin.verſic.Alias ſtamus,Nicol.de Neap. & Iaſ. num.72.Et quantumuis Franc.Aretin.col. antepen.verſic.Sed aduertendum eſt,Marius Salamonius poſt num.63.verſic. Illud quod iudicio medicorum,& Andr.Alciat.nume.18. in d. princ.l.Gallus,aliquantulum diſtinctione contradixerint, non erit iudicando,& conſulendo à communi recedendum. Quinimo Phyſicis in materia partus ſtandum fore etiam ſi non fuerint doctorati,ac magiſtri,voluit Io.Franc.Purpur.conſ.306.Ad elucidationem,nu.27. lib.1.

Non tamen omittam nonnullos iſto caſu magis aſtrologis quàm medicis aſſentiri,poſsũt e-
39 nim aſtrologi hominis ſcire conceptionem † habita natiuitatis certitudine, proindeque fideliter ex die,atque hora cuius ſit filius perpendere,vt vis tota in practicando conſiſtat,ſecundũ Addentes ad Alexand.de Imol.in d.prin.l. Gallus, in verſ. Magis communis, dicentes ita bis practicaſſe Toloſæ obtinuiſſeque. Marius etiã Salomon. num. 62. verſic. An calculatione Aſtronomorum, idem ſciſcitatur, Ptolomæi in Centiloquio,ver.51.ſententiam referens,locus (inquit) Lunæ in natiuitate eſt ipſe gradus aſcẽdens in circulo,hora caſus ſpermatis in matricẽ,& locus Lunæ, hora caſus ſpermatis eſt gradus aſcendens in hora natiuitatis. Sed Ioan-
40 nes Picus Mirandulanus † libro nono Diſputationum aduerſus Aſtrologos, capit. quarto, inueſtigationem partilis horoſcopi per conceptum Ptolomæo falſo ab Arabicis aſcribi, irrationabilem etiam à multisque Aſtrologis reiectam eſſe concludit, erroris autem occaſionem mendoſam translationem liberorum Ptolomei fuiſſe,quoniam nunquam ille de gradu hoc ſcripſit, eius vero de ſigno tantum verba ab ipſo Pico in Latinum diligenter verſa ſunt hæc, Vbi eſt tempore natiuitatis illud ſignum conceptus horoſcopum ſtatuas, vbi fuerit in conceptu, illud fac horroſcopum partus, vel eius oppoſitũ. Nõ putauit igitur Ptolomæus hac via partiliter poſſe horoſcopũ inueniri. Quare in libris Apoteleſmaton vbi hoc inueſtigat nullam placiti huius facit mentionem, quinimo principiũ ſeminale ἐπιπαλίον ait ignorari. Quod Arabes etiam aſſerunt. Hermetem hoc præcepiſſe fabuloſum eſſe contendit, ſicut alia multa ad eundem auctorem mendaciſſimum referunt,experimentis etiam Picus dogma iſtud reprobat,ex ijs quæ Abraam,Auenazra,Emanuel Hebræus, Abaaſar, Sedisque eius diſcipulus, Saxonienſis,& Auenroda magnus Ptolomæi expoſitor, tradidere.

Quòd medici hac in re fallantur non eſt impertinens, cum artium omnium profeſſores labi aliquando videamus, & bonus quandoque dormitauit Homerus,Plinioque auctore: Nemo mortalium omnibus horis ſapit,vt Iuriſcõſulti etiã maximi nominis ſæpè domitauerint: Hinc fatetur Fortunius in d.princ.l.Gallus,ante nu. 50.nec medico,nec ſibi veritatem ipſam notam,ſed Deo,& Naturæ tantum, nos itaque & medici ex coniecturis loquimur,vtque medicinam multa fallunt M.Cicerone,ac Franciſco Connano lib.1.Commentar.iuris ciuil.c.1.nu. 7.aſſerentibus,ſic & ius ciuile ipſum multa obnubilant,& obumbrant quamuis iuris fundamenta

menta nunquam vacillent, fallimur nanque opinione,& ſenſibus, dum illa praua eſt,hi aũt corrupti,ſiquidem quæ naturæ iure valent, eadem ſemper,& perpetua ſunt, ſed in ijs iudicãdis,& ad conſuetudinem noſtram traducendis erramus nonnunquam. Sique iudicium medicorum ex qualitate perſonæ ad vtranque perſonam referamus puerperæ inquam, & pueri, ad ſigna etiam triplicis generis ex mente Auicennę per Ioannem Meſuæ tradita,medicorum coniecturis,ac Bartoli diſtinctioni locus non deerit, vtroque themate quæſtionis inſpecto poſitoq. per Salam.nu.55.& 58. poſt Franc.Aretin. ſublimem Doct. in quo nõ arbitror amplius inſiſtendũ cũ Bar. mentẽ dictaque confundant,dũ aliqui diſtinctione adhuc caſuũ lucidiores eſſe profitentur. Phyſici ergo generaliter dubitatio
41 nẽ an † ſexto,vel ſeptimo,octauo,vel nono,decimo,aut alio deinceps menſe partus editus ſit, vt naturaliter viuere poſſit, vel ſit abortiuus dirimunt,ipſisque ſtandum eſt,d.l.ſeptimo menſe,vbi Cyn.& Alber.de Roſ.de ſtat.homin. ibidemq. Paul.Iuriſc. doctiſſimi medici Hippocr. autoritatem ſequitur,ſicut alibi in l.ſi pater, ff. de ſolut.& in l.antiqui,ff.ſi pars hæred.pet. idẽ Paulus, ac Iulianus principi Philoſophorũ Ariſtoteli aſſentiuntur, Theophraſtoq. qui ab Ariſtotele inſtructus eminens inter alios eius diſcipulos viſus eſt, vt Albert. Magnus de Anima, lib.16.c.14.tract.1.teſtatur,& poſt Cyn.vbi ſup. Matth.de Affic.d.deciſ.236.Pet.de S.Iuliano, nu.4.in fin.Pariſ.d.conſ.56.Agitur in præſenti cauſa,num.12.lib.2.Socin.iun.d.conſ.35.Viſa, n.10.& ſeq.lib.2.Alcia.in l.qui mortui,ff.de verbor.ſign. quem referendo ſequitur Tob. Non. Peruſinus in d.§.poſthumi,nu.16. in fin. verſ. Vnum tamen,Inſtit.de exhæred. liber. Ioſeph. Ludouicus,lib.1.commun.concl. in 37. concl. verſ.Ampliatur,& declaratur primo, Maſcard. qui alios citat,concl.1084.incip.Natum quem eſſe,nu.1.vol.2.fol.419.vbi de cõi, quod eidem Andr.Alc.alibi non diſplicuiſſe videtur dũ peritorũ probationẽ ad dignoſcendum vtrũ partus abortiuus ſit,cõſ.13. Decidi caſus,nu.5.tom.3. lib.9.admittit. Obſtetricis an partus abortiuus
42 ſit † an naturalis, & vitalis indicium perhibẽt, vt arg.l.1.§.1.& §.in diſpiciendo,ibique Bart.ff. de ventr.inſpic.c.fraternitatis,de frigid.& malefic.c.propoſuiſti,c.cauſam matrimonij,de probat.tradit Socin.conſ.275. In cauſa fratrũ Andreæ,col.fin.lib.2. necnon Pariſ.d.conſ.56.nu. 11.verſ. Et dictis obſtetricibus,ac nu.22.verſic. Hoc dictũ, vtrobique dicens cõem eſſe Doctoopin.legendo,& conſulendo,lib.2.Iul.Clar.pariter de cõi in §. teſtamentum, q.45. verſic. Et ideo,Ioſeph.Ludouic.d.concl.37.col.2.verſic. Ampliatur,& declaratur primò, Purpur.d.conſil.306.num.27.lib.1.

43 Veniunt aliquando obſtetrices † medicorũ appellatione,vt deducit Alex.conſ.15. Viſo proceſſu,col.fin.nu.11.lib.1.de quibus Ariſtot. de Hiſtoria animal.lib.7.cap.10.ita meminit.Iam
44 vero & obſtetricis officium † pars ingenij perſpicacisque intelligentiæ eſt, non ſolum enim difficultati partus opportunè,expediteque ſuccurrendum eſt,ſed etiam contra ea quę accidũt protinus agendum ingenioſe,& in ſecando,deligandoque vmbelico infantis prudentia requiritur,& peritia, vbi inferius de obſtetricum peritia complura. ad iſtud autem propoſitum de ijſdem ſic ſpecialius ſcribit Hippocrates in lib. de Carcerib. ante fin. Cæterũ inexpertus quiſpiam mirari queat quod ſeptimeſtris puer naſcatur,ego quidẽ igitur hoc ipſum vidi, & quidem frequenter, Si quis autem hoc deprehendere vult,facile eſt obſtetrices adire quę parientib. adſunt,& ex ipſis percunctari,atque in lib. de Septim.partu, Porro(ait) mulieribus de partubus fidem derogare non oportet, dicũt enim omnia,& ſemper dicunt, & ſemper proferunt. Neque enim aut opere, aut ſermone perſuaſæ ſunt, ſed ex eo quod cognouerunt in corporib. ſuis contigiſſe,licet autem,& volentib. aliud dicere,quæ vero iudicio prædita ſunt, & victoriã de hac ſentẽtia pronunciant, ſemper dicunt, ac teſtantur naſci ſeptimeſtres,octimeſtres, & nonimeſtres, & decimeſtres,& vndecimeſtres, & ex his octimeſtres, non ſuperſtites manere.

45 Sicut medici ipſi cognoſcunt † in quo ſexu Hermaphroditus magis incaleſcat, ſecundum Alberic.de Roſat. in l.quæritur,ante num.6. dtit. de ſtat. homin. vel ex eodem Alberico ob-
46 ſtetrices. Quibus quidem medicis † ſtandum etiam, & credendum,an mors ſit ex vulnere, & an vulnus cauſa febris ſit, gloſſ. in cap.presbyterum,de homicid. Roland. de Vall.conſil.30. Statuto,num.27.lib.3.Sic in teſtium conflictu Excellentiſſimis Phyſicis vti peritis deponentibus vulneratum ad mediam inde horam mor
47 tuum ſanę mentis non fuiſſe † ad teſtamentum conficiendum, Socin.iun.conſil.183. licet, nu. 11.lib.ſecũdo,ac etiam vulnus an læthale fuerit, Hipp.de Marſ. conſil. 7. In præſenti dubitatione,num. 29. Communi etenim vulgarique re-
48 gula † aſſeritur, in arte peritis ſtandum eſſe, cap.vt conſtitueretur,50.diſtinct.l.prima,ff.de contrahen. empt. l.in tantum, in fin. ff. de rer. diuiſ. l.ſi chorus,§.his verbis,ff.de leg. tertio,l. librorum, §. quod tamen Caſſius, eodem titu. Aduerſam proinde valetudinem per medicos probari dixit Bart.in l.contumacia,§. pœnã contumacis,ff.de re iudic.merito Io. Fabri in §. itẽ pretium, nu.4.Inſtit.de empt. & vendit. neceſſario (inquit) ſtari dictis antiquorum Poetarũ, & Philoſophorum in concernentibus ipſorum profeſſionẽ, vt Priſciano in arte Grammatica,

Ariſtoteli in Logica, naturalique Philoſophia, Hippocrati autem in Medicina, & Luc.de Pen na in l.curioſi,num.7.verſic. Hic autem notandum eſt,de curioſis,& ſtation.lib.12.dicebat in de ſumi,quod vnicuique in ſua arte credatur, Doctori de diſcipulo, Magiſtroque militum de milite,l.1.C.de offic.magiſtr. milit. Medico de infirmo,l.ſemel,de re milit. Architecto, vel fabro,de ædificijs,§.quod aute dictum, Auth. de non alien.quib.ſtaretur,an aliquid luminib. of ficiat, Alex. conſ. 174. Opportunè conſideratis ſententijs,ſub nu.7.in fin.verſ. Et ſecundum q̃ declarat Ang.li.2. naturali de reb.naturalib. d. l.ſeptimo menſe,& l.ſi pactũ,ff. ſol.matr.de offi cio ſuo,l.ſi irruptione,§.1.ff.fin.regund.l.1.ff.ſi menſ.falſ.mod. dix. diſcipulo de ſui magiſtri opinione,l.talem,§.pen.ff.de arbitr.tabellioniq. de officio tabellionatus,l.ſi quis decurio, ff. de falſ.Hinc denique Ang.Aretin. in §. præterea, num.7. de rer. diuiſ. de ludo zarri dicto magis vnius barri,quam vnius celebris Doctoris ſtan dum eſſe ſcribit.

49 Vt pro peritis † præſumatur, ex Andr. Alc. de præſumpt.reg.3.præſumpt.19.nu.3.in tantũ quod peritis, magis quam alijs teſtibus ſit credendum,Specul.in tit.de probat.§.fin.col.pen. & poſt eum tradit Iacob.Alba conſil.20. Cum de interpretatione ſtatuti,num.15.lib.1. Qui vt
50 iudices magis, † quam vt teſtes adhibentur, Bart.in tract.de teſtib.col.5. verſi. Teſtis dicit, congruit text.in l.certi iuris,verſi. Iudicant, C. de iudic.& in cap.iudicante, in verſ. Agrimenſoris diffinitionem,ext.de præſcript. Et propte
51 rea periti in arte † poſſunt etiam poſt didicita teſtificata produci,& examinari, Bald.quem refert,& ſequitur Felin.in cap.propoſuiſti,col.4. verſic.Dicit notabiliter Bald.hic, extr. de probat.Io.de Amicis,conſil.102.Super dubio,nu. 15.verſ.Et quod periti in arte. Eorundem quo
52 que ſententia † nunquam tranſit in rem iudicatam,Io.Andr.in addit.ad Specul.tit.de homic. §.vnic.verſic. Sed pone A. vulnerauit B. quod dictum ſequitur Anton. de Butr.& magis com muniter alij conſentiunt,in d.cap. propoſuiſti, verſic.Nota quod omni ſententia,Ludou. Roman.in l.cum quidam,§.quod dicitur,ff.de acquiren.hæredit.Bart. in l.ab arbitrio, & ibi Alberic.de Roſat.colum. 1. ff. qui ſatiſd. cogant. rurſus Roman.conſil.228.Pro plena diſcuſſione,in fin.Franc.Aretin. conſil. 110. Clariſſime, colum.fin.Hipp.de Marſil.in l.vnic.num. 145. verſic. Item alius eſt caſus, C.de rapt. virgin. Afflict.in Conſtit.Iuriſperitorum,in fi.in Conſtit.Violentias,in ſecũdo not.& deciſ.33.Poſtquam, nu.6. deque communi atteſtatur Dec. conſil.278.Non leuis,colum.fin.num.7. Ioan. Ceph.conſ.570.In hac cauſa, num. 30. verſic.
53 Et quamuis,lib.4.Quod non procedit † ſi peritorum ſententia ſuper re certitudinem admittente prolata fuiſſet,vt poſt Anton.de Buu.tradit Franciſc. Burſat. conſil.99. Ex meritis proceſſuum, colum.2.nu. 3. verſ. Quod licet lata, lib.1. citans etiam Arium Pinellum in l. 2.in 3. par.c.4.nu.6.C.de reſcind.vendit.Peritioribus autem magis credendum erit propter benè ſun
54 datam eorum ſapientiam, vbicunque † periti primum electi diſcordarent,l. Diui fratres,ff.de iur.patron. Bald.in proœm.ff.col.2. nu.6. verſ. Quid ſi diſcordant,Iacob.Butrig.& Alber.in l. maiorem,ff.de pact.Alex.conſil.10. Diuini numinis,colum.fin.lib.6.Natta conſil.420. Quãuis in controuerſia,num.17.verſic. Et vbi periti,lib.2.Cephal.conſil.384. Cauſa iſta, nu. 60. libr.3. dicens etiam tunc maiori parti ſtandum eſſe,iuxt.l.duos iudices,ff.de re iudi.l.ſi in tres, & l.ſequen.ff.de recept.arbitr.

55 Quamuis Albericus aliàs dixerit, † officialẽ plures habentem iudices, ſtare opinioni maioris partis nõ debere,ſed eius qui melius, & profundius iura calleat, Ludouic.Roman. in l.1.§. fin.colum.3.de verbor.oblig.vbi Alexan.num. 6.& Andr. Alciat.num. 36. Anton. de Butr. in d.cap. propoſuiſti, colum. penult. Accedit his relatio Domini Antonij de Alexandro de qua atteſtatur Afflict. deciſ.prima,incip.Prima die
56 ante numerum ſecundum,dicentis † ſe pluries vidiſſe Regni Protonotarium, & Locumtenentem pluries de voto duorum inſignium Conſiliariorum ſententias proferre,multorum nõ ita excellentiũ votis prętermiſſis, licet ipſe contrarium ſenſerit, cuius autoritas maxima cẽſetur,
57 fuit enim ſua tempeſtate † Doctor præclariſſimus,illuſtre habens ingenium, vt per eundem Afflict.in Conſt. Baiulos,col. 21.quod alibi idẽ admiratur,in Conſtit.Hac lege,in 3.not.& Iaſ. in l.1.pen.col.C.de iudic.aſſerens Antonium de Alexandro Neapolitanum Iuriſconſultum inſignem abſque controuerſia fuiſſe, cum opinione tamen dicti D. Viceprotonotarij ſentiunt, Philipp.Franc.in c.nullus ex conſilio, col. fin. in princ.verſ.Hinc dixit Imola,de reg. iur. in 6. Felin.in cap.cum venerabilis, nume.45. de except.Angel.Aretin.in §.1.colum.2.Inſtit.de ſatiſd.tut. Iaſ.in l.duo Iudices,num.18.ff. de re iudic.Curt.iun.in l.prima,colum.11.ff.ſi cert.pet. Bartholom. Veronenſ.conſil.62.Magnifice, ac generoſe Prætor, colum. 11. verſic. Item quia ſunt peritiores in arte medicinæ,ſecundum partiam impreſſ.conſiliorum crimin.cæterum omnes Dominos conſiliarios cum opin. Antonij de Alexandro pertranſiſſe tradit Afflictus rationibus, & autoritatibus per eum relatis. Porrò
58 peritis ipſis cum iuramento † credendum eſt, iurare etenim tenentur,l.comparationes,§.omnes autem,C.de fid.inſtrum. Bald. nume.1. & Salicet.nu.4.in l.hac edictali,§.his illud, C.de

ſecund.

ſecund. nupt. per illum text. Bar. in l. Theopom pus, num. 8. verſic. Sed ſi aſſumeretur, vbi hoc declarat, ff. de dot. præleg. Florian. de S. Petr. in l. ſi irruptione, §. ad officium, ff. fin. regun. idem Bal. in 1. Conſtit. ff. colum. 2. verſic. Circa quin tum, Cardinal. in Clem. 1. in 13. q. d. tit. de ho micid. Ludou. Roman. conſil. 21. Viſo puncto, circ. med. Iaſ. in l. de pupillo, §. qui opus, nu. 4. ff. de nou. oper. nunc. Ludouic. Bolognin. conſ. 47. Cor mundum, colum. penult. Alexan. conſ. 94. Viſo proceſſu cauſæ, nu. 3. lib. 6. Ang. Areti. in §. quædam, vbi Iaſ. col. fi. Inſtit. de act. Felin. in c. quia iudicante, col. 1. in princ. de præſcript. Hipp. de Marſil. ſing. 214. Ad validitatẽ, Steph. Bertran. conſ. 165. Perſcrutato caſu, in prin. lib. 1. Rol. de Vall. conſ. 30. Statuto inclitæ ciuitatis Mantuæ, col. pen. nu. 26. lib. 3. Vincent. Maxill. ad conſuet. Barri, tit. de teſtib. §. ſine iurisiuran di, nu. 13. fol. 85. D. Franc. Viuius in ſilu. opin. communium, opin. 412. Iudex debet deputare
59 exploratores, num. 3. lib. 1. Iurant tamen † non de veritate, ſed de credulitate, Bald. ante num. ſecundum, verſic. Et iſti, atque Angel. num. 4. verſic. Et eſt verum, colum. 2. in 4. not. in d. l. cõ parationes, idem Angel. in l. iuriuſiurandi, nu. 3. verſic. Vltimo quæro, C. de teſtib. rurſus Bal. in cap. ſuper litteris, colum. 1. num. 5. verſic. Et ideo de reſcript. in d. cap. quia iudicante, nu. 1. verſic. Et ſic nota, in cap. propoſuiſti, nu. 3. vbi Anton. de Butr. Ioan. de Imol. & Dec. nu. 17. de communi atteſtans, de probat. Abb. in c. frater nitatis, poſt Io. Andr. ibi, de frigid. & malefic. adhuc Ang. in rep. l. ſciendum, col. 2. ff. de verb. obligat. Marc. Mant. conſil. 161. Viſo proceſſu, num. 5. & in iſtis terminis Pariſ. d. conſ. 56. nu. 16. lib. 2. Ioſeph. Ludouic. d. concl. 37. colum. 2. verſic. Ampliatur, & Ioſeph. Maſcard. concl. 108. lib. 2. Quinimo veritatis teſtimonium pro
60 ferre † tenentur, ſi res eiuſmodi ſit, vt eius vera notitia haberi poſſit, ſecundum Bald. in præal- leg. 1. conſtit. ff. ſub num. 6. verſic. Sed dubitatur de qualitate, Ioan. de Anan. in c. ſignificaſti, co lum. 6. verſic. Circa ſecundum, d. tit. de homic. Ludouic. Roman. in l. 1. §. fin. de verb. oblig. Fe lin. in d. c. quia iudicante, poſt princ. verſ. Si ta men, iſti, ac Dec. in d. c. propoſuiſti, num. 17. ver ſic. Et hoc intelligitur. In tantum ergo eis credi tur, etiam quòd nõ deponant per ſenſum cor-
61 poris, † ſed iudicio intellectus, per verbum iu- dicio meo, mihi videtur, & ſimile, vt notabili- ter declarat gloſſ. in l. 1. in princ. vbi Bart. ff. de ventr. inſpic. & idem Bart. in l. quid tamen, §. ſi arbiter. num. 3. verſic. Eodem modo congrue- ret aliquibus medicis, ff. de arbitr. Bald. in l. ſo lam, colum. 2. ante num. 5. in 5. q. C. de teſtib. Abb. in c. de quod vult Deo, colum. 3. nu. 12. in vlt. not. de iudic. Mantua d. conſil. 161. num. 3. Pariſ. d. conſil. 56. nu. 16. lib. 2. Teſtes etiam in ijs quæ difficilis probationis exiſtunt per verbũ credo bene probant, Bart. in l. 2. §. pen. num. 5. verſic. Dicitur hic, ff. de aqu. pluu. arcen. quem refert, & ſequitur Iaſ. in rubr. de iur. iur. colum. 2. nu. 5. & Pariſ. in citato conſ. nu. 17. Sed cum
62 iuramento † partis requiritur præſentia, niſi ſit contumax, Bart. in d. l. Theopompus, nu. 9. ver ſic. Item quæro, Florian. in d. §. ad officium, An gel. & Iaſ. vbi ſupra, quicquid dixerit Felin. in d. c. quia iudicante, ante nu. 2. verſic. Et non eſt neceſſaria. Iuramentum tamen & partis præſen
63 tia remitterẽtur ijs † qui vtrinque eſſent appro bati, communique cõſenſu, ac pari voto electi, vt colligitur ex not. per Bart. in d. l. Theopom- pus, num. 8. & 9. idem Bart. in l. Lucius, in fine, verſ. Sed quæro an tali latori, ff. de fideiuſſ. An- ton. de Butr. in c. veniens, il 1. colum. 2. vbi Fel. num. 19. de teſtib. & ipſemet Sandæus in d. cap. quia iudicante, in 1. colum. verſ. Et ſi iſti, reſpon dentes d. l. hac edictali, §. his illud, quod peritus ibi, vel de iudicis mandato à partib. aſſumptus fuerat, vel expreſsè actum, vt iuraret, eandem pariter opinionem ſequũtur Alexan. conſ. 130. Difficultas huius negocij, in fin. num. 6. vbi de communi, lib. 1. Roman. d. conſil. 21. verſ. Ter- tio, quia, & poſt Anton. de Butr. in c. finem liti- bus, colum. fin. de dol. & contumac. Bertran. d. conſil. 165. circ. med. verſ. Prædicta tamen, lib. 1. & cum Io. Neuizano conſil. vlt. num. 4. per- tranſit Iacob. Menoch. conſil. 114. Permulta e- rant, num. 16. verſic. Reſpondeo ſecundo, lib. 2.
64 Præterea remitterentur prædicta † ſecundum Bald. in d. 1. Conſtit. ff. col. 2. verſic. Circa quin tum, cum aliquis proprio iudicis motu per eũ ad conſulendum eligeretur, ſcilicet ad eius in- formationem, quod dictum refert Felin. in d. c. quia iudicante, colum. 1. Bertrand. d. conſil. 156. in fin. verſ. Bald. etiam. Aduertendumque eſt,
65 quod peritus † qui verus teſtis non dicitur, ſed præſumptus admixto artis iudicio, vt medicus ſuper cicatrice, & obſtetrix, ſubtiliter eſt inter- rogandus, vt dicit Bald. in l. data opera, poſt nu me. 23. verſ. Si autem, C. de ijs qui accuſ. non poſſ. ſubdens talem debere eſſe, qualem ſe aſſe-
66 rit, l. 1. ff. de ventr. inſpic. Nec excuſaretur † à fal ſo teſtimonio ſi teſtificaretur per verbum cre- do, quod indifferens ad verum, & falſum cenſe tur, interdum enim verbum credo probationẽ facit addita ratione, vel quia præſumitur quod non ſine ratione, vt quando à perito profertur in materia artis ſuæ, habetur ſiquidem tunc, ac ponitur pro aſſertione, quia credere contrariũ debuit eius quod dixit, ratione nanque peritiæ
67 artis dolus in eo præſumitur † qui ſua peritia abutitur, arg. l. profeſſio, C. de muner. patrim. lib. 12. l. 2. ff. quod quisq. iur. cum quis credere non præſumatur quod credere non debet, & q̃ cõmuniter illius profeſſionis, & artis homines

non credunt,nec ratione aliqua, aut bona coniectura fulcitur,arg.l.cum quidam,§.quod dicitur,ff.de acq.hęred.l.miles,§.pen.ff.de adult.& facit l.Senatus, C.de his qui ſibi aſcrib. hæc notabiliter Baldus. Nunquid autem periti in arte cogi poſſint vt onus referendi,iudicandique aſſumant ſuper aliquo negocio quid ſentiant ?

68 Abbati placuit † cogi non poſſe, in c.cum dilectus,1.in fin. verſ. Et facit pro iſtis artificibus, extr.de purg.canonic.quem refert Felin.in d.c. propoſuiſti,colum.3.ſub nu.6.verſic. Et ſcias, de probat. dicens ſe alibi non legiſſe, quod eo loci declarat poſſe procedere, vbi alij periti poſſent adhiberi, ſed ſi ex hoc deberet veritas occultari aliud ſentiret,vt per eum latius, Aſſumpto tamen referendi onere die etiam feriata poſſent eorum proferre ſentẽtiam,l.2.de fer.ibi, Atrox iniuria, Bart.in l.ſemel.nu.2. C. de re milit. lib.

69 12.Nec omittendum fore exiſtimo,verba †abexpertis prolata ciuiliter intelligi debere, licet verba prout iacent regulariter accipi ſoleant, Proſper Carauita conſil.116.In cauſa, nu. 21. & 22.lib.2.diuerſ.criminal.per text. in l.ſi cui, & quæ not. ibi Bart. num. 3. ff. de ſeruit. idem Bart.in l.ſi neceſſarias,§.ſi annua, num.4. verſ. Tamen an iſta uerba,ff.de pignor.act.quod inſignius ſcripſit perilluſtris Dominus Siluius Spannocchius Patritius Senenſis in ſuis ſubtiliſſimis Quæſtionibus publicè tractatis ad titu. de nou.oper.nunc.lib.5.num.34.& 35.Præclariſſimum hunc Iuriſconſultum ſummis ego laudibus extollere ad Cælum uſque cuperem,cum autem eminẽtiſſimum proprijs uiribus ſuarum uirtutum ſit culmẽ, quis audebit uaſtum Oceanum hoc tranſcurrere, orationeque Spannocchij fortia facta complecti ? quid dicam ? ſubſiſtam ? quod indicaui parum ſane eſt,id ergo addam, Siluium Spannocchium ipſum quem in Rotæ Florentinæ Excelſo Auditorio inter tres Iudices ultimarum appellationum Collegam digniſſimum habui, in iure explicando,litiumque anfractibus decidendis ſcientia, atque integritate talem ſe pręſtitiſſe, qualem Vlpianum Paulum,aut ex antiquis Iuriſconſultis alterum ſublimiorem priſca ætas agnouit, ut nominis gloriam rebus prudenter geſtis optimo quidẽ iure ſibi uindicauerit, Senarumque Vetuſtiſſimam, Illuſtriſſimamque Hetruriæ Vrbem clariſſimorum Iuriſconſultorum, atque fortiſſimorum Equitum, imo tot S.R.E. ampliſſimorum Cardinalium, Summorumque Pontificum nobiliſſimam genitricem, fulgentiorem reddiderit,de quo concini uere poteſt, quod Illiad.lib. 2.de Telamonio Aiace dicebat Homerus.

Αἰνὸν δή σε μάλ' ἄριστος ἔλεν Τελαμώνιος Αἴας,

Cæterum in huiuſmodi abortionis caſu duo

70 ad minus medici †requiruntur,§.quod autem, Auth.de non alien.aut permut. Bart. in d.1. Cõſtit.ff.in fin.princ.in d.l.1.in princ.de uent.inſp. in l.ſi in rixa,ante fin.ff.ad l. Cornel. de ſicar.& in l.quoties,num.3. C. de ponder. & auri illat. lib.10.Anton.de Butr.& alij in d.c.propoſuiſti. Quod intelligendum eſt, cum in loco manere-

71 mus ubi medicorum copia † haberi poſſet,quę hodie tanta eſt,ſed imperitorum,ut ferè humanum genus extirpent, melioresque homines in tempeſtiuè è mundo tollant,ſecus ubi unus tantum in ciuitate reperiretur,ut quãdoque in paruis ciuitatibus contingit, tunc enim ei ſoli crederetur,d.§.quod autem, & arg.l.1.in fin. ff. de uerb.oblig. tradit Bald. in eadem 1. Conſtit. ff. nu.6.uerſ.Fallit ſi non inuenitur, Barthol. Cepoll.d.conſil.62.col.2.in fin. verſ. Nec obſtat, Ioan.de Amic.conſil.3.In cauſa,& lite agitata, num.29.verſ.Cui,& quibus,Franc.Burſat.conſil.57.Cognitum fuit,ſub num.22.verſ.Quinimo,& vnius dicto,vbi alios citat,lib.1. Felix ergo illa ciuitas quæ vno tantum medico confoditur,miſerrima quæ pluribus (bonos ſemper excipio)amiciſſimis,domeſticisque graſſatoribus iſtis clanguet, dietim nanque turres, ac mœnia ciuitatum demoliuntur inſignium ciuium interitu, cum etſi medicam facultatem nobilitate, dignitateque conſpicuam celebrare optimosq. medicos phyſicos efferre encomijs nuſquam abunde laudatos æquum eſt, ſic ignaros quoſdã qui Hippocratis,Galeni,Aeginetæ,reliquorumque Gręcorum auctorum ſenſa ſalubria nõ attingunt,conuicijs veluti flagellis deteſtari nõ impertinens erit,poſtquam Phœbo, & Hygiæ exoſi redduntur nedum illi venerando Aeſculapio ipſique naturæ,quæ licet variarum herbarũ pullulatione,mineralium productione, lapillorum,& gemmarum mixtura, quadrupedum,piſcium,auium,atque aliorum vegetabilium,ſenſibilium, & inſenſibilium incrementis delectetur, innumerisque infirmitatibus hominum ſanandis inuigilet,imperiti iſti vno (vt aiunt) collyrio omnia medentur, & languoribus immenſos addunt dolores vſque ad interitum. Sed vt

72 ad inſtitutum redeam, chirurgi dicto † in propoſito ſtandum non eſſet,cum vt dicebam,Phiſico opus ſit,traditque Arcti.in §. cumque hoc numero primo,in proœm.Inſtit. peritique Andreæ Alciati teſtimonio,in l.prima, §. eadem, num.36. d. tit. de verbor.obligat. magiſtri eſſe debẽt. Obſtetricibusque ipſis maximè credere tur, ſi tres eſſent, & peritæ, quarum peritia alijs teſtibus probaretur, potiſſimumque ſi per officialem ad inſpiciendum vti peritæ tranſmitterentur, ac denique ipſarum dicta alijs teſtibus roborarentur, & fulcirentur, vt hæc tria expendit Pariſ. dicto conſilio 56. numero 18. libro ſecundo.

HYPO-

HYPOTHESIS.

Signa tam abortus quàm vitalis partus, ipſorumque coniecturalem vim cõſiderari, & nuncupatim ſimilitudinis coniecturam aliquanto ſerioſius hic reaſſumi.

SVMMARIVM.

1 *Probationes in abortus materia coniecturis coadiuuari atque efficaciores reddi.*
2 *Abortiuum partum præſumi ſi ſtatim deceſſerit, item nullis pariendi ſignis demonſtratis, & proinde alternis doloribus ceſſantibus, ſed continuis cruciatibus per multos dies accedentibus, aliaque ſigna explicari.*
3 *Ioannem Laurentium Saxoferratenſem ſua ætate Phyſicorum facile principem extitiſſe.*
4 *Partum naturalem à non naturali ex matris infantisque diſpoſitione ſecundum Pariſium diſtingui.*
5 *Partum vitalem ſignis etiam demonſtrari, Primumque illud eſſe, ſi editus partus tantum vixeris, quod Baptiſmi caracterem aſſumpſerit, vocemque emiſerit.*
6 *Partum in illa pellicula inuolutum, ſic editum, vitæ ſignum præ ſe ferre.*
7 *Partum vitalem præſumi, ſi vino & aqua ablutus moueatur, calidusque reperiatur.*
8 *Partum eccleſiaſticæ ſepulturæ traditum, vitalẽ quoque præſumi. Sed hæc omnia ſigna debilia nec neceſſaria exiſtimari, nn. 9.*
9 *Similitudinis materiam exactiori propoſito indagineque reaſſumi, plurimumque ad partus cognitionem probationemque ſi alijs argumentis coniungatur valere, auctoritatesque ac exempla nõnulla recenſeri.*
10 *Reipublicæ expedire ſordidas ſtirpes ſplendidis ingenuisque natalibus nequaquam ſubrogari, & partus non ſupponi, vt ordinum familiarumque ſalua ſit dignitas.*
11 *Partus varenter genitale aliquid non referre.*
12 *Cognomina multa ex effigiei ſimilitudine conquiſita fuiſſe.*
13 *Imaginationem licet alioqui præpotẽtem, non poſſe tamen naturæ leges abrumpere.*

CAP. IX.

1 PROBATIONES in† huiuſmodi abortus materia coniecturis coadiuuari fulcirique aſſerebat Alciat.conſ.23. Hac in quæſtione, num.4. lib.9.tomo 3.præſumeretur itaque abortiuus ſi ſtatim† deceſſiſſet, Socin.iun.conſ. 35. Viſa ac diligenter conſiderata, ante num.33.verſ.Et hoc eo maxime, libr. 2.fetus etiam immaturus argueretur nullis pariendi ſignis demonſtratis, & propterea alternis doloribus ex quibus exire puer niteretur, ſed cõtinuis extrinſecisque doloribus per multos dies accedentibus, exectoque vtero prodierit, non tentans exitum, ſtatimque perierit, Alciat.dicens hæc omnia immaturum partum ſignificare, d.conſ.23.numer.4. poſt Socinum & Pariſium quos refert, quamuis partus immaturus per quattuor dies viuere poſſit, Ioãnis Laurentij† de Saxoferrato Phyſici celeberrimi ſuaque tempeſtate facilè principis teſtimonio, vt per Pariſ.d.conſ.56.num.19.libro 2. vbi is Doctor eminens, & huius Regni ſpecimen, inquit, partum naturalem à non naturali diſtingui ex matris infantisque diſpoſitione, cum enim naturalis partus† adeſt, puerpera ſæua accidentia periculoſaque non patitur, quæ ſuffert cum naturalis non eſt, nec vitæ periculo caret, ſed moritur, Ioſeph Ludouic.concl.lib.1.concl.37. verſic.Multa tamen, citans Franciſcum Marci, & Burſattũ vt ibi, Maſcard.concl. 1084.num.5. verſ.Omnes tamen in hoc conueniunt, fol.419. vol.2. & licet Iacob.Menoch. coniecturam prædictam de obitu matris in partu reprobauerit, non erit tamen ab opin.Pariſij, Alciati, & aliorum recedendum.

Signa etiam ex quibus credendum ſit partũ
5 † vitalem eſſe, plura afferuntur, Primum quidẽ eſt, ſi partus editus tantum vixerit, vt baptiſmi caracterem aſſumpſerit, vocemque emiſerit, ſecundum Innoc.in c.nam & ego, de verb. ſignif. Burſat.d.conſ.63.num.20.& 21.vol.1.Ioſeph. Maſcard.concl.præalleg. 1084.num.9. libro 2. fol.419. Franciſc. Marci deciſ. 168. num. 15. in 2.part.Hieronym.Magon. d. deciſ. Floren.41. Punctus quæſtionis, numero quarto, verſic. In contrarium.

Secundum ſignum vitæ eſt, cum partus in il-
6 la pellicula† inuolutus naſcitur, ſeque extendat dum eadem pellicula remouetur, Franciſc.Marci d.deciſ.168.num.15.verſ.Sed de modo.

Tertium eſt ſignum vitæ, ſi partus cum laua
7 tur† vino aqua tepida immixta moueatur, calidusque reperiri contingat, idem Franciſ. Marci præalleg.deciſ.& num.verſ.Aliud ſignum vitæ quando puer eſt calidus.

Quartum, vbicunque partus eccleſiaſticæ ſe-
8 pulturæ† traditur, vt in eadem deciſ.Franciſcus Marci explicare molitur, & Magon.d.deciſ.41. num.4.quæ vitæ ſigna refert Ioſeph. Ludouici d.concl.37.col.fin. dicens ſignum pelliculæ nõ eſſe omnino concludens, Maſcard. d. concluſ. 1084.num.11. Ego autem ſigna prædicta omnia debilia, & non neceſſaria exiſtimo, vt in ijs non ſit nunc inſiſtendum. Quartò reaſſumendo breuiter, quod de ſimilitudine paternisque linea-

Digitized by Google

lineamentis Iacobus Beluiſius dicebat à Bartolo reprehẽſus,aſſeruerim ſimilitudinis paternæ coniecturam penitus extraneam (quicquid Æmylius crediderit,non cenſeri,imò verius ef-
9 ficacem † alijs maximè coniunctam,cum ſi ſola hac coniectura niteremur Bartolo fortaſſe arriderem,ſed ſi cum ſimilitudine alia concurrant, non leuem argumentationem inijceret, quod Ariſtotelis teſtimonio expeditum eſt, is enim de Natura animal.lib.7.cap.6. læſos ex læſis gigni,claudos ex claudis, ex cæcis cæcos cõcedit, denique ſimiles ſæpenumero in re quæ præter naturam comitetur, & ſigna habentes ſibi cognata hæreditaria,vt verrucas,vt nęuos, aut cicatrices,aut quid aliud generis eiuſdem,Iam ta le quid vel tertia prole poſt regeneratum eſſe ſubdit, vt cũ quidam ſuo in brachio puncti notam haberet,filium nõ id retuliſſe,ſed nepotem ea corporis parte nigritiem quandam,ſed confuſam habentem,hæc autem raro euenire; ſubdens etiam,Similes aliquos parentibus aut auis ſuisque maioribus generari,aliquos ſimilitudinis nihil referre,reddi etiã,vel poſt plures eiusdem proſapiæ; vt in Sicilia eius quæ cum æthiope adulterium commiſerat filia, non colorem patris æthiopis retulit,ſed qui natus ex hac eſt, is autem æthiopem regenerauit. Fœminas magna ex parte matri,mares patri ſimiles proueni re,fieri etiam ex diuerſo vt fœminę patri,mares matri ſimiles procreentur.

Particulatim etiam ſimiles fieri, vt alia corporis parte ſimiles ſint patri alia matri. Si itaq. hæc ex Ariſtotele natura cooperante vera ſunt, ſique alias probationes recipimus, cur naturæ teſtimonium deteſtabimur? Quod de adulteræ cogitatione aſtruunt, inconſtans eiuſdem Ariſtotelis autoritate crediderim, Sicilienſis enim adultera non patri ſimilem nepotem feminio quodam genuit ſed naturæ; in adultero æthiopi ob ſeminum factam commixtionem, cum ſi fœminæ, quod concubitus tempore ſæpe imaginantur ederent, fabuloſas atque mõſtruoſas facies ſiue hominum formas cerneremus, quæ aſpicientiũ oculos aut læderent, aut ipſis riſum profectò concitarent. Accedit Plutarchi ſententia lib.quinto, de placitis Philoſophorum, Parmenidis aliorumque multorum veterum ſapiẽtum conſenſu aſſerentis, fetum à dextra vuluæ parte editum patrem ſemper referre; hinc Phocidides,

Οὐ γὰρ τίκτει παίδας ὁμοίχια λέκτρα.

iſtiusque ſimilitudinis rationem lib. de ſemine 2. Claudius Galenus latè demonſtrat, Alciato igitur in d.l.Gallus,in princ.verſ.In decem mẽſibus,num.22.& Ioanni Coraſio libr.Miſcella. 2.cap.22.num.5. Iuriſconſultis grauiſſimis aſſentiendum arbitror,qui inueriſimile eſſe affirmant, in ipſa Veneris titillatione,& voluptaria illa ſeminis per meatus emiſſione de marito cogitaſſe adulteram,quicquid ab amico Butrigarius audiſſe comminiſcatur,vt vix ipſi Alciatus hac in re fidem habeat, nedum quòd illi amico credat,præſertim Philoſophis,Medicis,Poetisque reclamantibus, & ex noſtris Iurisconſultis Martino Sylimano,in d.l.fi.C.de carbon. edic. Alberico Roſato in l.ſi vicinis,& Iacobo Beluiſio in d.l.1.C. quor. bon.Quod autem Quintilianus inquit, experientiæ refragatur, idque ei permittendum facilius cum de ſuſpicione adulterij ſubmouenda ageret, plus enim affectionis tabula oculis ſubiecta inducit quàm abſentis mariti cogitatio,§.fin.Inſtit. de gradib.firmius ergo eſt arbitrari homines genitali lege trahi vt in animalibus,& plantis ſibi ſimilia gignẽtibus, vt non immeritò Phauorinus Philoſophus in noctibus Atticis Gellij lib.12.cap.primo,autumauerit ad fingendas animi & corporis ſimilitudines naturam vimque ſeminis plurimum valere, cumque ſimilitudo, vt naturæ magis conſentanea operetur admodum, videmus patresfamilias omni ſtudio curare canũ, atque equorum generationem ex optimis atque pulcherrimis fieri, quod Plato de Republica admiratur, & ridet,dum non idem operæ in copulandis ho-
10 minibus nauant,quod cuſtodiri † iubet Imperator in l. ſuper ſtatu, C. de quæſtionibus, ad idem l.prima, §. quamuis,ff.de vent.inſpic. Vtque ad amicum Butricarij redeam, ad imaginationem illam eliminandam, addiderim, Venerem amoremque ex amantium animis timorem expellere, vt vix mulierum audax animus exprimi poſſit, Quinimò certiſſimum illud putat ſignum eſſe maternę pudicitię teſtimonium Coraſius ipſe citata iam Phocididis ſententia, quod Valerius Martialis ijs carminibus ſignificat.

Eſt tibi quæ patris ſignatur imagine vultus,
Teſtis materna nota pudicitia.

Et Q.Horatius in Odis ad Auguſtum,

Culpari metuit fides,
Nullis polluitur caſta domus ſtupris,
Mos & lex maculoſum edomuit nefas,
Laudantur ſimili prole puerpera.

Huc Didonis apud Virgilium libro quarto, Aeneidos lamentatio; imò cruciatus animi pertinet, quem in procœmio aſcripſi, dum paruulum Aeneam aula ludentem oreque patrem referentem anxie videre exoptabat.

Similitudinis quoque argumentationẽ eandem inducit apud Homerum Odiſſeæ libr.primo,Cæſijs oculis Minerua,dum Telemachum alloquitur cuius carmina in dicta præfatione annotaui,hic autem non referam ne Poetarum verſibus abundem;eiuſdem tamen Homeri grauiſſimi Odiſſeæ libro quarto, alia tantum ſubdam carmina.

Τὼ δ' ἐπαμειβόμενος προσέφη ξανθὸς Μενέλαος,
Οὕτω καὶ σὺ νόῳ γείναο σῷ ἐϊκυῖα,
Κείνῳ γὰρ τοιοίδε πόδες, τοιαίδε τε χεῖρες,
Ὀφθαλμοὶ τοῦ τε βολαὶ κεφαλή τ' ἐπὶ παρειάς τε χάται.
Καὶ νῦν ἤτοι ἐγὼ ἣ μεμάρμενος ἀμφ' Ὀδυσῆι.

Hoc idem Mario Salamonio in prælleg. l. Gallus, in princ. num. 59. mirè placuit, qui Diui Hieronymi, & Quintiliani in Iaſonem retor quetur, ex ijs nanque palam fit quantum ſimilitudinis ratio valeat, quòd in ſuſpicionẽ adulterij mulieres illas adduxiſſet, & niſi legitimita te ex ſapientiſſimo Hippocr. excuſatæ, fortaſſis damnatę remanſiſſent, cur hocẽ niſi quòd natura ſimilem exigit, & ſimilitudo ſuum arguit, ſicut diſſimilitudo non ſuum, excuſatæ per locum à ſpeciali in contrarium, ergo generalis regula eſt iudicio Hippocratis approbata, quòd niſi ſpecialis cauſa adducatur naturale ſit, & or
11 dinarium vt aſſimilentur: rari certè ſunt † qui genitale aliquid ex vtero non referant, tres in Lepidorum gente intermiſſo ordine, obducto membrana oculo geniti à Solino capit. quinto, memorantur, Plinius meminit eius quę gemino partu alterum marito ſimilem, alterum adultero genuit: item Proconneſiæ ancillæ, quæ alterum domino ſimilem, alterum procuratori eius; facit cap. ſi gens Anglorum, 56. diſtinct. l. quod ſi nolit, §. qui vendunt, ff. de ædilit. edict. concludendum itaque eſt, ſimilitudinem vti naturæ conſentaneam vrgere quàm maxime, cũque nouum non ſit nullis neceſſarijs probationibus filium poſſe demonſtrari, ideo veriſimili nos contentos eſſe oportet, d. l. filium, ff. de his qui ſui ſunt, vel al. iuris, & l. Lucius, ff. de conditione, & demon. eſt etenim, vt Cõnani in Commentar. iuris ciuilis, lib. 2. cap. 11. numero 6. verbis vtar, mater naturæ, pater iuris ciuilis, mater eſt quæ peperit, pater eſt quem iuſtæ nuptiæ faciunt patrem, illa certiſſima, hic incertiſſimus, quod Homerus libro Odiſſeæ 1. illis verſibus explicat.

Μήτηρδέ τ' ἰμί φησι τῷ ἐμμεναι αὐτὰρ ἔγωγε
Οὐκ οἶδ' ἀλλά τις ἐστὶν γόνον ὧδε ἀνίγνω.

Nec inſpicimus quod euenire poteſt, ſed qđ (vt Theophraſtus inquit) euenire ſolet, Quòd verum arbitror ſi aliud concurrat, vt quia domi natus ſit, dicta l. filium, neque aliud diſſuadeat, ſicut ex diſſimilitudine adulterinus minimè eſt cenſendus.

Tamen inſuper vim habuit alterius ſimilitu
12 do, vt inde cognomina † ſæpe inuenta ſint, vt de Cn. Pompeio Magno ſcribit Valerius libro nono, qui Menegones à multis dictus ſit, quòd Menegeni coquo ſuo ſimilis eſſet, & de P. Scipione qui Serapio à victimario eius nominis ſibi ſimili, & P. Lentulo qui Spintheris ab hiſtrione Spinthere cognomẽ adeptus ſit, & alter Scipio qui Salutionis à Salutione mimo cognomen inuenerit, Plinius libro ſeptimo, cap. duodecimo, & Carolus Sigonius de nominib. Romanorum in loco à ſimilitudine alterius: quid nunc erit ſi filius patris ſimilitudinem lineamẽtaque referatẽ quid ſimilitudo hæc in filio operabitur? certè non leuem filiationis coniecturam, ſi filius eadem perſona eademque caro cũ patre cenſetur naturali feminis veluti inſitione. Cæterum Alciatus in l. quæret aliquis, de verborum ſignificatione, frequentius (inquit) vſu accidere, vt legitimos patres filij referant, adulterini autem adulterum, idque Plumbini Ducem re ipſa expertum fuiſſe, vt maiores teſtabantur, is cum ad ſe prægnantem concubinam crederet, inuitaſſetque ad baptiſmi ſacra quàm plurimos primarios viros, ea æthiopem peperit coquo ſuo ſimillimum, quapropter ridiculo habitus Dux quæſtione veritatem deprehẽdit. Verius eſt igitur ad parentes ſimilitudinem eſſe referendam: quod & Galeno libro ſecũdo, de ſemine, cap. 1. placuit, Similitudo (inquit) ex membrorum formatione exiſtit, non quantum ad communem ſpeciem, ſed quantum ad differentias, quæ ſpeciei accidunt, quippe cum communis ſpecies hominem equum, bouem, conſtituat, membrorum autem differentia ea ſit, quæ aduncum vel ſimum facit, in quo ſimilitudo, & diſſimilitudo omnis ad parentes conſiſtit; quæ ex eodem Galeno d. libro ſecundo, cap. 5. à ſemine illiusque in fetus procreatione dominio gignitur; idque ex eiuſdem mente contra Athenæum ex menſtruo illud effici putantem pulchrè tradidit Franciſc. Valleriola in locis communibus Medicinæ, libro primo, cap. 17. dum de genitali ſemine eruditè diſputat. Quod Phauorino apud Gellium in eius lib. noctium Atticarum viſum fuit, necnon Ioanni Argenterio qui in Galeni arus medicæ comment. 2. cap. de temperaturis teſtium, fol. 277. patere putat cur filij patri ſimiles eſſe debeant, dat enim pater ſemen in quo illius eſt forma, & omnium partiũ figura, magnitudo, numerus, ſitus, connexio, ſemen verò ipſum formam quam in ſe habet, vt generationis opifex & artifex in idoneam materiam immittit; eſt proinde coniectura ſimilitudinis (vt dicebam) efficax, Quicquid in contrarium voluerint Curt. iun. conſilio trigeſimoprimo, Præſupponitur in facto, ſub num. 3. verſic. Et iſtud procedit, poſt Caſtrenſem, & Barbatiam, Carol. Ruin. d. conſil. 53. numero nono, libro quinto, Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. libro ſecundo, centur. 1. caſu 99. numero 97. verſic. Rectius contrariam ſententiam, ex imaginatione rationem deducentes, etſi Menochius id iudicis arbitrio tandem relinquere videatur, poſt Alciatum de præſumpt. reg. 3. præſump. 37. poſt numerum decimumquintum, in fin. qui iſtam coniecturam debilem facit, rurſus

Meno-

Menochius,& is in tract.de præſumpt.in ſecunda part.princ.libro ſexto,præſumpt.53.numero 47.verſ.Cæterum prædicta opinio, fol.118. columna quarta,vbi Fortunium Garziam, Petrum Antonium de Petra,Maſcardum,necnon Gulielmum de Benedictis pro ſua opinione allegat, cum quibus pertranſit Franciſcus Marzar.conſ.45.In cauſa Illuſtr.mulierum,columna tertia, numero decimo, verſ. Nec ſufficit ſimilitudo, dicens non eſſe concludentem probationem,ipſamque ſimilitudinis coniecturam ſpernens.

Nam & Argenterius,quod de imaginatione tradũt cæteri circa ſimilitudinem,ad extraneos reſtringit, quam etſi vehementem aliqui requirant,vehementiam tamẽ plures abijciunt, cum in extraneis nulla fortè alia cauſa quàm imaginationis contingat,hoc autem & inconſtans eſt atque infirmum in re in tota Philoſophia eiuſdem Argenterij teſtimonio ſatis ardua, potentior itaque vbi natura operatur, naturalis erit cauſa quàm accidentalis, quæ licet concurrere poſſit, nihilominus naturalis attendetur, quod tum Hippocratis autoritate in libro de Genitura confirmatur ibi, Eſt autem impoſſibile partum per omnia matri ſimilem eſſe, & patri nihil,aut vice verſa,neque alteri quicquam ſimilem eſſe, ſed vtriſque neceſſe eſt in aliquo ſimilem eſſe, ſiquidem ab vtriſque corporibus ſemen in partum procedit: Vter autem tandem plus contulerit ad ſimilitudinem, & à pluribus corporis regionibus illi magis ſimilis eſt, tum etiam Ariſtotelis dogmate de Generatione animal. libro quarto, cap. tertio,cuius verba cum referre prolixum foret, non ab re reticentur, Lucretij autem carmina pauca hæc ſubnectuntur,lib.4.

Semper enim partus duplici de ſemine conſtat,
Atque vtri ſimile eſt magis id quodcunque creatur,
Eius habet plus parte aqua quod cernere poſsis,
Sive virum ſoboles ſive eſt muliebris origo.

Pluresque alios ex Andr.Tiraquello,& Dionyſio Lambino refert Conſtantinus Capriolus in praxi ſucceden.ab inteſtat. numero quadrageſimoquinto,& infra fol.304.vbi alios Lucretij verſus ad idem addit propoſitum. Denique vt finiam,imaginatio quamuis multũ poſ-
13 ſit,non tamen poteſt naturæ † leges abrumpere, niſi monſtruoſum aliquod efficiat, vt peritiſſimus Federicus Bonauentura,libr.ſeptimo, de Octimeſtri partu cap.vigeſimooctauo,dicebat, vt ſimilitudo magis ex naturalibus ſeminibus quàm ex imaginatione reſultet,ideoque firma ac conſtans remanet concluſio, ſimilitudinem conferre ad probandam filiationem, valdeque operari ſi alijs ſignis ſeu coniecturis coniungatur, quam ad filiationem illius Alexandri inducebat Corn. 1. In præſenti ardua conſultatione,columna decima, numer.22.verſic. Aliquid &,libro tertio, idemque ſentiunt, Ludouicus Gozad.conſil.13.In hac cauſa,columna 6. numero 22. verſic. Octauo omnes deponunt,Pariſ.conſil.10.Aduerſus Dom.Bart.columna nona,numer.59.verſ.Similitudo etiam, & colum.16.num.103.verſic. Et quamuis multi Doct.libro ſecundo, Ioan.Bolognett. in d.l. Gallus,in princ.num.188.in fin.ff.de liberis,& poſthumis, Tiberius Decian. conſilio 1. Circa primum videtur,columna trigeſima, in fin. numero 117.verſ. Decimoquinto ſimilitudo, vbi alios citat affirmans ſimilitudinem magnam facere præſumptionem, & licet ſola non concludat, iunctam tamen cum alijs probare, vt latè per eum,lib.3.

HYPOTHESIS.

De matris teſtimonio circa tempus partus multa tractari, deque legis fiducia pro matre erga filium,de onere legitimum eſſe partũ probandi,cui incumbat; Deque menſibus in partus materia aliquid diſcuti.

SVMMARIVM.

1 *Matris teſtimonium ad ſciendum num partus octauo menſe,decimo,vel alio tempore natus ſit, Bartolo innalidum fuiſſe viſum, & cum eo nonnullos pertranſire; ſed num.2.cõtrarium verius eſſe affirmari, & num.8. Præſertim ſi alia cum dicto matris concurrerent,nn.15.Maximè ſi vt perita atteſtaretur.*
3 *Teſti licet vno de facto ſuo deponenti credendũ, ſecundum vnam opinionem, ſed alteram ex Alexandro communem eſſe: Saliceto tamen deferendum in hoc videri.*
4 *Matris factum in poſſeſſorio nocere filio.*
5 *L.1.§.ſi mulier,ff de liber.agnoſc.ex Andr.Alciato, & Ioan. Cephalo declarari.*
6 *Filium Regis qui ex dicto matris Regnum renunciauit tanquam ortum ex alio viro à Doctoribus irrideri, Sed ſi adeo vehemens matris aſſertio fuiſſet,vt illi filius credere potuiſſet, tunc ipſum non renunciantem in conſcientia tutum non fore remanſurum, aliquos dixiſſe,nn.7.*
9 *Matrem à lege tutricem legitimam, quantumuis filiorum debitricem,aut creditricem Ratui.*
10 *Matrem à ſuſcepta tutela filiorum etiam propter motam contra ipſos litem non remoueri, Niſi lis ſuper omnibus bonis, vel maiori bonorũ parte fuiſſet,num.11.ipſamque remouendam à tutela non fore,ſi lis de aliqua parua hereditate ageretur, num.12. Hancque tutelam gratia matrum inductam cenſeri,ad eamque gerendam matres non compelli,num.13.*

Pupil-

14 *Pupillorum educationem matri demãdari, quamuis illa eſſet ſucceſſura.*

16 *Partum non eſſe vitalem, ſed abortiuum alleganti, onus probationis incumbere. Partus etiam probationem difficilem eſſe, num. 17. Singulareſque teſtes propterea admitti, Quinimò coniecturis ſtari, vt ibi.*

18 *Menſes in materia partus non intelligi prout illorum dies currunt, ac ſecundum Auguſti Ceſaris ordinem, ſed de lunaribus menſibus.*

CAP. X.

QVINTO vt materni teſtimonij vim fundatius attingamus, licet Bartolo viſum fuerit inualidum
1 † eſſe, ad ſciendum num partus octauo mẽſe aut decimo, vel alio menſe natus ſit, cui aſſentiuntur Alberic. de Roſat. in d. l. ſeptimo menſe, col. 2. ante fin. verſ. Et dicit, referẽs Iacobum de Beluiſio vt per eum, vbi Bald. etiam ante fin. cum veriſimiliter circa tempus conceptionis decipi poſſit, & tamen debeat de veritate deponere, l. teſtium, C. de teſtib. Andr. Alciat. conſ. 13. Decidi caſus, numero 5. tom. 3. libr. 9. Marius Salamon. in d. l. Gallus, in princ. num. 64. verſ. Ex contrario, tandẽque in hac ſententia reſidere videantur Boer. d. deciſ. 220. in fin. Burſat. d. conſ. 65. num. 21. & de magis communi Ioſeph. Ludouic. lib. 1. concluſ. commun. concl. 37. in 1. declar. Ioſeph. Maſcard. concl. 1084. Natum quem eſſe, numer. 6. verſ. Intellige ſupradicta. Tamen matris aſſer-
2 tioni admodum tribuendum † videtur, veriorque eſt opinio quoties nulla adeſt cauſa, quæ probabiliter illam à veritate alienet, l. fin. C. de probat. not. in c. officij, extra de pœn. ita reſidẽt Alciat. ipſe in d. l. Gallus, in prin. ante num. 20. & de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 37. poſt num. 15. in fin. Ioan. Cephal. conſ. 440. Magnificus, num. 91. libr. 3. ac longe ante Signorol. de Homod. conſ. 55. Si quæratur, in fin. quem Alciatus d. præſumpt. 37. retulit, Iacob. Menoch. pariter in ſuo celeberrimo tract. de præſump. par. 2. libr. 6. præſumpt. 52. incip. Contingit etiam, ante num. 4. col. 3. fol. 113. Cum enim teſtimonium de ſignis conceptionis perhibeat de ea re
3 quamuis † vnicus ſit teſtis plenè atteſtabitur, cuius ipſa ſolum veriſimiliter eſt conſcia, & ſic de facto proprio ſine ſuo intereſſe, l. quicunque iunct. gloſ. vbi Paul. de Caſtr. ſub num. 11. C. de ſeru. fugitiu. & conſ. 34. Ego Paul. de Caſtro, colum. 2. num. 3. verſ. Pro ſecundo verò, lib. 1. conſil. 84. Viſa dicta facti narratione, ex his quæ copiosè, col. 3. num. 6. verſ. Nam ſibi crederetur, conſ. 277. Quia per primum Egregium Conſultorem, in fin. verſ. Et ei videtur ſtãdum, eodem vol. conſ. 109. Viſa petitione, col. 1. verſic. Cui Iacobo, lib. 2. Alex. conſ. 197. Viſis dubitationibus, col. pen. num. 5. verſ. Quia reſpondetur, libro 7. ſuitque opinio Salic. in l. ſi quis decurio, in 4. opp. C. ad leg. Corn. de falſ. Et licet hoc dictum periculoſum cenſeatur, quòd enim vni tũ tum de facto ſuo atteſtanti nõ credatur, voluit idem Caſtren. ſibi contrarius conſ. 337. Primò quæritur, col. 2. ante num. 4. verſ. Item non obſtat, d. lib. 1. & cum eo Iaſ. in l. nec is, num. 12. cũ ſequen. verſ. Tamen ego etiam, ff. de acq. hæredit. Alex. in l. 2. §. ſi abſens, num. 10. & 11. dicẽs iſtam opinionem eſſe veriorem, vbi Iaſ. nu. 10. verſ. Ego teneo cõtrarium, ſi ex noxal. cauſ. ag. adhuc Alexan. conſ. 192. Perſpecta facti narratione, col. 4. num. 13. verſ. Et quamuis Salic. vbi de communi teſtatur, ante num. 14. lib. 6. dicẽs idem tenere Petr. & Cyn. in 4. opp. in d. l. ſi quis decurio, & cum prędictis tranſit Aym. conſ. 73. Dicendum videretur, num. 30. verſ. Hoc tamẽ vltimum, lib. 1. & conſ. 178. Viſo proceſſu, num. 7. cod. vol. Attamen magna eſt Saliceti autoritas qui explicitè loquitur, ſed Cyn. Petr. & Bal. non explicite, & Alexan. ac Iaſ. non bene reſpõdent textui in l. quæro, §. fin. ff. de ædilit. edict. quicquid tamen de iſta concluſione ſit, nulli dubium eſt, teſtibus de facto ſuo deponẽtibus magis credi oportere ſcribit Aym. cõſ. 2. Andreas Michaelis, col. 3. num. 9. verſic. Primo per ipſummet Hugonem, & conſ. 99. Ioannes filius Simondi, num. 6. in præalleg. vol. & multo fortius in propoſito quia mater eſt, vt ex infra di-
4 cendis liquebit. Non mirum ſi videamus † factũ matris in poſſeſſorio nocere filio, l. 1. §. ſi cui, iunct. gloſ. in verb. Nõ dabo, ff. de ventr. inſpic. not. in l. tranſactione matris, 26. C. de tranſact. cur & quandoque prodeſſe non debeat? Non refragatur, quod decipi mater poſſit, l. 1. §. ſi mu-
5 lier, ff. de libert. agnoſc. Quia vt Alciatus † aduertit, præſumptio in caſu dubio inducitur fictio in caſu certo, vnde ſi hoc admitteremus tractatus omnis præſumptionum ſubuerteretur, potuit nanque contrarium cõtingere, l. miles, §. defuncto, de adulter. gloſ. in l. vnic. §. accedit, C. de rei vx. act. Vtque Alciatus, & Cephalus aſſerunt, d. l. 1. loquitur quando mater eſſet ſuſpecta propter inimicitias, vel ſpem ſucceſſionis quoniam ei regulariter eſt credendum, ſubdens ipſe Cephal. num. 91. rarò contingere, quòd mater affirmet niſi veritatem ſciat, quod & Alciatus d. reg. 3. præſumpt. 37. ante fin. ſibi etiam voluit.

Minus Alciatum mouet, quòd Doctores ir-
6 rideant † eum Regis filium qui matri credidit ſe ex milite ortum, abiurauitque regnum, Doctor. inquam in d. l. filiũ, de his qui ſui ſunt, vel al. iur. Cyn. in l. ſi vicinis, C. de nupt. Bald. conſ. 74. Verba Domini Cyni, lib. 1. quod eſt repetitum conſ. 437. Titius habebat Seiam in vxorẽ, lib. 5. Ioan. Neuiz. libro 1. Syluæ nupt. num. 50.

Corn.

Corn.conſ.293.In hac conſultatione, in fi.ſub num.10.lib.4. Vt eſſet tutus etiam in foro conſcientiæ,And.ab Exea in c.1.nu.336.de conſti. Ille etenim filius fortiores pro ſe præſumptiones habebat q̃ ex matrimonio itemq.quaſi poſſeſſione paterni iuris accipiebatur, d.l. miles,§. defuncto,de adulter.glo.in c.afferte,de præſumption.vna autem præſumptio alteri cedit imbecillior fortiori,l. Diuus, de in integr.reſtit. Potuit etiam adeo vehemens† eſſe matris perſuaſio,vt illi credere potuiſſet filius, tunc enim nõ fuiſſet tutus ſecundum dicta per Andream, ita Dominic.de Soto de iuſtit. & iur.libr.4.quæſt. 7.artic.2.verſic. Tametſi, Iacob. Menoch.de arbitrar.iudic.libro 2.centur.1.caſu 99. ante numerum 29.

Vt non ſit ab hac opin.recedẽdum,quòd matris dictum†ſit bona cõiectura in tempore partus,Primò cum ſi de ætate matri creditur,d.l.de ætate, cur non de conceptione ſi probatio hæc cenſetur difficilior?l.de ætate,ff.de interrog.act. Secundò videtur caſus in d.l.inteſtato,§.fin.de ſuis & legitim. vbi Iuriſconſultus centeſimo octuageſimo ſecundo die natum, iuſtum definiuit partum,quæ dierum ſupputatio(vt Salamonius ait) vnde diſci queat niſi à matre? ignoratur certè aliàs,facit d.l.ſeptimo menſe. Sed Diuus Pius id ex Hippocratis ſententia reſcripſit, qui medicinę ſemina attulit. Tertiò Plinij Maſſurijque Sabini inducitur autoritas, dicentiũ Papyrium Prætorẽ matri credidiſſe,quòd tresdecim menſes puerperium tulerit. Quartò legis fiducia attendenda eſt quam lex de materno affectu concepit,quæ matrem filiorum legitimam tutricem † decreuit, etſi ipſorum debitrix,aut creditrix foret,auth. vt ſine prohib.matrim.vbi gloſſ.in verb.Matrem,Alex.conſ.109. Viſo ſtatuto,poſt num.2.verſ. Etiam habet locum,lib. 3. Et non ſolum propter creditum nõ remouetur,ſed etiam ob ſuſceptam†contra pupillos litem,§. item propter litem, Inſtit.de excuſ.tut.vbi Ang.inquit,quòd licet mater tutrix filiorum extiterit, ipſorumque tutelam gerere cœperit, poterit tamen interim ſuas dotes petere,hisque erit cum eius pupillis,& tutrix remanet,interim autem curator liti dabitur. Niſi ſuper omnibus bonis† vel maiori parte lis fuerit, l.propter litem,ff.d.tit. de excuſ. tut. Quinimò ſi ſuper aliqua parua hæreditate † lis eſſet, adhuc mater non veniret remouenda, ſecundum Ang.vbi ſupra,num.2. & tradunt omnes in authen.minoris debitor, C.d.tit. quãd.mul.tutel. offic. fungi poteſt, eſtque tutela † huiuſmodi matrum gratia fauoreque inducta, cum ipſam ſuſcipere non cogantur, vt tradit Corn. conſil. 20.licet ſatis,num.3.& 4.lib. 2. conſulens proinde tanquam in materia fauorabili auiæ appellatione proauiam includi, & conſil.164. Videtur,numero ſecundo, verſic. Licet dicatur, libro quarto.

Vltimò facit l.1.C. vbi pupill. educ. deb. eo nanque loci Imperator Alexander † pupillorũ educationem nulli magis quàm matri eorum (ſi non vitricum eis induxerit) committẽdam eſſe ſtatuit,licetque dum de ſucceſſione pupillorum agitur ſuſpicio in medium deducatur, l.2. d.tit.in matre tamen talis ſuſpicio non attenditur,quamuis ſit in ſucceſſione prior, vt ibi Salicet.perpendit, ad quam l.1.multa per Decian. conſ.49. Nunc in dubium reuocatur, libro 1.Si itaque adeo liberè lex de matre confidit propter eius affectum,l.fin.C.de curat.fur. vt & filiorum ipſi perſonas, & ſubſtantias omni remota ſuſpicione etiã in caſibus quibus de proprio matris intereſſe agitur committat, cur eiuſdem aſſertio in difficilis probationis negocio attendenda non erit? Cæterum etſi indiſtinctè contraria opinio receptior videatur, poſterior hæc verior apparet, nec Doctorum autoritate deſtituta, vt non ſit maternum teſtimonium aſpernandum.

Si autem cum matris aſſertione†alia concurrant,fortè ſimilitudo, vel quippiam aliud, rem eſſe in tuto tradit Ioan.Cephal.d.conſ.440.numero 92. nec Andreas Alciatus diſſentit. Etſi mater non ratione ſimplicis conceptionis, ſed peritiæ quã ipſam conſtaret habere, de hiſce rebus teſtimonium redderet,ipſam fore admittẽdam ex regulis potiſſimum, quæ in arte peritos admittant,tradit Maſcard.d.concluſ.1084.numero 8.verſ. Quod ſubintellige, niſi eſſet aliàs ob aliquam cauſam ſuſpecta, vt in caſu l.omnium,in fin.verſ. Nec inſtitutus hæres, C.de teſtam. Præterquam,quòd non ſic de facili admiſcerim contrariam Boerij,& aliorum deſuper citatorum magis communem eſſe, quicquid Ioſeph Ludouicus d.concl.37. omni deriuatione ab alijs nequaquam deſumpta ex ſe tantum auſus fuerit ipſam,vt crebriorem fundare.

Quòd autem partum vitalem non eſſe, ſed abortiuum alleganti † probandi onus incumbat,ſcripſere Dec.d.conſ.623. in fin. Andr.Alciat.d. conſ.13. Decidi præſens caſus,num.5.tomo 3.lib.9.Pariſ.conſ.146. Circa articulum,numero 24.lib.4. Iacob.Menoch.in d.tract.de præſumpt.part.2.lib.6.præſump.52.num.4.col.3. verſ. Quocirca reſpondet Dec. Turrett.d. conſil.23.num.5.verſ.Secundum pro matre,vbi is etiam num.10.inquit, partus materiam difficilis probationis eſſe,poſt Caſſan.Alciatum, Socin.iun.& Burſat.quos ipſe refert, & propterea ſingulares†teſtes admitti,vt per eum ibi,prout coniecturis ſtandum fore, in antecedẽti cap. ex eodem Alciato dicebam.

Denique licet de menſibus iura loquantur, non tamen in hoc negocio†menſes prout ipſo-

tum

ſum dies currunt attenduntur, ac ſecundum Auguſti Cæſaris ordinem, ſed lunaris curſus inſpicitur, ſcilicet quòd filius natus ſteterit à conceptione per nouem lunas, vel quòd de nouem lunis in ventre matris tetigerit, Alciatus in l.qui mortui, in fin.ff. de verborum ſignif.& in dicta l. Gallus,in princ. numero decimotertio,& vigeſimonono, Iacobus Menoch. de arbitrar. iudic. libro ſecundo, centur.1.caſu,50. numero decimonono,Iacobus Concen.quæſt. libro ſecundo, cap.nono,numero quarto,& infra Burſat.d.conſilio ſexageſimotertio, numero vigeſimoſecundo,libro primo, Ioſeph. Ludouicus,concluſ.libro primo,in d. trigeſimaſeptima concluſ.columna tertia,verſ. Aduertendo ſemper.

HYPOTHESIS.

Licet natus ex quinquagenaria muliere rarus partus videatur, legitimum tamen partum cenſeri, ex eo conditionem, Si ſine liberis deceſſerit euaneſcere, ſubſtitutumque excluſum remanere.

SVMMARIVM.

1 *Filium ex muliere quinquagenaria progenitum legitimum eſſe, & ad conditionis ſi ſine liberis deceſſerit defectum ſubſtitutique excluſionem prodeſſe,& num.19.*
2 *Mulieres quinquagenarias nubere non prohiberi.*
3 *Conſtantiam Henrici VI. Regis vxorem, anno ſuæ ætatis quinquageſimo publicè in tentorijs Federicum Imperatorem peperiſſe. Idque alijs mulieribus etiam contigiſſe, ſub nu.5.*
4 *Federicum Imperatorem filium Henrici ac Conſtantiæ de domo Sueuia fuiſſe.*
5 *Mirabile eſſe quod rarò contingit.*
6 *Aquilanam Ciuitatem omni tempore felicia ingenia produxiſſe.*
7 *Mulieres poſt annum quinquageſimum menſtruales curſus, fecunditatemque amittere, & num.8.*
9 *Mulierem parientem ſine menſtruali profluuio viſam fuiſſe: id tamen ex Ariſtotele explicari, num.10.*
11 *Suppoſiti partus coniecturam ex menſtruorum ceſſatione deſumi poſſe.*
12 *Mulierem ſolam animal ex Democrito menſtruale eſſe.*
13 *Menſtrua inter monſtrifica exiſtimari.*
14 *Raros caſus legem non reſpuere: idque triplicitèr ex Socino Iuniore intelligi.*
15 *Mulier quamuis elapſo quinquageſimo anno concipere poſſit, id tamen nequaquam præſumi.*
16 *Suppoſiti partus rationem in difficili probatione verſari.*
17 *Suppoſiti partus nonnullas coniecturas afferri, & quo caſu procedant declarari.*
18 *Partum quinquagenaria plenè perfectèque probandum eſſe.*

CAP. XI.

DIFFICVLTATEM in eo qui ex quinquagenaria muliere naſcitur ſubmouet pulcherrimus text. in l.ſi maior,vbi Bar.aduertit, C.de legitim.hæredib.vt inquam legitimus † ſit filius ad conditionis defectum ſi ſine liberis deceſſerit,ſubſtitutique excluſionem,alius ad hoc propoſitum tex.eſt, in l.ſi ſterilis,in princ.vbi gloſſ.ordinaria in verb.Quinquagin ta,ff.de act. empt. & in indiuiduo tradit Raph. Fulgoſ.conſ.212. Quædam mulier nomine Lucia,columna tertia,numero ſecundo,verſic.Sic enim aiunt naturales, Quemadmodum enim huiuſmodi ætatem habentes† nubere non prohibentur,l.ſancimus,C.de nupt. ita conſequẽs eſt, vt iſte partus legitimus ſit cenſendus; & licet rarò contingat mirabilisque eſſe videatur, Nihil tamen eorum(vt Imperator aſſeruit)quę probabiliter à natura noſcuntur eſſe producta eſt reſpuendum, ac æquum eſt, non abſimiles alijs fieri quos ſimiles natura effecit.

Quod quidem de Conſtantia Henrici VI. Regis vxore Gulielmiq. Regis ſorore ſcribunt, Conſtantiam nempe iſtam † ætate grandęuam licet monialem profeſſam annorum quinquaginta ex diſpenſatione tamen Apoſtolica matrimonium contraxiſſe,ac prægnantem redditam, omnibus re viſa ferè incredibili tentorijs Panormi alijs in Exea Ciuitate Germaniæ conſtructis vbi duo millia matronarum aderant, Federicum Anno Domini, M c x c ii. peperiſſe, Conſtantiæ hunc partum admirantur, ac referunt Angel. in dicta l.ſi maior, numero primo, ſubdens hunc Federicum de domo Sueuia † fuiſſe quæ in Corradino remanſit extincta,ſeque plurics Peruſij vidiſſe quinquaginta annis grandiores filios peperiſſe,hocque ſuo arbitratu obaeris ſubtilitatem contingere, Andreas Tiraquellus de legibus connub. in 6.l. gloſſ.prima, part.6.numero quadrageſimoſeptimo,verſ.Et refert ibi Angelus,fol.112.Matth. de Afflict.in procem.Conſtit.§.nos itaque, in 3.not.numero tertio, verſic. Sed quæro quare Imperator Federicus,vbi inquit,quòd ex eo Imperator ille ibi dixerat, præter ſpem ſibi illa duo Regna Apuliæ ac Neapolis obueniſſe, nam tempore quo Henricus VI. ipſius Federici pater Illuſtriſſimam Dominam Conſtantiam moni-

lem profeſſam in monaſterio ex diſpenſatione Apoſtolica in vxorem duxit, de qua meminit Ioannes Andr. in reg. actus legitimi, in ſexto, in Mercurial. hæc Conſtantia Regis Gulielmi ſoror, quorum pater fuerat Rogerius Rex tunc temporis annorum erat (vt eſt dictum) quinquaginta, & gentes non credebant fore ſobolem ſuſcepturam, maxime quia lex inquit, in dicta l. ſi maior, & in dicta l. ſi ſterilis, quòd ſi mulier quinquagenaria peperiſſet, res mirabi-
5 lis cenſeretur, & cum hoc rarò contingat† mirabile dicitur, vt in §. ſecundo, in fin. authen. de Conſulibus, cumque Deus voluerit, quòd in tam grandi ætate Conſtantia dictum Federi cum Imperatorem conciperet, ad ſucceſſionem dictorum Regnorum, ex materna ſucceſſione deuenit, ad eam ſiquidem legitimè ſucceſſio Regni poſt ſui fratris mortem ſine deſcendentibus legitimis & naturalibus iure ſpectabat, quæ ex ordinatione Apoſtolica in dotem eadem Regna Imperatori Henrico eius viro tranſtulit, ideo dicebat ibi Federicus mortua matre, præter ſpem hominum Regnum & Imperium ſibi obueniſſe: hactenus Affictus, remittens ſe libro Hiſtorialium Beati Antonini Archiepiſcopi Florentini in tertia part. titul. decimonono, capitul. ſexto, & Andreæ de Iſernia aliquid de Federico dicenti in Conſtit. Statuimus, de vſur. puniend. libro primo, in princ. de eodem Conſtantiæ partu meminere etiam Colenducius in Compend. Regni libro tertio, Marinus Freccia in tract. de ſubfeud. libro primo, fol. ſexageſimo, numero vigeſimoſeptimo, & vt alios præteream Pariſ. conſilio vigeſimonono, Cato ſextum & trigeſimum agens annum, numero vigeſimoprimo, verſicul. Prout etiam, libro ſecundo, & vltra illud Conſtantiæ alia adſunt exempla, Corneus enim in dicta l. ſi maior, in princip. Baldum refert in quodam eius conſilio dicentem, Dominum Albertum de Guidalottis de Perufio ex matre quinquagenaria progenitum fuiſſe, & licet non alleget, in quo conſilio Baldus id aſſerat, tamen eſt Baldi conſ. ſeptuageſimumquartum, incip. Verba Domini Cyni, in lectura ſua, libr. primo, quod repetitum & extenſum habetur in conſil. 437. quod incip. Titius habebat Seiam in vxorem, columna fin. ſub numero nono, verſic. Videtur diſtinguendum, lib. 5.

Et quamuis huiuſmodi conſilia relata repererim apud Pariſium in præcitato loco, volui adhuc Baldum in fonte videre, vt ſemper mei moris extitit, inueniique hunc excelſum Doctorem prædicta dicentem, ſcilicet Dominam Bettam anno quinquageſimo completo concepiſſe dictum Dominum Albertum de Guidalottis, ſubdentemque eandem Dominam Bettam tunc iuuenem in Tuſcia plurimũ ob ſui virtutem præfuliſſe, O fortunatam iuuenem, quæ meruit Baldi encomijs illuſtrari ac decorari.

Id etiam in hac Aquilana Ciuitate Patria mea contigiſſe ferunt, cum Domina Diana de Manerijs olim vxore Domini Hieronymi ſenioris de Picis anno ſuæ ætatis quinquageſimo Dominam Conſtantiam de Picis vxorem olim Domini Ioannis Antonij de Roſis, atque auiam Perilluſtris & Generoſi Domini Fratris Iulij de Roſis, Equitis Sancti Ioannis Hieroſolymitani genuerit, vt alia prætermittam exempla: Sique Angelo de Vbaldis dicenti hoc Perufię ob aeris ſubtilitatem contingere ſtandum erit, prout eius atteſtationi ſtari iure optimo exiſtimo, idem de ipſa Aquilæ Ciuitate proferre poſſumus, cum aeris ſalubritate ac ſubtilitate ſit valde felix, nõ mirum ſi in ea omnibus
6 temporibus ſubtiliſſima & feliciſſima † floruerint in varijs ſcientijs ingenia, quod vti manifeſtum alia comprobatione non indiget, ſolum Deo gratias referam, nam omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt deſcendens à patre luminum.

Elapſo igitur anno quinquageſimo mulierem parere ſiue concipere non poſſe ordinarium videtur, quod præſenſit textus in dicta l. ſi maior, dum dixit, partum quinquagenariæ mirabilem eſſe, & de rarò contingere, vt non ſine myſterio Imperator à Cæſariana aduocatione de hoc interrogatus ita reſponderit: Quod Paulus Iuriſconſultus, libro trigeſimoquarto, ad Edictum in l. ſi ſterilis, in principio, ff. de act. empt. clarè his verbis oſtendit, Si ſterilis ancilla ſit, cuius partus venit, vel maior annis quinquaginta, cum id emptor ignorauerit, ex empto venditor tenetur; amittunt enim mu-
7 lieres poſt annum quinquageſimum † fecunditatem, vt Solinus cap. quarto, ſic teſtatur, Mulierum aliæ in æternum ſteriles ſunt, aliæ mutatis coniugijs exeunt ſterilitatem, nonnullæ tantum ſemel pariunt, Quædam aut fœminas, aut mares ſemper, Poſt annum (ſubdit) quinquageſimum fecunditas omnium cõquieſcit: Quod & Dionyſius Halicharnaſſæus libr. quarto, antiq. Roman. edocuit, Quæ nouiſſimum filiorum peperit anno ætatis ſuæ quinquageſimo, vlterius (ait) non fert vterum fœmina, ac etiam Plinius libro naturalium Hiſt. ſeptimo, cap. decimoquarto, ſic exorditur, Mulier poſt quinquageſimum annum non gignit, maiorque pars quadrageſimo proſtuuium genitale ſiſtit.

En & Ariſtoteles libro ſeptimo, de Hiſtoria animal. cap. vigeſimo, ita ſcribit. Homo mas ad annum vſque ſeptuageſimum, fœmina vſque ad quinquageſimum, verum id rarò, à paucis enim proles in eo ætatis tempore procreata eſt,

Sed

Sed magna ex parte maribus quintus & ſexageſimus annus finis procreandi eſt, fœminis quintus & quadrageſimus.

Rurſus & apertius Ariſt.d.lib.7.cap.quinto, idem aſſeruit,Sed deſinunt plurimis menſtrua circa quadrageſimum annum: quod tempus quæ exceſſerint,ijs ad quinquageſimum ſeruãtur: Quod etiam ſcripſit Com. conſilio 12. In preſenti conſultatione,columna fin.ante numerum ſextum,verſic.Sed ſi venditor ſcit, libr.3. Etiam nonnullæ eo tempore pepererunt,ſed vltra hoc tempus nulla poteſt protrahere. Conſtat ex his autoritatibus mulierem quinquagenariam concipere ac parere poſſe, licet rarò id contingat, iuxta d.l. ſi maior, poſt nanque annum quinquageſimum,vt plurimum(quemadmodum dicebam) fœminæ menſtruales curſus
8 †amittunt,& inſimul fecunditatem,cum vt Ariſtot.d.lib.ſeptimo,de Hiſtor.animal.cap.quinto,teſtatur, principium & finis mulieribus prolis recipiendæ,maribus præbendæ, fœminis ſit menſtruorum emiſſio.

Quamuis meſtrualis profluuij deperditio aliquibus ſterilitatis ſignum non extiterit, ſecundum Petrum Toletanum in lib. de morb. puerorum in appendice cap. 1.de Saphat.& fauoſitate libro 2. teſtatur enim mulierem nunquam
9 menſtruoſam † vidiſſe parientem, Et hæc (inquit)ſufficiant, hoc vnum præcipuum non negligentes, quod ego pro miraculo, & inaudito aſſero,cuius teſtis ſum oculatus, infantes ſcilicet cuiuſdam mulieris,quæ neque in partu,neque ſana viſa eſt vnquam fluxiones illas communes & purgationes quæ menſtrua dicuntur pati,hoc morbo ſæpiſſimè corripi; tradita autẽ à Petro Toletano ex Ariſtotelis doctrina d. libro ſeptimo,de Hiſtor.animal.cap.ſecundo, di
10 ſtingui poſſe†exiſtimo,in hæc enim verba prorumpit: Conceptus à mulieribus à profluuio menſtruorum ſua natura contingit, & quæ ijs carent ſteriles magna ex parte exiſtunt: Verum fieri poteſt, vt aliquæ etiam ſine eorum profluuio concipiant, videlicet quibus tantum humoris colligitur, quantum ijs quæ purgantur reſtare ſolet,quamquam non tanta copia,vt & foras poſſint profluere.

Vt non immeritò hinc ſuppoſiti partus con-
11 iecturam † deſumi non poſſe dixerit Ariſtotelis ſola autoritate fretus Iacobus Menochius in tract.de præſumpt.in ſecunda part.princ. libro quinto,præſumpt.24. numero decimoquarto, verſic. Quinimò nec coniecturam hanc admitterem. Democritus Phyſicus mulierem,ſolum
12 animal † menſtruale eſſe dicebat, vt Solinus d. cap. quarto,refert, ibidem ſubdens, profluuia huiuſmodi non paruis ſpectata documentis in-
13 ter monſtrifica† meritò numerari,contactæ etenim his fruges non germinabunt,acescent muſta, morientur herbæ, amittent arbores fetus, ferrum rubigo corripiet, nigreſcent æra, Bitumen quod in Iudea naſcitur cruore menſtruali ſcinditur in partes, quod aliàs mollitiæ glutinoſa adeo lentum eſt, vt ſeparari ſcindique nullo modo poſſit, menſtruatæ etiam mulieres ſpeculorum nitorem, ac fulgorem caligine quadã obtundunt, vt alia prætermittam,quæ d. capit. quarto, exactè ſcribit Solinus, vnum inquiens ſalutare ſolũ habere, quòd Sydus Helenes perniciоſiſſimum nauigantibus auertunt: alia miranda plurimum tradit Plinius libro ſeptimo, capit. decimoquinto, à quo Solinus multa deſumpſit.

Sed ad materiam quinquagenarij partus iam redeundo,quamuis rarus ſit illi tamen iura ad-
14 aptantur,cum raros miraculoſosque caſus†iura non reſpuant,gloſſ.in l.ex his,ff. de legibus. Vt tamẽ huius rei abſoluta cognitio habeatur, tres ſunt conſiderandi caſus, Aut enim quæritur, an ſi contingat caſus aliquis qui tam rarò ſoleat contingere,ſit ad eum ius aptandum, ita vt ſecundum iura terminari debeat, & dicendum eſt debere ei legem iam in alijs generaliter factam aptari, non quòd noua fiat, & ita loqui text. in dicta l. ſi maior,& ſic allegando eãdem legem voluit Dec.in l. ea quæ raro, numero ſecundo, vbi Hieronymus Cagnol.numero ſeptimo,de regul.iur.& ſenſit Bartol.in l.iura conſtituti,columna ſecunda, ante numerum ſecundũ, verſic.Tu vero plenius,ff.de legibus,licet enim (vt dicebam) rariſſimum ſit quinquagenariam parere, ſi tamen pariat,& ſic caſus eueniat, ad eum iura adaptantur, lexque ex quinquagenaria natum, ſicut alios filios recipit; quod ſumma conſtitutum ratione videtur, nam cum illum natura ediderit,vereque filius ſit,iniquum eſſet à patris, vel aliorum ſucceſſione excludi. Aut ſecundo quæritur, vtrum ius diſponendo reſpiciat id quod eſſe etiam rarò poteſt, eſt tamen dubium an ita ſit futurum, & tunc licet dici ſoleat,quòd non regulariter,l.nam ad ea, de legibus,& in auth.vt ſin.prohib.matr.debitric. §.quia vero,collat.ſeptima,quandoque tamen ſecus ſit,vt dixit gloſſa in dicta l.ex his, & tunc aliquando diſponit quid futurum ſit,ſi caſus ille contingat, vt in §.inſula, Inſtit. de rerum diuiſ. aliquando conſiderando aliquid eſſe poſſe non ſimpliciter,ſed mediocritatem amplectendo interim diſponit dum in dubio res eſt,ac ſi illud eſſet, ſed niſi poſtea contingat ita diſpoſitum reuocat, ad caſumque euenientem adaptat, vt l. antiqui,ff.ſi pars hæreditat. pet.l.ſed & ſi reſtituatur,§.final.ff.de iudic.& vtrobique per gloſſam, & Doct. lex nanque conſiderans in vtero prægnantis vſque ad ſeptem eſſe poſſe, licet à communiter accidentibus vnus eſſe ſoleat, eligendo mediocritatem, quartam

partem ſuperſtiti filio aſſignãdam fore interim ſtatuit,ac ſi tres in vtero eſſent natique fuiſſent, ſed ſi poſtea non tres naſcantur, ſed pauciores diſpoſitio illa reuocatur: idem ſi plures naſcerentur, prior natus pro virili,cum vno vel pluribus natis admittetur,d.l.antiqui,cum l.ſeq.illudque lex decreuit cum citò veritas expectaretur,ſecundum quam res terminabitur: ſic & aliàs minus frequens præſumitur, gratia ſiniſtræ ſuſpitionis vitandæ,vt per Paulum de Caſtr.in dicta l. iura conſtitui. Aliquando & tertio aliquis caſus emergit, circa quem raræ contingentię(vt Socini iunioris verbis vtar)dictetur vnũ, frequenti verò contingentiæ dictetur aliud, & quæritur in lege condenda ſuper tali caſu quid attendendum ſit, & certè dicendum eſt, illud quod dictatur ex frequenti contingentia,ita inquit Iacobus de Aren.in d.l.iura conſtitui,ſubdens in hoc ſtare proprium ac verum illius legis intellectum, & ſic ibi eum refert,& ſequi videtur Albericus de Roſate.

Hocque regulariter intelligendũ eſt,& quando cõtrarium in aliquo particulari caſu aliqua particulari ratione ſtatutum non reperitur, ita diſtinguebat Socin. iun. conſilio 35. Viſa ac diligenter conſiderata,col.5.numer.26.vſque ad num.32.lib.2.

Nec omittendum exiſtimo,id quod in d.cõſil.212. Raphael Fulgoſius tradidit, colum.pen. circa med. quòd licet mulier annum excedens quinquageſimum concipere poſſit, id ta-
15 men non præſumitur † cum ſemen in illa ætate frigeſcat, & Fulgoſium ibi nu.2.verſ. Sic enim aiunt,ſequitur Aegid. Boſſ.in tit.de partu ſuppoſit.num.15.tali ſiquidem caſu conſiderandũ non eſt,quòd mulier cõcipere potuerit, ſed an veriſimiliter conceperit, vt per eundem Aegidium poſt Socinum quem refert, ſuppoſiti par
16 tus qui in difficili probatione† conſiſtit,vt ſcribunt Socin.iun.conſ.90. Abunde & ſubtiliter, num.16.libro ſecundo, & Iacobus Menoch.in tract. de arbitrar. iudic. Quæſt. libro ſecundo, centur.2. caſu 116. numero ſeptimo, ſubtiliter in quadam cauſa Comitis Hieronymi de Ruſca,materiam enarrans;Et quòd partus ſuppoſitus præſumatur, cum aſſerens ſe prægnantem
17 non paſſa fuit† ventrem inſpici,nec venter fuit cuſtoditus,temporeque partus non fuerunt adhibitæ perſonæ,quę requiruntur,latè conſuluit idem Socinus iun.d.conſil. 90.numero primo, libro 2.

Quod ex Menochio d.libro quinto,de præſumpt.in 2.part.princ. præſumpt. 24.num.15. declarandum eſt,vt ſolum operetur,ne illi nato bonorum poſſeſſio decernatur, eſt enim(vt ipſe inquit) quo ad eam cõſequendam ſuſpectus partus,l.1.§.ſi cui,iunct.§. ſed & ſi ſeruus,ff.de ventr.inſpic.

Denique ad materiam d.l. ſi maior quinquagenaria,animaduertendum eſt,quòd cum partus iſte rarus ac mirabilis cõſcatur, debet de eo
18 plenè † ac perfectè conſtare, vnde Angelus ibi Imperatoris Henrici exemplum attulit, dum Conſtantiam publicè in tentorijs parere iuſſit ad ſuſpicionem ſubmouendam, iurisque præſumptionem in oppoſitum vigentem penitus eliminandam, vt dicit gloſſ.in dicta l. ſi ſterilis, & ibi Salicetus,eſtque de intentione Raphaelis Fulgoſij,& Cornei in præalleg.l.ſi maior,volentium ad probãdum ex quinquagenaria natum probationes euidentiores admodumque claras requiri, nec communes ſufficere, vt ſenſit etiam idem Fulgoſius dicto conſil.212.columna ſecunda,circa finem,in dictaque l. ſi ſterilis, in princ.dicens in facti contingentia reſpondiſſe mulierem quinquagenariam parere nequaquam poſſe, idque alleganti credendum non eſſe, ſed potius partum ſuppoſitum præſumi, quamuis mulier vbera lacte turgentia oſtenderet, cum mulieres ſimilia ſigna patiantur licet non pariant, maxime quia iuris præſumptio eſt,quòd tali confecta ætate non concipiat, aſſerentique contrarium onus claræ probationis incumbere, non autem communis probationis; Raphaelemque ſequitur Pariſ. d. conſilio vigeſimonono, Cato, numero quadrageſimooctauo,libro ſecundo, & tradit Maturin.Montanus,in Iulium Paulum Genial.dierum Comment. fol.99. verſicul. In quo loco dicunt, vbi verba Alberti magni, ac in Phyſicis rebus mirandi refert, de ætate ad generandum loquentis, Homo maſculus (inquit) circa triginta annos habens ſemen perfectè maturum, vſque ad ſeptuaginta annos poteſt generare; & raro in valentioribus extenditur hæc virtus vſque ad octuaginta; ſed poſt hoc eſt labor & dolor, & non eſt aliqua virtus generationis licet coeat; Mulier autem concipit, & parit vſque ad ætatem quinquaginta annorum, & hoc ratò accidit,in paucis enim euenit mulieribus, Quod autem frequentius accidit in viris eſt, qui generant vſque ad ſexaginta,vſq.ad ſexagintaquinque annos, & mulier valida conſueuit elle ad partũ,vſque ad quadraginta,vel vſque ad quadragintaquinque annos,qui ſunt duo arcus minorum coniunctionum Iouis & Saturni, vel parum plus.

19 Remanet itaque firma concluſio,† filium ex quinquagenaria legitimum eſſe licet rarum, ex eoque conditionem ſi ſine liberis deceſſerit deficere, ſubſtitutumque excludi, vt eſt textus expreſſus & ſingularis in dicta l. ſi maior, vbi Bartolus, Baldus,Angelus,& cæteri communiter, & vltra Fulgoſium in præcitato conſilio 212.columna 3.numero ſecundo,idem tenent, Iaſ.conſ.cẽteſimo decimoquinto. In quaſtione

quæ

quæ vertitur, ante numer. 2. lib. 1. & in l. ſed eſt quæſitum, numero primo, ff. de liberis, & poſthum. Pariſ. d. conſ. 29. num. 19. verſic. Accedat text. d. lib. 2. Iacob. Menoch. d. libro quinto, præſumpt. 24. numero ſexto, verſic. De muliere adhuc, fol. 31. Franciſcus Mantic. in tract. de coniectur. vltim. volun. libro quinto, tit. 12. numero quarto, verſicul. Et licet huiuſmodi partus, fol. 93. Quæ inſuper prædictis Philoſophorum autoritatibus Ariſtotelis Plinij ac Solini plurimum fulcitur, fortiterque roboratur.

HYPOTHESIS.

Generandi tempus in maribus quouſque ad effectum excludendi ſubſtitutum, huiusque conditionis extinctionem ſiue defectum protendatur.

SVMMARIVM.

1 *Maſiniſſam Regem octuageſimo ſexto anno exacto, & Catonem octuageſimo filios ſuſtuliſſe.*
2 *Generandi tempus in homine maſculo ex Ariſtotele recenſeri.*
3 *Guidonis de Suzaria circa tempus generandi in homine maſculo autoritatem ex Matthæo de Afflictis improbari.*
4 *Filios ex homine maſculo poſt annum ſexageſimũ ſuſcipi, non præſumi, ſed ad ſexageſimum vſque, & num. 12.*
5 *Tempore certo prohibitum, & elapſo admiſſum cenſeri.*
6 *Arrogationem non niſi cum cauſæ cognitione fieri.*
7 *Arrogationem, naturam imitari.*
8 *L. Iuliam Papiam Poppeam de maritandis ordinibus explicari.*
9 *Senum ſemen infecundum, & nequaquam prolificum: & quare.*
10 *Senem vario modo ſecundum ſubiectam materiã reſpectu ætatis, & annorum intelligi.*
11 *Senem quo ad actum generandi ſexaginta annorum cenſeri.*
13 *Filios ex homine maſculo etiam vltra ſexageſimũ annum progenitos, legitimos eſſe: licet rari partus ſint, & num. 15.*
14 *Filios ex homine maſculo vltra annum ſexageſimum progenitos eſſe, manifeſtius atque efficacius probari debere.*

CAP. XII.

FOEMINIS prærogatiuam quandam in hac generationis cognitione tribuendam non ab re ſum arbitratus, tum quia maximas præſſuras parturiendo patiuntur, tum quia certiores filiationis exiſtunt, mater ſiquidem (vt ſæpiſſimè circumfertur) certa eſt, pater autem incertus, l. Lucius, vbi glo. & Doct. hoc tit. vt mirum non ſit, ſi fœminarum prius, marium poſterius, fecunditatis ac ſubinde ſterilitatis tempora perquiſierim: Hoc igitur virorum negocium ſi exemplis ſtandum erit varium redditur & interminatum, ferunt
1 enim Maſimiſſam Numidiæ † Regem poſt ſextum & octogeſimum annum Methymatum filium generaſſe, quod ſcribunt Plinius naturalis Hiſt. libro ſeptimo, cap. decimoquarto, Solin. in Polihyſtore cap. quarto, Valer. Maxim. libro 8. de Senect. cap. 14. ac Iul. Florus epitom. 50. Catonem etiam Cenſorinum anno ætatis ſuæ octuageſimo exacto ex filia Saloníj clientis ſui alterum Catonem auum Vticenſis procreaſſe ijdem Plinius, & Solinus in præcitatis locis, Plutarchus etiam in eius vita teſtantur: Vladislaum Lithuanum denique Poloniæ Regem nonagenarium duos filios ſuſcepiſſe Vladislauum & Caſimirum, referũt Æneas Pius in Europa cap. 25. & Maturinus Montanus in Iulium Paulum Genialium dierum Commen. fol. 101. verſ. Quòd ſi quiſpiam: Sed exemplis prætermiſſis, cum adeo rara ſint, vt per tot ſecula illa tantum & alia rariſſima memorentur in robuſtiſſimis validiſſimisque hominibus, qualem Maſimiſſam fuiſſe refert antiquitas, ante inquã homines robore ſenectæ admirabilem, conſtat ſiquidem eum quemadmodum Cicero inquit libro quem de Senectute compoſuit, nullo vnquam imbri, nullo frigore, vt caput ſuum veſte tegeret adduci potuiſſe: eundemque ferunt aliquot horis in eodem veſtigio perſtare ſolitum non ante moto pede quàm conſimili labore iuuenes fatigaſſet: ac ſi quid agi à ſedente oporteret, toto die ſæpenumero nullam in partem conuerſo corpore in ſolio duraſſe: ille vero etiã in exercitu equo inſidens, noctẽ diei plerũque iungendo duxit: nihilque omnino ex ijs operibus, quæ adoleſcens ſuſtinere aſſueuerat, quo minus in ſenectute ageret omiſit, veneris etiam vſu ſemper viguit: terram quoque quam vaſtam & deſertam acceperat perpetuo culturæ ſtudio frugiferam reliquit, Valerius d. cap. decimoquarto. Hac de re igitur quid naturales ſentiant, quidque Iuriſconſulti arbitrentur videndum eſt, & vt ab Ariſtotele Philoſophorum grauiſſimo incipiam, is de Hiſtor. animalium, libro quinto, cap. decimoquarto, quem etiam ſuperiori capite referebam, ita ad hoc propoſitũ ſcri
2 bit. Homo mas † ad annum vſq. ſeptuageſimũ, videlicet termino vltimo poteſt generare, verũ id raro, à paucis enim proles in eo ætatis tẽpore procreata eſt: Sed magna ex parte marib. quintus & ſexageſimus annus finis procreandi eſt. Huius etiam ſententiæ fuit ille Albertus verius

Digitized by Google

Maximus quàm Magnus, cuius verba cum paulo ante indicauerim, inculcanda iterũ non ſunt: Sed Iacobi Syluij in Commentarijs de Menſibus mulierum, cap. de hominis generatione ſiue fœcunditatis & ſterilitatis cauſis, incip. Vir temperatus, authoritatem ſubijciam, Vir item ab anno duodecimo, ad ſeptuageſimum generat, in fœmina ab anno decimo quarto ad quinquageſimum: Si qui ante hos annos, aut poſt generant, in fœminis iunioribus aut ſenioribus rari ſunt hi, & corpore bene habito, vt virides crudique ſenes, etiam nonageſimo anno generare viſi ſunt, & pueri anno nono, ſed id vt dixi rarum eſt, & ictus producunt magna ex parte imbecilles.

His aſſentitur Io. Maria Venuſtus in libr. de Generatione, cap. 11. Naturalibus noſtrates addendi ſunt, & primum Guido de Suzaria, quẽ refert Alberic. de Roſat. in l. ſi paterfamilias, §. in arrogationibus, numero quinto, in fin. verſ. Item adducit, ff. de adopt. qui in quæſtione plurium habentium rem in feudũ, & ex forma feudi ſi vnus moriebatur ſine liberis, quòd ſocij ſuccederent, niſi bona fide partem ſuam alienaſſet, concludit quòd ſi iſte alienaſſet poſt quinquaginta quinque annos præſumeretur id in fraudem egiſſe, cum non potuiſſet liberorum procreationi ſtudere; ſi verò ante annum quinquageſimum quintum alienaret, fraus præſumenda non eſſet, cum potuiſſet liberos procreare.

3 Porrò Guidonem de Suzzaria † reprehendit Matth. de Afflict. in Conſtit. Poſt mortem, tit. de morte Baronis nuncianda Regi, num. 11. in fin. dicens illius autoritatem bonam non eſſe, cum ipſe in contrarium experimentum habuerit, & iam ſexagenarius tres filios maſculos ſequentibus, ſcilicet annis procreauerit: Secundò Raphael Fulgoſ. Iuriſconſ. apprime eruditus d. conſ. 212. Quędam mulier nomine Lucia, num. 1. verſ. In primo videtur, concludit, quòd

4 ſicut in muliere præſumptio † eſt, vt elàpſo anno quinquageſimo amplius non concipiat, ita in mare recipitur, vt maior annis ſexaginta facile nequeat procreare: ad quod inducit tex. iuncta gloſſ. in d. l. ſi paterfamilias, §. in arrogationibus, vult enim quòd minor annis ſexaginta regulariter arrogare non valeat, niſi infirmus morboſus, aut valetudine detentus ſit, quod ea ratione inductum fuit, cum in illa ętate ante inquam annum ſexageſimum, naturali filiorum procreationi ſtudere poſſit, illa ſiquidem ætas apta eſt naturaliter ad filios gignendum, ideoque huiuſmodi naturali procreationi debet incumbere, quòd ſi nolit, arrogatio ſibi interdicitur, niſi ex expreſſis cauſis, poterit itaque vnusquisque poſt annum ſexageſimum regulariter arrogare, quoniam illa ætas procreationi procliua, vel apta non cenſetur, terminus igitur in maſculo generandi & procreandi in anno ſexageſimo ibi præfinitur, nam vnius incluſio alterius excluſio eſt, cap. nonne, de præſump. l. cum prætor, ff. de iudic. & prohibitus certo tempo-

5 re, eo finito admiſſus † exiſtimatur, l. pater filium, §. fundum, de leg. tertio, & ibi Bart. gloſſ. & idem Bartol. in l. peto, §. fratre, de leg. ſecundo, facit l. Imperator, ff. de poſtul. & l. in hoc iudicio, §. ſi conueniat, ff. commun. diuid. & argumentum à contrario ſenſu validum eſt in iure, vt not. in l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius, limitataque cauſa ſiue ratio quo ad tempus, limitatũ debet producere effectum, l. in agris, ff. de acq. rer. domin.

Inductio prædicta corroboratur, nam arro-

6 gatio † debet cum cauſæ cognitione fieri non autem ſimpliciter & indiſtinctè, l. nec ei, & l. ſequen. ff. de adopt. §. cum autem, Inſtit. eodem titul. & inter alias cauſas hæc vna eſt, & potiſſima, vt ætas arrogantis expendi debeat, nũquid ſit apta naturaliter ad procreandum, d. §. in arrogationibus, & ſenſit Iaſ. in l. ſi arrogator, numero tertio, ff. d. tit. & Aul. Gell. noct. Attic. libro quinto, cap. decimonono. Sed arrogationes (inquit) non temere, nec inexploratè committuntur.

Nam comitia arbitris etiam Põtificibus præbentur, quæ curiata appellantur. Ætas quoque eius qui arrogare vult an liberis potius gignundis idonea ſit, bonaque eius qui arrogatur ne inſidioſè appetita ſint conſideratur. Iusque iurandum à Q. Mutio Pontifice Maximo conceptum dicitur, quòd in arrogando iuraretur; quando ergo arrogatio fieri poſſit, ſcilicet qua ætate, in dicto §. in arrogationibus, Vlpianus explicat.

7 Denique arrogatio naturam † ipſam imitatur, vt l. adoptio, & l. ſecunda, §. illud, ff. de adoptio. §. ſed & illud, Inſtit. eodem titul. proinde habito reſpectu ad id quod ſolet contingere Iuriſconſultus tempus procreandi, limitauit, ac terminauit quo ad ipſum maſculum, & ideo gloſſa in dicto §. in arrogationibus, ſimile de fœmina adducit, quæ ex lege tempus ad generandum præfixum habet, dicta l. ſi maior quinquagenaria.

Subdit etiam Fulgoſius, quòd ex hoc veteres qui de nuptijs propter ſpem procreandæ ſobolis cogitabant, nuptias inter maiores ſexagenarijs prohibebant: hac de re igitur lex Iulia

8 Papia † facta fuit à Papio primum rogata, poſtea à Poppeo Sabino tempore Auguſti ſub finem imperij eodem C. Poppeo Conſule, qui cum Q. Sulpitius Camerinus Conſul erat, ſi Caſſiodori chronicon, & omnes qui de hac reſcripſerunt ſequamur: His Conſulibus natum Veſpaſianum dicit Suetonius, & ludos pro ſalute Auguſti votiuos celebratos, Plinius lib. 7.

cap.

cap.48. hanc eandem legem de maritandis ordinibus idem Tranquillus appellat, erat etenim hac lege cautum ne quinquaginta annorum minor nuberet ſexagenario homini: aut vir iſta hac ætate iunior quinquagenariam fœminam non acciperet in vxorem, quòd ex iſtis nuptijs nihil ſperari liberorum poterat, ad quod alludens Lactantius, libro primo, non illepidè inquit, Seneca in libris moralibus Philoſophiæ, quid ergo eſt, cur apud poetas (ait) ſalaciſſimus Iuppiter deſierit liberos tollere? vtrum ſexagenarius factus eſt, & illi lex Papia fibulam impoſuit? an impetrauit ius trium liberorum? at id poſtea Iuſtinianus abrogauit illa ſua conſtitutione quæ eſt de nuptijs. Sancimus nuptias quæ inter maſculos, vel fœminas maiores, vel minores ſexagenarijs, vel quinquagenarijs lege Iulia, vel Papia prohibitæ ſunt, homines volentes contrahere ex nullo modo, vel ex nulla parte impediri, l. penult. C. de nupt. Miratur tamen Franc. Connanus lib. comment. iuris ciuilis, 8. cap. primo, ſub num. 6. quid dicta Iuſtiniani conſtitutione fuerit opus, quum iam tum à Claudio caput illud Poppeæ legis fuiſſet abrogatum, ſcribit enim de eo Suetonius, cap. 23. in vita Claudij, Capiti Papiæ Poppeæ legis à Tiberio Cæſare, quaſi ſexagenarij generare non poſſent, edicto abrogauit, quam abrogationẽ Connanus ibi interpretatur, enarrationemque eiuſdem legis late proſequitur, & aliquid de ea eleganter ſcribit Alexan. ab Alexandro libro 4. Genialium, cap. 22. Concludit igitur Fulgoſius præſumptionem eſſe in ſaxegenario homine, vt vix poſſit generare, ſed perraro propter diminutionem caloris naturalis, & potentiæ naturalis ſeminis, licet enim emittatur, non eſt plerunque ita conditum, & digeſtum† ſicut in gene- 9
ratione prolis natura exigit, atque deſiderat, & quamuis ſenes ad venerem aliquando natura, vel arte moueantur, & quandoque ſemen emittant, eſt agonon, id eſt ſterile non prolificum, non genitale, ſiue gignitiuum, propter inutilis excrementi permixtionem, quia eorum natura non ſatis poteſt concoquere, vt tradunt Ariſtotel. lib. primo, de generat. animal. cap. 18. & Galen. circa initia, libro ſecundo, de ſanitate tuenda, inquiens in hunc ferme ſenſum, labor cibus potus, ſomnus omni ætati communia, Venus verò ætate tantum florentium eſt: quæ autem hanc, vel præcedunt ætates, vel ſequuntur, aut plane ſemen non effundunt, aut certe infecundum, aut male fecundum emittunt, quod in citato loco Albertus Magnus affirmat, & rurſus libro decimo, tract. ſecundo, capit. primo. Hinc ſenectus effœta, ideſt gignendi vi poteſtateque deſtituta, & exhauſta à Virgilio dicitur illo verſu.

Sed mihi tarda gelu, ſeclique effeta ſenectus.

Porrò ſenex licet ſecundum ſubiectam mate- 10
riam reſpectu annorum, & ætatis vario† modo in iure deſumatur, vt per gloſſam, Ioan. de Platea, & alios in l. 2. C. de his qui non impletis ſtipend. libro decimo, & per gloſſ. & alios Scribẽtes in l. 2. & 3. C. qui ætate, eodem lib. necnon per aliam gloſſ. in l. inuiti, vbi Florian. de S. Petro, ff. de teſtib. Abb. in cap. quoniam frequenter, §. primo, vbi Felin. colum. 3. verſic. Ad tertiam quæſtionem, extr. vt lit. non conteſtat. & per Fabium Montelcon. in tractat. de priuileg. ſenect. in 5. ætate, num. 223. & infra.

Tamen circa actum generandi dicitur anno- 11
rum† ſexaginta, d. l. ſi pater, §. in arrogationib. vbi gloſſ. magiſtralis, in verb. Sexaginta. Idem quod Fulgoſius videtur ſenſiſſe, Io. Neuizan. in ſua Silua Nupt. in verb. Seni non eſt nubendũ, libro ſecundo, colum. decima, fol. 61. ſecundum paruam impreſſionem, vbi multos ad hoc propoſitum recenſet. Et quamuis Andr. Tiraquel. in eius inſigni Tract. de legib. connubialib. in 6. l. gloſſ. 1. part. 6. num. 22. videatur & is hoc idẽ aſſerere, nihilominus in fin. verſi. Quod tamen, pedem retrahit, & parum reſolutiuè concludit, quod ſæpè in ipſo Tiraquello alioqui eminentiſſimo viro, & admirabilis eruditionis exoptatur. Sed Raphael Fulgoſ. Sibimet conſenſit in d. l. ſi paterfamilias, §. in arrogationibus, vt inquam ætas maſculi ad generãdum apta, vſque ad annum ſexageſimum perduret, & non vltra, cum tali tempore terminetur iuris præſumptione. Et quoniam in hãc partem vltra præcitatas conueniunt, Alberic. de Roſat. in d. l. ſi maior, in fin. allegando d. §. in arrogationibus, & in l. ſenium, colum. prima, verſic. Senes multipliciter, C. qui teſtam. fac. poſſ. ſed expreſſius in l. ſi infanti, colum. prima, verſic. Quandoque ad ſexaginta, C. de iu. delib. & in Dictionar. in verb. Senectus, verſ. Senex multipliciter, Io. de Plat. in d. l. 2. poſt gloſſ. ibi, C. de his qui non impl. ſtipend. colum. 1. in fin. verſ. Similiter quo ad prolem, lib. 10. Corn. conſil. 249. Viſo ſupraſcripto puncto, colum. 3. num. quarto, verſic. Cuius vſufructus æſtimatio, lib. 3. Maturin. Montan. in Iul. Paul. Genialium dier. Cõment. fol. 100. & 101. vbi Plauti in Mercatore carmina illa refert.

Annos natus ſexaginta qui erat, ſi quem ſcibimus
Seu maritum, ſiue hercle adeo cælibem ſeruarier,
Cum eo nos hic lege agemus.

Non auderem ego ab opinione† tantorum 12
virorum iudicando, ac conſulendo recedere, quibus accedit Petrus Paulus Pariſius conſilio 29. Cato, num. 25. & infra, lib. ſecundo, vbi valiſſimis rationibus, & autoritatibus hoc negocium exacte, atque erudite reſoluit, concludendo terminum in maſculo generandi iuris præſumptione in anno ſexageſimo intelligi, ad hoc

que

d by Google

que vltra prænotata, citat text.in l.ſed eſt quæ ſitum,in princ.ff.de liber.& poſthum.ibi,Gene rare facile non poſſit,iunct.gloſſ.quæ exemplifi cat in ſene,& licet implicet potentiam generan di,tamen non leuiter,aut facile,ſed cum difficul tate, vt tradit gloſſ.in verb. Non facile, in l. te-ſtium,& in l.iuriſiurandi, in verb.Facilè,C. de teſtib.

Vlterius dicit num.37.rationem legis Iuliæ, & Papiæ reſpectu procreationis incorrectam re manere,per dictam l. ſancimus, quæ ſolum cor rexit dictam legem reſpectu matrimonij contra hendi, & ita ibi Baldum ſentire, ad exemplum que Maſiniſſæ reſpondet, numero 109. raram auem in terris, idque tanto viro contigiſſe pro pter eius mirandam virtutem,vt in ſuperiorib. ex Valerio dicebam,cui Cicero in lib.de Sene-ctute aſſentitur.

Cæterum cum ex ſententia Ariſtotelis ho-mo mas ad annum vſque ſeptuageſimum, vide licet vltimo termino valeat generare, verum id raro, ſed magna ex parte maribus procrean di finis ſexageſimus quintus annus exiſtat, ſi
13 natura vltra annum ſexageſimum † partum e-dere voluerit, ipſum reſpuere non licebit,quã-uis rarum,& admirabilem, d.l.ſi maior. Quod Fulgoſius, & Pariſius negare non audent, & nuncupatim tradit Franciſc. Connan. dicto li-bro octauo,cap.primo,ſub num. 6. qui ſic d. l. ſancimus,interpretatur. At(inquit) Iuſtinia-nus inſtituit, vt etiam iſtæ nuptiæ legitimæ eſ-ſent, & ius mariti præſtarent,ex quo iuſtũ fuit, vt ſi qui prouenirent liberi, quamuis iſta hac ę-tate raro accidat,legitimi eſſent. Quod & ſibi voluit Dominus Franciſcus Viuius deciſione 246. Mulier, numero ſecundo, verſic. Et ita in prima parte, libro ſecundo, referens Borgni-num Caualcanum in deciſione 64.ſub num. 6. de contractibus,dicentem Florentiæ ad fauorẽ ſeptuagenarij iudicatum fuiſſe, vt generare po-tuerit: Contrarium autem conſuluiſſe conſtat Simonem de Pretis conſilio octauo, Super ſcri pturis,num.27.verſic.Cum enim,libro primo, vt inquam ſexageſimo anno elapſo maſculus ad generandum aptus non videatur, vt per eum.

Sed animaduertendum exiſtimo Raphaelẽ Fulgoſium d.conſilio 212. ante numerum ſe-cundum,ſcripſiſſe quòd quamuis hæc ſoboles admiranda, & rara reſpuenda non ſit, debeat tamen manifeſtiſſimis, euidentiſſimis, ac indu-
14 bitatiſſimis † præſumptionibus argui, in exce-dente ſcilicet annum ſexageſimum, & poſt So-cin.ſen.conſil.126. Viſum fuit, libro tertio, ac Ioannem Neuizanum in ſua Silua Nuptiali, tradit Pariſ. d. conſil. 29. num.48. dicens hoc mirum non eſſe,nam cum raro talia contingãt, & contra iuris præſumptionem, merito debet de veritate partus conſtare,quod quidem cum reſpectu patris impoſſibile directè iudicetur, nam quo ad ipſum certa probatio haberi non poteſt,non ſufficiunt illæ ſolæ præſumptiones quibus communiter, atque ordinarie filiatio probatur, cum procedant quando aſſertus pa-ter in ætate valida ad generandum exiſtit,non autem quando in ſenili tempore,& contra eum iuris viget præſumptio,vt generare non poſſit, & propterea volens iſto caſu filiationem proba re, maximum ſibi pondus aſſumit,ſi enim in ca ſu d.l.ſi maior, exacta probatio requiritur, vbi mater poteſt eſſe certa,quę licet habeat preſum ptionem in contrarium, pro ea tamen veritate apparente debet præſumptio veritati cedere, cum in propoſito id nequeat contingere durior certe erit probatio, clariorique demonſtratio-ne opus erit,vt conſiderat Pariſ. d.conſilio 29. num. 45. verſic. Et quoniam, poſtquam iuris præſumptio(vt dixi)& naturalis ratio obſiſtũt, l.fin. ff. quod met.cauſ.& cum Pariſio concor-dat Iacob. Menoch. in tract. de arbitrar. iudic. Quæſt.lib.ſecundo,centur.prima, caſu 89. nu-mero 64.verſic.Non præteribo, dicens fundan tem ſe in tali filiatione potius difficultate pro-bationum,quàm ex rei veritate ſuccũbere: ſed
15 partum legitimum † eſſe, ſi talem vrgentiorib. & efficacioribus probationibus eſſe apparuerit atque conſtiterit, quicquid Pariſius aſſeruerit: non mirum ſi Maſiniſſam, & Catonem liberos poſt annum ſexageſimum,ſcilicet vnum exacto octuageſimoſexto,alterum octuageſimo gene-raſſe ferant, ſi enim hoc improbabile penitus fuiſſet memoriæ proditum non reperiremus: quamuis ſummis viris quales Maſiniſſa, & Ca to fuerunt huiuſmodi probationem faciliorem fuiſſe exiſtimandum ſit.

HYPOTHESIS.

In tacita in hac l. cum auus, conditione li-beros poſitos ex teſtamento vocatos minimè cenſeri: Indeque plures effectus reſultare. Ip-ſamque l. cum auus, ac l. ſi vnquam, C. de reuocand. donat. necnon l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. intelligi. Eandemque l. cum auus,non procedere ſi teſtator diſpoſuiſſet ſuc-ceſſioni ab inteſtato locum non fore. Nec e-tiam vbi abſurdum illud ſequeretur,quod mi-nus dilectus magis dilecto præferretur.

SVMMARIVM.

1 *Liberos in conditione poſitos ex ſubintellecta con-ditione per l.cum auus,vocatos ex teſtamento, ſecundum receptiorem opinionem non cenſeri:*

Hanc

Hanc tamen opinionem, nume. 16. confutari: ſed à magis communi non eſſe recedendum, numero 18.

2 *L. cum auus, diſpoſitionem, exorbitantem eſſe.*

3 *Specialia duo circa idem non concurrere: idque, num. 8. declarari.*

4 *Indefinitam orationem vniuerſali equipollere.*

5 *Succeſſiones, pro ſobole interpretari.*

6 *L. Cum auus, ſenſu ornari, & alio intellectu, num. 17.*

7 *L. Si vnquam, C. de reuocan. donatione, intelligi.*

9 *Tranſmiſſione gratiæ ſuccedi: hocque, num. 10. enarrari.*

11 *L. coheredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupill. enucleari.*

12 *Niſi, dictionem ſemper excipere, ſuique contrarium ponere.*

13 *L. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. explicari.*

14 *Argumentum à contrario ſenſu deſumi non poſſe, ſi abſurdum ſequeretur.*

15 *L. cum auus, diſpoſitionem vti favorabilem, extenſionem admittere.*

19 *Iacobum Menochium Iuriſconſultum laudari.*

20 *Liberos in conditione poſitos ex eadem l. cũ auus, ſubintellectos, retenta magis communi opinione, nec in legatis, aut fideicommiſſis particularibus vocatos eſſe.*

21 *Liberos in conditione poſitos, niſi ipſos vocari dixerimus, per patrem in contractu, vel in vltima voluntate alienata non reuocare: quod etſi impugnetur, non tamen à communi ſententia recedendum eſſe, nu. 22.*

23 *L. cum auus, in filijs tantum in conditione poſitis, nec ex teſtamento vocatis non procedere.*

24 *Subſtitutionem reciprocam per compendioſam, vel fideicommiſſariam vltimo morienti, & in tota hæreditate factam induci.*

25 *Subſtitutionem reciprocam induci ex compendioſa, vel fideicommiſſaria in tota hæreditate poſt mortem vltimi vocatorum, ſecus in conditione poſitorum.*

26 *Liberos in conditione poſitos inſtituti patris hæreditatem repudiantes ex propria perſona nõ poſſe bona teſtantis non alienata conſequi, niſi ipſos vocari intelligamus.*

27 *Liberos in conditione poſitos, patre inſtituto decedente teſtantis hæreditate non adita, vel iure aliquo tranſmiſſionis non exiſtente, niſi vocati cenſeantur, in totum excluſos remanere.*

28 *Marianum Socinum nepotem iuniorem laudibus efferri.*

29 *Liberos in conditione poſitos data ipſorum vocatione ad portionem patris eorum tantum non cohæredis, vel aliorum vocari.*

30 *Liberos in conditione poſitos ſi ipſos vocari admiſerimus, ſubſtituto etiam qui ab inteſtato eoſdem excluderet præferri, aliàs ſecus.*

31 *Liberos in conditione poſitos ipſorum admiſſa vocatione, bona non ab ipſorum patre, ſed à teſtatore recognoſcere.*

32 *Liberis in conditione poſitis data ipſorum vocatione ſi bona patris fiſco publicarentur, huiuſmodi publicationem non obeſſe.*

33 *Liberis in conditione poſitis non vocatis ex communi opinione, poſſe patrem in quoslibet libere teſtari, dummodo quo ad vniuerſitatem bonorũ ipſis liberis legitimam relinquat.*

34 *L. cum auus, diſpoſitionem non procedere vbicunque teſtator diſpoſuiſſet ſucceſſioni ab inteſtato, vllo vnquam tempore locum fore.*

35 *L. cum auus, diſpoſitionem ceſſare ad euitandum abſurdum ne minus dilectus melioris conditionis magis dilecto exiſtat.*

CAP. XIII.

PROSEQVENDO Quæſtiones alto ingenio per Bartholomæum Socinum hic poſitas ſubtiliterque diſputatas, duæ quæſtiones remanerent diſcutiendæ, quas cum propria, ac diſtincta tractatione illa, An & quando liberi in conditione poſiti vocẽtur, abſoluerim, proinde omiſſa difficultate circa expreſſam, ſi ſine liberis deceſſerit conditionem, nunquid ex teſtamẽto veniant, non inutile erit denuo quæſtionem circa tacitam tantum conditionem ex hac lege ſubintellectam in mediũ referre, vtrum liberi vocati cenſeantur, quę quidem terminos huius reſponſi magis reſpicere videtur. In hac igitur ambiguitate duę ſunt Scribentium opiniones, Prima eſt, vt liberi in hac tacita, vel ſubintellecta cõditione poſiti nequaquam vocati cenſeantur, in qua excelſi viri frequentiori † calculo aſſertioneque reſident antiquiores ſcilicet, ac recentiores, ita Bald. in l. cũ acutiſſimi, colum. 3. verſ. Ne videatur, vbi Pau. de Caſt. communem eſſe dicit, & Corn. colum. fin. C. de fideicommiſſ. Ant. Corſet. in repert. ad Abb. in fin. colum. vndecima, in quæſt. incip. Vtrum per iſta verba, in reſponſ. ad 7. argum. partis affirm. vbi meminit conſilij Raynerij de Forliuio, poſt Petr. de Anchar. in cap. in præſentia, de probat. idem Caſtrenſ. conſil. 14. Si contingat, num. ſecundo, conſil. 86. Dubitatio vertitur, num. octauo, lib. primo, Alexan. conſ. 185. Viſo titulo quæſtionis, colum. 6. ante nu. 18. verſic. Septimò non obſtat, libro ſecundo, conſil. 92. Super eo, poſt num. ſeptimũ, verſic. Quinimo ibi non dicitur, lib. 3. Socin. ſen. hic, colum. 55. num. 111. Socin. iun. conſil. 75. Anceps,

ceps,num.17.vers.Et licet,lib.3.Albens.consil. septimo,In causa ista,num.22.post Petrum de Anchar.consil.426. Quod supra, quem etiam citant hanc opinionem tenendo, Anton.Gabr. lib.quarto, de fideicommiss. concluf. secunda, in 15.limit.num.85. & Franc.Mantic. in tract. de coniectur.vltim.volunt.lib.decimo,tit.septimo, num.21. versic. Tertiodecimo hæc coniectura,fol.249.de communi opin. post Castrenfem attestans,idem etiam, sed disputatiue scripsit,lib.vndecimo,titu.secundo, ante num.13. Lancellot.Galiaul.in l.Centurio,in vltim.q.tertiæ quæst.princ.in prima ampl.ante num.99.ff. de vulg.& pupill.Hieronym.Zanch.in rep.l.hę redes inci, §. cum ita, num.565. ff. ad Trebell. Nouissimi Parisiens.consil.primo, Analytic.incip.Franciscus de Arinio,versic. In tantum,fol. 71.Riminald.sen.consil.183.num.14. ad finé, libro primo,Carol. Ruin. consil. 35. Adeo plene,num.12.lib.primo, Curt. sen. de communi attestans,consil.45.Sæpè reuoluta,numero 12. versic. Et multo magis, quod est consilium totius Collegij Papiensis, Hieronym. Cardinalis Albanus consil. 26.Vidi,num.septimo, versic. Quoniam si in substitutione, Stephan. Bertr. consil.23.Ex themate,colum.quinta, num.20. & infra,in secunda parte,lib.primo, Tob. Nonius in l.prima, in primo not.versic.Primus est C.de pact.Prosper Pasethus consil.134.Pro resolutione dubiorum,colum.tertia, in fin. versi. Nec obstat hoc casu,Ioan.Vincent.de Anna celeberrimus Iurisconf.Neapolitanus, allcg.10. In causa,num.15.versi.Sed dato, post Baldum, Alexandrum,& Socinum quos refert, libro 1. Augustin.Beio. consil. 110. Materia propositæ quæstionis,col.15.num.44.vers. Minus etiam, lib.2.Iacob.Menoch. consil.95.Et si doctè,nu. 22.lib.1.Io.Ceph.consil.517.Illustrissimus Comes,num.56.vers. Postremò moueor, de communi resolutione post Castrensem faciens fidē Simon de Petris in tract.de interpr.vlt.uolunt. lib.3.fol.2.post num.10. fol. 298. & secundum hanc eandem opinionem consuluerūt Rimin. iun.consil.583.In occurrenti casu, col.pen.nu. 19.lib.5.& Guidant.Vespuccius in consil. Viso testamento Franciscí Giuntæ,fol.4.in fin. uers. Et licet in illa possessione.

Probatur primo huiusmodi opinio ex hoc Papiniani contextu, dum fideicommissi condi tionem pietatis coniectura tantū defeciſſe,non autē filios uocatos esse inquit,cum si id intellexisset,utique declarasset,& expressisset,arg.l.unic.§.fin autem ad deficientis,C.de caduc.toll. Stringitur huiusmodi inductio,nam textus iste disponendo conditionem nō expressam subin-
1 intelligi, exorbitans † eius dispositio censetur secundū Io.de Imol.in d.l. filio præterito,ff.de iniust.rupt. test.Socin.iun.d.cōs. 100. Præsup-
ponitur,nu.1.consi.128.Præsentis consultationis materia,num.35.lib.primo,proinde nō magis est extendenda, l. si quis sub conditione, ff. si quis omiss.causs.testam.denuo stringitur, nā si liberos isto casu dispositiuè vocatos intellige remus,duo specialia circa idem concurrerent, vnum quòd in pura dispositione tacita conditio subintelligatur, alterum quòd positi in con-
3 ditione vocati dicantur, quod quidem † admittendum non est,iuxt.l.primā,C.de dot.promiss. l.seruum filij,§.fin.de leg.1.gloss.in l. cum post, §.gener,ff.de iur.dot. cum simil. hocque etiam in materia fauorabili verum est,Socin.sen.consil.94.num.3.in fin.lib. 3. Accedit insuper nam dum fideicommissi conditionem defecisse textus exprimit, quamcunque eiusdem fideicommissi conditionem includit, cum indefinita ora-
4 tio vniuersali † æquipolleat,l.si pluribus,de legat.2.l.si plures,de leg.3.si ergo filij vocarētur, non omnis fideicommissi conditio contra textus litteram defeciſſet.

Huic textui contrarium sustinendo,ex Raynerio de Forliuio responderi primo potest, huiusmodi difficultatem ex interpretatione quam Imperator ad idem responsum fecit submoueri,in d.l.cum acutissimi,C. de fideicommiss. ob id enim voluit conditionem illam subintelligi, quòd verisimile sit testatorem alienas successiones noluisse propriæ anteferre, & propterea apparere liberos istos ad successionem vocare. Sique diceretur Imperatoris intentionem fuisse, quòd si testator eius filium instituisset hæredē liberos cogitasset susceptur, nunquam alie-
5 nas † successiones, idest sobolem,posteritatemque (vt post Baldum ibi Corneus declarat)propriæ prætulisset, & sic conijcit lex non esse verisimile patrē si de nepotibus cogitasset, talem fecisse substitutionem, fideicōmissique onere filium grauasse,non autē isti posteritati reliquisse cuius contemplatione expressum fideicommissum irritatur,vt in d.§.cum autem,exprimi videtur. Simile in donatione contingit, si quis enim carens liberis bona eius, vel partem aliquam donatione fuerit elargitus liberosque deinde susceperit,licet donatio reuocetur, cum si donator se susceptur liberos cogitasset pietatis coniectura communique parentum voto, iuxt. l.scripto,in fin.ff.vnd.liber. nunquam donasset,l.antepen.C.de reuocan.donat. illud tamen quod intuitu contemplationeque susceptorum liberorum reuocatur illis non acquiritur, sed ad donantem reuertitur, in eius arbitrio (vt in fin. dicit text.) potestateque mansurum. Adhuc secundo respōdeo horum iurium considerando rationem, ac dispositionē: Quòd
6 quamuis hoc responsum Papiniani † ex aliquorum assertione exorbitans iudicetur, optimo nihilominus intellectu processit, secundū quan-

dam

dam pietatem,& æquitatem quæ ab initio iuris prudentiæ viguit, nec ſolum reſponſum iſtud (vt ſic dixerim) primordiale, atque originale hinc promanauit, ſed eodem intellectu latior ſubſequens interpretatio, ſeu ampliatio dicti §.cum autem,proceſſit. Vnde cum in d. l. cum acutiſſimi, dixerit Imperator. Ne videatur teſtator alienas ſucceſſiones proprijs anteponere,& in eadem l. cum auus, fideicommiſſi conditionem coniectura pietatis defeciſſe autumauerit, quòd minus ſcriptum, quàm dictum fuerit inueniretur, per diſpoſitionem virtualiter ſubſtitutionis excluſio ſenſu iuris facta intelligitur, filiorumque incluſio. Idipſumque ex verbis d.§.cum autem,corroboratur,ibi,Non eſſe veriſimile patrem ſi de nepotibus cogitaſſet talem feciſſe ſubſtitutionem,ergo contrariam diſpoſitionem, & quemadmodum in ipſa l. cum auus, Iuriſconſultus interpretatur. Faciunt inſuper verba illa,in eodem §.cum autem,liberis eam excludentibus, per liberorum ſcilicet incluſionē, vt vnius incluſio alterius ſit excluſio; & pariformiter, cum de excluſione ipſa diſpoſitionis agatur. Non obſtat ſimile ex d.l.ſi vn-
7 quam,deſumptum,nam diuerſa† ratione ſuſceptis liberis bona donata in patris viuentis arbitriū reuertuntur, periniquum enim eſſet donata reuocari filijsque viuente patre acquiri, qui bonorum ſuorum dominio propter filios deſtitutus remaneret,argum.l.primę, §. impuberi, de collat.bon.l. fin.ff.de liber.agnoſc.l.in ſuis, de liber.& poſthum.confidit ergo lex ſuſceptis liberis non alij bona eorundem intuitu,ac fauore reuerſa ipſum relicturum,d.l.ſcripto, in fin. præſumitque eum pro filijs meliorem prouiſionem accepturum,l.fin.C.de curat. fur.l. nec in ea,ff.de adulter.cum ſimil.& in terminis d. l. ſi vnquam deducunt, Ioan. Cephal.conſil.94. In præſenti caſu, num.25. & infr. lib.primo,Hieronym.Gabriel. conſil. 112. Tres quæſtiones, num.tertio,in ſecunda quæſt.lib. primo, ſatisque habuit lex rem ad priſtinum ſtatum reducere: Et ſi diceretur idem in conditione videri, vt ab inteſtato vocati intelligantur, tanquam lex confidat patrem pro filijs optimum conſilium ſuſcepturum. Reſpondeo, quòd cum de auitis bonis agatur,quæ alij non relinquuntur, niſi filio, & denique ſubſtituto, ſublatis filijs, ex legis diſpoſitione,tanquam minus ſcriptum & plus dictum, inſtituto cum filijs decedente prudens conſilium mediate in præferendo inſpiciendum eſt, non ſic in dicta l. ſi vnquam, vbi pater immediatè per legem admonetur,bona elargita in eius ditionē reducendo,& ſic cauſatiue, vt Gabrielius aſſerebat, ad filiorum benehcium, veluti incaute, imprudenterque elargitus fuerit: Vt diuerſum ſanè ſit bona aliena reſpectu inſtituti illa ad filios in conditione poſitos vti prædilectos referendo in alterius arbitriū inalienabilia conferre, quam viuentis patris bona ex legeque admoniti in eiuſdem potestatē retrahere, iuſta quadam credulitate filijs relinquenda.

Non obſtat id quod ex Socino de duorum ſpecialium concurſu dicebatur, cum non ſit no-
8 uum † in iure circa idem duo ſpecialia concurrere, tum quando vnum in alterius conſequentiam inducitur,ſecundum Bart. in l.ſi ſub conditione,ff. de ſolut. tum etiam quando ex odio vel fauore non in conſequentiam, ſed principaliter,l.generaliter,C.ad Velleian.& facit tex. in l.prima,§.& vt plenius, C. de rei vxor. act. vbi ex receptione dotis per maritum priuilegium ſtipulationis oritur, & hypothecæ. Nec dicatur fauore dotis ſpeciale illud eſſe, vt voluit Io. Crot.in l.ſi is qui pro emptore, colum. 49. ff. de vſucap.non ex dict.§.& vt plenius, ſed ex d. l.generaliter, quoniam ſi ita eſſet, deberent etiam in dicta l. prima, C. de dot. promiſſ. duo ſpecialia fauore dotis concurrere ex quo in dote verſamur,quod tamen Doctores negant,ſundantes in textu de dote loquente ipſorum regulam licet illam non probet.

Nec concedendum eſt ſpeciale eſſe poſitos liberos in conditione vocatos cenſeri, ex ijs quæ ad dictā l. ſi quis ſub conditione,ff.ſi quis omiſs.cauſ.teſtamen.in dict. tractat. aliàs dicebam.

Secundò facit text.in eadem l.generaliter,§. cum autem, C.de inſtitut.& ſubſtitut.nam ſi liberos in ſubintellecta conditione poſitos cenſeri vocatos verum eſset,ſequeretur grauatū hæredem ad proprios filios portionem iſtam non tranſmittere,cum per huiuſmodi tranſmiſſionē
9 ex patris perſona liberi † ſuccedere dicantur, iuxt. l. vnic. C. de ijs qui ante apert. tabul. ſed ſi ex illa conditione vocati cenſerentur, teſtatori ſuccedere dicerentur, l.cohæredi, §. cum filiæ, de vulgar. & pupillar. ſubſtitut. quod eſt falſum. Nec tranſmiſſionis iure haberent, ſed fideicommiſſi quod pariter abſurdum eſt.

Sed reſponderi poteſt,quòd licet dici ſoleat quempiam ex tranſmiſſione non venire, niſi hęres fuerit tranſmittentis, Paul. de Caſtr. in l. ſi quis filium, C. de inoffic. teſtamen. vbi Iaſon. colum.ſecunda,verſic. Sextò limito, Aym.Crauet. in l. cum filiusfamilias, in ſecunda parte, num.340. ff.de legat.primo, cum tamen tranſ-
10 mittatur † tanquam acquirendum non tanquā acquiſitū,l.ſi quis filiusfamilias, ff.de acq.hær. uidetur 9 primo teſtatori uirtualiter ſuccedatur, ut concludit Iaſon. in l. ſi infanti,ante nu. 16.C.de iur.delib. Carol.Ruin.conſil.39. Viſo themate,col.4.num.7.cum ſeq.lib.3. quicquid idem Ruin.dixerit,conſil.22. Viſis ſtatutis,col. pen.nu.15.& 16.eod.uol.

Nec

11 Nec obſtat † d.l.cohæredi,§.cum filiæ,ibi enim tantum dicitur, quòd fideicommiſſo propriæ facultates filij non tenebuntur, idque vt veriſſimum eſt ſic, & rationabile, cum teſtator de alienis nõ valeat regulariter diſponere, eius ergo diſpoſitio in fideicommiſſo reſpectu ſuorum bonorũ procedit, quod ſibi textus voluit, certumque eſt fideicõmiſſariũ ex diſpoſitione teſtatoris fideicommiſſum conſequi, ſed vt teſtatori ſuccedat qui iam ſucceſſores habuit ſicut ibi non probatur, ita non videtur ſimpliciter tutum, nam cum bona iam ad grauatum deuenerint,fideicõmiſſarius ei dicitur in ipſis ſuccedere: contraria vero aſſertio reſpectu diſpoſitionis, ſeu ordinationis procedit, vere tamen grauato ſucceditur: Simileque in pupillari ſubſtitutione conſiderat Bald. conſil. 216. Caſus talis eſt,in fine,libro tertio, non eſt propterea dicẽdum fideicommiſſarium grauati hæredem eſſe, prout etiam teſtatoris hæres non eſt, ſed dicitur in ipſis bonis grauato ſuccedere ex teſtantis diſpoſitione,ex hocque dici poteſt teſtatoris ſucceſſor,vt conſiderat,Socin.hic, colum. 52. verſic. Vndecimò dicebatur. Vel ſecundò ex intentione Socini iunioris poteſt reſponderi,fideicommiſſarium teſtatori ſuccedere, ſcilicet mediãte perſona grauati,de cuius manu accipit, & cui immediatus ſucceſſor dicitur, nec inconuenit ita eſſe, cum hæres hæredis teſtatoris,& primi morientis ſit hæres,l.fin. vbi Doct. not. C.de hæredib. inſtit. & ante eum ſic declarauit Corn.conſil.97.Primo conſultus,num.9. lib.1.Curt.iun.conſil.101.Habita diligenti cõſideratione,colum.2.in fin.nume.4.& 5. ſed de hac re alibi,& diffusè nimis.

Tertiò denique eadem opin. ex d.l.cum acutiſſimi,C.de fideicommiſſ. probari videtur, dũ ſimpliciter & regulariter in princ. Aliquo (inquit)filium inſtituente, ac poſt mortem reſtitutionis onere grauante, non aliter videri diſpoſuiſſe,niſi filio ſine filijs decedente,non aliquid igitur ex ſenſu contrario dicitur cũ filijs eo moriente diſpoſuiſſe,arg.l.1.§.huius rei,ff.de offic. eius cui mand.eſt iuriſdict.idque niſi,dictio ſatis demonſtrat,quæ ſemper excipit,ſuique contrarium † ponit,l.actione,vbi not. C. de tranſ. & in l.ſi cum,§.qui iniuriarum, ff. ſi quis caut. Alex.conſ.39.Circa vltimum dubium, num.14. lib.7.Soc.iun.conſ.63.Subtilis admodum,nu. 36.lib.1.Pariſ.conſ.96.In præſenti cauſa,num. 109. lib.1. ſed ſi exiſtentibus filijs cenſeretur illis grauatus reſtituere, aliter diſpoſuiſſe repugnando diceretur, filijs ſcilicet (vt ſtatim dixi) exiſtentibus,quod admittendum non eſt.

12

Cæterum & hæc inductio ſubmoueri poteſt 13 illa enim † verba, Non aliter diſpoſuiſſe,ad fauorem commodumq. inſtituti referenda ſunt, nõ vt liberorũ recedat vocatio quorũ cauſa nõ poteſt ex illis argumentum à contrario ſenſu deduci,quod quidem argumentũ vlterius procedere non poteſt cum abſurdum,vel inconue-
14 niens † aliquod ex eius ſubauditione ſequeretur,l.cõuenticulam,C.de Epiſc.&cler.vel ſi legis correctio reſultaret,l.2.C.de condit.inſert. Dec.in d.l.1.nu.53.verſ.Primus eſt, & 9 maius abſurdum excogitari poſſet,q̃ ex huiuſmodi argumentatione proueniens,coniungendo eand. l.cum acutiſſimi,cũ hoc Papin. reſp.ibi, Quod minus ſcriptum,quàm dictum fuerat inueniretur?inconueniensque maius ex ipſiusmet, l. cũ acutiſſimi, finalibus verbis oſtenditur, ibi, Ne videatur teſtator alienas ſucceſſiones proprijs anteponere, adeo quod data antepoſitione neceſſe eſt poſitionem concedere, & propterea q̃ inquirimus diſpoſitionem.

Et ne obiectum quod de extenſione non facienda allegabant prætereram, non eſt dubium diſpoſitionem huius contextus vti fauorabilem
15 admittere extenſionem † de caſu ad caſum,ob rationis identitatẽ,quod ſçpiſſimè in eius Repetitione hic Soc. ſen.aduertit, idemque ſibi voluit,conſ.93.Teſtamentum prçmiſſum,ſub nu. 28.lib.4.Franc.Aretin.conſ.155.Diligenter viſis,col.5.circ.med.ante nu.5.verſ. Et ſi hoc eſt, Corn.conſ.197.Nõ alienam,poſt nu.8.verſ. Et quod a paritate,lib.3.And.Tiraq.in rep.l. ſi vnquam,in verb.Libertis,nu.63.verſ.Hæc autem lex,vbi Franc.Rip.q.37.verſ. Quia diſpoſitio, Iac.Menoch.conſ.16.Quod iam, col. antepen. nu.24.verſ.Nec hic dicatur,& verſ.Non enim, lib.primo.

Cum igitur nulla adſit lex, ſiue ratio cui concludenter reſponderi non poſſit, Altera inſurrexit opinio, quòd imo in conditione poſi-
16 ti † ſub tacita, ſiue ſubintellecta conditione dicantur diſpoſitiue vocati, in qua reſident Ludouic. Roman. in l. ſi cum dotem, in princip. numero 39. in fine,ff.ſolut. matrim.& Claud. Chiflet. Iuriſconſ. Sequanus, in tract. de iure fideiocmmiſſ.lib.2.cap. 13. incip. Hanc porrò diuiſionem, verſic. Qui enim ex fideicommiſſo, fol.300.

Ad hanc probandam opinionem Claudius in citato loco concludens hoſce liberos poſitos in ſubintellecta conditione tanquam per fideicommiſſum vocari, eſſeque in diſpoſitione fideicommiſſaria. Primò allegabat text. in l. hæredes mei,§.cum ita, ff.ad Treb.in quo ſi fingeremus ab inteſtato non ex teſtamento neptem ſuccedere, cur concurreret quaſi ex voluntate cum fideicommiſſario? nam legitimi, & teſtamentarij hæredis concurſus non admittitur,ne videatur pro parte quis teſtatus pro parte inteſtatus deceſſiſſe cõtra iuris regulas.Quod ſi (inquit)hoc tacitæ conditioni concedamus, ergo multo magis expreſſæ tribuemus.

Quan-

Quantum huius text. inductio urgeat aliorum ſit iudicium, & quoniam mei propoſiti non eſt hanc opinionem confutare, ideo conſulto oppugnationem prætermitto cum de nepte illa Claudia latè aliàs diſſeruerim circa cõcluſiones, ſiue theoremata, quæ publice per Vtrũ, vt deſuper aſſerui, in famoſiſſimo Neapolitano Gymnaſio per tres dies continuos diſputabam ac ſuſtinebam, vnde in aſſumptione inſignium doctoratus puncta, vt dicunt, tentatiua per illud maximè præclarum toto orbe terrarum Collegium remiſſa mihi extitere, ſuper quibus moris eſt ordinarie omnes doctorandos, liceat hoc mihi temperate proferre, tentari ac interrogari, quod in mei doctoratus ampliſſimo priuilegio inſeri iuſſerunt: & ſic ad aliud fundamentum pro hac parte pertranſeo.

Secundò ego dicebam, verba huius context. 17 valde attendenda † eſſe, dum cõditionem pietatis coniectura defeciſſe inquit, ſi ergo pietate coniecturata auum erga liberos ad ſubſtituti excluſionem motum fuiſſe affirmauerimus, liberorumque incluſionem, ex teſtamento penitus accipiendum erit, arg. ſingularis text. in l. 3. verſic. Sed cum eam, C. de inoffic. teſtam. vbi pari ratione Imperator ijſdem ferè verbis, inſtitutionẽ matris in puerperio vita decedentis repentinique caſus iniquitate correptę, prętcrito poſthumo cui nihil præter maternum fatum imputari poterat, virilem portionem ac ſi omnes filios hæredes inſtituiſſet per coniecturam maternæ pietatis tribuit. Huc pertinent egregiæ interpretationes poſt hoc Papiniani Reſponſum ſequutæ, quibus pleniſſimus ei tribuitur euentus, & pinguius ac latius ab Imperatore humanitatis intuitu propagatur. Vt aduerſus Socinum & alios concludendum fore in hoc negocio, iuri conſonum non abre alibi aſſeruerim: licet ab ipſa Socini opinione tan- 18 quam receptiſſima † recedendum non eſſe, quod nunc etiam in iudicando atque conſulendo vndique tutum cenſeo. Præſertim cum nouiſſime hanc eandem opinionem confirmatam inuenerim ab eruditiſſimo & eminentiſſimo Iuriſconſulto Domino Iacobo Menochio in eius celeberrimo tract. de præſumpt. in 2. par. lib. 4. præſumpt. 89. num. 154. in fin. fol. 173. verſic. Qua in re dicendum eſt, vbi dicit hanc eſſe ab omnibus ferè receptam concluſionem, citans Antonium de Padilla, in dicta l. cum acutiſſimi, numero 46. verſic. Contrariam ſententiam, quem huc vſque ſuper interpretatione eiuſdem legis videre non potui, licet reliquas eius prælectiones habuerim, & ſæpè legerim: vt autem verum fatear dictum Padillam cito ſuper eadem l. cum acutiſſimi, ex quadam prægrãdi bibliotheca Clariſſimi Iuriſconſulti proculdubio habiturus ſum, mirum itaque nõ erit ſi illum hoc in opere referam ſique eius ſcripta conſideraſſe ſæpè oſtendam, atque eius nomen, ſiue autoritatem ad multas quæſtiones dirimendas adijciam. Doctiſſimus Menochius eo loci tractatum quem ediderat An & quand. lib. in condit. poſiti vocen. allegare dignatus fuerit, non potui tanti viri autoritatem prætcrire ad hanc opinionem denuo firmius comprobandam, Menochius enim † prę- 19 ter ſolidam iuris ſcientiam & longum vſum in reſoluendis ac determinandis difficultatibus quæ in ipſo ciuili iure conſurgunt, prętcr etiam eius ſubtilitatem dexteritatemque ad oppugnandum & defendendum, lucidiſſimo claruit iudicio ad diſtinguendum cuncta quæ molitus eſt, vt poſteris rerum claritatem, purgatam deterſamque doctrinam reliquerit, ac ſibi perpetuum nomen comparauerit.

Ampliatur prædicta magis communis opinio, ſcilicet quod liberi ex ſubintellecta conditione non ſint vocati, vt procedat etiam in le- 20 gatis † & fideicommiſſis particularibus, ex ijs quæ reſpondendo dictæ l. generaliter, §. cum autem, tradit Bero. d. conſ. 110. num. 44. lib. 2. quod & ego in d. tract. lib. 1. cap. 1. num. 26. in fin. verſic. Opinioque iſta Socini & aliorum, fol. 6. affirmabam.

Plurimum refert an ſint hi liberi in diſpoſitione, vel non, vtilitateſque maximæ ex hac diſceptatione oriũtur, vt abunde videre eſt apud Hieronymum Zãchum, Iacobum Menochium & Petrum Antonium de Petra, atque ego in d. tract. nonnullas ex ipſis vtilitatibus in proœmio etiam tetigi, vt viderer materiam valde neceſſariam licet difficillimam acerrimeque controuerſam aggredi.

Et Prima quidem vtilitas eſt, nam ſi liberos in conditione expreſſa poſitos, vel ſubintellecta vocatos non eſſe dixerimus, non pote- 21 runt ab inteſtato † ac fortuito quodam caſu ſuccedentes in contractu, ſiue in vltima voluntate per patrem alienata reuocare, ſecus ſi vocarentur nollentque patris hæredes remanere vel exhæredati eſſent, Bart. in l. Lucius Titius, 2. in fine, vbi Ioan. de Imol. columna ſeptima, verſic. Item aduerte, quia dicit Bald. ff. de hæredibus inſtituen. Paul. de Caſtr. in l. filiusfamilias, §. cum quis, num. tertio, verſic. Nam ſi, de legat. 1. Franciſc. Aretin. in prima concluſ. in l. 1. & ibi Iaſ. in quinto notab. Socin. ſen. colum. 2. poſt num. 9. in 1. concluſ. & Lancellot. Decius, columna finali, C. de pact. Iacobinus de Sancto Georgio, in dicta l. generaliter, in principio, numero 5. C. de inſtitut. & ſubſtitut. Alexan. conſil. 66. Viſo, columna 3. num. 5. lib. 2. Paul. de Caſtr. conſil. 410. Viſo facto, & dubijs, numero 5. verſic. Præterea,

lib.1. conſil.280. Præſuppoſito ſtatuto, col.2. in fine, lib.2. Socin. ſen. conſil.62. Viſo capitulo ſubſtitutionis, colum.2.num.4. conſ.116. In cauſa filiorum, colum.3. in fin.ante num.5. verſic. Præterea mortuo, lib.3. Curt.ſen. conſil.45. Sæpè reuoluta,num.12.Pariſ.conſi.87. Vidi & legi,col.pen.& fin.num.51.& infr.lib.2. Lancell.Galiaul. in l.centurio, poſt num.386. & ibi Socin.iun.num.297. verſic.Prædicta autem inueſtigatio,de vulg.& pupill.ſubſtit. Didac.Couarr.in cap.Raynutius, §.3. circ.princ. de teſtam.Nicol.Euerard.in locis Dialectic. in argumen. à contrario ſenſu, ante finem. Guid. Pap. deciſ.39. Doctores in iure ciuili, num.2. in fine,verſic. Et vtile eſt ſcire,Natta conſ.551. Quoniam,num.4. lib.3. Ioan. Vincent. de Anna Præclariſſimus Iuriſconſult.Neapolitanus, alleg.10.In cauſa,num.18.lib.1. vbi non reuocare alienata concludit tanquam non fuerint vocati, plures allegans,vt per eum,verſ.Quando ex tali conditione. Stephan.Bertrand.conſ. 129. Dudum, num.3. in 2.parte,lib.2. Anton. Gomez. in Commentar. varijſque reſol. iuris ciuil.tom.1. de vltim.volunt.cap.5.num.42. in 8.q.princ. fol.61. Andr.Gail.Agripp. Practic. obſeruat.lib.2.obſer.136.nu.19. verſic. Huius communis opinionis.

Sed vt alibi dicebam, cum à teſtatore filij præferantur, ſintque primo loco poſiti & magis dilecti quam ſubſtitutus, vt expreſsè dicit d.l. Lucius Titius, in fin. aſſerere cum præcitatis Scribentibus inſtitutum & grauatum non natis filijs alienare non poſſe, ſed ipſis natis, contra mentem teſtatoris redundare cenſeri, l. Publius,§. Titia, hoc tit. Etenim videri(inquit Marcellus)contra voluntatem teſtantis,vt amplius ad ſubſtitutum perueniat quam ad puerum peruenire potuiſſet. Si igitur alienatio eſt propter ſubſtitutum interdicta, multo magis ob natos filios vetita intelligetur, ne ipſi qui ſubſtituto præferuntur deterioris conditionis exiſtant. Cumque hæc conditio liberorum non patris alienantis fauore appoſita cenſeatur, non debet contra liberos interpretari, ſatiſque conſtat hæredi alienationem à teſtatore fuiſſe interdictam cum ſubſtitutum dederit. Vnde quamuis voluerit filios ſubſtituto anteponi, nõ ex hoc alienandi libertas hæredi conceſſa videtur, ſi enim liberi non nominati ad excludendum ſubſtitutum in diſpoſitione exiſtunt, vt in hoc contextu, ibi: Quòd minus ſcriptum quam dictum fuerat inueniretur, facilius in diſpoſitione ij ad impediendam ab eorum patre faciendam alienationem arbitrabuntur, qui ſub cõditione nominati reperiuntur, & ita poſt Gloſſam not. in d.l. filiusfamilias, §. cum quis, in verb. Extiterint,vbi Paul. de Caſt. ipſam extollit, tenuit Franciſcus Gratian. in tract. de vulg. & fideicommiſſ. ſubſtit. fol.20. verſic. Non tamen teneo,& fol.ſequen.

22 Iudicando autem † & conſulendo ab alia opinione magis communiter recepta & approbata à Doctoribus non recederem, quam tenent etiam Hieronymus Zanch. in d. rep. l.hæredes mei, §. cum ita,num.706. ad S. C.Trebellian. Petr.Anton.de Petr. in tract. de fideicommiſſ. prohibit.q.9.num.237. fol.219. & Iacob. Menoch.in d.tract.de præſumptionibus,in ſecunda parte,lib.4. præſumpt.76. num.97. verſic. Quarta eſt vtilitas, fol.123. citans Io. Cephal. in d.l. centurio, num.961. & 962. & ante iſtos Guid. Pap.d.deciſ.39.ſub num.2.in fin.verſic. & vtile eſt. faciunt notata per Alex.conſil.59. Attentis verbis teſtamenti,num.15. verſ.Ergo in propoſito noſtro, lib.3.

Secunda vtilitas eſt, ex dicta quæſtionis reſolutione proueniens.Nam volunt Scribentes

23 diſpoſitionem † huius l. Cum auus, eius vim non habere in filijs tantum in conditione poſitis non grauatis, nec ex teſtamento vocatis, licet cum liberis deceſſerint,l.qui filium,§.Sabinus, vbi Bart.nu.2. uerſic. Secus ſi aliquis, & Paul.de Caſt. poſt num.2. uerſic. Idem loquitur,ac Socin.ſen.col.21.d.tit.ad Trebell. Dec. in d.l.generaliter,§.cũ autem.in 3.limit.nu.12. poſt Ang.C.de inſtit.& ſubſtit. Curt.iun.conſil.33.Præſupponitur in facto,col.5.uerſic.Secundò principaliter, Soc.iun. ſuper eodem caſu reſpondens. conſ.100. eiuſdem initij, col.4. nu.8.lib.1.Carolus Ruin.conſ.35.Adeo plene, nu.12.lib.1.conſ.106. Viſo,col.antepen.nu.9. lib.2. Hieron.Alban.conſ.26. Vidi, nu.4.uerſ. Et primò,allegans Alex.conſ.93. Aliàs conſultus,col.2.nu.6.lib.3.idem Alex.conſ.92.Super eo,nu.7.cod.uol. Hierony.Zanch. in d. §.cum ita,num.704.uerſic.Secunda utilitas,quoniam uerò pluries de hac concluſione memini, ideo ad alias utilitates deſcendam.

Tertia utilitas uerſatur circa inducendam

24 reciprocam † inter grauatos fideicõmiſſariam ſubſtitutionem vel compẽdioſam pluribus factam,nam etſi reciproca non reſultet,l.Lucius, §.Caio, ff. ad Trebell. niſi ſit facta vltimo morienti & in tota hæreditate, ſecũdum antiquiores & recentiores omnes, in d. §. cum ita, & in l.pater filiam,§.fin.ff.ad leg.Falc. Alex.d.conſ. 93.col.3.nu.11. verſic. Nec contrarium, lib.3. Carol.Ruin.conſ.109.Videtur,nu.7.lib.2.cõſ. 126.Circa duo,nu.8.conſ.134.Circa caſum,nu. 8.lib.3. Aym.Crauet.conſ.161.Verba ſubſtitutionis,nu.7. dicẽs ita fuiſſe poſt longam diſputationẽ in Curia Parlamenti Grationopolis iudicatũ,Iac.Mandell.Albenſ.conſ.31. Difficilis admodũ,col.1.nu.2. & inf.vbi de magis cõmuni opin.atteſtatur,lib.1. Octauian.Oſaſc.deciſ. 110.anno 1525.nu.12. verſ.Non obſtat quartũ,

cum

cum alijs per me adductis in prælleg. tract. in
25 procem. num. 4. Iſtud tamen procedit † cum poſt mortem vltimi vocatorum per teſtatorem ſecus in conditione poſitorum ſubſtitutio facta conſpicitur, nam ſi poſiti in conditione vocati non cenſerentur, ſed illis ius legitimarum hæreditatum reſeruatum, reciprocum ijſdem fideicommiſſum minime factum intelligitur, Petr. de Anchar. conſil. 120. Pro clariori, col. 1. verſic. Secunda ſubſtitutio, Alex. conſil. 91. Ponderatis his, col. 5. nu. 6. lib. 1. conſ. 185. Perſpectis verbis, colum. 3. ante nu. 5. cod. vol. conſ. 13. Viſis & perlectis, num. 11. lib. 4. conſ. 202. Viſo themate, nu. 3. lib. 7. Iacob. Menoch. d. lib. 4. præſumpt. 76. nu. 96. cum alijs in præcitato loco per me allegatis, vbi num. 9. verſic. Prædictam autem, diſtinguendo tres caſus ex Curtio iuniore hoc declarabam.

Quarta eſt vtilitas, nam filijs inſtituti patris
26 hæreditatem † repudiantibus, ſi ipſos non vocari dixerimus, ex propria perſona non poſſent ad teſtatoris bona non alienata venire, cum ex eiuſdem diſpoſitione ad illa nō vocentur, Ang. & Io. de Imol. in d. l. Lucius Titius, vbi Bald. in fin. verſic. Vnde ſi iſti liberi, dicens idem tenere Cynum & Iacob. de Aren. Paul. de Caſtr. in dicta l. filiusfamilias, §. cum quis verſic. Licet enim, de leg. 2. Nicol. Boer. deciſ. 155. Gaillardus, num. 12. verſic. Et ſecunda vtilitas, in 1. par. Lancell. Galiaul. in dicta l. centurio, nu. 386. vbi Socin. iun. num. 297. verſic. Secundo quia, Natta conſ. 551. Quoniam, num. 5. verſic. Eſt etiam alius effectus, lib. 3. & dixi in d. tract. in procem. nu. 3. verſic. Neque expreſſa tantum, Iacob. Menoch. d. lib. 4. præſumpt. 76. ante num. 98.

Quinta vtilitas affertur, nam patre inſtitu-
27 to decedente teſtantis hæreditate † non adita, nec aliquo iure tranſmiſſionis exiſtente ſuitatis ſanguinis, vel deliberandi, aut repudiata hæreditate præmoriente, liberi in totum excluſi dicerentur ipſorum vocatione non admiſſa, aliàs ſecus, vt per eundem Galiaul. in dicta l. centurio, num. 386. ex Bart. Bald. & Io. de Imol. in dicta l. Lucius Titius, id colligi dicentem, Boer. d. deciſ. 155. num. 13. verſic. Tertia vtilitas, Gerard. Mazoll. conſil. 2. Philippus teſtator, num. 41. iſtamque opinionem, quod data vocatione liberorum in conditione poſitorum, ijdem ad bona patri non quæſita admittantur in caſu caducitatis vel mortis ante aditam hæreditatem, veram eſſe dicit Hieronym. Gabriel. alios allegans, & rationibus comprobans, conſil. 115. Felix Palinus, nu. 9. cum ſeq. lib. 1.

Sed Socin. iun. in dicta l. centurio, nu. 297. verſic. Tertiò quia ſi pater inſtitutus, dubitando contradicit, eſto enim liberos vocatos cenſeri eorum patre ante aditam hæreditatem decedente, non videt quo pacto ipſis conſulatur, cum ſoleat tunc fideicommiſſum expirare, l. ille à quo, §. ſi teſtamento, ff. ad Trebellianum. Cum Boerio tamen, Lancellotto Galiaul. atque alijs ſentit etiam Hieronymus Zanchus in dicta l. hæredes mei, §. cum ita, num. 706. verſic. Sexta & vltima, dicto titulo. Socinus autem (vt aliàs ſcribebam) quod non vidit apertiſſime conſpexiſſet, ſi per Hieronymum Gabrielium in citato conſilio tradita eius intellectus acumine, & exquiſita eruditione (liceat hæc de iuniore Socino proferre) aliquando
28 conſideraſſet: Nam ſi illi legum † vertices Bartholomæus, & Marianus Socini ſeniores ingentibus laudibus extolli meruerunt, cum in iure explicando adeo præfulxerint, vt perpetuis temporibus ipſorum gloria ſit extitura, Marianus Socinus nepos iſte, ſiue iunior, ſuorum maiorum virtutem non ſolum æquaſſe, ſed in multis tranſcendiſſe eius lucubrationes nobis oſtendunt, nam ſubtilitate, & eruditione non inferior, ſoliditate ac claritate doctrinæ fortaſſe anterior cenſendus erit.

Dicit itaque Hieronymus Gabrielius Iuriſconſultus eximius, doctrinæ Lancellotti Galiauſę inhęrendo, prout verum eſt, filios in conditione poſitos (cum exiſtimantur vocati) cenſeri eos vocatos eſſe ſolum ad eam portionem, cuius ratione ſunt in conditione poſiti, & ſic
29 ad portionem † eorum patri relictam, non autem ad eam quæ cohæredi relicta eſt, ſeu aliæ perſonæ, cuius cauſa non ſunt in conditione poſiti, Socin. in dicta l. hæredes mei, §. cum ita, columna prima, & poſt Franciſcum Rip. num. 64. ibi tradit Zanchus num. 794. Curt. iunior conſil. nonageſimoſexto. Habita diligenti conſideratione, columna ſecunda, num. quinto, in fine, verſic. Cum igitur, conſil. 135. Præſupponitur in facto, columna penultima, num. ſexto, verſic. Poſtremo aduertendum cenſeo, Ruin. conſil. 141. Viſo teſtamento, poſt numerum decimumtertium, columna antepenultima, in fine, dicens iſtud eſſe de mente omnium, & nu. 14. iſtud eſſe veriſſimum, & non habere dubium, rationem reddens, libro tertio, & alibi ſępè, Stephan. Bertrand. conſil. 82. Viſa clauſula, colum. fin. poſt num. 6. verſic. Tum & quia, lib. 1. Natta conſil. 551. Quoniam, in 1. artic. num. 7. verſic. His ſic cognitis, lib. 2. Andr. Alciat. conſil. 147. Periculoſa, num. 2. tom. 3. lib. 9. Ioan. Cephal. conſil. 401. In facto, num. 13. lib. 3. Iacob. Menoch. conſil. 348. Negare, num. 10. lib. 4. cum alijs per me adductis in dicto tract. libro quinto, cap. 9. in princip. vbi hoc declaraui, ita falſiſſimum eſſe, vt neceſſe ſit, quòd hæc ipſa portio acquiratur patri, quodque ſi caducatur ad eam filij admitti nequeant, & contra

not.in l.quandiu, ff.de acquir. hæredit. etenim ea ratione exiſtimantur vocati, ſecundum rationem illorum qui huius ſententiæ ſunt, quia in vltimis voluntatibus verba etiam conditionalia diſponunt, l.fideicommiſſa, §. cum eſſet, de legat.3. l.in ratione, §.tametſi,ad leg.Falcid. Bald.in l.2. §. videndum, col.2. ad Tertull. & ſic in conditione poſiti reſpectu ſubſtituti exiſtimantur, vt eum excludant, reſpectu autem proprio & ad propriam vtilitatem in diſpoſitione, ad not. per Bart. in l.à teſtatore, hoc tit. ſiquidem putatur teſtator non illa potiſſimum ratione eos in conditione poſuiſſe, vt ſubſtitutum excluderent, ſed vt ipſi filij bona haberent ad quæ pater vocabatur, vt ait Gloſſ. in d.l. filiusfamilias, §. cum quis, de legat.1. Vnde fit, vt filij admittantur ad partem quæ eorum fauore ſubſtituto nō datur, & conſequenter non ſolum excludant ſubſtitutum, verum etiam actionem habeant ex teſtamento ſicut ſi fuiſſent diſpoſitiue vocati, vt declarat Bartolus in d. l.2. §. videndum, & in his termins Iaſ. in l. pecuniam, colum.2. num.2. ff. ſi cert. petat. Curt.iun. d. conſil.96. colum. penult. in fine, qui dum declarat quando filij in conditione poſiti cenſentur vocati perinde eſſe ſicut ſi ipſi eſſent patri ſubſtituti, optime loquitur, ſed dum ſubijcit non poſſe de hac ſubſtitutione tractari ſi pater decedat ante conditionem fideicommiſſi conditionalis, quia non poteſt dici cauſata in patre ſpes fideicommiſſi, maxime, ex Gabrielio, decipitur, quia non agitur de ſubſtitutione, vt iure tranſmiſſo ſuccedat, ſed iure proprio, quod ipſe non animaduertit, oblitus dum ea ſcriberet receptiſſimæ opinionis Doctorum in dicta l. quandiu, vbi traditur nihil referre quod ſpes in perſonis vocatis in gradu præcedenti cauſata non ſit, ſed caduco effecto, ſeu perempto præcedenti, admitti contentos in gradu ſequenti iure proprio & ex proprio ipſorum gradu, perinde ac ſi præcedens gradus factus non fuiſſet & perſona in eo contentæ ſubſtitutæ non eſſent. Quamuis enim portio caduca in alijs non tranſmittatur, ſed remaneat penes hęredes vel grauatos, l.prima, §. in nouiſſimo, C. de caducis tollendis, vt ait Corneus conſilio 180. Multitudo quæſitorum, columna prima, libro quarto. Tamen penes eoſdem, hæredeſve manet cum eodem onere reſtituendi eandem portionem ei cui illam reſtituiſſet grauatus in gradu perempto, dicta l.prima, §. pro ſecundo, Doct. in dicta l. quandiu. Paulus de Caſtro conſilio 152. Præſens dubium, columna ſecunda, in principio, verſic. Secundum caſum, libro primo. Et qua ratione putatur teſtator prædiligere filios in portione relicta patri eorum poſt acquiſitionem, eadem & multo maiori exiſtimatur eos prędiligere in eadem portione ſi ea patri acquiri nequeat, vt deducitur ex l. cohæredi, in principio, de vulgari & pupillari, in dicta l. Lucius Titius. Nam minor ratio eſt, vt putentur vocati poſt emolumentum acquiſitum, quo caſu poterant patri in eiſdem bonis ſuccedere ab inteſtato, quam ante acquiſitionem, quo quidem caſu niſi cenſerentur vocati, nullo modo ea portio ad eos perueniſſet, quemadmodum Gabrielius ſubtiliter deducit, multos ſane ad hanc opinionem fundandam allegans, colum. pen. verſic. & ita ſentiunt Doctores.

Sexta verſatur vtilitas, nam ſi liberos in con-
30 ditione poſitos crediderimus † vocatos eſſe, ſubſtituto etiam qui ab inteſtato ipſos excluderet, præferentur, vt per Hieronymum Zanchum in dicta l. hæredes mei, §. cum ita, num. 705. iunctis traditis num.759. verſic. Ex quibus, & ſcripſi in d. procem. num.5. Iacob. Menoch.in d.tract. de præſumptionib. in 2. parte, lib.4.præſumpt.76. ſub num.96. verſic. Tertia vtilitas ſecundum Zanchum, & vterque exemplum affert.

Septima vtilitas affertur, quia ſi ij filij poſiti in conditione cenſerentur vocati, recognoſce-
31 re dicerentur † bona à teſtatore, non autem ab eorum patre, iux. d. l. cohæredi, §. cum filiæ, hancque vtilitatem conſiderauit Io. Cephal.in dicta l.centurio, num.964. quem referendo ſequitur Menochius in d. præſumpt.76. ſub nu. 100.fol.123.

Octaua vtilitas eſt, nam ſi ij filij poſiti in cō-
ditione vocati cēſebuntur, pater inſtitutus ſuo
32 delicto † quo eius bona fiſco publicarentur, non præiudicaret filijs in his bonis teſtatoris, nam ſi alienari bona hęc nō poſſunt, nec etiam à fiſco publicari, vt poſt alios tradit Franciſcus Ripa in l. filiusfamilias, §. Diui, num.51. de legat.1. iſtam quoque vtilitatem conſiderabat Ioannes Cephal. in dicta l. centurio, num.965. quem comprobat Menoch. d. præſumpt. 76. nu.101. in fin. hæcque vtilitas à prima dependet, vt ipſe etiam conſiderabat.

Nona conſideratur vtilitas, cum ſi ſecūdum
33 communem † opinionem pater teſtamentum condiderit, poterit de dictis bonis libere teſtari in quoſlibet, dum tamen quo ad vniuerſitatem bonorum filijs legitimā relinquat, §. diſponat, in auth.de nupt. ſecus ſecundum aliam opinionem, hancque vtilitatem afferebat Socin. iun. in d.l.centurio, ante nu.298. verſic. Poteſt addi. Huius tamen concluſionis reſolutio pendet plurimum ex ijs quę dixi in d.tract.lib.6.cap.7. incip. Vltimo etiam, fol.89.

Decimam affert vtilitatem Iacob. Menoch. in prælegat. præſumptione 76.nu.99.& 100. atque Vndecimam ponit Socin. iun. in dicta l. centurio, ſub num.297.verſic. Poteſt addi alia

vtilitas

vtilitas quas hic inferre ac inſerere non duxi, cum apud dictos celeberrimos Doctores facile intueri poſſint. Hæcque omnia breuiter repetita & in aliquibus aucta rogo ne diſpliceāt, dictas autem vtilitates prudens Lector ad ſubintellectam, vel expreſſam cōditionem, vt vnicuique cōgruunt referre & iuxta caſuum contingentiam aptare poterit.

Ex ſuperius dictis circa principalem quæſtionem illud etiam reſoluitur, nunquid huiuſmodi l. cum auus, procedat, vbicunque conſtaret teſtatorem diſpoſuiſſe, ab inteſtato ſucceſſioni vllo tempore locum eſſe nō poſſe, cum
34 enim † ex ipſa ſubintellecta conditione ab inteſtato ſuccedatur, fueritque per teſtatorem excluſa atque ſublata ab inteſtato ſucceſſio, neceſſario dicta diſpoſitio remouetur, nam qui non comprehenditur ſub verbis, ſub diſpoſitione nequaquam includitur, l. 4. §. toties, ff. de damno infecto, vt in caſu Hieronymi Albani conſilio 26. Vidi, numero 7. verſic. Quartò alia quoque validiſſima ratione, fol. 322. Vbi inſuper dicit, eiuſdem l. cum auus, diſpoſitionem ceſſare, vt illud abſurdum remoueatur, ne
35 minus dilectus † melioris ſit conditionis quàm magis dilectus, l. Publius, §. Titia codicillis, hoc tit. numero ſcilicet 8. verſic. Et quoniam.

HYPOTHESIS.

Exciſo materno vtero extractum ad defectum dictæ conditionis prodeſſe. Multa de monſtroſis partibus enarrari. Et intellectum ad l. quod certatum eſt, C. de poſthum. heredibus inſtit. ventilari.

SVMMARIVM.

1 *Lycam Troianum exſecto matris præmortuæ vtero extractum fuiſſe.*
2 *Filium exciſo matris vtero extractum, ad defectum conditionis ſi ſine liberis deceſſerit ſubſtitutique excluſionem prodeſſe.*
3 *Filium exciſo vtero matris extractum, natum intelligi à natoque non differre: Idque ampliari, num. 5.*
4 *Emphyteuſi recepta pro ſe, & liberis ex ſe naſciturīs, liberos ventre matris exciſo editos venire.*
5 *Conditionem natiuitatis, in edito matris exciſo vtero verificari.*
6 *Filium exciſo vtero matris editum ad defectum conditionis ſi ſine liberis deceſſerit, prodeſſe, etiam ſi vocem non emiſerit.*
7 *Filium exciſo vtero materno extractum, vt ſupra prodeſſe etiam ſi illico moriatur momentoque temporis ſuperuiuat.*
8 *Filium exciſo vtero matris extractum prodeſſe ad conditionis defectum, etiamſi non integrum animal editum ſit, dummodo ſpiritum habeat ad monſtrumque non declinet.*
9 *L. Quod certatum eſt, C. de poſthum. heredib. inſtit. declarari.*
10 *Filium exciſo vtero matris extractum prodeſſe ad defectum conditionis ſi ſine liberis, etiam ſi non integrum animal editum ſit, vt ſupra ſi vna manus, vel vnus pes deficeret, dummodo ad monſtrum ex alio non declinaret.*
11 *Filium exciſo vtero matris extractum & ad monſtrum tendentem, ad conditionis defectum non prodeſſe.*
12 *Monſtroſorum partuum ex muliere duas ſpecies eſſe.*
13 *Monſtroſorum partuum cauſas ex Empedocle afferri.*
14 *Bruta an ex hominibus & econtra concipere poſſint indagari.*
15 *Hipponam Deam fuiſſe dicebat antiquitas, de equis curam gerentem.*
16 *Monſtra Vlpianum fato aſcripſiſſe: Alchabitium autem & Iulium Maternum ſignorū cæleſtium aſpectibus, ſed vtrumque explodi.*
17 *Monſtra Neptuno antiquitatem tribuiſſe.*
18 *Filium exſecto vtero matris extractum non prodeſſe ad conditionis ſi ſine liberis deceſſerit defectum, vbicunque ſemis tantum natus eſſet & moreretur.*
19 *Filium exſecto vtero matris extractum prodeſſe ſi legitimo tempore naſcatur, aliàs ſecus.*
20 *Probandi onus cui incumbat vt infans ſeptimo menſe editus ſit aperiri.*
21 *Filium exciſo vtero matris editum ad conditionis defectum in tempus pariendi collata non prodeſſe ſecundum vnam opinionem: Sed contrariam veriorem & magis communem eſſe, num. 25.*
22 *L. Anniculus, §. falſum eſt, ff. de verb. ſignific. intelligi.*
24 *Pariendi conditionem inſtitutioni adiectam, neceſſariam cenſeri, in eaque effectum conſiderari non modum, ſecus in conditione voluntaria.*
25 *Partum appellari qui pregnanti mortua exciſus eſt.*
26 *Signa vitæ aut mortis extracti infantis, ex vtero matris exciſo, remiſſiuè indicari.*
27 *Monſtroſum partum parentibus prodeſſe, ſi in caſum illum quo mater pepererit, aliquid relictum fuerit.*
28 *Filium exciſo matris vtero editum ſuperuixiſſe in dubio ipſi matri præſumi.*

Digitized by Google

CAP. XIIII.

NOn incongruè quærendum eſt, nũquid exſecto matris præmortuæ vtero viuus extractus, ad defectum conditionis de qua agimus prodeſſe poſſit, qualẽ fuiſſe
1 Troianum illum Lycam † Virgil. Aneid. lib. 10. illo carmine teſtatur,

Inde Lycam ferit exſectum iam matre peremptæ,
Et ſibi Phœbe ſacrum.

In quo breuiter concludendum eſt, extractum vtero matris exſecto ad huiuſmodi conditionis
2 defectum, ſubſtitutique excluſionem † ſufficere, vt ſcribunt, Dec. conſil. 623. In caſu occurrenti, nu. 1. Gulielm. de Benedict. in rep. c. Raynutius, in verb. Et ſobolem quam geſtabat, nu. 16. verſ. Eodem modo, extr. de teſtam. Bartholomæus Veronenſ. conſil. 50. In cauſa quæ vertitur, num. 5. in 2. dub. Vbertin. Zuchard. in l. poſthumo, num. 8. C. de bon. poſſ. contra tabul. & in l. 1. num. 73. C. de pact. Simon de Pretis in tract. de interpr. vltim. volunt. lib. 3. ſol. 3. nu. 8. fol. 316. verſic. Nihil refert. Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 6. nu. 11. Maturinus Montan. in Iul. Paul. Genial. dier. comment. fol. 76. verſic. Sed hinc oritur, & fol. 77. verſic. Generaliter enim, Hieronym. Gabriel. conſ. 55. Cum iura ſint vulgaria, nu. 8. verſ. Siquidem is qui ſecto ventre, lib. 1. quod dixere etiam Corneus col. 3. nu. 12. & Purpur. nu. 18. in cõſilijs ſtatim infra in 2. ampl. nu. 7. allegandis. Dec. in l. ſi quis prægnantem, nu. 1. verſ. Etſi partus, ff. de reg. iur. Leander Galganetus in tract. de cõdit. & dem. par. 1. c. 12. nu. 35. fol. 46.

Hæc concluſio autoritate Vlpiani Iuriſconſ. probatur, in l. etiam ea mulier, ff. de verb. ſign. Etiam ea, inquit, mulier cum moreretur creditur filium habere, quę exciſo ventre edere poſſit, atque eiuſdem lib. 12. ad Sabin. in l. 1. §. ſed etſi matris, ff. ad Tertyll. Sed etſi matris exſecto ventre filius editus ſit, magis dicẽdum eſt hunc quoque ad legitimam hæreditatem admitti, nam & inſtitutus ſecundum tabulas & abinteſtato, vnde cognati, & multo magis vnde legitimi bonorum poſſeſſionem petere potuit, argumentum eſt, quòd venter in poſſeſſionem ex omni parte edicti mittitur: rurſus lib. 47. ad Edict. in l. 1. §. ſi qua prẹgnans, ff. vnde cogn. Si qua prægnans, ait, deceſſerit, & vtero exſecto partus ſit editus, in ea cõditione eſt partus iſte, vt matris ſuæ accipere bonorum poſſeſſionem poſſit. Vnde proximi cognati, ſed poſt Senatuſconſultũ Orficianum & vnde legitimi petere poterit, quia tempore mortis in vtero fuit. Facit etiam quod idem Iuriſconſ. lib. 9. ad Sabinum ſcripſit, in l. quod dicitur, ff. de liber. & poſthum. Quod dicitur filium natum rumpere
3 teſtamentum, natum † accipe etſi exſecto ventre editus ſit. Nam & hic rumpit teſtamentum, ſcilicet ſi naſcatur in poteſtate; Vt hinc rectè Bald. dixerit, conſil. 127. Ad intelligentiam horum dubiorum. circ. fin. lib. 1. extractũ de vtero nihil à nato differre, idemque ſibi voluit Felin. in c. ſicut ex tuarum, num. 5. verſic. Et facit, extr. de homicid. Iaſ. in d. l. quod dicitur, in 1. not. Ideoque ſi quis acquiret emphyteuſim pro ſe & liberis & ex ſe naſcituris, veniunt liberi exſecto ventre † editi, ex ſententia Iacob. de
4 Ardizz. in ſua Summ. quem ſequitur Bald. dicens ita conſuluiſſe in Ciuitate Lucana, in l. fin. col. pen. num. 6. verſic. Vidi dubitari, C. de ſuis & legitim. per text. in d. l. quod dicitur, vbi & hoc ſequuntur, Paul. de Caſtr. in fin. Alex. nu. 5. & 6. & Iaſ. num. 2. & 5. Hocque Caſtrenſ. ibi dixit procedere in omni materia quantumlibet
5 odioſa † & reſtringibili, quia proprie natus is dicitur, per illum text. aſſerens etiam eſſe notandum, & cum Bald. etiam ſentiunt, Alberic. de Roſat. in l. 1. in fin. C. de poſthum. hæred. inſtit. Ang. conſ. 51. Simon notarius, col. 2. verſ. Natiuitas ſecũdi poſthumi, & Andr. Tiraquel. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, num. 141. verſic. Ego tamen, C. de reuoc. donat. & in tract. de iur. Primogen. q. 18. in fin. num. 7. verſic. Sed ſcrupus quiſpiam, fol. 200. Nec refert dicere in propoſito verſari in conditione quæ impleri debet in forma ſpecifica. l. qui hæredi, & l. Mæuius, hoc tit. nam conditio natiuitatis verificatur in eo qui ita editus eſt, vt tradit not. Socin. ſen. conſ. 197. Circa præmiſſam conſultationem, col. 1. lib. 1. quem ſequitur Tiraquell. in d. verb. Suſceperit liberos, num. 141.

6 Ampliatur hæc concluſio; Primò † vt ſit vera etiam ſi extractus ex vtero vocem non emiſerit, dummodo aliquod vitæ ſignum dederit & deceſſerit, l. quod certatum eſt, C. de poſthum. hæredib. inſtit. verſic. Cumque Sabiniani, Gulielm. de Benedict. in d. c. Raynutius, uerſic. Et ſobolem quam geſtabat, nu. 16. uerſic. Etiam ſi uocem non emiſerit, Dec. d. conſil. 623. In caſu occurrenti, num. 1. uerſic. Nec obſtat quod uocem non emiſerit, Hieronym. Gabriel. d, conſ. 55. num. 9. lib. 1.

7 Secundò ampliatur, ut procedat † etiam ſi extractus matris utero exciſo, ſtatim illicoque moriatur, & ſic ſi momento ſuperuixerit, d. l. uxoris abortu, & d. l. quod certatum eſt, Ang. d. conſil. 51. col. 2. uerſic. Nec curatur, Dec. d. conſ. 623. in princ. uerſic. Et ſufficit. Felin. in d. c. ſicut ex tuarum, nu. 5. Franciſc. Marci deciſ. 953. Quæritur an requiratur, in fin. de quo ſuperius late dixi, Gabrielius d. conſ. 55. nu. 9. uerſic. Et ſufficit, d. lib. 1. Purpur. d. conſ. 306. num. 19.

num.19.d. vol. 1. inquiens id procedere etiam ſi baptizatus non fuerit quo ad effectum ſuccedendi,nu.19. verſ. Et nihil refert,quod ſcripſit Corn.conſ.176. In præſenti conſultatione, col. 3.nu.12.verſ. Ijs tamen,lib.2.

8 Tertiò ampliari poteſt, ut procedat † etiam ſi non integrum animal editum ſit, dummodo ſpiritum habeat,ſic dicit clare text. in d.l.quod dicitur, in fine. Quid tamen ſi non integrum animal editum ſit cum ſpiritu tamen?an adhuc teſtamentum rumpat? & hoc tamen rumpit. hactenus Vlpianus, vtputa dicunt ibi Doctor. ſi ſit natus ſine pede,vel ſine manu,dummodo non declinet ad monſtrum, vt ibi in Gloſſ. & ſtatim dicam. Non obſtat text. in d. l. quod certatum eſt, vbi requiritur, quòd poſthumus ſit viuus perfectè natus, ſic dicit ille text. ibi: Et ſancimus ſi viuus perfectè natus eſt. Nam
9 omiſſa † Vbertini Zuchardi in dicta l. poſthumo, num.9. conſideratione, vt inquam text. in eadem l. quod certatum, ponderet perfectum naſci, ita quod nihil, vt puta pes reſtet ad naſcendum, hocque declaret text. ibi. Hoc tantummodo requirẽdo ſi viuus ad orbem totus proceſſit.text.verò in d.l.quod dicitur,conſideret perfectionem corporis reſpectu membrorum, cum,vt verum fatear, Zuchardi ſolutionem inſulſam ſemper exiſtimauerim,fortaſſe reſponderi poterit,perfectionem integralem in d.l. quod certatum, conſiderari, vt poſthumus ita abſolutus ſit quod hominis ſymmetriam retineat & ad monſtrum non declinet, non autem quod ſi pes puta deficiat, dummodo reliquum corporis in vniuerſum perfectè organizatum ſit, & monſtri effigiem non referat,perfectè natus non dicatur, ad effectũ rumpendi teſtamentum, quod videtur velle Imperator dum ſic ibi inquit, Hoc tantummodo requirendo, ſi viuus ad orbem totus proceſſit ad nullum declinans monſtrum vel prodigium: Et cum hac ampliatione ibi tranſeunt Io. de Monte Sperell. & alij Doctores Peruſini, ac etiam Socin. ſen. hic,num.110. verſ. Quod tamen limitant, vt non ſit ab huiuſmodi ampliatione recedẽdum. Et rurſus ad text.in d.l.quod certatum,dici poteſt,procedere vbi non totus, ideſt retento fortaſſe adhuc in vtero pede, in lucem prodeat & moriatur, non autem vbi totus eſſet extractus, & infanti in orbem deducto, ad monſtrumque vel prodigium non de-
10 clinanti,vna manus vel vnus pes † fuiſſet,inciſus,vt videtur eſſe de intentione Oldradi, Baldi, Alberici, & Modernorum ibi, & nuncupatim Io. Petrut. idemque innuit Socin. ſen. in [illegible] recitato loco in diſtinctione quam facit. & [illegible]unt Andr. Alciat. in l. qui mortui, num.4. verſ. Niſi inciſo aliquo membro, ff. de verb. ſig. ſecus vbi pes detineretur in ventre & moreretur vt ſupra,& ſcribit Vbertin. Zuchard.in d.l.poſthumo, nu.11. verſ. Amplia iſtam limitationẽ,fol.12.poſt Bald.& Corn. in præalleg. l. quod certatum, & late Andr. Tiraquell. in d. rep. l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, num.158. Quanquam Peregrin. in d. tract. de fideicom.d.artic.63.num.32.verſ. Quod ſi infans, contrarium tenuerit. Sed Alciato aſſentiendum videtur, nam dictus infans non ideo minus perfectam hominis ſubſtãtiam in ſe habet,ſicut & vir manu amputata, poſtque Tiraquellum tradit Maturin. Montan.in Iul. Paul. Genial. dier. comment. fol.81.& 82.verſ. Sed quid ſi infans.

Hæc ampliata concluſio limitatur: Primò
11 † vbicunque partus ſiue poſthumus iſte ab exciſo vtero extractus ad monſtrum tenderet,vel ad aliquod prodigium, tunc enim filius haberi non diceretur, nec conditio expiraſſe, ſed ſubſtitutus admittendus ueniret. Ang. d.conſ.51. Simon notarius,col.2. uerſ. Quod autem dixi, Socin.ſen.hic.num.111.Gulielm. de Benedict.in d.c. Raynutius, in uerb. Et ſobolem quam geſtabat,nu.16. uerſ. Prouiſo tamen, & ante iſtos Bart.in d.l.quod dicitur,ubi Ang.num.2.Paul. ante num.2.Alex.nu.3.Iaſ.num.12.idem etiam tradidere, Franciſc. Aretin.in l.2. C.de poſth. hæredib. inſtit. in 2.not.Sfort.Odd.in tract.de compend.ſubſtit.in 6.partic.in 2.par.quæſtionis,artic.2.in 10.concl.uerſ. Limitantur omnes ſupradictæ concluſiones,Franciſc.Marci deciſ. 168. num. 10. Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. in 2. par. lib.4. præſumpt.89.num.112. uerſic. Declaratur nono,fol.178.Marc.Anton. Peregrin. in d. tract. de fideicom. artic.63. Ex fideicommiſſo agens, num.24. uerſ. Sic etiam partus.Probatur expreſſe in d.l.quod certatum eſt, in fin. l. non ſunt liberi, ff. de ſtat. homin.l. quæret aliquis, ff.de uerb. ſign. Exẽpla habentur in dictis legibus,ut quia partus alterius animalis figuram referret, uel quia partem hominis & partẽ alterius animalis ueluti Minotaurus eſt, uel quia haberet caput uituli, uel duo capita, aut caput uel oculos retro ſpatulas: & ſic ij qui naſcuntur peruerſo ordine naturæ uel contra formam humani generis, ut per Ang. & Caſtrenſ. in d.l. quod dicitur, & poſt Franciſc. Marci D.Sfort. Odd.in præalleg.10.concl.uerſ. Intellige autem. Nec ad monſtrum ſeu prodigium tendere extractus de utero intelligi poſſet ſi eius membrorum officia natura ampliaſſet aut eiminuiſſet,ut quia ſex in manu digitos uel quatuor tantum iſti haberent, uel cum uno teſticulo nati eſſent,ut eo habitu fuiſſe naturę duces Syllam & Cottam commemorat Arrianus Iuriſconſ.in l.qui cum uno,in princ.ff.de re milit. ut nec militare proinde uertiti ſint, ex Diui Traiani reſcripto. Vel tribus eſſent teſtibus,ut

Matu-

Maturinus inquit, quos Græci τερώχους, vocant, qualem fuiſſe Philadelphum ætatis ſuæ doctiſſimum, ſed eundem indomitæ libidinis vulgo ferunt, d. l. non ſunt liberi, vbi Gloſſ. in verb. Prodigioſum, & Bart. ſed clarius Bald. Et quicquid in contrarium dixerit Aret. in d. l. 2. verſ. Sed quod aliquis habeat, cum Gloſſ. prædicta, vt non dicantur monſtra, tenent Ang. in d. l. quod dicitur, ſub nu. 2. verſ. Vel etiam habuit aliquid, Io. de Imol. num. 2. verſic. Sed intellige, & Paul. de Caſtr. ante num. 2. verſ. In textu, ibi idemque in d. l. 2. ſentiunt Bald. Paul. & Alex. quos ſequitur Peregrin. d. artic. 63. num. 25. verſic. Partus autem, poſt Andr. Tiraquell. in d. l. ſi vnquam, num. 160. ſuper verb. Suſceperit liberos. & Maturin. Montan. in Iul. Paul. Genial. dier. comment. fol. 77. verſic. Cæterum ambigua eſt quæſtio. Et ne hac de re Andrea Alciati Iuriſconſulti grauiſſimi diſtinctionem quandam contemnere videar, illam delibare aliquantulum expedit, is ergo apud Vlpianum lib. 4. ad leg. Iul. ſcribit, Monſtroſorũ partuum
12 † duas videri in mulieribus eſſe ſpecies. Primam cum quid aſpectu inæquale naſcitur, cum enim ita homo à natura formatus ſit vt ſumma inſit ei proportio, reſpondeantque viciſſim ſingula membra, quoties aliquid deficit vel præter cæterorum naturam augetur, monſtrum eſt, vt cum magnitudine corporis nimia vel paruitate quis naſcitur, vt quos pumilios vocamus: idem ſi ſuperfluis membrorum partibus, vt bicipites & trimani: vel deficientibus aliquibus, vt qui vnica tantum manu prodeunt, vel qui ſine capite: itemque quibus ſuo loco membra non ſunt, vt qui oculos in pectore, vel in fronte aures ſupra tempora habent. Hos partus pro-
13 uenire Empedocles exiſtimauit † ex defectu, vel augumento feminis, alij ob verſam vel ſpiritu interceptam matricem, quod & ſibi voluit Iacobus Rubffi Tigurinus in lib. de conceptu & generatione hominis lib. 5. cap. 3. vbi monſtroſorum & prodigioſorũ partuum varias figuras ſiue imagines attulit, qui cauſam in primis Dei omnipotentis iudicijs aſcripſit, deinde ijs, quæ ex Empedocle diximus, ſubdens nimirum libidinis ſtudiũ in cauſam poſſe trahi, quo fit vt humana ſemina admodum debilia & imperfecta fiant, vnde debilem quoque & imperfectum fetum ſequi neceſſe eſt: Aliam eſſe ſpeciem quam Græci ἑτερομορφίαν vocant, cum mulier partum producit in animalis alicuius naturam deformatum vt Minotaurus, legitur, inquit, & bellis ciuilibus Etruſcam mulierem ſerpentem peperiſſe, nati etiam traduntur caninis capitibus quidam, alij & aſininis auribus fuere, & qui vagientes ruderent: Traditum etiam eſt, cum Thales in Periandri armento ex equa natum monſtrum conſpicatus eſſet, quod pectore tenus humanam effigiem referebat, cætera beſtiam, ſurridentem admonuiſſe, ne paſtoribus quibus vxores deeſſent vteretur, Thaletis verò ſententiam ex Galen. lib. 3. de vſu part. corpor. humani, cap. 1. poſſe reijci videtur, qui prolixo nimis ſermone & argumentis varijs ſubſtantiam hominis & equæ permiſceri nõ poſſe affirmat dum de Centauris meminit: ac etiam ex Ariſt. lib. 4. de generat. animal. cap. 3. vbi ouem ex homine vel canem & econuerſo progigni poſſe negat, quid uteri geſtationis tempora non congruant, & Galeni Ariſtotelis itẽque Lucretij opinioni conſentit Hieronym. Magius lib. Miſcellan. 1. cap. 20. licet non neget monſtra huiuſmodi enaſci, illa tamen non ex bruti, ſed hominis ſpermate cũ Accurſio alijſque doctis uiris fieri exiſtimat, cauſam diſcordis formæ præbente muliere, quæ dum iniretur, animal cuius forma fetus conciliata ſit cogitatione menteque complectebatur: Vim autem intra vterum effigiandi fœmina concipientis cogitationi ineſſe, teſtatus eſt Hippocrates, quod cum ex Diuo Hieronymo, & alijs autoribus proſequuti fuerint Alciatus & Magius inſiſtendum non arbitror, cum alibi eadem de re diſſeruerim: ſolum in hac ambiguitate, utrum
14 bruta † cõcipere poſſint ab hominibus, uel etiã uiciſſim homines à brutis, dixerim id fieri poſſe tribus rationibus Iacobum Rubffi affirmaſſe: Primò naturali appetitu: Secundò prouocatione naturæ ex delectatione: Tertiò uirtute attractiua matricis, quæ in brutis & hominibus ſimilis eſt: exempla etiam inquiens in promptu eſſe. Plutarchus enim in Paralelis minoribus hæc habet, Ariſton Ariſtonymus Epheſius filius Demoſtrati cum odiſſet mulieres cum aſina rem habuit, quæ tempore reuoluto puellam formoſiſſimam peperit. Onoſcelin nomine, autor Ariſtoteles ſecundo Paradoxorum. Et iterum Fuluius Stellus mulieres cum haberet in odio, cum equa coiuit, quæ menſibus geſtationis euolutis puellam forma egregiam peperit, quam ille Eponam, fortè
15 Hipponam, nominauit. Eſt autem † huius nominis Dea, quæ curam equorum gerit, ut ſcribit Ageſilaus lib. 3. rerum Italicarum. Rurſum ex Fuluio quodam & equa Hippo puella nata fertur, ut apud Plutarchum legere eſt. Quemadmodum autem natura in homine ſe alterare poteſt, ita in brutis quoque fieri experientia docet, nam in Heluetijs equa à tauro ſubacta, exacto tempore pullum peperit equinis tantum pedibus, forma uerò crinibus & cauda uaccæ ſimilem: In Gallia etiam equa à ceruo ſubacta pullum peperit, poſteriori parte ceruæ ſimilem, quem nullus alius equus curſu æquare potuit, ipſumque Ludouicus Rex à detentore dono accepit: Sed Vlpianus fataliter

Digitized by Google

liter † naſci huiuſmodi naturæ ludibria cenſuit in d. l. quæret aliquis, in fine. cui facile Aſtrologi conſenſuri ſunt, ex quibus Alchabitius quoſdam gradus commemorat in quibus ſi Luna ſit, dum aliquis concipitur, monſtrum naſci opinatus eſt: quod & ex Iulio Firmico cognoſcere poſſumus Aſtronomicorum libro ſeptimo, cap. 6. Sed vt in Vlpianum de fato loquentem inuehitur Hieronymus Magius dicto lib. 1. cap. 20. fol. 62. ſcripta Iulij Sirenij viri eruditiſſimi ſequutus, ſic ego Iulij Materni opinionem, & d. cap. 6. per eum tradita, inſulſa, peruerſa, & omnino delenda exiſtimo, eius enim in dicendo lepores magis delectant, quam quæ de aſtris in vniuerſum cõſcripſit. Sed de mõſtris hactenus: vnum tamen ſilentio non inuoluam, monſtra Neptuno ab antiquitate fuiſſe tributa, Orionemque Neptuni ex
17 ſtirpe Gigantem † fuiſſe ferunt, quod & Martius de doctrina promiſcua, cap. 36. obſeruauit. Atque aliud ſubnectam, quod quicquid effusè nimis Alciatus in eius monſtroſorum partuum diſtinctione aſſeruerit, ipſum denique in ea ſententia reſidere pro monſtro nequaquam haberi partum, qui aliquatenus ampliora membra habet, vt in præcitato loco, verſic. Sanè hoc ſciendum.

Secundò principalis concluſio limitatur,
18 quando in extractione ſerius † non natus moreretur, Bart. num. 3. & poſt eum Iaſ. num. 12. colum. 2. in d. l. quod dicitur, vbi Bartolus refert hanc quæſtionem propoſuiſſe cuidam in priuato examine, rectèque non reſpondiſſe ex Vbert. Zuchar. in d. l. poſthumo, nu. 11. probatur ex tex. in d. l. pen. C. de poſthu. hæred. inſtit.

Tertiò limitatur, vt d. concluſio vera ſit,
19 dummodo † legitimo tempore pariendi adueniente exſecto vtero matris extractus fuerit apparentibus ſignis, & muliere in puerperio ante filij eiectionem decedente, tunc ſiquidem quoniam in vita fuiſſet permanſurus rumpit teſtamentum atque ſuccedit; idemque erit ſi debito legitimoque tempore pariendo mulier aliquo caſu decederet eiuſque ventre exſecto puer extraheretur, veluti ſeptimo, nono, aut decimo menſe, ita dicunt, Lancellot. Dec. in d. l. quod dicitur, Io. Maria Riminald. in 2. not. Dec. num. 4. verſic. Præterea, & Vbertin. Zuchard. num. 13. in d. l. poſthumo, C. de bon. poſſ. contra tabul. Socin. iun. conſ. 35. Viſa ac diligenter conſiderata, num. 21. & 41. lib. 2. & ante iſtos idem voluit Pau. de Caſt. cum quo aliqui ex Modernioribus pertranſeunt, in d. l. vxoris abortu, & in l. quod dicitur, eod. tit.

Et quamuis Ang. ibidem, nempe in l. quod dicitur, contrarium concludere videatur, reſpondens textui in l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat. hom. ac etiam Corn. in d. l. penult. Bald. conſil. 128. Ad intelligentiam horum dubiorum, in fin. lib. 1. & conſil. 403. Proponitur quidam Ser Simeon, in fin. lib. 3. Dec. conſ. 623. In caſu occurrenti, num. 3. in fin. & Stephan. Bertrand. conſil. 217. Cognito caſu, num. 5. lib. 1. Tamen non eſt recedendum à priori opinione Caſtrenſis & aliorum magis cõmuniter recepta ac veriori, vt in effectu eſt, & alibi poſt longam diſputationem aſſerui.

Retenta igitur Pauli de Caſtro ſententia, ſufficeret partum duos dies ſeptimi menſis attigiſſe, vt idem Bertrand. d. conſil. 217. nu. 5. in fin. ſcripſit. Cui autem natum eſſe partum
20 ſeptimo † menſe non poſt vel ante onus probandi incumbat, in tempore ſe fundanti incumbere dicendum eſt, vt per Bart. in l. non ſolum, §. ſed vt probari, ante nu. 3. ff. de nou. oper. nunc. & notãt Doct. in l. eum actum, ff. de negoc. geſt. in l. matrem, C. de probat. quod in terminis tradidit Dec. d. cõſ. 623. nu. 4. in fine.

Quid autem ſi conditio in tempus liberos pariendi collata fuerit, nunquid exciſo vtero extractus infans ad conditionis defectum pro-
21 ſit. Et in hac difficultate duæ ſunt † Scribentium opiniones. Prima eſt, vt infans non proſit, ſed ſubſtitutus admittatur, quam tenuerunt Bart. in l. Arethuſa, num. 4. in fin. verſic. Quæro quid ſi Arethuſa, ff. de ſtat. homin. Ang. in d. l. quod dicitur, num. 3. verſic. Vltimò ſcias, & d. conſil. 51. Simon notarius, colum. 3. Andreas Alciatus conſil. 23. Hac in quæſtione, num. 3. lib. 9. Carol. Ruin. in rep. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, colum. 23. verſic. Octauo & vltimo quæro, de liber. & poſthum.

Adducitur ad hanc opin. probandam, l. anniculus, §. fin. ff. de verb. ſign. vbi Paulus Iuriſconſ. Falſum eſt eam, inquit, peperiſſe, cui mortuæ filius exſectus eſt. Sed contrarium
22 ſuſtinendo, huic textui † reſponderi Primò poteſt, vt intelligi debeat in extraneo, non autem in filio teſtatoris, & ſic quando teſtator relinqueret extraneæ mulieri ſi pareret, vel amico ſuo ſub eadem conditione, ſed quando pater inſtituit filium, tunc ille §. fin. locum non habet cũ talis filius pro nato habeatur antequam ſit extractus de vtero mortuæ matris, & ita dicebat Bald. conſil. 123. Verba teſtamenti ſic dicunt, lib. 1. referens ſic etiam intelligere Odofredum in ſuis lecturis.

Secundò dicebat Salicetus, dictũ §. fin. procedere vbi mens diſponentis nõ repugnat, aliàs ſecus, ſed mens diſponentis in propoſito repugnare ſatis videtur propter naturalem affectionem quæ habetur erga filiũ, ſiue naturaliter naſcatur, ſiue violẽter ex vtero mortuæ matris extrahatur, ergo infans etiã in cõditione pariendi debet prodeſſe ad eiuſdẽ cõditionis defectum.

Altera igitur ſuperiori contraria eſt opinio,

quod

quòd extractus de vtero exciſo matris proſit
93 † ad extinguendam conditionem ſi mulier pariet, quam tenuit Bald. in prælleg. conſ. 123. d.lib. 1, & in l. fin. col. 3. num. 7. verſic. Tamen quicquid ſit, C. de ſuis & legitim. eumque virtualiter ſequuntur Salic. in l. quod certatum eſt, ſub num. 4. C. de poſthum. hæredib. inſtit. Alex. in l. commodiſſimè, in fin. ff. de liber. & poſthum. & in d. l. quod dicitur, Andr. Alciat. in d. l. anniculus, §. falſum eſt, & iterum lib. 3. de verb. ſign. in 3. Axiom. verſic. Sed tamen cum hæc conditio. fol. 148. rurſus Bald. conſil. 128. Ad intelligentiam horum dubiorum, ad fin. prælallegat. lib. 1. Lancellot. Polit. in tract. de ſubſtit. in mater. vulgaris, in 7. q. princ. nec prȩterierim Socin. ſen. in l. 1. col. 17. ſub 8. limit. in fin. verſic. Adde etiam ad prædicta aliam q. ff. de vulg. & pupill. Andr. Tiraquell. in d. l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, nu. 142. verſic. Quæ etiam ſententia, C. de reuoc. donat. Maturin. Montan. in comment. Genial. dier. ad Iul. Paul. fol. 76. & 77.

Mouentur Doct. nam huiuſmodi conditio pariendi adiecta inſtitutioni, neceſſaria ad actũ
94 † cẽſetur, & propterea teſtator modum reſpexiſſe non videtur quo filius in lucem prodeat, ſed quomodocunque natus ſit illi conſuluiſſe, ideoque ex coniectura mentis fit interpretatio, etiam ſi conditionis verba omnino non quadrent, arg. l. mulier, in princ. ff. ad Trebell. & l. ſi mater, C. de inſtit. & ſubſtit. ſecus eſſet in conditione voluntaria, vt ſi Titio legauerim ſi Arethuſa pepererit, tunc exſecto vtero nõ eueniret, Bart. & Doct. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, d. tit. de liber. & poſthum. argum. d. l. commodiſſimè. Et ſic prouiſio propter effectum facta in vno caſu, ad alium fauore teſtamenti extenditur, vt Salic. dicebat, ſi enim teſtator de hoc eodem caſu interrogatus fuiſſet idem dubio procul reſpondiſſet, & proinde pro diſpoſito haberi debet, l. Titius, §. Lucius, hoc tit. l. tale pactum, §. fin. vbi Gloſſ. ff. de pact.

Vt ego meum calculum addam, arbitror ab hac poſteriori opinione Baldi tanquam veriori ac fundatiori nullo modo recedendum fore; Primò per textum in l. negat lex Regia, ff. de mort. inferen. & in l. 1. §. ſi qua prægnans, ff. vnd. cogn. in quibus locis partus appellatur
95 qui † prægnanti mortuæ exciſus eſt. Secundò ex l. Arethuſa, cum l. ſeq. d. tit. de ſtat. homin. ex quibus iuribus facile colligitur, peperiſſe mulierem, quæ in puerperio deceſſit. Tertiò inſuper multum me mouent conſiderationes, quas alto ingenio tradit Bald. in d. l. fin. C. de ſuis & legitim. num. 7. verſic. Sed tamen hæc conditio, qui ponit quæſtionem punctualiter in feudo, licet illam in emphyteuti formauerit Alexand. in citato loco, vbi dicit Caſtrenſem idem conſuluiſſe, & Ardizonus qui fuit in hoc anteſignanus pariter de feudo loquitur. Quod ſi quis receperit feudum pro ſe, & ſuis filijs legitime naſcituris, certè in tali inueſtitura venient etiam nati exciſo vẽtre. Conſiderat enim quod licet quantum ad matrem ſtricto modo iſti non ſint nati, quia non ſunt viua matre nati, cum tamen pater ſuum opus compleuerit in conceptione, quantum ad patrem dicuntur nati, quamuis Iuriſconſ. huiuſmodi differentiam non conſtituerit in l. etiam ea, ff. de verb. ſign. Vnde quicquid ſit quo ad vocis ſignificationem, quo ad realitatis effectum omnes comprehendentur, quia non natus habetur pro nato: Subdens quod fauore teſtamenti ac etiam fauore contractus fauorabilis ſicut eſt feudum quod eſt beneficium, & per conſequens interpretatione adiuuandum, l. fin. C. de poſthum. hæredib. inſtit. l. Titius, §. fin. ff. de liber. & poſthum. ita eſt concludendum: ſicque conſuluiſſe in Ciuitate Lucana, licet quidam dente canino ſtuduerit eius conſilium lacerare, & idem tenere Iacobum de Ardizone in notabili ſumma. Et verè Baldus conſuluit d. conſil. 123. Verba teſtamenti, lib. 1. cum eoque vltra præcitatos Doctores ſenſit etiam Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. volun. lib. 11. tit. 6. num. 11. verſic. Hoc autem loco, fol. 296. Dicitque Iaſ. in dicta l. quod dicitur, ante num. 9. prædictam Baldi concluſionem à Salic. in d. l. fin. C. de poſthum. hæredib. inſtit. non habere contradictorem, & ideo durum eſſe ab ea in practica recedere, cũ ſit crebriori calculo recepta: Et licet ipſe Iaſ. ibi num. 10. dubitauerit, per text. in dicta l. anniculus, inquiens quod ſolutiones Baldi & Saliceti ad eundem text. manifeſtam violentiam & reſtrictionem faciunt, debent tamen firmæ tantorum virorum conſiderationes ac reſponſiones remanere. Ex dictis Baldi colligo etiam, nunquam inuidos caninos atque detractores deſuiſſe, quorum nunc non modica eſt copia.

In hac etiam quæſtione Salic. ita diſtinguebat, quod Aut ſumus certi de mente, & illa ſeruanda erit: aut dubitatur, & tunc Aut dixit ſi naſceretur, & quouis modo prædictorum dicitur natus, vt dicta l. poſthumus, ff. de inoffic. teſtam. & dicta l. quod dicitur. Aut dixit ſi pareret, & tunc Aut teſtatoris diſpoſitio tendit ad vtilitatem ventris de cuius partu quæritur, & quouis modo venter veniat ad lucem diſpoſitio locum habet, quia teſtator nõ curat de modo, ſed de effectu, dicta l. fin. C. de poſthum. hæredib. inſtit. Aut nihil diſpoſuit in vtilitatem ventris, & tunc quia illa conditio nullo caſu inerat, cenſetur voluntaria & immutabilis à ſua forma, & illo caſu habet locum dicta l. anniculus,

lus, §. fin. & dicit Salicetus, quod iſta verba ſunt corditenenda. Ex hoc vltimo caſu diſtinctionis, Iaſon credidit Salicetum ab opinione Baldi receſſiſſe, quod credendum non eſt, ſi caſum prædictum ſecundum diſtinctionẽ ex verbis & rationibus Baldi reſultantem ſubdiſtinxerimus: vt vera ſit opinio quam ſupra firmaui veluti magis communem, prout ipſam crebriorem eſſe teſtatur etiam Alciat. d. lib. 3. de verb. ſign. in 3. Axiomate, fol. 148. ſecundum impreſſionem Lugdumenſem apud Iacobum Iuntam, verſic. Sed tamen cum hæc conditio.

26 Cæterum vitæ aut mortis ſigna † extracti infantis vtero exciſo, Bartholom. Veronenſ. d. conſil. 50. In cauſa quæ vertitur, num. 1. vſque ad quartum late proſequitur, ad quem caſu eueniente recurrendum erit, ipſum indicaſſe ſufficiat.

27 Nec omittendum † exiſtimaui, id quod demonſtris dictum fuit declarari poſſe, quod licet monſtroſus partus quo ad ſe incapax ſit & inter liberos non computandus, attamen parẽtibus prodeſſet, ſi quid eis relictum fuiſſet in caſu quo mulier peperierit: nec enim eſt quod eis imputetur, qui qualiter poterãt ſtatutis obtemperauerunt, vt inquit tex. in d. l. quæreret aliquis, quem ſic Interpretes ibi intellexerunt, & Bart. in l. non ſunt liberi, de ſtat. homin. D. Sfort. Odd. d. partic. 6. in 2. par. quæſtionis, artic. 2. in 10. concluſ. verſic. Nec obſtat. fol. 192. ſed clarius D. Marc. Anton. Peregr. in d. tract. de fideicom. artic. 63. ante num. 25. verſic. Notandum tamen eſt. fol. 394. col. 4. & Maturin. Montan. in Iul. Paul. Genial. dier. Comment. fol. 78. verſic. Sed rurſus dubitatur, & fol. 82. verſic. Non procedit tamen id pronunciatum.

28 Cæterum † ſciẽdum eſt, exciſo vtero prægnantis mulieris præſumi in dubio prius mortuam matrem, illique filium ſuperuixiſſe, vt ex dicta Letiamea mulier, de verb. ſign. deducit notanter Socin. ſen. conſ. 197. Circa præmiſſam conſultationem in 1. col. ante fin. verſic. Quinimo dico forti. lib. 1. affirmans eſſe caſum in d. textu, quod ſibi quoque voluit Io. Franciſc. Purpur. d. conſ. 306. in antepen. col. iuxta fin. num. 23. verſic. Et quia quando mulier prægnans, lib. 1.

HYPOTHESIS.

Liberorum nomine Ventrem includi ad extinguendam ſi ſine liberis deceſſerit conditionem, & ſubſtitutum excludendum; Ac de Ventre complura annotari: Textum etiam in l. ſi quis prægnantem, ff. de reg. iur. intelligi, aliumque text. in l. fin. C. de poſthum. hæred. inſtit. declarari.

SVMMARIVM.

1 *Ventrem, ſi ſine liberis deceſſerit conditionem extinguere, ad ſubſtitutique excluſionem prodeſſe: idque extendi, nu. 8. declarari autem nu. 10.*
2 *Videtur verbum, improprietatem denotare, Sed ſecundum ſubiectam materiam proprietatem quoque ſignificare poſſe, nu. 4.*
3 *Videtur verbum in definitionibus appoſitum non reperiri.*
5 *Verba aliàs improprietatem denotantia, in ijs quæ iuris ſunt veritatem oſtendere.*
6 *Videtur verbũ, præſumptionem ſæpè ſignificare.*
7 *L. ſi quis prægnantem, ff. de reg. iur. intelligi.*
9 *Conceptum infantem varie apud Iuriſconſultos & Phyſicos cenſeri.*
11 *Ventrem non excludere ſubſtitutum ſub conditione ſi grauatus ſine liberis in ſua poteſtate conſtitutis deceſſerit.*
12 *Vterum, ſuum non dici, neque hominem antequam naſcatur.*
13 *Venter nunquid veniat ſub conditione, ſi ſine liberis ex ſe legitime natis deceſſerit, tuncque inter grauatum & tertium diſtingui.*
14 *Poſthumum relictum in ventre vxoris prægnantis non prodeſſe ad conditionis defectum, quamuis viuus naſcatur, niſi viuus horis viginti quatuor ſuperuixerit in Caſtella Regnis.*
15 *Mulieri ſe prægnantem eſſe dicendi credendum eſſe: aliis inquam coniecturis concurrentibus. num. 16.*
17 *Mulieris aſſertionem obſtetricum dicto coniunctam, prægnantiam probare: idque de dicto obſtetricum declarari, & alios modos prægnantiam probandi aſſerri.*
18 *Mulieris ad mortem damnatæ executionem donec partus edatur differri, etiam ſi prægnans ex fornicatione eſſet, Idque procedere & extendi ad membri mutilationem, ſiue abſciſſionem.*
19 *Mulierem prægnantem à comparendo etiam poſt dies quadraginta à tempore partus excuſari.*
20 *Mulierem licet prægnantem à comparendo non excuſari vbi per paucos dies prægnans eſſet, Vel ſi ruſtica foret.*
21 *Mulierem grauidam humari ventre nondum exciſo lege Regia prohiberi.*
22 *Ventri in diuiſione hæreditatis tres partes aſſignari.*
23 *Prægnantis mulieris aliqua ſigna indicari.*
24 *Ventre vxoris inſtituto ſi prægnans eſt, poſthumum tantummodo immediate naſciturum vocatum cenſeri.*
25 *Ventre vxoris indefinite inſtituto, non ſolum illum ventrem, ſed alium ex eadem vxore inſtitutum intelligi.*
26 *Ventrem ſiue poſthumum inſtituere paria eſſe: Sed nu. 28. id in dubium reuocari.*

Ventre

27 *Ventre vxoris instituto, testatorem instituisse non solum nascituros ex eadem vxore, sed etiam ex alia presumi, & nu.31.*

29 *Interpretationi ad fauorem testamẽti locum non esse vbi verba repugnant.*

30 *Ventris appellationem ad prægnantem referri, & quando.*

32 *Ventre vxoris instituto si prægnans esset, posthumum ex eadem & alia vxore institutum censeri, & num.41.*

33 *Verbum prateriti imperfecti non solum preteritum, sed futurum etiam comprehendere, idque explicari.*

34 *L.fi.C.de posth.hared.instit. declarari, & nu.43.*

35 *Testamentum morte perfectionem recipere.*

36 *Ventris dictionem generaliter sumptam varias significationes ex Andrea Alciato recipere.*

37 *Superfluum non dici quod causa tollendæ dubitationis expressum est.*

38 *Si, dictionem, conditionem importare.*

39 *Si dictionem, ad tempus presens relatam, non significare conditionem.*

40 *Conditionem propriam, vel impropriam exprimens, dubium siue anceps se ostendere.*

42 *Ventre vxoris instituto si prægnans esset, posthumum non solum ex eadem verum etiam ex alia vxore institutum censeri, etiam si testator graviter fuisset infirmus.*

44 *Ventre vxoris instituto si prægnans fuerit, de quolibet posthumo institutionem factam intelligi.*

45 *Ventre vxoris instituto quem peperisset, posthumum etiam alio tempore natum, ex aliaq. vxore institutum censeri.*

46 *Ventre instituto, non solum ventrem ex tunc prægnante, sed ex alia, filijs legitimis & naturalibus institutis intelligi, secus quando posthumus legitimus & naturalis non esset: idque quatuor casibus consideratis distingui ac declarari.*

CAP. XV.

NE ventrem prætereamus, an inquam & is ad excludendũ substitutum defectumq. conditionis si sine liberis decesserit, com prehendatur, expedit indagare, super qua difficultate ne in confuso versemur, duo casus sunt considerandi. Primus est, cum in simplici sumus conditione si sine liberis decesserit, & grauatus prægnantem vxorem reliquit, & hoc casu grauatum sine liberis decessisse † dicendum non est, Petr.de Anchar.consil. 354. Visis diligenter, col.2. versic. Et sic conditio, & cons.392.eiusdem initij, col.fin.versic. Non obstat quòd tertio, quem sequitur Felin. in cap. præterea, ante num.2. vers. Et mirabiliter consuluit, extr.de testibus. Paris.consil.53. Dominus Hieronymus, nu.2.lib.3. Socin.iun. cons.35. Visa ac diligenter considerata, col.1. nu.7.lib.2. Io.de Amic.cons.59. Ritha Ioannis de Tino, num.11. Dec.nu.1. & Hieronym. Cagnol.in princ. in d.l. si quis prægnantem, ff. de reg.iur. Emanuel Costa in rep. cap. si pater, in verb. Si absque liberis. sub nu.28.versic. Sextò principaliter quæritur, & nu.29. de test.in 6.

Probatur Primò hæc conclusio in d.l.si quis prægnantem, Celsus itaque lib.16. Digest. inquit, Si quis prægnantem vxorem reliquerit, non videtur sine liberis decessisse. Nec dicatur incongruè tex.hunc afferri, cum in eo verbum, videtur, appositum sit, conditio autem propriè venit implenda, l. qui hæredi, & l. Mæuius, hoc tit. Guid. Pap. consilio 27. Attendentes. Cum respõderi possit, quòd etsi verbum istud
2 videtur, † aliquando improprietatẽ significet, l.1.§.deiecisse, ff.de vi & vi arm. Bartolus in l.si vnus, §. pactus ne peteret, colum. penult. ante num.23. versic. Et nota quod dicit, ff.de pact. Ioan. de Imola in l. si patronus, num.2. versic. Sed potes dicere, ff.de donat. Raphael Fulgos. in l.cum quis, C.de iur. & fact.ignor. Angelus Aretin. in §.idem placet, nu.3. Instit.per quas person.nob. ius acq. Io.Coras. in l. pacta conuenta, in verb. Videntur, num.11. C.de contrahen.empt. Vnde verbum istud nũquam in de-
3 finitionibus appositum † conspicitur, vt dicit Riminaldus iun.in rubr. Instit.de donat.nu.11. quæ quidem definitiones cum substantiam significent, vt ex suimet definitione liquet, est enim Oratio (teste Platone) rei quidditatem breuissime ostendens, vel *ἰσὶ γὰρ ὅρος μὲν λόγος, ὁ τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνων.* per verbum, est, substantiuum concipiuntur substantiam rei significandò, proprietatem tamen referre ac deno-
4 tare posse, præcipuè secũdum subiectam † materiã, indubitati iuris esse.l.naturaliter, in prin. vbi not. ff.de acq.poss.l.seruum filij, §.si quis rem, ff.de leg.1.l.filiusfamilias, d.tit.de reg.iur. Franciscus Aretin.in l.si duo, col.1. in vlt.not. ff.de acq.hæredit.in l.sciendum, col.1.in 2.not. ff.de verbor.obligat. Felin.in cap.de cætero, in princ.extra de homicid. Socin.sen.in l.possideri, §.ex contrario, in princ. versic. Et tunc verbum, Videaris, ff.de acq.poss.in l.1.§.per seruum, in princ. & in l.generaliter, in fine, versic. Hoc autem videtur esse. eod.tit. Ias.in l. qui liberis, §.hæc verba, col.2.num.9.in vlt.not.ff.de vulg. & pupill. substit. vbi multos allegat, & Hieronym. Cagnol. in d.l. filiusfamilias, nu.3. uers. Et quòd uerbum uidetur, præsertim cum à lege profertur, in ijs enim quæ iuris existant
5 verba improprietatem seu fictionem † denotantia ueritatem important, Bart. in l. si is qui pro emptore, in 2.q.princip.in fi.nu.36.uersic. Etsi opponis mihi, ff.de usucap.in l.si maritus, la 2.§.legis Iuliæ, post nu.1.uers. Aduerte in his,

ff de

ff.de adulter. Bal.in l.nuper,nu.2. verſ. Tamen contrariũ videtur,C.de natur.lib. Alex.conſ.2. Viſis codicillis,col.4.nu.10.verſ. Sed lex inanimata,lib.1.Hinceſt,ꝙ idem verbũ,videtur,præ
6 ſumptionẽ etiã † ſępè ſignificat,vt poſt Aretin. in d.l.ſciendũ,tradit ibidem Iaſ.nu.7. verſ. Tamen in hoc textu. Sed eſto in d.l.ſi quis prægnãtẽ verbũ iſtud videtur, ſecundũ ſui proprietatẽ ſtare,& ſic fictionẽ inducere, eo referendũ eſt, quod quamuis conditio deficiat, & expiret, cũ venter admittatur, non tamen dicitur penitus
7 adimpleta, ac perfecta † conditio donec filius naſcatur,hocque fortaſſe Celſum Iuriſc.ſenſiſſe autumandũ eſt, quãuis enim pro nato habeatur,natiuitas adhuc neceſſario requiritur,ſecũdũ Alber.de Roſ.in l.qui in vtero,in prin. verſ. Et intellige legem iſtam,ff.de ſtat.homin. Cur. iun.conſ.14. Vt veritas huius cauſæ,nu.4. verſ. Et ideo dicimus. Probatur etiam in l.cum quidam,§.quod dicitur,il 1.ff.de acq.hær.& in d.l. qui in vtero,in l.3.in prin.ff.de iniuſt.rupt.teſt. & congruit tex.in l.ſi quis operas,ff. de oper.libert.clarior eſt text.in l.iubemus,§. ſin autem, C.ad Trebell.& in l.fin.ff.de ventr. inſpic.

8 Extenditur dicta concluſio, vt procedat † ẽt intra quadraginta dies à tempore cõceptionis, d.l.cum quidam,§.ſuum hæredem,ff.de acq.hęred.& tradit Iaſ.in rep. d.l. ſi is qui pro emptore,nu.188.verſ.Secũdò & fortius,ff. de vſucap. Dicitur autem infans conceptus poſt infuſum
9 in † vtero ſemen,ab eo nanque tẽpore poſt decem dies capitis dolores,oculorumque vertigines oriuntur, indicium (vt Plinius inquit) inchoati hominis,motus verò quadrageſimo die fit, licet (vt Andr. Alciat. teſtatur) recentiores aliqui infantem conceptũ quadrageſimo ſolũ die arbitrentur,tũcque illi animam infundi. Ex Phyſicis autem quadrageſimo quinto in maribus id fieri,longiore in fœminis conſtat, Quicquid Aul.Gel.lib.noct.attic.3.cap.10. poſt quadrageſimum nonum in vtero hominem abſolui cenſeat. Quicquid etiam Empedocles, Dioge nes,& Herophylus dixerint, quorũ dicta ad Iuriſconſ.nequaquam circa hoc pertinent, cũ (vt dicebam) à ſeminis infuſione Iuriſconſ. conceptionem deſumãt. Porrò Philoſophi hac in rediſcrepant, vt Plutarchus de Placitis Philoſophorum,lib.5.ſcribit, Nec Iacob. Menoch. Iuriſconſ.eximium,atque celeberrimum in tract. de arbitr.iudic.lib.2.cent.4.caſ.254.nu.3. indicare prætermerim, exactè de multiplici fetus anima differẽtem, ac fetum ipſum rationali anima à die conceptionis in fœmina nonageſimo, in maribus verò quadrageſimo animatum cenſeri dicentem, poſt Plinium de Natural. Hiſtor. lib.7.cap.6.ſed de his longius alibi. Declaratur
10 eadem † concluſio, vt procedat, ſi teſtator ſciuerit ventrem eſſe prægnãtem aliàs ſecus, ſecũ dum Io.de Amic.conſ.59.prælleg.nu.11.ver. Intelligo tamen de poſthumo, hoc nouiter deducentem,& declarantem,vt per eum.

Secundus caſus eſt,ſi teſtator dixerit,Si ſinę
11 liberis in ſua poteſtate † conſtitutis deceſſerit, & hoc caſu concludendum eſt,ſubſtitutioni locum eſſe, quamuis vxorem prægnantem grauatus reliquerit,Alber.de Roſat.in l. Neratius,in prin.verſ. Et eſt argumentum,ff. de manumiſſ. teſtam. Quia necdum vterus ſuus eſt,l.1.§. toties,ff.de vent.in poſſ.mit.§.cum autem, Inſtit.
12 de tutel. Nec homo † adhuc dicitur,l.pen. C.de poſth.hęre. inſtit.cum expectetur donec in humũ ceciderit,à qua homo dicitur, vt Varro ſcribit,ſiue à concordia, ἀπὸ τῆ ὁμόνοίας, Andr.Alc. in l.hominis appellatione,nu.3.ff.de verb.ſign. & hunc ſecundũ caſum vltra Alberic. comprobat etiã And.Tiraq.in tract. de vtroque retrac. in 1.part.de retract.lign.§.1. glo.9. nu.76.verſ. Ideoque ſi teſtator. Et quamuis primo aſpectu dicendum videretur conditionem ipſam extitiſſe,arg.l.fin.ff.de collat.bon.l. vltim.§.1. ff. de aſſign. liber. Contrarium tamen indubitanter decidit Alberic.in d.l.Neratius,illius tex.argumento, ac etiam text. in l.quod dicimus,ff. de verb.ſign.& dictæ l.qui in vtero,& eſt vera opinio,quam vltra præcitatos, tenet etiam Aſcan. Clementin.in tract.de patr.poteſt. in 14. effect. nu.11.verſ.Et ideo ſi teſtator, fol.146.

Tertius eſt caſus,ſi eſſet dictum à teſtatore,
13 Si deceſſerit abſque liberis † ex ſe legitimè natis,& iſto caſu, aut conditio fuit appoſita hæredi grauato,& ex voluntate interpretandum eſt, quòd ſi grauatus deceſſerit relicta uxore prægnante,& poſtea poſthumus, vel poſthuma legitimo tempore natus natave ſit, conditio defecſſe uideatur: proinde in ſpecie d. l. iubemus, §.ſin autem,C.ad Trebel.& in l.fin.ff.de uentr. inſpic.idem fuiſſet reſpondendũ,quamuis conditio ita adſcripta fuiſſet, Si deceſſerit ſine liberis ex ſe legitime natis. Aut hæc cõditio fuit appoſita in perſona cuiuſdam tertij, ueluti in ſpecie quam Bald.refert in d.l.qui in utero,uerſic. Quæro quidam Florentinus,ff. de ſtat. homin. uidelicet ſit teſtator dixerit, Si Rex Parthorũ deceſſerit ſine filijs legitimè natis,inſtituo hæredem Sanctam Iuſtinam de Padua,& tunc probabile eſt dicere,quatenus Rex Parthorum deceſſiſſet relicta uxore prægnante, conditionem inſtitutionis extitiſſe, non enim uterus pro nato haberetur,quia de uteri commodo non ageretur, ſibi enim nihil relictum eſt, cum uerba ſint negatiua, ut l. ex facto, ff. de hæred. inſtit. & not.in l. Lucius, eodem tit. & ideo (inquit Baldus) cum non agatur de commodo partus, uerborum ueritas inſpici debet, ſed non eſt natus, ergo non admittitur Monaſterium Sanctę Iuſtinæ. Baldique opinionem ſequuti ſunt,

Raph.Fulg. in ead.l. qui in vtero,Fran.Aretin. in l.qui filiab.col.pen.ff.de leg.1.& Andr. Alc. in d.l.quod dicimus,ff. de verb. ſign.

Hancq. diſtinctionē tertij caſus comprobauit Eman.Coſt. in d.c.ſi pater,in 1.par.in verb. Si abſque liberis,nu.31.verſ.Aut vero conditio talis fuit,de teſt.in 6. Subdēs in verſ. Quinimo. in Caſtellæ Regnis,ad hoc, vt cōditio deficeret
14 poſthumo relicto in utero †vxoris pręgnantis, non ſatis eſſe,q̄ is poſthumus naſceretur,ſi poſtea non duraret viuus horis vigintiquattuor, his.n.duob.aut ex his altero deficientibus,l.13. Tauri determinat,q̄ is poſthumus abortiuus cē ſcatur, ergo p̄ illū non pōt videri conditio defeciſſe,arg.l.vxoris abortu,cū l.ſeq. C.de poſthu. hær.inſtit.itē quia d.l. Tauri,conſequēter determinat huiuſmodi poſtumū,ita natū,& mortuū incapacē eſſe ad ſuccedendū, ergo intelligi non poteſt,quod talis filius faciat conditionem defi cere,iuxt.gloſſ.ordinariam, in l. filiusfamilias, §.cum quis,ff.de leg.1.

Sed quæro nunquid mulieri ſe prægnantem
15 eſſe dicēti ſit credendumè & q̄ ſic dicendū†eſt, vt tradit gloſ.in l.illud,ff.ſi pars hęred. pet. vbi idem ſcribit Ang.nu.2.verſ. Nota in dubio, dicens rationē eſſe cū de ſuo facto deponat, Paul. de Caſtr.in l.cum quidam,§.quod dicitur,ante nu.3.verſ.Et reſpondetur,ff.de acq.hær.Atſic. deciſ.236.Pet.de S,Iuliano,nu.4. Dec.in d.l.ſi quis prægnantē,n.2.ver.Et in dubio,vbi Hier. Cagn.nu.11. Quod quidē intelligendū videtur,
16 alijs coniecturis † concurrentib.aliàs illi nō crederetur,vt Dec.& Cagnol.autumant, per text. in l.1.§.1.ibi, Nec dicere prægnantem ſufficit,ff. de ventr.in poſſ.mitt.& eſt alius text.in l.1.§.de inſpiciendo,ff.de ventr.inſpic.vbi mortuo marito ſi mulier ſe prægnātem dixerit, ijs ad quos ea res pertinebit procuratoribus ve eorū bis in menſe denunciandū curet, vt mittant ſi velint quæ ventrem inſpiciat,ſola ergo mulieris aſſertio, & denunciatio non ſufficit ad iuſtificationē allegatæ imprægnationis.Aſſertio itaque mulie
17 ris cum obſtetricum atteſtatione † prægnantiā probaret,imo ſola obſtetricum fides ſufficeret, Ang.in d.l.illud,nu.2. Lud.Rom.& Caſtren. in d.§.quod dicitur,ante nu.3. vbi ſcribunt,famā quoque viciniæ, vel cōem cognoſcentium opinionem probare pręgnantiam,quod etiam ſibi voluit Franc.Aretin.ibi,col.5.verſ. Et etiā ſi fama cōis. Hac tamen in re Aegid. Boſſ.in titu.de partu ſupp.nu.10.fol.211.circa atteſtationē obſtetricum,ſolennitatem traditā in d.l. 1.in prin. de vent.inſpic.requirit,& licet certe eadem lex procedere videatur quo ad effectum,vt habeat locum edictum de ventre in poſſeſſionē mittendo,vt per glo.& Doct.in l.edictū,eod.tit. Tamē aduertendū exiſtimat, ex dicta ſolennitate aliquid requiri ex parte mulieris, ſcilicet quod debeat bis denunciare ad finem inſpiciendi,tertio autem ad finem cuſtodiēdi,quarto denique ad finē videndi eā parere. Aliam ſolennitatem eſſe factis denūciationibus, vt certò ſciatur an eſſet prægnans verè, quam lex tradidit vt cognoſcatur veritas in re, in qua de facili fraus fieri poteſt. Prima igitur tendit ad illum finem ſolum edicti. Secunda verò in genere quomodo ſit credendum, quòd prægnans eſſet: Subdens, quòd etſi teſtibus prægnantia probari poterit, negari nō poſſe teſtibus peritis in arte, integris ſine ſuſpicione,& conteſtibus opus eſſe, vt per eum. Et quamuis aliqui crediderint prægnantiam probari non poſſe, id tamen inſulſum videtur,nam ita opinando plurimarum legum ſuperfluitas, & ineptitudo emergeret: fruſtra ſiquidem Primo latæ fuiſſent,l.prægnantis, ff.de pœnis,l.Imperator,ff.de ſtat.homin.quib.ſancitum eſt,mulieris ad mortem damnatę execu-
18 tionem, † donec partus edatur differri. Quod procedit in prægnante etiam ex fornicatione, Bar. in l.non exigimus,§.ſi non, ff. ſi quis caut. idem ſi in carcerib.imprægnata fuerit, vt vtrunque tradit Matth.de Affict.in Conſti. Peſſimā, in 9.not.nu.14. Et quòd de mortis executione affirmant,in membri etiam mutilatione,vel abſciſſione ſibi locum vendicat cum executio differatur,Iac.Menoch.lib.1.de arbit.iud.quæſt.in 86.q.nu.10.& infr.ex Diodoro Siculo lib.2.rerum antiquarum,legis originem referens: Niſi fuerit prægnans decem,vel viginti dierum ſecūdum aliquos: Sed cōtrarium, ac rectius ſcripſit Bald.in d.l.Imperator,nu.5. Secundo,perperā promulgata reperiretur d.l.non exigimus, §. Ii non,vbi Vlpianus,mulierem prægnantem à cō parendo,etiam poſt partum decumbentem excuſari decidit,gloſſ.enim & Bart.num.2. in d.l. prægnantis, mulieris debilitatem poſt partū cō fiderant per dies quadraginta,quod tempus di
19 ctam excuſationem † tribuit. Quemadmodum non minus in propoſito attēdi fortaſſe poterit, quod Paulus Iuriſc.affert,in l.antiqui, d.titu.ſi pars hær.pet.ibi,Quintum poſt quadrageſimū diem,ad dictumque,§. ſi non,congruunt tradita per Felin.in c.cum oporteat,col.5.circ.med. verſ.Et per illum tex.ext.de accuſ. & per Guid. Pap.q.256.Mulier aliqua,n.1.& infr.& q.445. An valeat citatio, nu.4. Quod de comparendo in prægnante limitandum Primò eſt, ſi per pau
20 cos dies prægnans † eſſet,per text.in l.quæſitū, ff.de re iudic.in l.item apud Labeonem,§.quęſtionem,ff.de iniur.Iaſ.in d.l.non exigimus, §. ſi quis in iudicio,col.2.num.6.verſ.Limita niſi eſſet. Secundò,niſi mulier prægnans ruſtica foret,quæ non obſtante pręgnantia ferret ſitulam in capite,& alia onera,ita arg.l.ſi longius,ff.de iudic.tradit Iaſon.in præcitato loco, vt per eū. Denique ludibrio promulgata videretur, l.ve-

tat,

tat,ff.de mort.inferen.vbi mulierem grauidam
21 humari † ventre adhuc non exciſo lege Regia prohibetur: ac etiam d.l.antiqui, ff. ſi pars hæredit.petat. Cum enim, vt tergemini naſcantur poſſit contingere, quarta parte filio ſuperſtiti
22 attributa, tres ventri hæreditatis † partes donec infans in lucem prodeat(vt ibi) relinquuntur,vt alia iura quæ ſub tit.ff. de ventr. in poſſ. mitt. & in alio titu. ſi vent. nom.mul.ac ẽt de ventr. inſpic. clauduntur,& his ſimilia p̃tereã.

Et ut aliqua de ſignis impr̨egnationis afferã, ſex ſigna ex Phyſicis refert Hieron. Cagnol. in d.l.ſi quis prægnantẽ,n.5.vſq. ad 11. de reg.iur.
23 Primum quidem,† cum venter alias planus adoleſcentulæ nuptui traditę creſcere,tumefieriq. paulatim incipit, talis enim tumefactio infirmitate ceſſante,ſecundum Phyſicos pr̨egnãtiam arguit, ſubdens quòd niſi talis excreſcẽtia ventris pr̨egnantiam argueret, fruſtra occuparet membranas dictus tit.ff.de ventr.inſpic.

Secundũ eſt,mamillarũ tumefactio,ac in eis lac exiſtens,accedente maximè dicta ventris tumefactione,Bal.in rubr.col.2.n.6.verſ.Exẽplũ de primo,C.de prob.& Serapio ẽt author eſt.

Tertium ſignũ affertur, quando ſcilicet menſtrua retinentur,venæ enim vnde ea effluunt, pacetabula ſanguinem alendo per vmbelicum fetui deferunt, & partim ſurſum ad vbera ea materia hauritur, vbi in lac mutatur, ſic enim & Hippocrates admonet,dicens: Quando retinẽtur menſtrua,nec febres, aut paroxyſmi conſequuntur,& ſimul faſtidium cibi obrepit, omni no tenendum eſt mulierem eſſe grauidam.

Quartum eſt ſignum,nam in facie rubeæ ſub oriuntur puſtulæ,vt Serapio inquit.

Quintum, quia vt plurimum res extraneas, & aliquãdo quas nõ licet appetunt comedere, vt Cagnolus in citato loco,num.9.indicat.

Sextum prægnationis certum ſignũ eſſe exiſtimat, quando mulier partum in vtero ſentit moueri,ſicut contigit Heliſabet, Luc.cap.1.ibi, Exultauit præ gaudio infans in vtero meo, quę quidem motio partui iã animato naturaliter tã tum contingit,vt latè explicat Cagnol. in d.l.ſi pr̨egnantem,nu.10.verſic. Certum uerò.

Septimum ſignum,portendunt capitis dolores,vertigo oculorumque caligatio ſi ſimul cõcurrant. Cęterum multa alia ſigna conceptus aſſeri poſſunt,pupillę nanque oculorum minuuntur,oculi tumẽt,& in fuſcum colorẽ tranſeunt, venulæ oculorum rubeſcunt, & tumeſcunt ſanguine, oculi multum concidunt, palpebræ remiſſę fiunt,varij colores conſpiciũtur in oculis, & in ſpeculo obſcurantur, venulę intra naſum, & oculos ſitę tument ſanguine,& cernuntur clarius,venę ſub lingua viridis fit,ceruix eſt calida ſpina dorſi trigida,venę,& arterię turgidę ſunt, pulſus obſeruantur facilius,venę in pectorę ſitę primò nigreſcunt,poſtea flaueſcunt,aut coloris cęrulei fiunt, & ne oĩa ex ſingulis corporis partibus ſigna hic referam, ea conſpicere expedit apud Iacob.Rubſtum in tract. de cõceptu & generatione hominis,libr.5.c.5.tit.de ſignis conceptus,vbi alia plura ad hoc propoſitum conſiderat,& ex profeſſo proſequitur.

Poſtquam aũt de ventre aliquid huc vſq.diximus,Quæro inſtituto vẽtre,quis poſthumus inſtitutus cenſeatur, & in hæc plures etiã caſus ſunt conſiderandi,Primus eſt,cum teſtator ha-
24 bens vxorẽ † ſic dixit,inſtituo vẽtrẽ vxoris meæ ſi pr̨egnans eſt,& hoc caſu omiſſa diſputatione concludendum eſt, tantummodo poſthumum immediatè naſciturũ cenſeri vocatum,ex eo vẽtre ſcilicet tunc prægnante,vt concludunt gloſ. & Bar.nu.1.in l.placet,vbi Iaſ.nu.21.& Soc.col. pen.verſ. Placet tamen,ff.de liber. & poſthum. Bal.conſ.128.Ad intelligentiã,lib.1. Aug. Bero. conſ.18.Ex prænarrato themate,nu.2.verſ.Secus ſi teſtator,lib.2. Iacob.Mandell.Albenſ.cõſil.85.Facile eſt,nu.2.verſ. Et videtur eſſe,poſt Angelum quem ibi citat, Io.Petr.Surd.conſil. 55.Acominus Gattus,nu.16.verſ.Et quicquid ſit,lib.1.Franciſc.Mantic. in tract.de coniect.vltim.volunt.lib.4.tit.8.ante num.3.

Probatur hic caſus in l.commodiſſimè,d.tit. de liber.& poſthu.& in l. filius à patre,§.ſi quis ex certa,eod.tit. Si quis ex certa (inquit)vxore natum ſcribit hæredem,in periculum rumpendi teſtamẽtum deducit,ex alia ſuſceptis liberis.
25 Secundus eſt caſus,quando teſtator † habẽs vxorẽ ſimpliciter dixit, Inſtituo ventrẽ vxoris, an præſumatur vocatus non ſolũ primus,ſed ẽt alius ex eademmet vxore naſciturus? & præſumi alium ex eadem vxore vocatum, ſcripſere Io.Andr.in addit.ad Specul.in rubr.de teſtam. in verſ.Occurrit alia quęſtio,quem ita intellexerunt Pau.de Caſt.& Barth.Socin.in d.l.placet, ille nu.2.iſte nu.4.verſ. Aut & ſecundo quærimus,vbi etiam Iaſ.nu.6.& 8. idẽ cenſent Oldr. conſ.212.Quidam in teſtamento ſuo ſic dixit, verſ.Et uidetur quod non,Bald.conſ.122.Verba teſtamenti,& d.conſ.128.lib.1.Ang. conſil. 51.Simon Notarius,Bero.conſ.17.teſtamentũ Vincentij,nu.21.d.lib.2.Iac.Menoch. in tract. de pręſumpt.in 2.part.lib.4.pręſumpt. 21.n.12. uerſ.Quartus caſus,ubi alios allegat.

Eſt indefinita hoc etiam ſecundo caſu uocatio non aũt limitata,aut reſtricta, ut adhuc militet in propoſito diſpoſitio d.l. filius à patre,§. ſi quis ex certa, cũque huncmet caſum affabrè probet Oldr.in præcit.conſ.per totũ,nõ eſt vlterius inſiſtendũ,ſolũ ſubijciendum,q̃ paria ſunt
26 inſtituere ventrẽ,& inſtituere † poſthumũ,ſiue tũc eſſet in vtero,ſiue nõ,l.3.§.1.ff. de inius.rup. teſt.ſed inſtitutio poſthumi omnes poſthumos cõprehẽdit,d.l.placet,ergo idẽ ĩſtitutio vẽtris.

Tertius caſus eſt,quãdo teſtator habens vxorem ſimpliciter ſic dixit, inſtituo ventrem vxoris, & ambigitur an præſumatur inſtituiſſe non ſolum naſcituros ex eadem vxore verum etiam ex alia,& in hoc caſu duæ ſunt principales Scribentium opiniones,quarum Prima eſt,vt poſthumus ex quacunque alia vxore naſciturus prę
27 ſumatur † inſtitutus,vt tenent Ang.d.conſ.51. col.1.verſ.Hoc probatur,Alexan.in d.l.placet, nu.5.vbi Soc.ſen.col.pen.verſ.Vnde puto ſuſtineri poſſe.Mouẽtur Primò,quia nulla adeſt differentia(vt dicebam)inter hæc duo, poſthumũ inſtituo,& vẽtrem inſtituo,d.l.3.§.nominatim, Socin.vbi ſupra,col.pen.verſic. Pro eadem parte,& paſſim circumfertur; ſed quando teſtator ſimpliciter poſthumum inſtituit,dicitur vocaſſe etiam ex alia vxore naſciturum,d.l.placet,cũ l.ſeq. ergo debet etiam eos comprehendere inſtitutio ventris.

Huic rationi reſponderi poteſt, quòd vẽtris
28 inſtitutio non æquiparatur ſimplici† poſthumi inſtitutioni,hoc enim Doct.non probant, text. enim in d.§.penult.dicit, quod nominatim exhæredatus poſthumus eſt,ſi ita dicatur,quicunque mihi naſcetur, ſiue ita, qui mihi ex Scia naſcetur,ſiue ita venter exhęres eſto,& ſic ſolum, loquitur reſpectu nominatim faciendæ exhæredationis, imo cum exhæredatio ventris ſtatim ſequatur illam exhæredationem. Qui ex Seia naſcetur exhæres eſto, videtur tex. velle potius hanc ventris exhæredationem æquiparare illi determinatæ poſthumi exhæredationi, quàm ei quæ ſimpliciter facta eſſet.

Secundò dicebat Socin. quod vbi militat eadem ratio,ibi militare debet idem ius, l. illud, ad l.Aquil.ſed ratio paternę affectionis erga filios,ita eſt erga filios ſecundæ quemadmodum primæ vxoris,cum quo ad eos ſint omnes ęquè filij,Bart.in l.Lucius,num.21.ff.de vulg.& pupill.ratio etiam ne teſtamentum nullum reddatur in vtriſque militare videtur, cum ſi poſthumus ex ſecunda vxore præteritus inueniretur, teſtamentum corrueret,iux.d.l.filius,§. ſi quis ex certa,de lib. & poſth.ergo dicẽdum eſt teſtatorem inſtituendo ventrem vocaſſe etiam poſthumum ex ſecunda vxore.Cæterũ hęc quoque inductio debilis eſt,nam etſi ex dictis rationib. potuerit teſtator de poſthumo etiam ex ſecunda vxore ſentire,tamen cum verba aliud ſonẽt, non eſt ab ipſis verbis recedendum ipſorumq. proprietate,l.non aliter,ff.de leg.3.ſique aliter diceremus,nunquam teſtamenta irritarẽtur,cũ credendum ſit teſtatores voluiſſe ipſorum arbitria firma manere, & nihilominus ex defectu verborum irritantur. Et quamuis à verbis ſępè recedamus, id admittẽdum non eſt,quàm cum manifeſtum ſit, aliud ſenſiſſe teſtatorem, vt in d.l. non aliter, Marcellus admonuit. Plurimũ itaque refert vno,vel alio modo teſtator ſententiam ſuæ uoluntatis de eo cõceperit,quod poſt mortem ſuam fieri uoluerit.

Repugnantibus itaque uerbis non eſt tractã
29 dum de interpretatione † quę teſtamento faueat, quod eſt uerum etiam ſi uerba nimis impropriarentur,ut ſcripſit Corn.conſil.244. Videtur prima facie dicendum, colum.3. num.8. in fin.in his terminis loquẽs,uerſ. Probat ergo ille textus,lib.2.Iaſ. in l.quoties in ſtipulationibus,nu.5.ff.deuerb.oblig.

Altera ſuperiori contraria eſt opinio, quod imo uentre ſimpliciter inſtituto,non cenſeatur uenter, ex alia uxore uocatus, quam ſequitur Paul.de Caſtr.in d.l.placet,num.2.uerſ.Sed in caſu iſto,ubi etiam Raph.Cuman.

Mouentur ad id dicendum. Primò, nam in iure uentris appellatione uenter prægnans con
30 tinetur,l.1.§.de inſpiciendo,ff.de uentr.inſpic. & per totum illum tit. quamobrem is tantum, hac inſtitutione hęres inſtitutus cenſebitur,qui ex eo uentre pręgnante natus fuerit non alius. Sed huic rationi poteſt reſponderi, quòd ex eo in tit.de uentr.inſpic.uel in tit.de uentr.in poſſ. mitt.uenter, qui tunc eſt pręgnans uentris appellatione comprehenditur, quia ſi de iterum facto pręgnante uentre intelligeremus, non eſſet factus pręgnans ab eo de cuius ſucceſſione agitur, cum is mortuus ſit, ſed ſecus eſt in caſu noſtro,quia licèt intelligamus non ſolum de eo uentre,qui tunc eſt pręgnans,ſed etiam de alio, ſemper tamen eſt uenter uxoris ſuę,& pręgnantis,quia non niſi à pręgnante poſthumus produci poteſt. Vel ex Iacobo Menochio dicendũ eſt, teſtatorem uocaſſe uentrem pręgnantẽ tempore mortis ſuę,ne eo pręterito teſtamentum irritum eſſet, atque ita non ſe reſtrinxit teſtator ad uentrem prægnantẽ tempore quo teſtamentum conficiebat. Sed hęc reſponſio tuta non uidetur, cũ doctiſſimus iſte Iuriſconſ. pro reſponſione aſſumat id de quo diſputatur, quodque in controuerſia eſt.

Secundò inducitur tex.in d.l.filius,§. qui ex certa, ubi teſtator ſi poſthumum ex certa uxore inſtituerit, non præſumitur ex alia naſciturum uocaſſe, ſed in hoc caſu teſtator inſtituit uentrem uxoris, quam prę oculis habuit, ergo uidetur poſthumum ex certa uxore inſtituiſſe, & conſequenter non cenſetur ex alia naſciturũ uocaſſe.

Verum reſponderi poteſt, negando in propoſito uentrem ex certa uxore inſtitutum fuiſſe, licet enim unam teſtator prę oculis habuerit, non tamen ad eam ſe reſtrinxit, ſed ſignificauit, quod tempore mortuis ſui ipſius teſtatoris, uentrem tunc pręgnantem inſtituebat, & utique ſi de illa tantum uxore uoluiſset intelligere id dixiſſet, l. unica, §. ſin autem

ad

ad deficientis, C. de caduc. tollend. & proinde præſumendum eſt, teſtatorem voluiſſe viam eligere, per quam eius teſtamentum non corrueret, & irritaretur, ſed firmum maneret, & ſic pro validitate actus, fauore teſtamenti, & vt æqualitas inter omnes poſthumos ſeruetur, arg. l. cum pater, §. dulciſſimis, de legat. 2. l. fin. C. de bon. quæ liber. cum ſimil. Vnde eſt dicendum, quod quemadmodum quando poſthumum inſtituit, illa inſtitutio non ſolum eum comprehẽdit, qui tunc temporis in vtero eſt, ſed alios, etiã ex alia vxore natos, dict. l. placet, ita etiam quando ventrem hæredem fecit.

Ex prædictis conſtat diſputando vtranque
31 opinionem defendi poſſe, ego tamen † à priori opinione Angeli, Alexandri, & Socini ſenioris conſulendo, & iudicando non recederem, quam etiam tenet Tob. Nonius Peruſinus in §. poſthumi, ante num. 11. Inſtit. de exhæred. liber. Moueor Primò arg. l. fin. C. de poſthu. hæredib. inſtit. Non enim debet is pœnam præteritionis ſentire qui filios ſuos nõ præterijt, vt ibi, ſed is qui ventrem vxoris ſuæ inſtituit, omnes eos inſtituiſſe videtur qui ex ſe, & vxoris ſuæ ventre orti eſſent, arg. not. in l. Gallus, §. videndum, ff. de liber. & poſthum. ſemper nanque in teſtamẽtis ea fit interpretatio, vt de neceſſarijs caſibus teſtator ſenſerit, vt ibidem habetur, ergo omnes ij inſtituti cenſentur, ſiue ex ea naſcãtur vxore, quam teſtamenti conditi tempore retinuit, ſiue ex ea quam poſtea duxit.

Secundò arg. tex. iunct. gloſ. in l. tale pactũ, §. fi. ff. de pact. ſi enim teſtator interrogatus fuiſſet, numquid inſtituendo ſimpliciter ventrẽ voluiſſet de ventre ex vna, & altera vxore intelligere, vtique veriſimiliter affirmatiue reſpondiſſet, vt eius teſtamentum ſuſtineretur, & æqualitas ſeruaretur, ergo debet pro diſpoſito haberi præſertim cum ex huiuſmodi interpretatione nemo lædatur.

Tertiò, arg. tex. in l. Titius teſtamento hæredem, §. Lucius Titius, d. tit. de liber. & poſthu. vbi fauore teſtamenti natus habetur pro nõ nato, ergo multo fortius inſtitutio poſthumi indefinita ad omnes poſthumos protendi debet, vt teſtamentum valeat, & ex præteritione non irritetur.

Quartus eſt caſus, quando teſtator habens vxorem, notarius in perſona ipſius teſtatoris
32 ſic dixit, inſtituit ventrem † ſi prægnans eſſet, & dubitatur an inſtituiſſe præſumatur non ſolum poſthumum ex eo ventre, & ex ea vxore, ſed etiam ex alia, & in hoc caſu duæ ſunt opiniones, quarum prima eſt, vt non ſolum poſthumus ex eadem vxore, verum etiam ex alia comprehendatur, ita dicunt, Bald. conſil. 128. Ad intelligentiam quorum dubiorum, libro primo, repetitur conſil. 113. Opponitur quod quidam M. Simon, col. 2. verſ. Reſtat dubium, lib. 5. Paul. de Caſtr. conſ. 409. Caſus iſte frequenter contingit, colum. fin. in 2. dub. num. 3. verſ. Verba ergo illa, lib. 2. in nouis, Alex. in d. l. placet, ante num. 4. verſ. Hęc tamen ſua limitatio, ibidemq. Iaſ. num. 14. Auguſt. Bero. conſ. 17. Teſtamentũ Vincentij, num. 23. verſ. Non obſtat dictum cõſil. Ang. lib. 2. Io. Petr. Surd. conſil. 55. Acominus, col. 5. nu. 16. verſic. Et quamuis, Alexander Io. Franc. Purpur. conſ. 518. num. 3. in fin. & nu. 4. Andr. Alciat. in tract. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 35. num. 7. verſ. Tertiò adde, Andr. Barbat. conſil. 6. col. 3. lib. 3. Nicol. Boer. deciſ. 148. Et uidetur, in fin. nu. 6. verſ. Licet hæc opinio, in 1. part. Iacob. Menoch. conſ. 40. Dubia, & an ceps eſt conſultatio, num. 37. verſ. Quia reſpondeo, lib. 1. dicens veriorem eſſe opinionem contra Angelum, & in tract. de præſumpt. in 2. par. lib. 4. præſumpt. 21. num. 21. verſ. Sextus eſt caſus, fol. 24. Iacob. Mandell. Albenſ. conſil. 85. Facile eſſet, num. 5. verſ. Neque huic fundamẽto, Franc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 8. num. 6. verſ. Hęc tamen opinio, fol. 70.

Mouentur Primò, quia illud verbum eſſet,
33 dicitur præteriti imperfecti, cuius natura eſt, vt comprehendat non ſolum præteritum, ſed etiã futurum, Bart. in l. prima, num. vndecimo, ff. de iur. codicill. uerſ. Septimò quæro. Sed quando teſtator uerbis futuri temporis poſthumum uocauit, non ſolum in utero, tunc exiſtens, ſed etiã deinde ex alia uxore conceptus continetur, d. l. placet, ergo & in propoſito. Niſi dixerimus, præteritum imperfectum comprehendere improprie tamen futurum, quando in præſenti uerificari non poteſt, ſecus autem ſi poſſet, l. ſi debitor, §. ueriſimile, ff. de contrahen. empt. l. cum certus, ff. de uin. trit. & ol. leg. & declarat Corn. conſil. 304. Rem arduam, num. quartodecimo, prope finem, uerſ. Quod & perſuadetur, lib. 3. Felin. in cap. ad hæc, colum. 1. uerſic. Secundus caſus, extr. de reſcript. & utrobique dicunt idẽ eſſe in præterito pluſquam perfecto ſubiunctiui, l. qui Romæ, §. Augerius, ff. de uerbor. oblig. & præcitatos ſequitur Iacob. Menoch. conſil. 97. Habet hæc conſultatio, nume. 120. uerſic. Item pariter dicimus, lib. primo. Si ergo uxor teſtatoris eo tempore conditi teſtamenti prægnans erat, uerba illa, Si prægnans eſſet, ſatis in eo poſthumo uerificari poſſunt, non propterea ad futurum ſe extendunt.

Secundò facit text. in d. l. fin. C. de poſthum. hæredib. inſtit. ubi ſi teſtator naſcituros poſt mortem ſuam inſtituit, ſi tamen eo uiuo nati fuerint, inſtituti dicentur, ita ergo hic inſtituto uentre hoc eſt poſthumo, natus etiam ex alia uxore uocatus intelligi debet, ne præterijſſe illum dicatur.

Huic textui ex intentione Menochij, Primò respondeti potest, vt ex eo non solum nascituri verum etiam nati intelligantur instituti, quia in alio verificari illa institutio non poterat, cum testator sensisset de nascituro sibi certo tempore. Sed hæc responsio non videtur concludere ex ratione quam affert ibi Imperator in fin. scilicet, Ne pœnã patiatur præteritionis qui suos filios non præterijt. Quæ quidem ratio cõgruit nõ solum illi nato, sed alijs qui extitissent, cum patrem respiciat suæ voluntatis validitatem verisimiliter exoptantem.

34 Vnde Secundo loco † responderi potest, nõ mirum esse ibi, si institutio de natis post mortẽ, intelligatur etiam de natis in vita, cum si dilexit nascituros post obitum, à fortiori censeatur dilexisse illos, qui in vita nasci poterant magis cognitos, atque dilectos, non sic in quæstione de qua agitur, nam si dilexit ventrem, tunc existentem, & magis cognitum, non censetur pariformiter dilexisse ventrem ex alia vxore, tunc non cognitum, nec existentem, vt in dicto textu, l. fin. licuerit argumentari de minori ad maius affirmatiuè, vt si de quo minus visum fuit inesse, ergo, & de quo magis. Non obstat ratio pœnæ præteritionis, verbis repugnantibus, eademque ratione nequaquam militante.

Altera superiori contraria est opinio, quòd hoc casu institutus ille tantum posthumus censeatur, qui tunc erat in ventre cum testator testamentum conficiebat, non autem alium ex ea, vel alia vxore, secundum Angel. dicto consilio 51. Simon Notarius, columna secunda, quem comprobat Socin. sen. in d.l. placet, col. penult. in fine, versic. Placet tamen limitatio Angeli.

Et pro hac parte ex eodem Angel. Primò facit, quòd verba dispositionis ita debent interpretari, vt aliquid operentur, l. si quando, in princip. ff. de legat. primo, at qui illa verba si prægnans esset nihil operarentur si diceremus esse vocatos etiam alios exinde conceptos, vel ex eadem, vel ex alia vxore, ergo dicendum est, censeri vocatum posthumum in vtero testamenti tempore existentem. Minor probatur, quia necesse non habuisset testator dicere, si prægnans esset, cum nemo ex vacuo ventre nascatur, l. ventre, ff. de acquiren. hæredit.

Sed responderi potest, Primò, quòd cum testamentum † morte testatoris perfectionem re
35 cipiat, capit. cum Marthæ, de celebrat. Miss. eo respexit testator, atque ita intellexit de ventre prægnante tempore suæ mortis, si alius antea non extitisset.

Secundò addi potest, quod cum exprimitur dictio prægnans, dato quod nihil amplius operetur quam si simpliciter esset expressa dictio venter, non tamen debet ea dictio prægnans omnino superflua censeri, dictio siquidem, ven
36 ter, generaliter sumpta † quamplures significationes recipit, vt deducit Andr. Alciat. libro 6. Parergon. cap. septimo, ideoque cum testator dicit ventrem prægnantem, declarat se intelligere de fetu ipsius ventris, & cæteras significationes excludit. Et quamuis ex iuris interpretatione, absque alia expressione testatoris, esset idemmet intelligendum, id tamen procedit nõ ex sermonis proprietate, sed ratione materiæ subiectæ, idest institutionis, vel exhæredationis: Propterea ad excludendam penitus omnẽ dubitationem, solẽt testatores eo modo loquĩ; non est igitur pro superfluo id habẽdum, quod
37 causa dubitationis tollendæ † exprimitur, l. prima, §. si intelligatur, versic. Ego puto Aediles tollendæ dubitationis gratia, ff. de ædilit. edict.

Secundò affertur, nam (vt Angel. dicto consilio 51. colum. secunda, in princip. versic. Præterea illa, dicebat) huiusmodi verba, Si prægnãs
38 esset, sunt conditionalia, sicuti significat † dictio, Si, l. prima, §. si quis simpliciter, ff. de verbor. obligat. iunct. l. cum ad præsens, ff. si cert. petat. Bart. in l. prima, num. tertio, hoc tit. Paris. consil. 18. Consideratis, num. primo, libro 2. consil. 17. Potuit, nu. 25. lib. primo, Car. Ruin. cons. 181. Pro clara resolutione, num. 1. libro 1. cons. 70. Viso, ac perlecto, num. 9. lib. 2. Io. Cephal. cons. 89. Originalis scriptura, num. 54. lib. primo. Sed conditio debet in forma specifica impleri, l. qui hæredi, & l. Mœuius, hoc eod. tit. ergo non comprehendit alium posthumum, q̃ primum, in quo conditio verificatur, l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. sign.

Cæterum huic etiam rationi respondetur, conditionem in forma specifica impleri, intelligendo quod testator voluerit tempore mortis suæ prouidere, ne nato posthumo testamẽtum reddatur nullum, & propterea de quouis posthumo post mortem suam nato intellexit, vt Iacob. Menoch. dicebat.

Secundò respõderi potest, dictionem, si, isto
39 casu ad tempus præsens † relatam non importare conditionem, l. si stipulatus fuero hãc summam, ff. de verbor. obligat. & tradit Bart. in d.l. prima, num. 2. vers. Tu dic latius, vbi scribit omnia iura contrarium disponentia impropriè loqui, & propterea tanquam impropria conditio non requirit, vt propriè, & in forma specifica impleatur, idem enim operatur oppositum in oppositio, quod propositum in proposito, l. fin. §. vlt. de leg. 3. Laur. Siluan. cons. 99. Superhuibus, num. 15. lib. 2. Et si diceretur, quod qualiscunque sit cõditio propria, vel impropria nõ
40 efficit q̃n illã exprimẽs † denotet q̃ sit ita certus

& du-

& dubius,l.cum ad præſens,ff.ſi cert. pet. ſi igitur dubitat, duos vel plures caſus ante oculos habet,menteque reuoluit, videlicet caſum quo vxor ſit prægnans de præſenti,& caſum quo de præſenti non ſit prægnans, Nam hoc quod Iacob.Mandell.d.conſ.85.ſub num. 5.verſic. Et quamuis,poſtea ad fauorem Angeli,& reiectionem argumenti affert, contra ipſum reflectitur ac retorquetur:nam caſus vt de preſenti non ſit prægnans eſt ille caſus de futuro ex eadem, vel alia vxore,ne teſtamentum preteritione poſthumi annulletur,d.l.fin.in fin.C. de poſthum.hæredib.inſtit.hæcque dubietas non efficit,vt impropria conditio debeat propriè impleri, data conditionis de præſenti improprietate,effectus enim impleméti non poteſt eſſe cõtrarius ſuæ cauſæ,quæ improprietatem continet.

Ex prænarratis itaque apparet, diſputando vtrãque opinionem ſuſtineri ac defendi poſſe: ego tamen iudicando ac conſulendo non arbitror à priori ſententia contra Angelum fore
41 recedendum,quæ communiter† eſt recepta,vt teſtatur Iacob.Menoch.in d.tract.de preſump. in 2.part.libro 4.d. præſumpt.21.ſub num.29. verſ.Retinenda itaque eſt,pro qua firmiter ſtat text.in d.l.fi.in eius dicto & ratione,C.de poſthum.hæredib.inſtit.

Extenditur hæc communis opinio etiã quando hæc verba fuerunt prolata à teſtatore †
42 grauiter infirmo,qui credebat ſe tunc moriturum, hoc enim caſu teſtator ille ſentit de naſcituro, & ventre etiam alio tempore prægnante,vt notanter reſpondit Paulus de Caſtr. d. conſ.409. Caſus iſte frequenter contingit, in fin.libr.2.& cum eo concordant Corn.conſil. 244. Videtur prima facie dicendum, num.8. verſ. Sed prout dicit ibi,libr.2.Auguſtin.Bero. conſ.17.Teſtamentum Vincentij,num.16.& 19.libr.2. Ioan. Petr.Surd,d.conſ.55.Acominus, num.9.& 19. Iacobus Menoch.in d.tract. de præſumpt.in 2. part.lib.4.d.præſumpt.21.num.29.in fin.verſ. Quam extendit Caſtrenſis,Franciſc.Mantic.in tract.de coniect.vltim.volunt.lib.4.d.tit.8.ante num.7.verſ.Aduertendum eſt etiam.

Et quamuis Alex.ante num.4.verſic. Poſito autem,& Iaſ.num.14.verſ.Alibi Paul.de Caſt. in d.l.placet, de liber. & poſthum. contrarium innuere videantur Caſtrenſem referendo, tamen non bene verba eiuſdem referunt,nec intẽtionem percepiſſe oſtendunt,idque impreſſorũ incuria fortaſſe contigiſſe credendum eſt, ne tãtos viros deceptos remanſiſſe aſſeram. Verba enim illa,inſtituit poſthumum ſi vxor ſua eſſet prægnans, non cenſentur eo propoſito emiſſa, vt ſi tunc non erat prægnans, ſed poſtea conciperet ab eodem teſtatore,venter eius inſtitutus non eſſet,nam ſecundum hoc, viam ad ſuum iudicium impugnandum elegiſſe videretur,quod verisimile non eſt,l.3.ff.de milit.teſtam. Hęc igitur verba eo animo prolata cenſentur, quia credebat teſtator ſe ex illa ægritudine qua laborabat moriturum,& conſequenter ad denotandũ quòd ſi tunc vxor prægnans non erat, inſtitutio poſthumi effectum ſortiri non poterat: Sed ſi teſtator exiſtimaſſet ſe conualiturum, atque ſuperuixturum, vtique talia verba non protuliſſet, ſed quemlibet ſibi quandocunque naſciturum inſtituiſſet,d.l.placet,cum l.ſequen.& facit text.in d.l.fin.C.de poſthum.hæredib.inſtit.

Et ſi diceretur Primum intellectum eiuſdem l.fin. quòd ſubſtitutio facta de poſthumo in vnum caſum trahatur ad alium † in quem teſta-
43 tor verisimiliter prouidiſſet ſi de eo cogitaſſet, quem ſequitur Bart. & clarius eundem amplectuntur Bald.& Ang.ibi,ac etiam Bar. in l.commodiſſimè, & eſt communis ſecundum Salicetum qui illum ibi comprobat, & eſſe in ſe veriſimum Paul.de Caſtr.inquit, debere declarari ex Bart. Bald. & Ang. quando aliqua cauſa dictam veriſimilitudinem inducit, puta quia infirmus cogitans ſe non euaſurum,protulit verba de quibus in illo textu ſecundum Bart. vel aliter deprehenditur, quòd teſtator in eum caſum inſtituit,quia illum ſolum venturum putabat, non vt vellet ſe aſtringere,quod præſumitur,quando in mortis articulo teſtamentum cõdidit,ſecundum Bal. Reſponderi poteſt, prout Paulus Caſtrenſis inquit, dictum intellectum non videri ad illum text. neceſſarium, ſed diuinatiuum,non enim ibi dicitur,quòd teſtator in articulo mortis conſtitutus eſſet, vel eſſet infirmus, vel aliquid ſimile ſibi contingeret, quod etiam Raphael ibidem aſſeruit: Et ideo datur alius ad dictum text.intellectus,ſecundum quẽ Bart.illam legẽ ita ſummat, Verba ambigua interpretantur,vt teſtamentum non rumpatur,& hunc intellectum tenebant Iacob.de Rau. Petr. de Bella pertic. Dyn. Cyn.& Benedict.de Plumbino,ſoluentes contrarium d.l.commodiſſimè, vbi ſolutionem ipſam tenet Ang. prout ibi refert Io. de Imol. & eundem intellectum confirmat gloſ.in d. l. fin. & eſt veriſſimus ſecundum Raphaelem Fulgoſ.ibidem, quem etiam Paul. de Caſtr. approbat, & ſic ſatis ſecundus hic intellectus communis dici poteſt,attentis autoritatibus Accurſij, & aliorũ Antiquorum ac Modernorum, vt Corneus etiam teſtatur priorem intellectum damnans vti diuinatiuũ,& nequaquam verum. Concludendum eſt igitur Caſtrẽſis opinionem d.conſ.409. in fin.lib.2. ac aliorum præcitatorum veram eſſe.

Quintus eſt caſus,ſi teſtator ita dixerit, inſti
44 tuo ventrem † vxoris ſi prægnans fuerit,& iſto quoque caſu omiſſa diſputatione concludendũ eſt, de quolibet poſthumo inſtitutionem intelligi,vt conſuluit Bald.conſil. 132. Mihi Baldo,

lib.

lib.4.quem ſequutus eſt Nicol.Boer.deciſ.148. Et videtur,in fin.verſ.Licet hæc opinio, lib.1. reiecta opinione Ioannis de Amelia,qui in conſil.ſeq.poſt illud Baldi contrarium cõſuluerat, hancque opinionẽ firmarunt duo inſignes Moderni ſcilicet Franciſc. Mantic.d.libro 4.cap.8. num.7.verſ.Quid ſi teſtator,& Iacob.Menoch. d.libr.4. præſumpt.21. num.32. verſic.Nonus eſt caſus.

Sextus caſus eſt, quando teſtator ventrem
45 vxoris inſtituit † quem peperiſſet,& hoc etiam caſu dicunt Scribentes poſthumum etiam alio tempore natum, ex aliaque vxore inſtitutũ cenſeri,Andr.Barbat.conſ.6.col.1.& 2.lib.3.Iacobus Menoch.d.præſumpt.21.num.33.& Mantic.d.c.8.lib.4.num.8.verſic.Item ſi teſtator.

Quæ ſuperius dicta ſunt, inſtitutis filijs legitimis & naturalibus vera eſſe ambigẽdum nullo modo videtur,Sed quando poſthumus legi-
46 timus† & naturalis non eſſet,in controuerſiam deducunt,an & is vocatus cenſeatur? Et in hoc tres caſus ſunt conſiderandi,Primus quando teſtator poſthumum inſolidum inſtituit,vel æqualiter cum alijs iam natis, & hoc caſu teſtatorem de naturali poſthumo nequaquam ſenſiſſe concludendum eſt, vt ſcribunt Bald. in d.l. placet, ibidemque Criſtophor.de Caſtellion. Alex.numer.2.Iaſ.num.20.& Soc.ſen.num.3.Præſumitur enim teſtatorem voluiſſe ſuam voluntatem legi conformem eſſe debere, l.hæredes mei, §. eum ita,ff.ad Trebell. Sed lex naturales nõ admittit,vt vel in totum ſuccedant,vel ſaltẽ æqualiter cum legitimè natis,l.humanitatis,C.de natural. liber. non igitur de hoc naturali teſtator intellexit:& cum prædictis etiam ſentiunt,Frãciſc.Mantic.d.lib.4.tit.8.num.10.verſ.Dictum eſt,fol.70.& Iacob.Menoch.de præſump.part. 2.d.lib.4.præſumpt.21.nu.35.verſic. Et ea eſt.

Secundus caſus eſt,quando teſtator non inſolidum, ſed in aliqua re ſiue portione poſthumum inſtituit, cuius etiam naturalis filius capax eſt, & hoc caſu teſtatorem de naturali ſenſiſſe poſthumo etiam concludunt, Alex.in d.l. placet,num.2.& in l.ex facto,§.ſi quis rogatus, num.16.in fin.ff.d. tit. ad Trebell. Quod quidẽ ex ijs quæ ibidem Doct. tradunt diſtinguendũ eſt, & alibi in ſuperioribus extricatum extitit, dum de naturalibus agebam, Tertius eſt caſus, quando quis non erat ſuſcepturus alium poſthumum quàm filium naturalem, vtpura, quia vxorem non habebat,ſed cõcubinam,& in hoc tertio caſu de naturali poſthumo teſtatorẽ ſenſiſſe dicebat Raph.Cumanus,in d.l. placet,vbi Soc.num.3.& Iaſ.num. 17. quos ſequitur Menoch.in d.lib.4.præſumpt.21.num.35.& Franciſc.Mantic.d.tit.8.num.11.in fi.verſ.Et quòd ſi teſtator.

Alius eſt caſus,cum quis in ſacris ordinibus exiſtens poſthumum,vel ventrem inſtituerit, & in hoc vltimo caſu Iacob. Menochius,& Franciſcus Mantica viri grauiſſimi inuicem diſſentiunt, quoniam verò huius caſus deciſio ab ijs pendet, quæ de clerico ſæculari circa hanc liberorum conditionem ſuperius dicta ſunt,hic repetenda non veniunt,ne idem varijs in locis referendo ſtudioſis faſtidium inijciam.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIORVM PRAECLARISSIMI IVRISCONSVLTI D. IOSEPHI DE RVSTICIS PATRICII AQVILANI,

Ad l. cum auus, de conditionibus & demonſtrationibus.

LIBER QVINTVS.

HYPOTHESIS.

Quando clarè manifeſteque conſtare dicatur teſtatorem voluiſſe Monaſterium excludere admiſſo ſubſtituto, & Primum quæſtionem illam, an aliquis ita teſtari diſponereque poſsit vt filij ſuccedant deſcendentesque ſuorum hæredum excluſo Monaſterio, vel eccleſia explicari, indeque ad nonnullas coniecturas deueniri, vtputa, ſi ſit dictum: Si ſine liberis ex ſuo corpore, & de legitimo corpore procreatis deceſſerit. Vel ſi ſine liberis legitimis & naturalibus. Et quid altero filio teſtatoris ſubſtituto. Quid etiam ſubſtituto aliquo de familia, adiecta cauſa quia vult bona in familia ſine agnatione conſeruari. Quid pia cauſa ſubſtituta. Et quid ſtante ſtatuto, vt verba teſtamenti ad litteram, & prout iacent intelligantur. Quid etiam ſi ſtet ſtatutum, vt Eccleſia, vel Monaſterium non ſuccedat. Et quid dicendum ſit in filio in ſacris ordinibus conſtituto, & per patrem hærede inſtituto. Et denique quid erit ſi teſtator dixerit, Si ſine hæredibus maſculis deceſſerit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtari aliquem ſic poſſe, vt ſuccedant filij deſcendentesque hæredis ſui excluſa eccleſia, vel monaſterio, quod ob ingreſſum hæredis granati aliàs ſuccederet, ſecundum vnam opinionem, Sed contrariam tenentes, nu. 21. inueniri: priorem autem ſententiam vti magis communem ac veriorem vſu etiam receptiorem & aquiorem, numero 40. comprobari, & iuxta eandem pluries fuiſſe deciſum.*

2 *Fauorabilibus perſonis ſic debitores eſſe, vt alijs iniuſtitia non fiat.*

3 *Moderatorem rei ſuæ quemlibet eſſe, idque ante & poſt num. 4. declarari, ac num. 5. idemque ex Ioanne Croto diſtingui eod. nu. 5. & nu. 8. etiam ex Petro Philippo Cornео enarrari.*

6 *Diuinum cultum augendum eſſe non autem minuendum.*

7 *Legitimam eo magis filio contra patris voluntatem deberi, quo magis verbis prohibitorijs pater vtitur.*

9 *Bene facere neminem compelli poſſe, ſed quòd nõ male faciat.*

11 *Patri permiſſum eſſe ne aliquid filio ſuo profeſſo religionem vltra eius legitimã relinquat, Quòd ſi vltra legitimam relinquat in eo patrem poſſe quoquomodo velit ſubſtituere.*

12 *Teſtari aliquem poſſe conditione adiecta ne res eccleſiæ relicta apud eam permaneat ſi adiectum modum non impleuerit, hocque numer. 16. intelligi.*

13 *Eccleſia teſtator rem relinquendo legem apponere poſſe, quòd eccleſia ipſa ad collectas, & onera pro re ipſa legata teneatur.*

14 *Statutum diſponens, quòd bona omnia ciuium colligi ſemper poſſint, etiam quòd in eccleſiam tranſeant, validum eſſe.*

15 *Eccleſiæ in acquirendis præiudicari poſſe, indeque ad ſtatuti validitatem inferri.*

17 *Petri Ancharani conſ. 217. explicari.*

18 *Onus contemnentem, lucrum autem amplectentẽ ferendum non fore.*

19 *Baldi conſ. 11. Factum ſuper quo petitur conſilium, col. 2. & 3. declarari.*

20 *Molendino damnum prouenieus ex alterius conſtructione circa diminutionem concurſus molentium non eſſe conſiderabile.*

22 *Auth. de ſanctiſſ. Epiſc. in §. ſed & hoc præſenti, ex communi interpretum mente aperiri, ac numero 115.*

23 *Vitam contemplatiuam actiua celſiorem eſſe.*

24 *Teſtamenti factionem non priuati, ſed publici iuris eſſe, ideoque eius formam pactis priuatorum ladi non poſſe.*

Leges

gitized by Googl

25 *Leges à Deo esse, proque Dei veritate ab Imperatoribus leges ipsas prouenire.*

26 *Dispositionem omnem qua delinquendi occasio tribuitur tanquam contra publicam vtilitatem nõ valere, hocque declarari.*

27 *Conditionem impeditiuam temporalis matrimonij à legato reijci, illudque firmum manere.*

28 *Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale validum esse.*

29 *L. Titia si non nupserit, hoc titul. enarrationem afferri.*

30 *Calibatum antiquitus maxime vetitum fuisse.*

31 *Homines vxoribus carentes quasi imperfectos, & dimidiatos fuisse habitos.*

32 *Connubij legitimi praecellentiam ostendi.*

33 *Sapientem virum ad bene Rempub. gubernãdam ex M. Cicerone in libro de Finibus vxore indigere.*

34 *Monastica vita encomium.*

35 *Argumentari à Statuto ad legis dispositionem licere.*

36 *Statutum quòd ingrediens religionem non succedat, non valere.*

37 *Pactum inter contrahentes, quòd ecclesia non succedat efficax esse.*

38 *Legatum filiæ factum de mille si nuberet si autem religionem ingrederetur de centum tantum, ipsi filiæ nihilominus de mille deberi. Sed contrariũ tenendum fore ex crebriori, aquiori, veriori, ac vsu receptiori opinione, nn. 39.*

42 *Testari aliquem liberius sic posse vt dictum fuit, quòd succedant filij descendentesq. heredis sui monasterio exclusi, si declarasset testator se non principaliter animo monasterium excludendi ista prouidisse, sed sua bona in agnatione conseruandi.*

43 *Monasterium sicut non excludit substitutum vbicunque clarè de voluntate testatoris apparuerit, sic etiam quando de eadem voluntate vrgẽtibus coniecturis constiterit.*

44 *Monasterium non excludere substitutum si fuerit dictum, Si hæres meus sine liberis ex suo corpore, & de legitimo matrimonio procreatis decesserit. Contrariamque opinionem tenentes inueniri, nn. 52. Opinionem denique Iacobi de Beluisio, nn. 55. comprobari, vti veriorem & magis communiter receptam ante nn. 58.*

45 *Monasterium loco filij haberi, sed huiusmodi filiationem fictam esse: Quinimò multos asserere verum non censeri, quòd monasterium loco filij sit, nn. 46. sed potius loco hæredis, nn. 47.*

48 *Hæres verbum in fideicommissis pro filio accipi.*

49 *Tacita si exprimantur non facere rem conditionalem, sed videndum nn. 56.*

50 *Verba addita non semper sensum augere.*

51 *Verborum diuersitatem vbi idem est effectus aliquid operari non debere.*

53 *Cogitationem monasterij in genere sufficere ad illud excludendum, substitutique inclusionem.*

54 *Auth. res quæ, C. commun. de legat. vbi de mente contraria testatoris constaret, non procedere, ad hoc autem Paulo de Castro in medium afferri diuersum sentientem.*

57 *Expressum plus quam tacitum operari, & numero 122.*

58 *§. sed & hoc præsenti, in auth. de sanctiss. Episc. dispositionem exorbitantem esse.*

59 *Monasterium multo magis substitutum non excludere, additis etiam verbis, Si sine filijs veris, & non interpretatiuis decesserit.*

60 *Monasterium non excludere substitutum, si in cõditione dictum fuerit, Si sine liberis legitimis, & naturalibus decesserit. Sed contrarium nonnullos asserere, nn. 61. priorem tamen opinionem in puncto iuris veriorem esse, num. 62. latiusque procedere aliqua alia concurrente coniectura, nn. 63. ibique coniecturas afferri.*

64 *Monasterium non excludere filium testatoris substitutum sub conditione si aliter filius sine liberis decesserit in reciproca substitutione ipsis filijs facta, Contrariæ opinionis assertores, numero 72. inueniri, opinionem autem auctoris, nn. 81. afferri.*

65 *Patrem magis filium quàm ecclesiam diligere respectu tantum legitima præsumi, secus quoad reliquum bonorum.*

66 *Remotiorem quandoque melioris conditionis, esse quàm proximiorem.*

67 *Testator eandem continuatam charitatem ad nepotem habuisse præsumi, quam ad filium gratuitum habuit.*

68 *L. cum auus, conditionem substituta etiam ecclesia subintelligi secundum Ricchardi Malumbri opinionem, Et quicquid Petrus de Ancharano contrarium dixerit, Richardi sententiam receptiorem esse, nn. 69. idque, nn. 70. distingui.*

71 *§. sed & hoc præsenti, præallegatum, explicari.*

73 *Priuilegiatos etiam sub generali dispositione comprehendi. Sed hoc non procedere vbicunque causa illa esset priuilegiata in materia de qua est sermo, num. 76.*

74 *Exceptionem, in non exceptuatis regulam confirmare.*

75 *Subrogatum naturam subrogantis sapere. Hoc autem limitari vbicũque in subrogato diuersa qualitas adesset, numer. 77. ac etiam si res subrogata vice alterius in omnibus non fungeretur, numero 78.*

79 *Auth. nisi rogati, C. ad Trebell. præcedẽtem legem non corrigere.*

80 *Nisi dictionem, esse expositiuam, & exceptiuam.*

82 *Patrem ad relinquendum filio, voto & natura induci.*

83 *Fictionem, naturali ratione debiliorem esse.*

84 *Priuilegiati cum inuicem concurrunt, & vnus de lucro captando tractat, alter de damno vitando, tra-*

Digitized by Google

do, tractantem de damno vitando præferri.

85 *Filium quo ad paterna omnia dies debitum capere.*

86 *Monaſterium, ſi teſtator inſtituto eius filio heredi decedenti ſine liberis aliquem ex ſua familia ſubſtituerit adiecta cauſa & ratione, quia vult eius bona in familia & agnatione conſerua ri, admiſſo illo de familia, excludi.*

87 *Teſtator ne ſibi ipſi contrarius reddatur interpretationem fieri.*

88 *Doctores alioqui celeberrimos ob nimiam ſubtilitatem ſæpè in nerunm erumpere.*

89 *Monaſterium cum teſtator heredi ſuo ſine liberis decedenti cauſam piam ſubſtituit, ſi heres ille monaſteriũ ingrediatur, excludi, pia cauſa admiſſa. Idque ampliari etiam ſi locus ſubſtitutus eſſet minus pius, nu.98.*

90 *Conditionem per legem appoſitam non leuem ſolennitatem importare.*

91 *Priuilegiatum non uti priuilegio contra pariter priuilegiatum.*

92 *L. non eo minus, C. de procur. in minori cum altero minori litigante non procedere, Atque ſcholaribus priuilegia conceſſa contra alium ſcholarem non competere.*

93 *L. unic. C. quand. imper. inter pupil. & vid. contra aliam perſonam ex eadem lege priuilegiatam vim non obtinere.*

94 *Priuilegiatum in ſpecie priuilegiato in genere præferri.*

95 *Priuilegia ſic eſſe interpretanda, ne tertio præiudicent.*

96 *Expreſſum tollere tacitum ſine præſumptum.*

97 *Eccleſiam de legato alteri eccleſiæ facto Falcidiã non detrahere ex veriori opinione.*

99 *Electionem de idoneo factam non infirmari ex eo quòd magis idoneus eligi potuiſſet.*

100 *Legatum potius monaſterio monialium quàm monachorum factum cenſeri.*

101 *Monaſterium, facta ſubſtitutione ſi heres ſine liberis deceſſerit ſubſtitutum nõ excludere ſi heres monaſterium ingrediatur ſtatuto, quòd verba teſtamenti ad litteram intelligantur, in loco vigente. Idque intelligi, nu.102.*

103 *Interpretari eum non poſſe, qui condere nequit.*

104 *Subſtitutionem tacitam pupillarem ſub expreſſa vulgari non comprehendi ſtante ſtatuto verba teſtamenti ad litteram debere aſſumi. Ex dictoque ſtatuto omnem interpretationem actiuam paſſiuam, & extenſiuam ceſſare.*

105 *Verba ad cogitatum reſtringenda eſſe.*

106 *Monaſterium excludere ſubſtitutum non obſtante ſtatuto, quòd eccleſia, vel monaſterium non ſuccedat, Niſi ſtatutum eſſet conſuetudine approbatum.*

107 *Conſuetudinem ſtatuto potentiorem eſſe.*

108 *Clerici licet non poſſint contra canones ſtatuere, poſſe tamẽ cõtra canones cõſuetudinẽ inducere.*

109 *Statutum non valere vbi conſuetudo valere non poteſt.*

110 *Statutum propter conſuetudinem interpretantem contra ius valere.*

111 *Franciſcum Viuium Iuriſconſ. laudari.*

112 *Monaſterium filio iam in ſacris conſtituto, vel religionem profeſſo herede inſtituto ſecundum vnam opinionem ſubſtitutum non excludere. Sed contrarium tenentes, num. 114. recenſeri, Quæſtionem tandem diſtinctione terminari, numer. 118. Diſtinctionemque ipſam, num. 120. declarari.*

113 *Conditionis definitionem afferri.*

116 *Argumentum à ſenſu contrario vbi abſurdum reſultaret non deſumi.*

117 *Auguſtini Beroi conſ. 73. Quòd eueniente caſu, numer. 13. lib. 2. circa rationem ex Saliceto deſumptam improbari.*

119 *Conditionis inhoneſtæ ſine turpis naturam eſſe, vt vitietur non autem vitiet.*

121 *Monaſterium excludi ſi ſit dictum, Sine filijs maſculis, ſubſtitutumque admitti.*

123 *Baldum de Vbaldis Peruſinum, peregrinum ingenium habuiſſe, iusque ciuile totum, ac Italorum gloriam illuſtraſſe, in eiusque dictis diligenter agendum eſſe.*

124 *Monaſterium non excludere ſubſtitutum vbicunque teſtator filium heredem inſtitutum purè grauaſſet, vel in diem reſtituere.*

125 *Monaſterium ſubſtituto aliquo ſub conditione aſſumendi cognomen familiæ teſtatoris, ſi is monaſterium ingrediatur, ſubſtitutos non excludere.*

CAP. I.

NONO Socin. obſcuram illam ac variam materiã aggreditur, nũquid Monaſterium, Si ſine liberis deceſſerit conditionem expirare faciat, & quoniã res difficilis omniũ iudicio conſpicitur, & varij diuerſa dicunt, proinde ad veram præſentis difficultatis reſolutionem diſtinctè ordinateque procedendum eſt, cumque Scribentes de expreſſa, ac tacita conditione loquãtur. Proclariori itaque intelligentia, duo principales caſus ſunt conſiderandi. Primus eſt, quãdo in expreſſa, ſi ſine liberis deceſſerit conditione verſamur. Secũdus, quando in tacita ex hac lege ſub intellecta. Circa primum, aut loquimur quãdo is qui grauatus eſt fideicommiſſum reſtituere, monaſterium ingreditur, & tunc aut ſumus in monaſterio, quod ſucceſſionis capax eſt, aut in monaſterio penitus in particulari, & communi incapaci, Primo caſu diſtinguendum eſt, nam

aut

Digitized by Google

aut clarè,& manifeſte,vt ex vrgenti coniectura cõſtat teſtatorem voluiſſe monaſterium excludere admiſſo ſubſtituto,Aut verba ſubſtitutionis dubia ſunt & ambigua. Attingendo igitur primum caput,ſic illud cõcipiendum exiſtimo, nunquid teſtator ita teſtari,diſponereque poſſit, vt ſuccedant filij deſcendentesque hæredis ſui excluſa eccleſia, & monaſterio, quod propter ingreſſum hæredis grauati aliàs ſuccederet,excluſo ipſo ſubſtituto, & in hac prima difficultate, duæ ſunt principales ſcribentium opiniones,quarum Prima eſt,vt teſtator ita teſta-
1 ri † diſponereque poſſit,quam ſequuntur,Bal. in Lſi ita quis,§.is cui in tempus,poſt med. ver ſic.Dicat ergo teſtator,ff. de leg. 2. Bal.num.9. verſ.Sed Iacobus de Beluiſio,& Paul. de Caſt. num.3.verſic.Si ergo apparet,in auth.niſi roga ti,vbi etiam Petr.Philipp.Corn.fol.3.verſ.ego autem inhærerem, in manuſcriptis codicib. C. ad Trebell. Bald.ante num.1. verſ. D. Iacob.de Beluiſ.& Paul.de Caſtr.nu.5.verſ. Vbicunque ergo apparet,in l.Deo nobis,C.de epiſc.& cleric.Raph.Cuman.in d.§.ſi cui in tempus, Franciſc.Rip.in l.ex facto,§.ſi quis rogatus, il 1.numero 39.ff.ad Trebel.Dec.in cap.in præſentia, num.132.extr.de probat.Andr.Alciat.in l.Gallus,§. & quid ſi tantum, num.7.ff.de liberis,& poſthum.rurſus Bald.conſ.196. Teſtamentum Pucciarelli,num.1.lib.1.conſ.407.In queſt.que vertitur,col.3.num.13.libro 2.& conſ.426.Supra puncto præmiſſo,col.2.circa med.verſ.Præterea illud eſt verum,lib.4.Corn.conſ.18. Circa hanc conſultationem,col.5.num.17.verſ.Eſt enim,lib.4.Dec.conſ.419.Viſo eleganti conſilio,col.2.in princ.ante num.3.verſ. Primus eſt, & infra,num.4.conſ.426.In duobus dubijs,numer.2.& conſ.259.Viſis his,col.2.num.3.verſ. Circa primum,Pariſ.conſ.22. De tribus principalib.col.2.num.6.& 8.lib.3.conſ.86. Ad verã reſolutionem,col.fin.num.76.verſ. Et bene faciunt,lib.2.Carol.Ruin.conſ.98.Viſo themate cum dubijs,col.7.num.20.verſic.Et iſta opinio comprobatur,libr.2. Alex.conſ.121. Viſo themate ſupraſcripto,col.4.num.13.verſic.Poſſet etiam ſecundum eum,lib.2. vbi Moderni Pariſienſ.in addit.in lit.A.in verb.Contrariam, verſic.Vbi tamen volunt, Andr. Alciat. conſil.53. Crauet. num.4. verſ. Vnde ſi conſtet de mente teſtatoris,lib.9.Æmylian. conſ.109. numer.10. Laurent.Calcan.conſ.7.num.24.Franciſ.Marzar.in epitome de fideicom.quæſt.31. Durans, de art.teſtan.caut.18.num.3.Didac.Couarr.libro 1.var.reſol.cap.19.num.8. Sforția Odd.in tract.de compend.partic. 6. tit.An legitimi tantum,concluſ.13.verſ.Quo ad primam,Anton. Padill. in l.cum acutiſſimi,num.44.C.de fideicom.quem Doctorem hucuſque non vidi, ſed ipſum refert, & ſequitur Iacobus Menoch. in tract.de præſumpt.part. 2.libr.4. præſump.83. num.3.Lancel.Galiaul.in d.l. Gallus,§.& quid ſi tantum,col.4.num.17.verſ. Tamen hoc vltimum non eſt verum,citans Raph. Fulgoſium, conſ.53.Quoniam ſuperius,col.2.num.3.verſ. Hinc conſequenter,& infra.Aſcan.Clement.in tract.de patr.poteſt.cap.fin. ſub num.72. verſ. Secus ſi dixerit, fol. 211.Franciſcus Mantic. in tract.de coniect.vlt.vol.lib.11.tit.7.col. antepenult.num.21.verſ.Illud etiam non recipit dubitationem, fol.272.Alex. Trentacinq. conciuis meus,& Iuriſconſ.clariſſimus,in ſuo tract.ſubſtit.in 4.part.cap.7.incip. In omni ferè compendioſa ſubſtitut.col.28.in fin.ſub num. 25.verſ. Nam monaſterium non admittitur,fol.142.

Mouentur ad id dicendum Doctores ex pluribus,ſed vrgentiora referam. Primò,nam voluntas expreſſa, & enixa teſtatoris excludendi monaſterium ſpectanda eſt,quæ in conditionibus primum locum obtinet,l. in cõditionibus, hoc tit.imò totum facit,l.ex facto,ff.de hæredibus inſtit. priuilegium, itaque quod monaſterio conceditur,d.§. ſed & hoc præſenti, intelligendum eſt,dummodo voluntas teſtatoris non
2 repugnet, quia ſic fauorabilibus perſonis † debitores ſumus,vt alijs iniuſtitia non fiat,c. ex tenore,de for. compet. valdeque durum videretur, quòd bona diſponentis contra eius voluntatem monaſterio acquirerentur, cum quilibet
3 in re ſua moderator † ſit & arbiter,l. in re mandata,C.mandati,l.ſed & ſi lege, §. conſuluit,ff. de petit.hęredit.Corn.conſ.78. Quamquam videatur,in princ.lib.1.conſ.184. licet prima fronte,in princ.& conſ.295. Videtur in hac conſultatione,num.8.eod.vol.conſ.60.Quãquam prima facie,num.1.lib.2. Ioan.Cephal.conſ.130. Videbatur,num.3.& 4.vbi id ampliat. libr.primo.Hinc dici ſolet,quòd pater bona ſua vendere poteſt,pretiumque in mare proijcere,nõ obſtante præiudicio filiorum, gloſſ.in l.1.C.de inoffic.donat.vt videatur iniquum, ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum adminiſtrationem,vt dicitur in l.2. in fin. ff. ſi quis à par.fuer.manum.

Huic rationi ex mente Franciſci Rip. in d. l. ex facto,§. ſi quis rogatus,num.39. reſponderi poteſt, quòd etſi etiam abutendo re ſua quis moderator dicatur, intelligendum eſt in ſuiipſius præiudicium, ſecus tamen in præiudicium tertij,l.1.C.de vſufr.§.1. Inſtit. de his qui ſunt ſui,vel al.iur.

Sed hæc ſolutio,vt Iacob. Menoch. aduertit debilis valde videtur, cum hic nullum alicuius præiudicium verſetur, res enim teſtatoris eſt, nec alteri ius aliquod quæſitum eſt, & propterea non poteſt dici detrimentum ei adferri, cui nullum ius competit. Quod verò dicitur dominum re ſua abuti non poſſe,intelligi oportet † in
4 his

his quæ principaliter publicum fauorem reſpiciunt, iuxta l. ius publicum, ff. de pact. non autẽ quæ ſecundario vt in caſu noſtro, quemadmodum Ioan. Coraſ. lib. 1. Epiſtolic. qq. cap. 20. explicat, exemplisque oſtendit. Vnde Io. de Monte Ferrato, in l. nemo poteſt, numero decimoquinto, verſic. Et ſi dicatur, ff. de leg. 1. ad hoc propoſitum diſtinguebat, quod aliquãdo quis
5 rebus † ſuis abutitur, vt ex illo abuſu alteri cõmodum acquiritur, & tunc lex hũc abuſum admittit, quia ex ipſo reſpub. non læditur, cum ſi vnus depauperetur, alter ditior reddatur, & ita loquitur d. l. & ſi lege, §. conſuluit, aliquãdo autem quis bonis ſuis abutitur, ex illoque abuſu nullus fit locupletior, & tunc id lex non tolerat, de intereſſe nanque reipub. agitur cuius intereſt ſubditos locupletes habere, & ita loquitur d. §. 1. Inſtit. de his qui ſui ſunt vel al. iur. nã quòd quis in ſeruum ſeruiat, vel illum occidat, nullus ex hoc commodum conſequitur, ideo lex iſtud non patitur.

Proinde ſecundo loco ex Auguſtino Beroo dici poteſt, quòd cum voluntas prædicta vitæ contemplatiuæ, & ſubinde cultui diuino qui au
6 gendus † eſt non minuendus, cap. ex parte, cum ibi not. de conſtit. & not. in c. 3. de iur. patron. contrariari videatur, ſpernenda ſit: ſicut in ſimili dicitur de voluntate expreſſa ipſius patris volentis filio legitimam prohibere, quia quanto magis verbis prohibitiuis vtitur, tanto magis
7 filio debetur legitima † contra patris voluntatem, omne enim onus, conditio, ſiue dilatio pro non ſcriptis habeatur, l. quoniam in prioribus, C. de inofficioſ. teſtamen. ita erit hic dicendum, cum in concurrentibus publicum bonum verſemur, quod in præiudicium ſubſtituti præferẽdum eſt, auth. res quæ, & in corpore vnde ſumitur, C. commun. de leg. hæc ſecunda reſponſio cuta minime videtur, cum non ſit verum ingreſſurum monaſterium à vita contemplatiua retrahi vt ſtatim oſtendam.

Et propterea tertiò reſponderi poteſt, in propoſito de voluntate agendum non eſſe, cum fauore monaſterij ac piæ cauſæ diſponendi potentia auferatur, dicto §. ſed & hoc præſenti, de ſanctiſſ. epiſc. ibi, Sancimus ſi perſonæ talibus conditionibus ſubiectæ, ſiue maſculi, ſiue fœminæ monaſteria ingrediantur, aut clerici, aut diaconiſſæ, aut aſcetriæ fiant, tales conditiones inualidas, & pro non ſcriptis eſſe; vnde ſequitur quẽ
8 piam rei ſuæ arbitrum moderatoremque † non eſſe, lege prohibente, l. dudum, C. de contrahenda empt. & tradit Corn. conſil. 321. In hac conſultatione, columna ſecunda, in fin. num. quinto, libro quarto. Et ſi diceretur dictum text. §. ſed & hoc præſenti, præſumptiuè procedere, vt ceſſet eius diſpoſitio, vbi de voluntate expreſſa, ac particulari diſpoſit. conſtat excludendi monaſterium, poſſet hoc negari ibi de præſumptione agi, eſſetque nimis reſtringere fauorabilem eiuſdem tex. rationabilem diſpoſitionem, quod tamen an verum ſit infra patebit, vnde teſtatori non licebit generalem diſpoſitionem legum, & canonum immutare, c. requiſiſti, de teſtib. l. nemo poteſt, de leg. 1.

Secundò dicebat ibidem Ripa, quod cũ ne-
9 mo inuitus bene facere † cogatur, cap. de Iudeis, 45. diſtin. & c. fin. 23. q. 5. quibus diſponitur Iudæos, atque infideles compelli ſuſcipere ſacrũ baptiſma non poſſe, quod etiam ſcripſere Magiſter Senten. in 4. diſt. in q. 4. & 6. Diuus Tho. 2. 2. q. 10. art. 9. & in 3. par. ſummæ, q. 68. art. 10. & Dominic. de Soto in 4. ſentent. diſt. 5. artic. 10. col. 2. & col. 4. ac 5. prout hos omnes refert Menoch. in d. præſumpt. non potuit teſtator cogi ita diſponere, vt bona ſua eccleſiæ ac monaſterio acquirantur, ſed in ſua libera poteſtate, arbitrioque id poſitum erit.

Et ſi cum eodem Franciſc. Rip. in d. §. ſi quis rogatus, ſub nu. 39. diceretur, Quòd etſi nemo cogi poſſit benefacere, attamẽ compelli poterit
10 non † malè facere, & ſic hæredem ab ingreſſu religionis non diuertere, c. qui ad fidem, & c. non fruſtra, 23. q. 5. Reſpondendum eſt, teſtãtis mẽtem eo nequaquam tendere aut dirigi, vt hæredem ab ingreſſu religionis retrahat, & diuertat, ſed vt eius agnationi ac poſteritati prouideat, Si autem id contingat, præter animum mẽtemque teſtatoris eueniet, qui ad auerſionem prędictam cauſandam ſic non diſpoſuit; vt non dicatur malè facere ſi rebus ſuis conſulat, atque proſpiciat.

Tertiò congruit tex. in l. Deo nobis, §. hoc ẽt cognitum, C. de epiſcop. & cleric. vbi deciditur,
11 patri † permiſſum eſſe, ne aliquid filio ſuo profeſſo religionem vltra eius legitimã relinquat, ſi ergo vltra legitimã reliquit, in eo poterit quoquo modo velit ſubſtituere, vt dicunt ibi Bald. & Paul. de Caſt. pari igitur ratione fideicõmiſſum ſic iniunctum locum habere debet. Et ſi cũ Ripa diceretur, aliud eſſe quòd pater poſſit nõ relinquere filio profeſſo, aliud quòd poſſit filiũ hęreditate priuare ſi religionem ingrediatur, nã primo caſu non diuertitur filius à religione, ſecundo verò caſu diuertitur, quæ fuit reſponſio Franciſci Aret. in d. c. in præſentia.

Reſponderi poteſt, teſtatorẽ non priuare hæredem grauatum & ingredientem religionẽ hæreditate ei relicta, quia donec viuit ipſe grauatus bonis illis potitur, eo verò mortuo ſine filijs nihil acquiritur monaſterio, ſed propter conditionis euentum bona agnatis familiæque deferũtur, ſolum enim auocatur res ab eo, cui ad tẽpus conceſſa fuerat, vt poſt Card. Zabarel. in c. verum, de cond. appoſ. declarat Ruin. conſ. 27. Circa id de quo quæritur, ſub nu. 6. in fin. lib. 2.

vt non poſſit de priuatione aliqua tractari, nec contra hæredem qui bonis ſemper fruitur, nec contra eccleſiam, cui nullum ius quæſitum fuit, non enim priuatio dari poteſt niſi præcedat habitus, l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iur. & vt Iacob. Menoch. dicebat, teſtator ſic diſponendo, non videtur animum habuiſſe eccleſiam aliquo ſuo iure priuandi, nec grauatum à religione retrahendi.

Quartò ex Decio eadem opin. confirmatur, quòd teſtator rebus ſuis hanc conditionem ad-
12 ijcere † potuit, ne res ſua relicta eccleſiæ apud eam permaneat, ſi adiectum modum non impleuerit, d. capit. verum, de condit. appoſ. Congruit alius text. not. in cap. cum dilectus, de conſuetud. vbi conſtat, Epiſcopum in fundatione eccleſiæ poſſe ad ſolam laici patroni fundatoris petitionem concedere, quòd confirmatio ad alium pertineat quam ad ipſum Epiſcopum.

Huc etiam pertinet, quòd licet res quæ tranſit ad eccleſiam à collectis immunis exemptaque reddatur, attamen poterit teſtator legan-
13 do rem eccleſiæ, apponere † legem, quòd ipſa eccleſia ad collectas, & onera pro re ipſa legata teneatur, gloſſ. & Doct. in l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verborum oblig. Petr. de Anchar. conſilio 217. Dubium facit, columna prima, circa med. Carol. Ruin. d. conſ. 27. numero quarto, libr. ſecundo, Nicolaus Bellon. conſil. 40. Præſupponitur in facto, numero quarto, verſic. Primò ſi fortè.

Accedit etiam, quòd aliqui ſcribunt, vt va-
14 leat ſtatutum, † quòd bona omnia ciuium collectari ſemper poſſint etiam quòd in eccleſiam tranſeant, cum cuilibet permiſſum ſit legem rebus ſuis imponere, Calderin. conſilio ſeptimo, Et ſi ſtatuto cauetur, in fin. tit. de conſtit. conſilio 2. Statuto Peruſino, de cenſibus, Socin. ſen. conſ. 45. Supponitur in facto, numero primo, verſ. Ex quo infertur, libro tertio, conſil. 12. Ni fallor, columna 1. in princ. lib. 4. & illa eſt huius concluſionis ratio, cum hic de acquirẽdis eccle-
15 ſiæ agatur in quibus quidem præiudicari † poteſt, Bald. in l. de quibus, numer. 26. verſ. Sexto quæritur, ff. de legib. & in l. ſi quis curialis, numero ſecundo, C. de epiſc. & cleric. Et quòd ſtatutum à laicis bono zelo & æquo animo ad ſui principalis vtilitatem factum valet, licet in conſequentiam lucrum eccleſiæ quærendum auferat, vt ſcribit Bald. inter conſil. Anchar. conſil. 11. Factum ſuper quo petitur conſilium, col. 2. & 3. & tradit Dec. d. conſ. 259. Viſis his, colum. 2. ſub num. 3. verſ. Nam in quærendis, poſt eundem Bald. in rubr. de conſtit. col. 2. verſ. quæro an valeat ſtatutum.

Cæterum & his iuribus, atque exemplis ſiue autoritatibus facile reſpõderi poteſt, & Primò non obſtat d. cap. verum, quia intelligitur dum-
16 modo modus † non ſit à iure improbatus, vt gloſ. magn. ibi aduertit, & in his terminis etiam loquitur d. c. cum dilectus, verſ. Cæterum, ſtatutum enim de quo in eo text. ita demum recipitur eique defertur, ſi per illud nec iuri communi, nec priuilegio derogetur, hic autem priuilegio monaſterijs fauore vitæ contemplatiuæ, & religionis conceſſo derogaretur, meritò prohibitio teſtatoris monaſterio nocere non debet.
17 Secundò, in caſu † Anchar. d. conſ. 217. de licito quodam onere, & inſeparabili imò rationabili vniuerſale ac publicum beneficium reſpiciente agitur ex voluntate, & arbitrio diſponentis, vt tunc naturæ ſit conſonũ, cum non recuſare onera qui commoda recipit & acceptat, Clem. 1. de
18 cenſib. cum vt dicit lex, non ſit is ferendus † qui lucrum amplectitur, onus autem contemnit, l. 1. §. pro ſecundo, C. de caduc. toll. cumque ſit in poteſtate eccleſiæ, vel reſpuere, vel amplecti legatum, l. ſi tibi homo, de leg. 1. meritò onus illud pati debet, hic autem cũ onus receperit per monachationem grauati, non debet ex eadem ratione amittere lucrum inſeparabile applicationis fideicommiſſi ex lege & priuilegio fauorabili religionis vitęque contemplatiuæ ſibi competentis, ob contrariam voluntatem teſtatoris, deficiente poteſtate, cum legibus derogare non valuerit. Tertiò non obſtant Calderini conſilia, & doctrina Bart. in l. placet, C. de ſacroſ. eccleſ. ac in l. reſcript. in fin. ff. de muner. & honor. nam omiſſis rationibus ex quibus cautela Bart. tollitur, ipſum reprobant Bald. Archidiacon. Ioan. Andr. Gemin. Ioan. de Imol. & Lud. Rom. quos referendo ſequitur Iaſ. in d. l. placet, num. 21. dicens, dictum Bartoli ab omnibus damnatum reperiri, & poſt Cardinal. in c. perpendimus, col. 30. verſ. Venio ad tertium, de ſent. excom. idem tenet Felin. in c. eccleſia S. Mariæ, ſub num. 76. verſ. Sed contra dictam opinionem, Bart. extra de conſtit. vbi in fin. inquit ſententiam Cardinalis veriorem, atque ſuſtentabiliorem eſſe. Vl-
19 timò quod de molendino † Bald. aſſeruit dicto conſil. vndecimo, inter Ancharani conſilia, non obſtat in propoſito, nam ſtatutum illud non erat directè, atque ex diametro in præiudicium eccleſiæ, tunc enim non valuiſſet, vt ibi columna tertia, verſ. Et hic etiam diſtinguo, dicens ſic intelligi, cap. eos, de immuni. eccleſ. in 6. Hic autem verba directè Monaſterio opponuntur.

Præterea reſponderi poteſt ex ijs quæ in his terminis molendini tradit egregiè Signorolus de Homod. conſil. nonageſimoprimo. Factum ſic ſe habet, columna tertia, verſicul. Præterea nunquam habetur ratio, & infra, quòd dam-
20 num ſiue præiudicium redundans † ex conſtructione noui molendini, vt minuatur concurſus molentium in primo, non eſt conſiderabile, quod etiam voluerunt, Alexand. conſ. 194.

Conſi-

Conſideratis verbis inſtrumenti, numero 11. verſic. Et licet, lib. 2. Carol. Ruin. conſil. 93. Super eo, numero quinto, id declarans, num. 13. libro quarto, Anton. Capyc. deciſ. 209. In cauſa, numero 26. verſic. Et ideo dicebat, poſt Bal. in l. 1. in 13. oppoſ. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt, & probatur ex dictis per Bart. in l. quo minus in fin. ff. de fluminib. & ex ijs quæ in fortioribus terminis tradit Alberic. de Roſa. in l. ſi manifeſtè, in fin. C. de ſeruit.

21 Altera igitur ſuperiori contraria † eſt opin. quòd non obſtante hac ſpecifica prouiſione, & excluſione monaſterij, adhuc excluſo ſubſtituto monaſterium admittatur, quam comprobarunt, Richard. de Malumbris doctor ſublimis, ex Inclita ciuitate Cremonę, in d. auth. niſi rogati, quem referendo ſequitur Io. de Imol. in l. Lucius, ſub num. 5. colum. pen. & fin. in diſcuſu, ff. de hęredib. inſtit. idem Imol. in d. l. fideicommiſſum, in fin. ff. de condit. & demonſt. Bald. in ca. in præſentia, colum. 3. circa med. numer. 18. vbi Abb. num. 43. de communi atteſtans, verſ. Alia deciditur quæſtio. Franciſ. Aretin. num. 64. Felin. num. 33. & is communem eſſe affirmat, & Aug. Bero. num. 486. extra de proba. & videtur ſenſiſſe Ang. conſ. 80. Hæc quæſtio ſubtilis eſt & dubia, colum. 2. Hieronym. Cagnol. in l. 2. numer. 120. q. 22. C. de pact. inter empt. & vendit. Carol. Ruin. conſ. 189. Viſo teſtamento Dominæ Ioannę, num. 13. verſ. & quæ extenſio, lib. 2. vbi plures ex antiquis allegat, & Rolan. de Vall. conſ. 35. Illuſtriſ. & excellentiſ. Princeps, col. 5. num. 24. lib. 3.

Pro qua, Primò affertur textus, in d. §. ſed & hoc præſenti, in auth. de ſanctiſs. Epiſc. Si quis (inquit textus) ſub conditione nuptiarum, aut ſuſceptorũ filiorum, vel dotis, aut nuptialis donationis gratis, vel donauerit, vel reliquerit filijs ſuis, aut cuicunque alij perſonæ, vel hæreditatem, vel legatum, aut ſi initio purè ipſis relinquat, poſtea ſub vna memoratarum conditionum ſubſtitutione, aut reſtitutione eos prægrauet: iubemus vt ſi mares aut fœminæ qui talibus conditionibus obnoxij ſunt monaſterium ingrediantur, aut clerici diaconiſſæve aut aſcetriæ fiant, iſtiusmodi conditiones inualidæ, & pro nõ ſcriptis ſint, &c. ex his igitur vltimis verbis defectus poteſtatis euidenter reſultat, vt nõ ſit de voluntate tractandum.

22 Huic textui † ex intentione Pauli de Caſt. in dicta authen. Niſi rogati, numero tertio, verſic. Dic ergo, facile reſponderi poteſt. Imperatorẽ ibi cõditionem ex præſumpta mente teſtatoris non autem contra voluntatem inualidare, quãdo enim teſtator ſub ſimplici conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, aut ſi nuptias, vel matrimonium non contraxerit, non apparet an teſtator ipſe de ingreſſu religionis cogitauerit, vel non, Vnde Imper. voluit, quòd religionis fauore cõditio pro non ſcripta habeatur, deſumpta conjectura, quòd ſi teſtator de religionis ingreſſu cogitaſſet, non ſubſtituiſſet, & cum hac reſponſione pertranſeunt, Raph. Fulgoſ. conſilio 53. Quoniam ſuperius allegatum eſt, columna prima, ante numerum ſecundum, Corn. conſ. 253. Ardua eſt profectò, columna ſecunda, numero ſexto, verſic. Hanc etiam opinionem, libr. quarto, Franciſcus Rip. in dicta l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il 1. numer. 39. ff. ad Trebell. Ruin. conſilio 98. Viſo themate cum dubijs, num. 22. lib. ſecundo, Dec. conſil. 259. Viſis his, columna tertia, in princip. verſic. Nam tali caſu, & in cap. in præſentia, ante num. 65. verſ. Non obſtat quòd conditiones, & Vincen. de Franchis d. deciſ. 29. In cauſa, num. 5. verſic. Non obſtat text. Iacob. Menoch. in d. part. 2. de præſumpt. libro 4. præſump. 83. ſub num. 16. verſic. Verum reſpondetur, fol. 141.

Nec obſtat verbum Inualidas, in d. textu poſitum, cum vt aduerſus Franciſcum Aretinum dicit Carol. Ruin. d. conſil. 98. num. 24. verſic. Nec obſtat, lib. 2. quem ſequuntur Vincent. de Franch. & Menoch. in præcitatis locis, verbum illud Inualidas, non ſignificet impotentiam ex parte teſtatoris, ſed debeat exponi, ideſt ineffaces contra Monaſterium ſi exprimantur ſub forma de qua ibi, ſicut verbum valida exponitur, ideſt fortis, vt in rubric. de mendic. valid. libro vndecimo, & ibi gloſſ. verbum pariter, Inualidas, exponitur ſcilicet non fortes, ſed ineffaces, & ſic non negat text. quin ſub alia forma potuiſſet efficaciter concipi conditio ad excluſionem monaſterij. Similiter non obſtant ex Ruino verba pro non ſcriptis, ſignificantia ſecundum Aretin. in d. c. in præſentia, colum. 16. num. 69. verſ. Et primo, quòd verè condit. erat ſcripta ad excluſionem monaſterij, & ſic quòd capiat contra voluntatem defuncti, quia hoc eſt verum ceſſante legis interpretatione, ſed poſtquam lex mẽtem teſtatoris interpretatur, vt eſt dictum, illa conditio prout ſonat, eſt pro nõ ſcripta, ex quo extenditur ad caſum omiſſum fauore monaſterij: & quòd hoc verum ſit, neceſſario oſtenditur, Quia ſi conditio de qua ibi abſolutè tolleretur, & eſſet pro non ſcripta, ac ſi non eſſet appoſita, ſequeretur eo caſu quo quis eſt grauatus ſi deceſſerit ſine filijs, ſi monaſterium ingrederetur, quòd reiecta conditione ſub qua fuit grauatus, grauamen purum remaneret, & quòd monaſterium ſtatim excluderetur, ergo neceſſe dicitur, quòd iſto caſu, & alijs eſt inualida, & pro non ſcripta prout ſonant verba, & eo modo quo reperitur expreſſa, quia extenditur etiam ad caſum quo quis monaſterium ingrediatur; & cum Ruino ſenſit Didacus, & ambos ſequitur Domin. Vincentius de Franchis

d.deciſ.29.numer.6.pariter & Menoch. d.præſumpt.83.ante num.17. poſt Corn.in locis ibidem allegatis.

Secundò ex mente Richardi de Malumbris, affertur, quòd cum hæc diſpoſitio impeditiua religionis cenſeatur, & ſic vitæ contemplatiuæ,
23 quæ melior † eſt quam actiua, atque excellentior, §.primo, vbi gloſſ. in verb. Celſiorem, in auth.de Monach.c.infirmitas,de pęni.& remiſ. Archid.in c.ſcripturis,8.q.1. merito tanquam turpis reijcienda eſt, Diuinus nanque cultus(vt dicebam)augendus eſt non minuendus,cap.ex parte,cum ibi not.de conſtit.& ſcribitur in c.3. de iur.patr. timentes enim homines ne ſi ſine liberis decederent eorum bona virtute ſubſtitutionis in aliam perſonam transferrentur, ad matrimonium potius contrahendum, & ſic ad actiuam vitam,quam ad religionem, & contemplatiuam animum applicarent.

Sed hæc ſecunda ratio rectè conſiderando tuta non videtur,cum non ſit veriſimile, q̃ quis à tali bono amore diuitiarũ retrahatur, arg.l.profeſſio, C.de muner.patrim.lib.10.Sique hoc eſſet verum,ſequeretur,quòd illa condit.reijceretur etiam ſubſtituta alia pia cauſa, quod tamen eſt falſum,vt dicitur in d.§. ſed & hoc præſenti, & in d.auth.niſi rogati,vbi Corn. & Socin. in l. 2.ff.de his quę pęn.nom.verſ.Quarto conſider. Vnde illud, ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te,quid ergo erit nobis?& quæ ſpiritu Dei agũtur nõ ſunt ſub lege poſitiua, c.duę ſunt,19.q.1.c. licet, de regularib. Quinimò ingreſſuri religionem, mũdo, ac vanitatibus eius renunciare debent,paupertatem obedientiamque vouere,c.vidua,20.q.1.c.ad monaſterium, de ſtat.monach. & vt dicit Ant. de Butr.in d.c. in præſentia, quem refert Aret. num.67.verſic. Præterea,transferre bona temporalia in monaſterium non reſpicere ſalutem ingrediẽtis,quia plerũque propter oblationem bonorum ſuperbiunt,& bonum obedientię amittunt. Ceſſante igitur allegata ratione cultus & vitæ contẽplatiuæ,remanet illæſus fauor publicus in libere teſtando,& de rebus ſuis ad libitum diſponẽdo, cum ex Papin. lib.14. quęſtion.incertum nõ ſit
24 teſtamenti factionem non priuati,† ſed publici iuris eſſe, idęoque eius formam priuatorum pactis lædi non poſſe,l.3.ff.de teſtam.cumque eccleſia cultrix & altrix ſit iuſtitiæ, vt in ſe non patiatur vel in altero aliquid iniuſtum fieri,cap.1. tit.de alien.feud.Andr.de Iſern. in c.1.nu.2.tit. de ſtatut.& conſuetud. vnde, reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, Matth. 22.eique dicitur tributa deberi, ad Roma. 13. And.in prælud.feud.q.2.nu.32. cur hominis in teſtando libertatem reſtringere moliemur? §.
25 diſponat,auth.de nupt.Si ex Deo† leges ſunt, Prouerb.8.ſicut ab eo cuncta bona procędunt, Quicquid boni dicitur,à Deo eſt, ſcribit Gregor.in homel.Penthecoſt.ęque Dei veritate ſequuntur ab Imperatoribus rationabiles leges, cap.Imperatores,9.diſt.l.fin.C.de pręſcr.long. temp.Andreas de Iſern.in dictis prælud.numero 32. Imò eccleſia pro eo quod à Domino tẽporali in feudum retinet ei ſubeſſe dicitur, cap. cæterum,extr.de Iudic.cap.verum,cap.licet,de for.compet.Andr.in cap.1.§.ſi mulier,num.17. tit.de capitul.Corrad.

Secundò ex mente Ruini,d.conſil.98. numero 21.libro ſecundo,reſponderi poteſt, nã eſto quòd homines ex dicta teſtantis diſpoſit. à vita contemplatiua retraherentur,cum tamen teſtatoris intentio non fuerit ad hoc ordinata, nõ debet eſſe in conſideratione, quòd ex hoc à religione retrahi poſſet,nec propter hoc conditio ſuſcipiendorum liberorum, vel nuptiarum de qua loquitur d. §. ſed & hoc præſenti, deberet reijci,arg.l.non omne,ff.de ſtatu liber.& l.ſi vehenda,§.1.ad l.Rhod.de iact. Nam & quælibet
26 diſpoſitio,qua datur† materia delinquendi tãquam contra bonos mores,& contra publicam vtilitatem, non valet,l.conuenire,ff.de pact.dotal.l.iurisgentium,§. ſi ob maleficium, de pact. iunct.l.ita vulneratus,ad l.Aquil.& tamẽ quando teſtatoris diſpoſitio, ad hoc non ordinatur, valida eſt, quamuis ad delinquendum quis ex ea inuitetur.

Nam per ſuperexiſtentiam filij legitimati deficit condit.fideicommiſſi relicti ſub cõditione, ſi quis deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus, ſecundum quod communiter concluditur in cap.per venerabilem, Qui filij ſint legitimi, cum concordantibus in ſuperioribus allegatis, & tamen grauatus ex hoc vt excludat fideicommiſſarium,ad procreandum filios ſpurios inuitatur, ſi legitimos & naturales non habeat, vel habere non poſſit, quod vtique ſine delicto fieri nequit,hoc autem non attenditur,quia intentio teſtatoris ad hoc ordinata non fuit, vt grauatus delinqueret,ſecundum Angel.in Diſput. Nobilis quidam genere,& Alexand. conſil.ſecundo, Viſis codicillis,in reſponſ. ad 7. argum. numero 17.in fin.verſ. Non obſtat ſeptimũ argumentum, libro primo. Pari igitur ratione in caſu dicti §. ſed & hoc pręſenti, illa conditio de qua ibi, reijci nõ debet tãquam honoratus poſſit à vita contemplatiua retrahi, licet enim hoc contingere poſſit,non eſt tamen in cõſideratione, cum teſtatoris intentio directò ad hoc ordinata non fuerit.

Vltimò,reſponderi poteſt,veriſimile non eſſe,quòd dicto caſu grauatus ab ingreſſu religionis pedem retrahat, ob id quod monaſterium poſt mortem ſuam bona conſequi nõ poſſit, dato enim,q̃ ea quæ ſęculi ſunt cogitet atque meditetur, ſatis eſt quod videat ſe vel monaſteriũ

frui

frui poſſe ijſdem bonis donec viuit, prout textus in d.§. ſed & hoc præſenti, ſanciuit, ibi, Hoc autem auxilio tam clerici quam Diaconiſſæ eccleſiarum perfruuntur, &c. quæ reſponſio arriſit Didaco Tolet. libr. 1. var. reſol. cap. 19. num. 7. verſ. Sed hæc ratio, & in c. quamuis, part. 3. §. 2. num. 4. de pact. in 6. Iacob. Menochio, d. præſumpt. 83. ſub num. 18. verſ. Præterea veriſimile non eſt, ac etiam Alexand. Trentacinq. in d. tract. ſubſtit. part. 4. cap. 7. fol. 142. verſ. Et tanto magis.

Tertiò, congruit text. in l. quoties, & in l. Titiæ ſi non nupſerit hoc tit. de condit. & demon. 27 vbi diſponitur † conditionem impeditiuam téporalis matrimonij à legato reijci debere: illudque purum manere. Titiæ (inquit) Papin. ſi non nupſerit ducenta, & ſi nupſerit centum legauit: ſi non nupſerit mulier ducenta, non etiam centum reſidua petet; ergo à fortiori remouenda erit conditio, quæ matrimonio ſpirituali aduerſatur, cum de matrimonio carnali ad ſpirituale 28 † teneat argumentum, c. cum inter canonicos, de elect. cap. inter corporalia, c. fin. de translat. prælat. cap. quoniam frequenter, §. porrò, vt lite non conteſt. & tradunt Bart. in l. ſi quis ita, §. is cui, in fi. de leg. 2. Claud. Cantiuncula in Topica in loc. à ſimili, in 23. ſpecie, & Petr. Andr. Gammar. in Dialectica legali, in loco pariter à ſimili, fol. 23. verſ. A matrimonio igitur carnali, Pariſ. conſ. 37. Attendatur primo, verſ. Et hanc conſiderationem, num. 10. libr. 4. Rol. de Vall. conſ. 35. num. 18. lib. 3.

Huic textui ex Decio in d. c. in præſentia, numero 65. reſponderi poteſt, quòd nõ mirum ſi ibi illa conditio reijcitur, cum Titia retraheretur à matrimonio carnali, & ad viduitatem in- 29 uitaretur, quod quidem † legibus eſt improbatũ, ſed in hac, quia hæres grauatus ad matrimonium inuitatur, quod etiam fauorabile eſt. Vlterius in eodem text. videtur teſtator voluiſſe matrimonium impedire, dum dicit, Si non nupſerit, quod non eſt in propoſito, quia nõ videtur teſtator (vt eſt dictum) voluiſſe religionem impedire, ſed in ſęculo remanentibus conſulere, adeo quòd termini pares non ſint. Vltimò dicit Dec. eundem text. ſecundum aliam lectionẽ ducenta Titiæ ſi nupſerit relinqui, & ſi non nupſerit centum, quæ lectio in Codice Holandri habetur, & arriſit Iac. Menochio Iuriſconſ. eruditiſſimo. Sed retenta alia lectione Antonij Auguſtini, Franciſci Duareni, Contij, ac Didaci, & latius declarando Decij reſpontionem, dicendũ eſt argumentationem de matrimonio carnali ad ſpirituale in propoſito non procedere, Nam 30 cęlibatus † antiquitus maximè vetitus erat, vt in legibus duodecim tabular. tit. de cenſorib. qui & apud alias gentes probroſus fuit, teſte eodem Didaco in libr. de ſponſal. in ſecunda part. cap. octauo, numero ſeptimo, exemplis id comprobans, vt non immerito homines ſi vxoribus 31 careant † imperfecti & dimidiati, quodammodo viderentur, itaque Græcis qui τέλειοι vocant quicquid amplum & eximium eſt, atque integrum τέλειοι οἱ γήμαντες dicuntur; τέλος enim, inquit Pollux, γάμος ἐλέγετο ὡς τελῶν πρὸς τὸν βίον τὸν ἀνθρώπων, ideſt quo homo vitæ perfectę, & vndique conſumatæ, quaſi initiatur & conſecratur; & προτέλεια πρὸς τ γαμῶν ἱερία appellatur, ideſt donatio propter nuptias, vt Budæus annotauit τέλειος etiam vocatur Iuppiter nuptiarum præſes, ſicut ἡρὰ τέλεια Iuno præſes nuptiarum, vel pronuba, Virgil. 4. Æneid.

Prima & tellus & pronuba Iuno,
Dant ſignum.

Strabo item ſcribit Myſos ab Homero ἀβίους fuiſſe dictos, quaſi vita non vitales, quòd coniugij expertes eſſent. Vitam enim cælibem vix ac ne vix quidem eſſe vitæ dimidium cui multa deſint ad bene beateque viuendum. Sed Franciſcus Connanus Doctor elegantiſſimus, arbitratur ἀβίους appellatos huiuſmodi homines, quòd non poteſt eorum memoria eſſe diuturna, ſi nulla nouæ prolis ſubſtitutione ad æterni tatem perducatur.

32 Iſtud enim vitæ, † quod à natura datum eſt curriculum, per breuibus ſpatijs decurritur, niſi nobis ipſo in curſu deficientibus ſuccedant filij quibus quaſi vitę noſtrę lampada tradamus. Quod non niſi legitimis coniugijs aſſequi valemus; incertos nanque concubitus non diu tulit natura, quę præcipuum quendam, eumque mutuum amorem dedit viro & mulieri inter ſe, qđ autem ames, vis eſſe tuum, & quidem totum tuum, eſt enim ſocij impatiens omnis amor qui ad ſummum peruenit. quæ autem ab vxore officia venire debeant, maxima exiſtimes, rei domeſticæ & familiaris procuratio, liberorũ tum generatio, tum educatio, & cura, & fides in aduerſis, in proſperis conſtantia, in vtriſque dolor communis aut lætitia, omnium denique rerum cum ſumma animi charitate, ſumma voluntatis conſentio. Illa verò certæ prolis ſuſceptio quanti eſt è habere quos & viuus intueri poſſis vt exẽplar aliquod tui, & mortuus tanquam alterum te relinquere, qui nomen, qui hæreditatem, qui omni in re vicem tuam obtineant.

Vt magnum proinde antiquis legumlatoribus ſtudium ſemper fuiſſe honeſtorum coniugorum, vt hac neceſſitudine ciues ſuos inter ſe ſociarent, & ad vitæ, & ad officij communitatem, tum vt certos propriosque liberos haberẽ, & educare vellent, quos bonis artibus, & diſciplinis inſtruerent ad omne munus Reipublicæ.

Hęc illa eſt vera ſementis, quã quiſq. noſtrũ patriç ſuę facere debet proborũ adoleſcẽtũ, qui

iam tum tenera in ætate tanquam in herbis oſtẽtent quanti fructus ſint futuri,& quum ſatis maturuerint, & ipſa proſunt, quod ſpe & expectatione promiſerunt; cum igitur cęlibatus bono huic publico,quod potiſſimum in liberorũ procreatione poſitum eſt,l. 1.§.ſi ea,ff. de ventr. in poſſ.mitt.l. 2. C. de indict. vid. toll.reluctetur, non mirum ſi fauorabilior,in dicta l.Titia, cauſa matrimonij quam viduitatis,& cęlibatus apparuit,ſicque omne,quod nuptijs impedimentum afferat ſublatum videtur, vt Papin. libro 18. Quæſtionum in l.cum tale,§.ſi arbitratu Titij,hoc eodem tit.ſcribit,vbi Emanuel Coſta in princ. dictæ legis inſtitutum hoc valde commẽdat,& licet plura afferre poſſem,ſatis ſit adieciſſe,quod Cicero de Finibus,libro tertio,inquit, Cum ad tuendos conſeruandosque homines hominem natum eſſe videamus,conſentaneum
33 eſt huic naturæ, vt ſapiens † velit gerere,& adminiſtrare Rempublic. atque vt è natura viuat, vxorem adiungere, & velle ex ea liberos procreare. Vnde cum ex Iacobo Menochio religionis ingreſſus ſolum bonum ingredientis reſpiciat, non ita igitur reijcitur conditio, ſi religionem non ingrediatur, ſicuti illa ſi non nupſerit reijcitur,& licet conditio, ſi religionem non ingredietur, repugnare religioni videatur, attamen alia ex parte matrimonio fauere dicitur, quod Reipub.fauorabile eſt, quodque magnũ Sacramentum in Eccleſia Dei eſt, vt inquit Diuus Paul.& in Concilio Trident.ſeſſ.vigeſimaquarta, in princ. Sed quicquid Menochius, & ante eum Didacus,d.lib. 1. variarum reſol.cap. 19.num.10.verſ. Et tamen, dixerint,fauor religionis præcellens eſt, bonumque publicum reſpicit, cum monachi hi religioni addicti qui vi-
34 tam† aſperam,incultam,atque omnibus intercluſam voluptatibus, & diuitijs agunt ἐρημικὸν τῶν καθ' μοναχῶν nomen à ſolitudine ſortiti, orationibus,prædicationibus,lectionibus,meditationibus,ieiunijs,vigilijs, atque ſacrificijs,necnon aſſiduo cultu, Deo placeant,vt reipubl. Chriſtianæ plurimum intereſſit, ipſos priuilegijs ac fauoribus exornari,vt ſi de monaſticæ vitæ excellentia agere hic vellem, prolixa oratione egerem, quam inſtitutum,quod accepi reſpuere debet.

Quartò, hanc partem confirmare videtur,
35 quòd à ſtatuto ad teſtatoris † diſpoſitionem liceat argumentari,vt latè ſcribit Nicol. Euerardus,in centur.legali in loco ab vlt.volun. ad legem,ſtatutum.vel conſuetud. Atqui ſtatutum,
36 quòd ingrediens religionem nõ ſuccedat, † nõ valet,vt per Felin.in d.cap. in præſentia, num. 35.de probat.vbi Dec.num.53. idem Dec.in l. fin.num.28.C.de pactis, vbi de communi opinione atteſtatur,ergo pari ratione conſtat teſtatoris diſpoſitionem minimè valere qua religionis ingreſſus impediri poteſt.

Sed vt Franciſc.Rip.in d.l.ex facto,§. ſi quis rogatus,il 1.num.39.aduertit,hanc argumentationem conſtat in propoſito non procedere,cũ adſit valde diuerſa ratio, nam ſtatuentes poteſtate carent aduerſus eccleſiaſticam libertatem ſtatuendi,auth. caſſa.C.de ſacroſan.eccleſ.c. eccleſia Sanctæ Mariæ,de conſtit. Teſtator verò, de rebus ſuis ad ſui libitum poteſt diſponere, Huc tendit quod reſpondit Socin. ſen.conſilio 183. Eleganter ſunt omnia diſcuſſa,columna ſecunda,verſ.Quinimò Bald.lib.ſecundo,cũ poſt Bart. Bald.& Angel.in ſua diſput. Nobilis quidam genere, dixerit, pactum inter contrahen-
37 teſ† valere,quòd eccleſia non ſuccedat,licet ſtatutum valere non poſſit,ſubdens in hoc ſe contradicentes non reperire.

Quinto & vltimò,obſtare videtur opin. Do-
38 ctorum, tenentium quòd ſi teſtator† filiæ mille legauit ſi nuberet,ſi autem religionem ingrederetur centum tantum,legatum hoc mille filię ingredienti monaſterium deberi, cum teſtator ad impediẽdum religionis ingreſſum ſic diſponere non potuerit,ita ſcripſere Thomas de Formaginis huius cõcluſionis anteſignamus, in q. incip. Paterfamilias,quem refert & ſequitur Ioannes Andr.in addit.ad Spec.in tit.de ſtatu monach.ſuper rubr.circa medium, Richardus Malumbr. quem refert, & ſequitur Albericus de Roſat.in l.Deo nobis, columna ſecunda,& tertia,aſſerens hanc quæſt.publicè in ſtudio Patauino diſputaſſe, & rurſus, in ſecunda part. ſtatut.q.104.in 1.dub. Bald.colum.3.num.18.verſic.Sed quid ſi teſtator,Anton. de Butr.colum. 9.verſ.ex hoc patet,Aretin.col. 16. verſ. & primo pondero,Felin.col.17.num.37. verſ.ex iſtis remanet,vbi etiam Abb.col.14.num.48.in c.in pręſentia,extra de probat.rurſus Abb.in d.c.eccleſia S.Mariæ,col.31.d.conſtit.Bart.in l.2.ante num.2.ff.de his quæ pęnę nom.& ibi Alex.in addit.vbi inquit ita Bononiæ iudicatum fuiſſe, Lud.Rom.in l.ſtipul.hoc modo cõcepta, col.7. verſ. Vltimo ad idem,de verb.oblig. Matthefil. ſing.52.Nota quòd ſi teſtator, Alex. conſ.35. Super contẽtis in dicto themate, col. 2.verſ.Septimo pro hac parte facit,lib.3. quod repetitur conſ.121.nu.14.lib.2.& conſ.92.lib.4. Aret.in §.fi.col.fi.Inſtit.de legat. Iaſ.in auth.ſi qua mulier,col.3.ĩ fi.verſ. Tertio moueor,C.de ſacroſ. eccl.Hipp.de Marſil.ſing.215. Validum eſt arg. & in rub.de Fideiuſſ.nu.127.in rub.C.de prob. num.45.Soc.ſen.conſ.269. Pro inueſtigatione veritatis,col.1.in princ.verſ. Quinimo fortius, lib.2.dicens ab hac opin.tanquam magis communi iudicando conſulendoque recedendũ nõ ſore,& ſcđ in eam ſæpe cõſuluiſſę, & conſ.241. Circa primam difficultatẽ,col.5.verſ. Et magis in ſpecie cõfirmatur iſta opin. vbi etiam magis communem eſſe dicit, cod. vol. Thom.Ferret.

cautel.

caut.9.incip.Richardus Malumbri,& Thomas de Formaginis, vbi dixit ab hac opin. iudicando,& conſulendo tanquam communi non fore recedendũ maximè quia eam tenuerunt quattuor principaliores ſuæ tempeſtatis Moderni, ſcilicet Felin. Bartholom. Socin. Iaſ. & Ioan. Campegius, vt per eum. Pariſ.conſil.65. Viſo teſtamento,colum.4.num.14.verſ. Tamen iſtis non obſtantibus,vbi de veriori,& communi opin. lib.2.rurſus in d.cap.in præſentia,nu.144. vbi etiam Auguſt. Bero. num.494. Gabriel.Sarain.in addit. ad d. ſingulare Matthesilani, vbi multos citat de communi atteſtans, & ab ea iudicando non eſſe recedendũ,Socin.iun. conſil.160.Circa præſentem conſultationem,num. 68.lib.2.& de magis communi veriori,& in iudicando ſequenda opin. teſtatur Roland. de Vall.conſ.35.num.17. & per totum conſilium, in quo nititur hanc opinionem pluribus pleniſſimè confirmare,lib.3.Io.Campeg. in tract. dotis,in 1.part.q.30.incip.An pater poſſit,fol. 4.Nicol.Boer.deciſ.3. Dico quòd hæc q. num. 14.verſic. Tamen Ioan.Andreas in 1. part. Catel.Cotta, in memoriali,incip.Cõditio adiecta legato,verſic.Quem textum notat, in 2. parte, Franc.Rip.in l.prima.num.62. verſ. Et quia ſi pater,vbi de communi,ff.ſol.matrim. & ſecundum hanc opin. dicit Ioan.de Imol.in l.Lucius 2. in vlt. colum. verſ. Contrarium tamen,ff.de hæred.inſtit.ſe iudicari vidiſſe, eandemque cõmunem eſſe dixerunt,Ioan.Crot.& Didacus in locis infra allegandis, licet Imol. qui perplexe loquitur,& ipſi contrarium teneant,& communem etiam dixit præclariſſimus Doctor Viuius conciuis meus, in opin. infraſcripta, referens Vrſillum ad Afflictum,vt per eum, licet ipſe pariter à dicta communi recedat, Mich. Craſſ. in §.legatum,q.50.ſub num.12.verſ. Sed contrariam partem,fol.115. de magis communi atteſtans,multosque Doctores enumerans.

Sed reſponderi poteſt opinionem prædictã Thomæ de Formaginis numeroſos, ac maxi-
39 mos habere contradictores,nam contrariũ tenent, Bald.in Authen. niſi rogati,num.11.verſ. Hac ratione,C.ad Trebell.vbi etiam Salicet.& Corn. ibique Bald. inquit contra Thomam de Formaginis communem obſeruantiam, naturalemque æquitatem adeſſe, & Paul. de Caſtr. num.3.verſ.Et ideo,dicit communiter ita teneri,diſputandoque hoc fuiſſe determinatum, ſeque idem conſuluiſſe,Bononiæque etiam fuiſſe aliàs diſputatum,vt per eum. Bald.in l.Deo nobis,num.1.verſ. Et ex iſtis aſſerens hoc apparere ex diſp.Iacob.de Beluiſio, & ita conſuetudinem obſeruare, C. de Epiſc. & cleric. Paul. de Caſtr. in l.Titio centum, §. 1. in fin. numer.7. verſ. Ex quo reſpondetur,hoc tit. de condit. & demon. dicens iſtam partem aliàs conſulendo ſequutum fuiſſe,& eſſe veriorem,ne voluntates defunctorum fraudentur,& quia æquum, & iuſtum eſt, vt plus habeat quæ nubit mundo quã quæ nubit Deo,& ita videri ſeruari per totum mundum,qui idem dicit in d.l.Deo nobis, col. 2.Ioan.de Imol.in d.l.Lucius,2.colum.fin.aſſerens hanc opin. magis æquam videri,vt voluntati teſtantis deſeruiatur,& quia cum matrimonium carnale cõtrahitur, maior dos requiritur quam quando quis monaſterium ingreditur, propter maximas expenſas quæ in nuptijs,ſiue matrimonio carnali occurrunt, vt experientia docet, & licet contrarium ipſe iudicari viderit, tamen concludit hanc partem dubio procul æquiorem eſſe, Raph. Fulgoſ. in d.l.Deo nobis, dicens ita de facto ſeruari inſpexiſſe,& latius cõſil.53.Quoniam ſuperius allegatum eſt,colum. 2.num.2. affirmans ita ſeruari non modo ſecũdum mores illius patriæ,ſed totius etiam Italię à prudentiſſimis, & diligentiſſimis patribusfamilias,& infr.nume.3.verſic.Sed minimè,dicit hanc opin. vti benigniorem, æquiorem, ac fauorabiliorem tenendam eſſe, Petr. de Anchar. in rep.reg.Nemo poteſt,de reg.iur.in 6.vbi tradit ſic communiter obſeruari, rurſus Paul. de Caſtr.in l.Titiæ ſi non nupſerit,num.2.verſ.Et eſt bona lex,dicens ita communiter approbari, d.tit.de condit.& demonſtr. Raph. Cuman. in l.ſi ita quis,§.is cui,ff.de legat.2. vbi dicit hanc eſſe communem opin. Iaſon. conſil. 43. Videretur prima conſideratione,colum.quinta,ante verſic. Secundo reſpondetur, vbi ſcribit quod quamuis contraria opinio poſſit dici in puncto iuris eſſe verior, & eam legendo tenuiſſe in d. Authen.ſi qua mulier,tamen attenta communi conſuetudine, & communi obſeruantia totius mundi, & naturali æquitate iſta vltima poſſet ſeruari, quia minimè mutanda ſunt quæ certã legem,conſuetudinemque habuere, l.minimè, ff.de legib.l.quod ſi nolit,§.quia aſſidua, ff. de ædilit.edict.l.ſi prius,§.recti,ff.de aqu.plu.arc. præſertim cum ſufficiat naturalem æquitatem allegare,l.ſcire oportet,§.ſufficit,& ibi Bal.not. ff.de excu.tut.vt per eum,Ioan.Dilect.in tract. de art.teſt.in tit.de leg.caut.64. Didac.Couar. Toletan.lib.1.var.reſol.cap.19. Ioan.Crot. de Monteferrato in rep.l.nemo poteſt,num.71. de leg.primo, eandem quoque ſententiam tenuerunt, Dec. conſil. 419. Viſo eleganti conſilio, colum.2.num.7. vbi de veriori, & magis communi opin.teſtatur,Albert.Brun.in tract.quod ſtantib.maſcul.in 9.artic.q.2.colum. 4. nu. 58. verſ.Quod autem,& num.60.verſ.Vbi autem. & de magis cõi teſtatur, Dec. in d.cap.in præſentia,num.65.verſic.Contrarium tamen,poſt Bal.conſ.83.In quæſtione,lib.5. Fernan.Vaſq. in tract.de ſucceſſ.creat.lib.3.conſ.21. ſub num. 176.Carol.Ruin.conſil.98.Viſo themate,& du-

bijs,

bijs,ſub num.19.verſic.Quo ad tertium, libr.2. Octauian. Oſaſc.in deciſ.Pedemon.126.Andr. Fauentia,colum.antepenult.num.22.verſ. Nõ obſtabit,& hanc partem veriorem eſſe dixit Iacob. Menoch.in tract.de præſumpt.in 2.parte, lib.4.præſumpt.83.ſub num.26. verſ. Reſpondetur à prædictis diſſentire,fol.141. & num.4. citans Tiberium Decianum conſil.41.nu.30. lib.primo,idem quoque ſenſerũt Emanuel Coſta in l.cum tale,in 11.ampl.in fin.num.quinto. verſ. Quod etſi receptum ſit, fol.104. hoc eod. tit.de cond.& demonſt. Clariſſ.Iuriſconſ.Franciſc. Viuius opin. 328. incip. Filiæ relinquens, verſ. Sed interpretatur,dicens veriorem, & receptiorem opinionem eſſe, fol.305. Eruditiſſimus Doctor Alexan. Trentacinq. in tract. ſubſtit.in 4.part.cap.7.colum.29.verſic. Hinc infertur,fol.142.vbi de veriori,æquiori,ac magis cõmuni ipſe etiam fidem facit, & re vera hæc opinio Baldi,& præcitatorum videtur crebrior, & verior,vſu recepta,ac æquitate ſuffulta, à qua non eſſet iudicando, & conſulendo recedendum.

Ex prædictis ergo conſtat diſputando vtranque opinionem defendi poſſe,ego tamen à pri-
40 ma concluſione † non recederem,qua aſſeritur teſtatorem expreſsè prohibere poſſe,ne eius hęreditas in monaſterium tranſeat,& ad hoc dicẽdum moueor,per text.in l.prima, C. de ſacroſ. Eccleſ.iunct.d.l.Deo nobis,§. hoc etiam cognitum.C.de Epiſcop.& cleric.Habeat (inquit)vnuſquiſque licentiam ſanctiſſimo,catholico,venerabilique Concilio decedẽs bonorum quod optauerit relinquere,& non ſint caſſa iudicia eius.Nihil enim eſt quod magis hominibus debeatur,quam vt ſupremæ volũtatis, poſtquam iam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus: & licitum quod iterum non redit arbitrium,vnde in d.§. hoc etiam cognitum. Sin autem & amplius voluerint eis largiri: hæc eorum voluntati concedimus. Sin verò vltimam voluntatem parentes neque teſt. neque alio vltimo elogio declaraſſe monſtratum fuerit,&c. cum igitur vltimæ voluntatis liber ſit ſtylus, & pater ſuã voluntatẽ teſtamento declarauerit, non eſt in claris de interpretatione diſceptandum,l. ille, aut ille,§.cum in verbis,ff.de leg.3.& d.l.i.intelligẽda eſt ſecũdum titulum,ſiue rubricam ſub qua ſita eſt.

Et hanc eandem opinionem Baldi,& aliorũ
41 contra † Richardum de Malumbris vſu in practica ſeruari, dicit idem Bald.in d.l. ſi ita quis, §.is cui in tempus, poſt med. quem ad hoc refert Fulgoſ. d. conſil.53. Quoniam ſuperius allegatum eſt,colum.fin.nume.3. verſ. Potiſſimè cum Dominus Baldus,qui idem dixit, d.conſi. 407. In quæſtione quæ vertitur,num.13.lib.2. ipſamque indubitabilem eſſe ſcribit Dec.d.cõſil.259.num.3.verſ.Circa primum, & de communi teſtantur Sfort. Odd. in d. tract. de compend.d.concluſ.13.in 6.partic.verſ. Quo ad primam,& Emanuel Coſta in rep.cap. ſi pater, in verb. Si abſque liberis,num.68. verſic. Neque enim dubitandum eſt,de teſtam.in 6. & ſecundum iſtam ſententiam frequenter deciſum fuiſſe reperitur, Franciſcus enim Marzar. d.q.31. ita in Rota Florentina ſemper excelſa determinatum fuiſſe ſcribit, Oſaſcus etiam deciſ. 126. Andreas Fauentia,in fin.iunct.num.11. verſic. Vbi verò,& 24.verſic. Ex ſupradictis igitur, & denique D. Vincent.de Franch. doctiſſimus,ac præſtantiſſimus Præſidens Sacri Regij Neap. Conſilij deciſ. 29. In cauſa,num.7.dicit ſic concluſum fuiſſe in eodem Sacro Conſilio, & eandem opinionem ibi confirmat,num.3.& 4.quã multum æquam eſſe dixit Hieronym. Cagnol. in d.l.2.num.120.q.22.C.de pact.int. empt. & vendit.& de æquiori, atque humaniori opinio. teſtatur Franc.Rip.in d.l.ex facto,§.ſi quis rogatus,nu.9.verſ. Et iſta,ff. ad Trebell.

42 Hæcque opinio † maximè amplectenda erit, caſu in quem teſtator expreſſe ſuam voluntatẽ declaraſſet, ſe non principaliter animo excludẽdi monaſterium, ita prouidiſſe, ſed ſua bona in familia,& agnatione conſeruandi, vt in his terminis illam amplectitur Aemilian. dicto conſ. 109. numero decimoſeptimo,& Franc. Marz. in d.epitom.fideicommiſſ.quæſt.31. in 2.parte, in fin.

Cumque ſicut monaſterium ex crebriori opin. ſubſtitutum non excludit vbicunque clarè & explicite de voluntate teſtatoris prohibitiua
43 conſtiterit,ita etiam † cõtingat, quando nõ ex claris verbis, ſed ex vrgentibus coniecturis de teſtatoris voluntate appareret, prout hanc concluſionem, tanquam quid abſolutum Iac. Menoch. in d.tract.de præſumpt. in 2.part. libr.4. præſumpt.83. num.26. in fine, & Sfort. Odd. in tract.de compend.partic.6. tit. an legit. tãtũ in 10.lim. ex omnium intentione,quod etiam ſibi voluit Anton. de Padill. in ſæpius citata l. cũ acutiſſimi,num.44.verſic. Sed limitanda, conſtituunt,& verum dicunt. Propterea materiam iſtam breuiter proſequendo,inſpiciendum erit quænam hæ vrgentes coniecturæ ſint, ex quibus monaſterium non excludat ſubſtitutum.

Vnde primo quæro,nunquid ſi teſtator dixerit ſi hæres meus ſine liberis ex ſuo corpore, & de legitimo matrimonio procreatis, deceſſerit, eliciatur ſufficiens coniectura ad monaſterium excludendum, & in hoc duæ ſunt principales
44 Doctor.opin. Prima eſt,quòd ſi hæres † monaſterium ingrediatur, adhuc ſubſtitutus eo excluſo ad fideicommiſſum admitti debeat, ita tenuit Iacobus de Beluiſio illuſtriſſimus Iuriſconſ. in eius quæſt. incip. Titius teſtamentum condi-

86 quòd monaſterium † excludatur admiſſo illo de familia ſubſtituto, ita concludunt Dec. conſil. 259. Viſis his quæ nouiſſimè, num. ſecundò, Franc. Rip. licet non omnino reſoluat, in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il primo, num. 40. verſ. Sed quid ſi teſtator, ff. ad Trebell. Andr. Alciat. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 7. ff. de liber. & poſthum. Didac. var. reſol. lib. 1. capit. 9. num. 11. Ant. Padill. relatus à Iacobo Menoch. in loco infra allegando, in l. cum acutiſſimi, nu. 45. C. de fideicommiſſ. Auguſt. Bero. in cap. in præſentia, in 34. q. Pariſ. conſil. 22. De tribus principaliter, nu. 9. lib. 3. Fernan. Vaſq. in tract. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 21. nu. 169. Stort. Odd. in tract. de compend. ſubſtit. in 6. partic. tit. an legitimi tantum. concl. 14. verſ. Prima coniectura eſt, fol. 204. Aemilian. conſil. 109. num. 14. verſ. Tunc autem, Franc. Mantic. in tract. de cõiectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 21. dicẽs hoc dubitationem non recipere. Puteus deciſ. 55. In vna Romana Fideicommiſſi pro Bernardo de Bubalis, num. 4. in prima parte, Vincen. de Franch. deciſ. 29. In cauſa Ven. Collegij, nu. 7. verſic. Vnde ſacrum conſilium, part. 1. Alex. Trentacinq. in tract. ſubſtit. part. 4. cap. 7. num. 26. verſ. Et ex hac reſolutione, fol. 143. Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. part. 2. præſum. 83. nu. 45. verſi. Hoc ſanè caſu dicendum eſt.

Si enim volũtati teſtatoris in hiſce terminis ſtandum eſt, vt proximè reſolutum fuit, & impoſſibile ſit eius volũtati ſtare, ſi bona ad monaſterium deuoluantur, cũ de familia eius exirent, nec in ea perpetuo conſeruarẽtur, vtique ad monaſterium ſpectare non debent, ſed ad vocatos à teſtatore, in quibus ratio, & cauſa cõ ſeruandi verificatur, congruitque vt Pariſ. ſcribit, nam teſtator ſibiipſi cõtrarius redderetur, & ſua diſpoſitio ſibiipſi repugnaret, contra ea
87 quæ † habentur in l. nam ad ea, hoc tit. de condit. & demonſt. in l. 1. C. de furt. & in c. vbi repugnantia, de reg. iur. lib. 6.

Et ſi cum Franc. Rip. diceretur, quòd attenta dicta ratione, vt teſtator non poſſit bona conſeruare perpetuo in familia, niſi in neceſſarium antecedens alienatio prohibita ſit in monaſterium, idem dicendum eſſet quãdo teſtator ſubſtituit ſub conditione, ſi ſine liberis, hærede enim ſine liberis decedente nõ poſſunt bona ad ſubſtitutum peruenire niſi in neceſſarium antecedens alienatio in monaſterium prohibita ſit.

Reſpondeo, Doctores alioqui celeberrimos
88 ex nimia † quadam ſubtilitate aliquãdo in neruum erumpere, nam quæ Ripa hic dicit, voluiſſem non à doctiſſimo Iuriſconſ. proferri, cum ſecundo caſu poſſit dubitari, an de monaſterio ſenſerit, & ideo lex conditionem reijcit, & volũtatem teſtãtis interpretatur ad fauorem monaſterij, in caſu autem prohibitionis alienationis ad fauorem familiæ magis enixè de mente conſtat admittendi tantum illos de familia, & per teſtatorem vocatos, inter quos monaſterium comprehendi non poteſt.

Quinto quæro, nunquid quando teſtator hę redi ſuo decedenti ſine liberis cauſam piam ſub
89 ſtituit † ſi tunc hæres ille monaſterium ingrediatur, cauſa pia ſubſtituta, vel monaſteriũ admittatur, & an coniectura excluſiua monaſterij tunc aſſumi poſſit? & in hac q. concludendum eſt, piam cauſam excluſo monaſterio admittendam fore. Oldrad. conſ. 119. Titius condidit teſtamentum, in fin. nu. 3. verſ. Vnde ceſſat omne priuilegium, & ante eum gloſſ. in Auth. Niſi rogati, C. ad Treb. & in cap. in prę ſentia, vbi idem aſſeruere, Innoc. in fin. Abb. n. 36. Felin. nu. 54. & Dec. nu. 56. ext. de prob. Lud. Rom. in Auth. ſimiliter, n. 64. C. ad l. Falcid. Dec. in Auth. quirem. nu. 21. in fin. C. de ſacroſ. Eccl. & conſ. 426. In duobus dubijs, col. fin. nu. 10. verſ. Confirmatur hoc, Corn. conſ. 140. Circa hanc conſultationem, col. 2. in princ. num. 2. & ſub num. 3. verſ. Nec obſtat, §. ſed & hoc præſenti, lib. 1. conſil. 18. eiuſdem initij, colum. 3. ante nu. decimum,

verſ.

verſ. Nam licet,libr.4.vbi dicit in hoc communiter omnes cõcordare,& conſ. 253. Ardua eſt profectò,col.3.num.9.verſic.Præterea dicta diſpoſitio,eod.vol.4.Curt.iun.conſ.187.numer. 34.lib.2.Andr.Tiraq.in tract.de priuil.piæ cauſæ,priuil.95.Emanuel Coſta, in rep. c. ſi pater, in verb.Si abſque liberis,num.67.de teſtam.in 6.Ludouic.Gomeſ.in §.rurſus,num.27. Inſtit. de act.Hieron. Zanch. in rep. l.hæredes mei, §. cum ita,num.1213.verſic.Attamen ſi ſubſtitutus eſſet,ff.ad Trebell.Franciſc.Mantic. in trac. de coniect.vltim.vol.lib.11.tit.7.num.12.verſ. Quartò debet reſtringi, fol.271. Ioan.Cephal. conſ.7.Reuerendiſs.Epiſcopus Ferrariæ,col.1. num.4.verſ.Et proprius,libro 1.Sfort. Odd.in tract.de compend.partic.6. tit. an legitimi tantum,concl.11.limit.8.vbi poſt Decium in cap.in præſentia,communem opin. eſſe dicit,Iacobus Menoch.in tract.de præſumpt.par.2.lib.4.præſump.83.num.47.verſ. Sexta eſt coniectura,& Andr.Alciat.conſil.53. Grauem caſus,ante fin. num.17.tom.3.lib.9.

Probatur Primò hæc concluſio per tex. in d. §.ſed & hoc præſenti, in fin.authen. de ſanctiſſ. epiſc.Si tamen(inquit)in redemptionem captiuorum,aut egentium alimenta ſub prædictis cõditionibus,ſubſtitutio aut reſtitutio fiat,ex nullo memoratorum modo eam excludi permittimus.

Vtrum hic tex. non videtur explicitè dictam concluſionem probare,cum conditionaliter lo-
90 quatur,ibi,Si tamen, conditio enim † quæ per legem apponitur, nunquam dicitur leuem ſolennitatem continere,imò oportet,quòd conditio exiſtat,ita arg.l.prætor, in princ.ff.de collat. bon.tradit Bald.in auth. matri & auiæ, num.3. in fin.verſ. Quidam tamen dicunt, C. quando mul.tut.offic.fungi poteſt,& propterea videtur vt in illis duobus caſibus ibi in vim conditionis expreſſis,quòd idem text.procedat,l.fin.§.omnem,C.de admin.tut.cum licet, vt Cor.inquit, d.conſ.18.ante num.10.lib.4.d.verſ. Si tamen, duos caſus pios excipiat,nihilominus ex ſimilitudine rationis etiam ad alia relicta ad pias cauſas trahatur,prout voluit gloſ.fin.circa fin.in d. auth.niſi rogati,& gloſ.in d.cap.in præſentia,in verb.Inſtituit,& Doctores in dictis iuribus, ex quo communiter omnes ex eodem Corneo (vt dicebam)concordant,non eſt in dubio refricandum,arg.l.minimè,ff.de legib.& c.ne innitaris, de conſtit.cum alijs ibi adductis.

91 Secundò facit,nam priuilegiatus†priuilegio non vtitur contra pariter priuilegiatum, l. aſſiduis,C. qui potior. in pign. hab. Bart. in auth. quas actiones, num.3.vbi magiſtraliter diſtinguit,C.de ſacroſ.eccleſ.Alex.conſ.55. Quoniã cauſa,num.18.lib.5.Iaſ.in l.Marcellus,numero 38.ff.ad Trebell.Dec.conſ.221.In cauſa bene-
92 ficiali,col.2.num.6.& hinc dicebat Bald.†in c. cauſam,il 2.num.2.extra de Iudic.quòd diſpoſitio,l.non eo minus, C. de procur. non procedit in minori litigante contra alium minorem, id extendens ad duo capitula, quæ duobus minoribus comparantur, arg. l. ſed & milites, in prin.ff.de excuſ.tut.vt per eum. Proinde etiam priuilegia ſcholari competentia per auth.habita,C.ne fil.pro patr. aduerſus alium ſcholarem non competunt,vt per Gomeſ.in d.§.rurſus,numer.27.verſ. Sed aduerte,Inſtit.de act.& tradit Ceph.d.conſ.7.col.1.ante num.4. Ac denique vidua non poterit vti priuilegio,l.vnic.C.quãdo Imp.inter pupill.& vid.& conſtit.regni Statuimus, contra aliam perſonam priuilegiatã ex eiſdem,l. & Conſtitutione, ſed priuilegia con-
93 quaſſantur† & confunduntur,nec vna perſona erit potentior altera, ſed ius commune ſeruandum erit, ſcilicet quòd actor forũ rei ſequatur, vt ſcribit Andr.de Iſern.in d. conſtit. vbi etiam Afflic.in 7.notab.& in hoc adſunt ritus magnæ Curiæ Vicariæ, quos refert Vincent. de Frãch. deciſ.188. Vana viſa fuit dubitatio,num.2.in 1. part. Vnde quantumcunque monaſterium ſit priuilegiatum ita vt iura filiorum conſequatur in ſuccedendo,tamen non debebit hoc priuilegio contra aliud monaſterium ſeu aliam piam cauſam potiri, cum vtraque cauſa ſit in ſpecie priuilegiata,in d.§.ſed & hoc præſenti,in fin.vt aduertit Com.d.conſ.140.Circa hanc conſultationem,col.2.ſub num.3.verſ.Nec obſtat,libro 1.ſubdens ſecus eſſe,vbi vnus in genere, & alius
94 in ſpecie eſſet† priuilegiatus, per tex.in l.fin.C. ex quib.cauſ.maiores, quod hic non contingit, cum ſit æquale priuilegium.

Tertiò, nam priuilegia ita ſunt interpretan-
95 da,ne tertio præiudicium†inferant,c.quamuis, de reſcript.in 6.c.ex multiplici, de decim. Scriben.per illum text.in c.ſuper eo, de offic.deleg. Ruin.conſ.3.num.8.lib.5.Nicol. Bellon. conſ. 2.Proponitur in facto,numer.16.vnde cum pia cauſa expreſſe à teſtatore in ſubſtitutione vocata fuerit, dicendum eſt,quòd monaſterium à lege tantum priuilegium capiens dictam piã cauſam non excludat, nec iſto caſu iura filij adipi-
96 ſcatur, Præſertim quia expreſſum facit † ceſſare tacitum,l.cum ex filio,§.filio,vbi Bart. ff. de vulg.& pupill.Dec.in l.diſcretis,C. qui teſtam. fac.poſſ.& expreſſum facit ceſſare præſumptũ, vt poſt Bald.in l.in multis,verſic. Item noto,ff. de ſtat.hom.tradit Dec.in l. 1. in vlt. lect.num. 39.ff.ſi cert. pet. res etiam de facili ad ius commune reuertitur, & ſic ad ſuam primariam naturam, arg. l. ſi vnus,§. pactus ne peteret, ff.de pactis.

Quartò hæc concluſio fortaſſe cõfirmari poterit, ex alia concluſione qua reſoluitur, eccleſiam hæredem inſtitutam de legato alteri eccleſiæ re-

97 ſiæ relicto † Falcidiam detrahere nequaquam poſſe, vt voluit Ludou. Rom. in auth. ſimiliter, in 4. ſpeciali, C. ad l. Falcid. Et quamuis Abb. in d.c. in præſentia, & Vinc. Hercul. in l. Marcellus, ad S.C. Trebell. contrarium ſenſerint, quinimò Herculanus, communem opinionem eſſe dixerit, tamen Lud. Roman. opinio verior eſt, quã tenent etiam Alex. in d.l. Marcellus, numer. 5. & Iaſ. num. 37. idem Alex. in l. 1. §. ad municipiũ, columna 1. verſ. limitat tamen, ff. ad l. Falcid. & hanc opin. vti veriorem, & communem tenendam eſſe ſuadet Fernand. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. §. 26. num. 25. Sed hoc ſimile quamuis in ſe verum, ex ijs tamen quæ Corneus, Felin. Alexander & alij conſiderant, parum propoſitæ cõcluſioni aptari poteſt, & ideo alia deſuper allegata vti magis ſtringentia ſufficiant.

Retenta igitur ſupradicta cõiectura, ampliatur vt procedat † etiam ſi locus ſubſtitutus eſſent minus pius, vt ſcribit Dec. in d.c. in præſentia, num. 56. verſ. Tertio ex gloſſ. poſt Antoniũ de Butrio, & Abb. ibi, quos refert, & tradunt Tiraquell. in d. tract. de priuileg. piæ cauſ. in priu. 95. Sfort. Odd. in tract. de compend. in 6. parti. tit. an legitim. tantum, concl. 11. verſ. Ampliaturque hæc deciſio. Franciſc. Mantic. in d. tract. de coniect. vltim. volun. lib. 11. tit. 7. nu. 12. verſ. & hanc etiam opinionem.

Et vt Dec. in præalleg. loco inquit, ad hoc in ſimili bene facit, quia electio facta de idoneo nõ
99 retrahitur ex eo, quod magis idoneus † eligi potuiſſet, vt voluit gloſſ. quam Abb. & alij ſequuntur, in c. conſtitutus, il 2. in verb. Maioribus, de iur. patron. & not. Alberic. in l. cum quidam, ff. de leg. 3. & ſecundum hoc declaratur, quod ſolet dici, legatum in dubio pauperiori loco deberi, vt in §. ſi quis autem, in authen. de eccleſ. tit. Ideo potius monaſterio monialium deberetur,
100 quia eſt locus magis pius † quam ſit monaſterium monachorum, ſecundũ Bald. in d.l. in multis, circa fin. ff. de ſtat. hom. poſt Cyn. in l. cum multę in vlt. q. C. de donat. ante nupt. Nam iſta & ſimilia locum habent quando electio debet fieri, vel diſtributio, ſecus eſt quando facta reperitur, quia non debet retractari, per ſupradicta.

Sextò quæro, nunquid coniectura voluntatis deſumi poſſit, Si in ciuitate in qua teſtamentum conditum fuit, adſit conſuetudo vel ſtatutum quo caueatur verba teſtamenti debere ad
101 litteram † intelligi, vt monaſterium excluſum intelligatur, ita vt ſub illis verbis, ſi hæres meus ſine filijs deceſſerit, monaſterium non cõprehendatur, quod deinde is hæres ingreſſus eſſet? In hac quæſtione Scribentes concludunt ſubſtitutum admitti debere excluſo monaſterio, inter quos fuit Bald. in c. in præſentia, num. 10. verſ. Sed pone, extr. de probat. idemque ſenſere Iaſ. in auth. Si qua mulier, num. 20. verſic. Quartò limita, C. de ſacroſan. eccleſ. Andr. Barbat. conſ. 20. col. fin. lib. 2. Æmil. conſ. 109. numer. 16. Iacob. Menoch. in d. præſumpt. 83. nu. 48. citans Franciſc. Sarmientum, lib. 1. ſelect. interpret. cap. 6. col. fin. verſic. Præterea, eandem etiam opin. comprobat Franciſc. Mantic. in d. tract. de coniect. vlt. vol. libro 11. tit. 7. num. 16. verſ. Octauo debet reſtringi, fol. 271.

Nec omittẽdum exiſtimo, Baldum loqui in d.c. in præſentia, d. num. 10. & 11. quando generalis conſuetudo dictaret, quòd teſtamentum obſeruari debeat prout iacet ſine aliqua ſubauditione, vel interpretatione ciuili, vel canonica ſecundum eum, cõcludentem monaſterium (vt dicebam) excludi debere.

Comprobatur prędicta opinio, quia tàm Imperator in d.§. ſed & hoc præſenti, quam Summus Pontif. in d.cap. in præſentia, ex interpretatione, ſubauditoque intellectu procedunt, illorumque ſtatutum de iure poſitiuo, eſt non autẽ naturali, Vlterius ſtatutum atque conſuetudo ſuorum ciuium teſtamenta interpretari poteſt, l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. ac etiam de ciuium bonis diſponere, eorumque teſtamẽtis. Hoc autem ita accipiendum erit, ſi ſtatuta & cõſuetudo eſſent confirmata per Papam, ſaltem
102 ex generali confirmatione, aliàs † conſuetudo laicorum non poſſet derogare decretali dicti c. in præſentia, iuxta tex. in cap. eccleſia S. Mariæ, de conſtit. Niſi eſſent iniuſta ſtatuta, quæ confirmatione generali roborata non viderentur, vt not. dicit gloſ. in l. 1. ff. quod quisque iur. & arg. l. ex facto, in prin. ff. d. tit. de vul. & pup. ſubſtit. in princ. prout idem eſt in feudis confirmatis ſub generali vocabulo, nam ſolum vera & legitima feuda confirmari dicuntur, & non alia, quibus congruit, quia fauorabilior eſt Deus quàm filius teſtatoris, argu. l. poſtliminium, §.
103 filius, ff. de captiu. Item quia qui non † poteſt condere, non poteſt interpretari, argumẽto deſumpto à contrario ſenſu, per l. fin. C. de legib. Vlterius fauor ciuilis aliquãdo naturali fauore propter populi placitum prẽualet, vt in ſtatutis quod agnatus filiã decedentis excludat, vt not. Cyn. in l. publico, C. de adulter. nec odioſum dicitur, quod in ſe publici fauoris rationem continet, cum à viris non à mulieribus reſpub. gubernetur, ac honor familiarum maximè nobilium conſeruetur, vt l. 1. ff. de ventr. inſpic. hactenus Bald.

Propterea ſcitè Mantica ſtatutum ſiue conſuetudinem hanc à Summo Pontifice comprobatum, ac confirmatam fuiſſe, d. tit. 7. num. 16. præſupponit, iuxta reſolutionem Baldi qui optimè loquitur, vt ab eo diſſentiendum non exiſtimem.

Hæc concluſio ſic intellecta roborari etiam poteſt, nam dicto ſtatuto exiſtente, quod teſta-

mento-

,mentorum verba ad litteram prout iacent intel
104 ligantur, tunc ſub expreſſa † vulgari tacita pupillaris, vel è contra non continetur, Bald. in l. precibus, col. 3. num. 15. C. de impub. & al. ſubſtit. Iaſ. in d. auth. ſi qua mulier, ſub num. 20. & denique ſi in volumine ſtatutorum reperiatur ſtatutum diſponens, vt ſupra, operabitur quòd in ſtatutis omnis interpretatio actiua, paſſiua, & extenſiua ceſſabit, prout ſing. not. ipſe Bald. in l. fin. colum. 2. numer. 8. C. de patribus, qui fil. diſtrax.

Poſſem alia de efficacia huius ſtatuti afferre, quæ tanquam alibi poſita, erunt nunc breuitatis cauſa prætermittenda. concludo igitur teſtatorem pręſumi conformem voluntatem habuiſſe cum dicto ſtatuto, & aliud non intellexiſſe, iuxta tradita per Bar. & Doct. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. & ſic quòd eius verba ſubauditum intellectum non recipiant, nam vt notanter Bal. inquit in d. l. precibus, ante nume
105 rum 45. rationabile eſt, quòd verba † ad cogitatum reſtringantur, l. ſi quis ita, §. pen. ff. de tutel. & in tali cogitatu habet locum ſtatutum legis, arg. l. codicillis, §. fin. ff. de leg. 2. nam & teſtator fingitur cogitare id quod lex diſponit, argum. text. in l. ſi duo, ff. de acq. hæred.

Septimò quæro de alia coniectura, quid ſi in ciuitate ſtet ſtatutum, quòd eccleſia & monaſte
106 rium non ſuccedat, an iſto caſu † militabit diſpoſitio dicti §. ſed & hoc præſenti, vel potius excluſo monaſterio ſubſtitutus debeat admitti? In hac difficultate Andr. Alciat. d. conſil. 53. Grauem caſus, col. 2. num. 5. & 6. tom. 3. libr. 9. verſ. Sed cum per ſtatuta terrarum, in ea eſt ſententia, quòd etſi dubium ſit an talia ſtatuta de iure valeant, cum tamen per cõſuetudinem approbata reperiantur, debeant omnino obſeruari, idemque voluit conſ. 157. Clara ſunt verba teſtamenti, ſub num. 5. verſ. Et iſta opinio, & in finalibus verbis, verſ. Nec poteſt in dubium reſricari, eod. vol. & Alciatum ſequutus eſt Iacobus Menoch. in d. præſumpt. 83. num. 53. verſ. Vndecima eſt coniectura, dicens quòd cũ talia ſtatuta de facto obſeruari ſoleant, & teſtator ſe cũdum ipſius ſtatuti diſpoſitionem voluiſſe teſtari præſumatur, videtur voluntatis fuiſſe, excludendi monaſterium, quod quidem monaſterium tunc nõ dicitur ex diſpoſitione ſtatuti excludi, ſed ex voluntate & diſpoſitione teſtatoris cui permiſſum eſt ita facere ac diſponere, vt per eum, dicentem idẽ eſſe quando extaret conſuetudo patriæ teſtatoris, quod monachi & religioſi parentibus ſuis ab inteſtato non ſuccedant, vt decidit Nicolaus Boer. q. 354. num. 8. & nono.

Cęterum aduertẽdũ iſto caſu exiſtimo, nam Felin. in d. c. in pręſentia, proſequendo hanc materiam, num. 38. verſ. Primo quæro, videtur cõtrarium tenere, dum inueſtigando an ſtatutum dictans quòd monaſterium ingrediens parentibus non ſuccedat, teneat, aduerſus Bar. in l. fin. in 3. colum. C. de pact. Bald. in d. l. Deo nobis, col. pen. & Lapum alleg. 101. incip. In ciuitate Florentiæ, reiecta illa diſtinctione an ſtatutum de ingrediente, vel de ingreſſo loquatur; concludit indiſtinctè dictum ſtatutum non eſſe validum, poſt Ang. Lud. Roman. Petrum de Ancharano, Bald. & Anton. de Butr. per eum citatos, & quòd non teneat videtur eſſe, & idem dicit Dec. in eod. c. in præſentia, num. 58. verſ. Et ſic ex prædictis, videturque communis opinio quam ſequitur, & de ea atteſtatur ipſe Dec. in d. l. fin. num. 28. C. de pact. verſ. Succeſſiue Bartol. vbi multos ad hoc allegat, vt per eum. Adeo quòd circumſcripta conſuetudine, & obſeruantia, ſtatutum excluſionem monaſterij operari non poſſet.

Sed pręſuppoſita approbatione ſtatuti ex cõſuetudine, nunquid monaſterium excludatur, & Alciat. ac alij ſupra relati monaſterium exclu
107 di concludunt, Nam conſuetudo † potentior eſt ſtatuto, Laur. Calcan. conſ. 4. colum. 12. vbi quòd valet conſuetudo ſuper matrimonio, ſed non ſtatutum, cum in conſuetudine adſit etiam eccleſiaſticorum conſenſus; probatur hoc dictũ Calcanei, nam clerici non poſſunt contra cano-
108 nes † ſtatuere, c. quod ſuper his, de maior. & obed. & tamen contra canones poſſunt conſuetudinem inducere, c. fin. de conſuet. & ita arguit Dec. in c. quæ in eccleſiarum, col. 4. in fi. de conſtit. ideo non valet ſtatutum vbi conſuetudo va
109 lere † non poteſt, Bald. conſil. 238. Factum ſuper quo, colum. 2. lib. 4. Aym. Crauet. in tract. de antiq. temp. in 1. part. nu. 42. fol. 8.

Ad hoc etiam faciunt tradita per Socin. ſen. conſ. 145. Circa primum conſultationis articulum, col. antepen. circa med. verſ. Confirmatur etiam, libr. 1. vbi poſt Anton. de Butr. in c. cum dilectus extr. de conſuet. deducit, ſtatutum pro
110 pter conſuetudinem interpretantem † contra ius aſtringere, quod aliàs non aſtringebat, vnde inferebat D. Anton. quòd licet non valeat ſtatutum contra ius, tamen ſi conſuetudo interpretatur illud valere, ex virtute conſuetudinis, contra ius extenditur, quę verba dicit eſſe notanda, & alibi non reperiri; & congruunt tradita per Abb. conſ. 27. Dubium ſuper quo conſilium de iure in pręſentiarum petitur, col. final. ante fin. verſ. Hanc opinionem Speculatoris, & infra, vt ſit ex prædictis cum Andrea Alciat. viro grauiſſimo concludendum, qui etiam ad hoc propoſitum de conſuetudine interpretatiua citat Laurentium Calcaneum in duobus conſilijs, vt in præallegato eius primo reſponſo, libr. 9. ac etiã Angelum conſ. 288. Viſo facto & ſtatuto prædicto, col. fin. verſ. Ex quibus concludo, addide-

rim

rim etiam Dom. Frãciſcum Viuium conciuem
111 meum,† & Iuriſconſultum,vndique præclariſ ſimum, valdeque eruditum,in deciſ. 66. Conſuetudo,num.3.in 1.part. fol.121. quam nuper non ſine prægrandi animi exultatione in volumine ſuarum deciſionum nouiſſimè editorum inſpexi,in quibus Vivii acre ingenium,doctrinæ ſoliditas,cõcluſionum vera reſolutio,admirabilis ordo ac claritas, motiuorum atque autoritatum vbertas,& denique ſermonis elegantia eluceſcunt,vt non immeritò virtutis ornamenta,nominisque æternitatem ingenti cum laude rerumque bene geſtarum gloria fuerit conſequutus.

Octauò quæro,an quando teſtator filium iã
112 in ſacris † conſtitutum, vel religionem profeſſum inſtituit,& ei ſine filijs decedẽti ſubſtituit, hoc caſu eccleſia & monaſterium ex coniectura ta mente teſtatoris excludatur admiſſo ſubſtituto? & in hac difficultate duæ ſunt ſcribẽtium opiniones, Prima quidem, quòd eccleſia ſiue monaſterium admittatur,de quo ſenſiſſe teſtator præſumitur, Bart.in l.hæredib.§. Titius,numer.4.verſ.Facit ad quæſtionem,ff.ad Trebell. vbi etiam Ang.in fin.num.3.verſ. Contrarium eſt verum, Io.de Imol.& Andr.Barb.in c.in præſentia,num.96.de probat.

Vult nanque Bart.conditionem ſi deceſſerit ſine liberis in conſtituto in ſacris, nõ de ſpurijs intelligi, ſed de filijs legitimis tantum quos habere poteſt, ſcilicet de eccleſia, vt in d. §. ſed & hoc præſenti,in auth.de ſanctiſ.epiſc. cum ſi ad filios ſpurios teſtator ſe retuliſſet,fideicommiſſum eſſet nullum,ſecundum Doct.quos ibi Bartolus refert, vt aduertit ibidem Ang. in finalib. verbis:eſſet enim filium in ſacris ordinibus cõſtitutum ad fornicandum allicere & inuitare, vnde nullitas prædicta cõſurgit,& quod ita ſit, probat tex.in d.l.hæredib.§. Titius,in fin. Nam etſi matrimonium cum furioſa non fuit, cum tamen filiam reliquiſſe proponeretur,conditioni illi ſi ſine liberis deceſſiſſet,ſatisfactum eſſe, Claudius Iuriſconſ.reſpondit.

Sed contrarium ſuſtinendo,huic rationi per Bartolum inductæ,reſponderi poſſet, de eccleſia non debere intelligi, nam teſtator conditionaliter loquutus fuit, ſi inquam ſine liberis deceſſiſſet, vnde ſi eccleſiam admitteremus, cum incertum non ſit inſtitutum,& in ſacris exiſtentem ſine eccleſia decedere non poſſe, conditionem circa caſum certum fingeremus,qui omnino eſſet extiturus,& tamen conditio ad incertũ futurum caſum referenda eſt, cum ſit quidam
113 futurus† euentus in quem diſpoſitio ſuſpenditur,vt per Bart.in l.1.in princ.verſ. Vnde tu dicas,ff.de condit.& demon.ſic conditionem diffinientem,reiecta Azonis definitione,vt per eũ, de quo alibi.

Propterea Io.Coraſius,lib.Miſcellan.1.cap. 7.num. 6. aduerſus Bartolum dicebat iſto caſu ſpectatam magis naturam quam accidens à teſtatore fuiſſe,l. ſi quis poſthumos,ff. de liber.& poſthum.ibi,Quòd natura magis in homine generandi,& conſuetudo ſpectanda eſt, quàm tẽporale vitium aut valetudo, propter quam abducatur homo à generandi facultate. Nec dicẽdum eſt cum Bartolo,& alijs,ita inuitari ad cõplexus nefarios inſtitutum, non enim conditio huiuſmodi (inquit Coraſius) inuitat, ſed caſus duntaxat contingentiam ponit,ad quod confirmandum allegat Angelum in l. ſi quis poſthumos,ante fin.verſ.Sed ſolue.

Altera igitur contra Bartolum eſt opin.vt de
114 eccleſia† ſiue monaſterio non ſint dicta verba teſtatoris intelligẽda, & proinde monaſterium excludi debeat,in qua fuerunt Pariſ. conſil.22. De tribus principaliter, num.7.verſ.Tamen in caſu præſenti, & num.8.lib.3. fretus autoritate Franciſci Aretini,in d.cap.in præſentia, col.16. num.70.verſ. Nam primo non obſtat,de prob. & ante iſtos idem ſenſit Ang. in d.l.ſi quis poſthumos,num.2.ibi,Item per ſpurios ſimiliter,ſi filios habere non poteſt, vt clericus,ff.de liber. & poſthum. & Angelum ſequitur Ioan.Coraſ. d.lib.1.Miſcell.cap.7.num.5.vbi voluit de ſpurijs teſtatorem intellexiſſe,in qua opinione tandem reſidet Aug.Bero.conſ.73.Quòd cuenien te caſu,colum.4.ante num.13.verſ. Conſideran dum eſt etiam,lib.2.cui aſſentitur Iacobus Menoch.in d.tract.de præſump.in 2.part.præſum. 83.nu.54.verſ.Duodecima eſt.

Mouentur,Aretin.& Pariſ.Nam ſi fauor monaſterij conſurgit ex periculo ne quis à vita cõtẽplatiua retrahatur,& propterea conditio pro non ſcripta habetur,quando teſtator grauat filium monachum, ceſſat illud periculum, quòd ab ingreſſu retrahatur, vnde tantus fauor monacho vel monaſterio nequaquam debetur, & conſequenter erimus in regula dictante debere per teſtatorem diſpoſita ſeruari, eſto, quòd ad incommodum monaſterij tendant, cum etiam illi damnum non inferatur, ſed tantum illa ſpes ſuccedendi acquirendique tollatur, vt in ſimili traditur in l.fin. C.de acq.poſſ.& per DD.poſt gloſſ.in l.ſeruus paciſcendo, C. de pact. & in l. fin.C. de codicill. Vnde cum negari non poſſit quin teſtator iſto caſu de monaſterio cogitauerit,quod præ oculis habuit, & tamen dixit ſi hæres meus ſine liberis deceſſerit, de alijs ſenſit quam de eccleſia.

Huic rationi reſponderi poteſt,quòd quam-
115 uis text.in d.§.ſed & hoc præſenti, † loquatur de ſubiectis perſonis huiuſmodi conditionibus quæ deinde monaſteria ingrediuntur, vt ibi in verſ.Sancimus,vnde poſſit elici ratio impediẽdi vitam contemplatiuam, & ſubinde fauoria

mona-

monaſterij, tamen nõ erit incongruum dictum text. etiam intelligere de iam cõſtituto in ſacris, vt eius cauſa monaſterio etiam tantus fauor debeatur, quod deducitur ex ſolatio quo frui eos vult, qui vſque ad ſuam vitam in eccleſijs perſeuerauerint, quo quidem ſolatio non fruerentur ſi fauor prædictus ceſſaret, & ſi ratio fauoris illa cenſetur ne quis retrahatur; ergo maior ratio militare videtur eiuſdem fauoris in iam ingreſſo, vt permaneat & in monaſterio perduret, Nã aliter ceſſante perſeuerantia bona ingreſſorum monaſterijs non applicarentur, & tamen, monaſterio aut aſcetrio, vbi à principio ingrediuntur res cõditionali reſtitutioni ſubiectæ ex illomet textu competunt, & ſi monaſterium non admitteretur, dicemus fortaſſe cum Angelo & Ioanne Corafio ſpurios ex ipſo in ſacris conſtituto deberi. certè hoc aſſerẽdum non eſt, cum idem Angelus ſibi contrarius in d.l. hæredibus, §. fin. poſt Bartolum ibi hoc reijciat tanquam abſurdum, & alliciens ad delinquendum, & Ioan. de Imol. in d.l. ſi quis poſthumos, ſub num. 2. verſ. Tu adde, animoſe ſed rectè quidem, dicit illud Angeli dictum verum non eſſe tanquam contra publicam honeſtatem. Nec iuuat dicere de alijs liberis intelligi non poſſe, & ideo ſic interpretari oportere, d.l. hærẽdibus, §. fin. Nam illẽ text. retorquetur, dum in fine dicit, Sed ſi ex ea quæ alij nupta ſit, poſthumum quis hæredem inſtituerit, ipſo iure non valet, quod turpis ſit inſtitutio, Paulus itaque ibi ſi turpitudinẽ execratur, cur nos ad turpitudinem ſpurios ſuſcipiendi in ſacris conſtitutum inuitare voluerimus, cum lex iubeat, quæ honeſta ſunt, contraria autem prohibeat.

Secundò dicebat Aug. Bero. verba illa ſi ſine liberis deceſſerit, duas conditiones, vnam explicitam, alteram verò implicitam continere, explicitam ſiue expreſſam ſi deceſſerit ſine liberis reſtituat, Implicitam verò & tacitam, ſi deceſſerit cum liberis non reſtituat, arg. l. aliquando, hoc tit. de cond. & demon. illamque explicitam honeſtam cenſeri, nec ad delinquendum ſiue turpitudinem inuitare, implicitam verò ad delinquendum allicere, & turpem eſſe, atque in hac ſpecie explicitam & expreſſam attendendam fore, non autem implicitam, tum quia hæc tacita in conſequentiam illius expreſſæ progreditur, & quodammodo à ſenſu contrario, qui ſenſus
216 ſumi † non debet, quando abſurdum inde reſultaret, l. 2. C. de condit. inſert. tum etiam, quia ad delinquendum alliceret, & ita conſideraſſe Salic. in l. generaliter, §. cum autem, in finali b. verbis, inquit Berous.

Sed hæc ratio licet ſubtilis primo aſpectu vi-
217 deatur, tamen omnino concludens † non remanet, nam vtraque conditio inſimul naſcitur, & adeo ſunt hæ conditiones (ſi duas eſſe voluerimus) coniunctæ & annexæ, quòd vna de neceſſitate aliam inferat, & poſita vna, altera naſcatur ex quadam vi intrinſeca verborum, & mente teſtatoris, quæ quidem conditio prius fuit in intentione, cum velit per liberos in conditione poſitos ſubſtitutum excludi cui illos prætulit, l. Lucius Titius, ff. de hæred. inſtit. ibi, Non enim fratrem ſolum prætulit ſubſtituto, ſed & eius liberos. Negauerim etiam duas eſſe conditiones, cum vna tantum ſit in propoſito conditio, & ſit præſuppoſitum Beroi tanquam antecedens neceſſarium, & conſequens in conditione, & tanquam cauſa & effectus.

118 Quid erit † in hac difficultate dicendum? ego ex intẽtione Doctorum ſic diſtinguerem, quòd aut ſumus in ſimplici conditione ſi ſine liberis deceſſerit, & iſto caſu de eccleſia ſit intelligendum, & conditionem ex d. §. ſed & hoc præſenti, interpretemur, ciuilemque intellectum recipiat, vt dixit Bartol. in d.l. hæredibus, §. Titius, ſub num. 4. verſ. Reſpondeo, quòd debent intelligi, nec ſit vera illa opinio, vt de ſpurijs intelligatur, ad euitandum inhoneſtos concubitus.

Aut fuit conditio concepta ſub verbis, Si deceſſerit ſine liberis ex ſuo corpore deſcendentibus, vel ſub alijs naturalitatem importantib. & hoc ſecundo caſu cum ceſſet legalis interpretatio, teſtatorque ſeipſum declarauerit, & in claris verſemur, nec gloſſatione egeamus, concludendum eſt, conditionem non facere conditionem, vt Bald. inquit in l. generaliter, §. cum autem, num. 3. verſ. ſed quid ſi iſta condit. C. de inſtit. & ſubſti. ideſt tanquam conditionem inhoneſtam, & turpem ad peccatumque inuitantem reijciendam eſſe & vitandam, nõ autem ip-
219 ſam vitiare, hoc enim eſt de natura † inhoneſtæ turpisque conditionis, vt vitietur, & non vitiet, l. reprehendenda, C. de inſtit. & ſubſtit. ſub cond. fact. l. conditiones, 1. & 2. ff. de condit. inſtit. & c. 1. de condit. appoſ. & ita intelligit etiã in d. §. cum autem, Salic. quem ſequitur Auguſtin. Bero. d. conſ. 73. num. 12. lib. 2. nec eſt aſſentiendum Bart. in d.l. hæredibus, §. Titius, ſub num. 4. dicenti, fideicommiſſum ex huiuſmodi conditione nullum & inefficax reddi, arg. l. quoties, hoc tit. de condit. & demon. niſi Bartolum vt dicunt præcitati Doctores interpretabimur, quẽ idẽ ſenſiſſe exiſtimo, inſpecta d.l. quoties, quam ibi in argumentum allegat, & conſuluit Iacob. Menoch. conſ. 245. Primæ dubitationi, num. 5. & infr. lib. 3.

120 Cæterum † dicta diſtinctio vtroque caſu forſan non procederet, quando clericus in ſacris conſtitutus, vel religionem profeſſus filios ſpurios ritè rectèque legitimatos ab habente poteſtatem retinuiſſet, tunc enim fideicommiſſum efficax validumque cenſeretur, vt tradit Ioan. de Imol. in d.l. ſi quis poſthumos, verſic. Poſſet

tamen,

tamen,quod voluit Aug. Bero. d. conſ.73.numer.12.verſ.Ioannes verò de Imola,dicens idē placuiſſe Angelo de Vbaldis, qui non loquitur de legitimatis ſi bene inſpiciatur, nec diſſentit Ioan.Coraſ.d.lib.1.Miſcell.c.7.ſub num.6.verſic.Qui tamen cautius agent.

Nonò quęro quid ſi teſtator ad excluſionem fictionis vltra proceſſerit dicendo, ſi deceſſerit
121 ſine hæredibus†maſculis,& ſic loquatur de hę rede taxatiue,& diſcretiue, nunquid monaſterium excluderur?& Bald.tenuit illud excludi in d.auth.niſi rogati,col.pen.num.8.verſic.Sed ſi teſtator,retinendo opin.Tancredi,& Iacobi de Beluiſio quā in ſuperioribus comprobauimus, licet contrarium videatur innuere, ſi dixiſſet,ſi filium non genuerit,quamuis enim actus generationis fictionem non recipiat,l.1.§.ne autem, C.de caduc.toll.& not.in l.1.§.quoties,ff. de vi & vi arm.l. generaliter, in princ. & in fin.C.de inſtit.& ſubſti.tamen hoc deſtruitur propter id quod dicitur de nuptijs, nam ſimiliter nuptiæ non recipiunt fictionem, quia ſunt ſimiliter de iure naturali,l.1.§.fin.ff.de iuſt.& iur. & tamen monaſterium idē operatur,quod nuptiæ, quia eſt quoddam matrimonium ſpirituale.Sed ego crederem hoc etiam caſu monaſterium excludi,& Baldum non ſenſiſſe contrarium, qui oppoſuit,& per verbum,videtur,loqui voluit,oppoſitionemque iniecit non vt receſſerit à propoſita primum concluſione, ſed vt ſui ingenij acumen oſtenderet: Nam vbi teſtator de vero matrimonio voluit intelligere, ac de veris nuptijs, eius voluntati ſtandum eſt,ſic etiam vbi de veris filijs qui per generationem verè ſuſcipiuntur,vt per expreſſionem naturalitatis à teſtatore factam tollatur omnis ambiguitas, tacitum enim conſiſtit in interpretatione iuris, vt aliàs dictum extitit,expreſſum non,nam vbi teſtator ſeipſum gloſſat, non recurritur ad gloſſam legis,vnde cum teſtator diſpoſuerit de filijs hominis per generationem,non autem de filijs legis, ſuæ voluntati ſtandum eſt, nam ſæpenumero
122 plus† operatur expreſſum quam taçitum,l. ſi in diem,§.ſeruo,hoc tit.de condit. & demon.& ita ſcribit idem Bald. in d. auth.niſi rogati, ſub num.9.verſ.Sed Iacob.de Beluiſio,Sed tu cogi
123 tabis,habuit Baldus † peregrinum, ac nobile ingenium,& proinde ſæpe, quod ipſe verum eſſe ſciebat oppugnare nitebatur, ne aliquid intactum abſque oppugnationem remaneret,quantum aūt iſte Bal. ius ciuile totum ac Italorū gloriam illuſtrauerit,auxerit,atque propagauerit, omnes Iurisprudentiæ excelſi cultores ſciunt, ac quotidie intuentur;cum Baldo itaque diligēter agendum eſt, ad hoc vt eius doctrina rectè intelligatur,eiusque intentio percipiatur,vnde multi decipiuntur,qui ipſum inconſtantię nota damnare auſi ſunt; & pro hac coniectura vide quid dixerit Anton. Teſſaur. deciſ.163.Sacerdos,per totam deciſ.fol.139.Sed ad inſtitutum redeundo,hactenus de coniecturis voluntatem teſtantis ad monaſterij excluſionem non obſcurè indicantibus, alias coniecturas Iacobus Menochius Iuriſcōſultus maximè eruditus, atque optimus in d.præſum.83.nu.46.50.& 52.proſequitur, quas ego breuitatis cauſa prætereo.

Illam tamen coniecturam nō omiſerim, quā ipſe Menochius ibidem num.56.verſ. Tertiadecima eſt coniectura,tradidit,quādo inquam te-
124 ſtator † filium hæredem inſtitutum pure grauauit, vel poſt diem certum reſtituere, non facta mentione conditionis liberorum,tuncenim ſi verus filius ſubſtitutū non excludit, vt de grauato pure eſt, gloſſ. communiter approbata in l.ex facto,§.ſi quis rogatus,gloſ.in d.l.cum acutiſſimi,Cyn.in l.precibus,C.de impub.& alter. ſubſtit.Oldrad. & Alberic.in d.l. generaliter,§. cum autem,de grauato in vita, puta poſt annū tradunt idem Oldrad.Alberic.& Angel.in eod. §.cum autem, Ruin.conſil.77. In facto proponitur,colum.fin. poſt num.5.verſic.Et ſimiliter non obſtat,lib.2.Pariſ.conſil.19. Ad reſolutionem,num.97.de communi atteſtans,libr.2. Iacobus Menoch.conſ.95. Etſi doctè,num.89.libro primo,& in ſuperioribus dixi,multo minus monaſterium excludit, vt notanter tradit Bald. in d.auth.niſi rogati,num.20.verſ. Item quæro nunquid iſta authentica.

Decimò quæro, quid ſi ſubſtitutus fuerit aliquis ſub conditione,vt procuret ſe appellari nominarique de familia ac domo teſtatoris, poſt Caium verò aliquos per fideicommiſſum vocauerit, & ſubſtitutus monaſterium ingrediatur,
125 nunquid hoc caſu † elici coniectura poſſit,vt monaſterium excludatur.& affirmatiuè reſpondet Auguſtinus Bero. d.quæſt. trigeſimaquarta. Proponebatur,numero primo, ſecundo, & tertio, cum enim poſt ingreſſum ſubſtitutus de domo teſtatoris dici nequeat, ex quo per ingreſſum ſimilis mortuo fit, & pro mortuo habetur quo ad nomina ciuilia, vt not. in l. Deo nobis,C. de epiſcopis,& cleric.gloſſ.in authen. idem eſt,C.de bonis,quæ liberis, quòd autem quis de domo ſit, de familia,ſeu agnatione,hæc ſunt nomina ciuilia, Bartolus quem cæteri ſequuntur,in l.tutelas,ff.de capit. dimin. ergo cū ingredienti monaſterium conuenire non poſſit de domo,vel familia alicuius eſſe,dicendum videtur teſtatorem noluiſſe, quòd monaſterium potuerit,aut debuerit admitti.

HYPOTHESIS.

Monaſterium, ſi hæres grauatus ſi ſine liberis deceſſerit, religionem ingrediatur, mūquid ſubſti-

ſubſtitutum excludat latè declarari: Ampliationes quoque ac reſtrictiones complures ad idē afferri: Et §. ſed & hoc præſenti, in Auth. de ſanctiſſim. Epiſ. necnon textum in l. filiæ meæ, ff. ſol. matrim. rectis legitimisque interpretationibus exornari.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium, ſi teſtator heredi ſuo ita ſubſtituerit, Si hares meus ſine liberis deceſſerit Alexandrum ei ſubſtituo, excluſo ſubſtituto admitti, harede ipſo religionem ingreſſo.*

2 *Teſtatorem non præſumi, vt eius hares monaſterium ingrediatur cogitaſſe.*

3 *Monaſterium excludere ſubſtitutum ſub conditione ſi ſine liberis hares inſtitutus deceſſerit, etiam inſpecto foro conſcientiæ, & nu. 8.*

4 *Eccleſiam cultricem eſſe iuſtitiæ.*

5 *Iura ex præſumptionibus diſponentia in conſcientia foro non ſeruari, Hocque numero 14. intelligi.*

6 *Pace obtenta cum remiſſione damnorum per ſubditos incurſorum pro illa habenda, damnum inferentes adhuc in conſcientiæ foro teneri.*

7 *Primogenitum ſcientem Anglia conſuetudinem erroneam eſſe, non cenſeri tutum in conſcientia, niſi eius fratres ad ſucceſſionem in Regno admittat.*

8 *Legem poſitiuam ab habente poteſtatem legis condendæ ſancitam in foro etiam conſcientiæ obligare, in eoque ſeruandam eſſe.*

9 *Ius Canonicum magis legem Dei quàm ſæculi obſeruare.*

10 *Ius Canonicum animas ad Deum dirigere.*

11 *Verba aſſertiua partium in lege poſita diſpoſitionē non inducere. Idque declarari.*

12 *Pontificem Maximum declarandi dubia iuris ciuilis autoritatem habere.*

13 *Iuri Canonico vbi aliquid de iure ciuili determinatum non apparet, ſtandum eſſe.*

15 *Clericum ſæcularem etiam ſubſtitutum ſub dicta conditione ſi ſine liberis deceſſerit, excludere, & nu. 20. Hanc autem concluſionem tribus modis limitari, & nu. 21. 22. & 23.*

16 *§. ſed & hoc præſenti, in auth. de ſanctiſſim. Epiſc. vlterius explicari.*

17 *Genus in vna ſpecie non verificari.*

18 *Monachi appellatione conuerſum proprie non cōprehendi.*

19 *Religioſos & clericos, dum enunciantur, vti diuerſos aſſumi.*

24 *Monaſterium adhuc ſubſtitutum excludere, ſi bigamus hares inſtitutus ſub dicta conditione granatus, & per Pontificem diſpenſatus monaſterium ingrediatur.*

25 *Monachalem vitam ſi aliquis in manu Epiſcopi obtulerit ſe obſeruaturum, cum recipi ab aliquo monaſterio non potuerit, ſubſtitutum ſub dicta conditione ſi ſine liberis deceſſerit, ab ipſo offerente excludi.*

26 *§. ſed & hoc præſenti, diſpoſitionem ſibi locum pariter vendicare, ſi hares granatus ante ingreſſum monaſterij bona fideicommiſſo ſubiecta in pios vſus diſpenſet; Sed contrariam opinionem à quamplurimis comprobatam reperiri, communemque eſſe, num. 27. ipſamque ab Auctore recipi, num. 30.*

27 *Monachum nec velle, nec nolle habere.*

29 *Qualitatem à lege requiſitam verificandam eſſe.*

31 *§. ſed & hoc præſenti, diſpoſitionem veram eſſe, etiam ſi monachus poſtea degradaretur.*

32 *Monaſterium ingreſſi perſonam ſtatim eccleſiæ effici, in eiusque tranſire poteſtatem, bonaque eius omnia quo ad dominium proprietatemque monaſterio acquiri.*

33 *Monachus ſi monaſterium relinquat, & ad aliam militiam ſeu vitæ figuram ſe transferat, bona penes primum monaſterium remanere.*

34 *Monaſterium non excludere ſubſtitutum ſi hares granatus, & religionem ingreſſus ante profeſſionem intraque annum probationis deceſſerit. Hocque dupliciter declarari, numero 40. & 41.*

35 *Monachum ante profeſſionem non dici religionem ingreſſum, & monachum dici non poſſe, num. 36.*

37 *Venientem ingredi religionem, ſi ante profeſſionē exeat, voto nequaquam liberari.*

38 *Conditionem ſi quis religionem intrauerit, per ſimplicem ingreſſum ſine profeſſione non impleri.*

39 *Legatum genero pro dote filiæ factum, illa nondum matrimonio cōſumato monaſterium ingreſſa, excluſo genero, ipſi monaſterio deberi, dummodo puella expreſſe, vel tacitè religionem profeſſa fuerit.*

42 *Monaſterium non excludere ſubſtitutum, quando granatus religionem ingrederetur, non vt religioſus fieret, ſed vt ibi pœnitentiam ageret.*

43 *Actus agentium vltra intentionem non operari.*

44 *Limitatam cauſam limitatum effectum parere.*

45 *Monaſterium non excludere ſubſtitutum quando granatus ſuaſionibus, blandicijs & fallacijs prælati illius monaſterij religionem fuiſſet ingreſſus.*

46 *Monaſterium non excludere ſubſtitutum vbicunque granatus illud non ingrederetur, ſed heredē duntaxat inſtitueret, ex communi, veriori & æquiori opinione.*

47 *Monaſterium non excludere ſubſtitutum cum hares his verbis extitit granatus reſtituere, Si hares meus deceſſerit ſine liberis, & religionem profiteatur Caium ſubſtituo, & is Caius religionem*

nem profiteatur mortuo iam ipſo harede ſine filijs.

48 *Monaſterium non excludere ſubſtitutum, ſi hares granatus ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit antequam monaſterium ingrediatur teſtamẽtum condiderit, & pro parte extraneum, pro alia verò parte monaſterium inſtituerit, pro ea tanque parte pro qua extraneum inſtituit ſubſtitutus admittetur.*

49 *Priuilegium perſonale alteri prodeſſe non debere.*

50 *Monaſterium non excludere ſubſtitutum vbicunque ad propriam perſonam teſtator conditionem referret, vt quia dixerit, inſtituo te haredem ſi ſine liberis moriar, tunc enim ſi teſtator monaſteriũ ingrediatur, ſubſtitutus ex opinione Martini Sylimani nequaquam excluderetur.*

51 *Monaſterium non excludere ſubſtitutum, alio monaſterio, vel pia cauſa ſubſtituta.*

52 *Monaſterium non excludere ſubſtitutum vbicunque hares granatus monaſterium fuiſſet ingreſſus, vt ſubſtitutum fraudaret.*

53 *Dolum proprium ſine fraudem nemini patrocinari debere.*

54 *Monachatum omnem abſtergere maculam, quomodo ſit accipiendum.*

55 *Effectum pium attendi, licet animus facientis doloſus fuerit atque impius. Hocque declarari.*

56 *Matrimonium etiam in mortis articulo contrahi poſſe, vt filij ex concubina ſuſcepti legitimẽtur, Niſi matrimonium in ſubſtituti fraudem contrahatur, Contrarium tenentes inueniri, numer. 63. Sed priorem ſententiam communem eſſe, num. 64.*

57 *Monaſterium ingredientis fraudem inde colligi poſſe, quòd granatus ante ingreſſum pluries ſubſtituto minatus fuerit ſe modum inuenturum licet ſine filijs deceßißet, illum excludendi.*

58 *Lubricum lingua ac minas non eße ad pœnam trahendas: Indeque ad teſtimonium minantis inferri.*

59 *Minas animi maliguitatem prauitatemque ſignificare, illisque precedentibus indicium propoſiti oriri, dummodo conſtet minantem occidiſſe, nec diſtingui an fuerit ſolitus minas exequi nec ne.*

60 *Inimicum animum, nec per torturam purgari.*

61 *Monaſterium non excludere ſubſtitutum ſi granatus hares in mortis articulo exiſtens monaſteriũ ingrediatur. Contrarium aſſerentes, num. 65. re cenſeri, Et primam opinionem, num. 75. vti magis communem admitti. Maximeque procedere aliqua alia fraudis coniectura concurrente, numero 76.*

62 *L. filia mea, ff. ſol. matrim. enarrari.*

66 *Bonum aliquem preſumi potiſſimum in mortis articulo.*

67 *Preiudicium in conſequentiam actus permiſſi cõtingens non attendi. Sed hoc procedere dummodo de re ſua quis diſponat.*

68 *Indicium ad torturam ex mortui dicto non deſumi.*

70 *Fraudem non committere qui ſe plus altero diligit.*

71 *Intentionem principalem ſore attendendam, nõ autem preter eam obiter contingens.*

72 *Animum & propoſitum maleficia diſtinguere.*

73 *Principium arguere cauſam finalem, & potiſſimam rei partem eſſe.*

74 *Voluntatis mutationem non ſolum incontinenti, ſed nec ex interuallo temporis preſumi.*

77 *Monaſterium non excludere ſubſtitutum ſi hares granatus ſenio confectus monaſterium ipſum ingrederetur. Et quamuis Iacobus Menochius contrarium ſenſerit, Baldi tamen opinionem de ſene nimia ſenectute compreſſo loquentis veram eſſe, num. 78.*

CAP. II.

CIRCA ſecundum propoſitæ difficultatis caput, quando inquam expreſſe ac manifeſtis verbis, vel vrgentibus coniecturis non conſtat teſtatorem voluiſſe monaſterium excludere, vt ſubſtitutus ſuccedere valeat,

1 ſed teſtator hæredi ſuo † ita ſubſtituit, ſi hæres meus ſine liberis deceſſerit, ei Alexand. ſubſtituo, hic ſiquidem caſus dubius videtur, cũ non appareat teſtatorem de ingreſſu religionis cogitaſſe, & concludendum eſt monaſterium excluſo ſubſtituto ad ſuccedendum admitti debere, vt eſt tex. in d. auth. Sed & hoc preſenti, in auth. de ſanctiſs. epiſc. & alius text. in c. in præſentia, extr. de prob. & quamuis hęc duo iura ſufficiãt, idem tamẽ ſcripſere, gloſ. in auth. ſi qua mulier, in verb. liberos, C. de ſacroſ. eccleſ. vbi Bal. nu. 3. & Paul. de Caſtr. pariter eod. num. 3. Bart. in auth. ingreſſi, num. 52. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. hæredib. §. Titius, num. 4. ff. ad Trebell. Dyn. in l. ſi ita quis, §. fin. ff. de leg. 2. Specul. in tit. de ſtat. monach. verſ. Et nota quòd ingreſſus monaſterium, & in tit. de locat. §. nunc aliqua, verſic. 153. incip. Quæritur quidam accepit feudũ, Hoſtienſ. & Ioan. Andr. in cap. Raynaldus, de teſtam. Bald. in cap. 1. in princ. verſ. Si ergo feudum, de mil. vaſall. qui arm. bellic. depoſ. Iacobus de Beluiſ. in d. §. ſed & hoc præſenti, in principio. verſic. Sed cum monaſterium, authen. de ſanctiſſ. epiſc. gloſſ. in fin. Innocen. in fin. Abb. numero trigeſimoſexto, Felin. num. 29. Franciſcus Aretin. num. 64. Dec. num. 55. & Auguſ. Bero. num. 475. in c. in præſentia, extra de probat. Iaſ. in l. pactum inter hæredes, num. 4. ff. de pact. Franciſc. Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, 1. numero 36. verſic. circa ſecundos, d. tit. ad Tre-

Digitized by Google

ad Trebell. vbi Alexan. num. 14. verſic. Quid autem, Andr. Tiraq. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Libertis, num. 91. verſic. Ex quibus etiam fit, C. de reuocan. donat. Andr. Alciat. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, numero ſeptimo, ff. de liber. & poſthum. Rub. in l. Titia Seio, §. Imperator, numero 224. ff. de leg. 2. rurſus Bartol. conſ. 1. Parmenſis quidam, in princ. libro primo, Bald. conſil. 286. libro quarto, Angel. conſil. 80. Hæc quæſt. ſubtilis eſt, & dubia, colum. 1. verſic. Pro hoc quia ſubſtitutio, Alexand. conſil. 13. Circa primum dubium, colum. 2. num. 4. & 5. libro 3. conſ. 35. eodem vol. conſ. 92. lib. 4. quę duo con filia repetuntur conſil. 121. Viſo themate ſupra ſcripto, numero quarto, quinto, & ſexto, lib. 2. Benedict. Capr. conſil. 147. Cum ad præſens, in fin. num. 21. Corn. conſ. 88. Placet mihi, numero quinto, lib. 2. conſ. 258. Quo ad primum, numero 4. lib. 3. Socinus ſen. conſ. 81. In præſenti conſultatione, colum. 1. libro tertio, Andr. Barbat. conſil. 20. Stat difficultas, colum. 1. libro 1. Ioan. Calderin. conſ. 43. An ſi teſtator, tit. de teſtam. Pariſ. conſ. 65. Viſo teſtamento, numero ſexto, & 10. lib. 2. Andreas Alciat. conſ. 95. Bernardini, num. 2. tom. 3. libro nono, Socinus iun. conſ. 1. Præſentis conſultationis reſolutio, num. 64. verſic. Vel poſita, libr. 1. Ioan. Bapt. Ferett. conſilio 70. De bonis remanentibus in ſæculo, colum. 2. in fin. num. 11. lib. 1. Iacobus Philippus Port. conſ. 23. Quidam filiusfamilias, num. 31. lib. 1. Io. Cephal. conſ. 62. Illuſtris Comes Franciſcus, colum. fin. num. 52. libr. 1. Auguſt. Bero. quæſt. 34. Proponebatur, ſub num. 1. verſ. Quānis ſecus eſſet, fol. 74. Afflict. deciſ. 320. Ioānes, numero 9. Guid. Papæ, deciſ. 477. Vtrum proprietarius, in fin. numero 5. verſic. An monaſterium, poſt Ludouicum Roman. quem allegat, Neapod. in conſuetud. Neapol. titul. de ſucceſſion. ab inteſt. in conſuet. incip. Si quis, in verb. Proximiores, numero 256. fol. 63. colum. quarta, Franciſcus Burſat. conſ. 52. In cauſa, numero 42. libro primo, Sfort. Oddus, in tract. de compend. partic. 6. tit. an legitimi tantum, concluſ. 1. fol. 100. verſi. Regula igitur, citans conſilium Felini, vt per eum, Franciſcus Mantic. in tract. de coniectur. vltim. volunt. libro 11. tit. 7. numero ſeptimo, verſic. Itaque hæc eſt ratio, fol. 271. Iacobus Menoch. in tract. de præſumpt. in ſecũda part. libro quarto, præſumpt. 83. numer. 58. verſic. Secundum caput, Alexand. Trentacinq. in tract. ſubſtit. part. 4. cap. ſeptimo, numer. 20. verſicul. Primus eſt, fol. 140. Claud. Chiffet. in tract. de iur. fideicom. libro primo, cap. 13. verſic. Deficit hærede ingrediente monaſterium, fol. 294. Ludouicus Molin. in tract. de primogen. Hiſpan. libro ſecundo, cap. nono, incip. Vitis, numero quadrageſimoprimo, fol. 264. Excellentiſſimus Dom. Vluius, in eius Silu. opin. 841. incip. Subſtitutus ſub conditione illa, numero 2. 3. & 4. fol. 344. vbi communem opinionem eſſe affirmat, quem referendo de eadem communi atteſtatur Proſper Farinac. in libro Quęſtion. criminal. lib. 1. de accuſ. q. 13. nu. 26. fol. 125. Et poſt gloſſ. in d. l. cum acutiſſimi, eandem opin. ibi ad terminos iſtius legis tenent Salic. numero 4. Ang. & Benedict. de Plumbino, quos refert Corneus ad finalem col. dicens eſſe communem gloſſæ ſententiam, & Anton. de Padill. in gloſſ. fin. num. 43. Ioan. Saportell. hic ex communi cap. 2. facie 21. verſ. Sed videamus, & verſ. Præualuit tamen.

Hoc autem illa ratione ab Imperat. Iuſtiniano conſtitutum eſt, cum preſumendum ſit, teſta
2 torem non cogitaſſe, hæredem ſuum† ingreſſurum religionem, quod ſi cogitaſſet monaſteriũ ſubſtituto prętuliſſet, quemadmodum ex Pauli Caſtrenſis opin. magis communiter recepta, cẽ ſuit Iacob. Menoch. in tract. de preſump. par. 2. lib. 4. preſump. 83. ante nu. 59. verſ. Qua autem ratione, & in ſuperioribus eſt oſtenſum.

Ampliatur primò hæc concluſio, vt ſit vera
3 etiam inſpecto foro† conſcientię, ſecundũ quod ritè procedit diſpoſit. d. §. ſed & hoc preſenti, vt ſcribunt Iacob. Menoch. in d. tract. de preſump. in 2. part. libr. 4. præſumpt. 83. num. 59. & in 1. part. lib. 1. præſumpt. 80. num. 5. vbi Alciatum minus rectè contrarium reſpondiſſe exiſtimat, & Franciſ. Mantic. in d. trac. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 7. num. 2.

Et quamuis ipſe Alciat. contradixerit conſ. 53. Grauẽ caſus, num. 8. & infra, tom. 3. lib. 9. & conſ. 157. Clara ſunt verba teſtamen. nu. 6. eod. vol. necnon in l. quinque pedum, num. 20. in fi. C. fin. regund. motus, quòd cum diſpoſita in d. §. ſed & hoc præſenti, fuerint inducta aduerſum defuncti voluntatem, aliter attendenda non eſ-
4 ſet: eccleſia enim cultrix † eſt iuſtitię, c. 1. §. ſed diuerſum, de alien. feud. licetque lex præſumat, quòd ſi teſtator de monaſterio cogitaſſet, illam conditionem non appoſuiſſet, tamen talis præſumptio in foro conſcientiæ non attenditur, ex quo regula eſt, quòd iura ex præſumptionibus
5 diſponentia† in eo foro non obſeruentur, Ioan. Andr. in cap. is qui fidem, de ſponſ. ad hocque confirmãdum inducit octo caſus ſimiles, vt per eum, quibus addi poſſunt duo alij ſimiles, Primus quòd vbi propter habendam pacem, licet
6 damna paſſa per ſubditos † remittantur, ille tamen qui damnum indebitè intulit, in foro conſcientiæ tenebitur, ſecundũ Hoſtienſ. in ſumm. de pœnit. & remiſſ. §. quintus & qualiter, Petr. de Anchar. in reg. Peccatum, de reg. iur. in 6. Lãcel. Galiaul. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nu. 71. ff. de lib. & poſthum. Secundus, quòd primo
7 genitus qui ſecundum Angliæ † conſuetudinẽ totũ patrimoniũ cõſequitur, ſi ſcit cõſuetudinẽ

illam erroneam eſſe, peccat, & ſi vult eſſe ſine peccato debet illud cum fratribus ſuis diuidere, ita dixit Cynus de Piſtor. in l. Barbarius, columna prima, num. 4. verſic. & propterea, ff. de offic. præter. per text. in l. cum quidam, §. quod dicitur ſi putetur, ff. de acquir. hæredit.

8 Non arbitror† fore ab opinione Manticæ, & Menochij recedendum, Primò, nam lex poſitiua condita ab habente poteſtatem legis condẽdæ obligat in foro conſcientiæ, & in eo foro ſeruari debet, c. quo iure, 8. diſtinct. gloſſ. in c. quæ in eccleſiarum, de conſtit. Abb. & Felin. in c. 1. eod. tit. & ibi Dec. num. 8. Iaſ. in l. nemo poteſt, in 2. lect. num. 106. de leg. 1. Andr. Alciat. in d. l. quinque pedum, num. 51. C. fin. regund. cum ergo ſecundum legem Cæſaream, & Canonicã, ita ſit diſpoſitum, debet id etiam in foro conſcientiæ obſeruari.

Secundò, nam dicta lex Iuſtiniani in §. ſed & hoc præſenti, à iure Pontificio recepta reperitur, d. cap. in præſentia, ergo in foro conſcientiæ
9 erit obſeruanda, cum ius canonicum† magis legem Dei quam ſæculi ſequatur, cap. filius, de teſtam. ibi, Quia lege Dei non autẽ huius ſæculi viuimus, & cap. cum eſſes, ac cap. relatum, eod. tit. Adeo, quòd iniquiſſimum atque abſurdiſſimũ eſſet aſſerere, ius canonicum aliquid in præiudicium ſalutis æternæ conſtituiſſe, cap. fin. de conſuet. c. quamuis, de pact. in 6. c. cum contingat, de iur. iur. c. licet, eod. tit. in 6. c. vigilanti, & c. fi.
10 de conſtitut. ius enim canonicum† animas ad Deum dirigit, Abb. in rubr. proœm. decretal. numero 16. verſic. Item conſidera. Dicendum eſt igitur, talẽ fuiſſe teſtatoris voluntatem, qualem lex ipſa decernit, & interpretatur, licet quandoque verbis refragari videatur, vt in hoc reſponſo cum concord. Liam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.

Et ſi diceretur, verba in d. cap. in præſentia, in verſic. Sed etſi teneret, eſſe verba aſſertiua, & partis allegationes, & propterea in lege poſita
11 †diſpoſitionem non inducere, vt voluit Ioan. And. in cap. dilecta, de præben. gloſſ. in l. 1. C. quando non pet. part. Reſponderi poteſt, quòd imo verba ſunt Pontificis ſic affirmantis, ſi rectè conſiderentur à verſic. Quare cum conſtet, vſque ad verſic. Dilectus filius, Vlterius ex intẽtione Andr. Barbat. dici poteſt, quòd præſuppoſito etiam illa fuiſſe verba partis, nihilominus cum Summus Pontifex in illis plenè ſe fundauerit, pro verbis legislatoris habenda ſunt, & iuris diſpoſitionem inducunt, tanquam translata in allegationem iuris, & in allegationem atque diſpoſitionem Papalem, arg. cap. 1. & 2. de cõfir. vtil. vel inutil. & eius, quod ſcribit Bald. in l. ex placito, num. 6. & infr. C. de rer. permut. vbi mirabiliter fuit loquutus, & ideo gloſſ. in Clem. 1. de probat. dicit, quòd vbicunque ſtatutum municipale, vel legislator aliquã probationem reputat plenariam, vel plenam eſſe, præſumptio iuris, & de iure oritur, adeo quòd contrariũ prõbari non poterit. Cũ itaque ſyndicus illius monaſterij allegaſſet, quòd ille talis non videbatur ſine hærede decedere, & Põtifex dicit, quòd plenè ſuam intentionem fundauerat; ergo ex illa allegatione, iuris & de iure præſumptio oritur, 9 ingreſſus monaſterium, ſine liberis decedere nequaquam videtur; & propterea Sali. alioqui cõſultiſſimus Doctor, male loquutus eſt, vt Barbatia inquit, dum ſcripſit Papam ſuper erronea opinione tex. in d. c. in præſentia, ſe fundaſſe, prę ſuppoſito etenim in iure ciuili expreſſum non reperiri, quòd monaſterium loco liberorum habeatur, aut de hoc in iure ipſo ciuili opiniones aderant, clarumque eſt Papam potuiſſe illam dubitationem declarare, vnamque opinionem confirmare, ac aliam reijcere, tuncque opinio Põtificis in vtroque foro canonico & ciuili ſer-
12 uabitur, habet enim Papa† poteſtatem declarandi dubia iuris ciuilis, vt eſt text. in c. per venerabilem, §. rationibus, qui fil. ſint legitim. Simile fecit in cap. Raynut. de teſtam. Aut de hoc opiniones non aderant, & Pontifex id determi
13 nauit, tuncque iuri canonico† acquieſcendum erit, ex quo in iure ciuili determinatum non apparet; idem quoque Andr. Barbat. ſibi voluit d. conſ. 20. ſol. 3. lib. 1.

Non obſtat quòd Alciatus aſſerebat d. §. ſed & hoc præſenti, tanquã contra teſtantis voluntatem inductum, in foro conſcientiæ ſeruandũ non eſſe, & licet lex præſumat, quòd ſi teſtator cogitaſſet de monaſterio illam conditionem nõ appoſuiſſet, attamen talis præſumptio in foro conſcientiæ non attenditur, iuxta doctrinã Io. Andr. in præcitato loco, Nam reſpõderi poteſt, quòd cũ lex præſumat cogitatuũ non fuiſſe, nõ poterit contra voluntatem dici, nam intelligit lex quòd ſi cogitaſſet, non ita diſpoſuiſſet, vt ſit ſtandum iuris interpretationi, cũ lex non erret, quæ ſi præſumit, ergo in re dubia verſatur, & tamen ſi admitteremus Alciati fundamentum, vt inquam diſpoſitio prædicti §. ſed & hoc præſenti, ſit contraria voluntati teſtantis, de re certa
14 ageretur. Denique tunc præſumptio† in foro conſcientiæ non attenditur, quando is contra quem eſt ipſa præſumpt. ſcit veritatẽ eſſe in contrarium, tunc. n. in foro conſcientiæ is non tenetur ſeruare quod lex præſumit, ſed veritatem, vt dicit Iacob. Menoch. d. lib. 4. præſumpt. 83. num. 62. quod ſerioſius ſcripſerat lib. 1. cap. 80. in 1. part. hinc allegata ſimilia diluuntur, vt amplius inſiſtendum non ſit.

Extenditur ſecundo prædicta cõcluſio, vt nõ
15 ſolum in monacho, ſed etiã in clerico† ſęculari ſibi locũ vendicet: Si enim teſtator filium ſuum inſtituerit, & ei ſine liberis decedenti Sẽproniũ ſubſti-

ſubſtituerit, ſi is filius hęres clericus ſęcularis efficiatur, Sempronius ei ſubſtitutus excludetur; quemadmodum ſi monachus effectus fuiſſet, excluderetur. Ant. de Butr. in c. in præſentia, extra de probat. vbi etiam Io. de Imol. Anchar. Felin. num. 56. Dec. num. 58. in fin. gloſ. in auth. ni ſi rogati, & ibi Petr. de Bellapert. Cyn. Capr. cõſil. 20. Cum viſo, nu. 12. verſ. Et ſimiliter, Dec. conſ. 259. Viſis his, ante num. 6. Carol. Ruin. cõſil. 153. Circa caſum, per totum, libro 3. Anton. Rub. Alexandrin. conſ. 147. Viſo inſtrumento, tranſactionis, num. 15. verſ. Et ideo dicit, gloſſ. Aug. Bero. conſ. 73. Quòd eueniente caſu, num. 10. lib. 2. Durans, de art. teſt. tit. de ſubſtit. cautel. 18. num. quinto, Iacob. Put. deciſ. 55. In vna Romana, num. 2. verſ. Tamen hoc non obſtante, fol. 26. Sfort. Odd. in tract. de compend. ſubſtit. partic. 6. artic. vltim. tit. an legitimi tantum, fol. 203. verſ. Secundus eſt, Iacobus Menoch. in tract. de præſumpt. in 2. part. libr. 4. præſumpt. 83. num. 65. verſ. Extenditur quarto, fol. 145. & conſ. 245. Primæ dubitationi, num. 18. verſ. Nã tunc demum, lib. 3. & de magis communi ac veriori ſententia atteſtatur Dec. in d. c. in præſentia, quicquid Abb. cõtrarium ſenſerit, quam tenent etiam Iacob. de Beluiſ. & Ang. in d. §. ſed & hoc præſenti, Alex. Trentacinq. in tract. ſubſtit. in 4. part. c. 7. num. 21. verſ. Hæc concluſio, fol. 140. dicens poſt Decium magis communẽ opin. eſſe, Auguſt. Bero. conſ. 107. Anceps quippe, num. 30. lib. 2.

Probatur hæc opin. per tex. in d. §. ſed & hoc præſenti, auth. de ſanctiſſ. epiſc. dupliciter inducendo, & primò ibi, Si monaſteria ingrediãtur, aut clerici fiant, & ibi clerici aut diaconiſſæ; cũ alternatiua, ac copula ſoleat inter diuerſa conſtitui, vt not. in rubr. de iur. & fact. ignor. Siquecum gloſſ. ibi quam ſequitur Abb. num. 43. diceretur, verba dicti contextus alium ſenſum recipere, vt ſcilicet prius de monachis conuerſis loquatur, qui clerici non ſunt, & deinde de
16 nachis clericis. Reſponderi poteſt † ex mente Caroli Ruini, illa verba Si monaſteria ingrediãtur ex ſui generalitate monachos conuerſos, ac etiam monachos clericos comprehendere, nec ad vnam tantum monachorum ſpeciem reſtringi poſſe, vt gloſ. prædit, ſicut genus in vna ſpe
17 cie † non verificatur, vt not. in l. d procuratore, C. mandat. & per Bart. in l. ſi conſtante, §. quoties, num. 4. ff. ſol. matrim. Et quia ſi ſub generalitate prædicta conuerſi tantum eſſent comprehenſi, ſpecialis mentio, quæ ſubſequitur de monachis clericis, ſecundum gloſ. intelligentiam, ex abundanti, ac gratia tollendę dubitationis facta diceretur, non autem alio reſpectu, cum verba generalia præcederent, ſub quibus monachi etiam clerici poterant comprehendi, iuxta not. per Bartol. in l. quæſitum, §. ſi quis fundum, an-

te numerum ſecundum, verſ. Quid in dubio, ff. de fund. inſtruc. quod quidem ineptiſſimũ eſt. Si enim id quod in textu dicitur in monacho conuerſo militabat, vt gloſſa dicit, multo magis idem erat in monacho clerico, in quo quidem maior ratio vigebat.

Vbi ergo generalitas dictorum verborum reſtringi debuiſſet, erat potius inducenda reſtrictio ad monachum clericum, & de monacho cõuerſo ſpecialẽ mentionẽ fieri oportebat, tũc. n. talis expreſſio dubitationis tollendæ gratia dici potuiſſet, tanquam in tali cõuerſo eadem ratio non militaſſet.

18 Præſertim, quia monachi appellatione † propriè conuerſus non includitur, Abb. in cap. non dubium, de ſenten. excom. vnde infert, quòd in materia odioſa, monachorum appellatione conuerſi non veniunt, per cap. ſtatutum, de elect. in 6. Debet ergo text. intelligi, dum de ijs loquitur qui monaſteria ingrediuntur, tam de conuerſis quam de alijs, & cum de clericis meminit, de ſęcularibus accipi oportet, ſicut quando fit men-
19 tio de religioſis, † & clericis: prædicta verba dicto modo tanquam diuerſa capiuntur, vt not. in cap. ad hoc, de offic. iudic. in cap. 2. de teſtib. in 6. & in cap. tua nos, de iur. iuran. cum ſimil. & in terminis iſtis melius probatur, in l. Deo nobis, C. de epiſcop. & cleric. ibi, Se monaſterio, vel clero ſociare; & rurſus ibi, Qui in monaſterio, vel clericatu pérſeuerauerint.

Secundò ex eodem Ruino, nam ibidem dicitur, quòd clerici & diaconiſſæ eccleſiarum, hoc ſolatio fruantur, ſi in his vſque ad vitam perſeuerauerint, & res ſibi donatas ſub tali conditione, vel relictas, ad pia opera, vel expendant, vel relinquant, à contrario igitur ſenſu vult ille text. quòd ſi clerici in his non perſeuerent, conditio pro defecta habeatur, etiam ſi in pios vſus relicta impendiſſent, hoc enim vltimum nõ ſufficit vt pro impleta habeatur, ſed aliud etiam, ſcilicet perſeuerantia requiritur: ex hoc neceſſario ſequitur textum de clerico ſęculari non autem de clerico monacho tantum ſenſiſſe: cum enim quis monaſterium ingreditur, ſi deinde nõ perſeueret, ſed exeat, bona donata, vel ſub dicta cõditione relicta apud monaſterium cum reliqua eius ſubſtantia remanent, vt ſubiunxit ille text. inferius, & ſic ſubſtitutus illo caſu in omnẽ euẽtum excluſus remanet, hoc eſt ſiue exeat, ſiue perſeueret. Quando autem prius de clerico loquitur qui non perſeuerauit, non vult bona reſtitutioni ſubiecta ad eccleſiam ſpectare, vel diſtributionem eorundem bonorum in pios vſus factam firmã remanere, ſed ad ſubſtitutũ mortuo grauato peruenire, ergo nõ loquitur de clericis monachis, ſed de ſęcularibus, inter quos iſta differentia conſtituitur.

Tertiò, id vel maxime ſecundum Sfortiam

Oddum Peruſinum colligitur, pōderando in illo textu verbum Diaconiſſæ, quæ non in monaſterio, ſed in eccleſia altari deſeruiebant, in quarum vicē Diaconi ſucceſſerunt, vt dicit gloſ. in §. quanta igitur, in rub. Diaconiſſæ, auth. quomod. oport. epiſc. & cleric.

Quartò & vltimo confirmari poteſt ex illis verbis dicti cōtextus, In perſonis enim quæ monaſterium, vel aſceterium ingrediuntur: ex quibus apertiſſimè videtur, textū inter monachos, & aſceterias, necnon clericos & Diaconiſſas differentiam conſtituere, ac declarare qui monaſteria ingrediantur: vocatur enim aſceterium à verbo ἀσκῶ, vt nō poſſit verus hic ſenſus aduerſus gloſſam & Abbatem obſcurari.

Nec obſtat dum text. dicit, Quòd clerici eccleſiarum hoc ſolatio fruantur, ſi in his ſcilicet eccleſijs vſque ad vitam ſuam perſeuerauerint, ex quo quidem verbo, in his, induci videtur, q̄ de clericis loquatur, qui in eccleſijs, vel monaſterijs viuunt, & habitant, & per conſequens de religioſis, Nam Primò reſpondetur, quòd illo tempore clerici etiam ſęculares, ad ſeruitiū certum eccleſiæ ordinabantur, ab eaque alimenta ſumebant, nec inde poterāt diſcedere, etiam ad aliam eccleſiam tranſeundo, l. non plures, vbi Bar. C. de ſacroſ. eccleſ. & in auth. vt determin. ſit numer. cleric. §. illud, & proinde tex. dicit, & in his perſeuerauerint clerici, ſcilicet ſęculares, quod hodie non ſeruatur, ſecundum gloſ. in d. §. illud, ſatis nanque eſt hodie, quòd in clericatu perſeuerent, & bona in pios vſus diſtribuāt, ac relinquant.

Secundò dici poteſt, quòd ille text. in verſic. Et in his ſcilicet eccleſiijs, perſeuerauerint, verificatur in clerico beneficiato ab eccleſia, & in eccleſia, qui illius eccleſiæ clericus dicitur, vt ſcribit Specul. in tit. de Aduocato, §. 1. verſ. Ibi Aduocatur contra eccleſiam, quemadmodum idē Carol. Ruin. accuratè conſiderabat, d. conſilio 153. Circa caſum de quo quæritur, col. fin. ante num. 3. lib. 3. vbi hanc concluſionem videtur coarctare ad clericos tantum in ſacris ordinibus conſtitutos, vt ſtatim dicam.

20 Ex prædictis conſtat malè ſenſiſſe eos † qui arbitrati fuerunt Iuſtiniani diſpoſit. in d. §. ſed & hoc præſenti, clericos ſęculares non comprehendere, in quam opinionem iuerunt gloſ. in d. c. in præſentia, & ibi Abb. num. 43. Bal. in auth. niſi rogati, num. 11. verſ. Item ſi quis, & ibi Salic. colum. 1. verſ. Quæro quid ſi capellam, C. ad Trebell. Nicol. Boer. deciſ. 354. Qr poſſum dicere, nu. 11. in 2. parte.

Retenta igitur priori opin. Antonij de Butr. & aliorum præcitatorum, vt in clerico ſęculari conditio hæc etiam in eccleſia verificetur, quæ videtur (vt dicebam) verior opinio, & magis communiter recepta, prout etiam Oddus ſcribſit in præallegato loco, verſ. Secundus eſt.

21 Declaratur Primò vt procedat † in clerico in ſacris ordinibus conſtituto, vt ad ſęculum reuerti amplius non poſſit, non autem in eo qui in minoribus eſt ordinibus, vt voluere Petr. & Cyn. in d. auth. niſi rogati, quos refert & ſequitur Carol. Ruin. d. conſ. 153. num. 3. lib. 3. Auguſtinus Bero. in d. cap. in præſentia, num. 498. & 501, ac etiam d. conſ. 73. num. 10. verſic. Requiritur primo, lib. 2. & conſ. 111. Viſo teſtamento, numer. 10. eod. vol. quod etiam ſcripſere Capr. d. conſ. 20. numero 12. Iacob. Menoch. d. præſumptio. 83. num. 68. & quòd perſeuerantia requiratur, Rube. Alexan. d. conſ. 147. num. 15. & 16. Et in caſu clerici in minoribus ordinibus conſtituti, poſſet Abbatis opinio fortaſſe procedere, vt Menochius aduertit.

22 Secundò, quòd † bona fideicommiſſo ſubiecta, illi eccleſiæ acquirantur, & clericus viuens bona ipſa diſpenſet in ipſius eccleſię vtilitatem, vt in d. §. ſed & hoc præſenti, expreſſum reperitur, & tradit Bald. in auth. niſi rogati, num. 11. in fin. verſ. Item ſi quis efficitur ſacerdos, C. ad Trebell. poſt Iacob. de Are. in l. fideicōmiſſum, hoc tit. de cond. & demon. Capr. d. conſ. 20. ante num. 13. Bero. d. conſ. 73. ſub num. 10. verſic. Secundo quòd bona ſua, dicens ita velle, & intelligere omnes Doctores antiquos & modernos in d. c. in præſentia, vbi gloſſ. in terminis in verb. Inſtituit, vbi Dec. de crebriori opin. atteſtatur, & ipſe Bero. nu. 498. & nu. 501. ac etiam Odd. d. verſ. ſecundus eſt, & rurſus præalleg. cōſil. 111. num. 10. d. lib. 2.

23 Tertiò, ſi clericus † non in domo paterna, ſed in domibus eccleſiæ continuo habitaſſet Capr. d. conſ. 20. nu. 12. Menoch. d. conſ. 245. Primæ dubitationi, nu. 18. lib. 3. verſ. Nam tunc demū.

Extenditur Tertiò, vt diſpoſ. d. §. ſed & hoc
24 præſenti, procedat etiā in hærede inſtituto † bigamo, qui deinde à Pontifice diſpēſatus monaſteriū ingreſſus, religionemque profeſſus eſt, nā bigamus monaſterium ingredi poteſt, Bal. in l. qui ſub prætextu, nu. 3. verſ. Hic cadit quædam q. C. de ſacroſ. eccleſ. poſt Io. And. qui idem diſputādo tenuit in c. delictum perſonæ, in Merc. de reg. iur. lib. 6. Io. de Firm. in tract. de epiſc. in 1. par. lib. 2. q. 25. verſ. Poteſt autem bigamus, fol. 9. ita concludit Iacob. Menoch. d. præſump. 83. nu. 63. cū enim bigamus diſpenſatus à Pontifice religionem profeſſus eſt, nil à cæteris differt, & monaſterium quod ingreſſus eſt eodem fauore ac ſolatio frui debet, cum nulla differentiæ ratio poſt profeſſionem ipſam adferri poſſit inter hoc monaſterium, quod bigamus diſpenſatus ingreditur, & aliud quod non bigamus ingreſſus eſt. Quamuis contrariū ſenſerit ſub dubio tamen, Ang. conſ. 80. Hæc q. ſubtilis eſt & dubia, ante fin. nu. 5. verſ. Quod autem dixi.

Exten-

25 Extenditur Quartò, † vt diſpoſitio d. §. ſed & hoc præſenti, locum ſibi vendicet in eo qui in manu Epiſcopi obtulit ſe regulam monachalem ſeruaturum, cum ab aliquo monaſterio recipi non potuerit, tunc enim illa oblatio bona fide facta loco monaſterij eſt, & Epiſcopus loco Abbatis dicitur, & proinde ſubſtitutus excludendus eſt, vt voluit Bald. in d. Authen. Niſi rogati, num. 25. C. ad Treb. dicens interdum monachum ſine monaſterio eſſe, vt quando quis à monaſterio expulſus eſt. cap. quanto, ext. de offic. ordin. & Baldum ſequitur Iacob. Menoch. d. præſumpt. 83. nu. 69. verſ. Extenditur Quintò, dicens idem ſenſiſſe Iacobum Puteum, qui hoc non dicit, ſi recte inſpiciatur, in d. deciſ. 55. num. 4. in 1. part.

Sed quamuis Baldi autoritas potens ſit, & grauis, & Menochius celebri nomine clareat, tamen hæc extenſio periculoſa mihi videtur. Nam diſpoſitio dicti §. ſed & hoc præſenti, valde exorbitans eſt à regulis iuris, & conſequenter ſolum vendicare debet ſibi locum in caſu ſuo, & non in alio, vt omnes ibi tradũt, & in d. c. in præſentia, nuncupatimque hoc conſulendo ſcripſere Angel. d. conſ. 80. Hæc quæſt. ſubtilis eſt, & dubia, colum. prima, & Auguſtin. Bero. d. conſ. 73. Quòd eueniente caſu, colum. 2. in fin. num. decimo, lib. ſecundo, ne ſi ad alium caſum dictam diſpoſitionem trahamus, magis atque magis legum correctio inducatur quæ vitanda eſt, l. præcipimus, C. de appell. Authen. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. ne etiam duo ſpecialia circa idem concurrant, vnũ quod monaſterium loco filij habeatur d. §. ſed & hoc præſenti, aliud quod Epiſcopus loco monaſterij ſit vt Baldus præſupponit, cõtra l. prima, C. de dotis promiſſ. l. ſeruum filij, §. fin. de leg. primo, gl. in l. cum poſt, §. gener, ff. de iur. dot. Bart. in l. iuriſgentium, §. quinimo, ff. de pactis, nam nec dici poteſt in propoſito vnum ſpeciale in conſequentiam alterius venire, vt ceſſent, l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. l. cum duæ, ff. de captiu. & poſt limin. reuerſ. l. ſpecies, §. fin. eod. tit. de captiu. & quæ tradit Alexan. conſil. 117. Viſo proceſſu, & ſententia, num. 4. verſ. Nec obſtat, lib. 5.

Non repugnat text. in d. cap. quanto, de offic. ordin. cum potius retorqueatur, dum præcipit Monachorum clauſtra abhorrẽtium, & per curias Principum, & potentum diſcurrentium proprium in manibus prælatorum fore reſignãdũ, ac in vtilitatem domus ſecundum Abbatis conſilium conuertendum, niſi ad commonitionem Epiſcopi reſipuerint, vt ibi, nedum Baldi aſſertionem confirmet. Et ideo cogita, nam Baldi autoritas multum valet, & fortaſſe dicta concluſio non ſic clara eſt, vt ipſe præſupponit.

Extenditur Quinto, vt dicta concluſio locũ
26 etiam ſibi vendicet, ſi hæres grauatus † ante ingreſſum monaſterij bona fideicommiſſo ſubiecta in pios vſus diſpenſauerit, tunc enim licet illud monaſterium quod hæres ingreſſus eſt, bona illa non conſequatur, adhuc tamen ſubſtitutus excludetur, cum text. d. §. ſed & hoc præſenti, vt Iacob. Menoch. inquit in d. præſumpt. 83. num. 64. ipſi hæredi facultatem tribuat, vt vel Monaſterio à ſe ingreſſo illa bona inferat, vel ea in pios vſus eroget, ſubdens ita conſuluiſſe Curt. iun. conſ. 187. colum. fin. & idem tenere Auguſtin. Bero. in cap. in præſentia, num. 491. ext. de probat.

27 Sed huiuſmodi extenſio † tuta non videtur, & fortaſſe illam Menochius oculatiſſimus Doctor comprobare non cenſuit, contrariamque opinionem tenent, Bald. in d. c. in præſentia, colum. 2. in fin. num. 13. verſ. Sed quid ſi monaſterium, Paul. de Caſtr. in d. Authen. niſi rogati, in fin. ſub num. 5. verſ. Quæritur ergo, vbi etiam Corn. colum. penult. verſ. Item non habet locũ, Alexand. conſ. 13. Circa primum dubium, col. 2. in fin. ſub num. 5. verſ. Quia duo, lib. 3. Socin. ſen. conſ. 92. Circa primum, col. 2. in fin. verſic. Ita etiam eſt de mente Baldi, lib. 2. Dec. conſ. 259. Viſis his, colum. fin. verſ. Et ita diſcurrendo, vbi dicit hanc eſſe communem ſententiam.

Ad iſtam opin. fundandam Bald. in præcitato loco, & poſt eum Alexander adducunt in ſimili text. in l. ſi poſt mortem, §. liber. ff. de bon. poſſ. contratabul. & l. prima, §. ſi pater emancipatus, ff. de coniug. cum emancip. liber. & vt Paul. de Caſtro inquit in d. Authen. niſi rogati, text. in d. §. ſed & hoc præſenti, duplici fauore emanauit, ingredientis quo ad animam, & monaſterij quo ad bona, vbi ſubdit, quod ſi quis de ingreſſu cogitans prius teſtamentum conderet aliumque inſtitueret, tunc per ingreſſũ monaſterij abſque bonis ſubſtitutus non excluderetur, & ſequitur ibi Corn. d. colum. penult. verſic. Item non habet locum, dicens hoc dictum eſſe notatu dignum.

Cæterum ſi text. in d. §. ſed & hoc præſenti, inſpiciatur, duos caſus conſiderat, Primũ quando quis ingreditur monaſterium, & tunc eius bona omnia, & res ſub dictis conditionibus relictæ monaſterio acquiruntur vbi à principio ingreditur, quod quidem procedit ſecundum regulam, quia bona ingreſſa monaſterio acquiruntur, Authen. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. Secundum, quando clericus efficitur, vt colligitur ibi, Monaſteria ingrediãtur, aut clerici fiant, & hoc ſecundo caſu etiam prout in primo reijcit illas conditiones, vultque illas pro non ſcriptis haberi, in clericoque requiritur quod perſeueret, & illo perſeuerante dat ſibi poteſtatẽ quod de rebus ſupradictis in pios vſus diſponat, ijſdẽ conditionibus non obſtantibus, idque in clerico bene procedit, cum diſponendi poteſtatem retineat,

retineat,cap.quia nos,de teſtamen. Monachus verò monaſterio, vt ſupra acquirit, & non ha-
28 bet † velle neque nolle,cap.non dicatis, 12. q. 1.cap.ſi religioſus,de elect.in 6. Et hoc de clerico intelligendum eſt poſt ſuſceptum clericatũ, non ante,eoque in ipſo clericatu perſeuerante, vt dicit text.in d.§. ſed & hoc præſenti, qui debet reſtringi ad caſum in quo loquitur,videtur enim caſus exorbitans in quo effectualiter poteſtas de rebus alienis diſponendi tribuitur, igitur iuxta reg.quæ à iure,de reg.iur.in 6.non debet extendi, cumque de clerico loquatur cui propter clericatum in quo perſiſtit illa prærogatiua conceditur, non videtur in eo procedere qui ante clericatum diſponeret, qualitas enim adiuncta verbo ſecundum tempus verbi intelligitur,l.ſi Titius, vbi Bart.ff.de cond.inſtit. l.in delictis,§.ſi extraneus,ff.de noxal. & quali-
29 tas requiſita † à lege debet verificari,Io.Andr. & alij in cap.primo,de homic.in 6.& not. Bar. in l.prima,§.ait prætor,ff.ne quid in flum.pub. & ita in clerico declarat Dec.d.conſil.259.col. fin.verſ. Præterea quod dicitur.

Cõcludo igitur veriorem eſſe Baldi,Caſtrẽ-
30 ſis,& aliorum † poſteriorum ſententiam, quæ vt dixi communiter etiam recepta conſpicitur, & ſummorum Doctorum autoritate roborata. nam poſtquam loco religioſo non fauemus,nõ debemus ſubſtituto nocere, vt idem Paulus de Caſtro aſſerebat.

Extenditur Sextò,vt diſpoſitio dict.§.ſed &
31 hoc præſenti,procedat etiam † ſi monachus poſtea degradaretur, nam non obſtante ingreſſi degradatione,ſubſtitut⁹ excludi debet. Primo, nam ingreſſi monaſteria,nihil habere dicuntur, ſed omnia ipſi monaſterio acquirunt, d. Auth. ingreſſi,vbi Bart. inquit perſonam ingreſſi ſta-
32 tim † Eccleſiæ effici,in eiuſque tranſire poteſtatem, & eodem modo bona eius omnia quo ad dominium,& proprietatem,argum.l.ſi adoptauero,ff. de precar.datque reſponſum ad l. 2. ff. de pollicit.idem affirmans in 2.lect.num.26.cũ quo poſt Salic.& Baldum tenet Iaſ.ibi, nu.28. declarando gloſſ.in d.l.2.

Secundò facit text. in §. ſi quis autem relinquens, in Auth. de monachis, vbi eſt optimus text.dicens,quòd ſi monachus relinquat mona-
33 ſterium ad aliamque veniat militiam, ſeu vitæ figuram, bona penes primum monaſterium remanent,quem text. Ioan.de Imol. extendebat etiam ad caſum quo ad Eccleſiæ regimen tranſiret,& tradit Corn.conſ.88. Placet mihi, ante numerum ſecundum,libro ſecundo, vnde licet monachus per degradationem ad aliam vitę figuram tranſeat,bona penes monaſteriũ debent remanere.

Portò dicta concluſio, Primò reſtringenda
34 eſt, quando hæres grauatus † qui religionem ingreſſus eſt,ante profeſſionem, atque ita intra annum probationis deceſſit, aut monaſterium deſeruit, tunc enim ſubſtitutus à monaſterio, nõ excluditur,& monaſterium ipſi ingreſſo nequaquam ſuccedit,Andr.ante fin. verſ. Vnde ſi moritur,Bald.num.15.verſ. Quid ſi ingreſſus, Abb.num.44.Felin.num.32.Dec. nu.83.verſ. Nono quæritur,& Auguſtin.Bero.nume.499. in cap.in præſentia,extr.de probat.Bart. in Authen.ingreſſi,num.56.C.de ſacroſ.Eccleſ. Sortia Odd.in tract.de compend.ſubſtit. partic.6. tit.an legitimi tantum,concl.3.fol.201. verſ.Limitatur ſecundo,Iac.Menoch.in tract. de præſumpt.part.2.lib.4.præſumpt.83.num.73.verſic. Declaratur quarto, Carol. Ruin. conſ.153. Circa caſum,colum.fin.num.3.verſ. Et confirmatur,lib.3.Et fuit opinio Vincentij, vt ipſum refert Abb.d.num.44. Franc. Mantic. in tract. de coniect.vlt.volun.lib.11.tit.7.num.11.verſ. Tertiò debet reſtringi.

Hæc limitatio prout in ſe vera eſt,ſic clariſſimè probatur, Primò,nam ratio d.§. ſed & hoc præſenti,ſcilicet vitæ contẽplatiuæ, ceſſat,ſi grauatus in monaſterio non profiteatur, qui text. etiam induci ad hoc in illis verbis poteſt, Si vſque ad ſuam vitam permanſerint. Et expeditũ
35 videtur, ante profeſſionem † quempiam non dici religionem ingreſſum, Bart. in Authent. ſi qua mulier,colum.fin.C.de ſacroſ. Eccleſ. Raphael.Fulgoſ.& Alexand.in l.ſi quis hæredem, C.de inſtit.& ſubſtit.rurſus Alexan.in l. in ſubſtitutione,colum.fin.ff.de vulg.& pupill.Andr. Barbat.in Clem.prima,colum.ſeptima, verſic. Nota ſecundum, de elect.& conſ. 38.Difficile, colum.5.verſ.Nec etiam obſtat,lib.quarto. Et
36 ante profeſſionem † monachum nequaquam dici,gloſſ.in cap.primo,in verb. Dedicanda, extra,de relig.domib.Dominic.& Philipp. Fran. in cap.primo,vterque in 1. not. per illum text. de regul.lib.6.& eſt text.in cap.ad Apoſtolicã, extr.eod.tit.in cap.ſi ſeruus ſciente, & ibi not. Domin.54. diſtinct.& in cap.primo,17.quæſt. ſecunda.

37 Hinc eſt,vouentem † ingredi religionem,nõ liberari voto per ingreſſum, ſi ante profeſſionẽ exeat,Sanct.Thom.de Aquino 2.2.quæſt.189. Specul.in tit.de ſtat. monach.§.primo,verſ.17.

38 Hinc eſt etiam conditionem ſi quis † religionẽ intrauerit,nõ impleri per ſimplicem ingreſſum ſine profeſſione. Raph.Fulg.Caſtren.Alexand. & Corn.in d.l.ſi quis hæredem, vbi Bald. poſt med.Ioan.de Imol.in d.l.in ſubſtitutione,Dec. conſ.330.Concluſio ſuperius firmata, num.4. verſ.Non obſtat quod filia,& eſt text. in capit. quamuis,iuncta glo.in verb.Ingredi, & ibi Doctor.de procur.lib.6.

39 Hinc denique dixit Bald.in Authen. Niſi rogati,num.17.C.ad Trebell.quod ſi teſtator ge-

nero

nero ſuo pro dote filiæ legauerit, illaque adhuc carnali copula matrimonio nondum conſumato monaſterium ingrediatur, dos monaſterio debebitur excluſo genero, dummodo ipſa puella expreſſe, vel tacite religionem profeſſa fuerit.

40 Declaratur primo, hæc reſtrictio † in caſu q̃ nolit in monaſterio permanere, niſi ille ingreſſus in aliud monaſterium tranſiret, ſecundum Bald. in d.c. in præſentia, nu. 17. in fin. per text. in c. ſtatutum, 18. q. 1. quia à primo eſt emancipatus, & ſeparatus in totum, quem ſequitur Odd. in d. concluſ. tertia, verſ. Sublimitatur autem.

41 Vlterius declaratur † niſi euidẽter appareat ingreſſum abſolute vitam mutare voluiſſe, & in religione perpetuo domino ſeruire, cum quilibet renunciare valeat ei quod pro ſe noſcitur introductum, iuxta text. in cap. ſtatuimus, extr. de regular. & tranſeuntib. ad relig.

Secundò, dicta principalis concluſio reſtringitur, quando inſtitutus † religionem ingreſſus
42 fuit non vt religioſus fieret, ſed ibi pœnitentiam ageret, Bald. in Authen. ſed hodie, num. 3. C. de adulter. quem ſequuti ſunt, Sfort. Odd. in tract. de compend. partic. 6. fol. 201. in tertia limit. & Iacob. Menoch. in d. 2. part. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 83. ſub num. 87. verſic. Declaratur octauo.

43 Actus ſiquidem agẽtium † non operantur vltra voluntatem, l. non omnis, ſi cert. pet. l. obligationum ſubſtantia, §. non ſatis, ff. de act. & oblig. Alex. conſ. 118. In cauſa, & lite, colum. 4. num. 13. lib. 2.

44 Et limitata cauſa † limitatum parit effectum, l. in agris, ff. de acquir. rer. domin. Dec. in l. prima, num. 52. C. qui admitt. conſil. 551. Plene, & ſubtiliter, num. 9. colum. fin. Alexand. conſil. 94. Viſo puncto, colum. prima, num. 3. libro 3. Ludouic. Gozadin. conſ. 3. In cauſa mihi tranſmiſſa, colum. antepenult. num. 20. & conſil. 65. In caſu propoſito, colum. ſecunda, num. tertio, faciunt tradita per Ang. conſ. 138. Viſis omnibus, circ. med.

45 Tertiò reſtringitur, quando grauatus † iſte fuiſſet ingreſſus religionem ſuaſionibus, blanditijs, & fallacijs prælati illius monaſterij, tunc enim ſubſtitutus non excluditur, Spec. in tit. de ſtat. monach. in fin. Bal. in Auth. ſi qua mulier, num. 13. C. de ſacroſ. Eccleſ. Oddus concl. 5. in quarta limit. fol. 201. Menoch. d. præſumpt. 83. ſub nume. 87. verſ. Nono declaratur, fol. 146. in fine.

Probatur hæc reſtrictio, in c. conſtituit, 20. q̃ueſt. 3. Conſtituit (inquit) ſane ſacer iſte conuentus, vt Epiſcopi, ſiue Abbates, qui non in fructu animarum, ſed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circumue-

niendo tonderent, & res eorum tali perſuaſione ſurriperent, pœnitentiæ canonicæ, vtpote turpis lucri ſectatores ſubiaceant. Hi verò qui illecti comam depoſuerunt; in eo quod acceperunt perſeuerare cogantur, res vero eorum hæredibus reddantur, vbi gloſſ. not. in verb. Cogantur, multa dicit, & cum hoc text. concordãt Ang. Clauaſ. in Sum. in verb. Religioſus, num. 23. & Silueſter Pierius, in Summ. in verb. Religio, il 3. num. vndecimo, in fine, quos in prœcitato loco Menochius referendo ſequitur.

46 Quartò reſtringitur, vt non procedat quando grauatus monaſterium non ingrederetur, ſed illud hæredem dumtaxat inſtitueret, tunc enim ſubſtitutus à monaſterio non excluderetur, gloſſ. in fin. Abb. num. 41. verſ. Ex prædictis, Felin. num. 32. verſ. In eadem gloſſa, Dec. ſub num. 56. verſ. Et circa textum, ext. de probvbi etiam Ioan. Andr. Bald. Anton. de Butr. & Petr. de Anchar. & Bald. in Authen. ſi qua mulier, num. 3. verſ. Si autem, C. de ſacroſ. Eccleſ. gloſſ. in d. Auth. Niſi rogati, & ibi Cyn. Salicet. & Bald. num. 2. in fin. Archid. in cap. ſi qua mulier 19. quœſt. 3. Dec. conſ. 259. Viſis his, colum. penult. & fin. Aym. Crau. conſ. 152. Circa teſtamentum, numero primo, Odd. concluſ. ſecunda, fol. 201. in d. 6. partic. eius tract. de compen. & dictam gloſſam communiter Doctores ſequi, dixit Dec. d. num. 56.

Et quamuis contrarium teneat Hoſtienſ. in d. cap. in præſentia, dicens ſuam opinionem æquiorem eſſe, & videtur ſenſiſſe gl. in l. ſi ita quis §. ea lege, ff. de verbor. oblig. pro qua opinione videtur facere text. in eod. cap. in præſentia, dũ inquit non decedere ſine liberis eum, qui monaſterium hæredem facit, tamen non eſt recedendum ab opinione Abbatis, qui dicit ipſam eſſe communiorem, veriorem, & quicquid dixerit Hoſtien. æquiorem. Nulla enim æquitas debet ſurgere ad ſpoliandum alium religionis fauore, argum. cap. fin. 17. quæſt. quarta, & iſtò caſu ceſſat ratio, d. §. ſed & hoc præſenti, cum vita contemplatiua non impediatur, nec debet ille §. ſic exorbitans in præiudicium aliorũ extẽdi, argum. l. quod verò, ff. de legib. & quia in dubio priuilegium conceſſum intelligitur ſine tertij præiudicio, l. ſecunda, §. merito, & §. ſi quid à principe, ff. ne quid in loc. public. Non obſtat d. cap. in præſentia, nam licet ratio illa vt Oddus conſiderat, generalis quodammodo videatur, debet tamen ſecundum illud thema intelligi, ſcilicet de eo qui ingrediendo monaſterium, ſe, ac ſua bona omnia illi dicauerat, vt hæredis ordinatio ad factum ibi referatur, non ad verbalem inſtitutionem ex teſtamento.

Quintò reſtringenda eſt, vt locum ſibi non
47 vendicet, quando hæres fuit his verbis grauatus reſtituere, Si hæres meus deceſſerit ſine liberis,

beris, & religionem, profiteatur Caium ſubſtituo, & is Caius religionem ingrediatur mortuo iam ipſo hærede ſine filijs, tunc enim monaſterium non excludit ſubſtitutum, ita conſuluit Carol. Ruin. conſ. 98. Viſo themate cum dubijs num. 27. lib. ſecundo, dicens idem ſenſiſſe Alexand. de Imol. conſ. 100. Viſa parte teſtamenti illa, colum. fin. verſ. Accedat etiam, libro quarto, & de Alexandro meminit Andr. Alciat. cõſ. 53. Grauem, colum. ſecunda, in princ. num. tertio, tom. tertio, lib. nono. Sed, vt Iacobus Menoch. aduertit, Ruinus in caſu loquitur qui dubitatione caret, & in re clara voluit etiam eius ingenij vim oſtendere, cum præſupponat non hæredem grauatum fuiſſe religionem ingreſſum, ſed Caium ſubſtitutum ſub conditione, ſi hęres ſine liberis deceſſerit, & religionem profiteatur, poſt mortem inquam hæredis grauati, vnde inſiſtendum non exiſtimo.

Sextò reſtringitur dicta concluſio, vt locum
48 non habeat † ſi hęres grauatus ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit antequam monaſteriũ ingrederetur cogitans de ingreſſu teſtamentũ condidit, & pro parte extraneum inſtituit, pro alia vero parte monaſteriũ, pro ea nanque parte pro qua extraneum inſtituit, ſubſtitutus admittitur, Bald. in Authen. Niſi rogati, num. 20. verſic. Item quæro, C. ad Trebell. perſonale e-
49 nim † priuilegium monaſterij (vt Bald. inquit) non debet alteri prodeſſe, argum. l. cum patronus, ff. de leg. 2. & vt Caſtrenſis in ead. Authen. num. 5. verſ. Item quæro ponamus, ſubdit, bona illa ad monaſterium non veniunt, quia §. ſed & hoc præſenti, duplici contemplatione emanauit, ſcilicet ingredientis quo ad animam, & fauore monaſterij quo ad bona, ſed hic ceſſat fauor monaſterij, ergo non debet ſubſtitutus excludi, argum. l. ſi poſt mortem, §. liberis, ff. de contratabul.

Et quamuis Iacob. Menoch. d. præſumpt. 83. num. 75. verſ. Cæterum, dubiam ſibi videri dixerit Baldi, & Caſtrenſis declarationem, tamen iudicando, & conſulendo non auderem ab antiquorum ſententia recedere, quam compro bat Franc. Mantic. in d. tract. de coniect. vltim. volun. lib. 11. tit. ſeptimo num. quartodecimo, fol. 271.

Neque obſtat Iacobi Menochij ratio, dicen tis nullam hæredis grauati diſpoſitionem in detrimentum Eccleſiæ, ſeu monaſterij à ſe ingreſſi eſſe poſſe, cum monaſterium id habeat à lege ex præſumpta voluntate teſtatoris, d. §. ſed & hoc præſenti. Nam reſponderi poteſt, quòd etſi monaſteriũ ſubrogetur loco filij, id contingit principaliter ex voluntate, & facto hæredis, ac ſecundario ex præſumpta mente teſtatoris, nam ſi grauatus non ingrederetur, vitamq. contemplatiuam non eligeret, vtique fauor monaſterij ceſſaret, & quia ipſi monaſterio portio ſibi contingens non deficit, reſpectu alterius partis, re iam integra, factum hęredis cenſeri debet factum, ac declararatio defuncti, & non potuiſſe grauatum ſuæ animæ fauori pro illa parte de qua in extraneum diſpoſuit renunciare, Sed cogita, nã multa alia poſſem dicere, quæ nolo dicere, iſtaque reſtrictio, licet videatur non magni ponderis, tamen tenue filium ſtrictius ligat, & tenaciorem nodum facit, quem vt diſſoluas nõ vnguibus tantum, ſed acuto ſtylo, ſæpiſſime opus eſt.

50 Septimo, reſtringenda † eſt dict. §. ſed & hoc præſenti, diſpoſitio, vbicunque ad propriã perſonam teſtator conditionem ipſam referret, vt quia dixerit, inſtituo te hæredem, ſi ſine liberis moriar, tunc enim ſi teſtator monaſterium ingrediatur, ſubſtitutus non excludetur, ita ſcripſit Abb. in d. cap. in præſentia, nume. 46. circa medium, verſ. Ex quo inferebat, extr. de prob. & ibidem Dec. num. 62. verſ. Ex quo infertur, ſecundũ Abb. & idem eo loci voluit Io. Andr. in fin. verſic. Nec ad alios terminos, dicens idem ſenſiſſe Dominum ſuum D. Martinum Silimanum, in quæſt. incip. Quædam Domina, idem Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de ſtat. monach. verſ. 15. in addit. magn. in verb. In præſentia, verſ. Item quid ſi conditionem illem apponens, Bart. in d. §. ſed & hoc præſenti, num. quarto, verſ. Et ita tenet Martii. Siliman. Authen. de ſanctiſſ. Epiſcop. Bald. in d. Authen. Niſi rogati, num. 21. verſ. In contrarium determinat, vbi Paul. de Caſtro, num. quarto, verſ. Item quęro, C. ad Trebell. Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. 2. parte, lib. 4. præſumpt. 83. num. 86. & 87.

Mouebatur Martinus Silimanus primò, nã aliquis loquens de ſeipſo, videtur de naturalib. liberis intellexiſſe, ergo conditio tenaciter eſt obſeruanda, l. 3. §. conditio, ff. de adimen. legat. Secundò, quod monaſterium loco filij habeatur, ex quadam fauorabili, & ſpeciali interpretatione contra propriam vocabuli ſignificationẽ procedit, ergo extendi non debet, improprietates enim reſtringendæ ſunt, nec ad conſequentiã trahendę, d. l. quod uero, ff. de legib. & quod not. in reg. quę à iure, de reg. iur. in 6. in c. prętera, de verbor. ſign. Tertiò allegat Ioan. Andr. ad hoc propoſitum, vt de veris filijs conditio intelligatur, text. in l. fideicommiſſum, hoc tit. de condit. & demon. & in l. ſi ita quis, §. is cui in tẽpus, de leg. ſecundo, quę duo iura parum ſtringunt, & ideo Quarto loco Decius conſiderabat textum in d. §. ſed & hoc pręſenti, loqui in duobus caſibus, ſcilicet quando aliquid per viam vltimę volũtatis diſponitur, vel donationis, Primo caſu, reſpectu vltimę voluntatis, cum teſtator ſine liberis conditionem in ſui perſona apoſuerit,

poſuerit, ceſſat ratio d. §. quia ipſe non retrahitur ab ingreſſu monaſterij propter teſtamentariam diſpoſitionem cum poſſit teſtamentum reuocare. Secundò vero caſu dici etiam poteſt nõ eſſe eandem in grauato rationem de quo d. §. loquitur, ſicut in eo qui principaliter diſponit, quia grauatus videtur inuitus reſtitutionem facere, cum cogatur, & recedente eius voluntate talc onus ſibi iniungatur, vnde ſi intrando monaſterium ſi ſubſtitutum non excluderet, ab ipſo ingreſſu religionis retraheretur, quia inuitus fideicommiſſum præſtare præſumitur, ſecus autem in ipſo principali qui Eccleſiæ donauit, ſi ſine liberis decederet, ex quibus vera Silimani eſt ſententia, vt æquior, & crebrior.

51 Octauò reſtringitur, vbicunque aliud † monaſterium, vel alia pia cauſa ſubſtituta fuiſſet, tunc enim grauatus monaſterium ingrediendo ipſam piam cauſam ſubſtitutam non excludit, gloſſ. in d. cap. in præſentia, ibidemque Abb. numero 36. Felin. num. 29. Dec. nume. 56. extr. de probat. Oldrad. conſ. 119. Titius condidit teſtamentum, in fine, num. 3. Corn. conſ. 236. Conſtat quòd pauperes eligendi, ſub num. 6. verſic. Et allegatur hanc partem voluiſſe, lib. 3. conſil. 18. Circa hanc conſultationem, colum. 3. ante num. 10. verſ. Nam licet, lib. 4. Iac. Menoch. d. præſumpt. 83. in fin. ſub num. 87. verſ. Declaratur decimo, fol. 147. cum alijs quos ipſe citat, & cum ijs quos in præcedentibus circa Quintam coniecturam allegabam, nec omiſerim Alexandrum Trentacinquium conciuem meum, in tract. de ſubſtit. par. 4. cap. ſeptimo, numero 22. fol. 141.

52 Nonò reſtringitur, quando hæres † grauatus monaſterium fuiſſet ingreſſus, vt ſubſtitutum fraudaret, hoc enim caſu diſpoſitio d. §. ſed & hoc præſenti, conquieſcit, & monaſterium non debet ſubſtitutum excludere, vt ſcribunt Gloſ. in verb. Venerabilem. Cyn. num. 3. Alberic. nu. ſecundo, Bald. num. 24. in d. §. Niſi rogati, vbi Salicet. num. 5. verſ. Quæro quid ſi ingrediatur, C. ad Trebell. Ioan. Andr. colum. fin. ante finẽ, verſ. Si autem intrauit, Bald. num. 31. verſ. Quid ſi quis ingreditur, Abb. num. 45. verſ. Sed circa prædicta, de communi atteſtans, Felin. nu. 34. verſ. & per iſtam gloſſam, Dec. num. 60. qui cõmunem eſſe dicit, verſ. Quid autem ſi quis non bono zelo, in d. cap. in præſentia, ac ibidem Auguſtin. Bero. num. 500. & ante omnes gloſſ. idẽ ibi cenſuit, extr. de probat. Angel. in l. nuper, numero ſecundo, C. de natural. liber. Ludou. Roman. conſil. 298. num. ſecundo, Andr. Barbat. conſil. 18. colum. ſeptima, verſ. Et adduco ſimile, libro ſecundo. Dec. conſil. 130. Proponitur, ſub num. 3. conſil. 399. Concluſionem, num. 9. verſ. Et cum facta ſit in fraudem, Carol. Ruin. conſ. 211. Prima videtur conſideratione dicendum, num. octauo, verſ. Et per illum text. lib. 1. conſil. 78. Viſo, ac perlecto, num. octauo, verſ. Et hoc procedit, lib. 3. conſil. 163. Caſus talis eſt, num. 6. verſ. Nam licet, eodem volum. Cur. iun. conſ. 145. Habita diligenti conſideratione, colum. fin. num. 27. in fine, verſ. Quemadmodũ alibi dicitur, Andr. Alciat. conſ. 140. Satis puto, num. 5. verſ. Sicut videmus, tom. 3. lib. 9. & in l. poſt contractum, num. 61. ff. de donat. Michael. Craſſ. in tract. de ſucceſſ. §. fideicommiſſum, quæſt. 40. num. quarto, verſic. Sed quid ſi grauatus, vbi de communi, ac veriori opin. atteſtatur. Franc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. volun. lib. vndecimo, tit. ſeptimo, num. 15. verſ. Septimo debet reſtringi, & lib. decimo, tit. quarto, num. 19. verſ. Plane ſi in fraudem, & commune eſſe dicit Sfortia Oddus in loco ſtatim allegando, Iacob. Menoch. in d. tract. de præſum. part. 2. lib. 4. præſumpt. 83. nume. 76. verſ. Declaratur ſexto.

Probatur Primò hęc concluſio per illam vul
53 garem regulam, nam † nemini propria fraus, ſiue dolus debet patrocinari, cap. ſedes, in fine, & cap. ex tenore, extr. de reſcript. cap. in noſtra, de ſepult. cap. officij, cap. requiſiſti, §. ſi vero, & cap. fin. extr. de teſtamen. Ludouic. Gomeſ. in reg. de annali poſſeſſore, quæſt. 13. verſ. In contrarium facit.

Et ſi cum Sfortia Oddo diceretur dictam regulam non obſtare, cum non præſupponamus Eccleſiam eſſe in dolo, ſed tantum ingredientem, vnde eius dolus non debet alteri, ſcilicet Eccleſiæ obeſſe, de cuius commodo agitur. Reſpondeo ex text. in cap. conſtituit, 20. quæſt. 3. vbi vt Felin. inquit fraus ex perſonam profitentis hæredib. non nocet, & ſic multo minus fraus ingredientis.

Non obſtat ſi cum eodem Oddo diceretur, dolum ingredientis ablui ex ipſo ingreſſu, cum dicatur, monachatum omnem maculam abſter
54 gere † Authen. de Monach. in princ. Nam dici poteſt Monachatum omnem maculam abſtergere quo ad Deum, & pœnam æternam, ſecus quo ad mundum, ac pœnam temporalem, vindictamque publicam, vt ibidem Iacob. de Belluiſ. aduertit, in 1. oppoſit. Vel ſecũdo poſſumus dicere ſecundum Salicet. illud procedere præſumptiuè, quę pręſumptio locum non habet ſi contrarium probetur, pręſertim cum alterius iactura, vt per eum in d. Auth. niſi rogati, quem ſequitur Mantica d. tit. 4. num. 19.

Non etiam repugnat quòd vbi animus faciẽtis dolоſus eſt, atque impius, effect⁹ autẽ pius,
55 non animus, † ſed effectus attendatur, etiam quo ad actus validitatem, vel inualiditatem, §. primo, Inſtit. quib. ex cauſ. manum. nõ lic. Quoniam reſponſio ex eodem textu deſumitur, cuius hęc ſunt verba: Non tamen (inquit) cuicunque

que volenti manumittere licet, nam is qui in fraudem creditorũ manumittit, nihil agit, quia lex Aelia Sentia impedit libertatem. Sed in propoſito volẽti lex reſiſtit, l. fideicommiſſum, hoc tit. & l. ſi ita quis, §. is cui in tempus, de legat. 2. cũ de ſubſtituti præiudicio agatur, igitur ingreſſus in fraudem factus ipſi ſubſtituto nocere nõ debet, & ſic actus etiam pius contra legem, & eius præcepta factus non valet, lege ipſa à principio reſiſtente, l. ſi non ſortem, in princip. cum ibi not. ff. de cond. indeb.

Vnde quicquid Oddus voluerit tenendo cõtra communem, vt ſui ingenij acumen oſtenderet, non arbitror à recepta ſententia gloſſarum, Ioan. Andreæ, & aliorum conſulendo, ac iudicando recedendum, nam & ipſe ab ea recedendum non fore profitetur, & ſic monaſterium revocatoria tenetur, argum. l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraud. credit, vt gloſſ. in d. Authen. niſi rogati, in verb. Locum venerabilem, in princip. arbitratur.

Ad quod in ſimili facit, quia licet in mortis
56 articulo † poſſit matrimonium contrahi, vt filij ſuſcepti ex concubina legitimentur, vt per Cynum in l. nuper, C. de natur. liber. Ioan. Andr. in reg. ſine culpa, de reg. iur. in 6. cum concord. vt per Alexan. in d. l. ſi quis poſthumos, colum. prima, in fin. ſub num. quarto, verſ. Communẽ tamen, ff. de liber. & poſthu. Si tamen hoc matrimonium in fraudem ſubſtituti contrahatur, non valebit, ſecundum Ang. in l. ſed & eſt quæſitum, num. ſecundo, verſ. Quod credo verum, d. tit. de liber. & poſthum. & in d. l. nuper, num. 3. verſ. Sed ſi apparet, Dec. conſil. 130. Proponitur colum. 1. nume. 3. verſ. Et de matrimonio, Carol. Ruin. conſil. 211. Prima videtur conſideratione, num. 7. verſ. Quæ concluſio, lib. 1. conſ. 78. Viſo ac perlecto teſtamẽto, num. 8. verſ. Et hoc procedit, lib. 3.

Omiſſis alijs ſimilibus quę in hac fraudis materia ad confirmandam dictam concluſionem afferri poſſent, videndum breuiter eſt, quando grauatus per fraudem monaſterium ingredi dicatur, & prima quidẽ coniectura affertur, quan
57 do grauatus † antequam ingrederetur plurics ſubſtituto minatus fuiſſet, quòd modum inueniret ipſum excludendi, licet is ſine filijs decedere contigeret, vel quod religionem ad ſubſtituti detrimentum, & excluſionem fuiſſet ingreſſurus. ita tradunt Ioan. Andr. in fin. verſic. Et dicit quod probabitur, Abb. antiquus, & poſt eum Panormit. num. 46. Innoc. in fin. Felin. num. 34. & Dec. ſub dubio tamen, num. 61. verſ. Sed difficultas, ext. de probat. Alexan. in d. l. ſi quis poſthumos, colum. 3. nu. 4. in fi. verſ. poſſet tamen, dicens omnes ita communiter tenere, d. tit. de liber. & poſthum. Mich. Graſſ. in d. §. fideicommiſſum, q. 40. num. 5. Sfort. Odd. in d. tract. de compend. partic. 6. tit. An legitimi tantum, concluſ. 7. fol. 202. Franc. Mantic. in d. tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 4. nu. 19. fol. 241. poſt Salic. in d. Authen. niſi rogati, num. 5. Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. part. 2. lib. 4. præſ. 83. n. 83. verſ. Difficultas in eo nũc verſatur, iſtamque opinionem communiter Canoniſtis placuiſſe, inquit Abb. Panormit. d. num. 46. Carol. Ruin. d. conſ. 78. Viſo, ac perlecto teſtamento, verſ. Fallit tamen, d. libro tertio.

Quæ quidem coniectura firmatur argum. text. in cap. ſecundo, de renunc. in 6. Etſi cum Decio diceretur, quòd ſi ingreſſus profeſſionẽ fecerit, prout in hac quæſt. præſupponitur (aliàs etiam ſine fraude fideicommiſſum deberetur) profectò facta profeſſione, nulla quidem ratione ſuadetur, quod in fraudem ſubſtituti ingreſſus videatur, rationi nanque non conſonat, vt quis velit in eius vita omnibus bonis priuari, ac ſpoliari, maximisque oneribus religionis ſubijci, ex eo quod poſt eius mortem fideicommiſſarius excludatur. Vnde in caſu prædicto fortior præſumptio militare conſpicitur, quod bono zelo motus fuerit, & habito tali propoſito de excluſione ſubſtituto comminatus fuerit, quæ in conſequentiam ſequebatur, non autem quod propter illam ad hoc principaliter induceretur.

Sique vlterius aſſereretur coniecturam ex comminatione deſumptam omnino probabilẽ non eſſe, vt ſcribit Alex. conſ. 180. In cauſa An-
58 glorum, nume. 5. lib. 2. dicens lubricũ † linguæ non eſſe ad pœnam trahendum, l. famoſi, & ibi not. Bart. ff. ad l. Iul. maieſt. Rain. de Forliu. in l. fi. ff. de hæred. inſtit. vbi ad hoc allegat illud vulgare, ſæpe minus faciunt homines qui magna loquuntur, ex hoc inferens non eſſe verũ iudiciũ ad redarguendam alicuius depoſitionem de falſo, qui dixiſſet, quod niſi talis ſibi daret certam pecuniæ quantitatem quam ſibi dare debebat contra eum teſtificaretur, & contra veritatem. Niſi appareret eſſe perſonam cõſuetam contra veritatem teſtificari, l. 1. cum ibi not. per Cyn. C. ſi quis Imper. maledix. & not. per Doct. in l. metum, C. quod met. cauſ. quod etiam voluit Aegid. Boſſ. in eius tract. crimin. in tit. de indic. & conſider. ante torturã, num. 45. vbi num. 46. ſubdit hunc teſtem, nihilominus ſuſpectum eſſe, ita ut ei nõ crederetur, l. iubemus, C. de probat. cum vulg. & idem ſcribit Marc. Ant. Blanc. in tract. de indic. in verb. Iactatio, num. 187. & contra iſtas minas optimũ erit probare loquacitatem minantis, qui ſolitus ſit talia verba proferre, nihil tamen executum fuiſſe, vt ibidem in verb. Minæ, in fin. ante num. 184. & late Anton. Gomeſ. tit. de delict. cap. 13. num. 11. verſic. Et idem eſt.

Prædicta

Prædicta tolluntur tanquam perſuaſiua, nõ tamen contra aſſertiones tantorum patrum cõ
59 cludentia, nam inficiari nequit, minas † animi malignitatem, & prauitatem inducere, argum. text. in l. cum ratio, §. ex bonis, ff. de bon. dam. & l. ſi non cõuicij, C. de iniur. tradit Gandin. in tract. malefi. tit. de præſumpt. & indic. indubit. colum. penult. verſi. Octauum eſt, ex minisque præcedentibus indicium propoſiti oriri, dummodo conſtet minantem occidiſſe illum cui minatus fuit, nec diſtingui an ſit ſolitus minas exequi nec ne, vt dicit Franciſc. Caſonus, in tit. de indic. præmedit. ex dicto num. decimo. Iulius Clar. in §. fin. quæſt. 21. verſ. Minę præcedentes, vbi in fin. aſſerit non ſemper admitti diſtinctiones quæ in hac materia per Scribentes afferuntur, ſed probatis minis, & cauſa minarum, Senatum mandaſſe ſæpenumero reos tormentis ſubijci, & cum ſæpe recti ſpecie decipiamur, nonne quis poterit ſeduci, vt cum ingreſſu illud etiam prauum propoſitum admiſceat excludendi ſubſtitutum? non ne videmus inimicum ani
60 mum, † nec per torturam purgari? Aym. Cranet. conſil. 6. Plura videnda ſunt, numer. 55. & quot ſunt qui ex quadam deſperatione animi, monaſteria aliquãdo ingrediuntur, quique ob verecundiam magis, aut perſeuerant, aut leuato verecundiæ velo monaſteria ipſa relinquunt licet perſepè in bonum Deo auſpicet exinde multi ex illis confirmentur, qui vlterius religionem profitentur, cæleſtique gratia ad ſeruiendum Deo inflammantur.

Secunda eſt coniectura, quando ipſe hæres
61 grauatus in mortis articulo † exiſtens, monaſterium ingrederetur, tunc enim id in odium, damnum, ac fraudem ſubſtituti facere præſumeretur, Bald. in d. cap. in præſentia, num. 31. verſic. Quid ſi quis ingreditur, extr. de prob. & in authen. niſi rogati, num. 24. verſic. Quæro quid ſi rogatus, C. ad Trebel. vbi Alber. de Roſ. nu. 2. eandem etiam opin. ſub dubio tamen ſequitur Felin. in cod. c. in præſentia, ſub nu. 34. verſ. Et per iſtud infert ſingulariter, dicens idem tenere Spec. in tit. de ſtat. monach. circ. fin. Petr. de Anchar. in c. ſicut nobis, ext. de reg. & Io. de Anan. in quodam ſuo conſil. incip. In nomine S. Trinitatis amen, Viſo primo inſtrumento confecto, Decius ibidem, & ſub dubio etiam, nu. 61. verſ. Et dicit Bald. Gulielm. de Benedict. in rep. cap. Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur, 1. num. 10. verſic. Quod eſt verum, extr. de teſtam. & poſt Andream Alciatum quem refert eandem opin. ſequitur Sfort. Odd. in tract. de compen. ſubſtit. partic. 6. tit. an legitimi tantũ, concl. 8. num. 202. dicens indubitabilem coniecturam eſſe, quem expreſſe approbat Carolus Ruin. conſil. 211. Prima videtur conſideratione dicendum, numero octauo, verſic. Et per illum text. libro primo, Andr. Alciat. conſil. 187. Subſtitutus ſub conditione, num. 3. verſ. Per ea quæ notant Doct. tom. 3. lib. 9. Iacob. Menoch. conſil. 108. Non ignoro, num. 22. verſ. Septimo accedit, lib. 2. Vincen. Honded. cõſ. 32. Præſens conſultatio, num. 42. & 43. lib. 1.

Adducitur pro hac coniectura Primo tex. in l. filiæ meæ, ff. ſol. matrim. Filiæ meæ (inquit Iulianus, libro ſecundo, ad Vrſeium Ferocem) emancipatæ, & egræ, vir in hoc repudium miſit, vt mortua ea dotem potius hæredibus eius, quam mihi redderet, Sabinus dicebat, vtile mihi eius dotis recuperandę iudicium dandum eſſe.

Huic textui ex Sfortia Oddo reſponderi altero de duobus modis poteſt, quod cum ibi ineptum eſſet, diuortium ſtatim morituræ mittere, violenta reſultabat præſumptio fraudandi patrem dote, hic vero ſecus pro ſalute animæ potuit ſe ſuaque monaſterio dicare. Vel quod nulla ſubſiſtente cauſa maritus ibi diuortium miſerit, quòd ex eo colligitur cum alibi idem decidatur in l. ſi filia emancipata, ff. de diuor. & tamen nõ meminit tex. de infirmitate, vel mor-
62 te, neutrumque exigit. Aduertendumque † eſt dictam l. ſi filia, eiuſdem Iuliani Iuriſconſulti fuiſſe, lib. 62. Digeſtorum, inquirebatur enim iuſta ne eſſet cauſa diuertendi, vt ex Cicerone Philippic. 2. colligi poteſt, cum in Antonium dicit. Huic in ſedibus pro cubiculis ſtabula, pro triclinijs popinæ ſunt, & ſi iam negat nolite nolite quærere, frugi factus eſt, animam illam ſuã, ſuas res ſibi habere iuſſit, ex duodecim tabulis cauſam addidit: exegit, quam porro ſpectatus ciuis? quam probatus? cuius ex omni vita nihil eſt honeſtius: quam quod cum mima fecit diuortium, Cauſas denique mittẽdi diuortium Theodoſius, & Valentin. Impp. Hormiſdæ Præfect. prætor. inſinuarunt, quarum meminit Franc. Duaren. in tract. ſolut. matrim. tit. de diuort. verſic. Quinto ſoluitur, dicens ſe aliquando Conſtitutiones quaſdam Caroli Magni, Ludouici, & Clotarij Chriſtianiſſimorum Principum euoluiſſe, in quibus eædem ferè diuortiorum cauſæ continebantur, quæ legibus Iuſtiniani expreſſæ ſunt. Solà igitur infirmitas in d. textu fraudem nõ induxit, ſed alia probanda ſunt, vt ſcribit Pariſ. d. conſ. 13. ante num. 69. verſic. Nec obſtat, lib. 1.

Sique eiuſdem textus verba attendantur, conſtabit Iuriſcõſultum præſupponere fictum repudium interceſſiſſe: ibi, Vir in hoc, repudium miſit, agit enim ibi Iulianus de fictis repudijs callidirate initis, & commentò, quæ imaginaria appellãtur, hæc autem fictio, in l. dubium non eſt, C. de repud. ab Imperat. improbatur, cum omnia quæ conſilio recte geruntur, iure, meritoque effectu firmitate nitantur, non

quæ commentis,atque calliditatibus, licetque ibi eadem ſtipulatio proponatur quæ in d. l. filiæ meæ affertur, tamen aliunde commentum, ac fictio deducenda eſt, quamuis etiam matrimonij breuitas adſit, & cum de intelligentia huius legis,in præcedentibus circa materiã legitimationis aliquid tetigerim, nunc amplius non inſiſtam.

63 Secundo, quia deſponſatio † concubinæ in vltimo mortis articulo facta, filios ex eadẽ concubina ſuſceptos non legitimat, vt tradit Angel.in l.ſed eſt quæſitum,num.ſecundo, verſic.. Et per hoc dixi,ff. de liber. & poſthum. & in l. nuper,num.3.C.de natural.liber. Carol.Ruin. conſil.211. Prima videtur conſideratione dicẽdum,num.ſeptimo,lib. primo,conſil.46. Quãuis alias conſuluerim,colum.3.num.octauo,libro ſecundo,conſ.163. Caſus talis eſt Sempronius,num.ſeptimo,lib.3.Ioan.Cephal.conſilio 239.Subſtitutionis verba,num.10.& 17.conſ. 276.Magnificus D. Iacobus Philippus,nume. 30.& intr.lib.2.

Sed vt Oddus aduertit,hæc ratio videtur eſſe contra communem Doctorum opinionem tenentium pro validitate legitimationis filiorum ante ex concubina ſuſceptorum, etiamſi matrimonium in articulo mortis contractum fuerit, nam licet multi cum Angelo ſenſerint,
64 tamen maior numerus † ſtat pro legitimationis firmitate, ita inter alios ſcripſere Richard. Malumbr.in quæſt.incip. In quibuſdam partibus,Io.And.in cap.ſine culpa, in 1. quæſt. nu. primo,de reg.iur.in 6.Ioan. de Imol. in l. Gallus,in princ.ff.de liber.& poſthum. Bald. conſ. 319.Matrimonium in articulo mortis,in princ. & nu.3.lib.4.Curt.iun.conſ.26. Hieronymus, num. 9. & de dicta communi ſentẽtia teſtantur. Pariſ.conſ.15.Circa præſentem conſultationẽ, num.3.lib.2.Ruin.conſ.78. Viſo, ac perlecto, num.7.lib.3.Laurent.Siluan.conſil.3. Quo ad primum dubium,num.29.Didac.Couarr.cap. 8.§.2.de ſponſal.& matrim.in 2.part. Epitom. num.10.verſ.Nono prædictam legitimationẽ, Petr. Duaren.in reg.350. Filius naturalis, ſub numer. 21. quam quidem concluſionem in ſuperioribus ſequutus ſum,& crebriorem, ac veriorem eſſe aſſerui.

Altera igitur ſuperiori contraria eſt opin. q
65 imo in mortis articulo † intrans monaſterium, in fraudem id egiſſe non præſumatur,& ſubſtitutus excluſus remaneat,ita ſcripſere Lud.Gozadin.conſ.90.In cauſa Mantuana,ſub num.5. verſ.Nec obſtat quod dicunt Scribentes,dicẽs ſic ſentire Modernos in d.c.in præſentia,Pariſ. d.conſ.13.Attingendo articulum petitorij, nu. 67.verſ.Hinc Doct.lib.1.Mich.Craſſ.in §.fidei commiſſum,q.40.num.6.verſ.Alia coniectura adducitur,fol.331.Fran.Mantic.in tract. de cõiect.vlt.vol.lib.10.tit.4.nu.18.vbi Gozadini inductione vtitur,Iac.Menoch. in tract. de præſ. part.2.lib.4.præſ.83.nu.84.fol.146. & Ludo. Molin.de Hiſp.primog.lib.2.c.5.nu.28.f.214.

66 Mouentur Primo:nam licet regulariter † bonus quis præſumatur,l.merito,ff. pro ſoc.tamẽ multo magis talis quis cenſetur in mortis articulo,vt in fraudem, ac per dolũ aliquid gerere tunc non præſumatur,& in prẹiudicium animę ſuę delinquere,cum etſi ſemper,& omni tempore debeant homines erga Deum religionem habere,& memoriam ſalutis æternæ,l.fin.C.ad l. Iul.repet.c.ſancimus,1.q.7. illo tamen tempore quo in mortis periculo verſantur,plus debẽt id facere, poſt enim non remanet pẹnitentiæ locus,ſecundum Bart.in l.1.C. de ſacroſ. Eccleſ. in repet.& in caſus figuratione circa 3. col. vnde illo caſu fraudis præſumpt. abeſſe credendũ eſt,ex quo præſumi poteſt ex alia cauſa grauatum fuiſſe motum ad monaſterium ingrediẽdum,ſcilicet ob ſalutis æternæ deſiderium, l.igitur,de liberal.cauſ.& ſic præſumendum eſt,magis quod ſibi principaliter prodeſſe voluerit, non autẽ ſubſtituto nocere,& quamuis illi præ
67 iudicetur,cum tamen hoc † in conſequentia actus permiſſi contingat,non debet in conſideratione eſſe,l. rogaſti, & l. ſi quis nec cauſam, in princ.ſi cert.pet.& l.1.in princ.de aut.tut.

Ratio hæc licet fortiſſima primo aſpectu appareat, diſputando nihilominus ſubuerti poteſt, conſiderando quòd etſi nemo præſumatur ſalutis æternæ immemor, & præſertim in mortis articulo, omnis tamen moriens non prẹſumitur S.Io.Baptiſta,vt dicit Bald.in d. tit.de pac.Conſtant.in verſ.Vaſalli. Vnde ex mortui
68 aſſertione indicium † ad torturam non deſumi dixere,Bart.Bald.& Ludo. Rom. in l.ſi quis in graui,§.ſi quis moriens,per illum tex.ff.ad Sillan.facit gloſſ. in l.mater,C.de calum. appellãs dictum defuncti vilem præſumptionem,& alia gloſſ.in cap.litteras,de præſumpt.in princip.dicens dicto morientis credendum non eſſe.

Nec dicatur fraudem non præſumi in dubio quamuis alteri prẹiudicium in conſequentiam
69 inferatur,dummodo†de re ſua diſponat,Ruin. conſil.213.In quæſtione propoſita,nu.10.verſ. Nec in dubio,lib.1.Franc.Bec.conſil.52.Cum ſimulatio,num.25.

70 Nec fraudem committit † qui ſe plus altero diligit. And. Barbat.conſ.30.Illud in medium, num.21.lib.4. Nam hic non agitur de re grauati,ſed de aliena, cum teneatur onere fideicommiſſi reſtituere,arg.l.fin.& auth.res quæ,C.cõmun.de legat.

Secundo dicebat Dec.poſt Ludou.Gozadinum, Quod aut hæres iſte grauatus ingreſſus eſt religionem,ſed profeſſionem exacto probationis anno non emiſit, & tunc ingreſſus illc

ſubſti-

ſubſtituto nocere non poteſt, cum vere ingreſſus religionem is dicatur, ita vt eius bona monaſterio acquirantur qui profeſſionem emiſit, vt in ſuperioribus declaratum fuit, & ſcribit in his terminis Bald. in auth. ſi qua mulier, in ſecunda lect. num. 12. in fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. cum dixit, quod ſuſcipiens habitum in mortis articulo religionem profiteri non dicitur, nec bona ſua monaſterio acquirere. Aut tempore mortis profeſſionem emiſit, & tunc fraus ceſſare dicitur, quia clare præſupponitur, hunc tempore quo erat incolumis religionem fuiſſe ingreſſum, & ob id præſumptio oritur eum Diuino afflatum ſpiritu, non autem fraude ingreſsũ fuiſſe, & deinde profeſſionem in mortis articulo emiſiſſe. Aut denique hæres iſte in mortis pęne articulo exiſtens religionis habitũ aſſumpſit, deinde incolumis effectus in religione perſeuerauit, & profeſſionem emiſit, & hoc etiam caſu omnis ſuſpicio fraudis ceſſat, quæ tempore aſſumptionis habitus oriri potuit.

Sed duobus caſibus prætermiſſis, cum vnus dubitationem non habeat, vt Sfortia dicebat, alius non pertineat ad terminos propoſitæ quęſtionis, cum præſupponamus hæredem ingreſſum fuiſſe incolumem, & in mortis articulo intra annum probationis profeſſionem emiſiſſe, qui etiam caſus dubitationem continere non videtur, difficultas in tertio caſu verſari poteſt, cum quis in articulo mortis fuit ingreſſus, & incolumis redditus in religione perſeuerauit, & profeſſionem emiſit, & quamuis huiuſmodi perſeuerantia fraudem purgare quodammodo
71 primo aſpectu videatur, tamen cum † intentio motiua ſit attendenda, ſat eſt fraudem à principio præſumi, cum ſtatim ſubſtituto ius acquiratur, & non ſit vlterius quærendum, nec quid poſtmodum ſequatur, l. verum, & l. qui iniurię, ff. de furt. Ioan. Cephal. conſil. 57. Videbatur, numero vndecimo, libro primo, ex quibus iu-
72 ribus illud etiam circumfertur, animum, † & propoſitum maleficia diſtinguere, Dec. conſil. 487. In quæſt. propoſita, num. 13. Hieronym. Grat. conſil. 73. Et ſi tempus non adſit, nume. vigeſimoſecundo, libro ſecundo. Vnde Bald. in l. ſi certis annis, columna ſecunda, numero ſeptimo, & octauo, C. de pact. Hieronym. Torniell. conſil. 115. Si verum eſt id, num. 6. inter conſil. Portij. lib. ſecundo, originem cauſæ attendi debere ſcribit, & quod principaliter agitur inſpici, d. l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi cert. pet.
73 Principium etiam † arguere cauſam finalem infertum non eſt, idem Cephal. conſ. 94. In præſenti caſu, num. 2. d. lib. 1. cum principium potiſſima pars rei exiſtat, l. 1. ff. de orig. iur. Accedit
74 nam mutatio voluntatis † non præſumitur, l. eſi qui, ff. de prob. Ruin. conſ. 2. Viſo teſtamento, nu. 2. lib. 2. conſ. 81. Viſo proceſſu, nu. 15. lib. 3. & nedum incontinenti, l. non ad ea, de cond. & demonſt. c. cum tu. de teſtib. ſed nec quidem ex temporis interuallo, c. maiores, ext. de baptiſm. Fran. Aretin. in l. Titia, §. idem reſpondit, 1. col. 3. ff. de verb. oblig. Aym. Crauet. in tract. de antiq. temp. 1. part. num. 22. Imo præſumitur animi perſeuerantia, l. cum hic ſtatus, §. 1. in fin. ff. de don. int. vir. & vx. Affict. deciſ. 381. Quędam Hippolita, nu. 4.

Ex prædictis apparet vtranque opin. diſputando defendi poſſe; ego tamen † nõ arbitror
75 à priori recedendum fore, quæ magis communiter recepta videtur, calculatis Scribẽtium nominibus, & eorundem autoritatibus ponderatis. Pro qua opin. videtur adhuc ſtare text. in d. l. filiæ meæ emancipatæ, non enim verum videtur ægritudinem ibi ad fraudem coniecturandam nõ operari, nam ne mulier in matrimonio decederet, ſed pater dotem defraudaretur maritus repudium miſerat, ad quod ægritudinis periculum, ipſum virum impulit, vt Franc. Duarenus ibi breuibus quidem verbis indicat, dicens huiuſmodi exemplum, & Pontifices ſequutos eſſe, in d. c. 2. de renunc. in 6.

Hæcque opinio licet in ſe vera ſit, tamen tutius procederet, ſi aliqua alia fraudis coniectu-
76 ra † concurreret, vt quia præceſſiſſent minę ipſius grauati, & in mortis articulo monaſterium ingreſſi, ex ijs quæ ſcribit Carol. Ruin. conſ. 78. Viſo, ac perlecto teſtamento, columna ſecunda, circa medium, nu. octauo, verſic. Et hoc procedit, lib. 3. Ludouic. Molin. in tract. de Hiſpan. primogen. lib. ſecundo, cap. 5. num. 26. verſic. Hoc tamen fallit.

Tertia coniectura affertur, quando hæres ſenio confectus † monaſterium ingrederetur
77 tunc enim in fraudem id egiſſe præſumitur, vt ſcribit Bald. in d. Authen. Niſi rogati, num. 24. verſ. Idem ſi feciſſet in ſanitate, per text. in cap. fin. de renunc. lib. 6. ibi, Infirmitate graui detinebatur, vel aliquid aliud imminebat, de quo Franciſc. Mantic. curſim meminit, lib. decimo, tit. quarto, num. 19. verſic. Idem Baldus ſubdit. Sed Iacob. Menoch. in d. tractat. de præſumpt. part. ſecunda, lib. quarto, præſumpt. 83. nume. 84. & 85. ab hac coniectura diſcedere videtur, cum nemo ita ſenex ſit, qui non præſumatur ad huc poſſe per annum viuere, vt ſcribit Diuus Hieronymus in ſecunda parte Epiſt. tit. tertio, Epiſt. 40. Imo dicit lex, quòd nullus adeo ſenex eſt, quin per quinque annos viuere præſumatur, quam ad hoc ibi ponderant Paulus de Caſtro, numero quarto, verſic. Et ſic nota bonum argumentum, & Alexand. numero quinto, verſic. Nota ex textu, in l. hæreditatum, ff. ad l. Falcid. Ludouic. Gomeſ. in §. Item ſi quis in fraudem, ſub num. 25. verſ. Imo dicit. Inſtit. de act.

78 Sed non eſt ab opinione Baldi † recedendum, qui loquitur (ſi inſpiciatur) in ſene nimię ſenectutis, is enim æquiparatur grauiter infirmo, cap. primo, de cleric. ægrot. lib. 6. ac talis ſenex ſemper eſt in morte, ut not. in l. is qui, ff. de fideicommiſſ. libert. & pro hac opin. faciunt tradita ab eodem Ludouic. Gomeſ. in reg. cancel. de infirm. relign. q. 7. ante fin. uerſ. Eſt bene uerum, poſt Petrum de Anchar. conſil. 279. Quæſtio proponitur, circa medium, uerſ. Et in caſu noſtro audiui, qui in ſene permutãte loquitur, & poſt multa Gomelius dictam regulam, incip. Item uoluit, ſenem nimia ſenectute confectum, ſiue capularem etiam comprehendere concludit, non erit igitur Baldi excelſi Iuriſconſulti autoritas, atque grauitas ſpernẽda, dum ipſum in ſene maxima ſenectute oppreſſo uerba facere intellexerimus.

HYPOTHESIS.

Monaſterium in communi, & particulari incapax ad retinendum bona, ſi grauatus ſub conditione, Si ſine liberis deceſſerit illud ingrediatur, nunquid ſubſtitutum excludat perquiri, Et de Fratribus Minoribus primum agi, nonnullaque de huiuſmodi Religione, deque Tertiarijs, necnon de Sancto Bernardino Senenſi Aquilæ Urbis Patrono deuote tractari.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium Fratrum Minorum ſi illud grauatus ſub conditione, Si ſine liberis deceſſerit reſtituere ingreſſus fuerit, ſubſtitutum non excludere.*
2 *Fratres Minores omnino incapaces eſſe, & quo ad Mundum pro mortuis haberi.*
3 *Fratres Minores executores teſtamentarios eſſe non poſſe.*
4 *Fratres Minores arbitros nequaquam eſſe valere.*
5 *Fratres Minores, nec arbitratores poſſe conſtitui: Hucque ampliari.*
6 *Monachos, aliosque in communi poſſidentes arbitratores ex Zilioli de Cauſtellis ſententia eſſe poſſe, & num. 7. declarari.*
8 *Fratres Minores annuos reditus retinere non poſſe. Annuosque reditus iſtos inter immobilia computari, & num. 15.*
9 *Annuos reditus non minus inter immobilia computari quamuis redimi poſſint, dummodo in perpetuum conſtituantur.*
10 *Annuos reditus inter immobilia cõputari ĕt ſi non in perpetuũ, ſed ad longũ tempus conſtituti ſint.*
11 *Fratri Minori in cauſam ſtudij legari poſſe.*
13 *Fratrum Minorum Religionem in paupertate fundatum eſſe, & cauſam eiuſdem paupertatis oſtendi.*
14 D. BERNARDINVM SENENSEM *Patronum* AQVILAE *Vrbis Glorioſum, Fratrum Minorũ Religionem reformaſſe, extuliſſe, & longius promouiſſe, deque eius mira ſanctitate, ac doctrina quamplurima afferri.*
15 D. BERNARDINVM SENENSEM *Aquilæ in Domino obdormiſſe, in eiusque honorem Templum excelſum erectum fuiſſe, & in eo intus tumulum marmoreum admirabilis artificij in capſa argentea maximi valoris eius corpus cuſtodiri, venerarique.*
16 IOANNEM DE CAPISTRANO *aliud luminare Fratrum Minorum eſſe, eiusque ſanctitatem, & excellentiam indicari.*
17 *Fratres Tertij ordinis nunquid priuilegijs eccleſiaſticarum perſonarum potiantur.*
18 *Fratres Tertij Ordinis ſubſtituti ſub conditione, Si ſine liberis deceſſerit, excluſionem non operari.*
19 D. ANTONIVM DE PADVA *Fratrum Minorum Religionem valde imo maxime Theologica veritate, vita ſanctitate, ac virtute illuſtraſſe.*
20 *Petrum de Aquila Scotellum nuncupatum in Minoritana Religione floruiſſe.*
21 *Bonaventuram Mancinellum Aquilanum Fratrem Religionis Minorum, & Epiſcopũ Segnienſem laudari.*

CAP. III.

AVT uero loquimur de eo qui illorum mendicantium monaſterium, quod penitus in communi, & particulari incapax eſt ingreditur, ut quia religionem Fratrum Minorum profiteatur, & hoc ſecundo caſu concludere eſt, monaſterium non excludere † ſubſtitutum, ut concludunt, Bald. in cap. in 1
præſentia, nu. 13. uerſ. Sed quid ſi monaſteriũ, ubi Anton. de Butr. poſt med. uerſ. Tertio an poſſit ingreſſus, Abb. colum. 22. num. 61. & 62. uerſ. Concludo, Dec. col. 42. num. 77. uerſ. Septimo iuxta ordinem, Aug. Bero. nu. 490. & Pariſ. nu. 179. ext. de prob. Bar. in l. cũ pater, §. hæreditatem, num. 3. de leg. 2. in tract. Minoric. in 4. par. in 2. diſtin. cap. 2. incip. Iſti etiam hæredes, Iac. Butrigar. in auth. ingreſſi, col. 7. uerſ. Extra gloſsam quæritur, C. de ſacroſ. eccleſ. Bal. in l. cum acutiſſimi, nu. 12. uer. Item nunquid Frater Minor, C. de fideicom. in auth. niſi rogati, col. 1. nu. 5. C. ad Treb. & conſil. 127. Quidã Ser Petrus, colum. 1. uerſ. Super ſecundo, lib. 5. Ang. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ſub nu. 4. uerſic.

Sequitur

ſequitur in eadem gloſſ. ff. ad Trebell. vbi Io. de Imol. ſub num. 18. verſ. Et idem dicit, rurſus Ang. in l. filiusfamilias, §. cum quis, nu. 3. verſ. Exemplũ pone, de leg. 1. idem Io. de Imol. in l. ſi ita quis, §. is cui, num. 3. verſ. Tu pores concludere, d. tit. de leg. 2. Ioan. de Lignano, in Clem. exiui de paradiſo, de verb. ſign. Paul. de Eleaz. in diſput. incip. Subſtitutus, Ang. conſ. 80. Hęc q. ſubtilis eſt, colum. fin. verſ. Et cum quis religionem, implicite tamen. Federic. de Sen. conſ. 26. Caſus talis eſt quidam eſt ingreſſus. colum. 1. verſ. Certum eſt, & conſ. ſeq. col. 1. Alex. conſ. 13. Circa primum dubium, in princ. & num. 4. verſ. Nec obſtat ſi diceretur, vbi de cõmuni teſtatur, lib. 3. Lud. Rom. conſ. 296. Circa declarationẽ, col. 1. dicẽs temerarium eſſe in iudicio ab hac opin. tanquam communi recedere, Abb. conſ. 27. Dubium ſuper quo conſilium petitur col. 1. ver. Quædam & ſecundo eſt religio, lib. 2. Corn. conſ. 258. Quoad primum cõſultationis articulum, num. 4. lib. 3. Bened. Capr. conſ. 24. Etſi viſo, num. 2. & 13. conſ. 30. Cum viſo, nu. 8. conſ. 83. eiuſdem initij, num. 3. & conſ. 147. Cum ad præſens, col. 1. num. 6. Petr. de Anch. conſ. 56. Ioannis Andreæ, col. fin. Card. Zabar. conſ. 102. Super dubijs præmiſſis, num. 4. Dec. conſ. 419. Viſo eleganti conſilio, ver. Et ideo nõ excludunt, vbi de cõmuni, & clara opin. ac conſil. 259. Viſis his, num. 7. vbi idem dicit, Socin. ſen. conſ. 92. Circa primum huius conſultationis articulum, col. 1. communem eſſe aſſerens, lib. 1. Pariſ. conſ. 65. Viſo teſtamento, nume. 10. & 11. lib. 2. Lud. Gozad. conſ. 41. Quæritur an Frater Dominicus, nu. 6. Hier. Grat. conſ. 68. In præſenti cauſa, col. 3. in fin. nu. 13. verſ. Quod abſque difficultate, & nu. 14. verſ. Etſi adſit fideicommiſſarij, lib. 1. Soc. iun. conſ. 42. Viſo teſtamento, col. pen. nu. 29. lib. 1. conſ. 129. In præſenti conſultatione, nu. 41. lib. 3. Car. Ruin. cõſ. 131. Viſis, ac ponderatis diligenter, col. fin. n. 18. lib. 1. Ant. Rub. Alex. conſ. 155. Dubitatur, nu. 1. Iac. Philip. Port. conſ. 23. Quidam filiusfamilias pubes, num. 12. in fin. lib. 2. Fran. Rip. in d. l. ex facto, §. ex facto, nu. 12. ad S. C. Treb. Ruin. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 11. verſic. Per prædicta, vbi etiam Fort. Garz. nu. 51. verſ. Sexto infero, de liber. & poſthum. Eman. Coſt. in rep. c. ſi pater, in verb. Si abſque liberis, nu. 61. de teſt. in 6. Iul. Clar. lib. 3. ſentent. §. teſtamẽtum, q. 29. verſic. Hoc præmiſſo, Sfort. Odd. in tract. de compend. ſubſtit. in vltim. partic. tit. an legitimi tantum, concl. 11. verſ. Limitatur ſeptimo, fol. 203. Alexan. Trentacinq. in tract. ſubſtit. in quarta part. cap. ſeptimo, num. 23. verſ. Secundo declaratur, vbi etiam de cõmuni concluſ. fol. 203. Franciſc. Mantic. in tract. de coniectur. vltim. volun. lib. vndecimo, tit. ſeptimo, numer. octauo, verſ. Sed primum, vbi communem opinionem eſſe ſcribit, Michael Craſſus, in §. fideicommiſſum, quæſt. 40. num. ſeptimo, verſ. Quid autem ſi monaſterium, Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. parte ſecunda, præſumpt. 83. num. 71. verſic. Declaratur ſecundo, fol. 144. colum. quarta, Oſaſc. in deciſ. Pedem. 126. Andreas Fauentia Nicienſis, in fin. nu. 27.

Mouentur illa ratione Scribentes, nam fra-
2 tres minores iſti funditus † non capaces ſunt, & pro mortuis omninoque extinctis habentur, cap. placuit, 16. quæſt. prima, cap. nullus monachus, 2. quæſt. 7. & ſtatim dicã, vnde ipſi, ac ipſorum monaſteria poſt profeſſionem incapaces ſucceſſionum ſunt, c. exijt qui ſeminat, §. porrò de verb. ſign. Clem. exiui de paradiſo, §. cupientes, eod. tit. vt non poſſint liberorum ſiue hæredum vice fungi, duo ſiquidem neceſſaria ſunt vt ceſſet ſubſtitutio, ſcilicet quòd ingrediatur, ac bona transferat, vt inquit Bald. in d. capit. in præſentia, num. 13. exemplum damnati in metallum afferens, qui excludere ſubſtitutum debebat, & ex damnatione non excludit, argum. l. poſt mortem, §. liberi, ff. de contratabul. & l. 1. §. ſi pater, ff. de coniung. cum emancip. lib. Nec conſiderari illa ratio poteſt, quod hæres grauatus ab ingreſſu religionis, timore amiſſionis bonorum retrahatur, cum monaſterio ob eius incapacitatem acquiri non poſſit.

Hinc ob dictam extinctionẽ, non valent fra-
3 tres minores executoris † teſtamentarij officiũ acceptare glo. in Clem. 1. in verb. Suſcipere, de teſtam. Bald. in Auth. ingreſſi, colum. pen. ſub nu. 10. verſ. Quod ego, C. de ſacroſ. Eccleſ. Dominic. in c. religioſus, in gloſ. 2. de teſtam. in 6. Cardin. in 5. opp. & Io. de Imol. in verb. Suſcipere. in d. Clem. 1. Ang. conſ. 271. Primus punctus, col. 2. verſ. pro hoc facit potiſſime. Ludou. Rom. conſ. 409. Quoad primum, col. 2. num. 6. verſ. Quod maxime verum eſt, Alex. conſ. 57. Perſpectis, col. pen. num. 8. lib. 2. Sebaſt. Vant. in tract. de nullit. ſenten. tit. ex defect. iuriſdict. ordin. nu. 96. cum adductis per Cæſar. Borrell. Oliuet. ſuper Pragm. Odia quæ inter coniunctos, §. 2. glo. 4. nu. 66. verſ. Ad quod facit, Dec. de communi, conſ. 499. In cauſa, num. 3. verſic. Ex quibus omnibus, & conſ. 494. Quod ſupra matur, num. 7. Port. conſ. 23. Quidam filiusfamil. num. 20. lib. 1. & late per Ioan. de Firm. in tract. de Epiſc. lib. 4. in 6. part. num. 33. verſ. Incidenter quæritur. Hoc tamen de executore declarandum eſt ex Bar. in d. tract. Minoric. lib. 3. cap. 1. per totum.

Nec etiam arbitri † eſſe poſſunt, Spec. in tit.
4 de arbitr. §. fin. verſ. Sed quid de ſimplici monacho. vbi rationem prædictam affert, & alias, vt per eũ. Bal. conſ. 437. Propenitur quod quoddam compromiſſum, col. 1. lib. 4. Bart. in l. non diſtinguemus, §. Sacerdotio, verſ. Quod intelli-

ge,ff.de recept.arbitr.Dec. in præcitatis duob. conſilijs,cum allegatis per Cæſarem Borrell.d. §.2.gloſſ.4. nume.65. verſ. Vndecimo quæro, quod ante eum voluit Marc. Anton. Blanc. in tract.de compromiſſ.q.2.col.3.in verb. Monachus,Frater minor,nume.4.in fin.vbi communem opin.eſſe teſtatur.

Quinimo Fratres iſti minores,neque arbitra
5 tores † eſſe poterunt,Ang.d.conſ.271.Primus punctus,colum.2.verſ.Pro hoc facit potiſſime, Paul. de Caſtr. in l.ex facto, §. ſi quis rogatus, 2.num.2.verſ.Et eſt argumentum, ff.ad Treb. Dec.d.conſ.494.Quod ſupra mature,nume.7. & inſr.& Bald.d.conſil.437.colum.1.verſ. Sed contrarium,lib. quarto, dixit, quod Frater minor etiam de conſenſu generalis Miniſtris non poteſt cognoſcere more arbitri, ſicut nec ſeruus de cõſenſu Domini,l.illa verba,ff. de verb. ſign.& ſubdit quod Fratres minores ab iſtis oſficijs ſęcularibus per eorum regulam ſunt prohibiti,cõtra quam quidem prohibitionem per ſuperiorem diſpenſari non poteſt,d. Clem. exiui, & vt ibi dicitur,non poſſunt ſe litigioſis actibus immiſcere,vt in eadem Clem.§.cupientes, & §. cumque dicti ordinis, & quamuis Baldus videatur in arbitro verba facere, Decius tamẽ vbi ſupra, dicit in arbitratore etiam procedere, vt per eum. Portius d. conſil. 23. Quidam filiusfamil.num.22.verſic. Item nec arbitratores,lib.1.

6 Quicquid ſit in monachis, † & alijs in communi poſſidentibus, qui arbitratores eſſe poſſunt,vt tradit Ziliolus de Cauitellis, conſ.443. Primo eliciamus, colum. quarta, verſ.Imo & monachus ſimplex,quod eſt conſil. penult. inter conſilia Petri de Ancharano, & Ziliolo ſubſcripſere ſe,Bartholomęus de Saliceto, Franciſcus de Zabarellis, Segnorolus de Homodeis, Raphael Fulgoſius, & Benedictus de Plumbino,accedente tamen Abbatis licentia.vt ibi per Ziliolum,Spec.in tit.de arbitr. §. fin. ſub verſ. Sed quid de ſimplici monacho,ibi,Ego dico,9 non poſſunt fieri arbitratores,ſine imperio maiorum ſuorum,Bald.in l.ſi qui ex conſenſu,numero quinto,verſic.Petrus,& Gulielmus,C.de Epiſc.aud.

7 Et dicebat Ziliolus † in præcitato conſilio, quòd ſimplex monachus, ſine aliqua licentia poſſet arbitrator eſſe, & amicabilis compoſitor ſi adminiſtrationem haberet, ſiue prioriam extra monaſterium, quia quaſi manumiſſus videretur, allegat ad hoc,cap. religioſus, de teſt. in 6.& l.fin. C.de fer.& quod not. Ioan. Andr. & Paul.de Eleazar.in cap.etſi principalis,de reſcript. De Abbate nanque quod arbitrator eſſe poſſit,ambigiendum non videtur, vt dicit Ziliolus in præcitato conſil.verſ. Illud tamen dubium,in 4.colum.poſt Spec.in d.tit. de arbitr. §.fin.verſic.Sed quæro diligenter, an in Abbatem,in fine,& Blan.in prælleg.quæſt.2. nu.2. fol.31.

Idem etiam Fratres Minores in tantum regulam in ſumma paupertate fundatã profitentur, vt nec annuos redditus † valeant acquire- 8
re,d.Clem.exiui,§.cumque annui redditus, de verb. ſign. quod & in alijs mendicantibus etiã procedit, veniunt enim hi redditus annui immobilium appellatione, & inter immobilia cenſentur,vt ibi,& in l.ſi quis inquilinos,ff.de leg. primo,l. iubemus nulli, in princ. & ibi gloſſ. in verb.Annonas,Bart.in fine. Bald. num.primo, Paul.de Caſtr.& alij, C.de ſacroſ. Eccleſ.l. hac edictali,§.his illud,vbi gloſſ. Cyn.& Bald. in vtraque lect. C.de ſecund.nup.l.quemadmodũ, C.de agric.& cenſit.lib.vndecimo,§.primo,verſic. Si vult enim, & ibi Angel. & rurſum §. fin. cum glo.& ibi idem Angel.in Authent. de non alien.& §.quoniam autem,verſi. Si vero habet redditus,iuncta glo.in verb.reditus,in Authen. vt hi qui obli. ſe hab. perhi. ac c. primo, & ibi Bald.poſt princip.tit.de feud.cogn.Federic. de Sen.conſil.duodecimo, Fratres Prædicatores, colum. prima, verſic. E contra videtur. Andr. Tiraquel.in tract.de retract.tit.primo,§.primo, gloſſ.6.num.quarto,& gloſſ.14.num.117. rurſum Bald.in d.l. prima,colum. ſecunda, numero ſecundo,C.de ſuffrag.Rayn.Cyn.Bart.& alij communiter in l.ſciendum,vbi Iaſ. num.23. ff.qui ſatiſd.cog.Ruin.conſ.82.Circa primum, num. quinto, verſ. Sed præmiſſis, lib.ſecundo, Roland.de Vall.conſ.57. Quod promiſſio,nu. 6.lib.2. Ludou.Molin. in tract. de Hiſpan. primogen.lib.2.cap.10.num.6. verſ. Quamuis enim,colum.prima,fol.270.& prędictis accedũt Specul.Ioan.Andr.& Bald.in addit.ipſius titu. de reſtit.ſpol.§. nunc dicamus, colum. penult. verſ.Sed adhuc contra prædictos Zenzel.in extrauag.Io. xxii. incip.Ad conditorem, in prin. in verb.Mobilium.

9 Et non ideo minus † intra immobilia cenſentur ſi redimi poterunt, dummodo in perpetuũ conſtituantur,per l.ſufficit,ff. de cõdict. indeb. glo. in cap. fin. circa finem, extr. de ſolut.& in cap.fin.in uerb.Perpetuas, & ibi Ioan.Andr.& Dominic.de reſcript.lib.6.& poſt Carol.Ruin. dicto conſil.82. colum. prima, numero tertio, libro ſecundo, tradit Andr. Tiraquell. in dicto tit.primo,de retract.§.1.gloſſ.6. ſub numer. 5. uerſ.Et ſubdit idẽ Bald.& gloſſ.14.nume.120. verſ.Quamquam contra.

10 Et licet non in perpetuum † ſed ad longum tempus conſtituãtur quod inter immobilia cõputentur,Celſ.Hug.conſ.34.Quamuis, col.1. num.1.uerſ.Reditus enim annui, & conſil. 67. Conſului,num.5.& tradit Tiraq.in d.gl.6. nu. 7.fol.65.uerſ.Sed hæc primo.

Secus

Secus ſi ad modicum tẽpus, ideſt minus decennio conſtituantur, nam inter immobilia nõ computabuntur, l. quam Tuberonis, §. in peculio, ff. de pecul. & tradit Celſ. d. conſ. 67. num. 5. & expreſſius d. conſ. 34. num. 1. & pulchrè Bal. in c. cum M. Ferrarienſis, num. 12. verſ. In præbendis, extra de conſtit. & in l. etiam, ſub num. 8. verſ. Sed contrarium dico, C. de exec. rei iud.

Quòd autem fratres minores à redditibus annuis † arceantur, vltra caſum expreſſum in d. clem. tradunt Feder. de Sen. d. conſ. 12. col. 1. circa med. verſ. Item fratres minores, Bar. in tract. Minoric. lib. 2. diſt. 6. cap. 1. Bald. in auth. ingreſſi, colum. 8. num. 19. Ex quibus præmiſſis, C. de ſacroſ. eccleſ. Andr. Tiraq. in d. tract. de retract. tit. 1. §. 1. gloſſ. 6. num. 5. verſ. Vbi ex hoc dicit, fol. 63. Dec. in d. c. in præſentia, num. 79. verſic. Tertia concluſio, Rol. de Vall. d. conſ. 57. Quòd promiſſio, num. 8. lib. 2. Hocque locum ſibi vendicat, licet annui reditus modicæ quãtitatis exiſtant, vt probat & tandem diſputando concludit, Raph. Fulgoſ. conſ. 103. Titius condidit teſtamentum, num. 3. & 4. Dictaque concluſio vera eſt, quando pro victu & alimentis, annui reditus relinquuntur, ſecus verò ſi pro alia aliqua neceſſitate, vnde valet † annuum legatum pro ſtudio alicuius fratris de ordine Minorum, vt ſcribit Abb. conſ. 63. Quædam Domina Betta, col. 2. verſ. Sed ego diuerſam ſententiam, Dec. in d. cap. in præſentia, num. 79. verſic. Et hoc verum eſt.

11

12

Dum autem † Marc. Mant. libr. 1. Enchiridij rerum ſing. cap. 8. mendicitatis ac maximę huius religionis fratrum minorũ paupertatis cauſam perquirit, Ioannis Villani non incelebris Hiſtorici autoritate nititur, quem quiſque ſolers perlegere poterit, atque eius hiſtoriam intueri, vnde inquam Summus Pontifex fratres minores penitus bonorum incapaces reddiderit: veram ego cauſam afferre exiſtimauerim, ſolam quippe regulam Seraphici Franciſci dicti ordinis conditoris, in cuius principio illud ſcribitur, Regula & vita fratrum minorum hæc eſt, ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare, in obedientia viuendo, ſine proprio, & in caſtitate, quæ quidem Regula à Summis Pontificibus confirmata, atque declarata, paupertatis ornamento Fratres minores decorauit, vnde Clemens V. in Cõcilio Vienenſi in d. clem. exiui de Paradiſo, dicebat, Nos autem conſiderantes attente intendiſſe Sanctũ Franciſcum ſuæ regulæ profeſſores quos fundauerat in maxima paupertate ab affectu temporalium rerum ipſorum animum ingredientium per dicta verba ſpecialiter, & totaliter elongare, & infra, Denique cum idem Confeſſor ſummè affectauerit ſuæ regulæ profeſſores totaliter eſſe abſtractos ab affectu, & deſiderio terrenorum, & ſpecialiter à pecunia, & eius vſu totaliter inexpertos, ac vlterius, Proinde cũ vir ſanctus paupertatis præmiſſæ in regula modum exprimens dixerit in eadem, Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, ſed tanquam peregrini, & aduenę in hoc ſęculo in paupertate, & humilitate Domino famulantes vadant pro eleemoſyna confidenter; & ne totius clemẽtinę prędictę verba referre videar, ex ea colligitur quare Maximi Pontifices dictis Fratribus Paupertatem tam arctam ſtatuerint, vt fruſtra cum Marco Mantua ad exterę nas hiſtorias in re tam clara recurramus, dum à Pontificum decretis, atque conſtitutionibus veram rei hiſtoriam conſequi valemus: Hanc mi-

13

norum Fratrum religionem SANCTVM BERNARDINVM SENENSEM vitæ ſanctitate, atque aſperitate Deo inſeruiendo, reformaſſe, extuliſſe, ac longius promouiſſe compertum eſt, qui tãta inſuper Euangelici doctrinæ explanatione, tanta prædicandi facundia, tanta etiam miraculorum gloria, terra marique parta excelluit, vt BERNARDINI nomen toto terrarum orbe propagatum omnes gentes venerentur & admirentur, quem ſi dignis ego laudibus efferre profiterer, non arduam ſed duriſſimam ſanè prouinciam, meisque viribus imparem ſuſciperem: ſi quis autem huius GLORIOSI AQVILANÆ VRBIS PATRONI ſanctitatem eximiam, ac vitæ celebritatem inſpicere exoptauerit, Æneam Siluium Pium lib. 2. de viris Illuſtribus, Auguſtinum Dathum lib. 2. fragmentorum Senenſium hiſtoriarum, Marcum Antonium Benalium in commentarijs de vita, & geſtis Sanctorum Bergomatum, & Archiepiſcopum Florentinum in ſuo hiſtoriali, part. 3. tit. 22. cap. 22. §. 3. eademque part. titul. 24. cap. 5. §. 4. perlegere poterit; Sciendumque eſt, huius ſancti viri gloriam ex eius abſolutiſſimis operibus nuper apud Iuntas impreſſis clarius ſplendeſcere, quæ in quatuor tomos digeſta vndique per manus ſummorum Theologorum circumuoluuntur, ſcilicet de Chriſtiana Religione, de Reſtitutionib. de Paſſione Domini, de Euangelio æterno, de Vſuris earumque contractibus, de Spiritu Sancto, de BEATA VIRGINE, de Vitæ beatitudinib. & de Obedientia Euangelica, inter quæ ſermones eius admirabiles etiam inſerti reperiuntur;

14

15

SANCTVS ipſe BERNARDINVS diem ſuum † Aquilæ 12. Kalen. Iunias Anno M CCCC XLIIII. Eugenio Pont. Max. ſedem gubernante in Domino obiuit, cuius corpus in Diui Franciſci ædibus ſepultum primum fuit, inde à Nicolao V. Pontif. Maxim. Romæ 8. Kalen. Iunias, Anno M CCCC L. in Sanctorum numerum aſcriptus, quo anno Magnus erat Iubilæus, eiuſdemque Nicolai Pontificis iuſſu templum Aquilæ dedicatum 10. Kalen. Octob. Anno M CCCC LI. cor-

pus

pus verò ad eius templum translatum iuſſu Sixti IIII. Pontif. 17. Kalen. Iunias eodem Anno, quo die capitulum generale Fratrum Minorũ de obſeruantia in ipſomet templo celebratum extitit, vbi in marmoreo excelſi artificij tumulo, capſaque argentea maximi valoris, ac criſtallo ſepta, integrum corpus prædictum vſque hodie cuſtoditur, & ab Aquilanis ciuibus veneratur, nec plura nunc de SANCTO BERNARDINO huius inclitæ AQVILANAE CIVITATIS patriæ meæ incomparabili ornamento, cum inſuper de eius ſanctitate complura enarrent, Hartmannus Schedel Nurembergenſis, in lib. hiſtoriarũ ſiue de temporibus mundi, in 6. ætate, fol. 248. & Frater Paulus Morigia Mediolanenſis in libro Hiſtoriæ, ſiue originis omnium religionũ, part. 1. cap. 47. fol. 154. ſed eiuſdem glorioſi Sancti vitam exactius cõſcripſit BEATVS IOANNES

16 DE CAPISTRANO qui aliud † luminare Fratrũ Minorum extitit, quive ſingulari doctrina ſanctitate ac miraculorum lucidiſſimis radijs coruſcat, fuit hic IOANNES eximius Iuriſconſultus, Iudexque Magnæ Curiæ Vicariæ, tempore Regis Ladislai, qui cum inſiſſet contra patrem & filium de crimine læſæ maieſtatis inquiri, factaque Regi relatione, patrem ſolum culpabilem reperiri, mandauit ambos per ſententiam condemnari, ad locumque decapitationis deduci, ſed patrem tãtum decapitari, poſteaque filium liberari, qui cum patri caput truncatum vidiſſet, ſtatim ob ingẽtem timorem interijt, ex quo dictus Doctor Religionem Fratrum Minorum Sancti Franciſci ingreſſus fuit, nolens dominis temporalibus inſeruire, ſed ſoli Deo, vt refert Matth. de Afflict. in Conſtit. Pactarenorum, ante num. 86. poſt Paridem de Puteo quem allegat, ſubdens virum magnæ religionis, & ſanctitatis fuiſſe, cui plurimum AQVILAE CIVITAS debet, ob fauores maximos ac inſignia beneficia, quæ ab eo tanquam ciue recepit, de quo Hartmannus, & Æneas Siluius Pius II. ita ſcribunt, Ioannes de Capiſtrano per idem tempus Aprutio oppido non longe ab Aquila Vrbe cõſtituto ortus, ordinis Beatiſſimi Franciſci profeſſus, Chriſtianæ religionis acerrimus, & egregius prædicator, ex Apoſtolica iuſſione Theutoniam ingreſſus eſt, ac per Carinthiam, & Stiriam venit in Auſtriam: cui ſacerdotes & plebs cum ſanctorum reliquijs obuiauerunt: eumque veluti Sedis Apoſtolicæ legatum, vt veritatis prędicatorem, vt magnum aliquem prophętam & Dei nuncium ſuſceperunt, Ioanni occurrere omnes accolæ montium veſtimentorum fimbrias auidè contrigere, ægrotos, & male habẽtes ante pedes eius attulere; è quibus plerosq. ſanitati reddidit. Moratus eſt autem in Germania dies aliquot viam Domini prædicans, mortalesque omnes ad pœnitentiam vocans: Inuitatus verò Ioannes Nurmbergam vrbem Germaniæ petijt, vbi vndique populi motus viſus fuit: viri & mulieres impetum fecerunt virum intueri, lachrimas lętitiæ, deuotionisque mittẽtes, in cœlum manus leuare, benedicere venienti, laudare mittentem, tangere, oſculari qui prope veſtimenta aderant cęperunt, veluti cœlo demiſſum, & Angelum Dei reſpicere: apud Minores deinde ſui ordinis fratres exceptus eſt: ibi cibaria ſibi, ſuisque comitibus publicè miniſtrata ſunt: Vitam in hunc modum duxit, veſtitus dormire, ante lucem ſurgere, matutinum laudes, primam, tertiam orare, diuina deinde celebrare, hisque peractis ſermonem ad populum latinè pronunciare, poſt hæc interpres, quæ dicta fuerant ab eo (quantum capax eſt) populo exponere: finito ſermone ad cœnobium ſui ordinis reuerti, ac ſexta nonisque completis infirmos viſere, diu apud eos morari, manus omnibus imponere: biretum Sancti Bernardini, & cruorem quem illi mortuo è naribus fluxiſſe ferunt ſingulis ægrotantibus admouere, precari ſupplex pro omnibus, exinde cenare, demum ijs qui ad ipſum accedebant audientiam prębere, mox veſperas dicere, hisque completis ad ęgrotos reuerti, atque cum ijs ad noctem, vſque ſe exercere: tumque demum completorio, & aliſ delectis precibus expletis corpus quieti dare, minimum eſſe, quod ſomno indulſit, ad reuiſendos ſacræ ſcripturæ codices pauſillum ſuraſi temporis: ſic homo quaſi cœleſtem vitam in terris agere immaculatam, abſque ſorde auſim dicere abſque peccato, quem puſillum corpore Nurmbergę vidimus, ętate ſenecta, annos quinque & ſexaginta natum, ſiccum, aridum, exhauſtum, ſola cute, neruisque & oſſibus compactũ, lætum tamen & in labore fortem: ſine intermiſſione ſingulis diebus prædicantem, altas ac profundas materias abſoluentem; ferunt & hunc Cæſarem Fridericum cupidè audiuiſſe, multisque eius ſermonibus interfuiſſe, ac veſtimentis cum Sacerdotalibus donatum, cum apud Viennam & Auſtrales auaritiam calcauit, libidinem ſubegit, & honores ſęculi auſugit, tandem eum cum honore dimiſiſſe: Cumque audiſſet innumerabiles Chriſti fideles à Turcis capi ad Pannoniam acceſſit, ſuis exhortationib. grãdi exercitu ibidem congregato, contra Turcas impetũ fecit, & populum exhortante apud Belgradum trans Danubiũ oppidum, tanto ardore Chriſticolæ pugnarunt, vt magnum de inimicis reportauerint triumphum, & fermè ad ſex millia occiderint: eo denique mortuo, magnis ipſum coruſcaſſe miraculis ferunt; hactenus Hartmannus in 6. ætate mundi, fol. 259. & Æneas Siluius in eius hiſtoria.

Hic Beatus Ioãnes plures libros compoſuit, qui in bibliotheca Vaticana manu ſcripti recõduntur,

duntur,excelluit enim doctrina ac ſapientia, opuſcula eius nonnulla impreſſa ſunt de Iudicio vniuerſali futuro,de Bello ſpirituali,Speculum clericorum,de Papę & Concilij,ſiue eccleſię autoritate,ac de alijs,inter quę defenſorium quod
17 dam pro Fratribus† tertij ordinis Sancti Franciſci inſertum eſt,vbi latè accurateque diſputãdo articulum, dictis Fratribus de tertio ordine priuilegia eccleſiaſticarum perſonarum competere per viginti argumenta reſoluit,ipſosque fori ac perſonæ priuilegio,alijsque immunitatib. gaudere,quibus clerici,alijque religioſi potiuntur;& huic defenſorio,quod incipit,Audiui plures, ſubſcripſere ſe Cato de Saccis, Luczinus de Curte, Bartholomæus de Baracterijs de Placentia,Lucas de Vernacijs Cremonenſis,Franciſcus de Solenghis, & Auguſtinus de Marzario de caſtro nouo,necnon Colutius de Valle, Ioannes Domini. Pace de Manerijs, Nicolaus de Porcinarijs,& Bartholomæus de Amiterninis Iuriſconſulti Aquilani tunc celebris nominis,& denique Marianus de Milatinis, ac Melchior de Raynerijs de Interamne. idemque Defenſorium cùm prædictis ſubſcriptionibus in Pergameno originalibus ac ſigillo munitis plures vidi,& quicquid dixerint Bartolom.de Capua in c.Priuilegia,tit.de oblationib. fol. 89.& Io.Anton.de Nigris,num.20.Io.And.in c.cum ex eo,extra de ſentent. excom. atque alij, iuxta prędictum Defenſorium,in quadam cauſa Ioſephi Sincerij Fabri de dicto tertio ordine ſemel obtinui, qui de crimine blaſphemiæ inquiſitus ad Miniſtrum fuit remiſſus. Deque iſtis tertiarijs videndus eſt Anton.Capyc.deciſ.10.In cauſa,vſque ad num.3.& deciſ.115.Americus,nu. 9.& infr.ſed de hoc alibi agendum erit,cum dictum c.priuilegia, valde in iſto Regno Neapolis in contrarium vrgeat,licet Niger ibidem numer.21.diſtinctione vtatur, vt per eum. Et aduerſus dictam remiſſionem obtentam multa potuiſſent obijci,vt per Hipp.dẽ Marſil.ſing.534. Attende ad vnum,verſ. Secus eſſe,poſt Federicum de Senis, & alios quos ibi allegat Cardinal.Zabarell.conſil.13. An hæc domus,num.7. verſ. Pro hac optime, Afflict. in c.1.§. qui clericus,num.23. verſ. vbi appellatione, ſi de feud.
18 fuer. contr. inter domin. & agn. Quæro † nunc vtrum iſti tertiarij excludant ſubſtitutum ſub conditione liberorum,dicendum eſt,quòd non operãtur ſubſtituti excluſionem, vt voluit Bal. in d.auth.niſi rogati,in fin.num.26. verſ. Quid de ſororibus tertij ordinis,C.ad Trebell.quem ſequitur Ioan.de Firmo,in tract.de epiſcopo,in 4.part.q.50.verſ. Item niſi in monaſterio tertij ordinis,fol.42.colum.2.poſt princ.ad quod faciunt tradita per eundem Bald. in auth. ſi qua mulier,ante nume. 9.verſic. Sed eſt videndum, C.de ſacroſ.eccleſ.

Eundem Minorum Ordinem illuſtratũ plu-
19 rimum † à Sancto Antonio De Padva certum eſt, claruit Antonivs ex Vlysbona ciuitate Luſitaniæ oriundus, excelſa ſanctitate, multarũque virtutum præclaro ornamento, vt coronam æternæ beatitudinis, ac memoriæ perpetuitatem reportauerit, hic Glorioſiſſimus Sanctus, & meus Aduocatus, cum Romæ de mandato Pontificis peregrinis pluribus prędicaret, linguam ſic mouit, vt tam Græci, Latini, Francigenæ, Teuthonici quàm Anglici, omnes qui audiebant,clarè intelligerent,cumque inter religioſos non ſolum ſuæ ætatis, ſed priorum ſęculorum omnibus litteris ornatiſſimus haberetur, ſacrarũ litterarum archa cognominari meruit,qui Toloſæ, Bononię, ac Patauij diu theologiam egregiè docuit,& excelſus miraculis, Patauij decedens,à Gregorio IX.Pontifice in ſanctorum Confeſſorum conſortium relatus fuit, Anno 1232. in translatione etiam eius corporis de vno ad alium locum, lingua eius in ore adeo recens ac rubicunda, quæ per plures annos cum corpore ſub terra iacuerat, inuẽta eſt, ac ſi tunc deceſſiſſet, idque nõ immeritò viſum fuit,cum Antonivs lingua ac corde Devm Gloriosissimamqve Mariam Semper Virginem continuo laudauerit, extuleritque, ac theologicam veritatem gentibus indefeſſo labore oſtenderit,vitia populorum arguerit, ad cæleſtemque vitam illos anhelare docuerit. Quot alij ex hac admodum veneranda Minoritarum Religione Sancti atque proceres patres prodierint,vbique notiſſimum eſt,quos ſi ego hic enumerare vellem,longa profectò ſerie laborarem,
20 ſed Petrum † de Aquila nõ omiſerim,qui adeo ſcientia, ac ingenij acumine præclarus fuit, vt Scotellus appellari meruerit,cuius quidem monumenta illuſtria iure ipſo Scoti nomen meruiſſe oſtendunt; Eiuſdem veſtigia noſtris tem-
21 poribus Bonauenturam Mancinellum † Epiſcopum Segnienſem,ſequutum fuiſſe vidimus, qui virtutibus,moribus, eloquentia, ſingularique eruditione Minorum Religionem, hancque Aquilam Vrbem affabrè decorauit, ſeque Rodulpho Auſtriaco Romanorum Imperatori,alijsque ſummis Principibus gratiſſimũ reddidit,hoc ſiquidem efficit præclara virtus, vt ſit omni tempore admirabilis.

HYPOTHESIS.

Nonnulla de Religionibus iſtis,ſcilicet Fratrum Prædicatorum,Heremitarum S. Auguſtini, S. Mariæ Seruorum,Carmelitanum,Canonicorum Regularium,Monachorum, Cæleſtinorum,deque S. Petro Cæleſtino, S. Maximo Martire, & S. Aequitio Abbate in Va-

leria

leriæ prouincia, alijs Patronis Aquilæ Vrbis, ac de Furconensi Episcopatu Aquilensi vnito insinuari, & an dictorum Monasteria substitutum excludant.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium Fratrum Predicatorum si granatus sub conditione si sine liberis decesserit ingrediatur, substitutum excludere.*

2 *Fratres Predicatores teneri bona immobilia, quæ attentis ipsorum Constitutionibus acquirunt secundum communem opinionem alienare: Postmodum autem à dictis Constitutionibus ex Summorum Pontificum privilegijs fuisse recessum, Fratresque Predicatores in communi bona immobilia retinere, nu. 5.*

3 *Fratres Predicatores ex ipsorum Constitutionibus ex generalique consuetudine in dicto Ordine obseruata potuisse, ac posse ab arcta mendicitate recedere, & in communi possidere.*

4 *Constitutionem omnem sui natura retractabilem esse secundum temporum, & conditionum mutationem, quibus se conformare debet. Sed Regulã difficilius immutari.*

6 *Fratres Predicatores ex Mendicantibus esse.*

7 *Fratres Mendicantes ad congruam sustentationẽ redditus, vel possessiones nõ habere, sed per questus publicos præbere ipsis victum solere incertam mendicitatem.*

8 *Fratres Predicatores bona quæ ipsi acquirunt alienare posse sine solennitate in alienationibus bonorum ecclesiæ requisita.*

9 *Fratrum Predicatorum originem indicari.*

10 *Fratres Predicatores præferri fratribus Minoribus, rationemque huius prælationis afferri.*

11 *Fratrum Predicatorum Religionem maximos viros habuisse, illorumque virtute atque excellentia præfulxisse. Et nonnullos insignes viros sanctitate, ac scientia conspicuos recenseri.*

12 S. THOMAM *ex Nobilissima Comitum de Aquino prosapia veluti Hesperum in Religione Predicatorum splendescere.*

13 *Fratres Predicatores inter alias laudes illam præcipuam promereri, quod Hæreticorum persecutores ac Christiana fidei sunt defensores.*

14 *Ioannem de Aquila in Ordine Predicatorum suis temporibus scientia, & predicatione excellusse.*

15 *Monasterium Fratrum Heremitarum S. Augustini ob ingressum granati si sine liberis decesserit, substitutum excludere.*

16 *Heremitana Religionis S. Augustini originem tra Ctantes indicari.*

17 *Aegidium Romanum Bituricensem Archiepiscopum Ordinis S. Augustini, ac plures alios eiusdẽ Ordinis Sacra Theologia Magistros recenseri.*

18 COLVMNAE *Familia Romana præstantiam insinuari.*

19 *Hieronymum Cardinalem Seripandum Neapolitanum laudari.*

20 *Ioannem Vincentium Portam vetustatis acerrimum indagatorem valdeque eruditum fuisse.*

21 *Monasterium S. Mariæ Seruorum ob granati in eo ingressum excludere substitutum.*

22 *Fratrum Sanctæ Mariæ Seruorum originem ostendi.*

23 *Monasterium Carmelitarum substituti exclusionem inducere. Contrarium tenentes affexri, nu. 24. sed à priori opinione tanquam communi recedendum non fore.*

25 *Fratres Carmelitas ex communi sententia Mendicantes censeri.*

26 *Fratrum Carmelitarum originem remissiuè demõstrari.*

27 *Monasterium Canonicorum Regularium substitutum excludere.*

28 *Monasterium Monachorum substitutum itidem excludere.*

29 *Monasterium Cælestinorum ex persona granati illud ingressi ad exclusionem substituti admitti tanquam in communi acquisitionis capax, & Regulam S. Benedicti profitens.*

30 SANCTI PETRI CAELESTINI *laudes enarari.*

31 *Danthem Algerium Florentinum Poetam profundissima eruditionis in suis Carminibus de renunciatione Cælestini non intellexisse, sed de illa quã Diocletianus Imperator fecit.*

32 *Franciscum Petrarcham Florentinum Poetam nobilissimum uerè optimeque S. Petrum Cælestinum defendisse.*

33 *Petrum de Alliaco Cardinalem, & Episcopum Cameracensem egregiè factum Cælestini explicasse.*

34 *Baldi Iurisconsulti omni gloria in legali scientia meritissimo, & nonnullorum aliorum grauissimorum Doctorum dicta contra S. Petrum Cælestinum reijci.*

35 *S. Petrum Cælestinum Isernia Samnitum ex nobilibus genitoribus fuisse natum, de eoque plura commemorari.*

36 *Sanctum Petrum Cælestinum miraculose Aquilam venisse, & in insigni Ecclesia S. Maria Collis Mady eius reliquias venerari, ibique de eius apparitione Aquilano Populo facta.*

37 *Cælestinos Monachos à Diocesanis esse exemptos, omnibusque Mendicantibus præferri.*

38 *Mattheum de Aquila quinquies Generalis Abbatis dignitatem fuisse adeptum, tanquam maxime virtutis Theologum & gubernatorem.*

39 *S. Petrum Cælestinum merito iure ab Aquila Vrbe Patronum fuisse electum.*

40 SANCTVM MAXIMVM *Martyrem*, SANCTVMQVE AEQVITIVM *Abbatem in Valeria Provincia.*

Digitized by Google

uincia alios inter Patronos Vrbis Aquile conſtitutos digne reperiri, & num. 44.

41 *Furconenſem Epiſcopatum ab Othone Imperatore erectum ditatum, & fundatum extitiſſe.*

42 *Furconenſem Epiſcopatum ab Alexãdro IIII. vnitum atque translatum ad Aquilenſem Epiſcopatum fuiſſe: Aquilanumque Epiſco. exceptis xvi. Campanie Epiſcopis omnes alios mundi Epiſcopos in Conciliis, aliisque actibus precedere.*

43 *Aquilanum Epiſcopum aliquem Metropolitanum non recognoſcere, nec vnquam recognouiſſe, ſed immediatè Summo Pontifici ſubiacere, nihilque commune habuiſſe, vel habere cum Archiepiſcopo Theatino. Fuiſſe tamen, eſſeque de iure patronatus Regio* POTENTISSIMI *ſemperque* GLORIOSISSIMI REGIS HISPANIARVM *Domini noſtri.*

44 *S. Aequitium Abbatem in Valeria, & Patronum Vrbis Aquile, miraculis, doctrina, ſanctitateque eximia prafulxiſſe, de eoque plura & quidem inſignia Sanctum Gregor. & Andream Eborenſem Luſitanum ſcripſiſſe.*

CAP. IIII.

POSTQVAM de Fratribus Minoribus inſpeximus, quid de Fratribus Prædicatorib. SANCTI DOMINICI DE GVZMAN in propoſito dicendum erit? & Bald. in d. l. cum acutiſſimi, num. 12. verſ. Secus ſi eſſet Frater Prædicator, C. de fideicom. concludit, Prædicatores iſtos† ſubſtitutum excludere, hæreditatesque capere, licet eas diu poſſidere non poſſint, hocque ex ipſorum conſtitutionibus per Summum Pontificem approbatis, eorundem enim inſtitutio, ideſt principium, quod regula appellatur, id non dicit, prout Federicus de Senis conſuluit. Vniuerſitas ergo, ideſt Eccleſia Prædicatorum ſecundum originalem regulam Sancti Auguſtini quam profitentur, capax eſt, ſed poſt eorum conſtitutiones capiunt non diu poſſeſſuri, ſed vt vendant pro Fratrum neceſſitatibus, & ſic paupertas in iſtis, non eſt ita arcta vt in Minoribus: & quòd ſubſtitutũ excludant, voluere idem Bald. in auth. niſi rogati, colum. 1. num. 5. verſic. In text. ibi Venerabilem, C. ad Trebell. Ioan. de Imol. in l. Lucius, 2. ſub num. 4. ff. de hæredib. inſtit. Abb. in c. in præſentia, numero 63. verſic. Fratres vero prædicatores, vbi Dec. num. 78. verſ. Secunda concluſio, extra de prob. rurſus Abb. conſ. 27. Dubium ſuper quo conſilium petitur, colum. 1. in fin. verſ. Eſt & tertia ſpecies, ac in fin. conſil. libro ſecundo, Benedict. Capr. conſ. 24. Etſi viſo, num. 12. Stephan. Bertrand. conſ. 152. Punctus quæſtionis, num. 2. lib. 1.

2 Quòd autem immobilia quæ acquirunt† vẽdere teneantur, ſcribunt etiam Bald. conſil. 80. Super infraſcriptis, lib. 1. conſ. 70. Sciendũ eſt, & conſ. 120. Punctus, circa fin. lib. 3. idem in authen. ſi qua mulier, colum. 2. num. 6. C. de ſacro ſan. eccleſ. & in l. cum quæſtio, in fin. num. 7. C. de legat. Petr. de Anchar. conſ. 56. Ioannes Andreæ, circa fin. verſ. Sed eſt aduertendum, Cardinal. Zabarell. conſ. 66. In dubio præmiſſo, in fin. conſ. 102. Super dubijs præmiſſis, numer. 4. Alexand. conſ. 88. Eximie Domine Vicarie, in princ. libr. 2. vbi de communi opinione atteſtatur, Raph. Cuman. conſ. 169. Viſo teſtamento, num. 2. Iaſ. in Lapud Iulianum, §. conſtat, num. 42. de leg. 1. Luc. de Penn. in l. certa forma, num. 2. C. de iure fiſci, lib. 10. de dictaque communi atteſtantur Dec. conſ. 559. In caſu, num. 4. vbi multos citat, & Bertrand. d. conſ. 152. nu. quinto, Roland. de Vall. conſ. 15. In præſenti cauſa, num. 7. lib. 1. Iacob. Put. deciſ. 286. Die 17. Martij, libr. 1. & eſt gloſſ. in d. c. 1. §. confirmatos, & ibi Dominic. ac Philip. Franc. de relig. domib. in 6. tradidereque Specul. in tit. de Statu monachor. §. 1. verſ. Tertio quæritur, & Io. Pagliarenſis, conſ. 265. Præallegatus, §. confirmatos, verſic. Et procuratores, inter conſilia Federici de Senis, vbi in princ. inquit Fratres iſtos non profiteri conſtitutiones, ſed regulam, Vnde Bertrand. d. conſ. 152. num. 3. ſcribit, ex iam dictis

3 per eum ſequi, ex generali cõſuetudine† in hoc ordine obſeruata, inſuper & ex priuilegijs Apoſtolicis eidem ordini conceſſis, potuiſſe à dicta mendicitate recedi, ipſosque fratres in communi capaces ſucceſſionum fieri, & quòd per conſuetudinem generalem id fieri potuerit, concludunt Anchar. d. conſ. 55. & Bald. in d. authen. ſi qua mulier, col. 4. verſic. Sed modo reſtat, q. & in d. auth. niſi rogati, colum. 1. num. 5. Quòd verò id per Apoſtolicum priuilegium fieri, inducique licuerit, certum eſt, omnis nanque conſti

4 tutio† ſui natura retractabilis eſt, atque mutabilis ſecundum temporis & conditionum mutationem, quibus ſe conformare debet, c. non debet, de conſangu. & affinit. Clemen. 1. §. hæc ſanctio, de ſumm. trinit. c. ſi peccauerit, 13. q. 4. caerit autem, 4. diſt. & cap. neceſſe, cum ſimil. diſt. 29. quod etiam voluit Paul. de Elcazar. in Clemen. 1. ſuper verbo Ordinis, de regularib. Non ſic de regula dicendum videtur, quia illa ſecundum omnes difficilius immutatur; Et quòd Fratres Prædicatores hoc priuilegiũ obtinuerint, dicit Alberic. de Roſate, in auth. ingreſſi, colum na 4. verſ. Et quòd nec bona, nec æſtimationẽ, C. de ſacroſ. eccleſ. ſe à Fratribus Prædicatorib. audiuiſſe, quòd ſuper hoc reſcriptum Apoſtolicum impetrarunt, & Archidiaconum referre, quòd formam reſcripti Clemen. IIII. inſpexit, ſic concludentis, Nos itaque veſtris ſupplicationibus benignius annuentes, autoritate Apoſtolica

ſtolica declaramus,quòd vos in temporalibus bonis in quibus ſuccederitis in ſęculo exiſtentibus,licitè poſitis ſuccedere,& bonorum ipſorum poſſeſſionem apprehendere:hosque reſcriptum aliàs in cauſa, quæ coram inſigni Delphinalis curiæ Parlamento aliquando agitata fuit inter œconomum Fratrum Minorum Ciuitatis Valentinæ, & quoſdam aduerſarios vidiſſe, Bertrandus in præallegato conſilio refert, vbi attenta dicti priuilegij forma per Sixtum IIII. Pontificem commemorati in priuilegijs cõceſſis Fratribus Prędicatoribus,atque Minoribus, ibidemque ampliati, à dictis Conſtitutionibus
5 receſſum † fuiſſe arbitratur,ante num.6. verſic. Et ſic,ipſosque Fratres Prædicatores in hac Aquilæ Ciuitate immobilia retinere manifeſtum eſt,dicta tamen Baldi, & aliorum ſententia magis communiter recepta conſpicitur, licet de facto non ſeruetur.

6 Et quòd hi Fratres Prædicatores† ſint mendicantes,prout abſolutum eſt apud omnes, ſic nuncupatim id aſſerunt, Bald.in d.auth.ſi qua mulier,num.6. verſ.Sed modo reſtat, & in d.l. cum quæſtio,num.7.Andr.Barbat. in d.cap.in præſentia,colum.100.verſ. Tangit hic D. Antonius,ibidemque Dec.d.num.78.Anton.Corſett.in ſing.in verb. Licet Fratres Prędicatores, Conrad.inter conſil.Federici de Senis,conſilio 145.incip. Primo an Dominus,col.2.& ipſe Federic.conſ. 12. Fratres Prædicatores, in princ. Bartolom.Caſſan.in cathal.glor.mun.in 4.part. in 68.conſider.fol.101.

Cum mendicantes ſint,ad congruam ſuſten
7 tationem† redditus,vel poſſeſſiones non habentes,profeſſioque ſine regula,vel conſtitutiones quælibet interdicunt,ſed per quæſtus publicos præbere ſibi ſolet victum incerta mendicitas, vt dicit Gregorius in Concilio Lugdunenſi in d.c.1.§.confirmatos,de relig.domib.in 6.Conrad.d.conſ.145.col. pen. verſ. Nam ordo mendicans,inter præalleg.conſil. Federici, & idem Federicus de Senis,d.conſ.12.col.1.verſ. Nam mendicantes ſunt, Lapus alleg. 4. An diſpoſitio,num.2.verſic.Nam mendicantes,Raphael. Fulgoſ. conſil. 103. Titius condidit teſtamentum,num.3.

Sciendumque eſt, in alienationib. quas Fra-
8 tres Prædicatores faciunt † de rebus in quibus ipſi ſuccedunt,ſolennitatem in alienatione bonorum eccleſiæ requiſitam, iuxta c. ſine exceptione,12.q.2.& auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſ.eccleſ. nequaquam exoptari, ſunt ſiquidem alienationes ex neceſſitate ſtatus eorum,ita notanter dicit Bald.in d.authen. ſi qua mulier,colum.3.ante num.7.verſic. Sed ponamus,poſt Gulielmum de Cuneo in d.auth.hoc ius porrectum,rurſus Bald.in c.cum cauſa,numer.4.verſ.Quæro nunquid, extr.de ſenten.& re iudic.Hipp.de Marſil.in ſing.132.In alienatione,verſic. Et hoc caſu,Dec.in d.c.in præſentia,ſub num.78.verſ.Et in tali alienatione, extra de probat.arg.l.2.ff.de reb.eor.per Baldum allegatæ,qui in d.cap.cum cauſa, aduerſus Archidiaconum aſſerentem ſe non videre rationem,quomodo mendicãtes ordines poſſint capere vt vendãt,cum precium ſuccedat loco rei, vt ipſe notat,27.q.1.c. de viduis, per quattuor rationes,id in Prædicatoribus licere, magiſtraliter concludit.

9 De origine atque excellentia† huius ordinis Prædicatorum,vidēdi ſunt Hartmandus Schedel in dicto eius Hiſtoriali in 6. ætate, fol. 189. Archiepiſc. Florent. in 3. part. hiſtor.artic.23. cap.3. Bartolom.Caſſan.in 4.par.conſider.68. in fin.& Frater Paulus Morigia in hiſtor.relig. in 1.part.cap.32. fol. 98. Sed vt de præclariſſima hac Fratrum Prædicatorum religione aliquid attingamus, habuit initium anno Domini 1216. vt refert Albert. de Eib. in margarita Poetica,in primo ſecundæ partis tract.cap. 10. in fin.Et quamuis Minorum ordo inceperit de anno 1206. cum tamē ordo Prædicatorum primum ſub regula Sancti Auguſtini ab Honorio III. approbatus fuerit in anno 1218. ordo autem Minorum ſub eodem Honorio de anno 1223.vt refert Iacobus Philipp. Bergomenſ.in ſupplem.cronic. libro 13. merito Prædicatores
10 † Fratribus Minoribus præferuntur, vt not. gloſ.in c.quorundam,de elect.in 6. & in ca.fin. de pact.Archidiacon.in c.1. de decim.d.libr.6. Ioan.de Turre cremata, in cap.Epiſcopus, 17. diſt. Felin.in rubr. de maior.& obed.colum.3. & 4.Caſſan.in d.4.part.gloriæ mundi,69.conſider. ante fin. verſic. Et licet ordo Minorum, fol. 101.

Eandem Fratrum Prædicatorum Religionē
11 plures ac maximos viros † ne dicam innumeros exornaſſe illuſtraſſeque liquet,qui vitæ ſanctitate ac doctrina claruerunt, interque alios fuere, S. Petrus Martyr Veronēſis, declamator egregius, fidei defenſor, & tanquam roſa (vt aiunt)de ſpinis ortus,S. Vincentius,& is ſanctitate,ac verbi Dei prædicatione conſpicuus,Petrus de Tarantaſia,Innoc.V. appellatus,Benedictus Papa XI. Hugo Cardinalis Bibliæ apoſtillator,Albertus Magnus, Petrus de Palude, Iacobus de Voragine,S.Antonin.Archiepiſcopus Florentinus,Rogerius & Albertus Brixienſes,Vgo de Argentina,Thomas Anglicus,Vincētius Gallus Burgundus qui inter cętera,quattuor Specula de omni ſcibili materia edidit, Doctrinale inquam,Morale, Naturale, & Hiſtoriale,Gulielmus Durādi dictus Speculator, Raynerius Piſanus, ac etiam Iordanus ſecundus,& Raymundus tertius Generales Magiſtri Ordinis Prædicatorum, Necnon SANCTVS

THO-

THOMAS DE AQVINO ex Nobiliſſima Comitum de Aquino proſapia genitus, veluti
12 Heſperus † elucet, qui Theologicam doctrinã, aliasque ſcientias ſummo, ac felici eius ingenio mirificè declarauit, atque illuſtrauit, hic SANCTVS THOMAS non ſolum Aprutinæ Prouinciæ, Regni Neapolis, Italici nominis, Ordinisque Prædicatorum, ſed totius Chriſtianæ Reipublicæ decus fuit, qui adeo Ieſu Chriſto Seruatori placuit, vt ab eo Crucifixo audire meruerit, Bene ſcripſiſti de me Thoma: Ordo idem Prædicatorum inter maximas, ac ingentes laudes quas promeretur, illa admodum ef-
13 ficax eſt, quòd Hæreticorum perſecutores † cõculcatoresque ac Chriſtianæ fidei acerrimi defenſores exiſtunt, vt me ex tam mirabili eius laudum amplitudine pauciſſimis verbis expediam: non tamen ſilentio inuoluerim in hoc Illuſtriſſimo ac Religioſiſſimo Ordine Reuerendiſſimum in Chriſto Patrem, Fratrem Auguſtinum Galaminium à Berſechella antea Magiſtrum Sacri Palatij, atque Inquiſitorem, totiusque Religionis Generalem fuiſſe, quem nunc Illuſtriſſimum ac Reuerendiſſimum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalem conſpicimus à Paulo V. Pontifice Maxim. ob eius vitæ ſanctitatem, prudentiam, aliarumque virtutum, ac ſcientiarum ſingularitatem creatum.

In eoque olim Ioannem de Aquila floruiſſe,
14 qui † ſermones, aliosque multos libros compoſuit, de quo Frater Leander Albertus, Bononiẽſis in Italiæ deſcriptione honorificè meminit, dum hanc Aquilanam Ciuitatem inter Samnites Veſtinos deſcribit, fol. 216. dicens ipſum Ioannem cognomento Aquilanum, præclarum Theologum, facũdiſſimumque Prædicatorem fuiſſe, ac nomen Aquilanæ Vrbis, inter alios Illuſtres eius ciues plurimum propagaſſe. Nunc verò illius imitatores glorioſo progreſſu exemploque doctiſſimos Theologos famoſiſſimosq. Concionatores hoc in eodem ordine multum Reuerendos in Chriſto Patres Magiſtrum Ioannem Baptiſtam de Antonellis, atque Magiſtrum Euangeliſtam de Roſis, dicti Ioan. meos que conciues intuemur, pariter & Magiſtrum Ioannem Dominicum Montagnolum proprijs monumentis præclarum, Magiſtrumque Albertum Mõtagnolum eius germanum fratrem Senenſes, vitæ ſanctitatis omniumq. virtutum ornamentis lucidiſſimos.

Quæro ſucceſſiuè quid de Fratribus Heremitanis SANCTI AVGVSTINI dicendum ſitè & cõcludendum videtur, monaſteriũ horum Fratrũ
15 ſubſtitutum † excludere, vt ſcribit Felin. in d.c. in præſentia, num. 53. in fin. nam ſecundum ipſum, ſi Prædicatores, & nonnulli alij capaces cẽſentur, quaſi deriuent à regula Beati Auguſtini, idem etiam de ipſis dicẽdum erit; & cum Felino ſentiunt, Calderin. conſ. 15. Intrans ordinẽ, & conſ. 17. An ordo, Benedict. Capr. conſil. 24. Etſi viſo, num. 12. & conſil. 147. Cum ad præſens, num. 8. Raph. Cuman. conſ. 169. Viſo teſtamento, nume. 1. & 2. de origine huius Sacræ
16 Religionis † poſt Franciſcum Petrarcham, S. Antoninum Archiepiſcopum Florentin. Caliſtum, Sigisbertum, Poſſidonium, Paulum Bergomatem, & Ambroſium Coriolanum, videndi ſunt Hartmannus Schedel. Bartholom. Caſſan. in 4. part. catalogi glor. mund. in 71. conſider. fol. 102. Et Frater Paulus Morigia Mediolanen. in Hiſtor. relig. lib. 1. cap. 22. Floruere in Heremitarum Religione grauiſſimi Patres, ac ſacræ Theologiæ Doctores, & inter multos Æ-
17 gidius † Romanus Bituricenſis Archiepiſcop. ex Illuſtriſſima ac Excellentiſſima ſemperque
18 inuicta COLVMNAE Familia † Romanorum natus, quę vltra Othonem, Marcum Antonium I. Proſperum I. Fabritium, Aſcanium, Sciarrã I. Martium I. Camillum, Pompeium, Marcũ Anton. II. Taleacotij Ducem, atque alterum Marcum Antonium Cardinalem, & Aſcanium itidem Cardin. tit. S. Pudentianæ Baſilicæque Lateranenſis Archipresbyterum omni virtutum, ſcientiarum, ac religionis ornamentis enitentẽ, & Martium Pompei filium Zagaroli Ducem Regali Hiſpaniarum Coronæ fideliſſimũ, nunc Aurei Velleris equitem, cæterosque ſtrenuos Duces, hunc etiam Aegidium edidit, ſuæ ætatis theologum facile principem, & S. Thomæ de Aquino auditorem, atque diſcipulum, moribus, ac vitæ exemplo conſpicuum, qui plures libros compoſuit: necnon Vgolinus Vrbeuetanus primo Ariminenſis Epiſcopus, poſtea Cõſtantinopolitan. Patriarcha, cuius pręclara quoque monumenta extant, Iacobus de Viterbio Archiepiſcopus Neapolitanus, Auguſtinus de Ancona, Albertus Patauinus, & Bonauentura pariter Patauinus, ac Cardinalis tit. S. Ceciliæ. Thomas de Argentina, Gerardus Senẽnſis, & alter Bergomenſis, Simon de Caſsia, ac Bartholomęus Vrbinos, & licet ex Heremitanis complures alios enumerare poſſem, vnum Hiero-
19 nymum Cardinalem Seripandum † ex Nobiliſſima Seripandorum Neapolitana familia ortũ commemorauerim, cuius effigiem cum in muſęo Ioannis Vincentij Portę inter virorum Illuſtrium imagines hoc anno vidiſſem, atque tãti Cardinalis venuſtatem admirari cępiſſem, nam inter alios Ἀγὰρ δ' ὦ ἀπιλαμπτιν Portę encomio de Seripãdo Cardinali magis ac magis delectatione inſimul, & admiratione affectus extiti, vt fortunatum Theologum appellauerim, qui eloquentiſsimum, ac doctiſsimum laudatorem, vt de Achylle ſcribunt, inuenerit. Eſt ſiquidem Io-
20 annes, † Vincentius Porta Neapolitanus, omnium virtutum, & ſcientiarum verum exẽplar,

omnisque vetuſtatis acerrimus inueſtigator,& eruditus interpres.

Quid de Fratribus SANCTAE MARIAE Seruorum?& certè illorum monaſterium, ſubſtitu
21 tum † excludere dixerim, ſecundum Fel.in d.c. in præſentia, ante num.53. verſ. Sed dubitari, vbi Dec.num.80.Capr.conſ.24. Etſi viſo,nu. 4.Calderin.conſ. 15. Intrans ordinem, verſic. Nec obſtat,tit.de regular. & conſ.17. An ordo Seruorum,per totũ, Lap.alleg. 44. An fratres, num.3.verſ.Nec obſtat,quòd mendicent;hũcque ordinem à quodam Philippo Binitia Florentino auctũ fuiſſe comperimus ſub Diui Auguſt.regula,quem etiam Benedictus XI.Bonifacius, & Vrbanus VI.priuilegijs atque exem-
22 ptionibus præmuniuit,originem autem† in anno 1233. Gregorio IX. Pontifice Max. ſedem gubernante ſumpſiſſe, in eoque ſe primum ſeptem nobiles Florentinos ciues congregaſſe, glorioſiſſimæ ſemper Virginis Mariæ matris Dei auxilijs,atque auſpicijs,quorum inſtitutorum nomina, aliaque nonnulla,memoratu digna de hoc ordine refert Frater Paulus Morig. d.lib.1.c.35.fol.103.

Videndum nunc eſt de Carmelitanis,de quibus breuiter concludendum exiſtimo, quòd ip
23 ſorum monaſterium, ſubſtitutum † non excludat, prout ſic cenſuit Senatus Pedemontanus, apud Oſaſc.deciſ.126.Andreas Faucntia, ante fin.num. 27. eſt Carmelitarum religio fundata ſub mendicantium regula, prohibente ne poſſint proprium in communi,vel in particulari retinere,cum igitur inhabilitas reſiſtat,quæ ipſos funditus incapaces reddit, deportatorum exẽplo,l.1.C.de hęredib.inſtit.§.in extraneis, Inſt. de hæred.qual.& differ.cõcludendum eſt,Carmelitas dictam excluſionem non operari, Ang. conſ.91.Sancta Carmelitarum religio, in prin. Felin.in d.c.in præſentia,num.53.verſic. Quid autem, vbi Dec.num.80. verſ. Quid autem de Fratribus Carmelitanis, Raph.Fulgoſ.conſilio 103. Titius condidit teſtamentum,num.3.& 4. ac per totum conſil.Iaſ.in auth.ingreſſi,ſub numer.24.verſ.Item quòd Carmelitani,C. de ſacroſ.eccleſ.

24 Et quamuis contrarium † teneant Portius, conſ.23.Quidam filiusfamilias pubes, nu. 12. lib.1.Franciſc.Burſat.conſ.97. Teſtator Bartolomęus de Vbertis,num.22.verſ.Dico inſuper, lib.1.Et cum iſtis tranſire videatur Capra d.cõſilio 24.Etſi viſo,nu.12.licet etiam Lapus, val de dubitauerit,ac diſſeruerit,nunquid Carmelitæ mendicantes ſint, alleg. 44. An Fratres de Carmello,per totam allegationem.

Non tamen arbitror à priori opinione fore recedendum tanquam veriori, ſunt enim Car-
25 melitæ ex communi ſententia † mendicantes, vt Quintil.Mandoſius in præcitata allegatione in magna addit. in verb. mendicantes atteſtatur,vbi Ioan.Andream,Angelum,Geminianũ, Philippum Francum,Felinum,Benedictum de Vadis,& alios ad hoc ibi allegat, idque ex cap. vnic.§.cęterum,de relig.domib.in 6.colligitur, Nec militat,quod ſcribit Lapus, narratiuè non autem diſpoſitiuè textum illum loqui, c.ſi Papa,de priuileg.in 6.& ſic habito reſpectu ad cõmunem loquendi vſum, nam contrarium verius eſt, Gregorius enim ibi ſtatũ ordinis Carmelitarum confirmat,ac inſtitutionem, cũ qualitate mendicitatis, vt aliud dici non poſſit,quã quòd diſpoſitiuè loquatur; & mendicantes eſſe, dicunt Bartolomæus Caſſan. in cathalogo glor.mundi in 4. part.in 70.conſider.in fin.verſicul. Vtrum autem, & Frater Paulus Morigia, in Hiſtor. relig. libro primo, cap.30. Vnde ex traditis per Socinum ſen. conſil.92. Circa primum huius conſultat. articulum, in prin.& columna 3.libro primo,Alexand. conſ. 13. Circa primum dubium,numero ſecundo,lib.3.& Pariſ.conſ.62.Viſo teſtamento,num.10. & 11.libro 2.conſtat dictos Carmelitas vti mendicantes,& in particulari ac communi incapaces,ſubſtitutum minime excludere. Cumque de anti-
26 quitate ac origine † huius excelſæ Religionis, latè ſcripſerint Palonidorus Bactauus,& præcitati Caſſan. & Morigia inſiſtendum non autumo,eſt certè antiquitate,patrũ doctrina,& ſanctitate præclariſſima.

Et ne Canonicos Regulares prætereamus,
27 ab ipſis ſubſtitutum excludi† ambigendum nõ erit,vt ſcripſit Bald.in d.l.cum acutiſſimi,num. 13.C.de fideicom.& in d. auth.niſi rogati, ſub num.5.verſ. Item in alijs locis conuentualibus, C.ad Trebell.Iaſ.in d.authen.ingreſſi, numero 24.C.de ſacroſan.eccleſ. Iacob. Philipp. Port. conſ.23.num.30.verſic. Secundo dubium non eſt, lib.1.

28 Idem erit † in Monachis,vt Bald.notat,in d. l.cum acutiſſimi,numero decimotertio, verſic. De monachis autem, Federic.de Senis, conſilio vigeſimoſexto, Caſus talis eſt quidam eſt ingreſſus,colum.1.in princip.vbi de Monachis Sancti Benedicti verba facit,prout etiam Abb. conſil. 27. Dubium ſuper quo conſilium petitur,colum.1.Felin.in d.cap.in præſentia, num. 54. verſic. Quidam autem,de Monachis Montis Oliueti loquens,& in Monachis Cartuſienſibus idem tradit Abb. in præallegato conſil. colum.prima,hi enim omnes in communi poſſidere poſſunt, & ipſorum monaſterijs acquirere, vt per Portium,d. conſil. 32. numero 30. libro 1.

Ex prædictis infertur,grauatum ſub dicta cõditione,ſi ſine liberis deceſſerit,reſtituere,Reli-
29 gionemq.Monach.Cæleſtinor.ingreſſum† profeſſe Monaſterio ad ſubſtituti excluſionẽ, cum

Cæleſti-

Cæleſtini in communi poſſideant, & bonorum ac ſucceſſionum capaces ſint, regulam enim Sãcti Benedicti profitentur, quæ hoc permittit, Sumpſit Cæleſtinorum religio à SANCTO PETRO CAELESTINO V. Pontif. Maximo, decus,
30 atque incrementum, qui tanta † fuit vitæ ſanctitate, tanto erga cæleſtem gloriam deſiderio, vt renunciatio quam Pontificatui fecerat, nihil penitus innocenti, ſanctoque viro detraxerit, cum vera humilitas ſeruorum Dei, aut culpæ, aut fatuitati aſcribenda non ſit, plus ſiquidem cælorum gloriam, quàm ſupremam imò admirabilem illam dignitatem dilexit, vt perperam Danthem Algerium de Cæleſtino loquutum fuiſſe exiſtimauerim, ſi de illo intellexit, dum ob animi puſillanimitatem, magnam feciſſe illum refutationem meminit, ſic enim Poetã hunc aliqui interpretantur, quam quidem interpretationem abſurdiſſimam eſſe ſentio, non enim de Petro Murrone, & ſic de Cæleſtino Maximo Pontifice carmina illa in ſuo poematum libro præclariſſimo ſcripſit, ſed de Impera
31 tore † Diocletiano, ferunt nanque Diocletianum Dalmatam, Amelini Senatoris libertinũ qui anno mũdi 4247. à natiuitate Chriſti 285. imperauit, principatu ſe anno vigeſimoſecundo, imperij Nicomediæ abdicaſſe, cumque in proprijs agris conſeneſcens ab Herculio, atque Galerio ad recipiendum imperium rogaretur, tanquam peſtem aliquam deteſtans reſpondit, Vtinam Saloncę poſſetis viſere olera noſtris manibus inſita, profectò nunquam iſtud tentandum iudicaretis: ſicque per decem annos priuatus, Imperij mole exoneratus vixit: quæ interpretatio prout vera eſt, ſic illam etiam in margine antiquiſſimi codicis Danthes poematum manu ſcripti inter libros mei Genitoris apoſtillatam reperi, vbi Eſau exemplum additum aderat, licet Diocletiani factũ verius apoſtillator arbitretur: de qua Cæleſtini renunciatione Franciſcus Petrarcha, & is nobiliſſimus
32 Poeta † hæc accuratè ſcribit, Ego (inquit) prorſus altiſſimi cuiuſdam, & liberrimi, iugumque neſcientis, ac verè cæleſtis animi factum reor, atque ita ſentio, non potuiſſe id ab homine fieri, niſi qui res humanas iuſto precio ęſtimaſſet, quique tumidum fortunæ caput pedibus ſubieciſſet: Ambroſij patrocinio locus eget, ex eo præſertim libro quo ad veræ humilitatis obſeruantiam, ſacram virginem Demetriadem cohortatur, Non vt dilectores (ait) huius ſęculi putant, parui cordis, aut ſegnis eſt animi terrenas opes ſpernere, honores occiduos faſtidire, nec ibi gloriam quærere, vbi laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Vnde ſi verè intelligatur contemptus iſte rerum præſentium ad quæ tendat, & qualia concupiſcat, nihil huiuſmodi mentibus rectius, nihil inuenietur diuinius, vt quæ ſacratiſſimis deſiderijs vniuerſa tranſcendant, neque ad vllum creaturæ honorem, quamuis potentem, atque admirabilem, ſed ad ipſum omnium viſibilium atque inuiſibilium aſpirent creatorem: cui proximum fieri clareſcere eſt: quem timere, gaudere eſt; cui ſeruire regnare eſt; Huius præconio laudis quis vſquam quæro dignior Cæleſtino? Reliquerunt alij nauiculas ſuas ac retia, alij poſſeſſiunculas, alij theloneum, alij etiam regna, & regnorum expectationes, ſequutique Chriſtum Dominum, facti ſunt Apoſtoli, facti ſunt amici Dei. Papatum verò, quo nihil eſt altius, rem tam exoptatam, tamque admirabilem, vt ab admiratione, ac ſtupore dictum ferant, quis vlla ætate, præſertim ex quo tanto in precio eſſe cępit, tam mirabili, tamque excelſo animo contempſit quàm Cæleſtinus, priſtinum & nomen, & locum, & amicam bonis moribus egeſtatem appetens, & repetens, atque diem cælum ſuſpiciens, terræ immemor? hactenus Franciſcus Petrarcha. Cuius dicta Petri de Alliaco Cardinalis, & Epiſcopi Camera-
33 cenſis † celebri atteſtatione fulciuntur, ſic enim ſcribit, Multò plus commendationis & gloriæ, reiecta quàm recepta dignitas, beato patri attulit, vt ei ipſa honoris abiectio, quàm acceptio, honorabilior fuerit, atque ideo felicior, quia non ſolum temporali laude, ſed etiã ęterna mercede frui potuerit. Hæc Alliacenſis vir venerabilis atque grauiſſimus; Miror etiam Bal. Iuriſ-
34 conſultum † omni gloria in legali ſcientia meritiſſimum, maculam inconſtantiæ, atque volubilitatis, Petro Cæleſtino inurere voluiſſe, dum in cap. primo, de natur. feudi, verſic. Et eſt argumentum, ita ſcribere auſus fuit: Dicit Ioannes Andreas, quòd Cæleſtinus, ideſt Frater Petrus de Murrone, de mane faciebat gratiam, & de ſero auferebat, & alij conferebat, Vnde Cardinales licet ſcirent, quòd renunciaret, per fatuitatem Papatui, tamen quia erat vnum pecus, libenter acceptauerunt refutationem, & creauerunt Bonifacium VIII. qui depingitur Vulpis in introitu, Leo in accubitu, & Canis in occaſu ſuo; & Baldum tum in præcitato loco, tum etiam conſilio 327. Pridie, columna ſecunda, verſic. Item varietas, libro primo, ad hoc propoſitum refert Tiraquellus in tract. de nobilit. cap. vigeſimo, numero vigeſimoquarto, verſic. Scribit autem, fol. 139. poterant hi Doctores, & Carolus Ruinus alibi conſulendo, de Sancto Petro Cęleſtino, aliter verba facere, nec in cęlum os ponere, nam quæ inconſtantia, quæ vilitas in eo ex nobili proſapia genito, ac bonis litteris ſciẽtiaq. ornatiſſimo adeſſe poterat? in homine inquam quem velut alterum Ioſeph Deus ſibi elegerat, ante Papatum, poſt, & dum ſanctam Sedem tenuit, miraculis enitentem,

atque glorioſum, cuius miracula ſi recenſere pergerem, longo apparatu opus eſſet, illa tamẽ à multis conſcripta cernuntur, qui Cæleſtini vitam ediderunt, nuncupatimque à Dom. Petro de Aliaco Cardinali Camaracenſi, ac etiam à Fratre Dionyſio Fabro: Originem ex Ciuitate
35 Iſerniæ † Samnitum Cæleſtinus duxit, ex nobilibus ortus parentibus Angelerio, Mariaque, anno 1215. electus Pontifex anno 1294. intrauit deſertum annum agens ſextumdecimum 1231. Nicolao IIII. Pontifici ſuccedens Apoſtolicam ſedem menſibus ſex, ac diebus quattuor inſedit & rexit, ſcilicet à primo Calendas Iulij, vſque ad quarto Calendas Ianuarij, Peruſiæ eligitur, ſed Aquilæ coronatur ducentis millibus hominum concurrentibus, obijt Anno 1296. Canonizatus à Clemente V.

Anno poſt obitum 17. ſcilicet 1313. eius reliquiæ per annos quatuordecim in eccleſia S. Antonij de Ferentino requieuerunt, deinde miraculosè Aquilam venerunt, vbi in marmoreo tumulo capſaque ferrea, aliam argenteam intus
36 habente in eccleſia † Sanctæ Mariæ Collis madij, maxima cum ciuium Aquilanorum veneratione honorificè recõduntur: Anno etiam à die translationis 193. Aquilano Populo miraculosè apparuit, de qua apparitione informatio adeſt penes acta Hippoliti Balnei capta die 11. Iunij 1520. De hac Cæleſtinorum religione multa etiam ſcribunt Anto. Florentin. in 3. part. tit. 16. cap. 1. §. 18. in princ. & Bartolom. Caſſan. in cathal. glor. mundi, in 4. part. in 61. conſider. vbi dicit Pariſijs nobile Cœnobium erectum pro Cæleſtinus fuiſſe, aliaque monaſteria eiuſdem Ordinis in alijs locis Franciæ reperiri: Cæleſti-
37 nosque iſtos † à Diœceſanis exemptos eſſe: omnibusque mendicantibus præferri, cum omnino mendicantes non ſint: an autem cæteris puta Carthuſienſibus præferantur, conſuetudinem ſeruari oportere. exactius vero de Cœleſtino V. eiusque congregatione ſcripſit Frater Paulus Morigia in hiſtor. relig. lib. primo, cap. 36. referens Aluarum de planctu Eccleſiæ, lib. 2. artic. vndecimo, dicentem, Cæleſtini renũciationem altiſſimi animi, fortis atque cæleſtis opus fuiſſe: Ex hoc ordine maximi viri prodiere, qui ſtiẽtia, ſanctitate, & exemplo ipſum illuſtrarunt, interque excelſiores Magiſter Matthæus Aquila
38 nus † emicuit, qui vltra eminentem ſcientiam, quinquies magna omnium cum admiratione Cæleſtinam Religionem generalis Magiſtri officio rexit, atque ampliauit: in eoque nunc plurimum magnanimitate, prudentia, religione, ſcientia, varijsque virtutibus Magiſter Vincentius de Tocco coruſcat, qui & in generali eiuſdem ordinis Magiſterio, omnium Patrum applauſu, optimum gubernatorem, moderatorẽque ſe detexit: Et ad Sanctum Petrum redeundo, iure optimo AQVILANA Ciuitas eun-
39 dem in Protectorem † elegit, interque alios Glorioſos eius Patronos aſſumpſit, à cunctisque ciuibus admirabili cum deuotione colitur atque veneratur; de Sancto Bernardino Senenſi alio protectore in ſuperioribus meminimus: aliquid igitur de SANCTO MAXIMO AC SANCTO ÆQVITIO pariter Aquilæ
40 Patronis † breuiter dicendum remanet, fuit Maximus Ieuita ex Abienſi Ciuitate in Veſtinis Samnitum ortus, à qua quidem vrbe, regio illa propè Furconium nomen aſſumpſit, habuit Maximus claros parentes, cumque moribus, ſanctitate, atque Ieſu Chriſti fide excelleret, ſub Q. Traiani Decij Imperio à quodam Præſide martyrio decoratus, atque inſignitus remanſit, ipſum nanque Ieuitam, atque in vera Chriſti fide conſtantem Dianęque ſimulachrũ adorare renuẽtem ex alto in loco quodam qui Circulus dicebatur præcipitem dederunt, vnde corona Martyrũ adepta in Domino obdormiuit, Porrò cum martyris Maximi corpus in Furconenſi eccleſia ſepultum iaceret, Othoque Imperator ob eius miraculorum famam, vltra montes iam emiſſam deſiderio flagaret corpus ipſum ſanctum inſpiciendi, in Italiamque veniſſet, & ab Vrbe Roma ſecum Ioannem XVI. Pontificem ad ſepulchrum duxiſſet, magna Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Principum, Marchionum, & Comitum caterua comitante, vt moris Imperatorum eſt, animo etiam ob ingentem deuotionem aliquam partem ſciſſi corporis Maximi in ſuam patriam transferre, accerſito quodam cum malleo, vt ſepulchrũ prædictum frangeret, ſtatim eius bracchium obſtupuit, & locus totus contremuit, proinde Ioannes Pontifex, Otho Imperator, ac alij qui deuotè ipſis aſſiſtebant, pauidi admodũ ac triſtes inde receſſerunt, nocteq. proxima cuidam religioſo Epiſcopo qui Ceſſo vocabatur Angelus Domini per viſionẽ dixit, q̃ niſi Otho Imperator Eccleſiam vbi ſepulchrũ aderat ditaſſet, & Pontifex in eadem Eccleſia Epiſcopatum erexiſſet, nunquam de corpore Beatiſs. Martyris aliquid aſſumere potuiſſent, quod audiens Otho, & Põtifici referens, accerſitis iterum omnib. ad ſepulchrum manu per Imperatorẽ tractis Sacroſanctis Euangelijs deuotè ac ſolenniter ſe Epiſcopatum ditaturum expreſſo iureiurando decre-
41 uit, vt ſtatim feciſſe vidimus † ac legimus, Ioannemque Pontificem Epiſcopatum ſuo aſſenſu conſtitutum ſub Rom. Eccleſ. tutela ſuſcepiſſe, aperto denique ſepulchro, vnde ineffabilis ſuauitas fragrantis odoris exiuit, licuit Othoni particulã ſacri corporis Maximi Martyris illinc aſ-
42 ſumere, & fuit Epiſcopatus † Furconẽſis, deinde ab Alex. IIII. vnitus, atq. trãslatus ad Epiſc. Aquilenſ. ſub tit. Sanctorũ Georgij & Maximi,

quibus

quibus Cathedralis eccleſia erecta, vndique de quadrato lapide conſpicitur, Epiſcopus ipſe Aquilenſis magnam præeminentiam, dignitatemque retinet, & ſexdecim exceptis Epiſcopis Campaniæ, omnes alios mundi Epiſcopos præcedit, quod in Conciliorum ſeſſionibus in alijsque arduis negocijs cum interuentu Epiſcoporum peragendis viſum, atque obſeruatum fuit. Et quoniam Aquilanus Epiſcopus immediatè Summo Pontifici ſubiacet, luce meridiana clarius eſt, Marinum Frecciam præclariſſimum alioqui Iuriſconſultum ac Nobilem Neapolitanum, inconſultè ipſum ſuffraganeum Archiepiſcopo Theatino conſtituiſſe, in eius valde erudito opere, quod de Subfeudis compoſuit, cũ
43 hic Aquilanus Epiſcopatus† nihil communecũ Theatino Archiepiſcopatu habeat, ſed omni tẽpore, prout nunc etiam immediatè Sanctæ Sedi Apoſtolicæ ſubſit, nec alium quam Pontificem recognoſcat, ſit tamen de iure patronatus Potentiſſimi, atque Glorioſiſſimi Regis Hiſpaniarum, Neapolis, aliorumq. Regnorum DON PHILIPPI III. AVSTRIACI Domini noſtri; Sed vt ad Maximum redeam, glorioſus is
44 Martyr† huius Aquilanæ Ciuitatis inclitus Patronus eſt, eiusque generoſorum, nobiliumque ciuium Protector. Cæterum SANCTVS ÆQVITIVS Abbas in Valeria Prouincia tutelare munus huius Aquilanæ Vrbis etiam retinet, interque eius patronos aſcitus in templo Sãcti Laurentij de Piczulo colitur ac veneratur, vbi eius corpus reconditur intus ſubterraneam teſtudi-
45 nem, claruit† miraculis, doctrina, ſanctitateque eximia, de quo S. Gregorius in Soliloquijs plura memorabilia conſcripſit, de eo etiam Andr. Eborenſis Luſitanus in poſteriori Tomo exemplorum verba facit, primo ſub tit. de Caſtitate, inquit enim, quòd dum in iuuenta immundis tentationibus quateretur, ad precum confugia recurrens, poſtremo ſomnianti viſum eſt, aſtitiſſe Angelum, omnemque ſibi genitalium motũ ademiſſe, nec poſtea ſe tentari ſenſit: quinimò Dei dono fretus præeſſe fœminarum monaſterio cępit, interim tamen diſcipulos admonere non ceſſabat, ne ſe in eo prius æmulari vellent, quàm pari miraculo inſuperabiles facti fuiſſent: rurſus ſub tit. de lectione & ſtudio, Æquitius Valeriæ monaſterij Abbas ne qua die deeſſet, quòd legeret, quocunque ibat ſcorteas mãticas libris refertas ſecum trahebat, nec illi oneris huius moleſta erat grauitas, dum lectionis ſacræ compenſabatur vtilitas, Sic nec militem ſtrenuum ferrea lorica, caſſis, enſisque grauant, quæ ſibi ſaluti fore ſperat, vt qui ijs munitus in certamen prodit, & confidenter cum hoſte congredi ſolet, ita qui ſeſe lectionibus diuinis libẽter inſtituit, omnia Diaboli machinamenta facile contemnit.

Idem denique Aequitius poſtquam ſcalpello ſibi quandam linguæ rubiginem ab Angelo leuari vidit, ab eodem iuſſus eſt ad prædicationem egredi, diuerſa igitur peragrauit loca paſſim Euangelium prædicans, ac ſe ſacrisque codicibus iumento impoſitis iter faciens, accuſatus autem, quòd nulla Apoſtolicæ Sedis autoritate prædicationis officium exerceret, Romã citatur, dumque eo proficiſci pararet, interim Pontifex per ſomnium exterritus, rurſus illi ne venire fatigaretur per nuncios iuſſit, ſimulque opus quod cęperat, facere pergeret, quandoquidem id faciendi facultatem non ab hominibus, ſed à Deo accepiſſet, Spiritalis enim (vt Apoſtolus inquit) omnia iudicat, ipſe à nemine iudicatur. Horum Sanctorum Protectorum merita altiorem dicendi ſtylum, amplioremq. tractationem expoſcerent, attamen hæc curſim attingere volui, vt meæ deuotionis erga ipſos affectum aliqua ex parte oſtenderem; Prætermitto etiam quæ circa varias Monachorum religiones, ipſarumque originem, ac inſtitutionẽ afferre poſſem, ne in ijs multus videar; ſufficiãt autem ab alijs latè, atque affabre conſcripta, & nuncupatim tradita per Archiepiſcopum Florentinum, Bartolom. Caſſaneum, Fratrem Paulum Morigiam, aliosque complures hiſtoricos ac chroniſtas, nosque vlterius progrediamur.

HYPOTHESIS.

Militum multarum Militiarum regulas explicari, & an ſubſtitutum excludat ſi habitum ipſarum quis ſuſceperit, & eques efficiatur; proindeque de Fratribus S. Ioannis Hieroſolomytani, ſeu Melitenſibus, de Militibus Sãctorum Mauritij & Lazari, de Militibus Sãcti Stephani, de Militibus Sancti Iacobi de Spata, de Militibus Calatranæ, ac de alijs Alcantharæ, de Militibus Sãctæ Mariæ Redemptionis, & Monteſiæ, tandemque de Ordine Militum Aurei Velleris, deque Militibus Periſcelides diſtinctè agi.

SVMMARIVM.

1 *Fratrum S. Ioannis Hieroſolomytani originem, & habitum afferri.*
2 *Militum Magiſtrum Illuſtri dignitate fulgere.*
3 *Fratres Sancti Ioannis ſeu Melitenſes immediatè Summo Pontifici ſubiacere, illosque fori priuilegio renunciare non poſſe, cum ordini ſit conceſſum.*
4 *Fratres S. Ioannis excludere ſubſtitutum cum paſſuam teſtamenti factionem habeant, licet non*

actiuam, & de ipsorum voto, eosdemque religioni acquirere.

5 *Fratrum S. Ioannis infirmorum bona cum ad extremum vitæ deueniunt annotari, formamque annotationis ostendi.*

6 *Fratrem S. Ioannis, qui ex matrimonio ante contracto filios suscepit, qui superstites matri sint, facta professione non posse Prioratum aut Castellaniæ impositæ, Baliatum aut aliquarum Commendarum administrationem obtinere.*

7 *Fratrum S. Ioannis originem ex Polydoro Virgilio rursus insinuari.*

8 *Gherardum nigro pallio Crucem quam Fratres S. Ioannis gestant affixisse, & habitum ac ritum quem seruant assumpsisse.*

9 *Ramundum primo Magistrum Rhodiensium seu Melitensium Equitum fuisse.*

10 *Rhodum insulam à Turcarum imperio per Fratres Rhodienses vindicatam: deque eadem insula nonnulla.*

11 *Fratres S. Ioãnis pro horis canonicis, centies quinquagies Dominicam orationem dictim dicere.*

12 *Fratres S. Ioannis Melitam insulam à Carolo V. Imperatore semper Augusto obtinuisse.*

13 *Melitæ insulæ situm, ambitum, antiquitatẽ, parochias, amanitatem, ac alia multa recenseri.*

14 *Melitæ Concilium tempore Innocentij I. fuisse celebratum, accersitis ad illud ducentis & quatuor decim Episcopis.*

15 *Melitam Diuo Paulo dicatam esse.*

16 *Fratres Melitenses verè milites haberi, & subinde omnia priuilegia antiquorum militum meruisse, ac longe maiora & digniora, idque intelligi, num. 19.*

17 *Fratres S. Ioannis in locum Templariorum successisse.*

18 *Milites pro Ecclesia Romana incolumitate militãtes posse de se inuicem instituendo pacisci.*

20 *Fratres S. Ioannis posse de licentia Papæ testari.*

21 *Testandi facultatem siue licentiam professis in quacunque religione per Summum Pontificem concedi posse etiam si per additionem haredi ius fuisset quæsitum.*

22 *Testandi licentiam à Pontifice obtentam secundum aliquos de prima vice intelligi: Contrariũ autem verius esse.*

23 *Testandi dispensationem obtentam vti odiosam, ad primam vicem restringi.*

24 *Testandi licentia obtenta an ad codicillandum extendatur, distingui.*

25 *Fratrum S. Ioannis mores, & quibus vacare debeant ex Diuo Bernardo ostendi.*

26 *Fratres S. Ioannis immunes esse, nec teneri collectas soluere.*

27 *Fratres S. Ioannis ex Baldo in feudo non succedere: Sed contrarium sentientes afferri, tandemque distinctione contrarias opiniones conciliari, num. 28.*

29 *Commendas Religionis S. Ioannis per Magnum Magistrum conferri, ipsasque ad nutum Magistri renocabiles esse.*

30 *Commendas Religionis S. Ioannis & Præceptorias ecclesiastica beneficia non censeri, sed simplices administrationes, & propterea appellatione beneficij non includi.*

31 *Hospitalia non esse ecclesiastica beneficia, hocque declarari atque distingui.*

32 *Hospitale non dici rem ecclesiasticam nisi Episcopi autoritate, aut alterius ad hoc potestatem habentis fuerint erecta.*

33 *Hospitalibus autoritate Episcopi erectis in integrum restitutionem competere, aliàs secus.*

34 *Hospitalia ita demum pia loca esse, si approbata fuerint, vel facta superioris autoritate, imò ad hoc tria requiri.*

35 *Hospitale in dubio autoritate Episcopi erectum nõ præsumi, Sed ab hac præsumptione recedi vbi in eo Missa celebrari intueretur.*

36 *Hospitale in materia odiosa ecclesiarum appellatione non venire.*

37 *Hospitale in rescripto non contineri, nisi expressè caueatur.*

38 *Perceptorias Sancti Ioannis hospitalia quoque nũcupari.*

39 *Fratribus Sancti Ioannis statuta non prodesse, vbi staret statutum, quòd clericis statuta non prosint.*

40 *Fratrum Hierosolymitanorum Conuentum superiorem Magistro esse.*

41 *Fratrum Melitensium Religionem ingressurum debere veram nobilitatis probationem facere.*

42 *Fratrum S. Ioannis Religionem merum & mixtũ imperium plenariamque cognitionem in ciuilibus criminalib. & mixtis causis habere. Fratres que ipsos debere remitti excepto assassinij crimine; Presbyterosque S. Ioannis aliosque seruientes à iurisdictione Archiepiscopi Neapolitani pariter exemptos esse.*

43 *Militum Sanctorum Mauritij & Lazari Religionem à Basilij Magni tempore antiquitatem deducere, & antiquissimam esse.*

44 *Religionem Sanctorum Mauritij, & Lazari sub Ioannotto Castelioneo Magno Magistro priuilegijs decoratam fuisse, tuncque verè nobiles in ea receptos fuisse.*

45 *Virtutem nihil imperfecti tolerare.*

46 *Ducem Subaudiæ superiorem non recognoscere.*

47 *Philibertorum Familiam ex trium Imperatorum Othonum prosapia originem trahere deque Emanuele Duce Caroli Genitore permulta.*

48 *Milites Sanctorum Mauritij, & Lazari Religionem ingressuros veræ nobilitatis probationi astringi; Et antiquitus sub Diui Augustini regula militasse, nũc autem Cisterciensium ordinem assumpsisse.*

Milites

Digitized by Google

49 *Milites Sanctorum Mauritij, & Lazari, ac Milites Sancti Stephani factionem teſtamenti actiuam, & paſſiuam habere, & ſubſtitutum excludere.*

50 *Milites Religionum Sanctorum Mauritij, & Lazari, necnon Sancti Stephani priuilegijs antiquorum militum potiri.*

51 *Religionem S. Stephani à Sereniſſimo Coſmo Medicæo Magno Hetruriæ Duce erectam fuiſſe, à Sereniſſimo Franciſco Medicæo eius ſucceſſore ampliatã, & à Sereniſſimo* FERDINANDO *Coſmi filio, & Franciſci fratre fauoribus, ac priuilegijs adauctam.*

52 *Religionem Sancti Stephani ſub regula S. Benedicti ſubque dedicatione Sancti Stephani Papæ ad Maris Mediterranei tuitionem, & infidelium hoſtium expulſionem, atque euerſionem ad inſtar Militiarum Hiſpaniæ inſtitutam fuiſſe.*

53 *Religionem Sancti Stephani in vetuſtiſſima Piſarum Ciuitate Conuentum habere, ibique milites reſidere.*

54 *Religionem Sancti Stephani Equites milites ingreſſuros, veram nobilitatem formiter probare teneri.*

55 *Militum Sancti Stephani præſtantiam, & fortitudinem explicari.*

56 MEDICEORVM HEROVM *Serenitatem efferri.*

57 *Petri Caballi Iuriſconſulti Pontremulenſis encomium.*

58 *Religionem Sancti Stephani à Pio* IV. *Summo Pontifice approbatam fuiſſe.*

59 *Milites Sancti Stephani vere, ac proprie religioſos eſſe.*

60 *Milites S. Iacobi, Calatraua, & Alcanthara ſubſtitutum excludere.*

61 *Milites Sancti Iacobi Calatraua, & Alcanthare in Maioratibus ſuccedere, Primogenium ex bonis patrimonialibus poſſe inſtituere, & in vita, ac morte de ipſorum bonis diſponere.*

62 *Militum S. Iacobi Calatraua, & Alcanthare reditus ex commẽdis, tanquam ex beneficijs eccleſiaſticis obuenire dicendum eſſe, de ijſque Milites nõ diſponere, niſi in pios vſus, vt de bonis clericorum ſtatuitur.*

63 *Milites S. Iacobi de Spata ſub regula S. Auguſtini inſtitutos fuiſſe, initumque ſub Alexandro* IIII. *& Alfonſo* IX. *Rege Caſtellæ cæpiſſe, ipſorumque primum Magnum Magiſtrum Petrum Fernandum fuiſſe, pluresque inſignes viros protectores habuiſſe.*

64 *Milites Sancti Iacobi de Spata Religionem ingreſſuri qua nobilitate fulgere debeant oſtendi.*

65 *Militum S. Iacobi auctoritatem circa teſtamenti factionem ſignificari.*

66 *Religiones, atque Ordinis S. Iacobi Calatraua, & Alcanthara in maximo nobilitatis gradu apud omnes gentes exiſtimari, cum à Regali culmine* INVICTISSIMI REGIS HISPANIARVM DON PHILIPPI III. AVSTRIACI *pendeant.*

67 REGIS CATHOLICI, GLORIOSISSIMIQVE HISPANIARVM DON PHILIPPI III. AVSTRIACI EIVSQVE ANTECESSORVM *felicißimam gloriam, & eminentiam memorari.*

68 *Militum Calatrauenſium originem, atque præſtantiam indicari. Nigrumque habitum cum rubra Cruce lilia habente deferre.*

69 *Militum Alcanthare celebritatem aſſerri, ipſoſque viridi Cruce pariter cum lilijs inſignitos eſſe.*

70 *Milites Sancti Iacobi de Spata, Calatraua, & Alcanthara Eccleſiaſticas eſſe perſonas, &* num. 72.

71 *Habitum deferentem aliqua ex parte religioſum, & alicui Eccleſiæ perpetuo deputatum, priuilegio Eccleſiaſtico Canonis, & fori gaudere, licet tria ſubſtantialia vota non emiſerit.*

73 *Milites Ieſu Chriſti* CATHOLICO REGI HISPANIARVM *ſubeſſe, Crucem rubram auro ornatam nigro pallio affigere, & de hoc ordine plura proferri.*

74 *Milites S. Mariæ de Redemptione, atque alios milites Monteſiæ in Hiſpania adeſſe, à Iacobo Rege Aragoniæ inſtitutos, deque iſtis ordinibus nonnulla tractari.*

75 *Militum Ordinem Aurei Velleris à Philippo Duce Burgundiæ cæpiſſe, ipſumque proprium* AVGVSTISSIMORVM REGVM HISPANIAE *eſſe.*

76 *Milites Aurei Velleris Torquatos à Gulielmo Budæo nuncupari, in hunc que Ordinem Proceres illuſtriſſimo ſanguine progenitos, & eminentis dignitatis radijs enitentes tantum recipi.*

77 *Reges Angliæ Procerum ſodalium cohortem Periſcelide donare.*

78 *Gulielmi Budæi virtutes admiratione, & veneratione dignas eſſe.*

CAP. V.

AD FRATRES S. IOANNIS HIEROSOLYMITANI protrahimur, qui RHODII, ſeu RHODIENSES milites dicebantur, nunc MELITENSES, Horum Ordo cę-
1 pit † Anno ab Incarnatione MCXX. referente Vincentio, lib. 27. cap. 27. ſub regula degunt Sancti Auguſtini, nigrum habitum modo laicali, ſed cum Cruce alba in pectore deferentes, ad dimicandum corporaliter contra infideles deputati: Magno Magiſtro Melitenſi ſubſunt, quod nomen inditum ei exiſtimant, ad illius inſtar qui regimen adminiſtrationemque plurimorum militum retinet, de quo eſt rubr. C. de offic. magiſtr. milit. addito Magnus, ad maioritatem

Digitized by Google

tatem,ſuperioritatemque indicandam,vltra illam quam militum magiſter retinet, qui illu-
2 ſtris dicitur,† vt d.tit.l.fin.iunct. rubr. Imperator Iuſtinianus Zitę viro illuſtri magiſtro militum,vt ſcribit Bartholomęus Caſſan. in Catha log.glor.mundi, 9. part. in 4.conſider. Milites iſtos immediate Summo Pontifici ſubiectos eſſe, teſtatur Angel. Aretin.in §.idem iuris, nu. 44.Inſtit.de except.in quęſtione illa, nunquid exemptus priuilegio Papę,vel Imperatoris poſſit ſuo priuilegio fori renũciare,cõcludens ibi,
3 hoſce milites Melitenſes illi renunciare † non poſſe,cum exemptionis priuilegium ordini cõceſſum appareat, per textum cum gloſſ. in l.ne quis,C.de aduoc.diuerſ.iudic. ſecus ſi alicui in particulari priuilegium concederetur, poſſet enim, tunc eius priuilegio renunciare, l. ſi quis in conſcribendo, ibi, Propter cingulum militię ſuę, C.de pact. iunct.l.magiſteriç, C. de iuriſd. omn.iudic.Et hoc caſu concludendum eſt,equites Hieroſolymitanos Sancti Ioannis Baptiſtę
4 ſubſtitutum †excludere, ſuccedereque,vt poſt ipſorum mortem Religioni acquirant, hoſpitale,nanque liberorum loco habetur, ipſique paſſiuam non actiuam teſtamenti factionem retinent,cum voueant caſtitatem,obedientiam, ac ſine proprio viuere,vt dicit Franc. Sanſouinus libro ſecundo de orig.Equit. titu.de equitibus Hieroſolymit. ſeu Rhodijs, fol. 33. vnde cum quicquam proprij non habeant,non teſtantur, nõ relinquunt,nec aliquẽ hęredem inſtituunt, vt in ſtatutis Fratrum Hieroſolymit. tit. 18. de prohibit.& pęnis, c.primo, incip. Requirit votũ paupertatis, ſub Fratre Vgone Rauellio Magno Magiſtro,fol.354.religioni tamen (vt dicebam) acquirunt, quemadmodũ in ſtatutis prędictis,tit. 16.de contractibus,& alienationibus cap.decimo, incip. Quicquid acquirit per Fratrem Odonem de Pinis pariter Magnum Magiſtrum.

5 Adeo quòd infirmi Fratres † teneãtur alios duos Fratres conuocare, loci inquam propinquioris ad locum vbi infirmi reperiuntur, hocque virtute ſanctę obedientię, quorum vnus ſit Capellanus ſi reperiri poterit,alter vero vir bonus,quibus omnia ſuppellectilia, pecunias, & reliqua reuelare, ac pandere teneantur, factaque omnium annotatione à Fratre infirmo ſigillo munita,alijs pręſentibus, debet ei qui ęrario pręeſt conſignari, nec licet fratribus ad id cõuocatis, ac pręſentibus bona deſcripta alicui propalare ſub pęna inobedientię priuationisque per decennium adminiſtrationis commendarum. Nec pręterierim, inter alias laudabiles horum militum conſtitutiones,reperiri, tit.14. de Commendis,& adminiſtrationibus, cap.6. incip.Fuit determinatum, fol.296. quod Fra-
6 ter qui ante religionis ingreſſum † matrimonio copulatus extitit filiosque ſuſcepit, qui vitalẽ auram carpant,facta patris militis profeſſione, Prioratuum, aut Caſtellaniæ impoſitæ, Baliatuum, aut aliquarum commendarum adminiſtrationem nequeant obtinere.

De origine horum militum ſic Polydorus Virgilius de inuentoribus rerum,lib.7.capit.5.
7 meminit, Hieroſolyma † antequam à noſtris poſtremo circiter annum ſalutis 1199. recepta fuiſſet, à Saracenis obtinebatur, Chriſtiani Latini nominis, qui inibi degebant ab illis impetrarunt, vt ſibi liceret iuxta SALVATORIS Sepulchrum habitare, vbi cœnobium DIVAE GENITRICI conſtruxere, quod Latinorum appellabatur,cui Abbas præerat, huius erat in primis officium hoſpites excipiendi Latinos: eodem exemplo breui poſt tempore, alterum Virginum cœnobium Diuæ Magdalenæ iuxta dedicarunt, quod fœminas exciperet: confluentem poſtmodum peregrinorum cateruam cum locorum non caperet anguſtia, hoſpitalem domum prope etiam conſtruxerunt, quam DIVO IOANNI BAPTISTAE dedicarunt,admoniti Zachariæ patris memoria, qui eo loci ad meditandum ſæpè conuenerat.Sunt tamen qui ſcribũt, Ioanni Eleemoſynario hoſpitale illud dicatum fuiſſe,qui Phoca imperante Patriarcha erat Alexandrinus, ita cognominatus ob frequentes quas pauperib. eleemoſynas largiebatur:Huic etiam domui vnus præerat, quare procedente tempore, quidam loco Præpoſitus nomine Ge-
8 rardus † cum ſocijs crucem nigro pallio albam affixit, & eum quem nunc degunt aſſumpſit ritum; pari exemplo Agnes quæ virginum cœnobio præerat profeſſa eſt: res poſtea per Pontifices Romanos, & Patriarchas probata, adeo breui coaluit, vt opes deinde maximas Principum liberalitate ſint aſſecuti. RAMVNDVS autẽ
9 primus † creatus fuit MAGISTER huius militię, qui in vniuerſum orbem obtineret in ea imperium: cenſentur Diui Auguſtini ordinis,Dominicam orationem certo numero repetitam pro Canonicis recitant horis: Hi cum militiam DEO OPT. MAX. & Ioanni Baptiſtæ ſacram in
10 ſigniter exercerent, demum Rhodum † inſulã (vt teſtatur Platina)à Turcarum imperio armis vindicarunt, quam Clemens V. illis attribuit, qui fuit Annus milleſimus humanæ ſalutis tricenteſimus octauus: ſunt qui tradunt eam inſulam à Gottifredo Rege vrbis Hieroſolymæ primo conceſſam, plures tamen cum Platina ſentiunt: Rhodos hæc inſula Aſteria prius dicta eſt, quæ Ithacam, Samumque interiacet, circa eam deliteſcentes proci occaſionem fraudis expectant,Homerus ipſe ait, ἀσὴς ὑπολυγαι, & Plinius, Nam Aſteria, & ea creditur, quę mox Rhodos appellata eſt, & quę Delo Cicladum media, & clariſſima: Verumtamen, & hęc ipſa

quoque

quoque eſt Aſteria, quam Homerus Aſteridē nominat, vt Strabo aſſerit. Pro Canonicis (vt
11 dicebam) horis † centum quinquaginta vicib. dictim Dominicam orationem repetunt, tredecim pro matutinis diurnis tredecim pro matutinis horarum Domini, & pro prima hora alias tredecim, pro tertia quattuordecim, pro meridie quattuordecim, pro nona quattuordecim, pro veſperis decem & octo, pro completorio quattuordecim, pro quindecim pſalmis matutinis quindecim, pro vigilijs defunctorū quattuordecim, pro veſperis mortuorum octo, vt in conſtit. Hieroſolymit. titu. 3. de Eccleſia, cap. 2. incip. Si qui noſtram religionem, fol. 50 Quibus vero diebus in habitu incedant, habetur in d. tit. de Eccleſia, cap. 27. incip. Sequuntur, fol. 64. cumque vt eſt dictum tria illa vota ſubſtantialia in manibus ſuperioris emittant, quod vere, & proprie regulares ſint, inquit Nauarr. conſ. 21. An milites Sancti Ioannis, verſic. Tertiò quod negari non poteſt, tit. de regulari, lib. 3. fol. 626.

12 Tenent nunc Melitam † inſulam ab Inuictiſſimo, ac Glorioſiſſimo CAROLO V. Romanorū Imperatore poſt Rhodum inſulam deperditā, & à Turcis captam Anno Domini 1522. ipſis
13 donatam, diſtat hæc inſula à Sicilia † ſpacio miliariorum ſexaginta, ab Africa centum nonaginta, & illi Carthaginenſes (vt ſcribunt) imperarunt, hiſceque etiam temporibus Melitenſis lingua à Carthaginenſi parum differre videtur: fuit ſub Romano Imperio poſt occupatam Siciliam, ciuitatem habet inſulæ nomine Melitā, ab origine habuit Battū Regem, in inſulæ promontorio antiquiſſimum conſpicitur templum Iunoni dicatum, atque erectum, aliud Herculi, templum Iunonis teſte Ptolomæo, in parte inſulæ verſus orientem, Herculis vero verſus Auſtrum exſtructum extitit, ipſorum amplitudinem rudera indicant: tempore Innocentij 1.
14 Pontificis ferunt † in eadem inſula Concilium fuiſſe celebratum concurrētibus accerſitisque ducentis, ac quattuordecim Epiſcopis aduerſus Pelagium hæreticum, inter quos Siluanus Melitenſis Epiſcopus, Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis, Sanctusque Auguſtinus memorantur: circulari ambitu ſexaginta milliariorum concluditur, latitudine duodecim, longitudine autem viginti; octo Parochias extra ciuitatem retinet, villas quadraginta duas, plures habet portus, ſalubritate aeris, fontium, hortorumque numero, & amœnitate præclara, fertilitate etiam in vniuerſum inſignis, hinc Ouid. libro Faſtorum 3.

Fertilis eſt Melite, Herili vicina Coſyræ
Inſula, quam Libyci verberat vnda freti.

15 Incolæ religioni ſunt addicti, eſt inſula † dicata & conſecrata DIVO PAVLO, arx eſt Chriſtiano rum tuta, Turcis notiſſima, & noxia: Et licet in dubium reuocari ſoleat, an milites noſtri tēporis veri milites ſint, antiquorumque militū priuilegio gaudeant, iuxta tradita per Cyn. in l. 1. in 6. quæſt. C. de iur. & fact. ignor. vbi Ant. Padill. num. 12. verſic. Sed an in militibus, qui alios recenſet negociumque reſoluit, Fratres tamen Melitenſes qui pro Chriſtiana Republi
16 ca acriter, ſtrenueque militant, veri † milites ſunt, omniaque militaria priuilegia merentur, multoque maiora, ac digniora, vt dixere Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de pecul. cleric. in fine, Lancell. Polit. in tract. ſubſtit. tit. de cō pend. colum. 3. verſ. Sed tamen, fol. 41. Scipio Trigona in tract. militiæ ſtemmatum, cap. decimo, fol. 28. & Sforcia Odd. in tract. compendiole ſubſtit. partic. 5. concl. 4. in ſecunda inſpect.
17 princ. dicens iſtos Equites in † Templariorum locum ſucceſſiſſe, ſecundum Archiepiſcopum Florentinum, Sabellic. Naucl. & Ioannem Magunt. in ſuis Hiſtorijs, ac per Petrum Meſſ. in Silua variarum lect. 2. part. cap. 4. iſti nanque milites examinantur, iurant, accinguntur, ſcribuntur in matricula, & quamuis ſtigmate in brachijs non ſignentur, ſigno tamen, ac ſtigmate CRVCIS quod admirabile quod nobiliſſimū eſt inter omnia ſtigmata, argum. l. primę, C. vt memini lic. ſign. ſalu. ſignantur, & exornantur. Cumque milites pro Eccleſiæ Romanæ incolu
18 mitate militantes poſſint de ſe inuicem † inſtituendo paciſci Angel. in l. ille autem, in fine, ff. de hæredibus inſtit. Martin. Laudenſ. in tract. de milit. q. 47. niſi Hieroſolymitanæ Conſtitutiones toties approbatæ repugnarent, præ cæteris militibus de ſe inuicem inſtituendo iure paciſcerentur, ratione publicæ defenſionis Chriſtianæ fidei, ob paupertatem autem quam profitentur, quæ paciſcendi priuilegium interrumpit, ab huiuſmodi pactis merito retrahuntur. Vnde quamuis Politus, & Oddus aſſeruerint, ijſdem militibus priuilegia antiquorum militū circa teſtamenti factionem competere, freti autoritate Ioan. Andreæ, ac etiam Bartoli in l. ſecunda in fin. lib. verb. C. de his qui non impl. ſtipen. lib. decimo, cum quibus pertranſire viſus eſt Franc. Mantic. in tract. de conject. vltim. volun. lib. 6. tit. 1. num. 33. verſic. Ex hoc deducitur,
19 tamen iſtud fortaſſe tutum † omnino nō eſt, propter dictas Conſtitutiones, quibus quidem circumſcriptis, priuilegium clarum eſſet, Politi opinio procederet, cum Fratres iſti, in vera militia ſe exerceant, ſique recte aduertatur Ioan. And. de militibus Rhodijs non loquitur, in d. addit. verſic. Quid de equitibus Cruce ſignatis, qui ſunt extra mare, intelligendusque eſt terminis habilibus præſuppoſitis, Bartolus etiam in d. l. ſecunda, verſic. Et hæc lex, de militibus Templarijs verba facit, & licet milites

Rho-

Rhodienſes ſucceſſerint in commendis ipſorũ, diuerſæ tamen ſunt militiæ diuerſas Conſtitutiones habentes. Poſſent vtique Melitenſes mi
20 lites † de licentia Papæ teſtari. Anton. Rub. Alexandrin. conſil. 61. Tota difficultas, colum. 1. Simon de Pretis in tract. de interpret. vltim. voluntat. lib. ſecundo, interpr. prima, dubit. prima, ſolut. quarta, num. 37. Nam Papa poteſt licentiam teſtandi profeſſis in quacunque religione
21 concedere, † vt late diſputando reſoluit Marian. Socin. ſen. conſil. 13. Præſens conſultatio, per totum, inter cõſil. Bartholomæi, libro primo, conſentitque Hieronym. Cardinal. Alban. conſil. 24. Dubium excitatur, nũm. primo, vbi de Prædicatoribus loquitur, dicens hanc poteſtatem Papæ licentias concedendi religionem profeſſis vetuſtiſſimo vſu etiam receptam corroboratamque eſſe, etiam ſi hæredi per additionem ius fuiſſet quæſitum, vt num. 3. verſic. Ad quartum fundamentum. An autem licentia de teſtando de vno tantum teſtamento intelligatur, quo condito expiret licentia, & propterea ſecundum non teneat, ſed primum, Dec. conſ. 512. Cum Reuerendiſſimus Cardinalis, per totum, & Socin. iun. conſil. 89. Magna profectò, colum. ſecunda, & infr. libro primo, videntur tenere, quòd expiret in vna vice, idemque ſcribit Didac. Couar. in cap. cum in officijs, num. 8. verſic. Erit tamen, ext. de teſtam.

22 Sed contrarium † verius eſt, ex ijs quæ accuratè tradit Tob. Nonius conſil. 18. In propoſita ſpecie, colum. 3. num. ſeptimo, & octauo, vbi dicit, præcitatos Doctores loqui in diſpenſatio
23 ne odioſa teſtandi † de reditibus Eccleſiæ, & reſpondet ad l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verborum ſignif. vt per eum, in diſpenſatione eandem opinionem tenere aliquos Modernos refert Franc. Burſat. conſil. 30. Omiſſis his, nu. 56. libro primo, & cum Tobia Nonio Iuriſconſulto clariſſimo pertranſeunt, Simon de Pretis d. lib. ſecundo, num. 42. verſ. Verum principalẽ dubitationem, & Hieronym. Gabriel. conſi. 83. Reſpondi, num. 27. verſic. Quoniam cum teſtamentum, lib. primo, in fortioribus etiam terminis contra Decium, & Socinum iuniorem, ſubditque Gabrielius ſe pluries id reſpondiſſe, ſemperque iudicaturum fore. Cæterum an hæc li-
24 centia de teſtando extendatur † quoque ad codicillandum, Dec. d. conſil. 512. colum. prima, verſi. Et propter hoc dicit Marianus, licentiam ſiue aſſenſum non extendi ad codicillandum concludit, ex ijs quæ adnotarunt Angel. & Io. de Imol. in l. ſeruus communis Mœuij, ff. de ſtipul. ſeru. Sed in hoc dubio diſtinguendum eſt, quod aut codicilli ſtant, vt pars teſtamenti, vt not. in l. conficiuntur, ff. de iur. codicill. & hoc caſu aſſenſus præſtitus teſtamento, comprehendat codicillos, quia aſſenſus ſuper toto extendi tur ad partem, porrigiturque ad annexa, Andde Iſern. in cap. primo, qui ſucceſſ. ten. ante numerum 6. Aut ſtant tanquam ſeparati à teſtamento, vt in l. ab inteſtato, d. tit. de iur. codicill. & tunc aſſenſus præſtitus ad teſtandum non extenditur ad codicillandum, quia alia res eſt, l. non codicillum, ff. de teſtam. omnia ſiquidem quæ in l. ſecunda, ff. de legat. primo, tradita ſũt, vt qui poteſt teſtari, poſſit etiam codicillari, intelliguntur, quando poterat de iure communi vtrunque facere, non autem ſi ex gratia ex his vnum facere poteſt, ſecundum Angel. & Imol. in loco deſuper citato, & tradit Dec. d. conſilio 512. colum. prima, ante numerum 3. ita diſtinguit, Bartholomæus Camerarius Beneuentanus in repet. cap. Imperialem, fol. 62. colum. 3. verſic. Tu autem, littera N. de prohib. feund. alien. Ad militesque prædictos redeundo, Ber-
25 nardus in ſuis ſermonibus † ipſorum religionẽ commendans, quales mores habere, & à quib. debeant abſtinere his verbis oſtendit. Nouum (inquit) militiæ genus ortum nuper auditur in terris, & inexpertum omnibus ſæculis, quos gemino pariter conflictu, atque infatigabiliter decertatur, tum aduerſus carnem, & ſanguinem, tum contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Quid autem viuens, vel moriens timeat, cui viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum? gaude fortis athleta ſi viuis, & vincis in Domino, ſed magis exulta, & gloriare ſi moreris, & iungeris Domino, ſi beati qui in Domino moriuntur, multo magis, qui pro Domino moriuntur: O vita ſecura vbi pura conſcientia, ò vere ſancta, & tuta militia, atque ab illo duplici periculo prorſus libera, quo id hominum genus ſolet frequẽter in militia ſæculari periclitari, vbi Chriſtus non eſt cauſa militandi: Quoties nanque congrederis qui militas militia ſæculari timendum omnino, ne aut occidas hoſtem quidem in corpore, te autem in anima, aut tu forte occidaris ab illo in corpore ſimul, & anima, ex cordis nanque affectu non belli euentu penſatur, vel periculum, vel victoria Chriſtiani: Viuunt enim hi milites in communi ſub vnius obedientia, abſque vxoribus, & liberis, & abſq. omni proprio. Nullo autem tempore, aut ocioſe ſedent, aut curioſe alicubi vagãtur, ſed ſemper dum non procedunt, ne gratis panem comedant, armorum, ſeu veſtimentorum, vel ſciſſa reſarciunt, vel vetuſta reficiunt, vel inordinata componunt, & quæcunque poſtremo faciẽda, Magiſtri eorum voluntas, & communis indicit neceſſitas, perſona inter eos minime accipitur, meliori non nobiliori defertur, verbum inſolens, opus inutile, riſus immoderatus, murmur, vel tenue, ſiue ſuſurrus nequaquam deprehenditur, incmendatus relinquitur: ſcacos, & aleas deteſtantur, abhorrent venatione, nec ludicra illa auium ra

pina

pina (vt aſſolet) delectantur: mimos,& magos, & fabricatores, ſcurrilesque cantilenas, atque ludorum ſpectacula tanquam vanitates, & inſanias falſas reſpuunt, & abominantur, capillos tondunt, ſcientes iuxta Apoſtolum, ignominiam eſſe viro ſi comam nutriat: nunquam cõpti, raro loti, magis autem neglecto crine hiſpidi, puluere fœdi, lorica,& cacumine fuſci. Porro imminente bello intus fide, foris ferro, non auro ſe muniunt, quatenus armati, & non ornati hoſtibus metum incutiant, non auaritiam prouocent: equos habere cupiunt fortes, & veloces, non tamen coloratos, & phaleratos, pugnam quippe non pompam, victoriam, ſed non vanam gloriam cogitantes, & ſtudentes magis eſſe formidini, quam admirationi: At vbi ventum fuerit ad certamen priſtina leuitate depoſita, tanquam ſibi dicerent. Non ne qui oderant te Domine oderam, in aduerſarios irruunt, velut oues eorum reputantes, quia non de ſuis viribus præſumere nouerunt, ſed de virtute Dei Sabaoth victoriam ſperare, cui facile eſſe confidunt iuxta Machabęi ſententiam. Concludere multos in manus paucorum, quia nõ in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cælo fiducia eſt. Ita miro, & ſingulari quodam modo cernuntur, & agnis mitiores, & leonibus ferociores, quibus nõ deeſt Monachi manſuetudo, nec militis fortitudo, de qua re quid dicendum eſt, niſi quia à Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Tales enim elegit ſibi Deus, & collegit à finibus terræ miniſtros, ex fortiſſimis Iſrael, qui viri lectulum Salamonis, id eſt ſepulchrum vigilanter, fideliterque cuſtodiant, omnes tenentes gladios in manib. & ad bella doctiſſimi. Hæc Bernardus relatus per Anton. Florent. in ſecunda parte Hiſtoriar. tit. 15. cap. 20. & Caſſan. in d. quarta conſider. in 9. parte, fol. 173. & vltra Bernardum, quibus debeant incumbere, tradit Pariſ. conſil. 44. Pro Domino Hieronymo, num. 20. lib. quarto.

26 Hi ergo fratres ſunt immunes, nec † tenentur collectas ſoluere, cum pro Chriſtianæ fidei defenſione effectualiter, ac paſſim eos videamus militantes, ſintque de ordine clericali, & ſeparati à lege matrimonij, aſtrictique ad horas dicendas, certum etiam limitatumque viuendi ordinem à Pontificibus inſtitutum retineant, vt in Clem. prima, de relig. domib. computantur enim inter perſonas eccleſiaſticas, cap. duo ſunt genera, & ibi gloſſ. prima, 12. quæſt. prima, Bart. in l. ſemper, §. quibuſdam, num. primo, ff. de iur. immunit. Ioan. Maurit. in rep. l. vnicæ, fol. 96. in fi. C. quo loc. mulier. mun. ſubire deb. lib. decimo, Pet. Duen. in reg. 100. Clerici, in 5. ampl. num. 4. fol. 54. Bartholom. Caſſan. in d. 9. parte, quarta conſider. verſic. Et quoniam, Beatus Ioannes de Capiſtrano in d. Defenſorio, incip: Audiui pluries, in 8. argum. verſic. Quantum ad legem, An autem ijſdem milites Sancti Ioannis Hieroſolymitani in feudo ſuccedant, Baldus conſil. 170. Ad euidentiam præmittendum eſt, quid de rebus, libro ſecundo conſuluit
27 ipſis † non ſuccedere, quem ſequitur Albert. Brun. conſ. 17. incip. Dũ quæritur, & eſt quoddam breuiſſimum reſponſum, eandemque ſententiam confirmare viſus eſt Caſſan. in d. tract. glor. mundi, 9. part. in quarta conſider. in fine, verſic. Aduerte etiam, citans Baldum in præallegato conſilio, Andr. Sicul. in tractat. de præſtan. Cardinal. in prima parte, quæſt. quinta, colum. quarta, Catellian. Cotta in memoral. in verb. Clericus, fol. 18. verſ. Sed quid ſi efficiatur miles Sancti Ioannis Hieroſolymitani, vel Sanctæ Mariæ Theutonicorum Calatrenſium, & ſimilium, in ſecunda parte, Roland. de Vall. conſil. 23. Viſis iuribus, num. 39. verſic. Venio ad ſecundum dubium, libro primo, Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. libro ſecundo, centur. tertia, caſu 231. Conſtitutionibus feudalibus, nu. quinto. fol. 231. verſ. Secundo procedit, & conſil. 54. In controuerſa cauſa, nu. 24. lib. primo, dicens hanc ſentẽtiam vbi ſupra probaſſe, poſt Alciatum, Aymonem Crauettam, & Thomam de Marinis, Ioan. Franc. Purpurat. conſilio 40. Viſa fuit, num. ſecundo, libro primo, Riminal. iun. qui articulum diſputat, conſ. 527. Mortuo Illuſtr. D. Horatio, per totum conſil. vbi num. 54. in fin. dicit hanc partem veriorem, lib. quinto, vbi alios citat, & contra Nattam concludit; Conſtantin. Capriol. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. primo, num. 314. verſ. Amplia tertio, fol. 145. vbi alios afferens communem opinionem eſſe teſtatur.

Contrarium tamen tenuit Iacob. Aluarott. in cap. primo, colum. penult. verſ. Quæro quid ſi vaſallus efficiatur miles, titu. de milit. vaſall. qui arm. bellic. depoſ. vbi dicit, iſtos milites Sãcti Ioannis, vel milites Sanctæ Mariæ Alemannorum, vel ſimilium ordinum, non perdere feudum per ingreſſum talium religionum, quia nõ perdunt ſtatum, vnde poterũt honeſte per ſubſtitutum ſeruire, l. nullius qui nexu, & l. neminẽ C. de Decur. libro decimo, non enim videtur, quòd cauſa iuris ſit mutata, licet honor ſit auctus, l. falſa, §. primo, hoc tit. de condit. & dem. ſecus autem ſi cauſa iuris mutata reperiretur, forte ex conſtitutionibus ipſius ordinis, tunc enim ipſorum mutato ſtatu, perderetur feudũ, argum. l. tutelas, ff. de capit. dimin. idem etiam voluere Præpoſ. Alexand. in d. cap. primo, in fi. ita ex mente Baldi concludentes, ibidemque ſic ſcribit Afflict. colum. fin. verſic. An idem ſit de Fratribus Hieroſolymitanis, poſt Præpoſitum quem citat Iacobin. de S. Georg. in inueſt. feudal. verſ. Dictique vaſalli promiſerunt non commit-

committere feloniam, columna prima, verſic. Quarta cauſa, Curt. iun. in ſuo ad feuda tract. quæſt.decima,in tertia parte princip. memb.2. Natta conſil. 507. Viſo themate anteſcripto, num.9.lib.3.& conſil.508.Superioribus annis in princ.& num.vigeſimo,eodem volum. Petr. Caleſatus in tract.de Equeſtri dignit.num.33. verſ.Ibidemque ſequitur,fol.22.

Sed in hac re Ioan.Anton.Rub. conſilio 80. Circa dubium,per totum, diſtinctione duplici vtitur, poſterior autẽ tutior videtur, quòd aut
28 ſumus † in vero feudo in quo inhabiles nõ admittuntur, ita vt in eo perſonæ vaſalli induſtria electa cenſeatur, oporteatque domino per ſe, non per ſubſtitutum inſeruire, & vera ſit Baldi atque Alberti Bruni opinio, aut in feudo verſamur in quo vaſallus poſſet domino per ſubſtitutum ſeruire,vel tale eſſet ſeruitium quod honeſte ab eccleſia præſtari poſſet, puta in pecunia,vel in alia re,& vera ſit Aluarotti,Præpoſiti,& aliorum ſententia,quæ quidem diſtinctio, aliquando etiam Aymoni Crauettæ alibi arriſit.

Commendæ Hieroſolymitanæ per Magnũ
29 Magiſtrum † conferuntur,nec aliquis poteſt ſe in ipſarum collatione intromittere, vt in Conſtitutionibus prædictis, traditque Ioan. Ceph. conſil.97.Commenda,ſeu præceptoria,numedecimo,libro primo,& num.18.verſic. Et cum omnes, quæ ad nutum eiuſdem Magni Magiſtri reuocabiles ſunt, imo conceſſæ ſecundum ipſarum reuocabilem naturam cenſentur,idem Cephal.in præcitato conſil.97.colum.fin. in fi. num.39. & 40. Commendæque, & præcepto-
30 riæ iſtæ Eccleſiaſtica beneficia † non dicuntur, ſed ſimplices adminiſtrationes, quemadmodum ex procemio Bullæ Pij Pontificis, & ex aliis nonnullis colligitur, ſcripſitque Franciſc. Martius, quæſt.1240. ita vt commenda appellatione beneficij non includatur, vt per eum, quæſt.1109.vbi multa citat, & bene facit gloſſ. not.in cap.qui plures,21.quæſt.prima, vbi habens commendam,prelatus non dicitur,ſed potius procurator,gloſſ.in cap. nemo,in verb.Cõmendare,de elect.in 6.Anton.Capic. deciſ.tertia,In cauſa Lelij Caraccioli,num.quinto,verſ. Item quia, & vltra ipſum, Cardinal. in Clem. fin.colum.penult.quæſt.duodecima,de procurat. qui quidem commendatarius adminiſtrationem habere dicitur,Ioan.Cephal.d.conſilio 97.num.16. congruit Clem. quia contingit, §. vt autem præmiſſa, de relig.domib.vbi hoſpita
31 lia † non dicuntur beneficia Eccleſiaſtica, Zabarel.conſil.117.Agitatus eſt proceſſus, num. primo,quod ità accipiendum eſt, nam aut Hoſpitalia dantur in titulum beneficij, & appellatione beneficij comprehenduntur, Federic. in tract.de permut.quæſt. 14. Dec. in rubr. de rescript.colum.fin.aut non dantur in titulum,ſed ad hoc vt eius reditus diſtribuantur in vſus pauperum,de quibus rector tenetur rationem reddere,& non veniunt,vt per Gomeſ.in regul.de trienn.poſſ.quæſt.ſeptima, verſic. Quid dicendum, & ſecundum hanc diſtinctionem intelligendus eſt Pariſ.d.conſil.44.Pro D.Hieronymo,num.quinto,& infra,lib.4.

32 Quòd autem hoſpitale non dicatur res † eccleſiaſtica, niſi ſit Epiſcopi autoritate, vel alterius ad hoc poteſtatem habentis erectum, tradunt Zabarel.conſil.13.An hęc domus,ante numerum quartum,& Capr.conſil.97. Etſi viſo, num. quarto. Vnde dum volunt hoſpitale omnia priuilegia Eccleſiarum habere,l.omnia priuilegia,vbi Bart.not. C.de Epiſc.& cler.Corn. conſil.206.Licet,num.primo,libro primo,conſilio 13. In præſenti conſultatione,num.3.lib. 3.Dec.conſil.504.In caſu occurrenti,in princ. Didac.Couar.in conſtit.Bonifac.Vltim.de ſent.excommun.parte ſecunda,§.quarto,num. ſecundo.intelligendum eſt,ſi autoritate Epiſcopi erecta fuerint,Corn.conſil.57.In cauſa, nu. octauo,lib.3.& d.conſil.206.num.ſecundo, libro primo,Proſper Farinacius, de carcerib. & carceratis,quæſt.28.in 13.ampl.num.36. Hieronym.Grat.conſ.142.Decreueram,num.duodecimo, libro ſecundo, tuncque hoſpitalibus
33 in integrum reſtitutionem competere † ſicut Eccleſiæ, ac minori non eſt ambigendum,Bal. in l.orphanotrophos,de Epiſc.& cleri.in 1.not. Corn.d.conſil.206.Licet,num.primo,lib.1.ipſisque inſtitutis, locum ſibi vendicare diſpoſitionem,cap.cum eſſes,de teſtam. Andr. Alciat. conſil.192.Cum teſtamentum,num.ſecundo, tom.3.lib.9.Dumque etiam aſſerunt hoſpitale
34 pium † locum eſſe,d.Clem.quia contingit,Cardinal.Zabarel.conſil.121.B.Laicus, in princip. d.conſil.13.An hæc domus,nu.ſecundo,Corn. conſil.57.In cauſa,nu.quarto,lib.tertio,Capr. conſil.18.Cum viſo,num.21.Carol.Ruin.conſ. 3.De pluribus quæritur,num.ſeptimo,libro 2. Iac.Menoch. in tract. de præſum.2.part.præſ. 115.lib.quarto,num.quarto, accipiendum eſt, ſi ſit approbatum, vel factum ſuperioris autoritate,tunc enim priuilegijs piæ cauſæ gaudebit, ſecus aliter, Alexand.conſil.120.Super eo, nu. 3.lib.primo,Capr.conſil.97. Etſi viſo, num.4. Curt.iun.conſil.20.Videtur prima facie dicendum,num.3.conſil.120. Omiſſa argumentatione ad partes,ſub num.14.Hieronym. Gabriel. conſil.162.Priuilegium,num. 6.lib. primo, vbi num.ſeptimo,inquit,quod vt pius locus priuilegijs gaudeat,tria requiruntur, primo vt ſit locus cui perſonæ ita inſertæ ſint, vt conſiderari ſeparatim nequeant, ſecundo, vt ſit ordinatus ad pia loca,& opera, & huiuſmodi opera in eo exerceantur,tertio,vt ſit ædificatus, vel approbatus

batus Summi Pontificis, vel ordinarij autorita te, vt per eum: In dubio autem nũquid Epiſco-
35 pi autoritate hoſpitale erectum † intelligatur, videtur quòd non, ſecundum Ludoui. Roman. conſ. 477. In caſu propoſitę conſultationis, col. 2. ſed eo ipſo, quòd in eo miſſa celebratur præſumitur, quòd ſic, c. nemo, 1. de conſecr. diſtin. 1. idem Roman. ſing. 325. Tu Senenſis, num. 2. & quomodo hoc probetur, ac quando præſumatur, Curt. iun. conſ. 20. Videtur prima facie dicendum, num. 4. Benintend. in deciſ. Bononiẽſ. 13. numero quarto. Vlterius quòd hoſpitale in
36 † materia odioſa eccleſiarum appellatione non veniat, tradit Afflict. in c. 1. §. clericus, num. 23. verſ. Vbi appellatione, ſi de feud. fuer. controuerſ. inter domin. & agnat. Hoſpitale etiam ſub
37 quacunque expreſſione in reſcripto facta † non comprehendi, niſi expreſſe caueatur, ſcribit Zabarell. conſ. 117. Agitatus eſt proceſſus, num. 1. Clem. per litteras, de præben. Cæterum quòd perceptoriæ S. Ioannis Hieroſolymitani, hoſpi
38 talia † quoque nuncupentur, dicit Pariſ. conſ. 36. Quòd preſens vnio, num. 17. lib. 4. Fratresq. iſtos beneficio ſtatutorũ non gaudere, vbi ſta-
39 tutũ viget, q clericis † ſtatuta non profint, iuxt. not. per Bald. in l. ſi quis curialis, C. de epiſc. & cleric. in fin. num. 2. verſ. Deinde not. & Franc. Rip. reſponſ. 4. Præſupponitur conſtitutio, nu. 3. verſ. Primo quia, tit. de legib. voluit Ioan. Cephal. conſ. 9. Bona præpoſituræ, nu. 1. lib. 1. And. Alciat. conſ. 27. Placet mihi, nu. 6. verſ. Quia reſpondeo, lib. 1. Aduertendumq. exiſtimo, q licet Magni Magiſtri (vt dicebam) autoritas grauis ſit & inſignis, quæ potiſſimũ priuilegijs Pauli III. Pont. Max. dictæ religioni quarto nonas Iunij 1539. conceſſis fulcitur, accedẽte aſſenſu AVGVSTISSIMI ET INVICTISSIMI DON PHILIPPI III. AVSTRIACI REGIS HISPANIARVM, die 26. etiam Iunij 1555. ac ex Conſtitutionib. & conſuetudinibus eiuſdem Hieroſolymitanæ Religionis toties confirmatis, magis, ac magis
40 clareſcit. Conuentus tamen † prædictorum militum, ſuperior eſt Magiſtro, maioremque obtinet poteſtatem, vt ex ijſdem Conſtitutionibus regulæ, concludit Oldrad. conſ. 128. Quoniã ad inueſtigationem ſapientiæ, per totum. An autẽ religionem prædictã ingrediens, neceſſario nobilis eſſe debeat, videndus eſt Pariſ. d. conſ. 44. Pro D. Hieron. col. fi. in fin. num. 24. lib. 4. Sed
41 quicquid ipſe ſenſerit, concludendum eſt † nobilitatis veram probationem in admiſſione dictorum Fratrũ de neceſſitate requiri, vt in tit. 2. de admiſſ. Fratrũ, c. 13. fol. 29. Denique q ſacra
42 Hieroſolymit. Religio merũ † habeat ac mixtũ imperium, plenariã omnimodamq. cognitionẽ tam in ciuilib. cauſis, quàm criminalib. & mixtis, & quòd Fratres remittantur, excepto crimine aſſaſſinij, imò Presbyteri S. Ioãnis, & alij ſer uientes ſint exempti à iuriſdictione Archiepiſcopi Neapolitani in omnibus prædictis cauſis, priuilegiorum virtute, tradit Io. Bapt. Palomb. in tract. de regimin. official. regul. 1. nume. 103. cum ſeq.

Inſpiciendum nunc eſt de Militibus Sanctorum Mauritij, & Lazari quorum Religio à tempore etiam Baſilij Magni antiquitatem de-
43 ducit † teſte Gregorio Nazianzeno in eiuſdem Baſilij vita, & vt multi fatẽtur hæc Religio omnes alias militias antiquitate præcellit, quæ & ab ipſo Baſilio, necnon à Damaſo Primo Pontifice Maximo incrementum non leue recepit, ſucceſſiueque ab Honorio Tertio, Alexand. Quarto, Innocentio Quarto, & Gregorio Nono Romanis Pontificibus, & quamuis eadem Religio aliquando labefactata iacuerit, ſemper tamen diuina fauente clemẽtia priſtinam vim, atque robur reaſſumpſit. Vnde tempore Pij Quarti Pontificis Maximi, fauoribus atque pri
44 uilegijs decorata, † & ornata extitit ſub Iannotto Caſtellioneo Mediolanenſi, Magno Magiſtro, qui ſtrictius horum Militum Ordinem reformando, vere tantum nobiles ex paterno, maternoque genere recepit. Quòd ad eius eminentem generoſitatem, animique altitudinem referendum eſt, virtus nanque nil imper-
45 fecti tolerare † audet: dum autem dictus Magiſter eandem Militiam magis, ac magis ornare ampliareque propenſiſſime ſtudebat, mors inuida nobiliſſimum hoc ſtudium, atque propoſitum interrupit. Proindeque anno 1572. Gregorius XIII. Pontifex Maximus, Iannotto Caſtellioneo iam vita functo, Sereniſſimum Emanuelem Philibertum Subaudiæ Ducem, & Pe-
46 demontium Principem, ſuperiorem † non recognocentem, Iaſon. conſil. 227. Pro enucleanda, colum. decima, libro ſecundo, Pariſ. conſil. primo, Viſis facti narratione, nu. 39. verſic. Et ſuaderi poſſunt, libro primo, poſt Socin. ſen. quem refert Iacobin. de S. Georg. in ſua inueſt. feud. in verb. Carolus Dux, verſic. Dubitatur etiam, Roland. de Vall. conſil. 76. Præſuppoſita veritate, nume. 3. libro ſecundo, & Octauian. Oſaſc. deciſ. 155. Cum nauis quædam, ante numerũ
47 ſecundum, atque ex antiquiſſima † excelſaque trium Othonum Imperatorum proſapia Sereniſſimam originem, & Celſitudinem trahẽtem Magnum Magiſtrum huius militiæ, ac Religionis elegit, qui Niciæ militibus conuocatis Anno 1573. Menſe Aprilis plura decreuit Dei cultum, Sacroſanctæ Eccleſiæ defenſionẽ, Religionis optimũ ſtatũ, pauperumq. piam ſubuentionẽ concernentia; Cumq. Emanueli Philiberto Sereniſſimus Carolus Dux, & Princeps Dei gratia in ipſa Religione Magnus Magiſter ſucceſſerit, maxima ingentiaque ab eo ſperantur ob inſitas in tam inclito Duce virtutes, propriã

innatam generoſitatem, & potentiam, imitationem etiam illuſtrium operum, atque factorum quæ de antiquis Philibertis potiſſimumque de eius ſtrenuo Emanuele patre memorantur, Poſſem complura, & quidem præclara de amplitudine, nobilitateque huius Ordinis ſcribere, ſed cum latiſſimè apud Franciſcum Sanſouinum lib. 2. de origine Equitum, fol. 43. tit. de Militibus S. Lazari Hieroſolymitani, ac etiã Paulum Morigiam in tract. de Hiſtor. Religionum, lib. 2. cap. 7. fol. 255. explicentur, ſolum di
48 xerim ingreſſuro † militi probationem primũ incumbere ex legitimo matrimonio ortũ fuiſſe, in eiuſque patria ex patris, ac matris latere, ex cognomine gentilitijs inſignijs, & Magiſtratibus nobilem eſſe, à Chriſtianis originem ducere non autem à Marranis, Turcis, aut alijs infidelibus, nobiliter etiam ſemper vixiſſe, & tã ipſum, quàm eius progenitores, & maiores à vilibus, & mechanicis exercitijs abſtinuiſſe, vt apud prædictos auctores legere eſt, reque ipſa in admiſſione fratrum intueri contingit. Degũt ſub Regula S. Auguſtini, ſed Gregorius ob duarum militiarum vnionem hoſce milites Ciſtercienſis Ordinis appellauit, Gaudent omnibus aliarum omnium Religionum, ſiue Militiarum priuilegijs ex Conſtit. Pij Quarti Pontificis, incip. Inter arduas, fol. 853. licet eadem Conſtitutio per aliam Pij V. Conſtitutionem in nõ nullis reformata conſpiciatur.

Hos ergo SS. Mauritij, & Lazari milites, ac alios Illuſtriſs. Excelſæ Religionis S. Stephani
49 ſubſtitutum † excludere certum eſt, cum teſtamenti factionem actiuam, & paſſiuam habeãt, vxoresque ducere valeant, nec ipſarũ Religionum Conſtitutiones, ſiue regulæ id prohibeãt, vtroſque inſuper milites SS. Mauritij, & Laza-
50 ri, ac etiam S. Stephani priuilegijs † antiquorũ militum potiri debere credidit Sforcia Oddus in tract. de compend. ſubſtit. partic. 5. præmiſſ. 3. inſpect. 2. verſ. Quinimo crederem, fol. 90. ꝙ tanquam verum credẽdum tenendumque eſt, dum tamen (ipſe inquit) non nomine tantum, & dignitate participes, ſed etiam laborũ, & peri
51 colorũ militariũ ſint. S. Stephani Religio † à Sereniſs. Coſmo Mediceo Magno Hetruriæ Duce Florentiæ, & Senarum Duce 11. optimis ſolidisque iactis fundamentis erecta Diuinis auſpicijs extitit: Suſcepit deinde ſub Sereniſs. Frãciſco Mediceo, & eo Magno Duce, Florentiæ, & Senarum Duce 111. robur, & amplitudinem, ſed ſub Sereniſs. Ferdinando Coſmi Fil. & Franciſci Fr. pariter Magno Duce Hetruriæ, Florentiæ, & Senarum Duce 1v. maximos fauores feliciter conſecuta eſt, multis etiam, & ingentibus priuilegijs, ac ſpecialibus exemptionibus per Rom. Summos Pont. eidem conceſſis præfulget, vt ex bullis Pij V. ann. 1562. Nonis Iulij redditis, necnon Sixti V. die 12. Septemb. 1587. perſpicere eſt, inſtituta fuit hæc militia
52 ſub † regula S. Benedicti, ſub inuocatione, protectione, dedicationeque S. Stephani Papæ ad fidei Catholicæ defenſionem, marisque Mediterranei cuſtodiam, & tuitionem, ac infidelium hoſtium formidabilem expulſionẽ, & extirpationem, adque Sereniſs. Domus Mediceæ decus, & honorem, ad inſtar aliarum militiarũ in Regnis Hiſpaniarum, nempe S. Iacobi Calatrauæ, & Alcantharæ, vt ex litteris Pij 1v. ſcribit Nauar. conſ. 23. Cum Vincentius Guidius, nu. 3. verſ. Quinto religio, cuius primus Magiſter Coſmus Magnus Dux eiuſdem erector, & fundator fuit, qui fructus, redditus, & proueutus, ac bona pro eius dotatione aſſignauit, & ſucceſſiue nunc Inclitus, & Sereniſs. Ferdinandus Religionem ipſam S. Stephani ſumma prouidentia, ac vigilantia, miroq. ordine regit, & mode-
53 ratur. Habet Conuentũ in vetuſtiſſima, † & nobiliſſima Piſarum Vrbe, vbi Magnus Prior, vbi magna Militũ cohors, vbi Conſiliũ x11. Equitum militũ reſident, eiuſdem Sacrę, & Illuſtriſs. Religionis milites vera nobilitate opib. & virtute præſtantes in habitus ſuſceptione, charitatẽ, caſtitatẽ coniugalẽ, obedientiamq. expreſſe profitentur. Pugnant alacri animo, omniq. conatu pro fide Catholica, honorẽ Dei cunctis rebus præponunt, S. Sedis Apoſt. mãdata ſeruãt, captiuos ab infidelium vinculis recuperant, & tandem ſeſe vltroneos cuicunque periculo pro fide Chriſti exponũt, facultatesq. liberaliter ꝓ
54 fundunt, vt in Stabilimentis, tit, 1. c. 3. † tenetur in equitẽ militẽ S. Stephani admittẽdus, aut in equitẽ Sacerdotẽ, aut beneficiatũ, nobilẽ probare ipſummet, eius patrẽ, & matrẽ, auos, & auias ex latere paterno, & materno, ex caſatis, ſiue familijs nobilib. deſcendere, quæ habuerint, & poſitæ fuerint, vel habiles ad habendũ, & potiendũ in ipſarũ patria extiterint illis maiorib. dignitatib. illisq. gradib. quos habere nobiliores gentiles viri ſolent, accedentibus informationib. ac etiã litteris ſecretis ex officio, alijsq. requiſitis latè expreſſis, tit. 2. c. 3. vbi exquiſitus ordo, ac modus inquirendi de vera nobilitate Equitũ militũ S. Stephani inuenitur. Nõ mirũ
55 ſi milites iſti † nõ ſolum ſæpius, ſed frequenter in diuerſis expeditionibus cõtra infideles, barbarasq. gentes fortiter, & magna cũ gloria dimicauerint indiesq. dimicent, ſi cum eorũ triremib. & maritimis copijs ad prædicti maris Mediterranei, & oræ maritimæ totius Italiæ expurgationẽ, ſi denique ad coercendas Turcarũ, & aliorũ Piratarũ incurſiones magnũ iugiter adiumentũ afferunt, ac de barbaris gentibus ſpolia, & trophęa inuicti reportãt. Cumq. pro ſalubri militię militumq. prędictorũ regimine q̃ plures canones, & ordinationes in vnũ volumẽ ex

omni

omni ſui parte egregiũ ſane cõpoſitũ editumq. ſit, in eo contenta hic non referam, cũ ẽt militia hæc eadem præclaris encomijs, & laudũ torrentibus Summorũ Pont. meruerit illuſtrari, qui pariter felix regimen Sereniſs. Ferdinandi Magni Hetruriæ Ducis, & Militiæ Magiſtri, armis, opibus, potentia, virtute, inclitarum ciuitatum, & populorum eius ditioni ſubiectorum amplitudine, ac militũ copijs inter Chriſtianæ Reip. valde inſignis admirati fuerunt, alijs omnibus magis conticeſcere, q̃ ſuperuacaneis quodam-
56 modo laudibus incumbere expedit, magnũ eſt enim à laudatis viris probari, & extolli, ſed à Sũmis Pont. longe maximũ, in tanto tamen meritorũ ingenti cumulo quis ab encomijs ſe temperet, qui licet ad dicendum inexpers quod mẽte concipiet verbis orationeque non explicet? Quid ego dixerim? illud quidem, Mediceorum Familiam virtutes omnes ſemper coluiſſe, admirabilesq. res geſſiſſe, vt hinc omnem tẽporis acerbitatem à ſe propulſauerit, eius etenim præclariſſimæ nobilitatis robur, & Serenitatis faſtigium à nullo obrui, aut vinci vnquam poterit. Sique alijs Mediceis Heroibus rerum bene geſtarũ domi forisque ornamenta æternam gloriam peperere, Ferdinandum hunc Mediceum non ſolum ſtemmata, ſed propriæ virtutis inenarrabile meritum ſublimius euexit, cum Italinominis maieſtatem retineat, idque manifeſtiſſimum eſt ad debitas ei laudes propenſum militare acceſſiſſe ſtudiũ, quo ſuã S. Stephani militiam valde præclarã, valdeq. illuſtrẽ in dies nobiliſſimis, ſelectiſſimisque Equitib. militib. triremib. cõmendis, priuilegijs, dignitatibusque necnon varijs militaribus copijs adauget. Inter que illuſtria, & conſpicua quæ ad hanc militiã attinet, illud exiſtimo præclariſſimum, q̃ tantæ moli miniſtros nobilitate prudentia, integritate, atque ſapientia fulgidos præpoſuerit, & ne omnes afferam, Petrum Caballum Pontremu-
57 lenſem Iuriſc. præſtantiſſimum celebrari † conuenit, tantæ nanque eſt ſcientiæ, & integritatis, vt ipſum iuriſprudentię coryphęum omnes arbitrentur. Quid pro Ferdinando Magno Duce optimum, ac ſalubre non excogitat, quid non deſudat? Quid pro S. Stephani militia eiusque ampliatione, dignitate, atque honore, non moliturẽ nullis parcit laboribus, nullis temporibus, nullis vigilijs. Quę omnia pręcellens hic Iuriſconſultus vitæ, ac morum probitate digniora reddit, pulchrum ſiquidem, & inſigne eſt, militiã eandem ab inſigni admodum viro, Auditoreque iuſſu Magni Magiſtri moderari, iuſtiſſimeque cuſtodiri.

Dicebam ipſam S. Stephani Religionem à Coſmo Mediceo optimis, ac firmis iactis fundamentis inſtitutam fuiſſe, & verum dixi, vti à Summo Pontifice Pio Quarto approbatam ſte-
58 te † Martino Nauarr. conſil. 23. Cum Vincentio Guidius, in princ. tit. de regular. lib. 3. fol. 628. vbi num. 2. poſt Sanctum Thomam 2. 2. q. 188. art. 3. veram, ac propriam religionem ad dimicandum, & militandum pro defenſione fidei inſtitui poſſe inquit, ac num. 9. & infra Milites Sancti Stephani verè, ac propriè religioſos
59 cenſeri † concludit. Quicquid dixerit Rota Romana cui reſpondere nititur, num. decimo, induunt album habitum cum rubra Cruce auro ad margines lincata.

Quod de prædictis militibus reſolutum eſt, vt ſubſtitutum excludant, de Militibus S. Iaco-
60 bi Calatrauæ, & Alcantharæ dicendum † eſt ijs quæ ſcribit Ludouic. de Molin. in tract. de Hiſpan. Primogen. lib. 1. cap. 13. num. 98. verſic. Id ipſum etiam, vbi inquit iſtos Milites in ma-
61 ioratibus † ſuccedere, & verſic. Quamuis enim, fol. 100. coſdem (quamuis quodammodo religioſi eſſe cenſeantur) matrimonium contrahere, filios legitimos procreare, bonaque patrimonialia, ac dignitates Regales, & caſtra, & opida poſſidere, & quo ad hæc omnes potius laicos, quàm religioſos cẽſendos eſſe, ſicq. quotidie intelligi, atque practicari ſolitum eſſe etiã in maioratibus, vbi religioſi excluduntur. Nec non ex alijs per ipſum Ludouicum traditis in eodem tract. lib. 2. tit. qui poſſunt Primogeniũ inſtituere, c. 9. nu. 69. verſic. Hinc etiam decidi potuit, vbi concludit prædictos S. Iacobi Calatrauæ, & Alcantharæ Milites, ex bonis patrimonialibus inſtituere primogenium poſſe, ſubdẽs, quòd quamuis religioſi quodammodo eſſe credãtur, atque ex eo id ipſum quod in monachis dixerat prima facie dicendum videretur, nulli tamen dubium eſſe niſi quòd primogenium ex bonis patrimonialibus inſtituere poſſint, cum ſiue ex religionum ſuarum ſtatutis Apoſtolica autoritate confirmatis, ſiue ex antiquiſſima obſeruatione eiſdem permiſſum ſit, de bonis ſuis libere, & in vita, & in morte diſponere. Nec obſtat eis profeſſio ſolennis, quam in eiſdem religionibus faciunt, ex qua videtur, prout alijs monachis prohibita bonorũ ſuorũ diſpoſitio, niſi inter deſcendentes, ſiue aſcendentes, cum enim ea profeſſio ſecundũ earundẽ religionũ ſtatuta, atque obſeruationes facta cenſeatur, nõ poteſt in plus illos obligare, q̃ ſtatuta, ſiue obſeruationes ipſius religionis eos aſtringunt, vbi in verſ. Ex quib. cõſtat, Mart. Nauar. in c. fin. 17. q. 1. in 3. q. n. 31. contrariũ ſentiẽtis opin. redarguit, dicẽs quo ad bona patrimonialia clariſſimũ hoc
62 eſſe. Sed ſi de Cõmendarum redditibus † agamus, videri dicendum ea tanquam beneficia ecclesiaſt. cẽſenda fore, ideoq. nõ poſſe de ijs Cõmendatariũ ex vltima volũtate diſponere. Nec etiam illos in vita niſi in pios vſus erogare, prout de bonis prælatorum, ſeu clericorũ inferius

ſcribit,quod ſic præfatus Nauar. in d. c. fin. in 3.q.n.29. & in fin.reſoluit,cui quidem ipſe Molinas in hoc vltimo aſſentitur.

Milites prædictos S.Iacobi de Spata,ſub re-
63 gula S.Auguſtini †inſtitutos fuiſſe initiumque ſub Alexan.iii. Rom.Pont. & Alfonſo ix. Rege Caſtellæ cępiſſe, ipſorumque primum Magnũ Magiſtrum fuiſſe Petrum Fernandum, tradũt Bartholom.Caſſan.in d.9.part. conſider.7.fol. 173.Frater Paul.Morig.lib.2.c.4.fol.251. ſed latius Franc.Sanſou.lib.1.fol.46. vbi Magnos Magiſtros dicto Petro ſucceſſores recenſet, ac etiam originem Summos Pontifices,& Reges, qui eandem Religionem confirmarunt priuilegijsque decorarunt,in eius initio etiã Don Celebrũ Archiep.Tolet.Don Petrum Archiep.S. Iacobi,Don Ioannem Epiſc.de Leone,& Don Fernandum Epiſc.de Aſtorga, Protectores habuiſſe referunt: ac poſtmodum magnas vires aſſumpſiſſe fauoribus Don Hiacinthi Cardin. tuncq. S. Sedis Apoſt. in Hiſpania Legati pro dicto Alexan.iii. Pont. hæcq. omnia precib. & intuitu Regum Don Franciſci de Leone, dicti Don Alfonſi Caſtellæ, Don Alonſi de Aragonia,ac etiam Epiſcoporum Oſmaenſis, & Corienſis obueniſſe.De ipſius etiam religionis origine idem ꝙ ſupra ſcribit Calefatus in d. tract. de Equeſtri dignit.num.24.fol.20.

64 Qualibus radijs Nobilitatis† fulgere debeãt ad habitum S.Iacobi admittendi,videre eſt in ipſorum militum Conſtitutionibus, ſiue Stabilimentis,tit.1.De las qualidades para el habito, fol.46.cap.1. vbi ita ordinatum conſpicitur per Regem Principem apud Madrid,in Ann. 1551. videlicet, Primieramẽte ordenamos que el que vuiere detener el habito de nueſtra Orden ſea hijo dalgo da parte de padre, y da parte de madre. Et rurſus in ijſdem Stabilimentis reperitur, per Regem Toleri ita ordinatum de Anno 1560.cap. 5. titu. Que non ſe de el habito a los que vuieren vſado ellos, e ſus padres por ſi, o por otros officios mecanicos, o viles a qui declarados, ſcilicet, Stableſcemos, y mandamos que non ſe pueda dar el habito a ninguno que aya ſido mercader, o cambiador, o aya tenido officio vil, o mecanico,o ſea hijo de los que han tenido lo vno, o lo otro, a vunque prueue ſea hijo dalgo; y declaramos que mercader ſe entiende para eſte efecto, a quel que aya tenido tienda de qualquier genero de mercantia que ſea reſidiendo con ella por ſu perſona,o pur ſus miniſtros: y cambiadores los que tienen vanco publico, y tienen por trato dar dineros a cambio por ſi, o por ſus factores, y officio viles, y mecanicos ſe entienden plateros, o pintor que lo tenga por officio, bordador, canteros, meſoneros, taberneros, ſcriuanos, que nõ ſean ſacretarios del Rey, o de qualquier perſona Real, procuradores publicos, o otros officios ſemeiantes a eſtos, o inferiores dellos, come ſon ſaſtres, y otros ſemeiantes que biuan por el trabaio de ſus manos, y an ſi miſmo non ſe reciban al habito de la orden mugeres que biuan cõ otras ne ſiruan a nadie ſi no mugeres principales, y q̃ ſeã hijas di ombres di calidad.

Hinc colligere licet q̃ perilluſtris q̃ pręclara ſit huius ordinis Nobilitas,dignitas atque celebritas. Vtque ad eorunde militum facultatẽ re-
65 deam † circa teſtamẽti factionem, ſic reperi diſpoſitũ in lib.Stabilimentorũ,De la profeſſion, tit.5.fol.56.c.5.En que manera las perſonas de nueſtra orden pueden teſtar,Stableſcemos, y ordenamos que los Comendadores, y freyles legos dexando la taza, y mula para el Maeſtre, y cauallo,y armas para el Comẽdador mayor, y auiendo cumplido con la entrega, y coſas de la caſa, y los reparos a que fueron obligados, puedan teſtar,y diſponer de todo ſus bienes patrimoniales,o adqueridos por ſu perſona,o intuitu de la orden, y lo miſmo puedan hazer los freyles clerigos que tienen beneficios pidiẽdo licẽcia al prior en cuya prouincia los tenien cada tres annos, y dexando la quinta parte a ſus conuentos,y eſta licencia pueda dar el prior de S.Marcos de Leon, e los freiles del conuẽto de Seuilla, que tienen beneficios en ſu prouincia, y el de Veles,a los que los truuieren en la ſuya, y exortamos,y rogamos a todos los caualleros y freycles de nueſtra ordẽ que a ſus falleſcimiẽto ayan memoria de dexar, y dexẽ a los dichos conuentos,o al que dellos mas deuocion aurã, algunos de ſus libros,y buenas,y ſantas ſcripturas que tuuierẽ,para que queden, y eſten in las librerias de los dichos conuentos.Facultas hęc teſtandi Breui Apoſt.Greg. XIII. confirmata fuit reuocato motu proprio Pij v.cõtra conſuetudinẽ ordinũ,& Caualleriarum S.Iacobi,Calatrauæ,& Alcantaræ, quod Breue editum fuit 6.Octob.1576.Pontificatus Papę Greg. ann.4. multa eſſent de hoc Illuſtriſs. Ordine litteris mandanda ad eius præcellentiam oſtendendã, quæ cum volumen integrum expoſcerent,alibi
66 referenda fore exiſtimo,id tantũ †ſubnectam Ordines iſtos S. IACOBI CALATRAVAE, ET ALCANTHARAE in ſummo,ac maximo gradu Nobilitatis, & claritatis apud omnes na-
67 tiones haberi,cum pendeãt à Regali † culmine POTENTISSIMI, ET SEMPER INVICTISSIMI CATHOLICIQVE REGIS HISPANIARVM FIDEI DEFENSORIS DON PHILIPPI III. DE AVSTRIA, GLORIOSISSIMI NOMINIS QVI DON PHILIPPI II. AVSTRIACI REGIS EIVS PATRIS, ET CAROLI V. IMPERATORIS AVI CATHOLICORVM, ET AVGVSTORVM PRINCIPVM, AC DOMINORVM NOSTRORVM, ALIORVMQVE AVSTRIACI SANGVINIS ANTECESSORVM adoreas

ſub

ſub Diuinis auſpicijs feliciſſime imitatur, Religionem colendo, & omni conatu defendendo, pacem, & iuſtitiam nobis omnibus ſuis ſubditis conſeruando, ſuæque ditionis fines in dies propagando, non enim eius Imperium Oceano concluditur, ſed ad nouos Orbes ad noua maria extenſum eſt, vt illud Lyrici meritò proferri poſſit, Iam Scythæ reſponſa petunt, ſuperbi Nuper, & Indi: Apparetque beata pleno copia cornu. Et vt ad eius PROGENITORES redeam, quis obſecro dictorum CAROLI IMP. ET PHILIPPI II. REGIS Auguſta faſtigia animo complecti, & oratione exequi vnquam poterit? cum belli artibus, & pietate non Alexandrum tantum illum Macedonem non Iulium Cæſarem, non Scipiones, ſed omnes qui bellorum, & pacis eximia ornamenta apud Romanos cæterasque nationes fortiter, ac magnanimiter ſunt conſecuti, toto ſtudio longe ſuperarint, quorum certe nomina, virtutes, triumphi, & Heroica facta per totum Orbem reſonabũt, atque omnes annales, ſine adulatione, ſine inuidia æternitate immortalis gloriæ teſtabuntur. Et quod in Maximo REGE AVSTRIACO ad omnem eius ſublimitatem elucet, grauiſſimos viros apud ſe Conſiliarios retinet quorum iudicio, & integritate ſuorum Regnorum alta negocia conſulenda, ac reſoluenda committit, vt cuncta iuſte procedant, & prudentiſſimè fiant, quod in ſupremo Principe laudatiſſimum imo neceſſarium eſſe dixit Aegidius Boſſius in tit. de Principe, num. 207. Mithridatis exemplo Regis Ponti, qui toto vitæ tempore viros eminentiſſimos ſcientia ſecum à conſilijs habebat, quodque extollit Riminald. iun. conſil. 45. Quoniam latè ſcripſi, num. 48. libro primo, & conſil. 51. Dubitatur an conuentio, num. 42. & infra eodem volum. atque alibi, Et non ſolum in Regnis Hiſpaniarum, ſed in alijs eius Regnis ad ius reddẽdum viros Nobilitate ſcientiaque excelſos præcipuecque in hoc feliciſſimo Neapolis Regno elegit, PHILIPPI II. REGIS eius patris Heroica imitatione: Ad Regiam nanque Summariæ Cameram Locumtenentem Illuſtriſſimum Virum Don Ioannem Alfonſum de Ribera Suarez, Hiſpanum Militem ille deputauit, qui ſingularibus virtutibus, & inter cæteras, eo illæſo animi cãdore pollet, vt mente concipi verbisque exprimi difficile poſſit. Eodemque in Magiſtratu Præſidentes Selectiſſimos conſtituit, nempe perilluſtres Dominos Don Bernardinum Montaluum, Don Didacum de Vero, & Prato, Don Aloyſium Mormilum, Iulium Cæſarem Minadoum, Iacobumque Salluſtium, Iuriſconſultos omnes eruditione, vitæ integritate, morum ſuauitate Nobilitateque præſtantiſſimos, quibus Ioannem Hieronymum de Natali in Fiſci Patronum addidit Iuriſconſultum claritate animi, ſinceritate inſignem, atque doctiſſimum. Ad Sacrum etiam Regium Conſilium S. Clarę Iuriſconſultos antiquis illis comparãdos, & fortaſſe illis prę ferendos ob ſingularem eorũ ſcientiam, nobilitatem, atque eminentiam cõſtituit, ibi enim manent tanquam fulgentia ſydera Poli, nimirum Don Ioannem Sances de Luna, Scipionem de Curtis, Felicem de Ianuario, Carolum Tappiam, Iacobum de Franchis, Don Alouiſium Sciarauan, Ioannem Ruiz de Valle ueſcia, Ioannem Bapt. de Leonardis, Didacum Lopez Suares, Marcum Ant. Morram, Don Alouiſium Valcarcel, Didacum de Pareſcia, Pyrrhum Paganum, Ioannem Andream de Georgeis, Rodoricum Santyacum de Villalobos, Didacum Salines, Gaſparem Palatium, Cæſarem Alderiſium, Alonzum de Vargas, Cæſarẽ Frecciam, Pomponium Saluium. In Regioque Pretorio Cancellariæ Illuſtriſſimum D. Fuluium Conſtantium, Illuſtriſſimum D. Don Petrum de Caſtellet, Illuſtriſſimum D. Marcum Ant. de Ponte, ac Illuſtriſs. D. Don Ioannem Montoyam de Cardona Regentes Ampliſſimos cõſpicimus, qui tanquam quattuor Soles fulgentiſſimi inibi rutilant, quid enim tam arduum, atque difficile contingere poteſt, quod ſumma cũ pietate, ac ſapientia, pro bono, incolumique ſtatu totius Regni huius ad gloriã, fidelitatemque REGIS noſtri non prouideant? Nec perilluſtres viros taceam Magnæ Curiæ Vicariæ Criminales, & Ciuiles Iudices integerrimos, DD. Iuliũ Maſtrillum, Ioannem Bapt. Maſcambrunum, Io. Bapt. Battaglinum, Io. Franc. Sanfelicium, Don Ferdinandum de Quadra, atque Gaſparẽ Morales, criminalibus cauſis aſcitos, necetiam Laurentium de Frãchis pro Regio Fiſco ad dictas criminales cauſas Patronum ſilentio inuoluerim, cuius virtus præcipua eſt, & decora. Ciuilibus autem Marcellum Lanfrancum, Franciſcum Macedonium, Alonzum Brancaccium, Aloyſium Catalanum, Don Andream de Sottomaior, & Don Flamminium Conſtantium. Hos citiſſimè ad altiora promotum viri boni videre ſperant, valdeque ob virtutis meritum cupiunt, quod ad totius Regni hilaritatem Deus ipſe omnipotens faxit.

Fruimur itaque Regalibus beneficijs, fauoribus, atque gratijs ſub ipſius PHILIPPI III. optimi REGIS feliciſſimo Dominio, & Imperio quem Deus Maximus, & Omnipotens cæleſtibus fauoribus incolumen pro ſui clementia ſeruare, eiuſque Regnorũ fines augere, ac ampliare dignetur, cum ceu ſalutare Numẽ orbi effulxerit, altitudineque animi ad rei Chriſtianæ decus reparandum, & extollendum Diuina prouidentia natus fuerit, dumque eius SACRAM MAIESTATEM contemplor, & admiror in illud ani

mi propoſitum trahor, vt velut Saphirus inter alias Orientales gemmas fulgore eminet, non aliter DON PHILIPPVS IIII. AVSTRIACVS REX noſter inter alios Reges coruſcat, omnes itidē laudes quæ alijs Principibus tribuuntur eidem vni PHILIPPO iunctim debeātur, neque adhuc eius meritum dignitatis impleant.

68 De CALATRAVENSIBVS Militibus † meminit Polidorus relatus per Caſſan.in d.9.par. in 8.conſider.ſic à loco nuncupantur, ſiue prouincia vbi antea fuerat principalis Templariorum eccleſia, qui cum non poſſent Saracenorum incūrſibus reſiſtere, coacti fuerunt locum hiſce Calatrenſibus cedere,relinquereque, vt tradit Franc. Sanſou.lib.2.fol.41. iſtius Militiæ SANCIVS REX TOLETI autor fuit anno 1160.nigrū amictum cum Cruce rubra additis lilijs portāt in pectore ſub Ordine Ciſtercienſi profitentur, de quibus ſeriosè ſcribit Morigia d. lib. 2. c. 5. ponēs regulam, ipſisque Crucem à Benedicto Pont.Max.anno 1390. conceſſam fuiſſe. Magnus Magiſter quadraginta millium ducatorū redditu potitur ad Magiſterij decus conſeruandum,de ijſdemque meminit Petr.Caleſat.in d. trac.n.24. fol.20.ſatis egregie,ac pluſquā ſatis.

69 Sunt etiā in Hiſpania † Milites ALCANTHARAE ex oppido in Regno Caſtellæ ſic nuncupato,iuxta dictam Calatrauenſium regulam in eadem mēt pecunia inſtituti, Hi vltra Alcantariā, Tagumque ſuperbum aureumque flumen,tem plum nobiliſſimū retinent,viridemque geſtant Crucem cum lilijs, & Ciſtercienſis etiam ordinis exiſtunt,eademque Religio Calatrauenſi non eſt abſimilis.Gaudent omnibus priuilegijs quibus fratres ipſi Ciſtercienſes potiuntur,horū Militum eccleſiæ illaſmet habent indulgentias quas Ciſtercienſes in ipſorum eccleſijs a Summis Pontificibus obtinuerunt,vt per Paul.Morig.d.lib.2.Hiſtor.c.7.fol.255.de ijſdem meminere etiam Caſſan.d.9.par.in 9.conſider.col.4. fol.173.& Franc.Sanſou.d.lib.2.fol.42.quodque hi milites Ciſtercienſem ordinem profiteā tur,teſtatur quoq. Rota Rom. deciſ. 266. Fuit reſolutum, nu.1. lib. 2. diuerſ. in vna Caurienſi per admodum Illuſt.& Reuer.D.Blanchettum olim in dicta Rota Auditorem, nunc vero Illuſtriſs.& Reuerendiſs.S.R.E.Cardin. Ampliſs. atque meritiſſimum,ex Bulla Alexan.vi. ſub data Romæ 1474.& ex Bulla Martin. v. tertio ex alia bulla Leonis 1515.Ciſtercienſes autem regulæ S. Auguſtini ſubeſſe, ac denique Papam omnium Religionum caput eſſe,ante nume. 2. Rota ibidem meminit.

Cēſentur dicti Milites SANCTI IACOBI CALATRAVAE, ET ALCANTHARAE,
70 Eccleſiaſticæ † perſonæ, vt inquit Nauarr. in tract.de reddit.Eccleſ.ſuper cap.fin. 16. quæſt. prima,in 55.monit.nu.primo,fol.244. vbi hoc egregiè comprobat, omnis nanque perſona alicui Eccleſiæ perpetuò deputata, ſiue ſęculari, ſiue regulari ſaltem ſi habitum defert aliqua ex parte religioſum,licet non emittat tria ſubſtantialia vota,Eccleſiaſtica perſona cenſetur,gau-
71 detque priuilegio Eccleſiaſtico Canonis, †& fori, vt colligitur ex Hoſtienſ. Ioan. Andr.Anton.& Panormit.in cap.vt priuilegia, de priuil. & eſt communis opin.quam tenent etiā S.Antonin.in 3.part.tit.11.cap.ſecundo,Silueſter in verb.Eccleſia,prima quæſt.quinta,& in verbo, Excommunicatio,6.quæſt.quinta, & rurſus in verb.Immunitas,quæſt.quarta,& de communi prædicta teſtatur Nauar.vbi ſupra,fol.247.ver ſic. Poſtremo, ſed Commendatores dictarum Militiarum ſunt perſonæ perpetuo deputatę ordinibus ſuis,& monaſterijs ſuis regularibus,ergo ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, gaudentque pri
72 uilegijs Canonis,& fori.Quòd autem † iſti Cōmendatarij, ac milites perſonæ religioſæ ſint, tradit idem Nauar. Monit.ſeq. quæ eſt 56.concordans cum alijs per eum allegatis, conſil.25. d.lib.3.tit.de regular.cui Molina (vt dicebam) dulciter obſiſtit.

73 Milites pariter IESV CHRISTI, & † ipſi CATHOLICO REGI DON PHILIPPO III. AVSTRIACO Domino noſtro ſubiacent poſt LVSITANIAM, quam Portugalliam vocant à DON PHILIPPO II. REGE HISPANIARVM,aliorumque Regnorum iuridice deuictam, ac iuſto bello captam, quos (teſte Platina) Ioannes XXII. ſub Dionyſio Rege Ann. Domini 1325.inſtituit, vt eſſent qui ex officio inſultibus Saracenorum Bethicam id temporis tenentium reſiſterent; Crucem rubram auro ornatam affigūt nigro pallio, ſiue mantello: Magiſter olim huius Ordinis debebat reſidere apud Marinam Diœceſis Siluenſis, & locus ille totius Ordinis erat caput. Perpetuus vero Gubernator erat olim Abbas Alcobaſiani Monaſterij Ciſtercienſis Congregationis, Vlisbonenſis Diœceſis,qui & conſcribendi, & exauctorandi milites habebat poteſtatem, vt ſcribit Bartholom. Caſſan. in d.9.par.8.conſider.verſic.Et iſtiuſmodi,fol. 173.col.4. Sanſouin.d.lib.2.fol. 42. Sed nunc GLORIOSISSIMVS REX HISPANIARVM, cum etiam ſit legitimus PORTVGALLIAE REX omnia ad iſtius Religionis decus, & regimen ſpectantia moderatur feliciſſimeque diſponit.

74 Adſunt alijs in Hiſpania militum † Ordines quos Iacobus Rex Aragoniæ criciter Annum ſalutis 1212.ordinauit, horū alterū S. MARIAE de redemptione captiuorum,ſiue de Mercede, vocari voluit,huius Ordinis Militibus captiuos redimendi onus incumbebat, pallio vtuntur albo cum nigra Cruce. Alterum MONTESIAE apud Valentiam, cuius Ordinis milites rubra Cruce inſigniti incedunt, vtranque militiam

Grego-

Gregorius Nonus approbauit, de his Volater. in ſua Antropolog. lib. 21. tit. de Militarib. ordinib. Caſſan. in 9. part. 9. conſider. Dicti Ordinis de Redemptione inſtitutor fuit Iacobus præfatus, qui Inſulas Balearicas ſubegit, & perdomuit: claruere vitæ ſanctitate eodem in ordine Ramũdus Nauas Card. Hiſpan. Petrus Armingolus Catalanus, & Alfonſus de Iſpala, caput religionis Barchinonæ extat, ſecundum Sanſouinum, MONTESIAE milites Cittercienſi Ordini ſubalternantur, vt idem teſtatur.

75 Denique in Hiſpania † Ordo Militum AVREI VELLERIS præfulget, inſtitutus in Anno 1429. à Philippo Duce Burgundiæ, vtuntur torque aureo cum ſilicibus, cũ pendenti aurei velleris quo Phryxus Athamantis ex Nephele filius trans Helleſpontum in Colchidem incolumis vectus ad Regem Aetem Ioui arietem, vel vt alij ſcribunt Marti ibi immolauit, vellusque illud aureum in templo ſuſpendit, quod poſtea Iaſon Medeæ ope adiutus abſtulit: Aries vero inter ſidera locatus priſtinam effigiem tenuit, dicunt alij Vellus hoc Gedeonis fuiſſe, eius etiã quo ad Phryxi trãſuectionem, meminit Cęlius Calcagninus in lib. de re nauali, dum de varijs nauium formis, & nuncupationibus tractat. Inſignia dicti Ordinis his verbis ornantur.

Pour mantenir l'Egliſe qui eſt de Dieu maiſon
L'ai mis ſur le noble ordre qu'on nomme la Toiſon.

De hoc Ordine meminit Fran. Sanſouin. lib. 3. fol. 61. vbi Milites primo creatos à Duce Burgundiæ commemorat, & ſuo tempore viuẽtes: Eſt Ordo iſte proprius Auguſtiſſimorum REGVM HISPANIARVM, qui Duci Burgundiæ primo fundatori ſucceſſerunt. Hoſce Milites tor-
76 quatos appellat † Gulicl. Budęus in ſuis annot. ad Pandect. ad l. vlt. ff. de Senat. fol. 203. aſſerẽs Duces Burgundiæ Chryſomallon Cohortem inſtituiſſe Aureo Vellere inſignem, & re uera inſignis, & præclariſſimus Ordo eſt, vbique locorum gentiumque venerandus, cũ Proceres tantum illuſtriſſimo ſanguine, ac valde eminentis dignitatis radijs enitentes in eo recipiantur, quod equidem conueniens omnibus videri debet, vt tantam Catholicam Maieſtatem veluti Solem lucidiſſimum in medio Cæli radios fulgentiſſimos emittẽtem, Equites iſti torquibus alijsq. pręrogatiuis ornatiſſimi, clariſſimiq. tanquã maiora ſidera maius ipsũ luminare concomitentur, illiq. obſequantur. Reges Angliæ etiã
77 Procerũ ſodaliũ cohortẽ † Periſcelide donant, vt ſummus ille Gulielmus Budæus teſtatur, nõ mihi vnquã ſine plurima præfatione dicendus,
78 quem † ſi excelſis laudibus pro eius dignitate nequeam nunc extollere, licebit tamen eius eruditionem, facundiam, felicitatem ingenij, maximasque eius virtutes ſemper admirari totaque vi animi venerari.

HYPOTHESIS.

Quæritur an ſi grauatus Monaſterium nõ intret, ſed relicto filio monacho decedat, ſubſtitutus tunc excludatur, & concluditur monaſterium excludere ſubſtitutum. Et quid cũ de tacita conditione ex hac l. cum auus, ſubintellecta loquimur? & circa ipſam duos caſus conſiderari oportere.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium excludere ſubſtitutum etiam ſi grauatus illud non ingrediatur, ſed filio monacho relicto decedat.*
2 *Monachus licet per monachationẽ nexus patriæ poteſtatis exoluat, ipſum tamen ſuitatis iura adhuc retinere.*
3 *Monachum iura ſanguinis per monachationem non amittere, & ideo iure ſanguinis ſuccedere, num. 27.*
4 *Monachum etiam poſt factam profeſſionem ius prioritatis in gradu atque omnia iura ſanguinis conſeruare, & nu. 26.*
5 *Monachum per ingreſſum in religionem minimè originem amittere.*
6 *Monachum ſanguinis nobilitatem ſibi retinere.*
7 *Nobilitatem ius ſanguinis eſſe, & ſubinde incommutabile.*
8 *Alfonſum Trentacinquium Iuriſconſ. Aquilanũ, necnon Fabritium eius patrem pariter Iuriſconſ. laudari.*
9 *Conditionem Si ſine liberis deceſſerit illorum exiſtentia non expirare, qui nec ex teſtamento, nec ab inteſtato poſſunt patri ſuccedere.*
10 *Monachum ſeruo comparari: idque intelligi, ſed num. 22. magis aperiri.*
11 *Seruos nec ſtatum, nec caput habere.*
12 *Seruorum ciuitatem, prouerbio dici, cum aliquid non eſſe pretendimus.*
13 *Patrem non ſolum ad alendum filium teneri, ſed etiam nurum ac nepotes: Niſi filius artifex fuerit; Vel niſi extra domum habitauerit, dummodo extra domum de patris voluntate non habitet.*
14 *Filium ad operandum patri teneri.*
15 *Patrem ad alimenta filio cum eo litiganti obligatum eſſe.*
16 *Monacho cum Abbate litiganti alimenta per Monaſterium præſtari debere, atque omnes neceſſarias expenſas.*
17 *Feudo reuocato ſi magnum ſit, & ille à quo reuocatur aliunde viuere nequeat, tãtum de illo feudo ipſi relinqui oportere, quantum alimenta importent.*
18 *Vxori cum viro litiganti, & ſuas dotes repetenti alimen-*

Digitized by Google

alimenta lite pendente deberi.

19 *Vitam militiam omnis esse feudi, ac loco portionis.*

20 *Secundo genito vitam militiam à primogenito petenti, lite pendente alimenta deberi.*

21 *Alimenta sumptusque litis illi qui de vniuersali iure agit, & experitur lite pendente deberi.*

23 *Seruos ita dominis subesse, vt omne eorum ius ad dominos sit referendum.*

24 *Seruitutis speciem esse dum recedendi facultas non datur.*

25 *Monachum pro mortuo existimari quomodo sit accipiendum: Et quòd non ad omnia, nu.* 28.

29 *Monachum capite non minui.*

30 *Monachum filio, vel seruo equiparari prout monasterio fauorabilius erit.*

31 *Monachum dignitatis apicem consequi posse.*

32 *Episcopatum magnum culmen, Tronum pastoralem, & Apicem dignitatis nuncupari.*

33 *Monachus si ad studium mittatur, Abbatem in dubio ad expensas studij teneri: Nisi Abbas tempore profectionis nolle se teneri protestaretur.*

34 *Monasteriũ loco filij in contractibus & sententijs non reputari.*

35 *Monachum in vltimis volũtatibus loco filij in casibus tantum à iure expressis haberi.*

36 *§. sed & hoc presenti auth. de sanctissim. Episc. & Auth. nisi rogati, C. ad Trebell. dispositionẽ exorbitantem esse.*

37 *Monasterium incapax in communi, & particulari successionis si filij ac descendentes ingrediantur, ex l. cum anus, hoc tit. in conditione positos ad substituti exclusionem ipsos non censeri, secus si monasterium capax esset, vt nu.* 39.

38 *Damnatos in metallum pro mortuis habendos fore.*

40 *Monasterium si descendens grauatus restituere ingrediatur, nunquid tunc dispositio tacita, l. cũ acutissimi, C. de fideicom. aliorumque similium iurium locum sibi vendicet? Et affirmatiuam opinionem Saliceti nonnullos comprobasse: Sed contrarium quàm plures ex magis communi sensisse, num.* 42. *ipsumque ab autore comprobari, num.* 47.

41 *Conditionem tacitam ex l. cum anus, à principio fideicommissum conditionale non reddere.*

43 *§. sed & hoc presenti, & Auth. nisi rogati, dispositionem exorbitantem esse, vt dictum fuit, & sic extensionem non recipere.*

44 *Monasterium, vt in filij locum succedat per improprietatem quandam esse.*

45 *Conditionem tacitè ex hac l. cum anus, intellectum, velut exorbitantem non recipere extensionem.*

46 *L. cum anus, dispositionem, & quòd plus dictum, & minus scriptum existimetur, ex quadam presumptione inductum esse, ipsumque ex alijs presumptionibus elidi tollique posse.*

CAP. VI.

SECVNDO casu, quando inquã grauatus monasterium non fuit ingressus, sed decessit relicto filio monacho, nunquid substitutus excludatur? tuncque substitutum excludi debere† concludendum est, per
1 text. in l. fin. §. hoc etiam cognitum, C. de episc. & cleric. vbi monachus patri ab intestato, & ex testamento succedit, nec sibi sanctimonialis cõuersatio impedimento est, Ang. Aret. in §. intestatorum, colum. 2. in fin. num. 6. vers. Aliud infertur, Instit. de hęred. quæ ab intest. defer. & li-
2 cet per monachationem † pater amittat ius patriæ potestatis, secundum gloss. in l. si ex causa, §. Papinianus, ff. de minor. monachus tamẽ iura suitatis adhuc retinet, vt ibi per Bart. num. 4. vers. Nam ipse monachus, & in auth. si qua mulier, num. 5. C. de sacrosanct. eccles. Ias. in l. Gallus, §. & quid si tantum, num. 7. ff. de liber. & posthum. & in l. qui se patris, num. 17. C. vnd. liber. cum adductis ab And. Tiraquell. in tract. de nobilit. cap. 27. num. 9. versic. Adeo vt etiam iure suitatis potiatur, fol. 209. Ludouicus Molin. in tract. de Hispan. primogen. lib. 1. tit. vtrum Maioratus sit dignitas, cap. 13. num. 75. vers. Quarto quia monachus, fol. 97. Sicut etiam ipse mo-
3 nachus iura sanguinis † non perdit, Lap. alleg. 100. In quæstione proposita, & alleg. seq. Bald. in c. cum in magistratum, num. 3. de elect. Abb. in c. quia nos, num. 2. de testam. Et ideo sanguinis iure succedit, vt est text. in c. vnico, 18. q. 1. & cap. fin. 19. q. 3. Tiraquell. d. cap. 26. num. 8. vers. Et sane, Molina d. cap. 13. num. 74. Quinimò Monachus etiam post factam professionem
4 retinet † ius prioritatis in gradu, atque omnia iura agnationis, prout arbitratur Bald. in d. authen. si qua mulier, num. 10. Segura in rep. l. cohæredi, §. cum filiæ, num. 43. ff. de vulg. & pupillaris.

Quemadmodum etiam Monachus originẽ
5 nequaquam† amittit, Bart. in l. 1. colum. 2. vers. Iuxta prædicta, ff. ad municip. Francisc. Rip. libro primo, respons. cap. 4. Tres præsupponuntur, num. 7. tit. de legib. & long. consuet. Et deni-
6 que monachus nobilitatem sanguinis† sibi conseruat, vt censuit Bald. in d. c. cum in magistrũ, post med. & post eum Roman. sing. 37. Vtrum nobilis, numer. 2. vers. Et tamen, dicens Rotam Romanam sic decreuisse; & videtur idem sentire Tiraquell. in d. tract. de nobilit. cap. 27. num. 5. versic. Et vt ita quoque intelligam, nobilitas
7 enim ius quoddam † sanguinis est, proindeque incõmutabile, l. ius agnationis, ff. de pact. quod egregiè, etiam asseruit Alfonsus Trẽtacinquius eximius Iurisconsult. Aquilanus in eius respon-

so eru-

ſo eruditè reddito pro quodam monacho Caracciolo Neapolitano, ſuper annuo legato per Comitem Opidi facto pauperibus de familia Caracciolorum, & in defectum pauperibus de Sedili Capuanæ, ſiue maſculis, ſiue fęminis, qđ reſponſum cum Neapoli hoc anno vidiſſem,
8 exultauit animus meus, tantam ſiquidem † in eo doctrinæ ſoliditatem reperi, vt dictu ſit difficillimum, quemadmodum enim is animi integritate, morumque ſuauitate fulget, ſic non minori ſcientia præſtat, vt meritò illius Fabritij Trētacinquij Iuriſcōſultiſſimi, eius patrui imaginem, ac decus referat; prædictamque opinionem propoſiti caſus, his verbis Bald. in d. l. Deo nobis, §. hoc etiam cognitum, explicitè compro bat, num. 3. Secundo nota ex illo verbo, hæredes, quòd ille qui decedit ſuperſtite filio monacho, non dicitur decedere ſine hęrede, ſecus credo ſi eſſet frater minor, nam ille habetur omnino pro mortuo, vt dixi in auth. ſi qua mulier, idem dico ſi decederet cum filio damnato in metallum, vt ff. de contratab. l. 1. §. fin. hactenus
9 Bald. ad quod facit, nam ij hanc † conditionem expirare non faciunt, qui nec ex teſtaméto, nec ab inteſtato poſſunt patri ſuccedere, quales monachi non ſunt, vt dictū fuit, & aſſumptum probatur gloſ. in l. filiusfamilias, §. cum quis, de legat. 1. Sed præmiſſę concluſioni duo obſtare vi
10 dentur, Primum, quòd monachus ſeruo † comparetur, Innoc. in cap. cum olim, 2. de priuileg. imò ſeruus dicatur, c. multos, 54. diſtinct. Bart. in l. cum fundus, §. ſeruum tuum, in fin. num. 10. ff. ſi cert. pet. Ang. num. 1. & Ioan. de Imol. numero 2. verſic. Item facit, in l. ſi quis mihi bona, §. 1. ff. de acq. hæred. Petr. de Vbald. in tract. de canonic. epiſc. q. 13. num. 9. Niſi dixerimus, ſeruitutem in monacho non conſiderari, prout ſeruitus conſtitutio eſt iurisgentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubijcitur, & quēadmodum libertati opponitur, quæ naturalis eſt facultas eius, quod cuique facere libet, niſi ſi quid vi aut iure prohibeatur, & prout ſeruum iuregentium ac ciuili excluſum eſſe conſtituūt, ſeruitutemque mortalitati comparamus, nam qui liber non eſt, ne in viuorum quidem numero cenſetur, cum in nullis populis, aut ciuibus habeat locum, & certè apud nullos, & nuſquā, & nullus ſit: quod Iuriſconſulti dicunt, eos nec
11 ſtatum † habere, nec caput, Paul. l. 3. §. emancipato, ff. de capit. dimin. Seruile (inquit) caput nullum ius habet, ideoque nec minui poteſt. Hodie enim (ait Modeſtinus) incipit habere ſtatum cum manumittitur: Vnde antiquum hoc
12 prouerbium fuit † de ijs rebus quæ eſſe nequeunt, δοῦλων πόλις, ſeruorum ciuitas: ſeruus enim, nec ciuitatem conſtituere, nec conſtitutæ particeps eſſe poteſt, ſed ab ipſo ciuili ſtatu, dignitate, commodisque omnibus longe lateq. diſtractus eſt, & ſegregatus: cæterum ſerui aut naſcūtur, aut fiunt, naſcuntur ex ancillis, fiunt aut iure gentium, ideſt captiuitate, aut iure ciuili, cū homo liber maior viginti annis ad pretium participandum ſe venundari paſſus eſt: ſub quib. monachi, facta partium enumeratione non in-
13 cluduntur; Non mirum ſi pater vt filium † alere compellitur, l. ſi quis à liberis, ff. de liber. agnoſc. Socin. iun. conſ. 86. Diſputatur, num. 41. lib. 2. Carol. Ruin. conſ. 41. Verbis teſtamenti, num. 7. conſ. 45. Ad euidentiam, num. 2. libr. 2. ſuadente natura, §. ius naturale, Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. & non ſolum filium, ſed etiam nurum, ac nepotes, l. ſi filio, §. 1. ff. famil. herciſc. Marc. Mant. conſ. 276. Cum diebus ſuperioribus, num. 9. Niſi filius artifex ſit, valeatque ex ſe, abſque patris auxilio victum quærere, gloſſ. in d. l. ſi quis à liberis, §. filiusfamilias, Andr. Alciat. conſ. 36. Quantum ad alimenta petita, numer. 1. conſ. 88. Pro filiabus, num. primo, lib. 5. Mant. conſ. 264. Doleo vehementer, num. 19. Vel niſi extra patris domum habitauerit, Ioan. de Imol. in l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur, in fiñ. ff. ſol. matrim. Soc. iun. conſ. 15. Viſa contingentia facti, num. 3. lib. 2. idem Mant. conſil. 13. Viſis deductis, numer. 7. cum in omnem ca-
14 ſum † patri operari teneatur, alioquin alimenta ei non debentur, l. illis libertis, hoc tit. de condit. & demon. cum adductis per Andr. Alciat. d. conſ. 36. num. 5. lib. 5. Quod non procederet ſi de patris voluntate ſeorſum habitaret, Mant. d. conſ. 264. num. 9. Vel vltimo, niſi ex ingratitudine indignus alimentis redderetur, vt eſt text. iunct. gloſſ. in d. l. ſi quis à liberis, §. Iulianus, Quæ concluſio in tantum vera eſt, vt procedat
15 etiam, filio alimenta cum patre † litigante, ſi ſit in quaſi poſſeſſione filiationis, vel ſi aliqua cognitio præceſſerit, vt tradit Bart. in l. ſi neget, num. 2. d. tit. de liber. agnoſc. Ioan. Cephal. conſil. 127. Proponitur, num. 8. verſ. Et de filio liti-
16 gante, lib. 1. Ita etiam † Monachus, ſi cum Abbate litigauerit, à Monaſterio lite pendente alidebebit, Bart. in l. ſi inſtituta, §. de inofficioſo, in princ. verſic. Tenementi, ff. de inoffic. teſtam. Quinimo omnes neceſſarias expenſas conſequetur, Guid. de Suzzaria, in l. vix certis, ff. de iudic. Specul. in tit. de inquiſit. §. fin. de expenſ. accuſantib. ſeu denunciantib. concedendis, in princ. verſ. Porrò cum inquiritur, Ioan. Andr. colum. prima, Franc. Aretin. num. 6. & Felin. in princ. in c. ex parte, extr. de accuſ. Bart. in l. Imperatores, in fin. ff. de tutel. & rationib. diſtrahen. Neapod. in gloſſ. conſuetudinum Neapolis, in conſuet. In omnibus, in verb. Contraxerunt, num. 83. Afflict. deciſ. 10. Vxor, numer. 2. Cephal. d. conſ. 127. num. 9. verſic. Prout idem obſeruatur, lib. 1. Ioan. Bapt. Ferret. conſ. 34. In præſenti cauſa, num. 2. verſ. Tertia ratione, lib. primo,

primo,& eſt text.iunct.gloſ.in verb.Litis ſumptus,in l.fin. C. de ordin.cognit. Quamuis hic text. non concludenter illationem præmiſſam fortaſſe probare videatur,cum ſi (vt ibi habeatur) ei qui ad ſeruitutem vocatur quicquam di reptum eſſe memoretur, vniuerſa quæ conſtiterint ablata,ita demum reddi conueniat ei qui ſeruus eſſe contenditur,ſi modo ſaluam rem futurã per fideiuſſores promiſerit, ſed ſi tales dare non potuerit,tantum litis ſumptus,& alimoniæ ſubminiſtretur, quantum moderato iudicis arbitrio fuerit æſtimatum: non igitur id ratione ſuitatis monacho permittetur,ac competet,ad differentiam ſerui,quæ per eundem textum confunditur, ſed cum omnia monaſterio dedicauerit, nec habeat vnde ſe alat, monaſterij attento fauore, ac ſubiectionis ratione,id ſibi conceditur,velut ei qui ſeruus eſſe contenditur, ſi alia facultas eſſe non poterit, & ſic omni ſublata potentia, ob negatiuam verbo,poteſt, præpoſitam.

17 Hinc eſt,quòd quando feudum† reuocatur, ſi magnum ſit,& ille à quo reuocatur,aliud vnde viuere poſſit non habeat,tantum de ipſo feudo ei relinqui debet, vt alimenta conſequatur, quod in maxima æquitate conſiſtit, vt ſcribit And.de Iſern.in c.1.§.ſed ſi feudum, num.6.tit. epiſc.vel Abb.

18 Sicut etiam vxori† cum viro litiganti, petita dotis reſtitutione, lite pendente alimenta debẽtur, Alexand.conſ.78. Viſo & bene ponderato proceſſu,in princ.libr.5. Guid. Pap.deciſ.439. An vir teneatur,num.4.Affict.d.deciſ.10.& deciſ.152.Fuit dubitatum,num.5.Ioan.Lopez in rep.c.per veſtras,§.39.ampl.8. extra de donat. inter virum,& vxor.Ioan.Cephal.d.conſ.127. num.6. Idem in ſorore petente legitimam etiã in prima inſtantia,tradit ipſe Affict.deciſ.11.Soror Comitis,num.1.

19 Cumque vita militia† ſit onus feudi, & loco portionis,vt per Andr.de Iſern.in conſtit.Comitibus,Affict.deciſ.43. Dictat,num.2.ac deciſ.137.Stante,num.2. ſuper ea pendente lite, ſecundogenito expenſæ litis alimentaque per
20 primogenitum† debentur,vt per eũdem Matthæum in d.conſtit.Comitibus,num.13.verſic. Decimo quæro, vbi recenſet quatuor requiſita,ad alimenta ſumptusque litis petendum, lite ipſa pendente, poſt Paulum de Caſtr. in d.l. ſi inſtituta,§.de inofficioſo,in princ. Et generaliter vbi quis de vniuerſali iure† experitur, q̃
21 poſſit petere per reum ſibi hæc ſubminiſtrari, Guid. Pap.deciſ.561.incip. Si quis,in princip. Aym.Crauett.conſ.164. Nobilis Domina Catherina,in princ.lib.1.vbi etiam de ſumptibus litis, de quibus etiam per Andr. Alciat. in tract. de præſumpt.reg.3.præſumpt.9.numer.9.poſt Franciſc.Aret.in c.ſi qui teſtium,num.14.de tẽ ſtib.& ad materiam d.l.fin.& l. ſi inſtituta,§.de inofficioſo, Cappell.Toloſ. deciſ.77. Item fuit quæſitum,vbi Stephan.Aufrer.& Ægid.Bellamera. deciſ.88.Abbas qui ſolet,tit. de regular.

Sed huiuſmodi illatione prætermiſſa, quæ omnino extranea non eſt, quamuis in expreſſo caſu legis verſemur, multipliciter reſpõderi po
22 teſt,Primò,ſeruitutem quandam† in monacho dici poſſe ob animi applicationem, Diuino ſeruitio ſponte factam,& prout liber homo ab humano ſeruitio recedens, Diuino accenſus amore diſtrictiorem appetit ſubire ſeruitutem, d.c. multos, quæ quidem non ſeruitus illa naturæ obnoxia eſt, ſed dignitas ac vera libertas, non amaritudo,ſed ſuauitas,ſeruire inquam Domino,& in vnum habitare, in timore,amore,caſtitate,obedientia,ac paupertate, quod eſt, ſicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron, quod deſcendit in oram veſtimenti eius, ſicut ros Hermon,qui deſcendit in montem Sion, illic enim mandauit Dominus benedictionem, & vitam vſque in ſęculum: Quid dulcius quàm vt Domino omnes ſerui Domini benedicant,qui ſtãt in domo Domini,in atrijs domus Dei noſtri? Quid preciõſius, quàm in noctibus manus extollere in ſancta,& Dominum laudare?

Secundò, argumẽtationem de monacho ad ſeruum procedere poſſe, in quantum ab ipſo monaſterio capacitas,vel incapacitas monachi
23 æſtimanda eſt,ſicut ius omne ſerui† penes dominum eſt, in eoque verſatur,& exiſtit: atque ita exiſtit,vt ad ſolum dominum referatur, ſerui nulla habeatur ratio: licet itaque ſeruis dare,legare,hæreditatem adſcribere poſſimus, id autem rectè an ſecus factum ſit à perſona domini deducendum eſt, ad cuius vtilitatem venit, Id enim perinde habetur, ac ſi domino ipſi datum eſſet, aut legatum, aut relictum,l.non minus,ff.de hæredib.inſtit.

Tertiò,æquiparationem monachi ad ſeruũ, procedere poſſe,iuxta text.in l.2.ff.de liber.ho
24 min. exhib. vbi is cui recedendi facultas† non conceditur,in quaſi ſeruitute conſtitutus cenſetur,vnde monachus in quadam quaſi ſeruitute dicitur,cum non poſſit gradum facta profeſſione reuocare. Proinde matrimonium cum diſſolui nequeat,quaſi ſeruitus eſſe dicitur, teſte Ioanne Coraſio lib.Miſcell.3.cap.4.cum vt Bald. inquit,in l.in bonæ fidei,col.2.in princ.ante numerum 2.verſ. Item in cauſis, C.ſi cert. pet.omne quod diſſolui non poteſt, contra libertatis naturam ſit.

25 Secundum, quòd pro mortuo† monachus habeatur,§.diſtrahuntur,in auth.de nupt.coll. 4. Sed illud ibi quo ad matrimonium diſponitur,& ſic quantum ad carnalia mundi pro mortuo cenſetur,c.placuit,16.q.1.renũciauit enim

ſęculo,

ſæculo,quantum ad matrimonia, d.l. Deo nobis,in princ. verſ. Nam & maritis, Item quantum ad voluntariam ſęcularemque cõuerſationem,vt in ead.l.in princ.aliàs pro mortuo non exiſtimatur,cum teſtis eſſe poſſit,vt not.in d.§. diſtrahuntur,ita declarat Neapod.in Conſuet. Si quis, num. 252. Vnde dicit,quòd monachi ipſi ſuccedũt,& Abbas ſuccedit per eos,vt not. in auth.de ſanctiſs.epiſco.§. nullam verò licentiam,circa fin. collat.9. & ſic dominus ſuccedit per ſeruos,& tunc nec momento quidem hæreditas penes ſeruos reſidet,l.placet,ff.de acq.hæredit.Ioan.Crot.conſ.119. Excellentiſſimæ Dominæ Auditor,num.2. Vel erit ex intẽtione Lapi alleg.100.In q.propoſita, num.7.verſic. Et hoc nomine dicendum, quòd licet monachus ſit mortuus actibus ciuilibus liberis, ca.monachus,16.q.1.d.c.placuit,& in l.fin.C. de ſacro-
26 ſan.eccleſ.tamen non perdit† ius ſanguinis(vt dicebam) quod tolli non poteſt,d.l.iura ſanguinis,cum actus ciuilis,vt profeſſio,non poſſit tollere ius naturale extinguendo, licet aliquando actum verum ſuſpendendo,l.eas obligationes, ff.de capit.dimin.§.fin.Inſtit.de legitim.agnat. tut. & quamuis ſit dubiũ an factus monachus, vel clericus, perdat gradum conſanguinitatis, quo ad iura dignitatis, de quo in cap. præſens, 20.q.3.in cap.ſcripſit,27.q.2.& per Specul.de
27 ſtat.monach.tamen quòd retineat† ius adgnationis à naturali ſanguinis coniunctione proueniens,non dubitatur,vt per Lapum in præcitata allegatione: id ipſumque,vt quo ad ſucceſſionem monachus mortuus non cenſeatur,ſcribit etiam Capr.conſ.147. Cum ad præſens, col.1. num.7.verſic.Tamen in alijs religioſis, & ante eum,Bar.in auth.ſi qua mulier,colum.2. num. 7.verſ.Iſta opinio,C.de ſacroſ.eccleſ. vbi dicit,
28 monachum quo ad omnia† pro mortuo nõ haberi,quod patet: quia adhuc poteſt conueniri, in eumque dari libellus,& ſententia, iuxta not. in auth.cauſa quæ fit cum monacho,C.de epiſcop.& cleric.ac in auth.idem eſt, poſita poſt l. cum oportet,C.de bon.quæ liber.& de Bart.ad hoc propoſitum meminit Ludou.Gozad.conſ. 42. Quæritur an frater Dominicus,nu.11.verſ. Tertiò etiam.

Concludendum eſt igitur, monachum grauati filium, excludere ſubſtitutum, Quinimò monachum nullum in ſucceſſionibus impedimentum præſtare,d.l.Deo nobis,ibi,Nullo eis impedimento. Et ſi fortaſſe opponeretur,monachum à patria poteſtate liberari, vt not.in d. l.ſi ex cauſa,§.Papinianus,ff. de minoribus,Archid.in c.non dicatis, 12.q.1. ſi ergo deſinit eſſe in poteſtate,deſinit etiam eſſe ſuus hæres, & per conſequens ſuitatis beneficia amittit, quæ multa ſunt,vt plene not.per Doct. in l. ſi filius qui patri,ff.de vulg.& pupill. Reſpondeo quæſtionem iſtam ex alio(vt Baldus inquit)pendere,ſcilicet vtrum monachus capite minui dica-
29 tur,ſicut filius emancipatus,& videtur † quòd non,cum ab inteſtato ſuccedat, vt ſuus,& præteritus dicat teſtamentum nullum, & omnia iura habeat, quæ ſi manſiſſet in ſęculo habuiſſet, text.eſt in d.l. Deo nobis,vbi Odofred.& Iacobus Butrig. Non obſtat,quòd in poteſtate non exiſtat,nam quo ad hoc, vt ſit ſuus hæres, non eſt neceſſe,quòd ſit in poteſtate,ſicut in poſthumo contingit,qui mortuo teſtatore naſcitur,& qui ſuus hæres eſt,l.Gallus, §. videndum,de liber.& poſthum. & tamen nunquam fuit in poteſtate,l.fin.ff.de aſſign.liber.& l.fin.ff. de coll. bon.in emancipato aliud eſt, emãcipatio enim actus eſt iuri patriæ poteſtatis contrarius, & cũ hoc capitis diminutionem in ſe retinet,iuraque agnationis infringit,l.tutelas,ff.de capit. diminut.pleneque not.in d.l.Gallus,§.& quid ſi tantum. Denique circa æquiparationem monachi ad filium,vel ad ſeruum,omittendum non exiſtimo, multos Doctores cenſuiſſe, filio ſeruo-
30 que æquiparari, prout monaſterio † fauorabilius eſt,inter quos Bald.in l.1.col.12.ſub num. 42.verſ.Ex quibus colligo, C.qui admitt. Ludouic.Roman.in l.is qui hæres,§. neque filius, ff.de acq.hæred. Alexan. in l.1.in princ.nu.23. verſ.Et poteſt confirmari,ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Iaſ. in l.1.§.per ſeruum,num.14.verſic. Sed aduerte,ff.de acq.poſſ.Felin. in cap. parochianos, num.5. extra de ſenten.excom.Marc. Anton.Bauer.in l.cum filio,num. 89. de leg.1. Ioan.Bapt.de Peruſ. in tract. de arbitr.libro 4. cap.4.ad fin.& Ludouic.Gomeſ.in §.actiones, num.22.in fin.verſ. Et quia negari non poteſt, Inſtit.de actionib. Rurſus ſuper hoc broccardo æquiparationis monachi ad ſeruum,ipſam etiã non admittebat Cardinalis Zabarell. conſ. 97. Quo ad dubium primum,num.2. reſpectu ſcilicet illius ſeruitutis(vt dicebam) de qua in l.qui teſtamento,§.ſeruus quoque,ff. de teſtam. Vlpianus loquitur,dum vult,quòd ideo ſeruus in teſtamento teſtis eſſe non poteſt,quia communionem iuris ciuilis non habet in totum,ne prętorij quidem edicti,in monacho enim ſecus eſt,
31 qui dignitates etiam maximas†aſſequi poteſt, vt Epiſcopatum,c.ſi religioſus,& ca.nullus, de elect.libr.6. epiſcopatus nanque magnum culmen dicitur,c. Oſius,61.diſtinct.c.venerabilis, de præben. alibi tronus paſtoralis, c. innotuit,
32 de elect.alibi etiam apex † dignitatis,cap. cum dilectus,eod.tit.ſubdens, ſi diligenter inſpiciatur, plura eſſe in quibus monachus à ſeruo diſſimiletur,quàm ei comparetur: Vnde ſi Abbas mittat monachum ad ſtudium, in dubio vide-
33 tur† ad expenſas in ſtudio factas ſe obligare,ſicut pater ad expenſas filij,iuxta l.ſed Iulianus, §.proinde,ff.ad Macedon.& l.fi. C.eod.tit.niſi

fortè

fortè Abbas tempore profectionis, nolle se ad expensas teneri protestaretur, vt tradit Ioānes Andr.post Archid.in c.2.ne clerici,vel monac. libr.6.& tangit Archid.ipse,in c.cum pastoris, 2.q.7.Francisc.Aretin.in d.c.ex parte,in glos. 2.num. 13. Quod autem monasterium in con-
34 tractibus† loco filij non habeatur,post Specul. tit.de loc.§.nunc aliqua,vers.t 20.tenet Bald.in l.filium eum diffinimus,num.3. versic. Et nota quòd monasterium,ff. de ijs qui sui sunt, vel alien.iur.idem etiam in sententijs concludit Angel.de Vbald. cons. 235. Ex quo dictus Albertus,col.2.circa med.vers.Nam verba sententię, Et in vltimis voluntatibus, quòd filij loco ad excludendum substitutum tantum, & sic in so-
35 lis casibus à iure † expressis existimetur,tenent glos.in auth.nisi rogati,in verb.Locum venerabilem,C.ad Trebell. vbi Bald. hoc annotauit, sub num. 11.vers.Quæro nunquid monasteriū, & in auth.si qua mulier, in 3.not.C. de sacrof. eccles.num.3.vers. Alij dicunt,Abb.in c.in præsentia,col.5. de prob. Veronens. cons.36.Quidam habens feudum,num.8. vers. Nec obstat, August. Bero.q.34.Proponebatur,num.6. versic.Considerandum est,fol.75.Andr. Tiraquellus in tract.de retract.lignaier,§.1.glos.8.num. 20.vers. Hinc potes etiam colligere, dicēs post Bald.in d.l.filium eum definimus,col.1. & in l. cum acutissimi,col. 1.num.4.vers. Quæro quid si pater, in fi.hoc esse per quandam improprietatem,& veluti similitudinem,in versic.Tamen quia id esset impropriè. Dispositionemque §. sed & hoc præsenti,auth.de sanctiss. episc. & d.
36 auth.Nisi rogati,exorbitantem † esse, propterea que extensionem non recipere, scribit Raphael.Fulgos.consilio 53. Quoniam superius, per totum, cui assentitur Bero.in d. quæst. 34. num.6.

Secundus principalis casus est, cum de tacita conditione,& ex hac lege subintellecta loquimur,& isto etiam casu distinguendum videtur, Aut enim de filijs, ac descendentibus agimus
37 † qui religionem bonorum incapacem in vniuersali,ac particulari ingressi sunt,sicuti Fratrū Minorum religio est,& tunc ij in cōditione hac tacita ad substitutorum exclusionem positi nō censentur,ita Bald.in l.cum acutissimi, col.fin. num.12.C.de fideicom. Bart.num.3. & Raph. Cuman.in l.filiusfamilias,§.cum quis,de leg.1. Ioan. Bapt.Caccialup.de S. Seuerin. in l.generaliter,§.cum autem,q.7.C.de instit.& substit. & Socin.sen.hic,num.99.& 100.rursus Bart.in l.fin.num.2.vers.Per hoc dico,C.quand.& quibus quarta pars deb.lib.10.Francis.Rip.in l.ex facto,§.si quis rogatus,num.42.ff. ad Trebell. Io. Anton. Rub. Alexandrinus,in rep.l.pater filium,num.143. ff. de inoffic. testam.Socin.iun. cons.42.num.29.lib.1.Emanuel Costa,in rep. c.si pater,in verb.Si absque liberis,in fin.num. 72.versic. Et rectè respondit,de testam.in 6.Iacobus Menoch.in tract.de præsumpt.in 2. par. præsumpt.89.num.109.versic. Declaratur sexto, fol. 168. dicens post Socinum verissimam conclusionem esse, Petr. Gregor.in Syntagm. iuris par.3.lib.42.cap.30.sub num.3.Gulielm. de Benedict.in rep.c.Raynut. in verb. Si absq. liberis moreretur,nu.16.vers.Nono limitabis, & num.17.atque infra,extr.de testam.

Et quemadmodum Menochius inquit, præcipua ratio est, quia ij filij inhabiles & incapaces penitus redditi sunt,Clem.exiui,§. cupientes,de verborum signif. cap. exijt qui seminat, §.porro,eodem tit. in 6. ita vt mortuis comparentur,d.l.Deo nobis,C.de episc.& clericis, c. placuit,il 2. 16.q.1.cap.nullus,2.quæst. 7. & in præcedentibus enarratum est,ac statim dicam. Quod in simili de damnatis in metallum proba
38 tur, qui † pro mortuis habentur, l.intercidit, hoc tit.Congruit etiam,quia hoc casu mors ciuilis eūdem effectum operatur quem mors naturalis inducit,d.l.Deo nobis, & not.per Bart. in l.cum pater,§.hæreditatem,de leg.2.ibidem que Bald.ac Bart. in suo tract.Minoric.in quarta part.versic.Isti etiam hæredes instituti, sicut igitur quando naturaliter mortui fuissent,substitutus admitteretur, ita & in casu nostro. Et maxime procedit ista conclusio,tenendo quòd in terminis istarum legum filij debeant hæredes esse,cum isti non possint.

Si verò religionem bonorum capacem ingressi fuissent, secus dicendum videretur, mo-
39 nasterium nanque substitutum † excluderet, quod præcitati Scribentes asseruerunt,& ex ijs quæ circa expressam cōditionem dicta sunt manifestè colligitur.

Aut verò loquimur, non de descendentibus ex grauato,sed de ipso descendente simpliciter grauato restituere, nunquid si is monasterium ingrediatur,substitutum excludat perinde ac si cum liberis decessisset, dispositioque d. l. cum acutissimi,& huius contextus, necnon d.l.generaliter,§.cum autem, subintret ad fauorem mo
40 nasterij ? & in hoc † Salic.in eadem l.cum acutissimi,num.6.in fin.q.dicebat,substitutum excludi debere, ponderans glos. ibi in verb. Defuncti, quæ vltima est,ita sensisse, quam etiam ponderabat Corn.de communi attestans,& ante eos Iacob.Butrig.in fin.Anton. Gabriel. lib. 4.conclusionum, tit.de fideicom. concl.2.ante 22.limit.num.80. versic. Et ideo, eandemque sententiam confirmauit Anton.Gomes.in eius commentarijs, varijsque resolutio.iuris ciuilis Tom.1. cap. quinto, de substit. fideicom. post numerum 34. versic. Extende vt procedat, fol. 58. vbi de magis communi fortasse attestari visus est.

Mouen-

Mouentur ad id dicendum,argum.tex.in au then.niſi rogati,C.ad Trebell.& in cap.in præſentia,de probat.vnde colligitur,monaſterium loco filij cenſeri, ſicut igitur grauatus alteri reſtituere per conditionem ſi ſine liberis deceſſerit expreſſim adiectam,monaſterium ingrediẽdo, ibi ſubſtitutum excludit, ſic etiã cum quis ſimpliciter, dicta conditione aliter non expreſſa reſtituere grauatur, vt pari modo monaſterium in iſtis terminis,filij loco habeatur,ad ſubſtituti excluſionem, iuxta dictam gloſ.in l.cum acutiſſimi.

Sed contrarium ſuſtinendo dici poſſet,prædicta iura in auth. niſi rogati, & in cap.in præſentia,ſolum procedere,quãdo ſubſtitutio ſub expreſſa conditione concipitur, ſi ſine liberis is deceſſerit cui fideicommiſſum iniungitur, vel ſub alia conditione ex ijs quæ per Iuſtinianum annumerantur in d.§. ſed & hoc præſenti, authen.de ſanctiſſ. epiſcop. coll.9. vt probatur ibi in illis verbis, Adiectis conditionibus quibuſcunque ex ijs quę ſuperius enumeratę ſunt: Cæterum quando grauamen ſimpliciter fuit in iunctum, & abſque vlla conditione ex ijs quarum Iuſtinianus meminit ſecus eſt, ſed grauato ingrediente, ac viuente, emolumentum ad monaſterium pertinet, poſt tamen illius mortem naturalem ſubſtitutus in fideicommiſſo, ſuccedere debet monaſterio excluſo,vt videtur ſenſiſſe gloſſ.in auth.ingreſſi,C.de ſacroſan. eccleſ. Et ſic monaſterium loco filij regulariter non cenſetur,ſed tantum facit expreſſam conditionem,ſi ſine liberis(vt dicebam) vel aliam ex enumeratis in prælallegato §.ſed & hoc præſen-
41 ti, deficere: Nec etiam tacita conditio,† ſi ſine liberis,in terminis iſtius contextus,& conſimilium iurium, facit fideicommiſſum conditionale eſſe à principio, ſed ita demum conditionale cenſendum erit, ſi liberi ſuperſtites relinquãtur,vt in cap.ſi pater,de teſtamen.in 6.iuxta intellectum Socini in l. Marcellus,ff. ad Trebell. Sique rectè aduertatur gloſſ. in dicta l. cum acutiſſimi, quam Salicetus, & Corneus allegabant, de grauato nequaquam loquitur monaſterium ingrediente, ſed de filijs grauati, prout in ijſdem terminis Baldus ibi loquebatur.

42 Proinde aliqui contrariam opinionem † tenuerunt, ſcilicet Fortun.Garz.in l. Gallus,§.& quid ſi tantum, columna vigeſimaquarta, ſub numero 51. verſic. Diſtingue itaque, ff. de liber.& poſthum.poſt Accurſium,Bartol. Salic. quamuis alio in loco,Ioan. de Imol. Alexan.& Paulum Caſtrenſem, quos ibi citat, & in eod. §.& quid ſi tantum, Lancellot.Galiaul. columna quarta,in fin.ſub nume.17. verſic.Secundo aduerte,ipſamque ex profeſſo ſequitur, ac tuetur Emanuel Coſta in rep.cap.ſi pater,in 1.par. in verb.Si abſque liberis, numero 70.& intra, dicens eſſe opinionem veriorem,ac magis communiter receptam, ſub verſic. Item immeritò, fol.358.

Et pro hac parte primò dici poterit, quòd cum diſpoſitio d.§.ſed & hoc præſenti,& d.authen. niſi rogati; ſit exorbitans, & loquatur de expreſſa conditione,deque alijs conditionibus ibi relatis, non debet extendi ad ipſum grauatum ingredientem monaſterium, non aliter in grauamine liberorum mentione facta, iuxta terminos iſtius legis,& aliorum concordãtium
43 iurium,quòd vero dicta diſpoſitio†exorbitans ſit, in præcedenti capite dicebam, ex Raphaele Fulgoſio conſil. 53. Quoniam ſuperius,per totum conſilium,& Bero.quæſt.34. Proponebatur,numer.6. quòd propterea extendi non debeat, ſcribit gloſ. in d. authen. niſi rogati, vbi Bald. numero vndecimo, cum alijs quos allegabam.

44 Secundò facit,nam quòd monaſterium † filij loco ſuccedat, vltra exorbitantiam quam cõtinet,impropriè id eſt, Bald. in d.l. filium eum diffinimus,columna prima, & in d. l. cum acutiſſimi,numero quarto,verſicul. Quæro quid ſi pater,in fin. quòd etiam conditio,ſi ſine liberis
45 deceſſerit,tacitè ſubintelligatur,† exorbitans à iure communi eſt, Ioan.de Imol. in l.filio præterito, columna nona,verſic. Item non eſt,ff.de iniuſt.rupt.teſtamen.Alexand.in auth. ex cauſa, columna decima,ante numerum decimumſeptimum,verſic.Item illa lex, C.de liber. præterit.Dec. conſilio 416. In teſtamento, columna ſecunda, numero quinto, Socinus ſen.conſilio nonageſimotertio,Teſtamentum præmiſſum, ſub numero vigeſimooctauo, libro quarto, Curt. iun. conſilio 33. Proponitur in facto, numero octauo, verſi. Et quòd ſit exorbitans,dicens in hoc omnes conuenire, cũ quandam ſpecialitatem contineat, ſcilicet, quòd in pura diſpoſitione tacita conditio ſubaudiatur, contra vim verborum, vnde ne circa idem plura exorbitantia,plura ſpecialia,ac plures impropriętates concurrant,& ſignanter quòd conditio vno caſu pro non ſcripta habeatur, altero verò caſu,plus dictum, & minus ſcriptum cenſeatur,dicendum eſt, hanc legem reſpectu ſimpliciter ac purè grauati monaſterium intrantis aliquid non operari.

Sique aſſeruerimus diſpoſitionem eiuſdem legis ſat debere iſto caſu operari, cum velit conditionem ſi ſine liberis tacitè ſubintelligi, quod minus ſcriptum, quàm dictum fuerit inueniretur, & ſic tanquam expreſſim à teſtatore concepta. Reſpondeo hoc ex quadam præ-
46 ſumptione † inductum eſſe, Bald. in dicta l. cum acutiſſimi, numero primo, Cynus in l. precibus, C. de impuber. & alijs ſubſtitutionib. Bartolus in l. ex facto, §. ſi quis rogatus,

ante numerum ſecundum,ff. ad Trebell.Com. conſ.197.Non alienam, numero 7.libro tertio quæ quidem prę ſumptio ex alijs contrarijs prę ſumptionibus tolli poterit, Petrus de Anchar. conſ.46. Prima facie, in princ. Ludouicus Roman.conſ.370.In propoſita conſultatione, columna prima,Ruin.conſ.126.Circa duo,num. nono,lib.3. Pariſ. conſ.20. In hac conſultatione,num.53.lib.3.conſ.53. Dom.Hieronymus, num.49.eodem vol.Socin.iun.conſ.125.Viſis puncto,& teſtamento,num.4.& 5. de communi opin. atteſtans,libro primo, & proinde hoc non ita infixum eſt, vt verum ſit, ſed præſumptum.

47 Ex prædictis poſterior hæc contra Bartholomæum de Saliceto, & Petrũ Philippum Corneum verior mihi videtur, & quamuis horum Iuriſconſultorum nomen celebre ſit, & maxima autoritate prefulgeant,attamen veritati omnia cedunt, à qua quidem poſteriori concluſione,non arbitror iudicando, conſulendoque recedendum fore,præſertim cum Emanuelis Coſtæ viri doctiſſimi(vt aſſerebam)teſtimonio magis communis exiſtat.

HYPOTHESIS.

Ciuilis mors an idem operetur, quod naturalis circa fideicommiſſi reſtitutionem per grauatum, vt quia Religionem Fratrum Minorum eſſet ingreſſus: Deque ſenſu l. Deo nobis,C. de epiſcop. & cleric.l.ex facto,§.ſi quis rogatus,il 2. ff. ad Trebell. l. Statius Florus, §. Cornelio Felici,ff.de iur. fiſci, ac etiam l. ex ea parte,§.inſulam,ff.de verbor.oblig.nonnihil tractari.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum ſi grauatus monaſterium Fratrum Minorum ingrediatur, qui nihil in communi aut particulari habere poſſunt, ſtatim fideicommiſſario morte naturali non expectata reſtitui ſecundum vnam opinionem oportere. Sed contrarium quàm plures ſenſiſſe, priorem tamen vti veriorem,& magis communem, nu. 19. comprobari.*

2 *Mors ciuilis cum eundem effectum ſortitur quem mors naturalis operatur,ipſam appellatione mortis naturalis cõtineri,idemque de ciuili,quod de naturali morte iudicari.*

3 *Fideicommiſſum conditionale non ſolum natos cõprehendere,ſed etiam naſcituros exiſtentes tempore aduenientis conditionis.*

4 *Fideicommiſſum conditionale purificatum ad hæredes tranſmitti.*

5 *L. Deo nobis, C. de epiſcop. & cleric. ad mentem Scribentium declarari.*

6 *L. ex facto,§. ſi quis rogatus, il 2.ff. ad Trebell. intelligi.*

7 *Damnatos in metallum hodie libertatem nõ amittere,nec ſeruos pœnæ effici,ſed vide num.8.*

9 *L.Statius Florus,§.Cornelio Felici,ff.de iure fiſci, explicari.*

10 *Mortis appellationem in dubio de naturali non de ciuili aſſumi, hocque regulariter procedere exceptis caſibus in iure expreſſis.*

11 *Verba in dubio in ſenſu naturali non ciuili fore intelligenda.*

12 *Conditionem verificari in caſu vero non ficto debere. Idque procedere, vt nu.18.*

13 *Mortem ciuilem eſſe fictam non veram.*

14 *Mortis ciuilis nomen in iure non reperiri, ſed à Doctoribus magiſtraliter fuiſſe adinuentum.*

15 *Decedere,verbum, mortem naturalem importare.*

16 *L.ex ea parte,§.inſulam,ff.de verb.oblig. ex Alexandro, & Socino enarrari.*

17 *Minorem ex reſcripto effectum maiorem non poſſe adhuc immobilia ſine decreto alienare, ſique alienauerit, ei in integrum reſtitutionem concedi.*

18 *Iuris ſimplici appellatione ius naturale potius quam ciuile venire. Niſi de ipſo iure ciuili ageretur.*

20 *Fideicommiſſum ſtatim reſtituendum fore morte naturali non expectata,ſed ciuilem tantum ſufficere, etiam in terminis d.l.cum anus,ſimiliumque iurium.*

CAP. VII.

VIDENDVM nunc eſt iuxta ordinem Socini,hic num.104. ſi grauatus monaſterium Fratrum minorũ ingrediatur, qui nihil proprium in communi,aut particulari habere poſſunt, nunquid ſtatim poſt factam profeſſionem, fideicommiſſum naturali morte aliter nõ expectata fideicommiſſario reſtituendum ſit,an vero naturalis mors expecta ri debeat.

Et in hac difficultate duæ ſunt principales
1 Doctorum opiniones,& prima quidem quòd ipſius monachi morte naturali non expectata fideicommiſſum veniat reſtituendum,quam tenuerunt, Bartol.numero tertio,verſic.Quod licet ſit verum,& Bald.circa medium verſic. Dicit tamen Bartolus, in l.cum pater,§.hæreditatem,ff. de leg.ſecundo, Bald.in dicta l.cum acutiſſimi, numero duodecimo, ibi, Omninoque extinctis,C.de fideicom. Nicol. de Neap. Angel.numero tertio,verſic.Et ex hoc poteſt dici, ibi,Quia habetur in totum pro mortuo quo ad

mun-

Digitized by Google

mundum, Ioan. de Imol. ante num. 19. verſic. Et idem dicit Angelus, ac Paulus de Caſtr. in lect. Bonon. in l. ex facto, §. ex facto, vbi etiam Claud. de Seyſell. numero tertio, in fin. verſic. Fatentur tamen, de communi opinione atteſtans, poſt Alexandrum idem dicentem, licet ip ſe contrarium teneat, vt infra dicam, ff. ad Trebel. idem Imol. & Caſtrenſ. in eadem l. §. ſi quis rogatus, il 2. Antonius de Butr. Abb. & Decius numero 74. verſic. Prædicta concluſio limitatur, in cap. in præſentia, extra de probat. Bar. in tract. Minoric. in quarta part. verſic. Iſti etiam hæredes inſtituti, Paul. de Eleazar. in ſua diſputat. incip. Subſtitutus, Carolus Ruin. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, numero 16. communem eſſe inquiens, ff. de liber. & poſthum. ibidemque Lancell. Galiaul. num. 18. Alexan. conſilio decimotertio, Circa primum dubium, numero tertio, verſicul. Bene faciunt, libro tertio, concludens ab hac ſententia tanquam communi non eſſe iudicando recedendum, quinimo magis communem eſſe aſſerit Benedict. Capr. conſilio 83. Cum viſo, numer. 3. & 4. dicens ita communiter teneri, Corn. conſil. 258. Quo ad primum, numero quarto, verſ. Deueniendum eſt modo, libro 3. Socin. ſen. conſ. 92. Circa primum, in princ. & vſque ad num. 4. vbi communem eſſe affirmat, libro primo, Dec. conſ. 259. Viſis his, numero ſeptimo, conſil. 419. Viſo eleganti conſilio, in 1. dub. de recepta etiam opinione atteſtans, Pariſ. conſ. 65. Viſo teſtamento, num. 7. libr. 2. Stephanus Bertrand. conſilio 335. numero quarto, libr. 3. vbi dicit, hanc eſſe communem ſententiam, & ab ea iudicãdo, vel conſulendo non fore recedendum, eique aduerſari, eſſe contra ſtimulum calcitrare, Nicolaus Boer. deciſ. 354. Or poſſum dicere, num. 10. 11. & 12. in 2. part. Abb. conſil. 27. Quidam paterfamilias ab inteſtato deceſſit, colum. 2. verſic. Quædam & ſecundo, vbi de communi, libro 2. Carol. Ruin. conſil. 98. Viſo themate cum dubijs, ſub num. 29. libr. ſecundo, Ioan. Crot. conſil. 92. Regula Cancellariæ, numer. 9. Antonius Rub. Alexandrin. conſ. 155. Dubitatur, numero primo, Maſuerius in praxi, tit. de ſucceſſ. & vltim. volun. fol. 83. colum. 3. Iacobus Philipp. Port. conſil. 23. Quidam filiusfamilias pubes, num. 19. verſic. Qua ratione, lib. 1. Roland. de Vall. conſ. 97. Si contemplanda eſſet, num. 41. lib. ſecundo, & in tract. de lucr. dot. q. 95. num. 18. Ioan. Pet. Surd. conſ. 90. Presbyter Bartholomæus, num. 9. verſic. Similiter & eadem ratione, Ioan. Lopez in rep. rubr. extra de donat. inter virum, & vxorem, §. 71. num. 3. Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. in 2. part. lib. quarto, præſumpt. 89. num. 109. verſ. Et propterea, Simon de Pretis in tract. de interpret. vltim. voluntat. libro 2. ſolut. 6. num. 6. de communi atteſtans, & ſol. 7. numero ſeptimo, fol. 95. Franciſcus Burſat. conſ. 48. Dom. Ludouicus, numer. 27. lib. 1.

Poſſent ad hanc opinionem fundandam plura afferri, ſed pauca fortiora ſufficiant, Et primò, nam cum mors † ciuilis eundem effectum 2
ſortitur, quem mors naturalis habet circa id de quo agitur, appellatione mortis naturalis continetur, idemque de ea, quod de morte naturali iudicandum eſt, l. 1. §. fin. ff. de bonorum poſſeſſ. contratabul. l. actione, §. publicatione, ff. pro ſoc. Cyn. in l. Deo nobis, vbi Bald. numer. 8. C. de epiſcop. & cleric. Bart. in l. ex ea parte, §. inſula, vbi Franciſc. Aretin. columna 1. communem eſſe dicit, ff. de verborum oblig. in l. ſi cum dotem, §. fin. ff. ſol. matrim. in l. 1. numer. 7. ff. de teſtam. Abb. in cap. cum ſis, num. 5. & 6. de cõuerſ. coniug. Ioan. Lopez in d. rubr. extr. de donat. inter vir. & vxor. §. 71. num. 2. verſic. Ratio huius eſt, Andr. Alciat. libr. 2. de verbor. ſignif. fol. 84. verſi. Ex his quoque ardua illa quæſtio. Ioan. Crot. conſ. 92. Regula Cancellariæ, num. 7. lib. 1. Iacob. Menoch. conſ. 227. Iuri & æquitati, num. 45. lib. 3. conſ. 388. Conſultatio hæc, numero 23. libr. 4. Hieronymus Grat. conſilio 21. Eximius art. & med. Doctor. num. 69. lib. 2. Franciſcus Marzar. conſil. 38. Quoniam in hac cauſa, num. 8. Roland. de Vall. conſ. 97. Si contemplanda eſſet, nu. 39. lib. 2. Iodoc. Damhouder. in enchirid. parium, aut ſimil. in verb. Mors ciuilis, Ludouicus Molin. in tract. de Hiſpan. primogen. libro primo, cap. decimotertio, numero 94. Petrus Anton. de Petr. in tract. de fideicom. quæſt. 11. num. 620. & Proſper Farinac. de delict. & pœnis q. 24. num. 36. & q. 34. numero 49. Sed in propoſito reſpectu ſucceſſionis, ac deuolutionis bonorum ad ſubſtitutũ, eundem mors ciuilis effectum retinet quem mors naturalis, cum monaſterium penitus incapax ſit, d. Clem. exiui de Paradiſo, de verbor. ſign. vnde ſic profeſſi mortui mundo dicuntur, d. can. placuit, il 2. 16. q. 1. can. nullus, 2. quæſt. 7. ergo idem de huiuſmodi ingreſſu in monaſterium, & ſic de tali ciuili morte iudicari debet, quod de morte naturali, & propterea reſtitutio ſtatim erit facienda, conditioque impleta ac purificata cenſebitur.

Sed contrarium ſuſtinendo dici poteſt, non videri iſto caſu eundem effectum mortem ciuilem operari, primo quia ſi mors naturalis expectetur, poterit ſubſtitutus prædecedere, & ſic ſubſtitutio euaneſcere, l. vni. §. pro ſecundo, C. de caduc. toll. Secundo, ſi diceremus ingreſſũ eó tẽpore filios habere, tũc ſi mors naturalis nõ expectetur ſubſtitutus excluditur, ſi vero expectetur filij præmori poterunt, ſubſtitutusq. admittetur, vt in l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebell. Et ſi cum Caorlo Ruin. in d. l. Gallus, §. &

quid ſi tantum, nùm. 11. verſic. Retenta igitur communi, obijceretur, expectationem mortis naturalis non eſſe in conſideratione ad tertij fauorem, ex quo in fauorem grauati operari non poteſt, vt voluere Salic. & Paulus de Caſtr. in l. ambiguitatem, C. de vſufr. Ex intentione Franciſci Rip. in d. §. ex facto, ſub num. 12. reſponderi poterit, fauorem eſſe grauati, quòd mors naturalis expectetur, poterit enim in ipſo ingreſſu teſtari, vel ab inteſtato venientibus relinquere, is ſiquidem qui non teſtatur, tacitè venientes ab inteſtato inſtituit, l. conficiuntur, ff. de iur. codicill.

Niſi dixerimus, quòd poſtquam ſubſtitutus per mortem grauati ciuilem, vel naturalem ſemel admiſſus reperitur; curādum non eſt, ſi poſtea ſubſtitutus decedat, ſufficit enim † eum ſupereſſe, & capacem eſſe tempore purificatæ cōditionis, & quando ad fideicommiſſum admitti vult, Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de teſtam. colum. pen. verſic. Item Lambertinus, Alexand. conſilio 26. Videtur fortaſſe, columna fin. numero 14. verſ. Sed nos loquimur, libro 3. Decius conſilio 38. Circa primum dubium, colum. 4. in princ. verſic. Et ſufficit, Pariſ. conſil. 31. Conſiderato primo capite, numero 41. vbi alios multos citat, libro 2. Carolus Ruin. conſ. 100. Viſo teſtamento, num. quinto, verſic. Et quamuis ibi dicat, lib. 2. Andreas Tiraquell. in tract. de retract. lignaier, §. 1. gloſſ. 9. numero 95. Iacobus Mandell. conſ. 106. Periculoſa eſt materia, in prin. Fideicommiſſoque purificato † ſi ſubſtitutus decedat, illud ad hæredem tranſmittit, Ioan. Cephal. conſil. 132. Teſtator, num. 7. & 8. lib. primo, Rolan. de Vall. cō ſil. 46. In preſenti conſultatione, colum. 2. num. 6. vbi poſt Socin. ſen. communem eſſe ſcribit, libro 3. Nec quicquam facit prædicta ſecunda eiuſdem Socini conſideratio, cum illi congruēter ex Ioāne Petro Surdo d. conſ. 90. num. 20. verſic. Poſtremò non releuat, reſponderi poſſit, & quælibet diſceptatio reſtrictionem de habilitate recipiat, vt non ſit amplius ſuper ea immorandum.

Secundò videtur caſus in d. l. Deo nobis, C. de epiſc. & cleric. per quem textum, ratio contra communem ſubmouetur, in eo enim diſponitur, quòd alter coniugum dotem lucratur, ſi alter monaſterium ingrediatur, ſicut per mortem naturalem lucraretur ex pacto, vel ſtatuto, quòd altero prædecedēte, alter lucrari debeat: & tamen poſt mortem ciuilem ante naturalem alter poſſet prædecedere, & lucrari non deberet.

Huic textui multipliciter † reſpōderi poteſt, Primò, quòd ibi mors ciuilis infert in cauſam productiuam illius effectus, ſcilicet matrimonij diſſolutionem, ſed mors ciuilis non infert in fideicommiſſum, d. l. cum pater, §. hæreditatem, de leg. ſecundo, & ita in eadem l. Deo nobis, dicebat Bald. poſt Dynum, Petrum, & Cynum, quos ſequitur Socin. ſen. hic, colum. 67. in princ. verſic. Ad ſecundum dicendum eſt.

Secundò, quòd ibi mortis naturalis expectatio fruſtratoria eſſet, cum diſſolutum matrimonium per monachationem, amplius per mortem naturalem diſſolui non poſſit, §. diſtrahuntur, verſic. Secundum occaſionem, in authen. de nupt. & §. ſi autem vxorem habens, vbi gloſſa in verb. Ex morte, in authen. de monach. l. nam etſi ſub conditione, §. poſt defectum, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. in propoſito autem fruſtratoria non diceretur, ex dicta reſponſione ad primam rationem.

Tertiò reſponderi poteſt, cum gloſſ. in cap. placuit, 16. quæſt. prima, quòd ideo dictum in morte naturali verificatur, ibi, in morte ciuili, quia expreſſe in eo contextu id reperitur, ſed in caſu noſtro non adeſt huiuſmodi expreſſio, quæ ſi adeſſet, vtique tali diſceptatione non indigeremus: Vnde Sfortia Oddus Peruſinus in tract. de compend. ſubſtit. partic. quarta, artic. tertio, fol. 41. verſic. Præterea dici poteſt, aſſerebat, ita poſſe non ſolum ad dictā l. Deo nobis, reſponderi, verum etiam ad mille iura, quę idem probare videntur, vt per eum, idem etiam ſenſit Franciſc. Rip. in d. l. ex facto, §. ex facto, ſub numerum 11. verſic. Sed mortis appellatione, licet hæc reſponſio vſquequaque tuta non ſit, ex ijs quæ tradit Franciſcus Aretin. in l. ex ea parte, §. inſulam, columna prima, circa medium, verſic. Hanc tamen opinionem, de verb. obligat.

Quartò, quia d. lex procedit, quando paciſcens de ſe loquitur, deque eius morte, quo caſu non habet locum §. ſed & hoc præſenti, authen. de ſanctiſſ. epiſcop. ſed caſu quo alius eſt, qui conditionem apponit, & alius eſt ille in cuius perſonam apponitur, ceſſatque ſi termini mutentur, ſecundum Ioannem And. in titul. de ſtatu monachorum, §. 1. ſuper verſic. Decimoquinto, quod voluit etiam in d. cap. in præſentia, Abbas, inferens ad hoc propoſitum, quòd ſi quis de ſe loquens, donando, vel legando cōditionem, ſi deceſſerit ſine filijs appoſuerit, de veris filijs intelligetur, nec ille textus locum habebit.

Tertiò facit text. in dicta l. ex facto, §. ſi quis rogatus, 2. ff. ad Trebell. vbi in damnato in metallum qui amittit bona, poteſtatemque eligendi, ac de nouo acquirēdi, diſponitur, quòd ſi hæres grauatus in metallum damnatus fuerit, & ſic ciuiliter moriatur, dies fideicommiſſi cedit, nec videtur in conſideratione, quòd ſubſtitutus poſſit prædecedere, nam idem in ipſo damnato in metallum dicendum foret: videtur

tur itaque, quòd quando ciuiliter mortuus, bonorũ acquiſitionẽ in futurum, ac eligendi pote ſtatem deperdit, quòd tunc adeo ciuiliter mortuus dicatur, vt non ſit in conſideratione mors naturalis, quamuis ſubſtitutus (vt dicebam) valeat prædecedere, per tex. in d. §. ex facto, vt Socinus inquit.

Cæterum & hunc textũ euitare poterimus,
6 Primò, conſiderando † non dari bonam ſimilitudinem inter Fratres minores, & in metallum damnatos, ſunt enim magis incapaces damnati in metallum quàm iſti religioſi, quod cõſtat: nam damnatis iſtis præter alimenta nihil relinqui poteſt, l. tertia, ff. de his quæ pro non ſcript. hab. nec etiam eligendi poteſtatem habent, d. §. hæreditatem, ſed relicta iſtis religioſis etiam extra cauſam alimentorum ſuſtinentur, nec amittunt eligendi poteſtatem, d. cap. exijt qui ſeminat, & d. Clem. exiui, Vnde magis morti ſimilis eſt damnatio in metallum, iuxta l. intercidit, hoc eodem tit. quam profeſſio Fratrum Minorum, ideo mors naturalis expectanda erit: Confirmatur hæc reſponſio per text. in d. §. hæreditatem, vbi ex eo Iuriſconſultus in deportato videtur velle, quòd in fideicommiſſo mors naturalis expectetur, quia facultatem eligendi non amittit, vt ita dicendum iſto caſu videatur, vt ſenſit Franciſcus Rip. in d. l. ex facto, §. ex facto, ante num. 13.

Secundò reſpondetur, in damnatis in metallum expectandam eſſe mortem naturalem ſaltem hodie, damnati enim in metallum, nõ amit
7 tunt † hodie libertatem, nec ſerui pœnæ efficiuntur, authen. ſed hodie, C. de donat. inter virum & vxor. Nicolaus Boer. deciſ. 278. numero tertio, Ioan. Petr. Surd. d. conſ. 90. Presbyter Bartholomæus, num. 37. verſic. Minus aduerſatur, & poſt Bart. in l. qui vltimo, num. 3. verſ. Sed illud quod hic dicitur, ff. de pœn. tradit Alex. in d. §. ex facto, num. 6. in fin. verſic. Et id quod dictum eſt.

8 Altera igitur ſuperiori contraria † eſt opinio, quòd imo naturalis mors ingreſſi incapax monaſterium expectanda ſit, quam comprobarũt, Alexand. ſub num. 5. & 6. Vincent. de Herculanis de Peruſio, columna prima, & ſecunda, ac Rip. numero 12. in prælleg. l. ex facto, §. ex facto, ad Trebell. Salic. in l. 1. numero 6. C. de hæredib. inſtit. Raph. Cuman. & Ioan. de Imol. numero 6. verſic. Quod limitat Bartol. in d. l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de leg. ſecundo, idem Cuman. in l. 1. ff. de teſtam. Felin. in cap. in præſentia, numero 56. de probat. in cap. licet vndique, columna ſecunda, ante numerum tertium, de offic. deleg. Emanuel Coſta in 2. part. numero 12. & Ioan. Crot. ſibi contrarius, num. 27. in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, Fernand. Vaſquius in tract. de ſucceſſ. creat. libro tertio, §. 21. numero 171. vbi dicit iſtam videri communem ſententiam Modernorum, quam tenet Socin. ſen. hic, num. 104. & hos ſequitur Alexan. Trentacinq. conciuis meus in eius celebri tract. ſubſtit. in 4. part. cap. 6. ſub num. 4. verſic. Ego conſiderando verba, rurſus Emanuel Coſta in rep. cap. ſi pater, in 1. part. in verb. Si abſque liberis, numero 61. verſic. His tamen non obſtantibus, dicens ſ communem opinionem Recentiorum eſſe, & Auguſtin. Bero. q. 41. Fideicommiſſo facto, ante num. 5.

Mouentur ad id dicendum, Primò per text. in l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iure fiſci, vbi iuſſus poſt mortem reſtituere ſi deportatus fuerit, non ſtatim fideicommiſſarius admittitur, ſed demum poſt illius mortem naturalem, interimque fiſcus bonorũ vſufructu potitur, & ratio illius text. eſt, quia poſſet ipſe fideicommiſſarius præmori, vnde caducum fideicommiſſum redderetur: quæ ratio in propoſito militare videtur, cum fideicommiſſarius præmori poſſet, & fideicommiſſum apud hæredes legitimos monachi permaneret, ideo eadem textus diſpoſitio militare debet, l. illud, ad l. Aquil. l. à Titio de verbor. oblig. cum alijs vulgaribus.

Sed hic textus qui in iſta materia plurimum
9 † vrget, reſponſione non caret. Primò, nam diuerſa eſt ipſius ratio, quando enim bona alicuius publicantur, fiſcus in eius bonis ſuccedit nõ vt ſucceſſor poſt mortem, ſed vt ſucceſſor in vita, & ideo omnes vtilitates, quibus damnatus eſſet vſurus in fiſcum transferuntur, & hæc eſt ratio quare præfertur fideicommiſſario in vita, quinimo fiſcus præfertur liberis, qui præcedunt fideicommiſſarios, vt l. peto, §. prædium, de leg. ſecundo, & ita intelligit Paulus de Caſt. in l. in inſulam, columna prima, ſub numerũ 2. ff. ſol. matrimon. inducens eundem §. Cornelio Felici, & ideo dicebatur ibi, quòd forſan mori potuit fideicommiſſarius ante tempus mortis hæredis, & conſolidabitur hæreditas fiſco, quæ alias fideicommiſſario competeret: fideicõmiſſario itaque præfertur fiſcus in vita, poſt mortẽ vero à fiſco fideicommiſſum reſtituitur: Sed in caſu noſtro ipſis ab inteſtato veniẽtibus potior eſt fideicommiſſarius etiam in illo actu profeſſionis, & ſic non expectata morte hæredis, ex voluntate tacita teſtatoris præfertur, vnde cum ipſe ſtatim ius ad hæreditatem habeat, non poteſt caſus mortis eius conſiderari.

Secundò reſponderi poteſt, eundem §. Cornelio Felici, loqui de morte ciuili contingente ex aduerſa fortuna, per quam diſpoſitio non committitur, quando poſt eam ex expectatione mortis naturalis poteſt diſpoſitio effectum aſsumere, in caſu autem de quo diſceptatur, mors ſine euentu aduerſo, & triſti contingit,

materiaque fauorabilis eſt, vt per mortem ciui lem diſpoſitio committatur,ſi mortis naturalis effectum habeat,arg.cap.cum dilecti,de donat. Quinimò hic text.ex intentione Alexan.d.con ſilio 13.Circa primum dubium, colum.1.num. 2.verſic.Pro hac concluſione, lib.3.retorqueri poteſt,dum in eo dicitur, quòd grauatus interim potuit res acquirere, à contrario ſenſu, cũ hęc ratio in his Fratribus minorib.oĩno ceſſet, qui nec in ſingulari, nec in cõi acquirere poſſunt, ſecus verò in ijs qui religionem bonorum in communi capacem profitentur,vt in eodem §.Bart.annotauit,& Bald.in d.§.hæreditatem, per illum text. quia propter id mors ciuilis eun dem effectum tunc non operatur, quem mors naturalis affert, ideo à pari non procedunt, vt ibi, huiuſmodique retorſione Io. Crot. etiam vtebatur in d.§.& quid ſi tantum,ante num.14. verſ.Pro qua facit.

Secundò,nam mortis appellatione in dubio
10 † de naturali non de ciuili intelligimus, l.ex ea parte,§.inſulam,ff.de verb. oblig. cum ſimil.& tradunt, Bart. in d.§.Cornelio Felici, Ioan.de Imol.in rubr.extra de teſtam.num.14.Alexan. conſ.139. Viſo themate ſupraſcripto,colum.2. num.3.libr.2. Hippol.de Marſil. in practic.crimin.§.opportunè,numer.48.Hieronym.Grat. conſ.2.Rurſus in cauſa,num.42.libr. 1. Auguſtin.Bero.d.q.41.Fideicommiſſo facto,num.3. Phanuc.in tract.de lucr.dot. in rubr.verſ. Poſt mortem,num.12.Hocque regulariter procedit, præterquam in caſibus à iure expreſſis, gloſſ.in c.ſuſceptum, in verb. Non morte,ibi,Bene ergo dicit Ioan.de reſcript.in 6.gloſ. in c.placuit, 16.q.1. Oldrad. conſ. 284. In quodam monaſterio, num. 4. in fin. Verba etiam in dubio in
11 ſenſu † naturali,non ciuili debent intelligi,l.fi. C.de his qui ven. ęt.impetr.l.fideicommiſſum, hoc tit.de condit.& demon. ac in potiori ſignificatu,l.1. §. is qui nauem, ff. ſi ager vectig. vel emphyt.pet. Hocque vel maxime dicendũ eſt, cum mortis mentio conditionaliter profertur,
12 conditio enim purificari debet † in caſu vero, non in caſu ficto,l.qui hæredi,& l.Mæuius,hoc tit. Bart.in d.l.Gallus,§.& quid ſi tantum, col. prima,ſub num.2.verſ.Contra hoc oppono,ff. de liber.& poſthum.mors autem ciuilis, mors
13 eſt ficta † non vera,l.1.§.fin.ff.de bon. poſſ.con tratabul.Bald.conſ.148.nu.2.lib.4.Hieronym. Grat.conſ.21.Eximius,num.65.lib.2. Et id no men mortis ciuilis in iure nõ reperitur,ſed ma-
14 giſtrale eſt à Doctoribus † adinuentum, teſte Emanuele Coſta in d.§.& quid ſi tantum, numero 3. quod ante eum ſcripſit ibi Fortunatus Garz.num.42.verſic. Ego igitur, atque in iſta quæſtione præſupponitur conditio ſi ſine liberis deceſſerit, verbum verò decedere mortem
15 naturalem † importat,l.intercidit,iſto tit.l.qui duos,§.ſi maritus,ff.de reb.dub.l. ſi deceſſerit, ff.qui ſatisd.cog.gloſſ.fin. in d.cap.ſuſceptum, Petr.Rebuff.in tract.benefic. in reg. de infirm. benefic.reſign.gloſ.11.Alexan.Trentacinq. in tract.ſubſtit.partic.4.cap.6.in princip. fol.134. vbi alios citat,Sfort. Oddus,in tract.compend. ſubſtit.partic.4.art.3.concl.vnica,verſ.Quo re tento,fol.41.

Huic rationi reſponderi poteſt conſideran-
16 do,text.in d.§.inſulam,procedere † in promiſſione collata in tẽpus mortis principaliter,adiecta cauſa differendæ ſolutionis,prout in dubio præſumitur,l.eum qui,aliàs Iabolenus,cum ibi not.ff.de annuis legat.& not.in l.qui Romæ,in princ.ff.de verb.oblig. Vnde cum maiorem dilationem expectatio mortis naturalis operetur, quàm expectatio mortis ciuilis, ideo ibi mors ciuilis non ſufficit, fuit enim ibidem facta promiſſio per hæc verba: Cum morieris, quæ principaliter tẽpus denotant,l.ſi Titio, in prin. ff.quand.dies leg. ced. Sed in propoſito noſtro teſtator tempus non adiecit cauſa differendæ reſtitutionis hæreditatis,ſed conditionem adiecit,ſi decederet ſine liberis, quia voluit hæreditatem in deſcendentes peruenire,iuxt.l.Lucius Titius,2.ff.de hæredib.inſtit. vnde quia quantum ad iſtum effectum idẽ operatur dicta mors ciuilis ſicut naturalis, debet ergo eſſe idem ius in vna prout in alia, vt in iuribus ſupra allegatis probatur,non enim proficua eſt grauato expectatio mortis naturalis iſto caſu, vt dictũ extitit,ſicut in caſu d.§. inſulam, & ideo vbi concurrit ratio eiuſdem,§.inſulam, poſſet illa opinio ſibi locum vendicare,& ita ad hanc rationẽ reſpondebat Alexan.d.conſ.13.Circa primum dubium,col.2.nu.3.verſ.Tamen poteſt reſpon deri,lib.3.quem ſequitur Socin.ſen.hic col.65. circa med.verſ.Ad ſecundum.

Non obſtat, verba debere naturaliter intelli gi,non autem ciuiliter, d.l. vltim. C. de ijs qui ven.ætat.impetr. Nam omiſſa reſponſione Alexandri quam ad hunc text.affert,conſ. 2. Viſis codicillis,num.16.libr. 1. poteſt congruentius ex declaratione Ioan. de Imol.in d.l.Gallus, §. & quid ſi tantum,col.pen.num.36.verſ. Tertio caſu,in fi.reſponderi,id ex eo contingere, quia legitimus ille ſtatus per reſcripti veniam conceſſus, non repræſentat per omnia legitimam
17 ætatem, ſiquidem † minor ille annis, effectus maior ex reſcripto, non poteſt ſine decreto immobilia alienare,l.pen.C.eod.tit.imò is minor alienando cum decreto fundum vili pretio, in integrum reſtituitur,vt ex d.l. pen. ſcribunt ibi gloſſ. Cyn.& Alberic.qui de communi opinione atteſtatur, ex quo intelligimus diuerſum eſſe à caſu noſtro, vbi mors ciuilis repręſentat per omnia mortem naturalem effectiuè,quæ reſponſio arriſit Iacobo Menochio conſ.277.luri &

ri, & æquitati, num. 49. verſic. Nec etiam obſtat, & conſil. 266. Memini, num. 42. verſic. Nec quicquam vrget, lib. 3.

Minus refragatur d.l. fideicommiſſum, nam ob id filius adoptiuus non facit deficere conditionem, atque ita ſubſtitutum nõ excludit, quia lex, vt fraudibus, & dolis occurreret, ſanciuit ne adoptiui id efficere poſſent, erat enim facile vni cuique adoptando filium excludere ſubſtitutum, & huius fraudis meminit Iuriſconſ. in l. cum ratio, §. ex bonis, ff. de bon. damn. ita nuncupatim Ioan. Andr. declarat, & Alexand. reſpondet d. conſil. ſecundo, num. 16. verſ. Non obſtat ſecundo, libro primo. Acceditque ratio: quod cum ſit proprium conditionis ex incerto euentu pendere, non videtur poteſtati hæredis commiſſum, vt adoptionis commento, ac fraude fideicommiſſum extinguat, argum. l. nec ei, §. primo, de adopt. & alibi latius extricatum fuit, quod fraudis commentũ in huiſmodi monachationis ſpecie penitus recedit.

Nihil vrget natura conditionis, vt in caſu vero, & non ficto purificari debeat. Nam vt idem Alexand. dicebat d. conſil. ſecundo, nume. 19. verſic. Præterea dato, quantumuis mors ciuilis dicatur ficta, tamen conditio fideicommiſſi dicitur per eam deficere ſicut per mortem naturalem, vt probatur in l. Iulianus, hoc tit. in verbo, Accepto tuliſſet, iunct. §. eſt autem acceptilatio, Inſtit. quib. mod. toll. oblig. vbi in conditionalibus, idem operatur implere conditionẽ vere, vel ficte, ſi eundem effectum habet implementum fictum, & Alexandrum ſequitur Menoch. d. conſil. 227. nu. 46. verſic. Et huc facit, ac dicto conſil. 266. numero trigeſimooctauo, libro tertio.

Denique non obſtat, verba in potiori ſignificatu intelligi oportere, nam ſi vnam tantum mortem eſſe ex Fortunio Garzia, & Emanuele Coſta affirmandum eſt, non poteſt vna potior altera cenſeri. Sed ſi aliud magiſtraliter dicendum eſſet, videretur potius ad ciuilem mortem verba debere referri, argum. text. in §. ſed quoties, Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil.

18 Nec repugnat, quòd appellatione iuris† ſimpliciter veniat ius naturale potius, quàm ciuile, veluti vetuſtius, excellentius, ſibi conſtans, & perpetuum, §. quod vero, Inſtit. eodem titu. c. quo iure, octaua diſtinct. l. prima, de acquiren. rerum domin. nam hoc eſſet verum, niſi de iure ciuili ageremus, tunc enim ad ius ciuile Romanorum oratio referenda eſt, & ita videtur, quod in iure ciuili cum de morte loquimur, de ea morte debeamus intelligere, quæ ex iure ciuili eſt.

Tertiò dicebant quidam Recentiores, quod quamuis grauatus religionem ingrediatur, nõ tamen per omnia pro mortuo cenſeri debet, cũ Eccleſiaſtica dignitates conſequi poſſit, capit. nullus, de elect. lib. 6. cap. quam ſit, eodem tit. & libro.

Sed hoc argumentum, vt Fortunius Garzia aduertit, non eſt aptum ad ſubtilem diſputationem, quid enim efficit, quòd monachus poſſit dignitates habere, & reſpectu illarum pro mortuo non habeatur, ſi nos non de dignitatibus loquimur, ſed de bonis quæ nullo modo habere poteſt, & ideo in eius vita is ea habet, quæ poſt mortem habiturus eſſet: nihilque refert, quòd in omnibus vt mortuus non æſtimetur, ſi in eo de quo diſputamus habetur; cum etſi Epiſcopus efficeretur, non poſſet habere proprium, gloſſ. in cap. quia tua, 12. q. 1.

19 Ex prædictis itaque conſtat diſputãdo vtrãque opinionem defendi poſſe, ego tamen† non audeo à priori ſententia recedere, ipſamque arbitror iudicando, & conſulendo ſequendam fore, cum videatur veritati valde conſona, & non ſolum ſit magis communis antiquorum, ſed etiam Recentiorum, quicquid Fernandus Vaſquius, & Emanuela Coſta ſcripſerint, quã vltra præcitatos tenent, Anto. Corſet. in Sing. in verb. Legitima, ſub num. 2. verſic. Aut mors ciuilis, & num. 5. ac etiam Didac. Couar. Tolet. de teſtam. cap. ſecundo, num. nono, ne igitur licentia vtamur, vt quodcunque maxime probabile occurrat id liceat defendendo aſſerere, ſic firmiter, ac tute concludendum eſt, cum ſcientia quæ remota à iuſtitia eſt, calliditas potius quam ſapientia ſit appellanda. Moueor: nam eadem videtur ratio in propoſito coniecturandi mentem teſtatoris, quæ in conditione ſi ſine liberis deceſſerit naturaliter adimpleta verſatur, qui enim rogat, vt reſtituas, ſi ſine liberis deceſſeris, illam habet mentem, vt te velit potius inter omnes habere hæreditatem, deinde tuos filios magis, quam eum cui reſtituenda eſt, vltimo potius eum cui rogat reſtitui, quàm ab inteſtato venientes, quod ex ſe patet ſi fidei commiſſi verba attendantur, & hoc eodem modo interpretatur Iuriſconſultus in d.l. Lucius Titius, 2. ff. de hæred. inſt. & Imper. in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſt. & ſubſt. præſuppoſita igitur hac mentis declaratione, liquido comperiemus, quod cum hæres non poſſit hæreditatẽ retinere, nec liberos habeat veros, nec vt ita dixerim fictos, ſiue præſumptos, quia monaſterium incapax eſt, ſtatim reſtituenda ſit hæreditas ex teſtatoris voluntate, quia magis vult eum habere, quã extraneos hæredes ipſius profitentis, vt in d.l. Lucius Titius, & propterea eadem diſpoſitio adeſſe debet. Et vtique ſi teſtator ipſe de hoc caſu interrogatus fuiſſet, idem reſpondiſſet, & proinde pro diſpoſito cenſeri debet, argum. l. tale pactum, §. fin. iuncta gloſſ. ff. de pact.

Prædi-

Prædictaque crebrior opinio prout in se vera est, sic etiam facilius procedere debet in ter-
20 minis huius l.cum auus, & sic in tacita, si sine liberis decesserit conditione, regula enim quæ habet conditionem non posse in casu æquipollenti adimpleri, non procedit in tacita conditione, vt ex dictis Angel. in d.l. generaliter, §. cum autem, num. 3. colligit Hieronym. Grat. d. consil. 21. Eximius art. & med. Doctor, nu. 83. versic. Secundo dico, lib. 2.

HYPOTHESIS.

Deportationis materiam in quantum ad conditionem, si sine liberis decesserit, visum est pertinere, subindeque textum in d. l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebellian. diligenter extricari.

SVMMARIVM.

1 *Deportatorum filij suscepti post illorum in conditione positionem, nunquid ad defectum conditionis, si sine liberis decesserit prosint: In hocque distinctionem textus in d.l. ex facto, §. ex facto, afferri.*

2 *Senatoris filium dici, qui nondum finita per patrem Senatoria dignitate conceptus fuerit: Sacerdotis autem filium non dici ante Sacerdotiũ conceptum.*

3 *L. ex facto, §. ex facto, d. tit. ad Trebell. dispositionem, in quantum vult post deportationem susceptos liberos ad defectum conditionis non prodesse, locum sibi hodie non vendicare. Sed contrariam opinionem Alexandri nonnullos tenere, num. 7. ipsamque Alexandri posteriorem sententiam comprobari, num. 12.*

4 *Deportatione matrimonium hodie nequaquã solui, & quid de iure antiquo, num. 5.*

6 *Argumentum à contrario sensu non desumi ad legum correctionem inducendam.*

8 *Auth. bona damnatorum, C. de bon. proscript. ex intentione D. Vincentij de Franchis, & alio etiã modo declarari.*

9 *Damnatorum bona de iure authenticorum non confiscari, sed proximioribus ab intestato ascendentibus, vel descendẽtibus, & ex latere vsque ad tertium gradum si superstint applicari: Hocq. num. 11. limitari.*

10 *Damnatorum bona si ex sententia confiscentur, sententiam nullam esse, nec in iudicatum transire, etiam quod fuerit lata à iudice generale arbitrium habente.*

13 *Successionis iure, vel hereditario bona deferri multum interesse.*

14 *Damnatum ad mortem seruum pœnæ effici.*

15 *Fideicommissi diem non statim à die deportationis cedere, sed mortem naturalem expectandam fore.*

16 *Mortis appellationem in dubio de naturali accipi: Idque declarari.*

17 *Restitutum à Principe primum statum recuperare.*

18 *Deportatos filios cum quibus gratuitu sub conditione, si sine liberis decesserit, iam moritur non prodesse ad defectum conditionis, & substituti exclusionem.*

19 *Deportatos mortuorum loco censeri.*

20 *Deportatos ea quæ iuris ciuilis sunt non quæ iurisgentium amittere.*

21 *Deportatos tanquam peregrinos ex testamento non capere, sed hereditatem in ea causa esse, in qua esset, si scripti heredes non fuissent.*

22 *Deportatos non solum actiuam, sed passiuam testamenti factionem non habere.*

23 *Deportatis institutis venientes ab intestato succedere.*

24 *Deportatos, à milite Romano militari priuilegio institui posse.*

25 *Deportatos, desinere per deportationem consanguineos esse.*

26 *Deportatos, fœminas non excludere ex statuto fœminarum exclusiuo.*

27 *Deportatos à limine iudicij repelli.*

28 *Deportationem, in locum interdictionis aquæ, & ignis subcessisse.*

29 *Deportationis pœnam, amissionem bonorum concomitari: Sed de iure nouissimo aliter esse, numero 34.*

30 *Deportationis loco ferè communiter exilium perpetuum succesisse, Sed ex Iulio Claro istam pœnarum commutationem arbitrariam videri, numero 31.*

32 *Deportationis pœnam hodie etiam in hoc felicissimo Neapolis Regno in quo insulæ adsunt in vsu esse.*

33 *Insulas deferentes, & damnati ab illis confugientes pœna mortis naturalis affici.*

35 *Iacobum Butrigarium celeberrimi nominis esse Iurisconsultum, & Bartoli præceptorem, ac Rainerij de Forlinio contemporaneum extitisse.*

36 *Deportãdi ius ad Prefectũ Prætorio spectare, nec non Vrbi Prefectũ, sed cum licentia Principis.*

37 *Triremium pœnam vitandam esse, vbi alia pœna irrogari potest.*

CAP. VIII.

DECIMO Socin. colum. 69. num. 105. perstringendo materiam, de deportatis verba facit, pro cuius clariori dilucidatione, duo sunt considerandi casus, Primus est, cum quis sub conditione, si sine liberis decesserit, restituere rogatus postea deportatur, ac filios

Digitized by Google

lios ſuſcipit, nunquid per ipſorum exiſtentiam
1 conditio † deficiat, & in hoc caſu aperta reperi
tur diſtinctio, quam Vlpianus lib. 2. fideicom.
attulit, in l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebell. Ex
facto, inquit, tractatum memini: rogauerat quę
dam mulier filium ſuum, vt ſi ſine liberis deceſ
ſiſſet, reſtitueret hæreditatē patri ſuo, is poſtea
deportatus in inſulam liberos ſuſceperat, quæ-
rebatur igitur an fideicommiſſi conditio defe-
ciſſet? Nos igitur hoc dicimus conceptos qui-
dem ante deportationem, licet poſtea edantur,
efficere, vt conditio deficiat: poſt deportationē
vero ſuſceptos quaſi ab alio non prodeſſe, ma-
xime cum etiam bona cum ſua quodammodo
cauſa fiſco ſint reſtituenda. Vnde Senatoris fi-
2 lius † dicitur, qui nondum finita per patrem Se
natoria dignitate concipitur, l. emancipatus, ff.
de Senatoribus. Nec Sacerdotis filius dicitur,
ante Sacerdotium conceptus, vt not. gloſſ. in l.
Imperialis, §. his illud, in verb. Natæ ſint, vbi
Bald. num. 2. verſic. Vnde ſumit, C. de nuptijs,
de quo per Bart. in l. Senator, num. primo, verſ.
Ex quibus, C. de dignit. lib. duodecimo, facit l.
verum eſt, ff. de ſecund. tabul. l. item prætor, vbi
Bart. in princip. ff. de ſuis, & legitim. & late per
Andr. Tiraquell. in tract. de retract. lignaier, §.
primo, gloſſ. nona, num. 84. & 85. Cumque Vl-
piani ſententia, ſiue reſponſum controuerti ne-
queat, difficultas in eo verſatur, ac reſidet, nun
quid d. l. ex facto, §. ex facto, in ſecunda diſtin-
ctionis parte locum ſibi hodie vendicet, & Bar.
ibi in illa videtur eſſe opinione, vt textus ille nō
3 procedat, in quantum diſponit, † quòd poſt
deportationem ſuſcepti liberi ad defectum con
ditionis non proſint, & cum Bartolo tranſeunt
ibidem Claud. de Seyſell. Aquenſis, num. 3. ver
ſic. Et iſta ratione, ac Franc. Rip. num. primo,
verſ. Sed contra opinionem, verum expreſſius
idem ſenſit ipſe Bart. in l. prima, in fine, nume-
ro nono, verſic. Videtur ſiquidem, ff. de bon.
damn. Anton. de Padilla in d. l. cum acutiſſimi,
num. 42. in fine.

Hodie enim per deportationem matrimo-
4 nium † nequaquam diſſoluitur, §. quod autē,
Authen. de nupt. l. prima, iuncta gloſſ. C. de re-
pudijs, Authen. ſed hodie, C. de donat. inter
vir. & vx. Tancred. de Corneto in Summa, tit.
de vltim. vol. cap. 5. Angel. de Aretio in §. cum
autem, nu. 7. Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt.
ſolu. & conſequenter filij qui poſt deportatio-
nem naſcuntur ſunt legitimi, & ſic habiles ad
ſuccedendum patri, ergo per ipſorum exiſten-
tiam, fideicommiſſi conditio deficere debet, l.
filiusfamilias, §. cum quis, vbi gloſſ. de leg. pri-
mo, quod procedit etiam mutata coniugum af-
fectione, quia quos Deus coniunxit, &c. capit.
primo, & cap. gaudemus, de diuort. quicquid
fuerit Digeſtorum iure, vt elicitur ex textu ſe-
cundum Alexand. in d. l. prima, in verb. Ante
concepti, de bon. damn. Quod vel maximè vi-
detur per text. in l. ſi vnquam, C. de reuocand.
donat. fauore liberorum, vt l. fin. §. penult. ff.
d. tit. de bon. damn.

Vt autem idem Alexand. & Franc. Rip. ad-
uertunt, inſpecto etiam antiquo iure, matrimo
5 nium † deportatione non diſſoluebatur, l. ſed
& alia, eodem tit. & ſentit gloſſ. in l. actione, §.
morte, verſ. Publicatione, ff. pro ſoc. gloſſ. in l.
prima, C. de hæred. inſtit. niſi ſecundum diſtin-
ctionem de qua in l. ſi quis ſic ſtipuletur, cum
gloſſ. ff. ſolut. matrim. mutata ſcilicet affectio-
ne, & per gloſ. in dict. l. prima, C. de repud. Nec
tex. in d. l. prima, de bon. damn. id exprimit, nec
vllibi probatur. Et ſi cum Bart. diceretur iſtud
à contrario ſenſu inde deſumi, quod argumen-
tum in iure fortiſſimum eſt, l. prima, ff. de offic.
eius.

6 Reſponderi poteſt, huic argumentationi † de
ferendum non eſſe, ad iurium correctionem in
ducendam, l. ſecunda, C. de cond. inſert. capit. à
nobis, vbi Abb. & Felin. de ſenten. excommun.
Aym. Crau. conſil. 39. Proponitur, num. quin-
to, Matth. de Afflict. deciſ. 314. In cauſa, num.
3. Præſertim cum non in matrimonio vis, & ra-
tio textus fundetur, ſed quia poſt deportatio-
nem concepti videntur quaſi ex alio homine
geniti, vt in d. §. ex facto, ibi, Quaſi ab alio non
prodeſſe, nuncque ijdem cenſentur, §. 1. Inſtit.
de capit. dimin. cum ſimil.

Nō obſtat d. l. ſi vnquam, quia vt dicit And.
Tiraq. ibi, in verb. Donatione largitus, quæſt.
18. num. 332. ipſe non videt quid Bart. deciſio
ad illam legem pertineat, quæ in præſumpta vo
luntate donātis omninò fundatur, niſi (inquit)
etiam dicas, hūc qui delinquit, veriſimiliter nō
id perpetraturum fuiſſe ſi cogitaſſet de liberis
futuris, quæ res an conſideranda ſit videant cæ-
teri. Et re vera, vt perilluſtris Dominus Vinc.
de Franch. Sacri Regij Conſilij Neap. Præſi-
dens, ac Viceprotonotarius aduertit, deciſ. 102.
Bona Neapolitanorum, ante num. 26. re uera
hoc in conſideratione non eſt, poſtquam enim
quis deliquit, ex delictoque ius fiſco quęſitum
fuit ſecundum iura antiqua, vel agnatis ſecun-
dum iura hodierna, non eſt dicendum, quòd
natis filijs poſtea, id quod ex delicto re non in-
tegra alijs quæſitum eſt, filijs ſuperuenientibus
ipſi reſtituatur, ex hoc ſiquidem maxima fraus
contra fiſcum, & alios conſiderari poſſet, & ma
ximè potuiſſet deportatus poſt ſententiam vxo
rem ducere, & ſecundum iura antiqua fiſcum
defraudare, & nunc agnatos.

Propterea Alexand. in d. l. ex facto, §. ex fa-
7 cto, num. 2. in contraria † perſtetit opinione, vt
inquam ius antiquum incorrectum remaneat,
& videtur eſſe de intentione Pauli Caſtren. ibi

ante

ante num.3.quos ſequitur Vincentius Hercul. in 2.not.dicens verum non eſſe quod Bart.ibidem aſſeruit, ex eiuſque verbis de contrario apparere: Sique cum Franciſco Rip.in d.§.ex facto,in prin.verſic. Sed contra hanc opinionem aduerſus Alexandrum diceretur, text.in Auth. bona damnatorum,C.de bonis proſcript. intelligi iuxta terminos legis præcedentis,prout intelligi oportet,lex enim corrigens recipit intellectum à lege correcta,vt in Authen.de fil.ant. dotal.inſtrum.nat.in princ.lex autem præcedēs de poſthumis deportatis loquitur, & ſic de filijs in deportatione conceptis, alioquin non dicerentur poſthumi deportati ſi forent ante deportationem concepti, ſed dicerentur poſthumi hæredis grauati,ergo eodem modo illa Authentica intelligenda eſt, cum igitur concepti poſt,hodie ſint naturales, & legitimi indiſtinctè, & ſic ſucceſſibile, nihil obſtat quominus faciant fideicommiſſi conditionem deficere, ſecundum text. in d. l. filiusfamilias,§.cum quis rogatus,de legat.primo.

8 Reſponderi primo poteſt ex intentione dicti Domini Vincentij de Franchis, Ripam expreſſe loqui contra text.d.l.fin. dum præſupponit, quòd quis poſthumos relinquit tempore quo, vel capitalem ſententiam, vel deportationem ſuſtinet,qui poſthumus vere appellatur, quando in vita patris conceptus eſt, & poſtea patre mortuo naſcitur, apparet ex verbo, mortuus, in d.text.appoſito, poſt verba illa, vel capitalē ſententiam, vel deportationem, quod quidem verbum ad vtrunque refertur,quomodo igitur quis mortuus concipere poteſt ? pariter igitur vtrunque verbum determinabit, & ſic quemad modūm oportet dicere, quòd ille tex. loquitur de poſthumo nato poſt mortē naturalem, quē omnino oportet ante conceptum eſſe,ſic etiam oportet dici, quod de poſthumo ante deportationem concepto loquatur,nato autem poſt deportationem, & ſic poſt mortem ciuilem, arg. text.in l.iam hoc iure,ff. de vulgar. & pupillar. & ita eandem legem intelligit Bald. ibi, nume. primo.

Secundò, non inferri neceſſario poſſe, ſunt poſthumi deportati, ergo ſunt poſt deportationem concepti, cum ante conceptio dari poſſit, & poſt ſubſequi mors grauati, ac denique poſt humorum ortus. Nec releuat aſſerere, quòd aliàs dixiſſet, poſthumos hæredis grauati, cum iſtud ſit quid diuinatiuum, & confunditur ex textu in d.§.ex facto, vbi ante & poſt deportationem concepti dicuntur filij non hæredis grauati, ſed deportati. Quid erit tandem ſuper hac difficultate dicendum ? Quamuis fateri oporteat, quicquid aliàs eſſet de iure antiquo, hodie de iure nouiſſimo Authenticorum, de-
9 linquentium † bona minime confiſcari, ſed proximioribus ab inteſtato venientibus aſcendentibus, vel deſcēdentibus, & ex latere vſque ad tertium gradum ſi ſuperſint applicari, d.Authen. bona damnatorum, vbi Iacob. Butrigar. & Angel. C.de bon. proſcript.§.fin. Authen. vt null.iudic.§.oportet, Authen. de mand. princ. gloſſ.in l.3.§.legis, in verb. Ademptio, ff. ad l. Cornel. de ſicar. Angel. in Authent. de inceſt. nupt. num.6. Dec.in l.ſecunda,num.13.C.qui teſtam.fac.poſſ.Nell.de S.Gemin.de bannit.in prima part.2.temp.q.11.ad fin. verſic. Si verò bannitur. Alberic.de Roſat.in tract.ſtatut.par. 3.quæſt.18.circ.fin.Guid.Pap. quæſt.437. Inter cæteras libertates,num.3.Anton.Capic.deciſ.153.Notarius Petrus de Maina,num.quarto,Ludouic.Bolognin. in addit. ad Ioan.de Anan.conſil.59.Caſus iſte, Cepoll. conſil. crim. 17. Viſa commiſſione facta, num.14. & 35. Io. Cephal.conſil.79. Domina Catharina, numero decimo,libro primo,Rolan.de Vall. conſil.98. Mature conſideratis,num.3.& infr. conſil. 97. Si contemplanda eſſet,num.primo,libro ſecundo,Tob.Nonius conſil.104. Etſi, num.ſecundo, Iul. Clar. in pract. §.fin.quæſt. 78. in prin. verſic. Nunc de pœnis, de communi Proſper Farinac. de delict. in prima parte, quæſt. 25. in prin.

10 Quod in tantum eſt verum,quòd ſententia† in qua iudex huiuſmodi pœnam confiſcationis imposuit, contra diſpoſitionem dictorum iurium nulla ſit, etiam quòd ab ea appellatum non fuerit,nec vnquam in iudicatum tranſit,etiā quòd fuerit lata à iudice latum generaleque arbitriū habente, Bald.in cap.primo,in princ.colum.3. verſic.Sed hic quęro,& verſic.Sed pone iudex, de pac.ten. Dec.conſil.252. Agitur cauſa, col. 3.ad fin.ſub num.6.verſi.Nec obſtat ſi forte apparet,Roland.d.conſil.98. num.quarto, lib.2. Tob.d.conſil.104.num.3.

Supradicta tamen concluſio intelligēda eſt,
11 cum confiſcatio in conſequentiam, † & tacitè ex lege capitalem pœnam infligente procedit, ſecus ſi per legem pœna capitalis, expreſſeque etiam confiſcationis imponeretur, tunc enim ius antiquum per dictam Authent.minimè corrigeretur,ſed ſolum eo caſu quo tacitè,& in cō ſequentiam, Bart.in l.prima,ſub num.3.verſic. In illis igitur,ff.de bon.damn. Alberic. in d.Authent.bona damnatorum,nu.primo,poſt Petr. de Bellapertic.ibidemque Ioan.Fab. circ.prin. & Cyn.num. primo, ibidemque Angel.verſic. In gloſſ.quæ incipit, Paul.de Caſtr. conſil.171. Viſa,& ponderata,colum.fin.num.quinto,lib. primo,Stephan.Aufrer.in addit.ad Capell.Tholoſ.deciſ.150.Item fuit quæſitum, quidam accuſatus,verſic.Tertio caſu.

Tamen in propoſita quæſtione, concluden
12 dum † exiſtimo, Alexandri Imolenſis opinio-

item

nem veriorem eſſe,ſcilicet quod d.l. ex facto,§. ex facto,deciſio in ſecunda ſui parte incorrecta remaneat,ibi enim controuertitur,an conditio illa quæ propriè eſt implenda, in filijs poſt deportationem conceptis purificetur, quod negatur per Iuriſconſ. cum deportatus quaſi alius homo conſideretur, & tanquam ab alio homine concepti non proſunt,vt fideicommiſſi conditio deficiat, & ſic hæreditario iure repelluntur,quod etiam hodie verum eſt, ius autem nouiſſimum illos extra ius hæreditarium quod in deportato deficit l.ſecunda,d.titu.de bon.proſcript.ſucceſſionis iure vltra ſtrictam conditio-
13 nis formulam recipit, plurimumque † refert, an bona iure ſucceſſionis,ideſt ſubrogationis, vt Salicetum imitemur, an iure hæreditario deferantur, primo enim caſu non tenetur ſucceſſor vltra bonorum vires, l.non poſſunt,ff.de iure fiſc. hæres autem ſic,niſi inuentarium conficiat: in hærede etiam neceſſaria eſt aditio pro iure tranſmiſſionis regulariter, & ſic aſcendentes ſi cenſerentur hæredes non tranſmitterent non aditam, ſed ſucceſſores bonorum non habent neceſſe adire, quia bona iure ipſo quærun tur,l.prima,§.primo,verſ.Cui bona, & ibi not. ff.de iure fiſci,& pro hoc dict.l. non poſſunt,& quod not. gloſſ. in d.l.prima, & l.penult.C. de bon. vacantib. ac l.nouationum, C. de nouat. Ex hocque aliud ſequitur ſecundum Salicet. quòd cum acquiſitio dictorum bonorum incõ modũ haberenon poſſit, acquiruntur,& tranſmittuntur ſicut legatum, perſonæ nanque iſtæ loco fiſci ſubrogantur,cui prius bona deferebãtur ex indulgentiaque Principis hoc conſequũtur,d.l.fin.C.de bon.proſcript.in fin.& l.vlt.§. ſi plures,ff.eod.tit.& ad hoc l.ſi deportatus,iuncta gloſſa ſecunda,C.d.tit. patetque inconuincibiliter,cum d.Authen.bona damnatorum,de damnato etiam ad mortem naturalem loquàtur, qui etiam ſeruus pœnæ iuxta communem
14 opinionem † efficitur, & not. in Authen.ſed hodie,C.de donat.int.vir.& vx.ac in l.qui vltimo, ff.de pœn. & ſic hæredem habere non poteſt,cũ ſeruus nihil habeat, ſitque nil aliud hæreditas, quam ſucceſſio in vniuerſum ius quod defunctus habuit, l.nihil,ff.de verbor.ſignif. cum igitur non iure hæreditario, ſed legis,& Principis beneficio bona hæc eis deferantur, ſequitur, q ijſdem immediatè quæruntur abſque eorum facto,vel ſcientia, licet repudiabiliter, l. quæ ſub conditione,§.fin.ff.de condit. inſtit. l. cum pater,§.ſurdo,ff.de legat.ſecundo, & pro his videtur fere caſus,in l.edicto diui Traiani,§. ad hæredes,cum ſeq.ff.de iur.fiſci,quamuis itaque filij iſti hodie ſuccedant, non ſequitur textum in d.l.ex facto,§.ex facto,correctum remanere,cõ ſtatque ſubtilem inductionem Franciſci Ripæ negocium non facere: cum vltra iam dicta,poſt humi adhuc in d.l. fin. ad ipſum deportati per quandam improprietatem, ſeu ſimilitudinem inſpecto tempore poſt deportationem fortaſe referantur, quaſi alterius.

Cæterum cum in d.l.ex facto,§.ex facto, plurimum à Scribentibus cõtrouertatur,nunquid fideicommiſſi dies ſtatim à die deportationis cedat, an vero naturalis mors expectetur, prætermiſſo conflictu contrariorũ iurium,ac diſtinctionum de quibus per Moderniores ſubtiliter in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,de liber.& poſt
15 hum. concludendum breuiter † in hac quæſtione eſt,mortem naturalẽ expectari debere, Bart. num.ſecundo,verſ.Quarto circa ſecundam partem,Ioan.de Imol.ante num.19. verſ. Sed certe,Paul.de Caſt.num.ſecundo, Alexand. num. quarto,Claud.Seyſell.Aquen.num.quarto, & Franc.Rip.num.vndecimo,verſic. Et ita tenendo,in d.l.ex facto,§.ex facto. Bald.in l. Deo nobis,num.8.in fin.verſic.Nam aut mors, & poſt eum Socin.hic,num.105.Felin. in cap.licet vndique,ante nu.3.de offic.deleg. Angel. Aretin. in §.cum autem,num.quarto, Inſti.quib.mod. ius patr.poteſt.ſolu. Oldrad.conſ.284.In quodam monaſterio,num.quarto,in fin. Alexand. conſil.282.Viſo themate,colum.ſecunda,verſ. Secundo quia mors ciuilis,lib.ſecundo,conſil. primo,Ponderatis his,colum.9.verſic.Non obſtat etiam,libro quinto,Ludouic.Gozadin.cõſil.41.Quæritur,num.vndecimo,Andr.Alciat. conſil.56.Scripſi, nu.quinto, lib.9. & Auguſt. Bero.quæſt.41.Fideicommiſſo factò, num. ſecundo. Et interim fiſcum bona cum ſua quodammodo cauſa vendicare. Probatur dicta cõcluſio ex Bart. in l. Statius Florus, §. Cornelio Felici,ff.de iur. fiſci. Sed melius autoritate Papiniani,in l.cum pater,§.hereditatem,de legat. ſecundo,in l.ex ea parte,§.in inſulam,ff.de verborum oblig.ac etiam Vlpiani, in l. intercidit, hoc tit.facit,l.fideicommiſſa,§.ſi cui,de leg.3.l. fin.iuncta gloſſ.C.de his qui ven.ætat. impetr. & l.ſi ita quis teſtamento,cum gloſſ.§.fin. de legat.ſecundo.

16 Mortis ſiquidem appellatione† in dubio(vt diximus) naturalis ſignificatur,gloſſ.in cap.ſuſceptum,de reſcript.in 6.in cap.placuit,17.q.1. ſique aliud contingit, in caſibus erit in quibus idem ex vtraque præſentabitur effectus,glo. in Clem.ſecunda,in verb. Morte, de elect. quam ad hoc commendat Abb.in c.niſi eſſent, in fin. de præben.ſimilis gloſ.in Clem.prima,in verb. Mori,vt lit.pend.in cap.ſi Epiſcopus,in verbo, Mortem,de ſupplen.neglig.præl. Alexan.conſ. 13.Circa primum,num.primo, lib.3. conſ.179. Viſo proceſſu,nume.vndecimo, libro quinto, Stephan.Betran.conſ.152. Punctus, num. primo,libro primo,And.Alciat.conſil.24.Plures, num.ſecundo, conſ. 54. Conuentionis verba,

num.

nu. 8.lib. octauo, Tancr.de Corneto in Sũma vſum.vol. cap. 5. cum alijs deſuper adductis, & quos vlterius allegare poſſem. Sed in propoſito idem non præſentatur effectus, deportatus enim poſſet reſtitui, & poſtea filios generare,
17 d.l.intercidit, & reſtitutus per Principem † recuperat primum ſtatum, ac ſi non fuiſſet, l.fin. C.de ſentent.paſſ. vbi Bart.Pariſ.conſil.93.Michael.nu.25.lib.quarto, ſubſtitutus etiam præmori poſſet fideicommiſſumque proinde caducum redderetur, dict.l.vnic.§. ſin autem ſub conditione, C. de caduc. toll. ergo mors naturalis expectanda erit, nec ciuilis ſufficit.

Secundus caſus eſt, cum aliquis ſub eadem liberorum conditione reſtituere grauatus, cum deportatis filijs decedit, & hoc ſecundo caſu
18 concludendum eſt, filios iſtos non † infringere dictam conditionem, ſecundum Bart.in l.filius familias,§.cum quis,num.ſecundo,verſ.Prædicta omnia,de leg.primo,quem ibi communiter cæteri ſequuntur,eandemque opinionẽ tenent, Socin.ſen.hic,d.num.105.verſic.Decimo quęritur, Albert.Brun.in tract. Quod ſtantib. maſcul.artic.5.q.12.num.14.Benedict. Capr.conſil.18.Cum viſo,num.9.& Socin.iun. conſ.42. Viſo,num.29.lib.1.

Licet enim (vt Socin.ſen. in præcitato loco inquit) cum filij à ſucceſſione facto grauati excluduntur, faciant fideicommiſſum deficere, tamen quando ex legis diſpoſitione excludũtur, fideicommiſſum non deficit, vt in deportatis, & damnatis in metallum, argum. l. ſi neceſſe, §. ſi deportatus, ff.de bonis libert.& in l.prima, in fin.ff.de bon.poſſeſſ.contra tab. vbi prædicta probantur, ac in d.l.ex facto,§.ex facto, in ſui ratione: deportati nanque (vt in dictis iuribus)
19 mortuorum loco † cenſentur, Carol. Ruin. conſ. 49. Si probatum eſt, num. quinto, libro quarto, Tob.Nonius conſil.112. Viſa copia inſtrumenti,num.ſeptimo, Petr.Anton. de Petr. in tract.de fideicommiſſ.quæſt.3.num.16.Camill.Borrell. ſuper Pragm. Odia quæ inter conjunctos,§.primo,gloſſ.3.num.320.amittuntq. omnia quæ iuris ciuilis ſunt, non quæ iuris gen
20 tium, † vt Martianus notat in l.17. ff. de pęn. Quidam (ait) ſunt ſerui pœnæ, vt in metallum dati, & in opus metalli, & ſi quid eis teſtamento datum fuerit, pro non ſcripto eſt, quaſi non Cæſaris ſeruo datum, ſed pęnæ: Item quidam, ἀπόλυδες ſunt, hoc eſt ſine ciuitate, vt ſunt in opus publicum perpetuo dati, & in inſulam deportati, vt ea quidem quę iuris ciuilis ſunt non habeant, quæ vero iuris gentium ſunt habeant. Non mirum ſi deportati iſti non capiunt ex te-
21 ſtamento † velut peregrini quibus comparantur, vt Antonin.reſcripſit, in l.1.C.de hære. inſt. Qui deportantur ſi hæredes ſcribantur tanquã peregrini capere non poſſunt, ſed hæreditas in ea cauſa eſt, in qua eſſet ſi ſcripti non fuiſſent hęredes, quod communiter receptum eſſe ſcripſit ibi Alexand.num.ſecundo, traduntque Socin. iun.conſil.129. In præſenti conſultatione, num. 41.lib.3. Iacob.Philipp.Port.conſ.23. Quidam filiusfamilias, num.10.conſ.48. Ex facto contingit, in fin.nu.22.lib.1. Clarus, de teſtam. q. 22. verſ. Si autem quæris, Michael Craſſ.in §.teſtamentum, q.17.num.2.verſ. Et hoc procedit, atque in §.inſtitutio, q.2.num.2. Iacob.Menoch. conſil.271. Reſponſum, num.4.lib.3. Sed quòd
22 deportati non ſolum † paſſiuam, verum etiam actiuam teſtamenti factionem non habeant, annotarunt, Port.conſ.49. Quod banniti, num.3. lib.1. poſt Ioan.de Imol.in cap.quia ingredientibus, num. 30. de teſtam. Robert. Marant.de communi, in l.is poteſt, num.117.ff.de acq. hær. Natt.in §.ex imperfecto, num.51. Fernan. Vaſq. in tract.qui teſt.non poſſ.lib.1.§.1.num.151.159. & infr.§.2.num.4.11.17.& infr.part.2. Iul.Clar. in §.teſtamẽtum, q.22. Franc. Burſat. conſ.48. D. Ludouicus, num.27.lib.1. Franc.Connan.in comment.iuris ciuil.lib.9.cap.1.nu.3. & de actiua eſt text.in l.eius qui,§.1.ff.de teſtam. Deportatisque inſtitutis, venientes ab inteſtato ſucce
23 dunt † teſtatori, ac ſi deportati inſtituti nõ fuiſſent, Alexan. conſ.26. Circa primum dubium, num.1.lib.1.vbi de communi, Clarus d.q.22. verſ. Si autem quæris, in fin. Fernan. Vaſq. controuerſ. illuſt. cap.102. num.3. Craſſus in d.§. inſtitutio, ſub num.2.verſ. Sed vera, vbi de crebriori ſententia, Burſat.d.conſ.48.nu.27.verſ. Accedat quod dicitur, qui communem etiam opin. eſſe dicit. Et quoniam quæ iuris gentium ſunt (vt dicebam) retinẽt, Menoch.d.conſ.271.
24 num.11.lib.3. inſtitui à milite Romano † hæredes poſſunt, Si miles (inquit Vlpian. lib.3. de legat.) deportato fideicõmiſſum reliquerit, vẽrius eſt quod Marcellus probat, capere eũ poſſe. Hoc militum gratia cõſtitutum eſt, vt legib. teſtamentarijs nõ adſtringerentur, ideoque peregrinos, & deportatos inſtituere poſſunt, quia non Quiritum, ſed communi omnium populorum lege teſtantur, & qui ex eorum capiunt teſtamẽtis, non ciuili, ſed iure gentium videntur capere. Congruit prædictis, quòd deportati de
25 finant propter deportationem † conſanguinei eſſe, atque filij, §.pen.in fi. Inſtit.de capit.dimi. l.poſtliminium, §.filius, ff.de captiu. & poſtlim. reuerſ. Tob. Non. conſ.112. Viſa copia inſtru-
26 menti, num.6. Vnde fęminę † ex ſtatuto fęminarum excluſiuo, ſtãtibus deportatis qui pro mortuis habentur, nequaquam excludũtur, vt per Carol.Ruin.in l.1.§.pen.de bon. poſſ. ſecũdum tabul. per tex.in l.ſi necẽ, §. ſi deportatus, ff.de bon.libert. rurſus conſ.154. Cum alteri filio, colum.fin.nu.5.verſ. Et hoc etiam confirmatur, li
27 bro 2. Deportati etiam à limine iudicij † repel-

luntur,

luntur, Borrell. in d. Pragm. Odia, quæ inter cõ iunctos, §. 1. gloſſ. 3. num. 319. vnde vt ibi, non compromittunt. Succeſſit nanque deportatio
28 in locum interdictionis † aquæ, & ignis, l. 3. ff. ad l. Iul. pecul. l. 2. ff. de pœnis, §. deportatio, in Auth. de nuptijs, coll. 3. & tradit D. Vincent. de Franch. deciſ. 116. In cauſa, nu. 6. & 7. in 1. par. quod latè declarat Fortun. Garz. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 16. verſic. Sed quid ad noſtram materiam, ac etiam Hieron. Cagno. in l. ea ſola deportationis, num. 1. verſ. Et hæc deportatio, ff. de reg. iur. Ad deportationisque pœnam abſque alia expreſſione tacite bonorum a-
29 demptionem † ſubſequi, ſcribitur in l. deportatorum, vbi Salic. C. de pœn. in l. deportati, C. de bonis proſcript. Cagn. in d. l. ea ſola deportationis, nu. 5. Corn. conſ. 55. Reperio me aliàs conſuluiſſe, num. 21. lib. 2. Io. Cephal. conſ. 79. D. Catherina, num. 17. verſ. Quod probatur, lib. 1. Hodie autẽ loco deportationis quæ non eſt in
30 vſu, ferè communiter exilium perpetuum † ſubrogatur, gloſſ. in l. exilium, ff. de interdict. & releg. Alex. in l. tranſigere, num. 9. C. de tranſact. Raph. Cum. conſ. 96. Chriſtophorus vadẽs, in fin. verſ. Cuius pœna eſt, Guid. Pap. deciſ. 422. Contigit de facto, poſt num. 1. deciſ. 423. Eucnit caſus, in fin. num. 2. verſ. Et ſic hodie, ac etiã deciſ. 437. Inter cæteras libertates, nu. 3. Port. conſ. 7. Pro dicti caſus plena deciſ. nu. 18. lib. 1. Tob. Non. conſ. 104. Etſi, nu. 10. Hier. Gab. cõſ. 172. Ex facto, nu. 8. Cæterum ſuper hac cõmutatione alij varia protulerũt, vt videre eſt apud Franc. Burſ. d. conſ. 48. nu. 28. & infr. ſed non
31 prætermerim Iul. Clar. dicentem † in eius pract. crimin. lib. 5. §. fin. q. 67. verſ. Deportatio etiã, ſe credere ſuper hoc certam doctrinam dari nõ poſſe, locoque deportationis iudicem hodie pœnam poſſe imponere iuxta facti, & perſonæ qualitatem, prout ſibi conuenire videbitur, ſcilicet, vel triremium in perpetuum, vel ad tempus, vel exilij, aut huiuſmodi ſecundum qualitatem delictorum; & Claro aſſentiri videtur Cagnol. in d. l. ea ſola deportationis, ante num. 2. verſi. Iterũ notandum eſt, dum iudicis arbitrio commutationem committit, poſt Io. de Imol. in l. 2. col. 2. ff. de public. iudic. idem tenent Alex. conſil. 55. In cauſa inquiſitionis, nu. 2. verſ. Verum quia pœna, lib. 7. Aym. Crau. conſ. 18. Andreas iuuenis, n. 17. verſ. Septimo poſito, & nõ cõceſſo, lib. 1. poſt Corn. quem ibi citat, Capic. deciſ. 153. Notarius Petrus, nu. 2. Iac. Menoch. in eius præclariſſimo tract. de arbitr. quæſt. caſ. 330. num. 5. lib. 2. & Proſper Farinatius, de delict. & pœn. q. 19. ante num. 16. fol. 174. dicens hoc eſſe verius, & in pract. ſeruari. Quicquid tamen alijs in locis ſeruetur, cum in hoc Neapolis feliciſſi-
32 mo Regno inſulæ adſint, deportationis † pœna in vſu fuit, & eſt, Carrer. in pract. fol. 564. poſt num. 120. Capic. d. deciſ. 153. num. 3. verſ. Sed ibi non eſt, Clar. d. q. 67. verſ. Reperio tamen, Farinacius d. q. 19. nu. 15. verſ. Quia vt communiter, & D. Vincent. de Franch. in deciſ. 140. incip. Ex vſitata pœna deportationis qua in hoc Regno vtimur, ac in alia deciſ. 116. In cauſa Reuer. Io. Franciſci Rauaſcherij, in fin. num. 15. in 1. part. dicens aduertẽdum eſſe, quòd licet Doctores dicant pœnam deportationis hodie ſublatam eſſe, tamen in hoc Regno quotidie Magnã Curiam vicariæ nobiles deportare, & Sacrum Conſilium id confirmare, Antonijque Capicij tempore ſic etiam obſeruatum fuiſſe. Sed ab in
33 ſulis aſſignatis recedentes † qua pœna puniendi ſint, late diſcutit D. Vincent. d. deciſ. 140. vbi num. 7. concludit, pœna mortis naturalis puniri, hancque deportationis pœnam morti naturali propinquioeem eſſe, ſubdit, num. 4. Quod vero paulo ante in verſ. Ad deportationisque pœnam, de bonorum publicatione, ademptioneq. cum citatis ibi Doctoribus dicebam, ſecũdum ius nouum, & antiquum intelligendum eſt, ſed
34 nouiſſimo iure correctũ † id eſſe credidit Guid. Pap. magnus practicus, & Doctor eminẽtis autoritatis in d. deciſ. 437. num. 3. per Auth. bona damnatorum, quæ etiam in illis locum habet qui à lege deportantur, vt concludit Iac. Butrigar. ibi in fin. q. qui poſt recitationem diuerſarum opinionum, dicit hanc eſſe veritatem, & Guid. Pap. idem aſſeruit in alijs duab. eius præcitatis deciſionibus, ideo aduertendum eſt, cũ
35 Iacobus Butrigarius † ſit Iuriſcon. celeberrimi nominis, Bartolique præceptor extiterit, ac Rainerij de Forliuio alterius præceptoris Bartolĩ contemporaneus, eiusque commẽtaria, ac opiniones in ſublimi æſtimatione habeantur. Reſtat perſpicere quorum authoritate deportatio
36 fiat, dicendumque eſt deportandi ius † præfecto prætorio, vel ei qui eius vice cognoſcit inconſulto Principe ſpectare, vel ei qui eiuſdem Principis mãdato id gerit, l. 1. §. ij quibus aqua, & igni, ff. de leg. 3. & præfectus vrbis idem efficere poteſt, l. 2. ff. de pœn. Præſes vero Principi reſcribit, vt comprobet, & ſic ſine ſpeciali licentia non poteſt, l. ſi quis filio exhæredato, §. eius qui deportatur, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. l. inter pœnas, ff. de interdict. & releg. l. 1. in princip. ff. quand. appell. ſit, gloſ. in l. illicitas, §. qui vniuerſas, ff. de offic. præſid. eſtque alia glo. in l. deportatorum, C. de pœnis, Fulgoſ. d. conſil. 1. num. 3. Specul. in tit. de relat. §. quand. fac. ſit relatio, verſic. Puta vbi præſes, & §. ſeq. verſ. Cæterum relatio, ac remiſſiuè Hieronym. Cagnol. in d. l. ea ſola deportationis, num. 1. verſ. Et cuius authoritate.

Vltimo ſcire oportet, quòd retenta illa opinione, vt loco pœnæ deportationis, alia pœna iudicis arbitrio ſubrogetur, ita quòd poſſit etiam

37 pœnam triremium † irrogare, ab illa tamen iudex ſe tẽperare debet, quoties alia imponi poteſt, vt notabiliter, ac pulchre nimis tradidit Bal.conſ.443.Cecchus confecit venenum, col. 2.poſt med.lib.2.quem ſequutus eſt Aym.Crauet.d.conſ.18.Andreas iuuenis, col.pen.num. 18.verſ. Præterea licet,lib.1.

HYPOTHESIS.

In metallum damnati vtrum ad defectum conditionis fideicommiſſi, excluſionemque ſubſtituti prodeſſe dicantur: intelligentiamque textus in d.l.ex facto,§.ſi quis rogatus,il ſecondo, d. tit. ad Trebell. diſcuti.

SVMMARIVM.

1 *Mortem triplicem eſſe.*
2 *Damnatos in metallum ſubſtitutum non excludere, & ex ijs liberorum conditionem nõ deficere.*
3 *Fideicommiſſum ſtatim reſtituendum fore damnatione grauati in metallum ſubſecuta, nec mortem naturalem expectari oportere.*
4 *L.ex facto,§.ſi quis rogatus, il 2.ad S.C.Trebell. enucleari.*
5 *Reſponſionem caſui propoſitioni aptandam eſſe.*
6 *Damnatos in metallum olim ſeruos pœna ſtatim lata ſententia effectos fuiſſe. Sed hodie ex iure nouiſſimo damnatos iſtos in metallum ſeruos pœnæ ſecundum communem opinionem non effici, num.7.*
8 *Damnationis in metallum pœnam in deſuetudinẽ abiiſſe, in eiusque locum triremium pœnam ſubrogatam conſpici.*
9 *Triremium pœnam ignobilibus, atque plebeis hominibus irrogari.*
10 *Triremes deſerentes, ab ijsque anfugientes in priſtinam redire cauſam, niſi iudex in ſententia mortis naturalis pœnam fuerit comminatus. Sed ex Aegidio Boſio iſtis refugis pœnam duplicari. Et quomodo tempus ſit duplicandum: Sed an decennio damnatis tempus ſit perpetuandum, vel duplicandum diſtingui.*

CAP. IX.

ANTEQVAM ad damnatos in metallum accedamus, ſciendum eſt ſecundum Bald.in l.eam quam, colum.5. nu.18. C. de fideicom. quòd mors † triplex eſt, naturalis ſcilicet, ciuilis per deportationẽ, & plusquã ciuilis, hocq. dupliciter; vel mala, vt quia damnatus in metallum, vel bona, vt quia Frater minor, & iſti (inquit) non coguntur adire, quia nõ habent nomen hæredis, nec aliquod principiũ 1

eſſendi hæredes, ac ſi eſſet inſtitutus homo mortuus, vnde inſtitutio pro non ſcripta eſt, l. quidam referunt, ff. de iur.codicill. hactenus Bald. Nunc eorundem materiam intrando, propter 2 damnatos † in metallum, conditionem liberorum non deficere, ſed ſubſtitutum admitti, Doctores cõiter concludunt, Ang. in d.l. ex facto, §.ex facto, nume. 3. verſ. Secus autem eſt, ff. ad Treb. Alex. conſil.13. Circa primum dubium, nu.2.verſ. Vbi per damnationem in metallum, lib.3.Benedict.Capr.conſ.147.Cũ ad præſens, num.5.verſ. Vnde ad ipſam ſucceſſionem, Rol. de Val.conſ.97. Si contemplanda, col.7.nu.40. lib.2. Simon de Pret.in tract.de interpr. vltim. vol.lib.2.fol.1.nu.8.verſ.Idem quoque, fol.123. & congruũt dicta Baldi in prȩcitata l.eam quã, d.nu.18.verſ.Conſidera, traditque Martianus Iuriſconſ. lib.9. Inſtit. in l.ſi in metallum, ff. de ijs quæ pro non ſcript.hab. Si in metallum (ait) damnato quid extra cauſam alimentorum relictum fuerit: pro non ſcripto eſt, nec ad fiſcum pertinet, nam pœnæ ſeruus eſt, nõ Cæſaris, & ita Diuus Pius reſcripſit. Sed etſi poſt teſtamentum factum hæres inſtitutus, vel legatarius in metallum damnatus ſit, ad fiſcum nõ pertinet. Et cum prædictis pertranſeunt, Mich. Craſſ.in lib.ſentent.§.inſtitutis, q.6. poſt Fernan. Vaſq. controuerſ.illuſtr.lib.3.cap.101.num.6.& Bartholom. Socin.hic, num. 105. d.verſ. Decimo quæritur, qui hinc ad alterius quæſtionis deciſionem interebat, vt infra.

An ſi grauatus in metallũ damnetur ſtatim 3 dies fideicommiſſi † cedat, vel mors naturalis expectetur? & Bart. Iacob.de Aren. Raph. Cuman. Nicol.de Neap. Angel.in princ. & verſic. Sequitur in littera, ac alij communiter in d.l.ex facto, §.ſi quis rogatus, il 2. fideicommiſſum à die damnationis in metallum cedere crediderunt, & videtur caſus in d.§.ſi quis rogatus, iuncta gloſſ. in verb. Cum decedit, vbi Angel.dicit quòd ſi hȩres grauatus in metallum damnetur, & ſic ſeruus pȩnæ fiat, incontinẽti naturali morte aliter non expectata, fideicommiſſum debetur, talis enim quo ad omnia pro mortuo habetur, l.intercidit, hoc tit. & d.§.ſi quis rogatus, ſecus in deportato, qui non habetur pro mortuo quo ad omnia, vt in prȩcitato, §. & in l.1. C. de repud.

Cũ aũt omnis, & non leuis difficultas circa Papiniani allegatum reſponſum, lib.8. reſpon. vertitur, quod lib.2. fideicom. Vlpianus inducebat, ideo vis eius ad intelligentiã propoſitæ quȩſtionis excutiẽda erit, Et Ioan. de Imol. ibi ſub nu.22.verſ. Sed aduerte, aſſerebat, quòd glo.in verb. Cum decedit, exponens, ideſt, ciuiliter, illum textum violat, licet communiter approbetur, de naturali nanque ipſius in metallũ damnati morte loqui videtur, ſicut in principio

de

de morte naturali deportati loquitur, cum ſit regula, quòd mortis appellatione de naturali intelligatur, vt ibidem Alexan. inquit, & not. in d. l. ex ea parte, §. inſulam, gloſſ. in cap. ſuſceptũ, de reſcript. in 6. in cap. placuit, 2. 16. quæſt. prima, Pau. de Eleaz. in diſput. incip. Subſtitutus, in 1. dub. & de verbo decedere, tradit Petr. de Anchar. conſil. 438. Ego autem, num. 3. de naturali morte, non ciuili videtur intelligi, & ita interpretando eſſet ibi caſus contra Angel. & communiter Doctores. Et ſi diceretur mortis appellationem ad naturalem referri, cum idem per omnia ex ciuili morte effectus reſultaret: Reſpondet Imol. mortem ciuilem reſpectu ipſius damnati in metallum nõ videri per omnia eundem effectum operari, quem mors naturalis, ob meliorem conditionem, quæ expectationi mortis naturalis ineſt, tardius enim grauatus pro fideicommiſſi præſtatione poterit conueniri, proinde non debemus idem de vtraque iudicare, iuxta tradita in d. §. inſulam. Nec quicquã facit Alexand. dum in d. l. ex facto, §. ex facto, ſub num. quinto, in fin. dicit, ſe non inuenire, quòd text. ille de morte naturali deportati loquatur, cum id reperiatur ibi, Cui liber factus, ſecundum Raphaelis Cumani intellectum, ſcilicet liber factus à pœna per mortem naturalẽ: cumque verba illa, Cui liber factus, fideicommiſſum reſtitui velit, tempus reſtitutionis fidei commiſſi ſignificent, illud vero poſt mortem naturalem deportati contingat, d. l. cum pater, §. hereditatem, de leg. 2. l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iur. fiſci, ſequitur Raphaelem Cumanum rectè arbitratum fuiſſe. Vlterius
4 circa damnatum † in metallum, text. ita ibi inquit: Sed cum decedit electionem illam, quam Papinianus deportato dedit, huic dari non oportet, deportato autem conceditur, quod eligat cui poſt mortem reſtitui fideicommiſſum velit, igitur illa verba, Sed cum decedit, naturalem mortem ſignificant.

Confirmatur huiuſmodi intellectus, nam de illius obitu ibi agebatur, qui ſeruus pœnæ erat, in tantum, vt non de ciuili, quia iam ciuiliter mortuus erat, ſed de naturali morte idem tex-
5 tus intelligatur, vt reſponſio aptetur † ſecundũ caſus propoſitionem, iuxta l. ſi defenſor, §. interrogatus, ff. de interrog. act. & ita ſentiendo Socinus inductionem Ioan. de Imol. comprobans, caſum pro eius opinione ibi eſſe aſſeruit. Sed aduertendum exiſtimo, cum etſi gloſſ. in verb. Liber factus, ideſt, Liber exiſtens, videatur textum ſiniſtra quadam interpretatione penitus corrumpere, non enim ex deportatione libertatem amittit, cum ex illa ſeruus non efficiatur, l. quidam, ff. de pœn. tamen idem text. non reſtituitur per Socinum, nam ad eligendũ, ad actus legitimos, & ad redeundum in ciuitatem liber non dicitur, & ſic verba, liber factus, ad iſta, & ad pœnam referuntur. Nec dicendum eſt per mortem, ſed vſque ad mortem, poſt adeptam de prædictis libertatem, qui terminus, quamuis non exprimatur, tacite tamen ineſt, vt cum filius hæres inſtituitur, & rogatur quod liberis ſuis reſtituat, ordine ſucceſſiuo, & ſic poſt mortem intelligitur, l. cum pater, §. penul. ff. de leg. ſecundo, hocque ex verſic. Sed cum decedit, euincitur, præſupponendo cum Iuriſconſulto ibi, quod quamuis deportatus tali caſu ius eligendi non amittat, quod ſibi competere in futurum vſque ad mortem poteſt, vt Papinianus dicebat, in metallum tamen damnatus totaliter ius eligendi amittit, ea quidem ratione, quia pro mortuo habetur, vnde tempus mortis expectandum non eſt, hicque dictæ legis à Gloſſa male intellectæ, verus ſenſus videtur: contextus autem verba ſunt, Sed ſi ſeruus pœnæ fuerit conſtitutus (de damnato in metallum intelligit) iam parere conditioni non poterit, deceſſiſſeque ſine liberis videtur; ſubſequitur alius verſic. Sed cum decedit electionem illam quam Papinianus deportato dedit huic dari non conuenit, quaſi dicat, deportato ſi liber factus ſit, dedit Papinianus electionem tempore mortis, ideſt cum decedit, ſed ſeruo pœnæ electionem dari non cõuenit etiam ſi reſtitutus fuerit, quia iam electionem amiſit, licet vſque ad mortem protenderetur, cum verum ſit pro mortuo haberi: loquitur ergo text. in caſu quo vterque reſtitueretur: vt ſit ab intellectu Socini recedendum.

Et prout olim in metallum damnati ſerui pœ
6 næ ſtatim lata ſententia † efficiebantur, licet nõ dum ad locum in quo operari debebant conducerentur, l. in ſeruorum, §. qui ex cauſa, ff. de pœn. Salic. in Auth. Sed hodie, ſub nu. 2. verſic. Pro quo declarando præmitto, C. de donat. int. vir. & vx. idemq. de dãnatis ad mortẽ, licet ſupplicliũ differatur, l. qđ ad ſtatũ, & l. qui vltimo, d. tit. de pœn. l. ſi quis filio exhæredato, §. ſed etſi quis, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. Sic hodie verum eſt, dictã cõem opin. non procedere, cũ in me-
7 tallum † dãnati ſerui pœnæ non efficiantur, Bar. in d. l. qui vltimo, num. 3. verſ. Sed illud, & in q. incip. Lucanæ Ciuitatis, in reſol. quæſt. n. 1. verſ. Præterea, Alex. id annotauit, in d. §. ex facto, nu. 6. in fin. conſentiuntq. Socin. hic, d. n. 105. verſ. Subdit vltimo loco, & Franc. Rip. in d. §. ſi quis rogatus, 2. nu. 1. verſ. Idem intellige ſecundum iura antiqua, ſecus de iure nouiſſimo, per text. in d. Auth. ſed hodie, & in corpore vnde ſumitur, §. quod autem, auth. de nupt. coll. 4. dicens, §. illum in vltima ſui parte correctum eſſe, hoc ẽt voluere Petr. Piccol. in Conſtit. Regni, Clandeſtinis, ſub rubr. de homic. clandeſt. & Thom. Gram. deciſ. 32. Nobilis Cæſar de Ratta, nu. 4.

Cum autem pœna damnationis in metallū in deſuetudinem abierit, ſciendum eſt, in eius
8 locum triremium pœnam † iſtis temporibus ſucceſſiſſe, vt communiter omnes teſtatos fuiſſe, ſcribit Proſper Farinacius in tract. de delic. & pœn. quæſt. 19. num. 14. vbi plures hoc tenentes allegat, ſcilicet Capicium, Grammaticum, Carrerium, Follerium, Afflictum, Mantuam, Milleium, & Clarum, in locis ibi per eum congeſtis, quod tradidere etiam Bonif. de Vitalin. in tract. malef. tit. de falſar. col. 2. Aegid. Boſſ. tit. de exec. ſenten. num. 23. Camill. Borrell. ſuper Pragm. Odia, quæ inter coniunctos, §. 1. gl. 3. num. 322. Plot. conſil. 73. num. 12. tom. 2. cōſil. crimin. Franc. Burſat. conſil. 48. D. Ludouicus, num. 26. & num. 28. verſ. Et iſti, lib. primo, ac Hieronym. Gabriel. conſil. 172. Ex facto propoſito, num. 32. in prima par. ipſamque capitalem eſſe teſtatur Roland. de Vall. conſ. 57. Quoniam præſens conſultatio, num. 45. de pœna in quam damnationis in metallum loquens, lib. 3.
9 Eandemque, ſiue hodie triremium † ignobili. plebeisque hominibus irrogari, dicunt Capic. deciſ. 153. Notarius Petrus, num. primo, verſic. In plebeio, & perilluſtris D. Præſidens, ac Viceprotonotarius, Vincen. de Franch. deciſ. 140. Ex vſitata pœna, num. 6. & ante num. 3. in prima parte.

Sed quæ pœna refugæ ex triremibus infligatur, dicit idem D. Vincent. in præallegat. deciſ. ſub num. 12. in fin. ex triremibus aufugientem
10 debere † in priſtinam cauſam redire, niſi iudex in ſententia pœnam mortis naturalis fuerit cōminatus. Aegid. autem Boſſ. in d. tit. de exec. ſenten. num. 23. inquit, pœnam tunc duplicari, per tex. in l. aut damnum, §. quisquis, ff. de pœn. ſed ſubde, duplicare cum id temporis oportere, quod ei ſupereſt cum fugit, ſcilicet ne illud duplicetur quo apprehenſus in carcere fuerit. Et ſi in decem annos damnatus ſit, aut perpetuari debet ei pœna, aut in opus metalli trāſmitti: Plane ſi decennio damnatus fuit, & in initio ſtatim fugit, videndum eſt, vtrum duplicari ei tempora debeant, an vero perpetuari, vel tranſferri in opus metalli, & magis eſt, vt transferantur, aut perpetuētur: generaliter enim dicitur, quoties decennium exceſſura eſt duplicatio, non eſſe tempore pœnam arctandam, ita Vlpianus ibi, ex lib. 10. de offic. Proconſ.

HYPOTHESIS.

Quid de bannitis noſtri temporis circa defectum iſtius conditionis fideicommiſſi, ſubſtitutique excluſionem dicendum ſit, inueſtigari.

SVMMARIVM.

1 *Bannitos noſtri temporis, grauatos non teneri per bannum ſubſequutum ſtatim fideicommiſſum reſtituere, ſed mortem naturalem expectandam fore.*

2 *Bannitos ſtatim teneri fideicommiſſum reſtituere, vbi ſubſtitutio per verba pragnantia loqueretur, vt puta, ſi dictum fuerit, ſi deceſſerit in pupillari ætate, vel aliàs quandocunque, & qualitercunque.*

3 *Bannitos ex maleficio irrogante pœnam priuationis ciuitatis, & publicationis bonorum, deportatis comparari. Sed multos contrarium tenere, num. 4.*

5 *Bannitos relegatio æquari ſecundum vnam opinionem: Alios vero de vtriſque participare, ſcilicet de deportatis, & relegatis ſimul aſſeruiſſe, num. 6. Complures diſtinxiſſe, quòd aut ob crimen pœnam mortis inferens banniuntur, & deportatis comparari, aut ob delictum minorem pœnam infligens, & relegatis, num. 7. Reliquos etiam alia diſtinctione vſos fuiſſe, quod aut bānitis ex forma ſtatuti impune offendi poſſunt, & deportatis æquari, aut non, & ſecus, numero 8. Baldum autem in illa fuiſſe ſententia, in propoſito propriam ſimilitudinem dari non poſſe, ſed iſtos bannitos nouum genus eſſe, numero 9.*

10 *Banni definitionem ex eodem Baldo afferri.*

11 *Hereditatem, nec vſumfructum eſſe, nec vſum, ſed ius quoddam cum vtriſque aliqua ſimilia habens, ſicut emphyteuſis, nec venditio eſt, nec locatio, ſed cum vtraque participans.*

12 *Bannitos cum publicatione quiue ex ſtatuti forma impune offendi poſſunt, pro mortuis haberi.*

13 *Bannitos grauatos fideicommiſſo extra territorium à quo ſunt banniti, ſubſtitutum excludere.*

14 *Bannum extra bannientis territorium ſuum effectum non operari.*

15 *Bannitum captum extra territorium bannientium, tanquam illegitime captum relaxari debere.*

16 *Bannitum iniuriarum actione poſſe agere contra ipſum capientem in alieno territorio. Idque dupliciter ampliari.*

17 *Bannitum extra territorium bannientium impune offendi non poſſe.*

18 *Bannitum non poſſe offendi extra territoriū adeo verum eſſe, vt nec offendi in territorio ciuitatis confœderatæ poſſit.*

19 *Bannitus licet non poſſit in ciuitate à qua fuit exbannitus debitorem ſuum aſtringere, vt ibi debitum ſoluat, poſſe tamen ipſum vbique locorum, vbi fuerit reperiri conuenire.*

Bannitos

20 *Bannitos filios qui non possunt de iure cõmuni admitti obstantibus Statutis quæ ius commune corrigunt, sed solum ex forma eorundem Statutorũ substitutum non excludere, nec fideicommissum ex ijs expirare.*

21 *Banniti cum ex iuris cõmunis dispositione admitti possunt, ipsos iuris communis beneficia etiam in loco à quo exulant ex Bartoli sententia retinere: Sed hoc procedere in bannitis ex contumacia, secus in ijs qui impune occidi possunt, numero 23.*

22 *Contumacia naturam esse non inferre maiorem pœnam, quam in sententia, vel lege contineatur.*

24 *Bannitum cuius bona sunt publicata, impuneque occidi potest, transfuga æquiparari.*

25 *Bannitum cuius bona publicata sunt, impuneque ex forma statuti occidi potest, imo agnationis filiationisque amittere.*

26 *Statutum municipale loci posse derogare etiam iuri communi in loco.*

27 *Sententiam conditionalem suum effectum in euẽtum conditionis suspendere.*

28 *Bannitos filios cum publicatione, & qui ex forma Statutorum occidi possunt, non prodesse ad defectum conditionis, etiam si possent ex iuris communis dispositione admitti, Secus in filijs qui occidi impunè non possunt, nec eorum bona publicantur.*

29 *Bannitos multo magis exclusionem substituti non operari retenta illa Raynerij opinione, si banno, vel Statuto etiam iuris communis beneficio privarentur.*

30 *Bannitos censeri iuris communis beneficio privatos vbicunque Statutum disponeret bannitos intelligi esse extra iuris cõmunis protectionem.*

31 *Bannitos fortius deportatis secundum Raynerij sententiam comparari, vbi essemus in bannitis in banno à Cæsare positis, seu eius delegato, perderent enim tunc omnia quæ iuris ciuilis sunt.*

32 *Imperatorem vniuersi Orbis dominum dici.*

33 REGEM HISPANIARVM *in eius Regno Siciliæ Monarcham esse, nec quicquam facere cum Imperio habere.*

34 REGEM HISPANIARVM *superiorem non recognoscere, nec Imperatori subesse.*

35 *Imperatori quæ congruunt, cuique Regi Imperatorem non recognoscenti conuenire.*

36 *Regem in suo regno animatam legem esse, iurique communi derogare posse.*

37 *Regem in suo Regno Monarcham esse, & numero 45.*

38 *Regem in suo Regno tantum, & plus iuris habere, quantum Imperator in Imperio, cum is Regnum ad hæredes transmittat, non sic Imperator.*

39 *Primogenitum in Regno successurum fore, semperque erit, excepto Rege Romanorum, Monarchiam tenuro.*

40 *Regem Francorum superiorem non recognoscere.*

41 *Duces, atque alios habentes dominium temporale perpetuum, loco Principis in eorum territorio se gerere, posseque generalia Statuta facere iuri cõmuni derogatoria.*

42 *Ducem Mediolani imperij iura retinere aliàs reseruata absque recognitione.*

43 *Ducem Sabaudiæ, Pedemontiumque Principem non recognoscere superiorem.*

44 *Ducem Ferrariæ, tanquam Imperator in eius Ducatu, ad sanctam Sedem Apostolicam reuerso auctoritate, fuisse functum.*

46 *L. pen. C. de donat. inter vir. & vx. de imperatore loquentem ad Regem extendi.*

47 *L. cum multa, C. de bon. quæ liber. de Imperatore similiter disponentem in Rege etiam sibi locum vẽdicare.*

48 *Bannitos à Ducibus, & alijs Principibus superiorem non recognoscentibus, & bannitos à Ciuitatibus liberis æquiparari.*

49 *Ciuitates superiorem non recognoscentes in solio Principis vicem gerere, & num. 57.*

50 *Venetiarum Ciuitatem, vt Rempublicam, & superiorẽ non recognoscentem sua libertate potiri.*

51 *Venetiarum Ciuitatem naturali ratione vti, & communem patriam hodie appellari.*

52 *Florentiam olim Rempublicam fuisse, & omnia potuisse quæ Imperator, propriaque libertate vsam fuisse.*

53 *Senarum Ciuitatem suam libertatem etiam vti Rempublicam retinuisse.*

54 *Ducem Magnum Hetruriæ iura Imperij in suo Ducatu habere.*

55 *Ianuam Ciuitatem in suo territorio iuribus supremi Principis vti.*

56 *Lucensem Ciuitatem, vt Rempublicam proprio iure potiri.*

58 *Duces, Comites, & Principes Regni Siciliæ non dici Regiam dignitatem habere cum Regi subsint, Regalia tamen ex priuilegio ipsis à Rege concessa, vt inquit, Paris de Puteo possidere.*

59 *Bannitis toleratis in ciuitate Principe sciente, bannum quo ad omnem iuris effectum remissum videri, nec impune offendi posse, quamuis de banno non sint cancellati, & nu. 66. Deciumque contrarium tenentem referri, nu. 67.*

60 *Principali fine publica auctoritate durum esse circumuentum quempiam inuenire.*

61 *Vitam communem cum alijs ducentem sentire eandem in legibus debere disciplinam: eademque pericula experientem eadem quoque iura vendicare.*

62 *Pœnam facilius remitti, quàm priuilegium auferatur.*

63 *Opinionem communem licet iuri contrariam, actum illicitum reddere ad instar substantiæ veritatis.*

64 *Errorem publicum, ius conſtituere.*

65 *Notarius licet quis non ſit, ſed pro notario ſe gerens ſciente, & patiẽte ſuperiori, qui illum notarium creare poterat, ab eo geſta valere. Indeque ad multa ſimilia inferri.*

68 *Bannitum toleratum in ciuitate, ita demum offendi non poſſe iuxta Saliceti opinionem, ſi in ciuitate ad honores aliosq. actus ſciẽte ſuperiori promoueretur, qui poſſet illum rebannire, quibus quidem honoribus bannitus durante banno inca pax ſit: Idque ex Carolo Ruino, & Iacobo Menochio limitari.*

69 *Bannitum ſimpliciter in ciuitate toleratum per ſolam eius inſiſtentiam, & patientiam Principis rebannitum, vel affidatum non cenſeri.*

70 *Appellationi quamuis per actum affirmatiuum coram iudice à quo renunciatum videatur, & ab ea receſſum, ſecus tamen eſſe per actum in patiſonantem.*

71 *Bannito ad ciuitatem reuerſo, ſi cum eo Princeps ſcienter actum aliquem gerat ad quem potuit ſine diſpenſatione promoueri, bannum illi remiſſum non cenſeri.*

72 *Excommunicato ſi Papa iudicem delegatum dederit, non propterea intelligi illum abſoluere, vel cum eo ad agendum diſpẽſare: Et aliud ſimile adĵci.*

73 *Bannitum cenſeri per Principem rebannitum ſi ad actum aliquem bannito incompetens dum eſt in banno aſſumatur, intelligi, niſi actu rebannitionis alias ſolennitates expoſceret quæ ſeruata non fuiſſent.*

CAP. X.

EX præcedentibus ad deciſionem duarum aliarum quæſtionum Socinus ſenior inferebat, quarum prima eſt. 1 Nunquid banniti noſtri temporis ſtatim reſtituere teneantur, ſuper qua inſiſtendum nõ eſt, cum ex textu expreſſo in d.l.Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff.de iur.fiſci, decidi videatur, vt inquam naturalis mors ſit expectanda, nec grauatus ſtatim reſtituere teneatur, & ita concludit ipſe Socin. hic, num.106.verſic. Ex quibus deciduntur, colum.69.per eundem tex. ab eo inductum. Poſſent enim (inquit) in futurũ quærere: & bona penes fiſcum cum onere reſtituendi eſſe poſſent: ſubſtitutique etiam prædecedere: igitur non tenentur ſtatim, ſed naturalis mors expectatur, idemque poſt longam diſputationem concludit Ioan.Petr.Surd.conſil. 90.Presbyter Bartholomæus, num.23. & infr. in ſortioribus terminis, ſcilicet in bannitis ob crimen læſæ Maieſtatis, vt ibi: limitans hanc 2 concluſionem, † vbi ſubſtitutio per verba prægnantia loqueretur, puta ſi deceſſerit in pupillari ætate, vel aliàs quandocunque, & qualitercunque, hæc enim verba vniuerſalia, non ſolum mortem naturalem, ſed ciuilem etiã includunt, vt videtur tex.in Clem.ne Romani, §. eo tamẽ, de elect. vbi Andr. Barbat. faciuntque tradita per Gomeſ.ſuper reg.de impetr.benef.vac. per obit.famil.Cardin.q.7.in princ. verſ. Reperio tamen, fol.204.

Secunda vero quæſtio in eo verſatur, nunquid grauato cum filijs bannitis decedente, dicatur conditio, ſi ſine liberis, de qua in terminis huius contextus agitur, deficere, & quamuis Socin.d.num. 106.perbreui quadam, ſed ingenioſa diſtinctione nitatur eandem quæſtionem definire, longiori tamen digreſſione omnimoda, atque abſoluta reſolutio egere conſpicitur: deciſio igitur potiſſimum reſultabit inueſtigando, an deportatis, an alijs bannitis iſti æquiparentur, quod varie, ac pertinaciter controuertitur, & diſceptatur. Fuit nanque in primis gloſ. opinio, in §.relegati, Inſtit.quib.mod. ius patr. poteſt.ſolu.in verbo, Retinent, qua aſſeritur, quòd ſi tantum eſt maleficium, vt etiam cum 3 ciuitate † bona ſua publicentur, vel de iure, vel de conſuetudine ciuitatis, tunc deportato comparentur, aliàs relegato, quam quidem deportato æquiparationem admittit alia gloſſ. in cap.primo, in verb. Solutus eſt, vbi id annotauit Andr.de Iſern.colum.prima, ſub nu.3. verſic.Sic de bannito à Rege, tit.hic finitur lex deinde conſuet.incip.dicens hoc etiam verum eſſe in bannito ab alio iudice merum habente imperium, dictamque primam gloſſ.quam plures ſequuntur, Hugo de Fontana in diſput. incip. Duo ad inuicem litigantes, vbi Angel. not.nõ eſſe verum, quòd illam reprehendat, Iacob.de Beluiſio, in alia eius diſput.incip.Sempronius & Titius inimici capitales, quam poſuit in l.ſecunda, C.vt intr.cert. temp. Specul. in titu. de inſtrum.edit.§.compendioſe, colum. tertia, in princip. verſ. Quid de bannito, vbi Ioan. And. in verb.Relegati, rurſus Ioan.And.in addit.ad Specul.in tit.de accuſat.in tertia parte, §. ſequitur, in addit.magna, incip. Vt intra certum tempus, verſic. Si autem tale fuit crimen, Odofred. in tit.de arbitr.§.datur, verſic. Quid de bannito, idem Odofred. & Dyn. in l.ſi quæramus, ff.de teſtamen. Guid. de Suzz. in l.Pedius, ff. de arbitr. Rolandus antiquus in rubric. de cit. reor. verſic. Sed an illi, ponens ad litteram dictum Guidonis de Suzzaria. eandem gloſſam tenuit Federic.de Scalis, vt teſtatur Bald. in l. Gallus, §.& quid ſi tantum, nume.tertio, ff. de liber.& poſthum. Bart.in l.eius qui, §.ſi cui, numero ſecundo, d.tit.de teſtamen. Bald. in l. ſeruum quoque, §.publice, colum.3.nume.5.verſ. Quando autem, ff.de procur.in l.corruptionẽ, colum.2.num.7.verſ. Breuiter, C.de vſufr. vbi

etiam

etiam Martinus de Silimanis, & in l. 3. incip. Si is qui, col. fin. in princ. verſ. Item habemus bannitos, C. ſi pend. appell. mors interuen. conſilio 284. Præmiſſis, lib. 1. Paul. de Caſt. conſil. 212. Omiſſo ordine, ſub num. 2. lib. 2. Alexan. conſ. 23. Opportunè conſideratis, nu. 9. lib. 1. conſilio 26. Circa primum dubium, in princ. eodem vol. & conſ. 116. Animaduerſis ſtatutis, num. 3. verſ. Ac ratione vulgaris gloſ. lib. 2. Corn. conſilio 55. Reperio me aliàs conſuluiſſe, num. 20. in fin. lib. 2. Gulielm. de Benedict. in rep. c. Raynutius, in verb. In eodē teſtamento relinquens, il 1. numero 140. & 141. in 17. limit. extra de teſtam. Ioan. Lopez in rep. c. per veſtras, §. 18. colum. 3. num. 12. extra de donat. inter vir. & vx. Caſſan. in conſuet. Burgund. de confiſc. quæ ſe ſcrip. num. 7. 8. & 9. Laurent. Siluan. conſil. 89. Pro bonis feudalibus, num. 4. Robert. Marant. de magis communi in tract. de ordin. iudic. in 4. part. diſt. 2. num. 7. Hieronym. Grat. conſ. 21. Eximius art. & med. doctor, num. 67. lib. 2. Auguſtin. Bero. q. 41. Fideicommiſſo facto, num. 4. verſ. Et Imolæ, Franciſc. Burſat. conſ. 54. Prę ſuppoſito, nu. 2. lib. 1. Simon de Pretis in tract. de interpr. vltim. volun. lib. 2. ſol. 1. numero 14. ſol. 124. Aſcan. Clementin. in tract. de patr. poteſt. cap. vltim. num. 13. & 24. ac Tob. Nonius conſ. 112. Viſa copia inſtrumenti, colum. 2. numero 4. verſ. Primo quia, Cumque dictam glo.

4 improbent † Iacob. de Aren. in tract. de bannit. in princ. verſ. Verum quidam, & in l. 1. C. de hæred. inſtit. & poſt eum Cyn. ibi, Iacob. Butrig. in auth. Item nulla communitas, C. de epiſc. & cleric. & in auth. bona damnatorum, C. de bon. proſcript. quibus non placet prædicta bannitorum ad deportatos æquiparatio, Signorol. de Homod. conſ. 119. Quæſtio talis eſt, col. 3. verſ. In oppoſitum, vbi latè hunc articulum diſputat, Alexan. in l. ex facto, §. ex facto, num. 4. ff. ad Trebell. dicens gloſſam magis communiter reprobari, & ante eum idem ibi tenet Angel. Pet. de Anchar. conſ. 275. Filio ſuo Tarlato, col. 2. in princ. de eadem communi reprobatione atteſtans, Aretin. num. 7. & Ioan. Fabr. num. 6. in d. §. relegati, Curt. ſen. conſ. 59. poſt num. 18. & is aſſerens eandem gloſ. communiter reprobari, in quantum de æquiparatione cum deportatis loquitur. Nō mirum, ſi ſuper hac re tot Scribentium opiniones exortę fuerint, vt illam incertam, & ferè inextricabilem reddiderint: Ali-

5 qui enim dicere auſi ſunt, bannitos iſtos † abſolutè relegatis æquandos eſſe, vt innuit gloſ. in l. ad cognitionem, in verb. Bona veneunt, in fin. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur, vbi Bart. num. 2. verſ. Item not. quod gloſ. Sebaſt. Sap. in l. imperium, num. 58. ff. de iuriſdict. omn. iud. Cōrad. in ſua praxi, fol. 447. num. 31. Alij verò, banni-

6 tos ipſos cum bonorum publicatione † de vtriſque participare, de deportatis ſcilicet ac relegatis, qui quidem Doctores recenſentur per Alexand. d. conſ. 116. num. 7. verſ. Præterea dato, libro 2. vbi inquit, à relegatis aſſumere, nam à loco à quo banniti ſunt, exulare debent ſicut relegati, l. relegati, ff. de pęn. à deportatis autem capere, quia bona confiſcantur, velut in ipſis deportatis, perduntque ſuæ ciuitatis iura, l. amiſſione, §. qui deficiunt, ff. de capit. dimin. & ita tenere Bart. Bald. Ang. & Raynerium in locis ibi dem citatis.

7 Nonnulli † diſtinctione vtebantur, nam aut ob crimen pęnam mortis inferens banniuntur, & deportatis æquiparentur, aut ex delicto minor pœna infligitur, & relegatis, ita ex intentione Federici de Scalis de Bononia diſtinguebat Bald. in d. l. 1. col. 9. num. 14. C. de hæred. inſtit. Federicumque ſequebatur Curt. iun. conſ. 182. Habita diligenti conſideratione, num. 8. Cæterum quia ſecunda diſtinctio per Baldum ibi impugnatur, nō defuerunt qui aliter diſtinxerint,

8 quòd aut banniti poſſunt † ex forma ſtatuti impunè offendi, & deportatis comparentur, aut non, & ſecus, Bar. in l. amiſſione, ante num. 3. ff. de capit. dimin. & in d. l. 1. num. 3. verſ. Et breuiter determino, vbi Paul. de Caſtr. numero 4. & Corn. in 8. & 9. col. poſt Bald. Ang. & Salic. Io. de Imol. in d. l. ex facto, §. ex facto, num. 20. verſic. Et hoc caſu procedit, Alex. conſ. 75. Viſis & diligenter perſpectis, num. 8. verſ. Præterea dato, lib. 1. Lācell. Galiaul. in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, in princ. verſ. Item quòd bannitus, ff. de liber. & poſthum. ac Corn. d. conſ. 55. Reperio me aliàs conſuluiſſe, col. 3. num. 14. & 15. libro 2. Quando enim banniti impunè offendi poſſunt: bellum ab ipſo banniente indictum illis cenſetur, & tanquam hoſtes ciuitatis à qua banniuntur omnino reputantur, arg. d. l. amiſſione, §. qui deficiunt, ac Corn. d. numer. 15. de communi opin. teſtatur, adeo quod concurrēte dicta diſpoſitione ſtatuti, vt impunè banniti offendi valeant, gloſſæ aſſertio in d. §. relegati, vera, atque efficax remanet, prout illam ſic intelligunt Paul. de Caſtr. d. conſ. 212. ſub num. 2. libro 2. Alex. d. conſ. 116. num. 6. in fin. lib. 2. & cō ſilio 23. num. 9. libr. 1. Auguſtin. Bero. d. q. 41. num. 4. ac Tob. Non. d. conſ. 112. col. 2. num. 4.

Quod veluti ex communi, & re ipſa abſolutum eſt, ſic Baldi Iuriſconſ. feliciſſimi ingenij reſolutionem celebrem eſſe exiſtimo, dum in d. l. 1. col. 6. num. 17. verſ. apparet igitur, C. de hæredib. inſtit. ſcripſit, †

9 bannitos propriam, ac omni modam ſimilitudinem, cum deportatis aut excommunicatis non habere, ſed nouum genus eſſe, valdeque ſtricti iuris, quæ opinio ex ipſomet Baldo comprobari poterit, qui in præcitato loco bannū ita definiuit, ſeu deſcripſit, quòd

10 ſit quædam pœna † per ſe, quæ nec eſt deportatio,

tatio,nec relegatio, licet habeat aliqua ſimilia cum vtraque,ſicut de hæreditate dicitur, quæ nec eſt vſusfructus,nec vſus, ſed quoddam ius
11 habens per ſe † aliqua ſimilia cum ijſdem, l.cũ antiquitas,C.de vſufruc. ſicut etiam de contractu emphyteutico,qui nec venditio eſt, nec locatio,l.1.C.de iur.emphyt.ſed cum vtraque in aliquibus conuenit, Baldique opinionem ſequutus eſt Iul. Clar. lib.5.ſentent. §.fin.q.71. verſ. Quid tenendum in tanta Doctorum contrarietate, vbi abſolutè opinatur,bannitos noſtri temporis quocunque modo ſiue perpetuò, ſiue ad tempus, aut cum bonorum publicatione,aut ſecus,ſiue poſſint ex forma ſtatuti offendi, ſiue non, neque ſimpliciter deportatis (vt Baldus dicebat)neque relegatis æquiparari,ſed quandam tertiam ſpeciem de per ſe eſſe, vt ceſſet ad inuicem argumentatio,& propterea ſtãdum eſſe,vel deciſionibus Doctorum de bannitis in ſpecie ac nuncupatim loquentibus,vel cõſuetudini, cui inhærere viſus eſt Aſcan. Clemẽtin.in d.tract.de patr. poteſt.cap. fin.num. 23. verſ.Vnde tutius dicendum eſt. Denique gloſſæ in d.§. relegati, opinionem vltra præcitatos approbat Ioan. Cephal. conſ.22. Proponitur, quòd teſtator,num. 18.lib.1.Hinc igitur reſultat,bannitos iſtos cum publicatione, quive ex ſtatuti forma impunè offendi poſſunt, pro mor
12 tuis † haberi,Paul.de Caſtr.d.conſ.212.Omiſſo ordine,num.2.verſic. Quia ſtatutum prædictum,lib.2.Alex.conſ.23. Oportunè conſideratis,num.9.verſ. Octauo probatur,lib.1.Gulielmus de Benedict.in c.Raynutius,in verb.In eodem teſtamento relinquens,1.num.140.extra de teſtam.Auguſt.Bero.d.q.41.Fideicommiſſo facto,num.4.verſ.Et conſequenter, ac Laurent.Siluan.conſ.89.Pro bonis feudalibus,nu. 4.verſ.At vbi reperitur.

His ſic præmiſſis, ad materiam conditionis deſcendendo,breuiter diſtinctione vtẽdum eſt, duos principales caſus conſiderando, Primus eſt,cum de fideicommiſſo iniuncto grauato extra territorium à quo ſunt banniti agitur,& tũc quia ibi non ligantur, Bart. in l.cunctos populos,num.44.C.de ſumm.trin. & fide cath. & in q.Lucanæ ciuitatis ſtatuto in 2. part.num.2.tales liberi faciunt fideicommiſſi conditionem de
13 ficere,† ita concludit Socin.ſen.hic,col.69.numer.106.verſ.Sed in noſtra difficultate,& poſt Bartol. num.5.verſ.Et ſic filij, idem ſibi voluit Franciſc.Rip.in d.l.ex facto,§.ex facto, nu.14.
14 affectus nanque banni territorium † non egreditur,Curt.ſen.de communi,cõſ.60.Dux Philippus,colum.10.& infra.Inde contingit,quòd
15 captus extra territorium bannientium, † relaxari debet,quia legitimè captus non fuit, vt argum.l.2.ff.de offic.procõſ.l.cum vnus,§.is qui, ff.de bon.autor.iudic.poſſid.c. ex parte,extr.de verborum ſignif. & eius quod not.in c.quicunque,16.q.1.ac in l.quis ſit fugitiuus,§.idem Celſus,ff.de ædilit.edict.tradit Bald. in l.2.num.2. verſ. Et ideo familia poteſtatis,C.de ſeru.fugitiu.Iaſ.in l.fin.col.1.vbi Hipp. de Marſil. nu.9. ff.de iuriſdict.omn.iudic.in l.vbi pactum, col. antepen.num.18.verſic.Hinc eſt,ff.de tranſact. Stephan.Bertrand.conſ.210.Si eſt verum,nu.1.
16 lib.3.vbi dicit, bannitum † iniuriarum actione poſſe agere, contra capientem ipſum in alieno territorio, num.2. verſ. Et dicant Bald.& Florian. Quod adeo verum eſt, vt procedat etiam ſi familia officialis eum in territorio capere voluerit, ipſumque fugientem extra territorium ceperit, ſecundum Bald.in c.cum olim, in fin. num. 5.verſ.Sed quid ſi in territorio arripuit fugam,extra de reſtit.ſpol.in l.ſicuti,§. Ariſto, in princ. verſ. Nota argumentum hic,ff. ſi ſeruit. vendic. Salic.in l.2.col.2.verſ. Et ex hoc,C. de exhib.reis.Nell.in tract. de bannit.in 2. part.2. temp.q.30.Sebaſt. Vant.in tract.de nullit.ſenten.in tit. de nullit. ex defect. inhib. ſeu mand. comp.nu.54.verſ.Et intellige, imo dixit Nell. in d.2.part.2.temp.q.33.in fin. verſ.Si autem, quòd ſi bannitus dormiendo totus eſſet in territorio à quo bannitus non fuit,caderetque,vel ob ſomnum perueniret in locum à quo fuerat bannitus, non videtur quòd capi potuerit, niſi experrectus ibi permanſiſſet,arg.l.ſi ſeruus ſeruum,§.ſi fornicarius,ff.ad l.Aquil. quod intelligit, vt ibi, niſi potuerit veriſimiliter caſum illum cogitare,facit l.ſi quis domum,§.1.ff. locati,& l.item Mela,in princ.d.tit.ad l.Aquil. Nec
17 extra territorium † poſſet offendi impunè, Petrus de Anchar.in c. canonum ſtatuta, fol. 12. verſ. Tertiò principaliter,de conſtit. Ioannes de Imol. in Clem. paſtoralis, col. 4. vbi etiam Innoc.de re iudic.Bald.in d.l.1.num.14. Felin.in c.quę in eccleſiarum,col.3.in 8.caſu,de conſtit. Iaſ.in l.omnes populi,col.9.in 5.limit. de iuſt. & iur.in l.fin.col.1.de iuriſdict.omn.iudic.& in l.vbi pactum,num.17. verſ. Vltimo aduerte,ff. de tranſact.Socin.ſen.in l.1.in princ. num.13.ff. de acq.poſſ.Ruin.conſ.84.De pluribus quæritur,num.1.4.& 6.lib.4. Ioan.Cephal.conſ.35. In cauſa fiſcali,num.19.lib.1.Nell. de S.Geminiano in d.tract.q.56.& 57.Imò nec offendi in
18 territorio ciuitatis † confœderatæ, niſi in fœdere aliud dictum fuiſſet, Bart.notabiliter, in l.non dubito,num.3.verſ. Aut non delinquunt,ff. de captiu.& poſtlimin.reuerſ. Franciſc.Rip.in d.l. ex facto,§.ex facto,num.14.quicquid dixerit in contrarium Iaſ.in d.l.vbi pactum, num.18. vbi perperam Bartoli autoritatem pro ſe induxit; Hinc etiam eſt, quòd licet bannitus non poſſit ſuum debitorem cõpellere, vt in ciuitate à qua exbannitus extitit debitum perſoluat, poterit
19 tamen † eius debitorem in quocunque loco ſi repe-

reperierit, etiam quòd ibi nullo modo forum ſortiatur conuenire, gloſſ. eſt ſing. in l. vſuras, C. de ſolut. quam celebrat Franciſc. Cremenſ. ſing. 124. Nota quòd nemo poteſt, & poſt Ludouicum Roman. idem ſcribit Rip. in tract. de peſte in 2. part. de priuileg. circa contract. nu. 3. verſ. Contrarium puto verius, dictamque gloſ. ab oppoſitionibus, defendit Curt. iun. in l. hæres abſens, §. ſi quis tutelam, num. 3. verſ. Nota bis tamen, ff. de iudic.

Secundus caſus eſt, cum ſumus infra territorium, & hoc caſu diſtinguendum eſt, Aut enim
20 filij non poſſunt† admitti de iure communi obſtantibus ſtatutis, quę corrigunt ius commune, ſed tantum ex forma eorundem ſtatutorum, & hoc caſu liberi iſti non faciunt fideicommiſſum deficere, nam ex legis diſpoſitione ſuccedere prohibentur, iuxt. not. per Bart. in l. filiusfamilias, §. cum quis, & ita concludunt Socin. hic numero 107. Alexan. in d. l. ex facto, §. ex facto, nu. 7. ibidemque Franciſc. Rip. num. 14. ff. ad Trebell. Aut iſti filij poſſunt ex iuris communis diſpoſitione admitti, & hic caſus maximam in ſe difficultatem continere videtur, in quo Socin. alternatiuè ac ambiguè loquutus fuit, referens opiniones pugnantes Bartoli, & Saliceti d. numer. 107. verſ. Aliquando & ſecundo, & neutri expreſſe inhæret; Eſt itaque Bar. opinio in d. q. Lucanæ ciuitatis ſtatuto, in l. 1. ſub num. 3. verſic. Ex hoc concludo, C. de hæredib. inſtit. & in l. certa forma, num. 7. per illum text. C. de iure
21 fiſci, lib. 10. quòd bannitus iuris communis† beneficia, etiam in loco à quo exulat retineat, quã comprobant, Bald. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ſub num. 3. verſic. Et ex hoc ſequitur, vbi Ioan. de Imol. de lib. & poſthum. idem Bald. in l. eius qui, §. ſi cui, ſub num. 3. verſ. Aut vult teſtari, ff. de teſtam. vbi id latè confirmat, ibique Bar. num. 2. verſ. Ego diſputaui, Ioan. de Imol. in c. 2. colum. pen. extr. eod. tit. vbi Petr. de Anchar. Ang. implicitè tamen, num. 2. Alex. num. 4. & Franciſc. Rip. num. 15. verſ. Quid tenendũ, in d. §. ex facto, dicens ſe nolle ab hac opinione diſcedere tanquam communi: Petr. de Anchar. conſ. 275. Filio ſuo Tarlato, colum. 2. verſ. Ius autem ſuccedendi, & conſ. 287. Iſte B. de Garnario, col. 2. verſ. Aduertendum eſt, Paulus de Caſtr. conſ. 56. Super primo quæſito, in princ. verſ. Nam ad hæc duo, lib. 1. Alex. conſ. 26. Circa primum dubium, col. 2. num. 2. de communi atteſtans, lib. 1. Corn. conſ. 29. Placent. num. 1. lib. 2. conſ. 55. Reperio me aliàs conſuluiſſe, numero 23. lib. 2. & in d. l. 1. col. antepen. C. de hæred. inſtit. dicens tutius eſſe tenere contra Caſtrenſem ibi, Curt. ſen. d. conſ. 60. Dux Philippus, Ludoui. Gozadin. conſ. 96. Circa primam difficultatem, col. 2. num. 6. & 7. communem eſſe aſſerens, Hipp. de Marſil. in practic. crimin. §. aggredior, num. 100. verſ. Et ſcias etiam, multos Doctores ad hoc allegans, Iacob. Philippus Portius conſ. 48. Ex facto contingit, num. 20. verſ. Ad quartum, & infra, lib. 1. Robert. Marãt. in l. is poteſt, num. 119. ff. de acq. hæredit. Ægid. Boſſ. in tit. Banniti quid amittant, num. 14. verſic. Nunc quæro, Hieronym. Alban. conſ. 8. Doleo, num. 28. verſ. Verum ne etiam, dicens hanc magis cõem ſcriptorũ eſſe ſentẽtiam, Iul. Clar. lib. 3. ſent. §. teſtamentum, q. 20. verſ. Sed quicquid dicat Iaſon, vbi contra Iaſonem affirmat iſtam eſſe crebriorem, verioremque concluſionem, & non aliam, Simon de Pretis in tract. de interpr. vltim. volunt. lib. 2. ſol. 1. num. 26. & Michael Craſſ. in lib. ſentent. §. teſtamentum, cap. 17. num. 4. verſ. Sed quid in bannitis noſtri tẽporis, ac in §. legatum, quæſt. 8. num. 2. verſic. Sed quicquid dicant, aſſerens hanc re vera magis communem opinionem eſſe, quòd inquam bannitus indiſtinctè iuris communis beneficia non amittat.

Et pro hac parte Rip. inducebat, quod cauſa banni eſt ficta confeſſio ex cõtumacia reſultãs, ob quam fictam confeſſionem bannitus, & condemnatus extitit, ergo ficta confeſſio nõ debet vltra cauſam contumaciæ ampliari, ſed ad eam reſtringi, cauſatum enim à cauſa, & dictum à ratione reſtringitur, l. cum pater, §. dulciſſimis, de leg. 2. l. hæc actio, ff. de calumn. natura autem cõ
22 tumaciæ eſt, non inferre maiorem † pœnam, quàm in ſententia, vel lege contineatur, l. 1. §. fi. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. vbi gloſſ. ergo bannitus propter contumaciam, & fictam confeſſionem non perdit niſi iura ſuę ciuitatis, quia in banno non dicitur, niſi quòd ſit à ciuitate bãnitus: eſt ſiquidem bannum ſtricti iuris, vtpote à iure communi exorbitans, quo cauetur, q abſens ſupra rẽlegationis pœnam condemnari non poſſit, l. abſentem, ff. de pẽn. & l. abſentem,
23 C. de accuſ. Quid tenendum? exiſtimo † diſtinctione opus eſſe, aut enim loquimur de bannito ob contumaciam, & procedit ſupradicta cõmunis opinio, cui Franciſcus Ripa innixus dictam rationem induxit. Aut verò de illo bannito qui vti hoſtis ciuitatis ex veris probationibus ſecundum formam ſtatutorum impunè occidi poteſt, cuius etiam bona, vltra amiſſionem ciuitatis, publicata fuerunt, & procedit alia opinio Rainerij de Forliuio, & Paul. de Caſtr. in l. 1. circa fin. vbi etiam Ludouic. Roman. col. 15. & Iaſ. col. pen. num. 6. C. de hæredib. inſtit. vt in quam bannitus iuris communis beneficia non retineat, quam ſequuti ſunt, Angel. in q. incip. Duo ad inuicem litigantes, Io. de Imol. in d. l. ex facto, §. ex facto, num. 20. verſ. Sed tu adde, Alex. conſ. 23. Opportunè conſideratis, nu. 10. verſ. Et hoc eſt verum, lib. 1. referẽs Paulum de Caſtr. in d. l. 1. dicentem, ſe ita pluries cum multis

tis alijs conſuluiſſe, ſicque conſultum per Raphaelem Fulgoſium vidiſſe, illisque diebus ipſummet Alexandrum per plures rationes apud Mutinam idem conſuluiſſe ac reſpondiſſe, illique conſilio plures ſolennes Doctores ſe ſubſcripſiſſe,conſ.75. Viſis & diligẽter perſpectis, num.7.& 9.eodem vol. eſtque illud conſilium, quod apud Mutinam reddidit,Iaſ.conſ.166. Videtur prima conſideratione concludendum,ante num.3.col. antepen. verſ. Nam in quantum dictum eſt ſupra,libr.2. iſtam magis communẽ Doctorum opinionem eſſe affirmans,ab eaque iudicando recedendum non fore, & conſ. ſeq. incip.Motiuis ſubtiliter & accuratè traditis, colum.2.in prin.num.2.verſ.Quarto dicitur,Frãciſcus Rip.in l.fin.q.23.num.86. verſ. Nec iſta ratio,C.de reuoc.donat.Andr.Alciat. conſ.54. Omiſſis ijs,num.3.libro 5. Curt. iun.conſ.100. Omiſſa argumentatione,num.2.circa med.Carol.Ruin.conſ.49. Si probatum eſt, num.4.verſic.Et propterea,lib.4.conſ.25. Circa illud,colum.3.num.7.eod.vol.Io.Bapt. Ferrett.conſil. 169. Bannitus,num.1.& 2.lib.1.& Iacob.Menochius,conſ.101. Eſt noua, de communi opinione atteſtãs,lib.1.vt alios multos præteream,ſed non Salicetum in d.l.prima, quem ita Ioan. de Imol.intelligit.

24 Iſte enim bannitus † cuius bona ſunt publicata,impuneque occidi poteſt,transfugę æquiparatur,l.3.in fin.ff.ad l. Cornel. de Sicar. d. l. amiſſione, §.qui deficiunt, ff. de capit. dimin. Marc.Mant.conſ.206. In præſenti cauſa, nu.2. Ioan.Bapt.Ferrett.d.conſ.169. col.1.num.4.d.
25 lib.1. iusque agnationis † & filiationis amittit, Bart.in l.ſi adulterium cum inceſtu, §. ſi liberto,in fin.verſ.Et ſicut,ff.de adulter.in l.eos,numero primo,verſ.Videte Domini,ff.de recept. Secundò dicebat Imola in d.§.ex facto,ſub nu.20. certum eſſe,ſtatutum municipale loci, poſ-
26 ſe derogare etiam iuri communi † in loco,l.omnes populi,cum ſua materia,ff. de iuſt. & iur.c. vt animarum,de conſtit.lib.6.ergo qua ratione iſte bannitus qui hoſtis ciuitatis effectus eſt,iura municipalia,& ciuitatis amittit, eadem ratione ius commune perdere debet,quo ad illam ciuitatem, ex quo ciuitas illa poteſtatẽ habet ſuper vtroque iure, & diſpoſitio ſtatutaria videtur vniformiter vtrunque ius reſpicere, & ſic in diſtinctè debet intelligi, quòd vtrunque tollat, arg.l.1.§.generaliter,ff.de legat.pręſtan.cum ſimil. ſubdens hoc verum eſſe, quando talis eſt bannitus cuius bona publicantur, & qui ſi capitur debet ſtatim decapitari, & interim poteſt impunè offendi,nam talis propriè hoſtis ciuitatis(vt eſt dictum)cenſetur, ſecus ſi bona publicata non eſſent, tunc enim non perderet omnino omnia iura,ex quo bona retineret,vnde tũc non videretur perdere etiam ius commune municipale concernens eadem bona: item ſecus ſi interim non poſſet impunè offendi, quis enim illo caſu ex toto hoſtis non iudicaretur, & quia
27 tunc ſententia † conditionalis videretur, eiusque effectum in euentum conditionis ſuſpendere,l.cedere diem,ff.de verb.ſign.& l.1.§.biduũ, ff.quand.appell.ſit, & per idem fundamentum cum opinione Raynerij pertranſit Ang. Aret. in §.eius qui,col.2.num.4.verſ. Et licet iſta cõcordia,Inſtit.quib.non eſt permiſſ.facere teſta. ex cuius declaratione ibi reijciuntur tradita per Ripam in d.§.ex facto,nu.15.dum contra Imolam,& Caſtrenſem nititur.

28 Ex prænarratis ſequitur,filios bannitos † cũ publicatione bonorum, & qui impunè occidi poſſunt ex forma ſtatutorum, non prodeſſe ad defectum dictæ conditionis,iuxta terminos ſecundi caſus prædicti,ſcilicet quãdo filij poſſent ex iuris communis diſpoſitione admitti, attenta Raynerij de Forliuio ſententia, quæ communis eſt, in ſui formalitate: Filios verò bannitos ſine publicatione bonorum, quive impunè occidi non poſſunt,ſed in contumaciam paſſi ſunt bannum, cum ſola ciuitatis amiſſione ad extinctionem conditionis prodeſſe tanquam ſucceſſibiles iure communi inſpecto,attenta alia opinione Bartoli, quæ pariter communis eſt, imò crebrior: & ita intelligendus eſt ipſe Bart. in d. §.ex facto,in fin.verſ.Iura ergo communia non perdunt, dum concludit filios poſt bannimentum natos, conditionem fideicommiſſi extinguere,cum quo ſentiunt Franciſc. Rip. ibi,numero 17.verſic.Ex iſtis ſequuntur plura,& Hieronym.Gabriel.conſil.123. Lucam, & fratres, num.36.

Maximè Raynerij opinio procederet,ſi ban
29 no,vel ſtatuto † priuarentur banniti, etiam iuris communis beneficio,Bart.in extrauag.Qui ſint rebell.in verb. Rebellando, col.fin.Ang.in l.certa forma,C.de iur.fiſci, lib.10.Salic. in d.l. prima,Bald.in l.ſi is qui ademptis, col.fin.ante num.6. verſ. Item habemus bannitos in ære,& in perſona,C.ſi pend.appell. mors interu. Alexand.in d.l.ex facto,§.ex facto,num.4.verſ.Limitat tamen,ibique Franciſc.Rip.num.16.rurſus Alexan.in l.ſi cum dotem,§. ſi patri, in 2.limit.num.4.ff. ſol. matrim. referens Baldum in
30 præcitato loco dicentem,bannitos † cenſeri priuatos iuris communis beneficio,vbicũque ſtatutum diſponeret,banniti intelligantur eſſe extra protectionem iuris communis, & quòd licet huiuſmodi dictum Baldi morderi poſſet, tamen ſummè notandum eſſe,cum non repererit illud approbatum,nec improbatum,& ita omnes Doctores ſine difficultate concludere,dicit Ludouic.Catus,conſ.103.num.6.verſic. Alius eſt caſus,conſil.crimin.tom.1.Ægid.Boſſ.tit.Bãniti, quid amittant,ſub num.14.Michael Craſſ.

in li-

in libro ſentent. §. leg. tum, q. 8. numer. 3. in fin. verſic. Verum tamen eſt, Iacob. Mandell. Alb. conſ. 17. Omiſſa citra præiudicium diſputatione, num. 21.

Secundò latius Raynerij opinio locum ſibi
31 vendicaret, vbi eſſemus † in bannitis à Cæſare ſeu eius delegato; perderent enim banniti tunc omnia, etiam quæ iuris communis ſunt, omni prorſus difficultate ceſſante, Ioan. de Imol. in d. §. ex facto, colum. 2. num. 19. verſ. Saluo niſi ille eſſet bannitus Papæ vel Principis, Alex. in d. l. ſi cum dotem, §. ſi patri, num. 2. & conſ. 75. Viſis & diligenter perſpectis, num. 7. verſ. Fortificantur prædicta, lib. 1. Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius, in verb. In eodem teſtamento relinquens, 1. num. 141. extra de teſtam. Andr. Tiraquell. in tract. de retract. lign. §. 1. gloſſ. 9. numero 27. verſ. Cæterum, Iacob. Menoch. conſilio 101. Eſt noua, num. 7. verſ. Quarto optimè confert, lib. primo, ac de iſtis bannitis loquuntur, auth. Item nulla communitas, & auth. Item quæcunque communitas, C. de epiſc. & cleric. auth. nauigia, C. de furt. & c. pro humani, de homicid. lib. 6. vt Rip. ſcribit in d. §. ex facto, num. 18. verſ. Denique.

Intellige præmiſſa omnia in bannitis à principe inferiori, ſecus in bannitis ab Imperatore, vel à Papa, & ea eſt ratio, nam ex recepta Do-
32 ctorum opinione Imperator † vniuerſi terrarũ orbis dominus dicitur, l. fin. in princ. C. de iur. iur. l. bene à Zenone, C. de quadrien. præſcript. l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de iactur. quod explicant & declarant, Nicol. Bellon. conſ. 2. Proponitur, num. 2. Iul. Ferrett. in tract. de iuſt. & iniuſt. bell. num. 24. fol. 27. Hipp. Riminal. in §. 1. nu. 52. cum ſeq. Inſtit. Quib. alien. lic. vel non, Vaccon. lib. declar. 2. c. 106.

Idem etiam dicendum eſſet in bannitis à potentiſſimo, ſemperque inuictiſſimo Rege Hiſpaniarum, aliorumque Regnorum Domino, Dõ Philippo de Auſtria Fidei defenſori, Domino noſtro, de cuius admirabilibus prerogatiuis, immenſis laudibus, & excelſa valde altitudine ſi ego nunc aliqua ſcribere aggrederer, Liuium in hiſtoria, Melam Pomponiũ, Ptolemæum, Solinum, cæterosque Coſmographos in Orbis ſitu, ac denique Hortenſium, Marcumque Ciceronem in eloquentia vincere opus eſſet: hæc tamen alibi, non quantum magnitudo expoſtulat, ſed quantum mearum virium imbecillitas ſuppetet indicanda ac deguſtanda relinquam. Sua nanque Catholica Maieſtas in hoc Siciliæ
33 Regno † Monarcha eſt, nihilque habet facere cum Imperio, vt ſcribit Andr. de Iſern. in cap. 1. col. 2. in verb. Regis, num. 8. verſ. Item de Rege Siciliæ, tit. de his qui feud. dar. poſſ. & in proem. Cõſtitutionum, col. 2. verſ. Idem liberi Reges, & col. 11. verſ. Idem dicimus de omni Rege libero, Io. de Amic. conſ. 22. Dominus Rex, nu. 10. Matth. de Afflict. in prælud. Conſtit. q. 2. ante num. 2. & in deciſ. 128. Fuit dubitatum, numero 4. verſic. Quia hoc Regnum, Iacobut. de Franchis in prælud. feud. in 2. q. num. 3. & in d. c. 1. num. 42. Franciſc. Viu. opin. 691. Rex & dominus, num. 5. Vnde Afflict. in præcitato loco dicebat, Imperium integrum non eſſe, cum Reges Franciæ, Siciliæ, Hiſpaniæ, Aragoniæ, Angliæ, Portugalliæ, Nauarræ, Armeniæ, Vngariæ, & Cypri, ac etiã Sereniſſima Venetiarum Reſpublica Imperatori non obediant: is etiam Siciliæ Rex coronatur, prout Rex Romanorum, qui eſt Imperator, & Imperator Conſtantinopolitanus, Rex Francorum, & Rex Angliæ pariter coronantur, ſed non alij, de quibus per Paridem de Puteo in tract. de feud. reintegr. in proem. in tit. feudum Regale, ſub num. 7. circa fin. fol. 2. Quòd autem Hiſpaniarum Rex Ca-
34 tholicus † ſuperiorem non recognoſcat, nec Imperatori ſubſit, gloſſ. in c. Adrianus, 2. in verb. Per ſingulas, in fin. 63. diſtinc. regnum enim de faucibus hoſtium Reges Hiſpani eripuerunt, Dec. conſ. 271. In caſu tranſmiſſo de Hiſpania, colum. 2. num. 4. verſ. Et cum tali conſuetudine, Soc. iun. conſ. 68. Maximi ponderis eſt præſens conſultatio, num. 188. lib. 3. Io. Lopez in rubr. extra de donat. inter vir. & vxor. in introduct. num. 18. Carol. Ruin. conſ. 231. Quia in dubium reuocatur, num. 8. lib. 1. nuncupatimque de Rege Aragoniæ, idem tradit Iaſ. in l. ex hoc iure, num. 25. ff. de iuſtit. & iur. poſt Raphaelẽ Fulgoſium quem ibi citat: deque Rege Legionenſi, vt is etiam ſit exemptus, gloſſ. in c. etſi neceſſe, in verb. Reſtitui, in fin. d. tit. de donat. inter vir. & vxor. ac Io. Lopez. d. num. 18.

35 Quæ enim de Imperatore † tradũtur, in quo libet Rege ipſum Imperatorem non recognoſcente procedunt, Petr. de Bellapertic. & Bald. num. 4. in l. exemplo, C. de probat. Anton. Padill. in l. altius, num. 4. verſic. Atque idem videtur, C. de ſeruit. & aqua, diciturque Rex in ſuo
36 regno lex † animata, poteſtque iuri communi derogare, Bald. in l. hoc amplius, colum. 2. numer. 10. C. de fideicom. Alexan. conſ. 1. Ponderatis his, num. 30. lib. 5. quinimò in eius regno
37 monarcha † eſt, Andr. de Iſern. in c. 1. §. ſi quis de manſo, col. pen. ſub num. 19. verſ. Quod autem dicit, de controuerſ. inueſtit. in c. 1. col. 1. numer. 3. verſ. Et ſic in quolibet, quib. mod. feud. amitt. in c. 1. col. fin. ſub num. 8. de nou. form. fidelit. in c. 1. §. ſi mulier, col. 1. num. 14. de capitul. Corrad. & in c. quoniam, col. 2. num. 5. verſicul. Et quidem, de prohib. feud. alien. per Lo-
38 thar. Et tantum, vel plus iuris † habet Rex in ſuo regno, quàm Imperator in Imperio, quia ad hæredes tranſmittit, quod non facit Imperator, qui in electione eſt, Andr. in c. 1. colum. 2.

num.

num.2.verſ. Idem ſi non reſtituatur, de vaſall. decrepit.ætat.in c.1.num.1.de his qui feud.dar. poſſ.Iacobut.de Franch.ibidem,num.11. Bartholom.Camerar. in c.Imperialem,§.præterea ducatus, littera K.de prohib.feud.alien.col.1.in princ.fol.94.cum vt Bald.inquit in l.ex hoc iure,num.4.ff.de iuſtit.& iur. ſemper fuit,& ſem-
39 per erit, quòd primogenitus † ſuccedat in regno, excepto Rege Romanorum monarchiam tenturo,ideoque eſt in Regem eligendus, & approbandus,c.licet extr.de voto,c.venerabilem, extr.de elect.Paris de Put.in d.tract.de feud.re integr. in proçm. de feud. Regali, in cap. incip. Pro clariori , in final. verb.verſic. Et ij Reges, fol. 2.

Non aliter in bannitis per Regem Francorũ
40 decernendum foret, cum ſuperiorem † in temporalibus minimè recognoſcat, c.per venerabilem,verſ. Inſuper cum Rex,extra qui fil.ſint legitim.vbi Innoc.in verb. Recognoſcat, ipſumque Imperatori non ſubeſſe indiſtinctè concludit rem altius repetendo,Oldr. de Laude,conſ. 69.Conſueuit dubitari , num.2.& infr.conſentiuntque Ioan. Fabr. in rubr. proçm. Inſtit. in verb.Franciſcus,Specul.in tit.de feud. §. Quoniam ſuper homagijs , in 15.q. verſ. Nam Rex Franciæ,Andr.in prælud.feud.num. 28. & numer.32.verſ.Sed non obſtant hæc,Bal.in c. Imperialem , col.fin.verſ. Quæro vtrum , d.tit. de prohib.feud. alien. per Federic. &in c.1.col.1. verſic. Et licet regnum Francorum, de pac.iur. firm.conſ.418.Petita venia, lib.3.Iaſ.in l. cunctos populos,num.11.verſ.Contrarium expreſſe,C.de ſumm. trinit. & in l. ex hoc iure , num. 25.verſ.Et idem dicit Fulgoſius,ff. de iuſtit. & iur.Gulielm.de Benedict.in rep. c. Raynutius , in verb.Et vxorem nomine Adelaſiam,numer. 147.extra de teſtam.Ioan. Neuiz.conſ.12. Patres comederunt vuam , col. 3. & 12.in 2.ratione princ.inter conſil.feudal. Alberti Bruni,lib. primo,Dec.conſ.85.Et diligenter, col.3. nu.4. Bartholom.Caſſan.in cathalog.glor.mundi,in 5.part.conſider.28.col.15. verſ. Ex quo etiam, & colum.16.verſ. Ad prædicta reſpondetur , & conſider.30.fol. 126. Aſflict.in prælud.conſtit. q.2.num.1.Ioan. Igneus in l.neceſſarios,§.non aliàs,in 4.part.num.58.ff. ad Sillan. in l. donationes,num.3.C.de donat. Petr. Rebuff. in l.vnic.num.52.C.de ſentent.quæ pro eo quod intereſt profer.Franciſc. Rip.lib.reſponſ.1. de legib.reſponſ.1. Pro reſolutione quæſtionis propoſitæ , num.3. & 55. Et quamuis de iure contrarium ſenſerint,gloſ. in d.c.per venerabilem, & in c.1.de pac.ten. Ang. Aret. in §. ius autem , num.6.in fin.Inſtit.de patr.poteſt.Signorol.de Homod.conſ.129. In principio libri noſtri , colum.8.verſ. Vlterius quæro nunquid Rex Francorum,licet non ſit conſilium , ſed quædam re-
petitio inter eiuſdem Signoroli reſponſa per numerum inſerta,& Guid.Pap.q.239.Rex Frãciæ,ante num.3. verſ. Sed quicquid ſit de iure, tamen à priori opinione recedendum non erit, quam etiam ſequitur Iacob. Menoch.conſil.2. Magni ponderis res,nu.103.lib.1.

41 Et quoniam † Duces,ac alij ſimiles habentes dominium temporale perpetuum loco principis in eorum territorio habentur, in eoque poſſunt facere generalia ſtatuta iuri communi derogatoria,Paul.de Caſt.conſ.34. Super primo dubio,col,1.ſub num.1.lib.2. Alexan. conſil.1. Ponderatis his,col.8.num. 29. verſic. Quia iſti Duces,lib.5.Ioan.de Anan.conſ.81.Viſo teſtamento,col.2.num.2.& 3.Pariſ.conſ.69. Poteſt concedi immunitas,col.2.num.3.verſ.Et quòd prædicti,lib.1.Curt.iun.conſ.61.Habita diligẽti conſideratione , num.9.verſ.Succedit enim , de communi opin. atteſtans,conſ.100.Præſupponitur in facto,num.3. verſic. Præmiſſa tanto clarius,& in conſ.1.Primam amplector dubitationem,num.29. verſ. Duces enim, Aym.Cranet.conſ.135.Verba decreti,num.2.verſic. Sed præmiſſis non obſtantibus,multa conſilia Laurentij Calcanei allegans,vt ibi Albert.Brunus, conſ.19.In cauſa comitatus Roſatæ, col.2.circa princ.conſ.45.In cauſa caſtri, & loci Veſmarũ, col.4.in fin. verſ. Qui enim habent dignitates, receptam ſententiam eſſe affirmans,& Ioan.de S.Iulia,conſ.3.Excellentiſſimus Aurelianenſis Dux,col.2.verſ. Et præmitto, inter eiuſdem Alberti conſilia,Socin.iun.conſil.33.Pulchra eſt, num.9.vbi plures citat,lib.3.conſ.76. Stãtibus pluribus inſtrumentis,num.1.2.& 3.ſcribens eſſe communem,ab eaque iudicando non fore recedendum,& conſ.126.In cauſa , num.11.eodẽ vol.Carol.Ruin.conſ.28. Pro intelligentia dicendorum,num.17.lib.1.conſil. 48. Videretur fortaſſis,in fin.lib.4.& conſ.134. Ex duobus,colum.3.num.9.lib.5.Rol. de Vall. conſ. 86.Illuſtris,num.15.& infr.lib.1.vbi num.20. de communi meminit,conſ.76.Præſuppoſita, num.3. vbi etiam de recepta concluſione , & conſil. 91. Decreueram,num.17.lib.2. conſ. 1. In præſenti cauſa,num.50. pariter de communi atteſtans , lib.3.Tob.Non. conſ.10.Viſis , colum. 1. in fin. num.2.Et quamquam Felin.in c. quæ in eccleſiarum,col.12.num.32.circa fin.verſ. Sed hanc declarationem , extra de conſtit. de huiuſmodi dicto Caſtrenſis,& aliorum præcitatorum Scribentium videatur dubitare, tamen illud vti cõmune, & in pũcto iuris verum,aduerſus ipſum Felin.ſequendum eſſe aſſerit Soc.iun. d.conſil. 76.col.2.num.2.lib.3.

Propterea,quę de dictis Regibus dicta ſunt,
42 in Duce Mediolani † locum ſibi vendicarent,q̃ banniti ſcilicet à tali Duce cum publicatione bonorum , & qui impunè occidi poſſunt , iuris commu-

communis etiam beneficia amitterent, Dux enim Mediolani imperij iura retinet aliàs reſeruata, abſque recognitione, Bal.conſ.359. Quẽ admodum Imper.lib.3.Ang.conſ.217.In cauſa accuſationis, col.2. Caſtrenſ.conſil.225. Super primo dubio, col.1. quod eſt in nou. d.conſ.34. lib.2.Alex.conſ.2.Viſis, nũm.9.verſ. Quinimò plus, lib.1.repetitur, conſ.87.lib.2. conſ.30.Põ deratis, num.9.lib.5.conſ.11.Aliàs, nu.9. lib.7. Iaſ.in d.l.ex hoc iure, col.4.nu.25.verſ.Etnota, ac conſ.101.Immunitas fuit conceſſa, col.2. num.2.verſ.Item Dux, lib.4. Fel. in d.c. quæ in eccleſiarum, num.3.verſ. Quarta declaratio, de conſtit.Roman.ſing.463.An Dux, Ioan.Bapt. Caccialup.de S.Scuerino, in l.Imperium, q.18. ff.de iuriſdict.omn.iudic. Andr. Barbat.conſil. 34.Præclarè, col.fin.lib.2.Albert.Brun.d.conſ. 19.In cauſa comitatus, col.2.verſ.Secundo mo ucor, conſ.45.eiuſdem initij, col.4. Corn.conſ. 127.Primo aſpectu, col.1.ſub num.7.lib.2.Frã ciſc.Rip.de reſcript.reſpon.3. Viſis inſtrumentis, in fin.num.15.Curt.iun.conſ.1.Amplector, num.29.conſ.61.Habita diligenti conſideratio ne, num.9.Pariſ.conſ.2. Legitimatio, num.18. lib.2.Andr.Alciat.conſ.9.Præſenti, num.13.libro 3.& in tract.de ſingul.cert.cap.32.Soc.iun. conſ.126.In cauſa, num.11.lib.3.Rolan.de Vall. conſ.86.Illuſtris, num.19.& 21.conſ.88.In cauſa, num.27.lib.1.& conſ.100. Multiplici ex capite, num.48.& 95.lib.4.Iacob. Philipp. Port.cõ ſilio 105.Quia inter plura, num.21.lib.2./Ægid. Boſſ.in tit.de crimin. læſæ maieſtatis, num.54. & Franciſ.Burſat.conſ.4.Philippus Maria Anglus, num.21. poſt Mohedanum, & Oſaſcũ in deciſionibus quas allegat.

43 Necnon vera ſunt in Duce Sabaudię† Pedemontiumque Principe, qui ſuperiorem non recognoſcit, vt per Iaſ.conſ. 227. Pro enucleãda, col.8.verſ. Vndecimo facit, & infra libr. 2. Purpur.in rubr.ff.de iuriſdict. omn. iudic. & quicquid in contrarium dixerit Iacob.Menoch.conſil.2. Magni ponderis controuerſia, num.104. lib.nihilominus non arbitror à dictis per Iaſ. recedendum fore, dicentem hoc indubitatum eſſe, quem ſequitur Rol.de Vall.conſ.76. Pręſuppoſita validitate, num.3.lib.2. & in ſuperiorib. tetigi, proinde nunc vlterius nõ progrediar, ſolum dixerim, quòd reuocare in dubium poteſtatem, atque exemptionem dicti Sereniſſimi, inclitique Ducis eſſet reuangare mundum, vt inquit Bald. loquendo de Barnaba Duce Mediolani, relatus ad hoc propoſitum per Corn. d.conſ.127. Primo aſpectu, col.1.ſub num.7.li-
44 bro 2. Ac etiam in Duce Ferrariæ† qui etſi feudum à Summo Pontifice recognoſcat, tanquã Imperator autoritate poteſtateque in ſuo Ducatu fungitur, Alex.conſ.1. Ponderatis his, nu. 29.lib.5.Carol.Ruin.conſ.23.Ex themate præmiſſo, num.6.in fin.& conſ.200. Viſo themate, nu.1.& 2.lib.2.conſ.126. Quamuis ille, nu.2.in fin.verſ. Nec eſt dubitandum, lib.5.& poſt Curtium iun. idem ſibi voluit Iacob.Menoch.conſil. 250.Cum interrogatus ſim, num.74.lib.3.cõſ. 92.Habet non leues dubitationes, nu.32.lib.1. ac conſ.304.Cum hac de percelebri, cõtrouerſaque cauſa, nu.51. lib.4. Hæc pariter dicenda erunt de Duce Mantuæ, qui omnia in ſuo Ducatu poteſt, quamuis Imperatorem recognoſcat, ſupremamque poteſtatẽ habet, prout Imperator in Imperio, Soc.iun. conſ. 33. Pulchra eſt præſens conſultatio, num.9.lib.3.poſt Socinum ſen.eius patruum, quem ibi allegat, Pariſ. conſ.69. Poteſt concedi immunitas, nu.2.& 3. lib.1.Rol.de Vall.conſ.76. Præſuppoſita validitate, num.2.lib.2.Menoch.d.conſ.92. num.32. lib.1.& conſ. 208. De propoſitis his dubitationibus, num.37.lib.3.

Cæterum prænarrata reſpectu Regum, vt in
45 ipſorum Regnis † omnia poſſint, quæ Imperator in Imperio, ſintque monarchæ in ijſdem regnis, quemadmodum vltra præcitatos Doctor. ſcripſere etiam Gulielm. de Cuneo in l.1. §.qui magiſtratum, ff.quod quiſque iuris, rurſus Bal. in §.ius autem ciuile, num.4.verſ.Quarto quæro, Inſtit.de iur.nat.gent.& ciuil. Soc.ſen.conſ. 67.Viſis inueſtituris, col.2.circa med.verſ. Idẽ tamen dicendum eſt, lib.1. Albert. Brun.conſil. 10.D.Ioãnes, col.9.Ruin.conſ.134.Ex duobus, col.3.num.9.lib.5.Rol.de Vall.conſ. 66. Quoniam veritas, num.20.lib.2.conſ. 86. Illuſtris, num.20.lib.1.& Luc.de Penn.in l.cõductores, nu.4.C.de cond.& proc.lib.11.Idcirco Bal. in l. pen.nu.3.in fin.C.de donat.int.vir.& vx.diſpo-
46 ſitionem † illius legis de Imperatore loquẽtis, ad Regem extendit; Hinc quoque ſecundum Andr.in d.c.1.col.3.num.12.& infr. de his qui feud.dar.poſſ.9 diſpoſitio, l. cum multa, C. de bon.quę liber.loquentis de donatione alicui fi-
47 liofamilias per Imperatorẽ† facta, in donatione per Regem emiſſa, ſibi locũ vendicat: ac etiam de Ducibus, Marchionibus, alijsque temporale perpetuũ dominium habentib.tradita, procedere etiã debent in bannitis per aliquã Ciuitatem
48 non recognoſcentẽ† ſuperiorẽ, vt in indiuiduo ſcripſit Corn.cõſ.59. Conſuluit D.Cyprianus de Fulgineo, ante nu.1.verſ.Allegat primus Cõſultor, lib.1.poſt Andr.Sicul.ab eod.citatum in ijſdem terminis loquentẽ, in conſ. incip. Placet mihi cõcluſio Eximij V.I.D. Dom. Benedicti, Ciuitates enim ſuperiorẽ non recognoſcentes,
49 in ſolio Principis vicẽ† gerunt, vt dicit Bal.cõſ. 406.Lata fuit ſententia, ad fin.lib.5.inter quas quidẽ Venetiarũ ciuitas cõnumeratur, q̃ Imperatorẽ ſiue ſuperiorẽ non recognoſcit, ſed tanq̃
50 Reſpublica† ſua libertate potitur, Bar.in l.hoſtes, num.4.verſ.Quidam ſunt populi qui nullo

Digitized

modo,ff.de capt.& poſtlim.reuerſ.Bal.in rubr. col.2.num.6.verſ. Hac ratione Veneti,ff.de rerum diuiſ.Ang.conſ.299.Thema eſt tale, inter cætera capitula,col.2.Iaſ.in d.l.ex hoc iure,nu. 26.verſ.Eodem modo,ff.de iuſtit.& iur.in l.cũctos populos,in 1.lect.num.11.C.de ſumm.trinit.& conſ.70.Super vtraque legitimatione,colum.2.num.1.lib.3.Iacob. Aluarot. in cap.1.in prin.col.pen.verſ.Sed vtrum Ciuitas,tit. Quis dic.dux com.vel march.Pariſ.conſ.2.Legitimatio,num.13.lib.2.Affict.in prælud.conſtit.q.2. Reſtaur.Caſtald.in tract.de Imperatore,q.54. num.9.Marc.Mant.conſ.188.Cum aliàs,num. 25.Carol.Ruin.conſ.66. Perlectis,nu.4.lib.3. & Iacob.Menoch.conſ.2. Magni ponderis con
51 trouerſia,nu.63.lib.1.Et propterea Veneti†tratione naturali vtuntur, vt per Mant.in d.conſ. num.24.poſt Andr.Sicul.conſ.46.Scripſit,col. 9.num.12.lib.2.Quo etiam factum eſt,vt ciuitatem Venetiarum communẽ patriam,hodie appellauerint,Raph.Cuman.cõſ.72.Viſis pactis, ſub nu.4.in fin.verſ.Poſtremo nec illud,Raph. Fulgoſ.conſ.62.Stante ſtatuto Ciuitatis Veronæ,col.2.num.3.verſ.Hocque euidentius appa ret,Ludoui.Gomeſ.in §.fuerat, num.5. Inſtit.
52 de actionib.Florentia inſuper† olim Reſpublica erat, & omnia poterat, quæ Imperator,propriaque libertate vtebatur,vt teſtantur Petr.de Anchar.conſil.87. Omiſſo primo dubio, col.1. verſ.Iſta tria,Iaſ.conſ. 70. Super vtraque legitimatione, colum.2. in fin.verſ. Hinc eſt,quòd ciuitas Florentiæ,lib.3.Socin.ſen.conſ.273. In præſenti conſultatione,col.pen. verſ. Idem autem eſt dicendum, lib.2.Felin.in c.cum non liceat,ante num.13.col.pen.verſ. Quartò conſidera,quòd Rodulphus Imperator,extra de prę ſcript. Dec.conſ.357. In caſu,num.2. Reſtaur. Caſtald.in d.tract.de Imper.q.54.num.11. Purpur.in l.1.num.329. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdictio.Carol.Ruin.d.cõſ.66. Perlectis, num.4.lib.3.& Rol.de Vall.conſ. 91. Decreue-
53 ram,num.4.& infr.lib.2.Accedit prędictis,† Senarum Ciuitas,quę Sanctum Bernardinum huius Aquilanę Ciuitatis Patronum inclitum genuit,ſuam nanque libertatem tanquam Reſpublica,iuraque Imperij retinebat,Ruin. conſilio 196.Primo videndum eſt,numero tertio,lib.1. Socin.iun.conſ.142.Viſo puncto,num.3.lib.1. Io.Cephal.conſ.58. Proponitur,num.71.lib.1. cumque eædem ciuitates Florentiæ, Senarumque Magno Hetruriæ Duci ſubiacent, in ipſarumque imperium,ac dominiũ ſucceſſerit,nulli dubium erit, Ducem prædictum imperij iura
54 in†ſuo Ducatu retinere,omniaque in eo poſſe, quæ Imperator in eius imperio,Rexque in ſuo regno exercere, ac facere poteſt: deque Republica Florentina,meminit Corn.conſ.55.Reperio me aliàs conſuluiſſe, num.19.lib.2.Idem de-
55 nique in bannitis per ciuitatem Ianuæ† concludendum erit,cũ iura imperij exerceat,Dec.conſil.534.Procedẽdo breuiter, in prin.conſ.649. eiuſdem initij,num.2.Reſtaur. Caſtald. in præalleg.tract.q.54.num.20.Iacob.Menoch.d.cõſil.2.num.52.& 53.lib.1.poſt Barbatiam quem ibi refert. Eadẽque ratione in bannitis per Lu-
56 cenſem ciuitatem† vti Rempublicam,proprioque dominio,ac imperio vtentem,id ipſum ſpectandum arbitror,ex ijs quę tradunt, Platina in vita Honorij IIII.Pont. Fel. in d.c.cum non liceat,col.pen.verſ.Quarto conſidera,ante n.13. de præſcript.Dec.conſ.528.Pro reſolutione caſus propoſiti,nu.2. & infr. Reſtaur.d.q.54.nu. 12.Rol.de Vall.d.conſ.91.Decreuerã, nu.4.& ſeq.lib.2.Nec à præfatis Doctoribus de Ciuitate Ianuæ loquentibus excludendum puto eundem Rolandum celeberrimum Iuriſconſ.conſ. 29.Quæritur,num.20.lib.1.dicentem ipſam ciuitatem in eius territorio,ſupremi principis iure vti, ad hocque Decij teſtimonium in mediũ afferentem: ſicut ab ijs qui de Florentia ſcripſerunt, abijciendum non fore exiſtimo, Ludouicum Romanum conſ. 456. In propoſito caſu, circa princ.verſ. His tamen non refragantibus, ex cuius etiam dictis ibi colligitur cõcluſio quã
57 ex Baldo afferebam,idem de ciuitate† ſuperiorem non recognoſcente, quod de principe iudicandum eſſe,Bart.in l. infamem, in fin. ſub nu. 14.ff.de public.iudic.in l.1.§. de qua re, num.3. verſic. Sed ſi eſſet,ff.de poſtul.& in l.actu,§. de amplianda,num.2.ff.de re iudi.Abb. conſ.104. Placet mihi,in princ. communemque eſſe dicit Dec.d.conſ.534.Procedendo breuiter,num.ſecundo,verſ. Et eſt concluſio communis. Quid autem de Ducibus, & Comitibus huius Regni
58 Siciliæ dicendum† ſit,ex Paride de Puteo colligi poterit,inquit enim Duces,Principes, & Barones inferiores qui à magnis Regibus, Ducib. & Principibus feuda tenẽt in eorum dominijs, vt ſunt Duces,Comites,ac Principes Regni Siciliæ,non dici regalem, ſiue regiam dignitatem habere,cũ ipſi Regibus ſubſint, poſſidere tamẽ regalia ipſis ex priuilegio cõceſſa, de quibus in tit.quæ ſint regal. Qui Duces & Principes ſubalterni,qui ſuperiorem recognoſcũt,& ſubſunt cæteris,dicuntur nomine,& non re, Duces atq. Principes,quia Regibus ſubſunt, eorumque ſuperioribus, ita Paris in tract. de reintegr.feud. in princ.tit.de feud.regali, incip. Pro clariori, nu.4.& 5.Sed de his pro nunc ſatis.

Limitatur modo prædicta concluſio,in ban-
59 nito toleratoſ in ciuitate Principe ſciente,& cũ eo conuerſante,cum per Principem videatur ei bannum remiſſum, etiam quo ad omnem iuris effectum,l.nullus,C.de Iudæis, & ita per illum text.dicit ibi Salicetus, & cum eo tranſit Ioan. de Anan.in c.ſicut,de Iudæis, & ante eos idem

voluit

voluit Oldradus in quodam conſilio relato per Nell. de S. Gemin. in tract. de bannit. in 3. part. 2. tempor. q. 84. num. 84. verſ. Titius fuit bannitus pro proditione, vbi quęrit an bannitus ex forma ſtatuti, qui reuerſus eſt ad ciuitatem, ibique longo tempore ſicut ciuis perſtetit, de conſilio exiſtens, & alia, vt alij ciues gerens, poſſit impunè offendi, ſiue occidi, & determinat quod non, ex infraſcriptis.

Primò vigore publicę autoritatis, ille enim habebatur, vt alij ciues, ne ergo ſub eius prętex
60 tu decipiatur, † idem de eo, vt de alijs debet iudicari, arg. l. 1. C. de his qui ven. æt. impetr. l. Barbarius, ff. de offic. prætor. l. 1. §. ſed & qui, C. de Latin. libert. toll. & notatorum ab Alberic. de Roſat. in l. præſenti, C. de his qui ad eccleſ. confug. Signorol. de Homod. conſ. 102. Factum ſic ſe habet, col. 2. verſ. Præterea, qui in indiuiduo loquitur, cum adductis per Hieronym. Cagno. in l. ea eſt natura cauillationis, num. 19. ff. de regul. iur. Parid. de Puteo in tract. de Syndic. in verb. Adult. fol. 43. ſecundum paruam impreſ-
61 ſionem; Et cum communem vitam † cum alijs duceret, eandem ſentire debet in legibus diſciplinam, c. recolentes, de ſtat. monach. cumque eadem pericula experiretur, iura quoque eadē vendicare debet, l. 1. in princ. de bonorum poſſ. ex teſtam. milit. & cum par ſiue ſimilis militia fuerit, æquum videtur ijſdem priuilegijs gloriari, l. iubemus, C. de proxim. ſacr. ſcrin. libro duodecimo.

62 Secundò dicebat Nellus, facilius pœna † remittitur, quàm priuilegium auferatur, eo quòd vnum eſt fauoris & gratiæ, alterum ſupplicij & pœnæ, l. fin. de conſtit. princ. & l. cum quidam, ff. de liber. & poſthum. ſed habitus in communi contrarius veritatis tollit priuilegiū, l. ſi quis à patre, ff. ad Macedon. & l. ſi quis ignorans, ff. locati, imò & aliquando facit ceſſare ius commune, l. item apud Labeonem, §. ſi quis virginem, ff. de iniur. & l. ſed ſi accepto, ff. de iur. fiſci, ergo multo magis tollit pœnam ex banno inflictam.

Tertiò, quia ſicut ſubſtantia veritatis actum
63 aliquem reddit illicitum, ita & opinio † communis quamquam iuri ſit contraria, ſicut ergo ſi bannum emanatum non fuiſſet, non licuiſſet occidere, ac bonis priuare, ſic quando verè erat bannitus communi opinione in contrarium ſe habente, l. cum quidam, verſic. Quid ſi ipſe, de acq. hęred. vbi ſecundum eum hoc expreſſe probatur, & not. in l. ventre, eod. tit.

64 Vltimò, nam error † publicus facit ius, §. teſtes, Inſtit. de teſtam. d. l. Barbarius, l. Labeo, in fin. de ſuppell. leg. l. prima, C. de teſtam. & iſto caſu præſertim id procedere deberet, cum benignum atque fauorabile ius redderetur, ſcilicet vt impunè quis occidi non poſſit, ſicut nec alij ciues, talis enim error aliquando ſtatum alicuius immutat, nam de ſeruo incapace ciuiliū actuum facit capacem, d. l. prima, §. & qui, C. de Latin. liber. toll. confirmatur tripliciter. Primò, nam etſi dubium ſit, an valeant inſtrumenta à notario putatiuo confecta, vt per Doct. in d. l. Barbarius, in d. l. 1. & in cap. 1. de fid. inſtrum. tamen quando ille qui non erat notarius geſſit
65 ſe pro tali † ſciente & patiente ſuperiori, qui illum tabellionem poterat creare, valent tunc ab eo geſta, Anton. de Butr. in d. cap. 1. de fid. inſtr. Iaſ. in l. qui in aliena, num. 160. ff. de acquir. hæredit. Hieronymus Alban. in lucubrat. ad Bartol. in d. l. Barbarius, numero quinto, Iacobus Menoch. in tract. de præſumpt. in 1. part. libro ſecundo, præſumpt. 78. numero nono, verſic. Declaratur ſecundo, fol. 78. mouebatur Butr. per text. in cap. conſultationibus, de iur. patronat. Secus verò (inquit Menoch.) quando is princeps non haberet facultatem creandi notarios; ita Carol. Ruin. conſilio 15. Viſo themate, columna ſecunda, num. 7. verſic. Sed vbi dicta authoritas, libro ſecundo. Secundò, ex eo quod not. Bald. in l. 2. colum. 2. numero ſeptimo, verſic. Tu dic, C. de ſenten. & interloc. omnium iudic. quòd ſi quis geſſit ſe pro delegato, ſciente ac patiente ordinario, præſumitur delegatio, per text. in l. 1. §. magiſtrum, de exercit. & per eundem textum dicit Gulielm. de Cun. in l. 1. de negoc. geſt. quòd ille qui ſe pro locum tenente alicuius gerit, illo ſciente ac patiente, ad hoc deputatus ab eodem tacitè præſumitur. Tertiò facit, quod tradunt Innocen. Anton. de Butr. & cæteri, in c. præterea, de teſtibus cogen. Innoc. in c. diuerſis fallacijs, de cleric. coniug. & Abb. in c. fraternitatis, de ſciſmatic. quòd vbi ſuperior ex certa ſcientia inhabilem ad aliquod promouet officium, ex hoc videtur cū eo diſpēſare, probatur in l. quidam conſulebant, & ibi notant Doct. de re iudic. & in l. idem Vlpianus, ff. de excuſ. tut. Saliceticque opinionem in d. l. nullus, in prin. vltra Oldradum, Io. de Anan. & Nellum de S. Geminiano in præcitatis locis, vt
66 bannitus toleratus † impunè offendi non poſſit, licet de banno non ſit cancellatus, ſequuti etiā ſunt, Felin. in c. quę in eccleſiarum, num. 9. in 4. caſu, extr. de conſtit. Alexan. conſ. 1. Circa primum dubium, col. fin. ante fin. verſ. Pro hoc dicit, lib. 2. conſ. 8. Et aduerte, colum. fi. num. 11. verſ. Accedit etiam, lib. 6. Hippol. de Marſil. in pract. crimin. §. aggredior, numer. 28. vſque ad num. 33. verſ. Et quibus omnibus, dicens ſe ita ſecundum dictam Saliceti ſententiam practicaſſe, & obtinuiſſe, conſil. 10. Caſus dubitationis, numero 26. & conſil. 107. Poſt redditum conſilium, num. 13. & infra, Ruin. conſil. 48. Videtur ſortaſſis, colum. 4. num. 7. libr. 4. ac Io. Cephal. conſilio 35. In cauſa fiſcali, numero 20. verſic.

Secundo reſpondetur, lib.1.dixitque Ioan. de Anan.in d.c.ſicut Iudæi,col.4.hoc eſſe ſingulare dictum;ſeque vidiſſe illud Bononiæ ſeruari.

67 Cum autem contrarium† Decius ſenſerit cõ ſil.327. Viſo caſu propoſito, col.fin.verſ.Vltimo nõn obſtat, diuerſimode Ioannem de Anania referens, ſcilicet ipſum aſſerere, nunquam iuxta illud Saliceti dictum ſe obtinere potuiſſe, probabiliterque eiuſdem Saliceti opinionem, ante factum veram eſſe,teneri poſſe, quia toleratus in ciuitate occidi non deberet, ſed ſequuto homicidio,occiſores excuſari debere, prout in ſimili caſu ſcribit Alex. in l. huiuſmodi, §.ſi ita,col.2.ff. de leg.1. Propterea pro reſolutione huius limitationis tres caſus conſiderandi ſunt.

68 Primus eſt,quando bannitus† in ciuitate ad honores,aliosque actus promouetur,ſciente ac patiente ſuperiori qui poteſt illum rebannire, quibus quidem actibus bannitus incapax eſt, puta quia Decurio crearetur, vel Senator ciuitatis, quam dignitatem bannitus dum in banno perdurat, conſequi non poteſt, l.ordine,ff. ad municipal.l.2.in princ.& l.ad tẽpus,de Decur. deſijt enim in numero ciuium eſſe, l.amiſſione,§.qui deficiũt,ff.de capit.dimin.per Bar. in d.diſputat.incip. Lucanæ ciuitatis ſtatuto,& Doct.in d.l.1.C. de hæredib.inſtit. Et iſto caſu procedunt dicta per Oldradum in citato conſilio, Nellum, Salicetum, & alios prælegatos Scribentes: Princeps itaque,vel ciuitas ſuperiorem non recognoſcens ex eius certa ſcientia, ſi bannitum ad gradum aliquem cuius incapax eſſet promoueri permitteret,cenſeretur indubitãter cum eo diſpenſare, ac reſtitutionis fauore vti,d.l.quidam conſulebant, de re iudic. & ibi per Doct.ac in d.l.idem Vlpianus,de excuſ.tut. Innoc.in d.c.peruenit,de teſtib.cogen. in c.veniens,de fil.presbyt.vbi Anton.de But.& Abb. in d.c.fraternitatis,de ſciſmatic. Dictamque Oldradi originalem aſſertionem in certa ſcientia, ac Principis patientia conſiſtentem,comprobarunt,Carol.Ruin.conſil. 85.In propoſita quæſtione,nu.9.verſ.Primus eſt,lib.4.& Iacob.Menoch.conſ.275.Præſuppoſito in facto, nu.54. verſ.Tertius eſt caſus,lib.3.dicentes hoc procedere ſciente ſuperiori,vt eſt dictum,alioquin diſpenſatio non induceretur,ex ijs quæ tradit Pariſ.conſ.44.Pro Domino Hieronymo, nu.15. lib. 4. Prout idem caſus locum non haberet, ſi ex aliqua neceſſitate aſſumptio ad Decurionatus officium cõtigiſſet,Ruin.d. conſ.85.colum. pen.ſub num.15.verſ. Et iſtud etiam confirmatur efficacius,Menoch.d.conſ.275.nu.56.& verum certè videtur.

Secundus caſus eſt, quando ſuperior ſimpli
69 citer† abſoluteque bannitum tolerauit,paſſusque eſt illũ in ciuitate morari,& iſto caſu(quicquid dixerit Salic.in d.l.nullus,in prin.)rebannitus aut affidatus non cenſetur, vt conſtat ex not.per Ant.de Butr.& Abb.in d.c.veniens, de fil.presbyt. vbi dicũt,quòd actus Principis qui eſt in agere diſpenſationem inducit,vt in terminis in primo caſu expreſſis, ſed ſi ſit in pati, & negatiuus ſecus, cum talis actus non tantæ ſit virtutis in exprimendo conſenſum, voluntatẽque, quantæ eſt affirmatiuus, ſecundum gloſſ. not.in c.cum acceſſiſſent,de conſtit.Innoc.in c. cum olim,il 3.de reſtit.ſpol.dicentem, quòd li-
70 cet per actum affirmatiuum † coram iudice à quo, videatur ab appellatione receſſum,c. ſolitudinem,de appell.c.relatum,de offic.deleg.ſecus tamen eſt per actum ſonantem ſimpliciter in pati,quod dicit D.Anton. eſſe perpetuò notandum:idem probatur ex not.per eũdem Anton.de Butr.& Abb.in c.quia circa, de cõſang. & affinit.Abb. denuo in c. cum iam dudum, in fin.de elect. vbi quærunt an ſimplex tolerantia Pontificis in non puniendo legis trãſgreſſores, excuſet remiſſionemque inducat,ac diſpẽſationem,& arbitrantur,quòd ſi lex à principio recepta fuit,& obſeruata, poſtmodumque cõtraria conſuetudo ſuperuenerit,ſciente ac patiente ſuperiori,ſuperioris lex tollatur,ſi conſuetudo rationabilis generalisque fuerit,c.fin.de conſuet. vbi autem conſuetudo communis non eſſet, quam aliqui ſeruarent,aliqui nequaquàm, tũc maiori parte illam obſeruante,per ſimplicẽ tolerantiam diſpenſatio non induceretur, tranſgreſſorque non excuſaretur,d.c.iam dudũ, Excipit tamen Abb.in d.c.quia circa,caſum per d. l.Barbarius,qui ſuperiori congruit,ſcilicet quãdo cum inhabili affirmatiuum actum ſuperior expleuiſſet, & iuxta hunc ſecundum caſum reſponderunt Ruin.d.conſ.85.num.9. verſ.Secũdus caſus eſt,lib.4.& Menoch. d.conſ.275.numero 50.verſ.Primus eſt caſus, lib.3.inducens tradita per Ioan.de Selu.in tract. de benefic. in 3.part.q.10.num.25.

Tertius eſt caſus,quando cum bannito in ci
71 uitatem†reuerſo,Princeps participat,& actum aliquem gerit ad quem potuit,abſque diſpenſatione bannitus promoueri, eum pro milite aſſumendo, & hoc vltimo caſu bannum remiſſum non cenſeri,concludẽdum eſt, quo ad omnem effectum, vt firmat Io. de Imol. in d.l. quidam conſulebant,col.3.de re iudic. dicens 9 Principe ſcienter inhabilem promouente, intelligi ex prędictis cum eo diſpenſare,ſecus alium actum gerente,ſcilicet cum inhabili ſolitum fieri,allegat Clem.Si ſummus Pontifex, de ſentent. excom.cum ibi not.per gloſſ.in verb.Approbare, & cum Imol.tranſit ibi Alexan. in 2. colum.allegans etiam text. in l. libertus aduerſus, de inius voc. per quem ibidem Ang. Paul. de Caſtr. Ludou.Roman.& alij dicunt,quòd ſi Papa dat
72 excõmunicato † iudicẽ delegatũ,nõ propterea intel-

lized by Google

intelligitur illam abſoluere, vel cum eo ad agendum diſpenſare: inducitur inſuper text. in l. 1. in fin. C. qui & à quib. per quem ſcribit ibi Bar. quòd ſi prodigus cui bonis eſt interdictum, & curator datus, ad Decurionatum, vel inter priores Ciuitatis fuerit aſſumptus, non diceretur ex eo reuocata interdictio, cum id (quemadmodũ in illo textu) vrgentibus ciuitatis neceſſitatibus contingere potuerit, quod plurimum Caſtrenſis exagerat, tanquam quid pulcherrimum, & notandum, non enim probat hoc eſſe, &c. l. non hoc, C. vnd. cogn. cap. in præſentia, de probat. & ita concludunt Ruin. d. conſ. 85. num. 15. lib. 4. & Iacob. Menoch. d. conſ. 275. num. 53. verſ. Secundus eſt caſus, lib. 3. Oldradi demum deci
73 ſionem † prædictam veram eſſe autumare debemus, niſi ad actum rebannitionis alij ſolennitatibus opus eſſet, illis enim tunc non ſeruatis in publicis actibus, ſicut non valeret expreſſa rebannitio, ſic nec tacita, l. qui ad certum, ff. loc. ſed quamuis rebannitus non intelligeretur, nõ tamen offendi impunè poſſet, vt vtrunque tradit Nell. in d. tract. de bannitis in 84. q. verſic. Quo ad primum.

HYPOTHESIS.

De damnatis ad perpetuos carceres verba fieri, an inquam ad defectum conditionis tacitæ, vel expreſſæ, ſi ſine liberis deceſſerit concurrunt, ſubſtitutumque excludant, & de hac perpetui carceris pœna, quàm plurima perſtringi.

SVMMARIVM.

1 *Perpetuis carceribus damnari ſeruum poſſe.*
2 *Perpetuis carceribus liberum hominem iure ciuili inſpecto, mancipari non poſſe: ſ. dque dupliciter limitari.*
3 *Perpetuis carceribus liberum hominem ex iure ciuili damnari non poſſe, data etiam criminis immanitate.*
4 *Sententiam damnationis ad perpetuos carceres in libero homine ipſo iure nullam eſſe.*
6 *Ang. ac Imola doctrinam in l. ſi quis mihi bona, §. ſi fiſci ſeruos, ff. de acq. hared. declarari.*
7 *Perpetui carceris pœnam, ſecundum ius canonicum irrogari poſſe.*
8 *Perpetui carceris pœnam, ſecundum ius canonicum, non paſſim irrogandam eſſe, ſed pro grauioribus criminibus.*
9 *Clericos ad perpetuos carceres damnatos iuxta vnam opinionem poſſe teſtari: Sed ſecundum aliã veriorem, & communem, vtranque teſtamenti factionem actiuam, ſcilicet & paſſiuam amittere, num. 11. & 17. Et nunquid pro alimentis capiant, num. 12.*
10 *Perpetuum carcerem non ad ſolam pœnitentiam, ſed ad pœnam etiam irrogari.*
13 *Perpetui carceris pœnam, ſeruituti, morti, ac deportationi æquiparari.*
14 *Perpetuis carceribus mancipatos damnatis in metallum, etiam comparari.*
15 *Subrogatum naturam eius in cuius locum ſubrogatur, ſapere.*
16 *Clericorum damnatorum bona, fiſco eccleſiæ applicari.*
18 *Damnatis ad perpetuos carceres relictum, pro nõ ſcripto haberi.*
19 *Conditionem ſi ſine liberis deceſſerit ſine tacitè ex hoc contextu ſubintellectam, ſine à teſtatore expreſſam, clericis liberis per grauatum relictis, ad perpetuos carceres damnatis, non deficere.*
20 *Damnatum ad perpetuos carceres, in ipſis carceribus mortuum, criminaliter mori intelligi, & velut in cruciatu.*
21 *Damnari ad carceres perpetuos in terris eccleſiæ, clericos tantum poſſe: non autem laicos, etiam pro eccleſiaſticis criminibus, crimine tamen hæreſis excepto.*
22 *Perpetui carceris pœnam ex Statuto imponi poſſe.*

CAP. XI.

DE damnatis ad perpetuos carceres dicturus, an ſcilicet ad huiuſmodi conditionis defectum pro ſint, primo inſpiciam nunquid aliquis carceribus perpetuis valeat mancipari, ſuper quo breuiter diſtinguendum eſt, aut enim de ſeruo † loquimur, & is in
1 perpetuos carceres, vel vincula detrudi poteſt, l. incredibile, & l. ſeruus, vbi Cyn. & alij, C. de pœn. Socin. in cap. veniens, colum. 26. verſ. Decimo quæro, de accuſat. Matth. Nerutius in rubric. extra de teſtam. in 12. quæſt. num. 29. Iacobus Menoch. libr. 1. de arbitrar. iudic. q. 89. numero 8. aut loquimur de libero homine, & tũc aut ſecundum ius ciuile, & non poteſt, iſto nanque iure perpetua vincula aduerſus liberos ho
2 mines † interdicuntur, l. aut damnum, §. ſolent, ff. de pœn. vbi Vlpianus ſic inquit: Solent præſides in carcere continendos damnare, vt in vinculis perpetuis contineantur: ſed id eos facere non oportet, nam huiuſmodi pœnæ interdictæ ſunt. Imperator etiam in d. l. incredibile, talia verba profert, Incredibile eſt, quod allegas, liberum hominem, vt vinculis perpetuis contineretur eſſe damnatum; Hoc enim vix in ſola ſeruili conditione procedere poteſt; quod ſcribunt pariter, Bart. in l. 2. numero nono, ff. de public. iudic. in l. imperium, numer. nono, ff. de iuriſdict. omn. iud. Ang. in l. miles teſtamento, §. edictũ, verſ. Quod intellige, ff. de milit. teſtam.

Digitized by Google

Bald.in l.reos,col.2.in princ.num. 3. verſ.Iuxta hoc quæritur,C.de accuſ.cõſ.443.Cecchus, in fin.lib.3.Alex. conſ. 55. In cauſa inquiſitionis,num.4.verſ. Nec etiam, lib.7. Iaſ.in l.ſi victum,num.1.vbi Bald.& alij,ff.de re iudic. Marian.Socin.in d.cap.veniens,col.26.verſ.Vnde cimo quæro,& in d.l.imperium, idem aſſeruere Ioan.Franciſc.Purpur.num. 231. & Gaſpar Valaſci, num. 163. Quod verum eſt etiam data
3 criminis†immanitate,ſecundum Ludouic. Roman.in l. ſi vero, §. de viro,in 66.fallen.ff. ſol. matrim. & quicquid in contrarium dicere viſus ſit Bald.in d.l.incredibile,cum Romano trã ſeunt Iaſ.in d.l.ſi victum,in princ.& Iacob. Menoch.d.lib.1.quæſt.89.num.9. quamuis de Ludouico non meminerit: In tantum,quòd ſi ſen-
4 tentia de perpetuo † carcere ferretur, ipſo iure nulla eſſet, Bald. in d.l.incredibile, in princ. & diceretur potius lata contra ius legis,quàm cõtra ius partis, vt ibi aduerſus gloſſam cõcludit, & quamuis Cyn.& Salic.ibi diſſentire videantur, Baldum tamen latè defendit Nerutius in d.rubr.de teſtam. qui iuribus per gloſſam prædictam allegatis,ideſt,l.relegatorum,§.ad tempus,ff.de interdict.& releg.l.1. in princip. ff.de quæſ.& l.moris eſt,§.iſte ferè,aliter §.ſed enim, & l.Diui fratres,ff.de pœn.ac l.pœnam,C.eod. tit.nititur reſpondere,quorum iurium ſolutiones non diſcutiam,cum de hoc principaliter nõ agamus.

Prædictam concluſionem idem Nerut.de S. Gemin.in d. rubr.verſic. Si verò ſententia,du-
5 pliciter declarabat, † primò cum ſententia ex permiſſione Principis proferretur.Secundò cũ in loco huiuſmodi pœnam irrogandi conſuetudo vigeret,vt per eum,eandemque conſuetudinem in multis locis adeſſe, ſcribit Proſper Farinacius in tract.de delict.& pœn.q.19.tit.de multiplic.pœnarum diſtin.genere,& mater. nu.31. verſ. Contrarium tamen dici poteſt ſeruari de conſuetudine,fol.166.

Doctrina igitur Ang.in fi.verſ.Et hac ratione dico,ac Ioan.de Imol.ſub numero 2. verſic. Et per hoc dicit,in l.ſi quis mihi bona,§. ſi fiſci ſeruus,ff.de acquiren. hæredit. qua diſponitur liberum hominem ex dicta ad carceres perpetuos damnatione inteſtabilem non fieri in ter-
6 ris Imperij,intelligenda † eſt,permiſſione principis recedente, conſuetudineque circumſcripta, his enim,aut ipſorum altero, concurrentibus, vtique damnati iſti ad perpetuos carceres inteſtabiles fierent,etiam ſi laici eſſent, tũcque procederet communis opinio de qua per Abb. in d.rubr. de teſtam.in 1.colum.& per Hippol. de Marſil. ſing. 565. Dubitarunt aliàs Doctores,in princ.

Aut ſecundum ius canonicum,& tunc perpe
7 tui carceris pœna infligi † irrogarique poteſt, cap.nouimus,de verborum ſignif.in fin.verſic. Pro illo verò falſario,cap.à nobis,de apoſtat.c. quamuis, de pœnis,in 6.Innocen. in cap. qualiter & quando,extra de accuſat.Bald.in l.1.ſub numer.4.verſic.Item nota hic,C.qui non poſſ. ad libert.peruen.Proſp.Farinac.d. quæſt.19.numero 31.verſic. Item de iure canonico, traditque Nerut. in d.rubr. dicens non paſſim hanc
8 pœnam imponi,ſed pro grauioribus † criminibus: & ideo de hæreſi conuicto ſolere carcerem perpetuum aſſignari, cap.vt commiſſa, de hæretic.in 6.clem.1.eodem tit. vbi Doct. Pariſ. id declarans conſilio ſecundo. Etſi eſſe Iudæum, numero 150. & infra libro quarto. Quocirca quærendum eſt, an grauato cum clericis damnatis ad perpetuos carceres moriente, dicatur hæc conditio deficere, vt autem huius difficultatis clara habeatur reſolutio, primum videamus,an clerici ad perpetuos carceres damnati, teſtamenti factionem habeant actiuam vel paſſiuam, & in hoc duæ ſunt principales opinio-
9 nes, prima eſt,quòd teſtari poſſint, † quam tenent Bald.in l.1.in 2.lect.colum.4.num. 6. verſic. Sed quid de damnato ad perpetuum carcerem,C.de ſacroſ.eccleſ.Abb.in cap.tuæ,columna 2.verſ. Et ex prædictis infero,de pœnis,Stephanus Bertrand. conſilio 194. Viſo caſu mihi tranſmiſſo,col.3.num.4.lib.1.& quidam Conſulentes relati per Abb. in d. rubr. extra de teſtam.col.1.

Mouebantur prædicti conſulentes, nam ius canonicum perpetuum carcerem in pœnam nõ imponit,ſed ad pœnitentiam,d.cap. nouimus, de verborum ſignif.cap.pœn. de hæretic. & cap. quamuis,de pœnis in 6.ergo non debet hæc pœna inhabilitatis teſtandi, ex pœnitentia prodire. Sed vt Philippus Franc. dicebat, quamuis perpetuus carcer ad pœnitentiam imponatur,
10 tamen dicitur † pœna ac eius vice infligitur, vt patet ex text.in d.cap.quamuis,vbi etiam gloſ. & in cap. cum epiſcopus, in verb. Carceri, de offic. ordin.in 6. cumque ſerui quodammodo pœnæ efficiantur, igitur inteſtabiles fiunt: pro quo facit, nam huiuſmodi pœna ſeruitus quædam eſt, vt in d.l. incredibile, & in l. Titio centum,§. Titio centum, ita relicta ſunt, vt à monumento non recedat,hoc tit.ergo tãquam ſeruus teſtamentum facere non poteſt.

11 Altera ſuperiori contraria negatiua † eſt opinio, quòd imò clerici ad perpetuos carceres damnati teſtari non poſſint,quam ſequuti ſunt Petrus de Anchar. in d. cap. quamuis, verſic. Tertiò nota, Ioannes de Imol.in cap. ſecundo, columna decimaquinta,verſic. Quid autem de damnato per Epiſcopum,extr.de teſtam. Abb. in rubr.eod.tit.columna ſecunda,verſ. Dubitatur etiam, expreſſe Philippus Franc. in eadem rubr.in 6.col.14.verſ. Sed certè pars negatiua,

dicens

dicens iſtam opinionem veriorem eſſe, & communem, rurſus Ioan. de Imol. in l. ſecunda, colum. tertia, numero tertio, verſic. Item adde dictis Bartoli, ff. de public. iudic. inquiens ita etiã
4 tenere, Dominum Benedictum de Plumbino, Andr. Barbat. in capit. quia ingredientibus, columna decima, d. titu. extr. de teſtam. Bald. in l. prima, num. tertio, verſic. Et nota hanc legem ad quæſtionẽ, C. qui non poſſ. ad liber. peruen. vbi dicit quòd vtranque amittunt teſtamenti factionem actiuam, ſcilicet, & paſſiuam, vnde nec teſtamentum facere poſſunt, nec ex teſta-
12 mento † capere niſi alimenta, l. legatum, ff. de capit. dimin. alimenta enim capit natura non perſona, quia non cenſetur perſona, ſed quædã natura eſuriens, & facit l. ſi victum, ff. de re iudic. vt per eum, & de amiſſione vtriuſque factionis teſtamenti, loquitur Imol. ac etiam Bened. de Plumbin. per eum relatus, quod voluit etiã Hippol. de Marſil. Sing. 565. Dubitarunt aliàs Doctores, verſi. Et dicit ibi Baldi, Quinimo Io. de Imol. in dicta l. ſecũda, concludit, quòd nec alimenta clericis damnatis ad perpetuos carceres relinqui poſſint, d. num. 3. verſic. Et etiam videtur.

Mouentur Primo, cum talis pœna carceris
13 perpetui † ſeruituti, vt eſt dictum, æquiparetur, vel mortis inflictioni, l. intercidit, hoc tit. l. ſeruitutem, de reg. iur. Authen. ſi captiui, C. de Epiſc. & cleric. Aegid. Boſſ. in tit. de carcer. num. primo, Iodoc. in pract. crimin. tit. de carcer. cap. 16. num. ſecundo, Roland. de Vall. conſil. 40. Magnificum Dominum Franciſcum, num. 15. lib. quarto, vel deportationi, Innocen. in capit. qualiter, & quando, extr. de accuſat. Abb. in d. rubr. extr. de teſtamen. & ibi Matth. Nerutius, And. Barbat. in dicto cap. quia ingredientibus, colum. decima, qui omnes cum inteſtabiles ſint igitur, & damnati ad perpetuos carceres inteſtabiles eſſe debent.

Secundò, nam iſti ſic damnati, in metallum
14 damnatis † etiam comparantur, ſecundum Innocent. in d. cap. qualiter, & quando, Bart. in d. l. ſecunda, num. nono, verſ. Quæro aliquis, poſt Innocent. quem citat, ff. de public. iudic. vbi etiam Imola, Bald. in l. reos, num. 3. C. de accuſ. Alexand. in l. tranſigere, colum. 3. de tranſact. & Carol. Ruin. conſil. 88. Quia de quam pluribus quæritur, in princip. libro quinto, ſed in metallum damnati vtranque teſtamenti factionem amittunt actiuam, & paſſiuam, l. in metallum, ff. de his qui pro non ſcript. hab. merito, & hi carceribus perpetuis mãcipati inteſtabiles redduntur, cum enim Eccleſia dictam pœnam loco pœnæ damnationis in metallum introduxerit, merito omnem eius ſortitur effectum, ſubroga-
15 tum † etenim eius ſapit naturam in cuius locũ ſubrogatur, cap. Eccleſia S. Mariæ, extr. vt lit. pend. §. fuerat, Inſtit. de act. l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut. Bart. in l. comperimus, in fin. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. Bald. conſil. 112. Quæritur, col. 2. lib. 1.

Tertio fuit gloſ. not. in cap. quia diuerſitatẽ, de conceſſ. præben. in verb. *Præter eius*, in fine,
16 volens † bona clericorum damnatorum fiſco Eccleſiæ applicari, ergo tanquam non habentes bona teſtari non poterunt, Authent. ingreſſi, C. de ſacroſan. Eccleſ. Et licet retinendo Baldi opinionem, hodie ſerui pœnæ non efficerentur, ex quo debent ſuperuiuere, tamen ex quo perdunt bona, teſtari impediuntur, ſicut de deportatis dicitur, vt in l. eius qui, in princ. & ibi per gloſſ. in fin. ff. de teſtamen.

Et quamuis Bertrand. conſil. 194. conetur dictæ gloſſæ reſpondere, cum tamen omnes reſponſiones ibi traditæ parum ſtringant, omittẽdæ ſunt, & à communi iudicando, & conſulen-
17 do recedendum non eſt, cum qua † ego pertranſeo, argum. text. in d. l. prima, C. qui ad libert. peruen. non poſſ. ex quo elicitur, iſtos damnatos ad perpetuos carceres perdere actiuam, paſſiuamque teſtamenti factionem, ac etiam ipſos in ſeruitute manere, ibi, Iam omni vinculo exoluti, & quaſi ad priſtinam, vel ſimplicem ſeruitutis conditionem redacti, vbi glo. in verb. Simplicem, inquit, Nam prius dupliciter erant ſerui, cum eſſent in vinculis, dic ergo ſimplicem, ad differentiam geminæ ſeruitutis.

Cum itaque deportatis, ac damnatis in metallum quinimo ſeruis, ac mortuis ijdem carceres perpetuos damnati comparentur, vt ex prænarratis conſtat, nec poſſint aliquid capere, vel relinquere, actiuam, & paſſiuam teſtamenti factionem omittendo, quod pulchrè etiam tradit Raph. Fulgoſ. conſil. 44. Quidam eſt, num.
18 tertio, in tantũ † quòd ſi ipſis aliquid relinquatur, pro non ſcripto habetur, vt ibi Raphael numero ſecundo, ſcribit per text. in l. ſi in metallum, ff. de his quæ pro non ſcript. hab. l. in metallum, ff. de iur. fiſc. ſequitur neceſſario ipſos nihil poſſe ad defectum, ſiue extinctionem con-
19 ditionis, † ſi ſine liberis deceſſerit, tacitè ex hac lege ſubintellectæ, vel à teſtatore expreſſæ proficere, tanquam ab inteſtato, & ex teſtamento inſucceſſibiles, iuxt. not. per Bart. & Doctor. in l. filiusfamilias, §. cum quis, de leg. primo, amittunt ſiquidem omnia, præter ea quæ ex iure naturali contingunt, Ruin. d. conſil. 88. in princ. libro quinto.

Sed poſtquam materiam iſtam ingreſſi ſumus, de tribus quæro, Primo nunquid clericus ad perpetuos carceres damnatus, ſi in ipſis carceribus moriatur, dicatur, criminaliter mori, & videretur quòd non, alioquin Epiſcopus qui ſententiam protulit irregularis efficeretur: item eadem mors Dei iudicio obuenit, vt not. in §.

primo,

20 primo,de capit.dimin. In contrarium † eſt veritas,nam iſte dicitur mortuus in cruciatu, qui in carcere moritur,l.prima, ff. de cuſtod. reor. pęnaque iſta dicitur non ſolum corporalis, ſed etiam capitalis, Bald. in l.programma,C. communi.epiſt.ſub num.2.verſic. Et vltimum ſupplicium,ac in l.reos,num.tertio,C. de accuſat. & ita concludit ipſemet Bald.in d.l.prima, nu. 5.verſ.Quæro nunquid, C.qui non poſſ. ad libert.peruen.

Secundo,an in terris eccleſiæ,tam laici, quã clerici poſſint per iudices Eccleſiaſticos ad perpetuos carceres condemnari, & dicendum eſt
21 clericos ſolum,non laicos damnari † etiam pro criminibus Eccleſiaſticis, crimine hæreſis excepto,de quo non dubitatur,vt in cap.vt commiſſi,& in cap.vt inquiſitionis,de hæretic.in ſexto, ita tenent, Io.Andr.in addit.ad Specul. in rub. de offic.ordin. Oldrad.conſ.86. Quæritur an eccleſia, verſic. Idem videtur ſentire, & Philipp. Franc. in d.rubr.de teſtamen. in 6. colum. 13. verſic.Sed dubitatum eſt,ideo d.cap.quamuis, ſolum de clerico loquitur,ad idemq. facit text. in d.cap.cum Epiſcopus,de offic.ordin. in ſexto;cum igitur iura de perpetuo carcere loquantur tantum in clerico, non ſunt ad laicos extendenda,c.cum expediat,de elect.d. lib.6. & reg. Odia,de reg.iur.eod.lib.

Tertio quæro, an hæc perpetui carceris pę-
22 na per ſtatutum † imponi poſſit, quod ſic ſcribit Bald.in d.l.reos,colum.ſecunda,in princip. num.3.verſic.Et poſſet,C. de accuſat.

HYPOTHESIS.

Ad defectum tacitæ conditionis ex l. cum auus, vel aliàs expreſſæ, nunquid excommunicati proſint indagari, affirmatiueque difficultatem reſolui: Ex aliqua non inutilia de excommunicationis pœna, deque vſuraria pranitate prænoſci.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationem inter Eccleſiaſticas pœnas graniſſimam eſſe.*
2 *Excommunicationis pœna,nullam maiorem in eccleſia eſſe.*
3 *Excommunicato Diabolum vti ſicut villicus aſino vtitur.*
4 *Excommunicatum mortuum ſi quis abluat, veſtiat, vel ſociet, excommunicationem incurrere.*
5 *Excommunicatum turpem perſonam nuncupari.*
6 *Excommunicatum honeſtam perſonam, aut virtum bonum dici non poſſe.*
7 *Excommunicatum proprio vocabulo impium appellandum eſſe.*
8 *Excommunicatis etiam ipſis petentibus ius denegari.*
9 *Excommunicatum à iudicijs ipſorumque præambulis arceri.*
10 *Excommunicatum infamem eſſe.*
11 *Excommunicatos citius mortem obire.*
12 *Excommunicatum, membrum Diaboli appellari.*
13 *Excommunicationem duplicem eſſe.*
14 *Excommunicatum mortuo aquiparari.*
15 *Excommunicationem animam occidere.*
16 *Delegati officium licet morte mandantis expiret, non tamen per excommunicationem mandantis expirare.*
17 *Excommunicatum, ſecundum vnam opinionem, relegato comparari.*
18 *Relegatum reſpectu certi loci relegari.*
19 *Excommunicatum reſpectu vnius Eccleſiæ, quo ad cæteras, & vbique excommunicatum cenſeri.*
20 *Excommunicatum deportato ſecundum aliam opinionem aquiparari, & nu.26.*
21 *Excommunicationis definitionem afferri.*
22 *Excommunicato omnem actum legitimum interdictum eſſe.*
23 *Excommunicatum à cõmunione ſacramentorum potiſſimum ſegregatum remanere.*
24 *Excommunicatum non eligere, nec eligi poſſe.*
25 *Excommunicatum, beneficium Eccleſiaſticũ non perdere: licet fructus amittat.*
27 *Excommunicationem medicinalem eſſe, non mortalem.*
28 *Excommunicationis originem à Græcorum, aliorumque ritibus quodammodo repeti poſſe.*
29 *Diræ, & execrationes apud Romanos viguiſſe.*
30 *Excommunicationem minoris gradus meri imperij eſſe: & propterea quibuslibet ordinarijs iuris canonici etiam inferioribus competere.*
31 *Excommunicati aquiparationem mortuis, deportatis, vel relegatis propriam non eſſe: ſed ſecundum quid, proindeque de vna ad aliã non licere argumentationem deſumere.*
32 *Excommunicatum teſtari non poſſe ſecundum vnam opinionem: Sed valide ſecundum aliam opinionem crebriorem teſtari, numero 40. 54. & 57.*
33 *Actus communis appellatione, teſtandi ius comprehendi: idque declarari, nu.34. & 35.*
36 *Patrem in teſtamento filij militis teſtem eſſe poſſe.*
37 *Excommunicatum, teſtem non eſſe poſſe.*
38 *Excommunicatos à nullo ſuſcipi debere: à nullo. credenda eſſe quæ ab eis dicuntur, vel ſcribuntur.*
39 *Cap.nullus,3.q.4.intelligi.*

Teſtari

Digitized by Googl

41 *Teſtari quemcunque poſſe non expreſſe prohibitum.*

42 *Teſtatoris voluntatem non adimplentem puniri.*

43 *Teſtamenti factionem ex cauſa facile tolli poſſe.*

44 *Teſtandi facultatem ex gratia conceſſam eſſe: licet aliqui de rigore iuris ipſam procedere autumauerint.*

45 *Teſtari quemcunque poſſe, libertatem, ciuitatem, familiam, & bona retinentem, niſi expreſſe prohibitus reperiatur.*

46 *Libertatem definiri.*

47 *Pœnam grauiſſimam cenſeri inter homines eſſe, & hominum ſuffragio carere.*

48 *L. Manichæos, l. cognouimus, & Authen. deinde Neſtorianis, C. de hæretic. ex Authen. Gazaros, eod. tit. correctas eſſe.*

49 *Genere remoto omnem etiam eius ſpeciem remoueri.*

50 *Teſtandi facultatem iuris ciuilis exiſtimari, & nu. 51.*

52 *Hæredis inſtitutionem caput teſtamenti eſſe, à iureque ciuili introductam fuiſſe.*

53 *Auctorē publice in fameſiſſimo Neapolitano Gymnaſio quadraginta tres concluſiones per uirū diſputaſſe, ob hocque puncta tentatiua in Doctoratu ſibi remiſſa fuiſſe.*

55 *Speciale illud dici, cuius contrarium generale eſt.*

56 *Excommunicationem plerunque propter contumaciam procedere.*

58 *Excommunicatum publice, teſtari etiam poſſe ex communi opinione, & nu. 59.*

60 *Excommunicatum utranque teſtamenti factionē habere, actiuam ſcilicet, & paſſiuam.*

61 *Excommunicatum, in teſtamento teſtem eſſe poſſe.*

62 *Teſtem in teſtamento eſſe poſſe, qui teſtamentum condere poteſt, ſed non è contrario.*

63 *Excommunicatum ſolenniter, ſeu anathematizatum teſtari non poſſe.*

64 *Anathematizatum hæreſis ſuſpicionem incurrere, ubi quid anathema ſit.*

65 *Teſtamentum in ſolenni excōmunicatione decedentis non irritari, hæredibus excōmunicati ſuſpicionē ab hæreſi purgantibus, ſi Epiſcopus illi purgationem conceſſerit.*

66 *Excommunicatum ob percuſſionem Cardinali illatam inteſtabilem eſſe.*

67 *Excōmunicatū ob crimen hæredis teſtari non poſſe, eo in excommunicatione per annum perdurante.*

68 *Excommunicatum ob crimen uſurarum inteſtabilem effici.*

69 *Uſurarium manifeſtum, ſine cautione de qua in c. quamuis, de uſur. in 6. teſtari non poſſe, nec etiam codicillari.*

70 *Uſurarium manifeſtum ſine dicta cautione, nec ad pias cauſas teſtari poſſe: Hoc tamen nu. 71. declarari.*

72 *Teſtamentum conditum ſine dicta cautione, ſi poſtea ipſa ex interuallo præſtetur, reconualeſcere.*

73 *Teſtamentū uſurarij reconualeſcere per cautionē ex interuallo præſtitam, etiam ſi teſtator procuratorem reliqueris cum ſpeciali mandato ad dictam cautionē poſt eius mortē præſtandā, hocque declarari, nu. 74.*

75 *Uſurarius manifeſtus quis dicatur, uarie explicari, ſed numero 76. firmam reſolutionem afferri.*

77 *Uſurarium contractum ex coniecturis argui, coniecturaque remiſſiue indicari.*

79 *Uſurarium contractum ex duobus, modicitate inquam pretij, & pacto de retrouendendo argui multos cenſuiſſe: Alios autem duo non ſufficere, ſed tria requiri, pactum, modicitatem, fœneranditque conſuetudinem, nu. 80. Sed nec tria ſufficere plerosque opinatos fuiſſe, horumque opinionem à Corneo acerrime impugnari, nu. 82. Negocium que illud iudicis arbitrio relinqui quarto loco Doctores credidiſſe, nu. 83. Sed reſolutionem afferri, nu. 91. ibique diſtingui.*

84 *Ruſtici contractum uſurariū ex duobus illis, ſcilicet pacto de retrouendendo, ac modicitate pretij non præſumi.*

85 *Ruſticum ob iuris ignorantiam à præſumpta fraude excuſari.*

86 *Dolum in eo qui contra iura mercatur præſumendum eſſe: Niſi is ruſticus fuerit.*

87 *Ruſticum ſagacem à iuris ignorantia non excuſari.*

88 *Ruſtici ſagaces, aut ſimplices quinam ſint, iudicis arbitrio relinqui.*

89 *Uſuram durius in datione in ſolutū, quā in contractu in quo pecunia numerata interuenerit exerceri, & nu. 90.*

92 *Uſurarium contractum ex pacto de retrouendendo, & modicitate pretij non præſumi, ubicunque tempore celebrati contractus actum non fuiſſet expreſſe, nec tacite de retrouendendo, ſed deinde ex interuallo. Sed hanc opinionē tutā non eſſe aliquos exiſtimare, nu. 93. & proinde aliā coniecturam requiri, nu. 94.*

95 *Incontinenti, uel ex interuallo pactū de retrouendendo fuiſſe appoſitū, iudicis arbitrio cōmitti.*

96 *Excommunicatum præſcribere poſſe.*

97 *Excommunicato beneficium ex l. diffamari, ff. de ingenuis, & manumiſſ. non competere.*

98 *Excommunicato ius retractus non permitti.*

99 *Nullitatis allegatio nunquid ſit offenſio, uel defenſio, & offenſionem eſſe Ioan. Andr. autumaſſe, idque limitari.*

100 *Excommunicatum non poſſe nullitatem allegare, idque declarari.*

Excom-

101 *Excommunicationem populorum ad confœderatos extendi.*

102 *Excommunicatos eſſe, Turcis ſubſidium tempore belli deferentes, cum ijſdemque matrimonia ineuntes. Quinimo id verum etiam eſſe in deferentibus ſubſidium Turcis ipſis tempore pacis, ſi id animo Turcas muniendi actum fuerit.*

103 *Excommunicatorum pœnas de iure Regni aſſerri.*

104 *Excommunicatos contemnentes excommunicationem à Sacerdoteque ſemel bis, aut ter admonitos, per iudicem ſæcularem feudo priuari poſſe.*

105 *Excommunicatos ad extinctionem conditionis ita ex hac l. cum annis, vel aliàs expreſſe, ſi ſine liberis deceſſerit, prodeſſe.*

106 *Excommunicata muliere prægnante, partum excommunicatum non remanere.*

CAP. XII.

DVm circa excommunicationis pœnam Doctores aliqui varia ſubtiliter diſſeruerunt, in illam controuerſiam prolapſos fuiſſe ſcimus, an ijdem ad conditionis de qua loquimur defectum proſint, ſubſtitutumque excludant: cumque controuerſiæ reſolutio ex duobus facilius reſultare fortaſſe poſſit, Primo ſcilicet quibus excommunicati æquiparentur: Secundo an teſtamenti factionē retineant, proinde vtrunque perquirere breui quadam enarratione expedit: & cum excommunicatorū miſerrimus ſtatus ſit, excommunicatio enim in
1 ter Eccleſiaſticas pœnas † eſt grauiſſima, cap. ſacro, de ſentent. excommun. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, num. 331. ff. de vſucap. Stephan. Bertrand. conſ. 172. Pro faciliori, nu. 2. lib. primo,
2 imo nulla maior † in Eccleſia, c. corripiātur, 24. quæſt. 3. & cap. abſit, 10. ead. quæſt. Viuius deciſ. 97. Excommunicans, num. ſecundo, lib. primo, quæ priuat excōmunicatum conſortio hominum veluti fœtidum cadauer, ſecundū Bald. in l. ſecunda, colum. ſecunda, C. quib. res iudic. non noc. & non ſolum priuat excommunicatū à communione omnium ſacramentorum, ſed etiam per eam Deus hominem ſeparat à gratia & cuſtodia ſua, vt dicit Abb. in cap. ſi quis preſbyterorum, in tertio not. de rebus Eccleſ. non alien. Vnde Diabolus vtitur excommunicato,
3 ſicut villicus † aſino vtitur, vel iumento, Hoſtien. Ioan. Andr. & Abb. in capit. quorundam, de iudic. rurſus Abb. in rubr. extr. de ſenten. excommun. circa finem, & dixit gloſſ. in cap. audi denique, vndecima quæſt. tertia, quod Diabolus in excommunicatum quaſi in pecore poteſtatem habet, quæ etiam poſt mortem perdurare dicitur, nam quis excommunicatum vita functum abluendo, veſtiendo, vel ſociando ex-
4 communicationem † incurrit, gloſſa not. vbi Abb. in cap. adhuc, de priuileg. facit tex. in cap. ſacris, vbi idem Abb. de ſepultur. cum adductis per Decium in l. is qui, num. vndecimo, C. qui teſtamen. fac. poſſ. in tantum quòd excommu-
5 nicatus turpis perſona † nuncupetur, Bald. in cap. interdicimus, colum. ſecunda, verſic. Sed nunquid, vbi Felin. de iudic. nec bonus vir, ſeu
6 honeſta perſona † dici poſſit, Anton. de But. in cap. cum dilectus, de purg. canonic. Socin. ſen. conſil. 45. Viſa appellatione, columna prima, in fine, verſ. Quis autem dubitat, libro primo, im-
7 pius etiam velut proprio † peculiarique vocabulo appelletur, cap. certum, 24. quæſt. 3. illi e-
8 tiam petenti † ius denegetur, cap. intelleximus, extr. de iudic. cap. exceptionem, extr. de except. cap. primo, eodem tit. in 6. & cap. primo, de reſcript. eodem lib. à iudicijsque, ac etiam ab ijs
9 quæ iudiciorum præambula † ſunt, ipſo quidē iure excommunicati arceantur, Ioan. Crot. conſil. 59. Lata fuit ſententia, num. 9. lib. primo, ſit
10 etiam ipſo iure excommunicatus † infamis, c. infames, 6. quæſt. prima. Ludou. Roman. poſt Bald. quem citat, Sing. 675. An excommunicatus, dummodo ex cauſa famoſa excommunicatio proceſſerit, vt poſt Innocen. in cap. teſtem, de teſtib. tradit Viuius, deciſ. 99. Excommunicatus eſt vere infamis, in princ. d. lib. primo, ac multa alia patitur, quæ hic referre non expedit, vnum non omiſerim, quod excommunicatus,
11 propter excommunicationem ipſam † citius moritur, cap. Epiſcopi, in fine, vndecima quæſt. tertia, quodque excommunicatio breuioris vitæ hominis cauſa ſit, glo. in cap. qua fronte, de appellat. Andr. Barbat. conſ. 30. Bene etenim, colum. ſecunda, verſ. In tantum quòd ſcriptum eſt, lib. 3. & aliud, quòd excommunicatus mem
12 brum † Diaboli dicitur, gloſſ. in cap. dilectis,
13 de appell. quæ quidem excommunicatio † duplex eſt, ſecundum Ioan. de Plat. maior quæ à ſacramentis ſeparat fideliumque communione quæ pro contumacia, vel crimine, tam ab homine, quàm à canone imponitur, & minor quæ ſeparat à ſacramentorum participatione, vt in eo qui ſcienter cum alio excommunicato participat, vt dicit gloſſ. in cap. conſtitutionem, & in c. ſequen. vbi etiam gloſſ. de ſentent. excommun. in 6. Hoſtienſ. in Summ. eodem tit. lib. quinto, §. ſecundo, Ang. Aretin. in §. minor, num. quarto, Inſtit. de capit. dimin. Hic maiori excommunicatione damnatus cui comparetur ob varias prædictas notas, ac præſſuras quas patitur, obque originem etiam, ac deriuationem, ſiue ſub alternationem, plurimum inter Doctores variatum extitit: Quidam enim dixere excommuni-
14 catum mortuo † æquiparari, cap. per venerabi-

lem,

lem,vbi Abb.qui fil.ſint legitim.& ca.ſi is cui, de offic. deleg. in 6. roboraturque ex eo quod paulo ante dicebam, excommunicationem de iure canonico maximam pœnam eſſe, Innocen. in cap.qualiter, & quando, §. ad corrigendos, de accuſat.Sed hæc æquiparatio omnino formalis non eſt,ac exequata,cum in d.cap. per venerabilem mors circa ſeparationem à communione fidelium intelligatur, quæ ſeparatio veluti mors habetur,vt text. exprimit ibi, Veluti mortuus à cõmunione fidelium ſeparetur: & quia
15 excommunicatio animam † occidit, vt not.in cap.cum infirmitas, de pœnit. & remiſſ.in tex. autem d.cap.ſi is,qui,æquiparatio videtur procedere quantum ad exercitium iuriſdictionis, quod ita impeditur per excommunicationem ſicut per mortem,prout ille tex. loquitur,ſecus quantum ad poteſtatem quæ per excommunicationem non tollitur, vt notatur per Doctor. in cap.licet vndique, de offic.deleg. & propterea licet per mortem mandantis officium delegati expiret,non tamen expirat, ſi † delegatus
16 excommunicatus fuerit, Ant. de Butr. & Abb. in d. cap. licet vndique, poſt gloſſ. Dominic.in cap.primo,de offic.vic.in 6. Bart.in 3.quæſt. in l.more,vbi Dec.num.58.verſic.Secus eſt,ff. de iuriſdict.omn.iudic. aliaque afferri poſſent exẽpla ex quibus huiuſmodi æquiparatio confunditur: Alij aſſeruerunt, excommunicatum relegato comparari,
17 gloſſ. in capit. paſtoralis, vbi Abb.de re iudic. quam gloſſ.ſingularem eſſe dixit Cardinal.in cap. perpendimus, de ſentent. excommun. ipſamque ſequuntur, Ioan.Andr. Felin.& alij relati per Foller. in practic.crimin. in verbo,Etſi confeſſi,aut conuicti condemnentur,num.58.fol.278. Iaſon in l. vt verborum, num.ſeptimo,verſic. Vnde videtur, C. qui admitt.& ante eum, Ioan. Fabri,in §. minor,Inſtit.de capit.dimin.Hæc etiam æquiparatio nõ procedit, multæque diuerſitatis inſtantiæ dari poſſent, vna autem ſufficiat,nempe,quòd quis
18 reſpectu † certi loci relegatur,l.relegatorum,ff. de interdict.& releg.atqui reſpectu vnius eccleſiæ excommunicatur, quo ad cæteras, & vbi-
19 que idẽ † cenſetur, cap. curæ,vndecima quæſt. tertia,gloſſ.in l.ex ea,in verb. Non irrogat, vbi declarat,ff.de poſtul. gloſſ.fin.in cap.ſi quis,ſeptima quæſt. prima, gloſſ. in c. quiſquis,quarta quæſt.quinta,gloſſ. magn.in cap. poſtaralis, §. verum, de appellat. Multo verò excommu-
20 nicatum deportato comparari † affirmarunt, gloſſ. in dicto §. minor, in verb. Interdictum, de capit.dimin.& in d.cap.paſtoralis, vbi not. Abb.Bart.in l.ex facto,§.ſi quis rogatus,il ſecõdo,verſ.Probo excommunicatus,ff.ad Trebel. in l.cum pater,§.hæreditatem, in princ. verſic. Nota quòd per deportationem, ff. de legat. ſecundo, Bald. celebrans dictam primam gloſſ. pro ſingulari in d.cap.licet vndique,colum.fin. de offic.deleg.& in addit. ad Specul. in titu. de ſponſal.verſic.Pari ratione,Alexand. num.vndecimo,verſic.Adde quod notat,& Modern.in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,ff.de liber.& poſthum. Angel.in diſput.incip. Duo ad inuicem litigantes, in prima colum.Socin.ſen.in l.ſi quis arbitratu,num.40.ff.de verb. oblig. Ioan. Lopez in rep.cap.per veſtras,§.18.num. 13. verſ. Idem forſan dicendum, extr.de dona.inter vir. & uxor.Ludou.Gomeſius, in §. ſupereſt,num. 40.Inſtit.de actionib. Viuius opin. 263. incip. Excommnicatus occultus,num.vndecimo,lib. primo. Cæterum & hæc æquiparatio vſquequaque tuta non eſt,quam expreſſe reprobat Bart. in l.ſecunda,num.ſeptimo,verſi. Quæro vtrum excommunicatio,ff.de public.iudic. & gloſſam in d.§.minor,reprobant ibi Nico.de Neap. Io. Fabr.& Angel.Aretin.num.primo, verſic. Sed ſi æquiparatur, licet enim pœna illa aquæ, & ignis interdictionis excommunicationi aſſimilari videatur, per quam legitima communio interdicitur,ſicut etiam per deportationem,cum in inſulam deportatus à cõmunicatione ciuitatis expellatur, adeo quòd vere excõmunicatio poſſit appellari deportatio, quæ excommunica-
21 tio † in ſuo genere, nil aliud eſt,niſi ſegregatio extra communionem actuum legitimorum, vt eam deſcribit Hoſtienſ. in Summa, eod. tit.& ſatis oſtendit ipſa nominis ſignificatio, omnis
22 enim actus legitimus † excommunicato interdictus eſt, cap. inter dilectos,de exceſſ. prælat. in princ.cap.ſolet, in fine, de ſenten. excomm. lib.6.cap.licet ex quadam, de teſtib.& maxime
23 à communione ſacramentorum, ac † fidelium ſegregatus remanet, cap. ſi celebrat, de cleric. excommun. miniſt. & propterea, nec eligere,
24 nec eligi † poteſt, vt ibi, & in cap. poſtulaſti, eodem tit. Tamen excommunicatus non perdit iura Eccleſiaſtica, non enim beneficium ec-
25 cleſiaſticum † amittit, quamuis fructus deperdat, vt in cap.paſtoralis,§.fin.de appella.quod durum primo aſpectu videtur, cum ſi excommunicatus Eccleſiam amiſit, ergo,& Eccleſiaſtica iura amiſiſſe debuit,ex text. in §. cum autem, Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu.& proinde dicendum eſſet, quòd excommunica-
26 tus ipſi deportato † æquiparetur, eodem nanque modo ei à communione fidelium interdicitur: nihilominus valde diſtare adhuc videtur, intentione ſcilicet imponentis, ac pœnæ qualitate, fatendum enim eſt excommunicationem grauiſſimam pœnam cenſeri,cum bona ſpiritualesque participationes amittere faciat, dicto capit. cum non ab homine, & quo ſpiritus corpus ipſum excellit, ſic pœna ſpiritualiũ priuatione grauior, & durior redditur, argumen.cap.vergentis, de hæretic. & Authen.Ga-

zaros,

zaros, C.eodem titu. intentione etiam ſic inter ſe differunt, excommunicatio nanque medici-
27 nalis eſt non † mortalis, cap. cum medicinalis, de ſentent. excommunic. libro ſexto, ideo niſi eam contemnat, mederi intendit.

Vlterius excommunicatio, vel ex contumacia datur, vel ex offenſa donec ſatisfaciat offendens, vnde hæc eſt etiam contumacia, vt not. in Clemen. prima,de dol. & contumac. in cap. cum olim, in cap. ex parte,de verborum ſignificat. & in cap. cum ſpeciali, de appellat. vbi excommunicatio, vel profertur pro emendatione contumaciæ, vel offenſæ, itaque ſemper ad medicinam tendit,ſcilicet, vt ſatisfaciat contumax obedientia, vel offendens congrua iniuriæ correctione, in hocque à deportationis intentione, & natura differt, hinc fortaſſe priuationes non cauſantur, quia non ob hoc ab Eccleſia expellitur, vt condemnetur, ſed vt corrigatur: vnde æquiparatio non procedit. Sique ſimilitudinem attingere voluerimus,extra interdictionem aquæ,& ignis,longius eius imaginem repetere ab antiquorum Græcorum, &
28 aliorum ritibus, † legibusque poterimus, Cæſar enim libro ſeptimo Commentariorum, in hæc verba loquitur: Si quis, aut publicus, aut priuatus eorum decreto non ſtetit, ſacrificijs interdicunt,hæc pœna apud eos (Druidum ſiquidem mores, ac ritus deſcribit) eſt grauiſſima. Quibus ita eſt interdictum, hi in numero impiorum, ac ſceleratorum habentur, his omnes decedunt, aditumque, ſermonemque defugiunt,ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque his petentibus ius redditur,neque honos vllus cõmunicatur;hactenus Cæſar, & Plato ad fin. prope,lib.9.de legib.ſic ſcribit:

Εαν δέ τις ὅπλῃ δίκῃσι αἰτίας γονέων πρῶτα μὲν φεύγέτω ἀνεψγίαν, ἐξ ἄστεος εἰς τλεῦ χώραν, καὶ πάντων ἱερῶν εἰργέσθω, μήδὲ εἰργόμενον, κολαζόντων αὐτὸν ἀγρονόμοι πληγαῖς, καὶ πάντως, ὡς ἂν ἐθέλωσι, κατιλθὼν δὲ παντὸς ζημιούσθω, ἐαν δέ τις τοῦ τεθέντος, ὅσοι ἐλεύθεροι σημφάγη, ἢ συμφαπτίη, ἵνα τεμιότεω ἄλλην κοινωνίαν κοινωνῆσι, ἢ καὶ μόνον ἐντυγχάνων τῳ προσάπτη, δίκαν, μήτε εἰς ἱερὸν ἴλθη μηδέν, μητ' εἰς ἀγοράν μήτ' εἰς πόλιν ὅλως, πρότερον ἢ καθήρηται νομίζων κεκοινωνηκέναι ἀλιτημάτος τύχης:
Hæc ille.

Euripides etiam in Oreſte imaginem quandam Excommunicationis deſcribit, quam obſeruatam Argis teſtatur.

Ἔδοξε δᾶργη τοῖσδε, μήτ' ἠμᾶς σέγειν,
Μήτ' εἰσδέχεσθαι μήτε προσφωνεῖν τινα
Ἀλάστορ' ὄντας.

29 Apud Romanos autem diras † huiuſmodi & execrationes viguiſſe probat Tit. Liuius, libro ſexto, tertiæ Decadis, Qui victus (inquit) aut exceſſiſſet,eum ne quis Vrbe, tecto,menſa, lare reciperet, diram execrationem in populares, obteſtationemque quam ſanctiſſimam potuerant, aduerſus hoſpites compoſuerunt. Et alibi idem Liuius, de quo meminit Andr. Tiraquellus diligentiſſimus reconditarum rerũ obſeruator,in tract.de retract. lignaier, §. primo, gloſſ.nona,numero 271. & infra, fol. 219. vbi de diris iſtis, & execrationibus multa accuratè ſcribit, ad excommunicationisque figuram refert.

Alciatus denique Iuriſconſult. grauiſſimus, & Italorum illæſus candor, relata Abbatis opinione dicentis in cap.quod ſedem,de offic.ord.
30 excommunicationem minoris gradus † meri imperij eſſe,& ſic ipſam ęquiparari modicę correctioni,cap. ex litteris, extr. de offic.deleg. & propterea ipſam quibuslibet ordinarijs iuris canonici, etiam inferioribus competere,in eodem capit. colum.fin.num.69.verſ. Sed videndum eſt, diſtinctione vtebatur: Aut enim loquimur quo ad animam, & morti ipſam æquiparari vult, maximamque eſſe pœnam,& ſecũdum naturam delicti, propter quod infligitur regulari: Aut loquimur ex ſe quo ad poteſtatem inferentis,& modicæ correctioni cõparari.

Ex prænotatis igitur apparet dubiam eſſe æquiparationem; Vnde Conrad.in pract.titu.de contumacib.& bannit.nu.3.fol.446.dicebat,q̃ licet excõicatus in aliquibus deportato aſſimiletur,in aliquibus autem relegato,non poſſe dici æquiparari potius vni, quam alteri, propter multas differentias quæ concurrunt inter excõmunicatos,mortuos,deportatos, & relegatos, de quibus ibi per eum,& ſic eſſe quandam ęqui
31 parationem † impropriam,& ſecundum quid, ex cuius debilitate non licet valide de vna ad alteram argumentari, Conradumque ſequitur Proſper Farinac. de delict.& pœn.q.19.nu.41. verſ.Melius eſt dicere.

Et ſic oportet ad ſecundam controuerſiam deſcẽdere, nunquid inquam excommunicatus teſtari poſſit. Circa quam duæ ſunt principales Scribentium opiniones,quarum Prima eſt, vt
32 teſtari non poſſit, † quam tenuerunt, gloſſ. in cap.decernimus,de ſent.excom.in 6. vbi Arch. Steph. Prouincialis in ſua diſput. quem refert Ioan.Andr.in cap.decernimus,num.2. de pęn. & remiſſ.in nouell.Hoſtien.in c.pia, de except. d.lib.6. Io.Monachus,& Garzias,in cap.quanquam,de vſuris,eod.lib.Iacobin. de S. Georg. dicens illam glo.ſingularem eſſe, cum qua ſumpliciter ipſe pertranſit,in l.in pecuniarijs,nu.3. de procur.& Alberic.de Roſate,in l.1. num. 4. C.de hæredib.inſtit.dicens ſic communiter teneri,& fortaſſe (inquit Iulius Clarus)tempore Alberici iſta opin. ſaltem apud Doctor. Canoniſtas magis communis cenſebatur.

Mouentur ad id dicendum ex pluribus, ſed vrgẽtiora referam, Primo,nam excõmunicatus

à com-

à communibus actibus excluditur, cap. pia, de except. in 6. cap. licet, in fin. de ſenten. excomm. eod. lib. ſed hæc verba generaliſſima ſunt, & ius teſtandi comprehendere videntur, l. Labeo, libro primo, iunct. l. ſeq. ff. de verb. ſign. §. ſed hæredis, Inſtit. de teſtam. l. fin. C. de ſenten. paſſis. ergo.

Huic rationi reſponderi poteſt, excommunicatum à communibus actibus excludi, ideſt ab actibus qui principaliter communem generalem, ſcilicet, vel publicam vtilitatẽ reſpiciunt, ſed ab actib. qui principaliter, & in effectu propriam ſingularemque reſpiciunt vtilitatem, ſicut ſunt contractus, iudicia, & teſtamenta, quæ omnia in proprijs rebus exercentur, ac fiunt, non excluſam videri, licet ipſi actus à iure publico ſint introducti.

Vlterius, ſimiles qui à communibus actibus
34 excluduntur † teſtari poſſunt, ſicuti relegatus, hæreticus minoris hæreſis, infamis adultus, & fœmina de adulterio, vt l. ad rempublicam, ff. de muner. & honor. l. in teſtimonium, ff. de teſtibus, cum ſimil. & de fœmina, l. ſecunda, ff. de reg. iur. l. cum prætor, §. non autem, de iudic. ac l. fin. C. de arbitr. deque alijs iura ſunt clara.

Nec obſtat actuum appellatione iura teſtandi contineri, quia illud poſſet habere locũ quando de natura rei quis generaliter omnino, & in totum à communibus actibus repelleretur, ſed in caſu noſtro excommunicatus in totum non repellitur, nec omnino, vt probatur in d. c. pia, & patet, quia libertatem retinet, ciuitatem, & bona, ſicut etiam relegatus, & ſimiles à communibus actibus excluſi, qui tamẽ teſtari poſſunt.
35 Denique poſſet dici, † illud procedere, quando hoc nomen actus, per ſe abſolute, & ſine adiuncto proferretur, ſecus ſi cum adiuncto, ſcilicet communibus actibus, tunc enim eius ſignificatio ad omnes actus qui principaliter propriam, & ſingularem vtilitatem non reſpiciunt, reſtringuntur, argum. l. ſed etſi adijceretur, & l. duo, §. fin. ff. pro ſoc.

Secundò excommunicato omnis participatio interdicta dicitur, cap. excommunicatos, vndecima quæſt. tertia, cap. cum à nobis, extr. de except. ergo ex quo generaliter prohibetur, videtur etiam ei prohibita teſtamenti factio, cap. cum deſideres, extr. de ſentent. excommun. in princ. l. prima, §. quod autem, ff. de aleat. l. prima, §. generaliter, ff. de legat. præſtand.

Sed dici poteſt, participationem ei interdictam eſſe, vt poſſit euitari, & repelli, ſed ſi non euitetur, peccatum contrahitur, & indicenda participantibus eſt pœnitentia, valet nihilominus id quod fit, vt d. cap. pia, ſic etiam ſponſus qui ſponſæ ſuæ primæ fidem dedit pactionis, non debet communicare ſponſæ ſecundæ, & ita men ſi ſecũdam duxerit, & ei communicauerit, pœnitentiam debet agere de fide mentita, valetque quod fit cum ſecunda, cap. duobus, extr. de deſponſ. duor. Vel dici poteſt, quòd excommunicatus ad ſui vtilitatem non communicat, ſed hæredum ſuorum, & ideo teſtis eſſe poteſt, ſi-
36 cut, & pater qui in teſtamento filij militis † teſtis iure adhibetur, quia non filio, ſed inter hæredes filij teſtis eſſe dicitur, l. qui teſtamento, §. per contrarium, ff. de teſtament. & not. in l. parentes, C. de teſtib.

Tertiò, excommunicatus ſecundum Accur-
37 ſium † arbiter eſſe non poteſt, vt not. in l. Pedius, ff. de arbitr. Specul. in eodem tit. §. differt, verſic. Item ſecundum, Archidiac. in cap. iudicibus, ſecunda quæſt. ſexta, Lanfranc. in tract. de arbitr. §. hactenus. Hoc nõ obſtat, in arbitro enim contingit qui ad ſimilitudinem iudicis introductus videtur, cum arbitria ad inſtar iudiciorum redacta ſint, l. prima, dicto titu. de arbitr. ſicut ergo ſi eſt publicus non pronunciat, vt iudex, cap. ad probandum, extr. de re iudic. late Sebaſtianus Vantius in tract. de nullit. ſentent. ex defect. iuriſdict. ordin. num. 137. ita nec vt arbiter, præſertim ſi arbitria paratam executionem haberent, tunc enim videntur iudiciorum vim obtinere, Andr. Alciat. in l. illa verba, circa finem, verſic. Quod intellige, ff. de verborum ſignific. Vel iſtud procedit ſi euitetur, ac repellatur, & in hac opinione Innocentius reſidet, vt not. per Vincent. in d. cap. pia, & Specul. in titu. de inſtrumen. edit. §. compendioſe, verſic. Quid de excommunicato, Iacob. de Beluiſio in ſua Diſputat. incip. Quæritur an excõmunicatus.

38 Quarto induci poteſt, nam excommunicati à nullo ſuſcipi † debent, nec ab aliquo credenda ſunt quæ ab eis dicuntur, vel ſcribuntur, cap. nullus, tertia quæſt. quarta, ergo teſtari nõ poterunt, & ipſorum teſtationi fides non erit adhibenda, cum ipſorum dictis, aut ſcriptis credendum non ſit.

Cæterum ex mente Iac. de Beluiſio hic text.
39 euitari † poteſt, illum intelligendo in actione, & teſtimonio, tunc enim ipſorum dictis coram iudice credendum non eſt, ſed in contractibus, & teſtamẽtis extraiudicialibus ſecus. Item ſcripturę teſtamẽti mortuis excõmunicatis, ipſis q. nihil dicẽtibus creditur, cum ipſorum teſtamẽta ſcripta ſunt ab eo qui excommunicatus non eſt. Præterea illis non creditur ſi euitẽtur, & repellantur, ſed ſi non euitentur, valet quod fecerunt, & poſtea creditur, d. c. pia, Vltimo dici poteſt, dictum c. nullus, loqui in ſolenniter anathematizato, qui (vt dicetur) teſtari non poteſt.

Altera igitur ſuperiori contraria eſt opinio,
40 q imo excommunicatus † valide teſtari poſſit, quam tenuerunt Spec. in tit. de teſt. edit. §. tertio, verſ. Quid de excõmunicato, Io. Andr. in c.

decernimus, numero quarto, de pœnitent. & remiſſ. in nouell. vbi Petr. de Ancharan. & Dominic. de Sanct. Gemin. eandem etiam comprobarunt, Petr. de Ancharan. & Archidiac. num. quarto, verſic. Item non excluduntur, in d. cap. pia, de except. in 6. Anton. de Butr. in quæſt. incip. Bononienſis quidam, Iacob. de Beluiſ. in d. diſputat. incip. Quæritur an excommunicatus, quam inſcruit, in §. omnibus autem Epiſcopis, Authen. de Sanctiſſim. Epiſcop. Bald. in cap. in telleximus, num. octauo, colum. ſecunda. verſic. Sed an excommunicatus, extr. de iudic. & in l. fin. colum. 2. num. 5. verſ. Item opinio Hoſtienſis nõ eſt vera, C. ſi à non compet. iudic. rurſus in Margar. in verb. Excommunicatus non prohibetur, vbi limitat, & in alijs nouem locis citatis per Corn. in conſilio infra allegando, Ioan. de Imol. in cap. decernimus, de iudic. Cardinal. Zabarell. in cap. perpendimus, de ſenten. excõmun. in Clem. 1. colum. 4. verſ. Tertiò quæro, de except. Bart. num. 3. & Fran. Aretin. colum. penult. verſic. Tertio adde, in l. ſi quæramus, de teſtam. vbi Aretin. dicit hanc opinionem communem eſſe, Abb. in cap. veritatis, num. 32. de dol. & contumac. in cap. paſtorali, §. verum, numero 19. de appell. in cap. ad probandum, col. 3. verſic. Idem die expreſſe, vbi Felin. de communi, colum. prima, verſ. De geſtis per excommunicatum, extr. de re iudic. rurſus Felin. in c. cum voluntate, circa medium, verſ. Extra gloſſam, communem eſſe aſſerens, de ſentent. excõmun. & ante eum ibi Innoc. num. ſecundo, in fi. verſ. Decimoſexto prohibetur, Andr. Barbat. in cap. quia ingredientibus, num. 13. de teſtam. in cap. intelleximus, num. 53. de iudic. Ang. de Peruſ. in diſput. incip. Duo ad inuicem litigantes, & in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, il ſecondo, num. primo, verſ. Nam poteſt teſtari, ff. ad Trebell. Ioan. Fabr. in §. teſtes, ſub num. ſeptimo, in fin. Inſtit. de teſtam. Ang. de Gambiglionib. in §. fin. ſub num. decimo, Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. in d. §. minor. numero primo, verſic. Sed ſi æquiparatur, Inſtit. de capit. dim. & in ſuo tract. de teſtam. in princ. nume. 31. Iacobin. de Sanct. Georg. in l. qui deportantur, num. quarto, C. de hæredib. inſtit. Gulielm. de Benedict. in rep. cap. Raynutius, in verb. Mortuo, itaque teſtatore, il primo, num. 288. extra, de teſtam. Laſ. in l. vt verborum, num. ſeptimo, verſic. Et eſt ratio, C. qui admitt. Nicaſ. Verd. in d. §. fin. ubi de receptiori opin. teſtatur, Lall. de Tuſcia in conſtit. Regni, Inconſutilem, nume. 14. libro primo, Didac. Toletan. in d. rubr. de teſtamen. in ſecunda parte, nume. 18. verſic. Hoc tamen non eſt admittendum, Federic. de Senis conſil. 74. Vetus quærela, & quæſtio dicens hinc inde viros adeſſe magnæ autoritatis, & ſi deberemus arguere per locum ab autorita te, videtur dicendum quod poſſit teſtari, nam plures, & grauiores ſunt qui in hanc ſententiã declinant, vbi etiam rationes affert, & conſilio 118. Factum tale eſt, Rector Marchiæ Anconitanæ, col. ſecunda, verſic. Ad ſecundum, Corn. conſil. 59. in ſubſcript. incip. Dominus Baldus Ser Colæ, verſic. Et tamen excommunicatus, vbi de communi opinione Legiſtarum in d. l. ſi quæramus, fidem facit, lib. primo, & conſilio 180. Multitudo quæſitorum, colum. 9. verſic. Tamen his non obſtantibus, lib. quarto, dicens idem tenere Petrum de Saxo, vt per eũ, Capr. concluſ. 102. num. 188. de magis communi, Io. de Silua in tract. de benef. in tertia parte, quæſt. quarta, num. quarto, Socin. ſen. in reg. 133. incip. Excommunicatus, etiam maiori excommunicatione, Petr. Duen. in reg. 272. incip. Excommunicatus poteſt facere teſtamentum, fol. 154. vbi de communi, Ioan. Dilect. in tract. de art. teſtand. tit. primo. cautel. decima, Fernand. Vaſq. in lib. controuerſ. illuſtrium, cap. 101. nu. quinto, & de ſucceſſion. progreſſ. §. primo, nu. 120. Anton. Gabriel. Roman. lib. quarto, concl. tit. de teſtam. concl. prima. Franc. Viuius opin. 260. incip. Excommunicatus non poteſt eſſe teſtis, num. 5. verſic. Quoniam condere poteſt teſtamentum, fol. 251. in prima parte, vbi communem eſſe teſtatur, & deciſ. 96. Excommunicatus contrahere poteſt, num. primo, libro primo, Iulius Clarus, libro tertio, §. teſtamentũ, quæſt. 24. vbi magis communem hodie eſſe inquit, Michael Craſſus in §. teſtamentum, cap. 24. numero primo, vbi de communi, Simon de Pretis in tract. de interpret. vltim. volunt. libro ſecundo, ſolut. prima, num. quinto, Franc. Burſat. conſil. 14. Præſupponitur, num. vndecimo, libro primo, Tob. Nonius Peruſinus, conſi. 53. Cum à pagano, num. 14. verſic. Et etiam, vtque alios præteream, idem ſcribit Steph. Bertran. conſil. 72. Viſo caſu mihi exhibito, colum. fin. num. 14. verſic. Ad quintum dico, in ſecundo volum. dicens eſſe communen opinionem, iuxta impreſſionem Lugdunenſem, quod ſecundum volumen eſt illud olim excuſſum per Simonem Vincent. & conſil. 227. In re ſua quilibet eſt moderator, colum. ſecunda, in fine, numero vndecimo, verſic. Præterea etiam, dicens quod cum opinio hæc ſit communis, & fulcita multis rationibus, ac motiuis, non eſt ab ea in conſulendo, vel iudicando recedendum, l. prima, verſic. Crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. quæſt. l. 1. ff. de Senat. d. volum. 2. & rurſus conſi. 41. Ex themate mihi exhibito, ante num. ſecundum, receptam opinionem eſſe affirmãs, & non tutum ab ea in conſilijs, & iudicijs recedere, pariter vol. 2. in 2. parte, quæ fuerat olim excuſa, ac impreſſa per Vincentium de Portonarijs.

Plura

Plura ab hanc opidionem probandam indu cuntur, & Iacobus de Beluiſio in dicta diſputa tione, viginti ſeptem rationibus, ſiue argumentis illam roborare conatus fuit, ſed quoniam ve ritas in paucis conſiſtit, igitur ex multis pauca, ſed firmiora breuiter afferam.

Prima igitur ratio eſt, nam teſtari poteſt qui
41 cunque expreſſe prohibitus † non reperitur, l. ſi quæramus, iuncta gloſſ. magna, vbi etiam Bart. ff. de teſtam. cum edictum teſtandi prohibitorium ſit certarum perſonarum, Sed excommunicatus expreſſe prohibitus non reperitur, §. fi. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. facer. teſtam. Ergo teſtari poterit, nam omnia à iure licent non expreſſe prohibita, l. ſtatuas, C. de relig. & ſumpt. fun. l. necnon, §. quod eis, ff. ex quib. cauſ. maio. & potiſſime teſtari, cum nil tam hominibus debeatur, quàm vt de ſuis rebus teſtando libere poſſint diſponere, l. prima, C. de ſacroſ. eccleſ. iuraque appetunt, vt diſpoſita à morientib. implcantur, cap. vltima voluntas, 13. quæſt. ſecunda, §. exhæredatos, in Authen. de hæredi. & Falcid. in tantum quod puniuntur voluntatem te-
42 ſtatoris † non implentes, cap. Silueſter, 11. q. 1. c. ſi hæredes, de teſtam. c. licet, de voto, l. fin. C. de fideiuſſ.

Sed hæc ratio per negationem minoris propoſitionis ſubmoueri poteſt, cum excommunicatus teſtari ſatis reperiatur prohibitus, poſtquam (vt eſt dictum) omnis ei participatio interdicta eſt, d. cap. cum de excommunicatis, 11. quæſt. tertia, cum alijs deſuper allegatis, & qui omne dicit nihil excludit, l. Iulianus, de leg. 3. c. ſolitæ, de maior. & obed. Adeo quod in odium excommunicati, dictam generalitatem non debemus ad actiones, & iudicia tantum reſtringere, ſed includere etiam teſtamenti factionem,
43 quæ facile ex cauſa † tolli poteſt, vt concludit Abb. conſil. 63. Videtur primo, colum. fin. verſ. Poteſt ergo lex, maxime dicit ipſe, tenendo opinionem gloſſ. in l. illa inſtitutio, ff. de hæred. in-
44 ſtit. quæ vult ex gratia † facultatem teſtandi cõceſſam eſſe, cum de ſtricto iure quis teſtari non poſſit, ex quo effectus teſtamenti in illud tempus confertur quo quis non eſt futurus dominus, & ſic perinde eſt, ac ſi eſſet conditum tempore inhabili, l. quod ſponte, ff. de donat. ant. nupt. & cum illa gloſſ. ſentiunt idem Abb. in rubric. in princip. extr. de teſtamen. Dec. in rubric. num. decimo, C. qui teſtamen. fac. poſſ. in l. cum qui, num. quarto, ff. de iuriſdict. omn. iudic. & Portius in rubric. Inſtit. de teſtam. poſt Chriſtoph. de Caſtellioneo, & quæ maior cauſa, quam excommunicatio, quæ reddit hominem mancipium Diaboli, & à ſpiritualibus ſegregatum, ipſumque tot, ac tantis malis, & erumnis afficit, vt longum eſſet illas recenſere. Quamuis multi velint, teſtandi facultatem non ex gratia, ſed de rigore iuris hominib. eſſe conceſſam, vt ſcribunt, Bald. Angel. & Raph. Cuman. in dicta l. illa inſtitutio, in princip. Iaſ. in addit. & Paul. de Caſtr. in l. prima, in princip. ff. ad l. Falcid. rurſus Iaſ. in d. rubric. circ. finem, verſic. Sed tu dic, C. qui teſtam. fac. poſſ.

Secunda Iacobi de Beluiſio, & Ioan. Andreę ratio eſt, quia regula datur, quod teſtari po-
45 teſt omnis qui libertatem † retinet, ciuitatem, familiam, & bona, nec eſt expreſſe prohibitus, l. quidam, ff. de pęnis, l. prima, §. ij quibus, de legat. tertio, ſed excommunicatus eſt huiuſmodi, ergo teſtari poteſt. minor probatur: nam etſi aliquis à communione fidelium ſegregetur, ſi bona non amiſit, teſtari poterit, l. apoſtatarum, C. de apoſtat. l. Manichæos, l. cognouimus, & Authent. ibi poſita, C. de hæretic. nec dubium eſt, quin dominium retineat, cum etiam titulum beneficiorum, ac dignitatum non amittat, cap. ſi is cui, de offic. delegat. in 6. licet poſt annum illis priuari poſſit, c. rurſus, c. quicunque, 11. q. 3.

Iſta quoque ratio omnino concludens non videtur, quamuis enim excommunicatio non
46 auferat libertatem hominibus, prout illa † eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, & prout ſeruituti opponitur, quæ eſt conſtitutio iuris gentium qua quis dominio alieno contra naturam ſubijcitur, nec etiam ciuitatem tollat, ita vt maximam capitis diminutionem incurrere excommunicati dicantur, & propterea ſerui pœnæ non fiant, §. maxima, Inſtitut. de capit. diminut. tamen libertate omnino non vtuntur, nec ciuitate, vt alij liberi homines, qui hoc nexu excommunicationis illaqueati non exiſtunt, & ſic non retinent integrum hominum fidelium ſtatum, cum dicantur Diabolo inſeruire, & vt dixit Salicet. in dicta l. apoſtatarum, numero ſecundo, per illum textum nulla
47 maior pœna eſt, quam inter homines † eſſe, & hominum carere ſuffragijs. Ne igitur teſtes, ac alij excommunicationis telo affligantur, nexuque illaqueentur, videtur remota ab excommunicatis teſtamenti factio, ac teſtandi ſolatium. Cumque teſtamentum vice legis fungatur, §. diſponat, in Authent. de nupt. abſurdum videtur, vt excommunicatus hac autoritate, & quaſi præeminentia fungatur, dum excommunicatus legibus exoſus exiſtit. Et quo ad dicta iura per Ioan. Andream citata, ſcilicet ad l. Manichæos, l. cognouimus, & Auth. idem de Neſto
48 rianis, reſpondeo illa eſſe correcta † per Auth. Gazaros, eod. tit. vt concludunt Iacob. de Rau. & Iacob. Butrig. in d. l. Manichæos, ac Salic. in eadem Auth. Gazaros, quicquid in contrariũ dixerit Roffredus. Et ad illud, quod nõ ſit prohibitus, dici poteſt, regulare eſſe, à quo genus
49 † remouetur, & oẽm eius ſpeciẽ remotã cẽſeri,

l.fundi, §. fin.ff.de fund.inſtruct.l.prima, C. ne fiſc.rem quam vendid. libro decimo, cumque excommunicatus ab omnibus actibus generaliter remoueatur, ergo & à teſtamenti factione remotus cenſeri debet, vt iſto caſu conſiderata qualitate, & miſeria excommunicati, in quam dilabitur, poſſit dici in eo prohibitum eſſe, quod non eſt expreſſe conceſſum,cap.inter corporalia,§.ſed neque,extr.de transl. Epiſc.

Tertiam rationem addunt, nam licet forma teſtandi ſit de iure publico, vel ciuili, tamen vo
50 luntas,& poteſtas † teſtandi, ſunt de iure naturæ,vel gentium, l. teſtandi, C.de teſtam. l. prima,§.ius naturale,ff.de iuſt.& iur.cap. ius naturale,50.diſtinct. ſicut & contractus qui ſunt de iure gentium,l.ex hoc iure,eodem tit. de iuſt.& iur. Sed naturalia iura ſunt immutabilia,§. ſed naturalia, Inſtit. de iur.natural.gent. & ciuil.teſtamentumque voluntatis nuncupatiuum fit coram ſeptem teſtibus, Authen. hoc inter liberos,§.per nuncupationem, C.de teſtament.ergo excommunicatus rudem, ac ſimplicem voluntatem coram teſtibus exprimẽdo,teſtari poterit,ex quo iura gentiũ in propoſito ſuper voluntate fundantur.

Sed ſuſtinendo contrarium,tertię huic ratio
51 ni facillime reſponderi poterit,† conſiderando quod licet Ioan. Andr. in prædicta fuerit opinione, vt teſtandi facultas,& poteſtas iuris gentium cenſeatur, & cum eo aliqui tranſierint, maior tamen Scribentium numerus ſententiæ eius aduerſatur, nam contrarium quod imo teſtandi facultas iuris ciuilis ſit, ſcribunt Bald. in l.decernimus, in fin. C. de ſacroſan. Eccleſ. & ante eum gloſſ.in l. prima,in princ.ff.de acquir. rerum domin.gloſſ.in l.quidam ſunt,ff.de pen. rurſus Bald.in l.prima,colum.prima, C. de hæredi.inſtit.Raph.Fulgoſ. in l. cum quis, C. de iur.& fact.ignor. Iacob.de Aren.& Caſtrenſ.in l.2.ff.de teſtam.eſtque communis opinio,vt teſtatur Tob. Nonius, qui & eandem poſt longã diſputationem tenuit,Inſtit.de teſtam. in prin. in 6.not.num.7.

Nam teſtamentum non antea introduci potuit,quàm hæredis inſtitutio introducta fuerit,
52 cum hæredis inſtitutio caput † & fundamentũ ipſius teſtamenti ſit, §. ante hæredis, Inſtit. de leg.Sed ipſa hæredis inſtitutio iure ciuili introducta eſt, per legem enim,vel ſimilem iuris cõſtitutionem hæredes fiũt,§.quos autem, Inſtit. de bonor. poſſ. ergo teſtamentum à iure ciuili introductum fuit,& non ante; Et quoniã hanc quæſtionem, vtrum ſcilicet teſtamentum iuris gentium ſit,vel ciuilis, cum alijs concluſionib.
53 tunc impreſſis in Ciuitate † Neapolis,ante inſignia Doctoratus aſſumpta, tribus diebus continuis publice pro viribus ſuſtinui,ob quas quidem concluſiones publice diſputatas, per famoſiſſimum, venerandumque Neapolitanum Collegium fuerunt mihi remiſſa puncta tentatiua, quæ aliàs ab omnibus Doctorandis indiſtincte de more, ac antiquiſſima conſuetudine eiuſdẽ Collegij aſſumi neceſſario debent, quas fortaſſe in lucem cum alijs quæſtionibus omnipotẽti Deo auſpice emittam, proinde amplius non inſiſtam : cum enim per quinquennium (vt hoc obiter etiam dixerim) Peruſiæ ſteti ſſem, in eiuſque celeberrimo Gymnaſio apud Reſtaurum Caſtaldum, Marcum Antonium Eugenium, Ranaldum Rodolphium, Tobiam Nonium, Ioãnem Paulum Lancellottum, Marcum Antonium Oradinum, Cæſarem Fiumagiolum, ac alios præſtantiſſimos toto orbe terrarum Iuriſconſultos,meos pręceptores,iuri ciuili, & canonico inſudaſſem, edita tandem ab Illuſtriſsimo, ac Excellentiſſimo tunc generali Prorege Regni huius Pragmatica ſanctione, vt Regnicolæ ad ſe Doctorandos Neapolim peterent, nobiliſſimo, ac florentiſſimo Peruſino Studio, non ſine ingenti mœrore animi relicto, ad Neapolitanum Gymnaſium me contuli,vbi per duos alios annos apud Innocentium Vitalem Cauenſem,lectorem de mane, ac Leonardum Columbinum Senenſem lectorem de ſero, aliosque doctiſſimos Iuriſconſultos dictis facultatibus, vt ſeptennij ſtudium complerem operam nauaui : potiſſimumque in publica Inflammatorvm Academiâ in qua ſtatim cooptatus extiteram, quæue intus Eccleſiam Sancti Angeli ad Nidum, vbi antiquitus alia nobilis Serenorum Academia viguit, frequentibus lectionibus, & diſputationibus exercebatur. Fuit hæc Inflammatorum Academia illuſtrium virorum ornata ſplendore, qui eruditione,morum ſuauitate, ac ſingularibus, & multis, ac varijs virtutibus præfulgebant,inter quos aderant Hector Iulij Cæſaris Caraccioli, Ferdinandus Mutij Capicij, Don Ioan. Antonius Carrafa, Scipio Garganus, Aſcanius Ruſſus, Vincentius, & Carolus Corteſij, Franciſcus Antonius Dattilus Pyrronus, ac alij nobiliſſimi, acutiſſimique tunc legum profeſſores, qui tantum profecerunt, vt patriæ,ac ipſorum familijs ſplendori maximoque ornamento fuerint : cumque in cooptatione ingreſſuque omnes promiſerimus publicas ſuſtinere concluſiones, vltra illas quæ dietim publice etiam in eadem Academia diſputabantur, ideo ego Ioſephus de Ruſticis,Amarus Academicus Inflammatus, dictas meas Concluſiones,ſcilicet quadraginta tres per vtrum publicaui, ſuſtinui, ac diſputaui, deindeque die tertiadecima Menſis Martij MDLXVI. Doctoratus inſignia à prædicto Illuſtriſſimo, & vbique Venerando Neapolitano Collegio aſſumpſi : ſed de his hactenus, cum omnibus dictæ Academiæ celebri-

tas,

tas, atque amplitudo innotuerit, nominisque æternitatem iure optimo meruerit.

Ex prædictis apparet diſputando vtranque opinionem defenſari poſſe, ego tamen non au-
54 derem † ab hac vltima iudicando, conſulendo que recedere, tanquam veriori, & magis communi Doctorum calculo recepta: Moueorque
55 nam illud eſt ſpeciale cuius contrarium † eſt generale, l. prima, ad fin. ff. ad municip. l. ius ſingulare, ff. de legib. c. qualis, 25. diſtinct. ſed ſpeciale eſt in excommunicatis propter hæreſim, vt poſt annum fiant inteſtabiles, Authen. credentes, C. de hæret. cap. excommunicamus, §. credentes, ext. eodem, ac etiam in excommunicatis ob percuſſionem Cardinalibus illatam, cap. fælicis, de pœnis, in 6. ergo ius commune eſt generale, ſcilicet, quòd ſimpliciter excommunicatus condere teſtamentum poterit; exceptio enim in vno, vel duobus caſibus firmat regulam in contrarium, l. nam quod liquide, ff. de penu legat.

Stringitur hęc ratio, nam ius ciuile ſegregat excommunicatos à ſancta communione, ideſt à corpore Chriſti, & ab ingreſſu Eccleſiæ, §. omnibus autem, in Authen. de ſanctiſs. Epiſc. & §. primo, in Authen. de interdict. collegij hæretic. cum ſimil. Si igitur ius ipſum voluiſſet iſto caſu excommunicatum priuare, vtique expreſſiſſet, vnde cum non expreſſerit remanet ius apertum, argum. l. vnic. §. ſin autem, C. de caduc. tollen. vt enim diximus, edictum de teſtamentis certarum perſonarum prohibitoriũ eſt, & quæ non reperiuntur expreſſe vetitæ cenſentur admiſſæ.

Stringitur vlterius nam ideo ius ciuile, vel canonicum teſtandi facultatem excommunica-
56 tis non prohibuit, nam excommunicatio † plerunque propter contumaciam procedit, cap. nemo, & cap. cæterum, vndecima quæſt. tertia, c. ſciendum, octaua quæſt. prima, ſed contumacia & eius pœna non priuat ab actibus ciuilibus, l. prima, C. de modo multan. l. fin. de requirend. reis, ergo rationabiliter prædicta iura teſtandi facultatem excommunicatis non abſtulerunt: & vt breuitati conſulam, hanc partem multum comprobant omnia quæ ſub quarta ratione cõſtringit, & coaceruat Ioan. Andr. in d. cap. decernimus, colum. 2. in fin. verſ. Quartam rationem tangit, vſque ad verſic. Et per prædicta ſit reſponſum, col. 3. circ. med. ſub num. 5.

Retenta ergo prædicta opinione Spec. Ioan. Andr. Iacobi de Beluiſio, & aliorum tanquam
57 crebriori † Doctorum calculo recepta, veritatisque radijsque illuſtrata, quam etiam tenet Salic. in d. Auth. credentes, verſ. Et cum hoc videatur, C. de hæret. Ampliatur Primò, vt proce-
58 dat etiam † in publico, & manifeſto excommunicato, in his enim terminis loquitur Io. Andr. in d. cap. decernimus, & ita etiam tenent Bart. in d. l. ſi quęramus, ſub num. 8. ibi, Ergo aliàs, ff. de teſtam. Federic. de Sen. d. conſ. 118. col. 2. verſ. Si vero fuerit, vbi rationem affert, Philip. Franc. in rubr. de teſtam. in 6. colum. 16. verſic. Etiam ſi talis, Felin. in cap. ad probandum, nu. 1. de re iudic. Io. de Silua in d. tract. de benefic. in 3. part. q. 4. nu. 4. Et quamuis contrarium expreſſe tenuerint, Bar. conſ. 238. Exiſtens Petrus publice excõicatus, nume. 1. & 2. in 1. vol. qui male allegatur à Corn. d. conſ. 180. num. 15. lib. 4. vbi videtur cum Bartolo tranſire, & Hoſtien. in d. c. pia, de publice excommunicato loqatur; dubitaueritque de hoc Iul. Clar. d. lib. 3. §. teſtamentum, quæſt. 24. in fin. Tamen non eſt rece-
59 dendum † ab alia opinione præcitatorum Scribentium, vt inquam publice, ac notorie excommunicatus teſtari poſſit, quam inſuper tenuerunt, Petr. Duen. d. reg. 272. num. 1. verſic. Amplia primo, Socin. d. reg. 133. in princ. Capr. d. concl. 102. nu. 184. dicens ita communiter teneri, Michael Craſſ. inquiens ſic tenendum eſſe, in d. §. teſtamentum, q. 24. Didac. Couarr. in d. rubr. extr. de teſtam. in 2. part. ſub num. 18. verſ. Nec refert, & Stephan. Bertrand. conſ. 227. In re ſua quilibet eſt moderator, col. 11. in fin. verſic. Præterea etiam, in 1. part. lib. 2. vbi de communi opinione teſtatur.

Ampliatur ſecundo, vt excommunicatus nõ ſolum actiuam, ſed etiam paſſiuam habeat teſta-
60 menti † factionem, Federic. de Sen. d. conſ. 118. Factum tale eſt Rector Marchiæ Anconitanæ, col. 2. verſ. Ad id quod quæritur, Ioan. Dilect. in tract. de art. teſtan. cautel. 10. nu. 2. vbi communem eſſe dixit, Viuius d. opin. 260. num. 6. verſ. Et quamuis. Dicebat Federicus inter cætera in prælegato conſilio, quod ſi excommunicato permiſſa teſtamenti factio eſt, multo magis ei permiſſum erit, quòd ex teſtamento capere poſſit, facit nam multa hominum genera sũt, quæ ex teſtamento capere poſſunt, & tamen teſtari nequeunt, ſed non è conuerſo, vt per eum ibi.

Ampliatur tertio, vt non ſolum excommunicatus poſſit teſtari ſicut alius non excommu-
61 nicatus, ſed etiam in teſtamento † teſtis adeſſe, dictat enim iuris regula, quod omnis qui teſtamentum facere poteſt, teſtis in teſtamento eſſe valeat, l. cum lege, & l. ſi is qui, §. primo, ff. de teſtamen. Sed non conuertitur, quia filiusfamilias poteſt eſſe teſtis in teſtamento, vt l. pater, & filius, ff. de teſtibus, & l. qui teſtamento, §. per contrarium, dicto titu. de teſtament. & ta-
62 men non poteſt facere † teſtamentum, l. qui in poteſtate, eodem titu. & l. ſeruum, ff. qui teſtamen. facer. poſſ. iſtamque ampliationem probant etiam Ioan. Petr. de Ferrar. in eius pract. in forma iuramenti teſtium, in verb. Proteſtari,

verſic. Quinto dixi,& ante eum Bald.in l.poſthumo,ſub num.6.C. de contratabul. & Viuius dicta opinione 260.nume.quarto, verſic.Fallit ſecundo.

Limitatur tamẽ dicta concluſio,Primo, niſi
63 fuiſſet quis anathematizatus, ſeu † ſolenniter excommunicatus,vt in cap.debent, vndecima quæſt.tertia,ita dicunt,Philipp.Franc. in dicta rubr.de teſtam.in 6.num.31.Bellamer.in capit. decernimus,de ſentent.excommun. Capr. reg. 102. nume.174. 189. & 192. Franciſ. Burſat. de magis communi, conſil.14. Præſupponitur, num.vndecimo,verſic.Prout excommuniçatus quoque,libro primo,Duen.reg.272. verſic. Vltra eum limita primo. Et ratio eſt: quia talis a-
64 nathematizatus videtur incidere † in hæreſis ſuſpicionem, vt poſt Bald. tenuit Franc. in d. rubr.num.31. & quid dicatur proprie anathema, ponit text. in cap. Engeltrudam, 3.quæſt. 4.ſitque cum ſolennitate de qua in d.capit.debent,& in cap.cum aliquis,vndecima quæſt.3. in cap.cum non ab homine,de iudic.declaratq. Petr.Duen.d.verſic. Vltra eum,& apertius Proſper Farinacius, in tractat.de delict. & pęnis,q. 19.num.39.verſic. Pœna eadem excommunicationis.

65 Nec omittẽdum † exiſtimo, quod licet quis decedat in excommunicatione ſolenni, attamẽ ex hoc eius non irritatur teſtamentum, ſi hæredes à ſuſpicione hæreſis defunctum purgarent, ſique Epiſcopus purgationem ei indixerit, vt notabiliter dixit Bald. relatus per Philippum Francum, in dicta rubr.num. trigeſimoprimo, verſic. Dicens tamen, quod certe notandum valde eſt.

Limitatur ſecundo (vt eſt dictum) niſi quis eſſet excommunicatus eo quia Cardinalem per
66 cuſſiſſet, vel auxilium, † aut conſilium percutienti præſtitiſſet,vt in dicto cap.Fęlicis,in principio.de pœnis, in 6.Duen.dicta reg.272. in fin. & ſic limitat Philipp. Franc.in d.rubr. col. 17. in princ.verſ.Quarto limita.

Limitatur tertio, in excommunicato pro crimine hęreſis, in illaque excommunicatione per annum ſtetiſſet, tunc enim talis excommuni-
67 catus † teſtari non poſſet, vt eſt caſus in Authent. credentes, C.de hæretic. vbi Bart.notat, cap.excommunicamus, §. credentes, extr. eodem titulo, rurſus Barto.in l. is cui, §. ſi quis ob carmen, in fine, verſic. Fallit in caſu, ff. de teſtamen. Socin. ſen. in regul.133. in prima limit. Angel. Aretin. in §. minor, num. primo, verſ.Sed ſi æquiparatur, Inſtit.de capit.dimin. Didac. Toletan. in dicta rubr. de teſtament. in ſecunda parte, num,decimooctauo,Anton.Gabriel.dicta concluſ.prima,num.ſeptimo,dicens omnes Doctores pro communi allegatos ita tenere, & ſignanter Franc. in dicta rubr. in 6.colum.16.in fine, verſic. Sed limita prædicta,Michael Craſſ.in d.§. teſtamentum,quæſt.24.numero 3.verſ.Prędicta tamen,in fine, Iacob.Philipp. Portius,conſil.22.Quidam filiusfamilias pubes.num.17.lib.1.

Quartò limitatur, niſi talis excõmunicatus eſſet pro aliquo crimine propter quod teſtamẽ
68 ti factio interdiceretur, vt propter vſuras, ſunt quidem vſurarij manifeſti ab Eccleſia banniti, & excommunicati, expellique debent de ciuitatibus, vt in cap.primo,de vſur.lib. 6. & in c. 3.eodem tit. Iacob. Aluarot. inter conſil.feudalia Alberti Bruni conſil. 59. Vtrum vſurarius manifeſtus,in fine, verſic.Quarta ratio,lib.primo. Vſurarius itaque manifeſtus teſtari nõ po
69 teſt ſine cautione † de qua in cap. quanquam, de uſuris,d.lib.6.

Nec poterit ſine eadem cautione codicillari,ut ibi gloſſ.inquit,& ſic concludunt, Aretin. in d.§.minor,num.primo,de capit.dimin. & in §.fin.num.6.in fin. quib. non eſt permiſſ.fac.teſtamen.Franc.in dicta rubr.colum.16.in fine, verſic.Secundo limita,Socin.d.reg. 133. in ſecunda limit.verſ. Fallit niſi quis, & Couarr. in prælleg.rubr.extr.de teſtamen.in tertia parte, nume. vndecimo, verſ. Tertio hinc ego infero.
70 Quod procedit etiam ſi vſurarius † manifeſtus ad pias cauſas teſtaretur, nam adhuc non poterit ſine cautione de qua in d.cap.quanquam, ſecundum Bart.in l.prima,colum.6.num.30.verſic.Dico tibi,C.de ſacroſan. Eccleſ. Bald. in l. executorem,colum.ſecunda,num.nono,verſic. Dubitatur ſi is,C.de exec.rei iudi. Et quamuis alibi Innocentius contradixerit, tamen Baldi opinio communis eſt,vt teſtatur Fernan. Vaſq. de ſucceſſ.progreſſ.§.primo,num.178. Hoc tamen intelligendum eſt, niſi in ipſo ſigna contritionis apparuiſſent, tunc enim eius vltima vo-
71 luntas † quo ad pias cauſas valeret, ſecundum Anton.de Butr.quem refert Gemin.in d.capit. quamquam,& ita communiter teneri dicit Capra.concluſ.102.num.163. hancque ſententiã æquiorem eſſe aſſerit, Andr. de Beſſet, in dicta l.1.num.71.in fin.

Sed quæro nunquid teſtamentum vſurarij manifeſti ſine dicta cautione de qua in d.capit. quanquam, conditum, ſi poſtea ex interuallo præſtetur reconualeſcat? & quicquid dixerint Paul.de Eleazar in Clem.1. de ſepult. Ioan. de Imol.in l.filio præterito,ff.de iniuſt.rupt.teſtamen.& Bald.in l.2.ſub nu.6.verſ.Quapropter, C.de bon.poſſ.contratabul. dicens opinionem Cyni in l.1.§.ſi filius,ff. de leg. 3. partem negatiuam tenentis veriorem eſſe.
72 Concludendum eſt teſtamentum † reconualeſcere,iuxta glo.in d.c.quanquam, in fin. quã ibi ſequitur Ioan. Andr. idem etiam tradidere Bart.in d.l.filio præterito,circa fin.Alexan.in l.

Gallus,

Gallus,§.ille caſus,num. 8. magis communem opinionem eſſe aſſerens, ff. de liber. & poſthu. Felin.in c.cum dilectus, num.4.de accuſ. Dec. & is de communi atteſtans,in l.quod ab initio, num.12.ff.de reg. iur. Benedict. Capr. in tract. regul.concluſ.102.num.154. dicens magis communem opinionem eſſe, Anton. Gabriel. Roman.commun.concluſ.lib.4. tit.de teſtam.concluſ.3. num.2. & latè conſuluit Paul. de Caſtr. conſ.286. Videtur quòd dicta ſententia, num. 3.verſ. Et quod notant,lib.2. Quod adeo verũ
73 eſt,vt ſufficiat etiam ſi teſtator † conſtituat, ac relinquat procuratorem cum ſpeciali mandato ad dictam cautionem poſt eius mortem præſtãdam,vt voluit Ang.in ſua Diſput.incip. Aſtenſis miles, & de communi teſtantur Gaſpar de Calderin.& Petr.de Anchar.conſ.40. In facto, colum.2.ante num.7. verſ. Sicut multa conualeſcunt, quod conſil. refert Gabriel.d.concluſ. 3.num.2.Franciſcus Viuius,opin.1052.incip. Vſurarius manifeſtus,num.5.lib.3.fol.163.Felin.in c.ad hæc,colum.1.circa med. verſ. Et dicit pridiè,extra de reſcript. vbi refert Cardinalem in c.ſignificauerunt,colum.fin.de teſtib.dicentem ita fuiſſe Ferrariæ iudicatum,rurſus Felin.in c.quoniam frequenter,colum.3.verſ.Per iſtam doctrinam, vt lit.non conteſt. Io.Dilect. in tract.de art.teſtan.tit.1.cautel.7.nu.2.

Aduertendumque eſt, hoc vltimum procedere, dummodo conſtituens procuratorẽ poſt
74 mortem duraturum cum hærede † deceſſerit, aliàs extingueretur illa clauſula, quoniam nec eius hæreditas eſſet,ſed bona vacantia,quæ defunctum non repreſentant, l. 1.§.an bona,ff.de iure fiſci, procuratorque nomine veri domini gerere non poſſet,nec nomine repreſentati pro hæreditate,quæ vice eius fungitur,l.1.C.de act. & oblig.ſecundum vnam lectur.ita notabiliter declarat Ang.in d. Diſput.incip.Aſtẽſis miles, colum.1.dicens ſe ita de facto Florentiæ in cauſa Domini Paſini de Stroczis iudicaſſe, quem ſequitur Felin.in d.c.quoniam frequenter, colum.3.in fin.verſ.Hoc vltimum intellige.

Quis autem manifeſtus vſurarius dicatur,va
75 rijac multi ex Scribentibus†varia ſcripſerunt, nam Bart.in l.2.num.3.verſ. Quæro quis dicatur,ff.de furt.diſtinctione vtebatur, aliquando enim quæritur quis dicatur vſurarius manifeſtus reſpectu certi, ac limitati delicti, tuncque apprehenſio, vel acclamatio cõtra ipſum requiritur in ipſo actu delinquendi, vel in proximis delicto: Aliquãdo quæritur vtrum ſit vſurarius manifeſtus ratione huius delicti in genere, & tunc nõ ſufficit,quòd illud ſemel faciat aut bis, ſed requiritur, quòd ſtet publicè paratus ad illud delictum faciendum, vt meretrix in proſtibulo,& vſurarius ad banchum,l.palam,in principio.ff.de rit. nupt. & quod not. in c. vſurarum, extr.de vſur.item ſi non faciat ita palã,ſed quaſi,vt quia mutuet in eius camera cuilibet volenti,arg.d.l.palam,& l.3. circa princ. ff.ad Macedon. Bald.verò in l.hæredes palam,in prin.verſic.Et facit,ff.de teſtam.dicit, quòd manifeſtus vſurarius eſt,qui omnibus ſe exhibet,idem etiã ſi hoc per ſeptem teſtes probari poſſet, argum. illius text.vbi Ioan.de Imol.in princ.num.1.verſic.Et ſic facit ſecundum Baldum,& Angel.numer.4.verſ.Et facit ad deciſionem,quæſtionis, idem concludunt; & Bart.in d.l.palam,remittit ſe ad not.in d.l.2. Sed Bald. alibi in l.falſus,nu. 10.C.de fur.ſcribit,quòd vſurarius manifeſtus eſt,qui pluries vſuras frequentando multorum conſcientiam latere non poteſt, quaſi abominabilis & execrabilis, ſicque ex plurib. actibus manifeſtus ſit, ſicut hæreticus, nam vtrunque crimen, ſcilicet vſurarum, & hæreſis, generale eſt,& probatur per ſpeciale. & ipſe Bald.in l.1. num.15.verſ.Quidam confeſſus fuit, C. de falſ. cauſ.adiect.leg.aſſerit, quòd licet quis in ſuo teſtamento confeſſus fuerit ſe vſurarium eſſe, teſtamentum tamen valebit, niſi deſcendiſſet ad ſpecies,vt quia dixiſſet, ſe vſuras extorſiſſe à Titio,& pluribus alijs, vt in c.1. & c. quamquam, de vſur. in 6. nam in delictis, quæ pertinent ad iudicium eccleſiæ, fauore animarum confeſſio extra iudicium legitimè facta probat,c.quoties cordis oculus,7.q.1.c.parochiano, de ſepul.ſed. ibi loquitur, quantum ad reſtitutionem ablati, ſed non quantum ad inhabilitatem ſubiecti, vt faciat ipſum inteſtabilem, de iure autem ciuili facit indicium, l. capite quinto,ff. de adulter.l. quæro,ff.de ædilit.edict.Ioan.Calderin.conſ.5. Quis dicatur,per totum conſil.tit.de vſur.dicebat,quòd quamuis cap.cum in diœceſi,d.tit.velit, hanc qualitatem manifeſti per argumenta probari, hoc verum eſſe, dum tamen ſint talia, quæ hanc qualitatem inferant, vt eſt fama cum alijs adminiculis, vt ibi not. vt quia ſub figura venditionis publicè iniuit contractum, qui tamen feneraticius ex coniecturis iudicetur,c.ad noſtram,de empt.& vendit. cap.illo vos, de pignor. vel quia apparent inſtrumẽta vſurarum, vel menſam tenet paratam,ſecundum Innocentium,vel publicè renunciat vſuris,c.quam pernicioſum,d.tit.de vſur.& ſic ſemper aliquid eſt probandum, quod ad veritatem vſurarum extortarum aliquid addat, vt per hoc publicum, vel manifeſtum probatum eſſe dicatur, Federicus de Sen.conſ.8. Quæritur,ſcripſit manifeſtũ in d.cap.quamquam,poſſe accipi pro notorio, quod habet facti euidentiam, vel eſt notorium iuris,puta per confeſſionem, vel ſentẽtiam,vel iudicis prolationem,vel ex claris & indubitatis probationibus,c.cum olim, & c. ſuper quibuſdam,de verb.ſign. Item illud,quod eſt infra notorium, & ſupra famoſum, vt quia probabile

ſit,&

ſit, & vltra conſuetam probationem famoſum, & publicum ſit, non tamen adeo vt poſſit notorium appellari, & ita poteſt intelligi, c. eorum, 9.q.3.c.cum in tua, de vſur. Item ſi probatio eſſet euidens, & manifeſta, vt in exemplo de quo ibi, puta ſi per modicam examinationem promptam, & facilem de hoc conſtaret, vt quia appareant libri rationum ſuarum, de quibus minimè dubitatur, quòd ſint verba ipſius vſurarij, talis itaque probatio poteſt dici clara & manifeſta, vt not. Archid. in c.2. in princ. de vſur. lib. 6. Item vltra modos prædictos Guliel m. Ioan. Andr. & Archid. notant in d.c.quãquam, quòd manifeſtus eſt, qui coram ſuo ſacerdote, & teſtibus publicè fatetur ſe vſurarium eſſe, præcipuè ſi rationum libros tradiderit, & maximè ſi ſtet tunc in articulo mortis, quia non eſt præſumendum, quòd mentiatur, ad hoc c. litteras, de præſump. & c. ſancimus, 1.q.7. hactenus Federicus. Succeſſit Abbatis opinio conſil. 2. Huius dubij deciſio, per totum lib. 2. vbi relatis octo modis quibus ex intentione Doctorũ manifeſtus vſurarius dicitur, iuxta terminos d.c.quãquam, ipſe colum. 3. in fin. verſ. Dicamus ergo, poſt definitionem manifeſti, vt propriè ſumptum ſit publica, ſeu famoſa inſinuatio, vel proclamatio, & communis ex certa ſcientia, ac certis auctorib. prouenions, & quæ probari poteſt, vt illud definiunt gloſſ. Io. Andr. Io. Calderin. & Specul. in locis ibi relatis, cõcludit quòd vſurarius manifeſtus eſt is, contra quem degenerat notoriũ iuris vel facti, vel de quo eſt communis proclamatio & inſinuatio, procedens ex certa ſcientia & certis autoribus, & qui probari poteſt, quòd eſt vſurarius, ſubdẽs etiam ita ſenſiſſe Baldum, vt per eum, qui de multiplici vſurarij manifeſti probatione ſcribit, conſ. 81. Videtur primo, colum. 1. & 2. eod. vol. & ante eum Ang. conſ. 10. In cauſa prædicta, col. 2. verſ. Nunc ergo ad q. propoſitam, & Raph. Fulgoſ. conſil. 137. Viſis, num. 2. verſ. Super eo vero, Iaſ. quoque conſ. 78. Viſis depoſitionibus teſtium, col. 4. num. 3. lib. 3. verſic. Quarto quia, dicebat ad probationem vſurarij manifeſti requiri, quòd in peccato publicè coram populo ſit deprehenſus, vel coram magna parte hominum, vel quòd præcedentibus probationibus, & infamia Epiſcopus eum vitari tanquam vſurarium mandauerit, vel quòd ipſe ſit in iudicio confeſſus, & ſic publicè, uel in teſtamento coram hominum multitudine: illud enim eſt manifeſtum, quod excuſari non poteſt, neque celari, quin ad publicam notitiam peruenerit, ſecundum Bald. conſ. 17. Factum ſuper quo cõſilium expoſcitur, ad fin. lib. 1. Item ille dicitur uſurarius manifeſtus, qui paſſim euidenter, & in oculis omnium, uel maioris partis populi uſuras publicè exercet, ſecũdum Bald. in l. unic. §. ſimilique modo, il 2. ad fin. C. de Latin. libert. tollen. Item quando toties, & tot perſonis publicè fenerauit, quòd nõ poteſt eſſe niſi liquidum in populo, d.l. palam, ff. de rit. nupt. Vel quando apparent codices vſurarum extortarum, Clem. 1. de vſur. iuxta tradita per Bald. in d.l. 1. colum. 3. C. de falſ. cauſ. adiect. leg. Vlterius fama publica cum adminiculis erit ſufficiens, vt ex hoc Epiſcopus poſſit illum publicare, ex qua publicatione, & non ante, poterit dici vſurarius manifeſtus, vt tradit Federic. de Sen. conſ. 64. Pridie cum procuratore, ante fin. quem refert & ſequitur Abb. in conſil. ibi citato, dicens aſſertionem Federici æquitatem habere, ne ſola fama cum indicijs non data facultate illa purgandi quis puniatur, & ne eius teſtamentum ipſo facto irritetur, idem ſequitur Abb. in c. quia in omnibus, circa fin. de vſur. & Bald. conſ. 473. Qualiter accipiatur manifeſtum, libro 3. Ang. inſuper in l. 1. ff. de furt. ſcripſit, quòd quando quis mutuat in camera ſua ſub vſuris omnibus volentibus, tunc epiſcopus poterit eũ publicare, & erit manifeſtus vſurarius, ſed quando tenet altare paratum, vel bãchum ad mutuãdum omnibus, vel quando mutuat cum miniſtris qui rem faciunt manifeſtã, tũc ſine alia Epiſcopi publicatione manifeſtus dicitur, ita Iaſon, quem ſequitur Hieronymus Grat. conſil. 39. Viſis elegantiſſimis dubijs, col. 2. num. 9. lib. 2. & latè declarat Anibal Troiſius Cauenſ. ſuper Rit. 199. Item quòd nullus, numero 2. videndusque eſt Io. Anton. de Nigr. in c. nouiter, tit. de vſur. num. 13. remittens ſe Abbati in c. quia in omnibus, in fin. extra d. tit. & Io. Franciſc. Scaglion. in Rit. 20. & 21. num. 17. ac etiam Iul. Clar. in practic. crimin. libr. 5. in §. vſuras, verſ. Sed hic quæro, referens multa tradita per Didac. Couar. lib. variar. reſol. 3. cap. 3. num. 4. & infra cõcludensque vſurarium manifeſtum eum dici, qui palam & publicè artem feneraticiã exercet, ita vt excuſari per facti euidentiam non poſſit, & in hoc (teſte Didaco) omnes conuenire, vel ſi coram ſacerdote, & teſtib. ſe vſurarium eſſe confiteatur, vſurasque reſtitui mandauerit, vel ſi in iudicio ſe vſurarium cõfeſſus fuerit; vel denique ſi à iudice tãquam vſurarius condemnatus extiterit, vt per eum, reſpectiuè Socinum ſeniorem allegantem. Denique Franciſc. Viuius deciſ. 378. Maurus Antonius, num. 9. verſ. Sed ad hoc, libr. 2. & is tangit quis vſurarius manifeſtus dicatur, & nunquid declaratoria ſententia requiratur, concluditque ſententiam declaratoriam non requiri, ſed ſufficere, quòd probetur publicè ac manifeſtè pro vſurario habitum fuiſſe, idque ex communi ſententia de qua ipſe teſtatur fol. 503. & de eadem materia aliquid tangit opin. 1053. incip. Vſurarius manifeſtus, num. 11. lib. 3. vnde videtur redi dubia opinio Iacob. Menoch. in tract. de arbitr.

bitr. iudic. lib. 2. centur. 3. caſu 136. num. 32. qui ex intentione Federici de Sen. Abbatis, & Didaci, ſententiam declaratoriam requiri concludit. Quid dicendum? † Idem Iacob. Menoch. in præcitato loco, numer. 2. ex intentione Baldi in addit. ad Specul. in tit. de appellat. verſic. Nota quod priuilegium, voluit hoc iudicis arbitrio relinqui, quomodo tamen iudex ſuum regulare debeat arbitrium, nititur Menochius oſtendere ex varijs generibus probationum, quibus aliquem manifeſtum vſurarium probari poſſe exiſtimamus: vbi ſex probandi modos recẽſet, autoritatibus exornat, & tradit Ioan. Cephal. conſ. 402. Teſtator, num. 2. vſque ad num. 6. libro 3. Sed aduertendum eſt, hoc negocium ab arbitrio pendere, in quantum materia probationum iudici eſt arbitraria, l. 3. §. ideoque Diuus, ff. de teſtib. §. ſi verò tale aliquid, in auth. de inſtrum. cautel. & fid. Paul. de Caſtr. conſil. 163. Super primo dubio formato, col. 2. verſic. Breuiter cum iſta ſit, lib. 1. Paris de Put. in trac. Syndic. tit. de arbitrarijs eorum, num. 21. idem Menoch. lib. 2. centur. 1. caſu 9. num. 1. & 2.

Et ideo concludendum eſt, vſurarij manifeſti probationem à definitione manifeſti deducẽdam eſſe, vt inquam in omni probationis genere cui dicta definitio aptari poteſt, manifeſtus vſurarius oſtendatur, cui enim definitio cõpetit, & definitum cõpetere eidem neceſſe eſt, vt Abbas etiam concludere viſus fuit. Cęterum cum contractus vſurarius ex cõiecturis, & præ-
77 ſumptionibus diſcerni † poſſit, quæ nam ſint illæ coniecturę, ac clauſulę, ſiue pacta, quę nos ad huiuſmodi cognitionem conducunt, tradit Petrus de Anchar. conſ. 257. Si prædicta ſentẽtia, col. 2. verſ. Diſcutiendum eſt, ac etiam Ludouicus Roman. conſil. 423. Pro pleniori diſcuſſione, colum. 3. verſ. Vltra dubitatur, vt alios præteream.

78 Hic obiter quæro, nunquid pactum † de retrouendendo cum pretij modicitate faciant cõtractum vſurarium cenſeri? & quamuis digreſſionibus non multum delecter, cum tamen ſit quæſtio ſæpiſſime agitata, ac difficilis reſolutionis, ob autoritates maximas Doctorum contradicentium, & hincinde inuicem reluctantium, obſecro ne uideatur impertinens, ſi utilis fortaſ-
79 ſe digreſſio erit: Quòdque duo tantum † ſufficiant, pactum ſcilicet de retrouendendo, ac pretij modicitas, tenuerunt, Goffred. in Summ. de pignorib. in fin. Specul. in tit. de uſur. §. fin autem, Benedict. de Plumbino, in l. ſi tibi, §. rogaſti, ff. ſi cert. pet. Ioan. de Caſtill. Vincen. Epiſcopus in c. ad noſtram, de empt. & uendit. totumque Collegium Papienſe, ac Mediolanenſe, uiſa dicti Epiſcopi opinione, in eodemque c. ad noſtram, Anton. de Butr. Hoſtienſ. Innocen. Benedict. Capr. Ioan. de Anan. Abb. & Anton. de Burgos, num. 46. ubi etiam Io. de Imol. de communi atteſtans, Archid. in c. plerique, 14. q. 3. Alberic. de Roſat. in l. ab emptione, C. plus ual. quod agitur, ubi etiam Raph. Fulgoſ. dicẽs hãc eſſe communem opinionem, & Alberic. ſe ita obtinuiſſe, Bernard. in ca. conqueſtus, de uſur. ubi Ioan. de Anan. Paul. de Caſtr. in l. 1. in prin. C. de pignor. act. Cardinal. in Clemen. unic. de uſur. Ambroſ. de Vignate, in rep. c. ſalubriter, num. 111. & 112. extr. eodem tit. Raymund. in ſumm. de caſib. tit. de uſur. §. item quid ſi uendidi, Signorol. de Homod. in conſ. incip. In Dei nomine amen, certè ipſe Ioannes de Homod. egens pecunia, cui ſubſcripſere ſe Benedict. de Plumbin. Raph. Fulgoſ. Thadæus de Vicomercato, Proſdocimus de Comitibus, Io. Franc. de Capitibus liſtæ, Henric. de Allanio, Alexan. de Imol. & Benedict. de Doctorib. quos refert Veronẽſ. in trac. de Simul. contract. in 6. caſu prin. col. 2. ubi etiam ſubdit, bis idem cõſuluiſſe Anton. de Roſell. & ſe reperiſſe, quaſi plurimos legum, & canonum, uertices ita tenere, Bald. conſilio 464. Videamus, lib. 3. conſ. 133. Quidam, lib. 1. & melius, conſ. 205. Iacobus, lib. 2. Ang. conſ. 243. Pactum adiectum, in finalibus verb. uerſ. Caueat etiam dictus Rector, conſ. 55. In caſu præmiſſo, col. 2. uerſ. Nec obſtat, conſ. 99. In quæſtione quæ uertitur, in 5. dub. Ioan. de Anan. conſ. 58. Viſis inſtrumentis, ante num. 2. ubi de communi & approbata opinione, ibidẽque Bolognin. in addit. uerſ. Præterea ad confirmationem, dicens uerbum, Præſertim, in c. illo uos, de pignor. ſtare propriè pro maxime, quẽadmodum in dubio dici debet, Ludouic. Rom. conſ. 423. Pro pleniori diſcuſſione, colum. fin. uerſ. Quarto aduertendum, Paul. de Caſtr. conſil. 109. Viſa petitione prædicta, col. 1. uerſ. Vel quando concurrunt duo, lib. 2. conſ. 332. Viſa ſupraſcripta facti narratione, col. 2. num. 2. uerſic. Quòd autem, eod. uol. Ioan. de Imol. conſil. 55. In caſu præmiſſo, col. 2. num. 4. uerſic. Nec obſtat etiam prædictis, & conſ. 99. In quæſtione quæ uertitur, col. 2. ſub num. 5. uerſ. Sed certè uidetur, Alexan. conſ. 54. Circa primum dubium, col. 1. in princ. lib. 6. Chriſtophor. Caſtellion. conſil. 31. In facto proponitur, num. 2. 3. & 4. Bald. de Bartolin. conſil. 23. Viſis dictis contractibus, numero 6. inter conſil. Petri Philipp. Corn. lib. 3. & huic conſilio ſubſcripſere ſe Ioã. Petrut. de Monteſperell. Benedict. de Benedic. Nicol. de Vbal. & ipſe Corneus, Abb. conſ. 76. Tria ſuccintè uidenda, col. 2. in fin. uerſ. Et nõmirum, lib. 1. ubi inquit, dictum Iacob. de Aren. uolentis tria requiri eſſe talium, & iure non probari, conarique reſpondere textui in d. c. ad noſtram, ſed illi non reſpondere, imò in illius intellectu erraſſe, & in ſua reſponſione, ut expreſſe atteſtatur Ioan. Andr. in d. cap. illo uos, Dec.

conſ.

conſ.692. Viſo conſilio, num.2.& 3.vbi dicit, iſtam opinionem magis communem videri, & in dubio pro ſalute animę tenendum eſſe. And. Sicul.conſ.51.Scribit ſapientiæ fons Salomon, lib.1.Raph.Fulgoſ.conſ.133. In q.verſa coram D.Capitaneo Trigeſti,col.1.in fin.verſ. Ex prę dictis itaque duobus, Guid.Pap.conſ.180.Circa proceſſum,num.1.verſ.Et his ſic præſuppoſitis,Aym.Crauet.conſ.156. Iacobus, num.4. lib.1. dicens ita ſolere iudicare Cõſilium ciſmõ tanum Taurini,Pariſ.conſ.54.In præſenti cauſa,colum.7.num. 62. verſ. Tamen alia opinio, lib.1.vbi de magis communi, & conſ. 82. Pro veritate,num.37.lib.3.Stephan. Bertrand.conſil.86.Ponitur in facto, num.3.verſ. Et dictum pratum,vbi de communi,lib.1.conſ. 32. Pretij vilitas,col.1.in princ.lib.2.conſ.219. Cum ſciberem,col.1.nu.4.ante & poſt, vbi multos Doctores allegat,de magisque communi,ac ſequẽda opinione iudicando cõſulendoque teſtatur, lib.2.ſubdens pro hac parte ſtare gloſſam, quæ habet famoſiſſimos toto orbe Doctores,conſil. 236.Viſo proceſſu cauſæ, num.1.& 16. eodem vol.2.Thom.Ferrat.cautel.17.Magna eſt quæſtio inter Doctores, col.1.& 2. dicens pro hac parte adeſſe Doctores quàm plurimos ſupremæ autoritatis, magisque communem eſſe, & eam iudicando ac cõſulendo in effectu eſſe amplectendam ex tribus rationibus. Primò quia pro ea ſtat gloſſ.in d.cap.conquęſtus.Secundò, quia ex duabus opinionibus contrarijs illa eſt amplectenda, quæ in animæ fauorem tendit. Tertiò, nam duabus opinionibus inuicem pugnantibus illa præfertur,pro qua aliquod Collegium conſuluit; & pro hac parte nulli dubiũ eſt, collegium Papienſe,ac Mediolanenſe conſuluiſſe,Caſſador.in tit.de vſur.q.1.vbi teſtatur, ita Rotam Romanam obſeruare,Socin.iun.cõſil.104.De duobus,col.3.num. 13. verſ. Et eo ſecurius,vbi de communi, lib.3. Matth.de Affict.in c.1.col.1.tit.de feud.dat.in vic.leg.commiſſ.vbi affirmat ita ſeruari in Sacro Conſilio, ac ita conſuluiſſe celeberrimum Iuriſconſ. D. Antonium de Alexandro de Neapoli, & in deciſ.40.Caſus iſte,num.18. verſic. Et licet multi ſint Doctores,deciſ.336.Quidam nobilis Troilus Caracciolus,num.2.deciſ.339. Fuit pronũciatum in Conſilio, per totam deciſionem, & rurſus in deciſ.65. In cauſa,dicens D.Antoniũ de Alexandro,& D. Andream Mariconda retuliſſe,aliàs ſic Sacrum Conſilium iudicaſſe.Thomas Grammatic.deciſ.76.Magnifica Hippolyta Cantelma,num.30.& 31. dicens ſe non audere à cętu,& ſententia tantorum patrum nedum priſcorum,ſed etiam modernorum recedere,& ita Sacrum Conſilium iudicaſſe, num.34. rurſus Chriſtophor.de Caſtellion. in conſil. incip. Cum ab exordio.tituli poſterior formetur euẽ tus,quod eſt penes tract.de malefic.D. Bonifacij de Vitalinis,Caſſan.in cõſuet. Burgund. fol. 203.vbi quòd eſt communior, & ſanior opinio pro conſcientia; & quòd ita Parlamentum Pariſienſe conſuluit,Natt.conſ.198. Viſo & bene conſiderato themate, col.5. ſub num.8.verſic. Demum iſta opinio, vbi de magis communi, Rolan.de Vall.conſ. 40. Quòd inſtrumentum, num.42.lib.2.vbi magis communem opinionẽ eſſe dicit,atque indubitatam. & conſ.96. Viſo inſtrumento,num.3.& 19.verſ.Verum quia,eodem vol. ibique non inhærendo contrariæ ſententiæ,ad alias reſponſiones pertranſit,Io.Coraſ.lib.Miſcellan.3.cap.9. incip. Pactionem de retrouendendo,num.7.verſ. Cæterum nunc videamus,vbi de communi,fol.244.Baptiſt. Lupus in tract.de vſur. in 2. part. num.29. Capra in reg.87.numer.165.& 173.Petr.Nicol.Mozzius de diuiſione contract. in 4. artic. num.57. aſſerens hanc opinionem ſibi placere,licet poſt modum diſtinctionem attulerit,vbi multos allegat,deque magis communi meminit Anton. Gomeſ.var.reſol.lib.2.cap.2.num.27. Franciſ. Viuius opin.1029. Contractus emptionis, col. 2.verſ.In contrariam verò ſententiam,libro 3. fol. 142. ſcribens eſſe communem imò magis communem opinionem,veriſſimam & canonizatam, in practicaque obſeruandam, & quòd pro ea caſu eueniente ſemper ipſe iudicaret, ac conſuleret. Emanuel Suarez in lib. communiũ opin. in verb. Venditionis, num. 20. Michael Craſſ.lib.1.cap.13.q.8.Nicol.Boer. deciſ.182. Dico primo,num.10.col.2.in fin.verſ. Si vero, in 1.part.Hieronym.Gabriel.conſ. 74. Hieronymus Spannochius, num.3.lib.1.& pro eadẽ parte iudicauit Camera Imperialis teſte Ioachimo,in Obſeruat.62.centu.3.quam etiam ſequitur Io.Felix Minad.cõſ.28. Quo ad primũ, num.14.verſ. Adhuc tamen dicendum eſt, vbi de vera opinione teſtatur.

80. Sed quòd duæ præſumptiones tantum non ſufficiant,quinimò tres requirãtur, pactum ſcilicet de retrouendendo,pretij modicitas,& cõſuetudo fęnerandi,vel alia præſumptio,ſcripſere Iacobus de Aren. Petr.Cyn.& Salic.in l.emptione,C.plus val.quod agitur, vbi etiam Bal. in princ.poſt Odofred. Hoſtienſ.in tit. de vſur. §.qualiter,verſ. Vltimo, & in tit. de contrahen. empt.§.fin.verſ. Illud autem,vbi de communi, Petr.de Anchar.in c.ad noſtram,vbi etiam Hẽric.Boich.Innoc.Ægid.Petr.de Peruſ.& Cardinal.de empt. & vendit.Ioan.Andr.in d.cap.illo vos,de pignor. ibidemque Cardinal. Florenti. & Ioan.de Imol.rurſus Petr. de Anchar.in d.c. plerique,14.q.3. & in reg. peccatum, in 8.cart. q.10.referens Ioannem Calderinum dicere Canoniſtas in hoc concordare,Ioan.de Anan.in c. conquęſtus,de vſur.Cardinal. in Clem.1. §.fin.

q.18.

Digitized by Google

q.18.eod.tit. Rayner. de Petra forti in eius ſum ma, quem refert Archid. in d.cap. plerique, ante num. 2. verſ. Sed Raynerius, licet ipſe cum Innoc. pertranſeat, Laurent. de Rodulph. in cap. conſuluit, q. 60. d. tit. de vſur. vbi refert, quòd egregius Doctor, & magnus practicus D. Laurent. de Pinu, eius præceptor in d.c. illo vos, dicebat in practica illorum trium concurſum ſeruari, Bald. in c. 1. verſ. Iſti dicunt melius, in tit. de feud. dat. in vic. legis commiſſ. Salic. in l. cum allegas, vbi Bald. num. 9. C. de vſur. Alexan. in l. quoties, col. 2. C. de iudic. Ioan. Bapt. Cacialup. de S. Seuerin. in l. admonendi, num. 225. ff. de iureiur. Ludouic. Gozadin. in l. 2. num. 153. vbi etiam Hieronym. Cagnol. num. 13. inquiẽs veriorem opinionem eſſe, illamque roborans, C. de pact. inter empt. & vendit. Benedictus de Plumbin. in l. rogaſti, §. ſi tibi, ibique Dec. col. fin. & Franciſ. Curt. annotando, ac ante eos Caſtrenſ. Iaſ. col. 3. verſ. Nota multum, & Soc. ad fin. ff. ſi cert. pet. ubi etiam Ioan. Franciſc. Purpur. num. 70. Lapus de Caſtell. in rep. c. fin. de iur. iur. ubi quoque Marian. Roſar. Io. Rugier. in rubr. de cauſ. poſſ. & propr. fol. 6. Anton. Caius ad Aret. in §. ſequitur, ante num. 32. Inſtit. de except. dicens ſe pluries ſecundum hanc opinionem conſuluiſſe, & obtinuiſſe, ac eſſe magis communiter receptam, And. Tiraquell. in trac. de retract. conuent. in præfat. numer. 5. aſſerens Doctores in longè maiori numero ita tenere, Fabian. de Monte in tract. de empt. & uendit. in 7. q. princ. Bald. conſ. 133. Quædam mulier, colum. 2. poſt med. lib. 1. conſ. 205. Iacob. de Arena, lib. 2. conſ. 464. Videamus ſi ex iure D. Epiſcopi, col. 2. lib. tertio, conſ. 111. Hunc paſſum tãgit Archid. & conſ. 361. Verba Bartoli, poſt medium lib. 5. Paul. de Caſtr. conſ. 74. In cauſa mota per D. Dorotheam, col. 2. num. 2. & col. tertia, uerſ. Quarta reſultat præſumptio, lib. ſecundo, in nou. quod eſt conſ. 330. in antiq. Alexan. conſ. 109. Viſo proceſſu, col. fin. num. 17. uerſic. Nec contractus, ubi de magis communi, lib. 4. conſ. 28. In cauſa & lite, col. 2. num. 4. uerſ. Nec obſtat, lib. 5. Iaſ. conſ. 21. Venerabilis ac clariſſime Domine, col. 2. num. 4. uerſic. Cum in caſu noſtro, lib. 1. conſ. 151. Videretur prima conſideratione, ſub num. 1. uerſ. Sed præmiſſis non obſtantibus, lib. 4. conſ. 153. Circa primum, col. antepen. uerſ. Non obſtat etiam dum dicebatur, eod. uol. ubi de receptiori ſententia à qua iudicando non ſit recedendum. Socin. ſen. conſilio 155. Præſtantiſſime Doctor, col. pen. in fin. uerſic. Primo quod in terminis, ubi de magis communi, dicens hanc partem tenuiſſe ſuum genitorem plenè diſputando, in tract. de uſur. quem incepit, ſed non perfecit, in 6. prin. q. in 12. q. in 2. caſu, lib. 3. & conſ. 248. Nunquid ex duabus præſumptionibus, in princ. & per totum, in ult. part. dicens his tribus concurrentibus omnes inclinare, vt contractus ſit vſurarius, Petrus de Anchar. conſ. 257. Si prædicta ſententia, col. 2. circa med. Corn. conſ. 224. Quamquam in hac conſultatione, col. 2. num. 2. verſ. His tamen nõ obſtantibus, libr. 1. conſ. 241. Cum quod præmittendum, col. 1. eod. vol. dicens hanc communem opinionem eſſe, & conſ. 347. Viſa copia petitionis, col. pen. & fin. verſ. Alia opinio eſt, pariter, d. lib. 1. Dec. conſ. 167. In cauſa, colum. 2. verſ. Non obſtat ergo dum ſupra, vbi de magis communi, conſ. 170. Viſo themate, col. 3. verſ. Et dato, conſ. 308. In caſu, col. 1. num. 5. verſic. Sed ad hoc reſponderi poteſt, de crebriori atteſtans, & conſ. 648. Pro reſolutione, col. 2. num. tertio, vbi idem affirmat Socin. iun. conſ. 50. Viſo inſtrumento, num. 2. inquiens receptiorem, verioremque ſententiam eſſe, profitensque ab ea conſulendo, & iudicando recedendum non eſſe, lib. 1. conſ. 27. Sequendo ordinem, nu. 34. lib. 4. vbi de eadem veriori, receptiorique opinione meminit, Carol. Ruin. conſ. 16. Circa primum de quo quæritur, col. 4. num. 11. lib. 4. conſil. 66. Quia dubia proponuntur, num. 9. col. 3. eod. vol. Alex. de Neuo conſ. 95. Caſus talis eſt, col. 11. num. 21. verſ. Et licet ſit dubium, de communi opinione atteſtans, Cotta in memora lib. in verb. Pactum de retrouendendo, in 2. par. in fin. magis communem ſententiam eſſe aſſerẽs, Nicol. Boer. conſ. 12. Viſis litteris, num. 7. verſ. Præterea quia vox, vſque ad num. 9. Hieronymus Grat. conſ. 39. Viſis elegantiſſimis dubijs, in princ. de magis communi teſtificans, libr. 2. conſ. 157. Cum ea, num. 2. & 3. vbi idem ſcribit, eod. vol. S. Antonin. Archiepiſc. Florent. in ſua Summ. in 2. par. tit. 1. de vendit. ad termin. num. 88. Angel. de Clauaſio, & is in eius Summ. in verb. Vſura, verſ. 66. Petr. de Ferrar. in Practic. in form. libelli in cauſa vendit. colum. 2. ante fi. verſ. Aliqui tamen requirunt tertium, Veronẽ. in tract. quem inſcripſit, magno viro Hermolao Barbaro Veneto, ſcilicet de ſimulat. contract. in 6. caſu, col. 4. verſ. Et licet, dicens maximę autoritatis Doctores hanc partem tenere: & ſecundum eam vidiſſe conſultum per multos præclariſſimos Doctores Canoniſtas, ſeque eandem opinionem pro veriori ſemper tenuiſſe allegando, & conſulendo, tuncque ſe illam tenere, & ſi caſus occurriſſet ita conſulendum iudicandumque cenſuiſſet: eadem enim opinio non ſolum autoritatibus plurib. & maximis coadiuuatur, ſed etiam plurimis probabilibus, ac potioribus rationibus comprobatur, multaque inducit, vt per eum. Anton. Gabriel. in ſuis concluſionib. tit. de præſumpt. concluſ. 6. numer. 12. Ioan. Neuiz. conſ. 88. ſub num. 3. Natt. conſ. 586. Ex inſtrumentis exhibitis, num. 2. libr. 3. Iacob. Nouell. regul. iur. 153. in verb. Pactum de retrouendendo,

dendo,Andr.Barbat.conſ.76. col.4.lib. 3.Nouiſſ.Pariſienſ.ad Alex.conſ.54. Circa primum dubium,in addit.num.1.in verb.Duabus,libro 6.& in tract.de vſur.q.56.num.392. Anton.de Alexandro inter conſil. Sigiſmundi de Loffredi in conſ.vltim.num.31.in fin.& idem ſenſiſſe videtur Ioan.Anton. de Nigr.in c.pro publici, num.23.ibi, Si alia non concurrant in fraudem vſurarum,fol.204.col.4. hanc eandem opinionem ſequuntur, Ioan. Cephal. conſ.288.Spectabilis Dominus Franciſcus,numer.36.& 37. quam communiorem eſſe ſcribit,lib.2. & conſ. 496.Illuſtris D.actor,num.48. vbi de eadē magis communi meminit,lib.4.Franciſcus Burſat. de magis vera,& communiori Scribentium cōcluſione atteſtans,conſ.117. Quòd contractus, num.12.verſ.Nec vltimum,lib.tertio,Rolan.de Vall.conſ.58.Reuocatur in dubium, num.10. verſ.Ideo primo loco,lib.4.Auguſtin. Bero.cōſil.165.Quid iuris ſit,num.24.verſ. Non obſtat ſecundum,lib.1.conſ.166. Viſo inſtrumento vē ditionis,colum.1.num.4.verſ. Et ideo,eod.vol. conſil. 169. In cauſa nobilium de Muzzarellis, col.5.verſ.Præterea quamuis,pariter d. lib.1.& conſ.212.In præſenti cauſa,num.4.col.1. & nu. 6.colum.2.lib.tertio,Ioan. Crot. conſ.141.Veriſſima eſt concluſio, num.5. verſ. Comprobatur hoc,lib.1. & poſt Pancirolum, Decianum, Iacobum Berettam, & alios multos, ita tenet eruditiſſimus ac celeberrimus Iuriſconſ. Iacobus Menoch. conſ. 358. cum alijs præſtantiſſimis Iuriſconſultis,col.1.lib.4.dicens num.2.nō obſtare, quòd ab hac ſententia diſcrepent alij permulti affirmantes duo ſufficere, nempe pactū de retrouendendo,& modicitas pretij,quos (inquit)longa ſerie enumerat Riminal.iun.cōſil.218.num.122.lib.2. quia ſi diligenter auctores ipſi enumerentur, hæc videtur magis recepta,quam etiam probauit frequenter, in tract. de arbitrarijs iudic.quæſt.lib. 2. centur.3. caſu 217.incip.Diſputatio eſt,num.3.fol.214. & in tract.de præſumpt.libro tertio, præſumpt.122. num.31.verſ.Secunda fuit opinio,in 1.part. vbi multos citat,& de magis communi fidem facit, fol. 228. & quamuis rationibus per Cepollam allegatis reſpondere videatur,cum tamen ſit vltima eius opinio, dixeritque ipſam in d. tract. de arbitrarijs probaſſe, ſic iudicio meo præclariſſimus Menochius intelligendus erit; deniq. vt alios prætermittam, cum præcitatis Doctoribus pertranſit Octauian.Oſaſc. deciſ.42.Quæſitum pariter fuit,per totam.

81 Quòd duo nec tria † ſufficiant, ſed aliæ conjecturæ etiam requirantur, videtur ſenſiſſe Cepoll.in d.tract.de ſimulat.contract. nume. 105. apertius Corn.conſil. 224. Quamquam in hac conſultatione,col.2.verſ.Quinimo multi,lib.1. vbi dicit, ita ſentire Iacob. de Aren.& Cyn. in d.l.emptione, Petr. de Peruſ.& Cardinal.in d. cap.ad noſtram,vt ibi eos refert Ioan.de Imol. Io.And.in d.c.illo vos,quem refert Petr.de Anchar.d.conſ. 258. & Corneus ſic etiam intelligit Bald. in d. l. emptione, & ab eodem Corn. non videtur fortaſſe vſquequaque diſſentire Iacob.Menoch.d.conſ.358.col.2. num. 3.libr.4.

82 Sed hæc tertia opinio † periculoſa eſt, & Corneus viſus fuit multum animoſe cōſulere, nam ſi tria concurrant, quòd non ſit hæſitandum, ſitque receptiſſima Legiſtarum, Canoniſtarū, ac Theologorum ſententia,concludit ipſe Menoch.in d.tract.de præſumpt.in 1.par.lib.3.præſump.122.nu.29. verſ. Decimus eſt caſus,poſt Didac.Couarr.var.reſol.lib.3.c.8.nu.4.verſic. Nam hæc tria.

Quarta illorum fuit opīnio, qui exiſtimarūt

83 iudicis † arbitrio relinqui an duo tantum pactū ſcilicet de retrouendendo, & pretij tenuitas arguere poſſint cōtractum ſimulatum eſſe,in qua reſident,Alexan. conſ.119. Sine diſputatione, col.fin.in finalib.verb.lib.4.Corn.conſ.4.Multum diffuſe, col.3.num.4.verſ. Sed quia communiter,& num.quinto, verſ.Et propterea nō eſt mirum,lib.1.Neuiz.conſ.88.num.4. Didac. Couar.var.reſol.d.cap.8.num.4.verſ.Cęterum ad ſedandam,Ioan.Bapt.Lup.in l.2.in 2. part. §.1.num.29.verſ.Illud tamen,C.de pact. inter empt.& vendit.eandemque opinionem probat conſultiſſimus, ac eximius Doctor Iacob. Menoch.de præſumpt.d.lib.3. præſumpt.122. numer.40.verſ.Tertia facit opin.vbi inquit,quòd prudens iudex diligenter conſiderabit pretij tenuitatem,qualitatem perſonæ emptoris, naturamque ipſius contractus,& Pariſ.conſ. 54. In præſenti cauſa,ſub num.63.lib.1.tenuitas enim pretij tanta eſſe poſſet, vt facile cōijceret iudex contractum vſurarium eſſe,ſicuti conſuluerunt Paul.de Caſt.conſ.306. Quamquam longa ſit, colum.pen.num.5.verſ.Ad hoc autem, libro 2. Alex.conſ.54.Circa primum dubium, col.1.in princ.verſ.Et ſic nil aliud,lib.6. Aym. Crauett. conſ.156.Iacobus,num.8.Couar. lib.3.var.reſol.d.c.8.num.4.Oſaſc.d.deciſ.42.col.fin.verſ. Contrarium.

Perſonæ qualitatem iudex perpendet, non idem enim de ruſtico,quod de alio verſuto mer

84 catore ſentiēdum erit,vnde in ruſtico † illa duo non ſufficerent, vt ſcribunt Natt. d.conſil.586. Ex inſtrumentis exhibitis,num.7.lib.3. Iacob. Menoch.de præſumpt.in 1.part. libro 3.d.præſumpt.122.num.40.idemque aſſeruere Fulgoſ. in l.cum allegas, C.de vſuris,Iaſ.in l.iuris ignorantia, num. 4.verſ. Per quam gloſſ.C. qui admitt.in l.ſi quis id quod,in 5.not.num.32.verſic.Per quam inferebat vtiliter Fulgoſius,ff. de iuriſdict.omnium iudic.dicens Raphaelis concluſionem eſſe valde notandam ad limitationē

not.

not. in d. c. ad noſtram, de empt. & vendit. & in c. illo vos, de pigno. Cur. iun. in l. ſi quis maior, col. 4. verſ. Secunda dubitatio, C. de tranſact. Bartolom. Cepoll. in tract. de ſimul. contract. in 6. caſu princ. col. 6. Afflic. in d. c. 1. col. 9. de feud. dat. in vic. l. commiſſ. Thom. Ferrat. cautel. 17. Magna eſt q. col. 3. verſ. Dic quòd cautela eſt, & verſ. Et inter alios effectus, Andr. Tiraquell. in tract. de retract. conuen. in prę fat. numer. 34. Didac. d. cap. 8. num. 4. in fin. Io. Bapt. Lup. in d. l. 2. in 2. part. §. 1. num. 30. Franciſcus Rip. in tract. de peſt. in 3. partic. 2. part. princ. nu. 206. Hieronym. Cagnol. in prę citata l. 2. numer. 54. verſ. Et hę concluſio, C. de pact. inter empt. & vendit. ac rurſus Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quę ſt. lib. 2. centur. 2. caſu 194. Quoniam ſuperiore caſu, num. 47. Quòd autem propter iu-
85 ris ignorantiam † ruſticus à prę ſumpta fraude excuſetur, dixit gloſſ. in d. l. cum allegas, quam Bald. ibi in 4. oppoſ. valde extulit, Natt. d. conſ. 586. nu. 6. libr. 3. Proinde regula illa, quòd qui
86 contra iura † mercatur, in dolo prę ſumitur, l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſit. lib. 11. fallit in ruſtico, vt ſenſiſſe videtur gloſ. in l. 1. C. non lic. habit. metrocom. eod. lib. Cor. cõſ. 147. Quia cauſa, col. 2. lib. 2. Io. Bapt. Cephal. conſ. 808. In cauſa Bernardini Tini, nu. 82. inter cõ-
filia ſui genitoris, libr. 5. Quod tamen de iuris
87 ignorantia † in ruſtico ſimplici procedit, l. 1. in fin. ff. de eden. ſecus ſi ruſticus ſagax ſit, ſiue (vt Bald. inquit) ſquadratus, l. athletę, §. fi. ff. de excuſ. tut. Franciſ. Rip. in d. trac. de Peſte, nu. 221. verſ. Scias etiam, Dec. in d. l. ſi quis id quod, numer. 34. de iuriſdict. omn. iudic. in c. ſuper litteris, nu. 7. in fin. de reſcript. & ibi Bero. num. 66. Ludou. Gomeſ. in §. item Seruiana, nu. 30. Inſtit. de act. Plot. in l. ſi quando, nu. 443. C. vnd.
88 vi. Qui verò ſagaces, vel ſimplices † ruſtici ſint, iudicis arbitrio committitur, vt dicit Io. Bapt. Lup. in d. §. 1. n. 30. & ſcribit Menoch. tum in d. centur. 2. lib. 2. caſu 194. nu. 4. tum in d. tract. de prę ſumpt. lib. 3. prę ſumpt. 122. ante nu. 41.

Qualitatem etiam contractus ipſe iudex prudens conſiderabit, nam etſi donationis vicem in ſolutum datio obtineat, attamen durius in ea
89 exerceri ſęnus prę ſumitur, quam † vbi ipſa pecunia numeratur, ſecũdũ Fulgoſ. conſ. 133. In quę ſtione verſa, col. 1. in fin. verſ. Sed illud animad uerſione digniſſimũ eſt, & col. 2. in fin. verſ. Secundus caſus, Dec. conſ. 18. Viſo puncto, col. 2. ante nu. 4. verſ. Et ad hoc ſpecialiter, conſ. 167. In cauſa quę coram Reuer. Vicario, col. 2. in fi. verſ. Tertio reſpondetur, dicens iuxta illud conſilium Fulgoſij, ſe aliàs Florentiæ conſuluiſſe, conſil. 308. In caſu ad nos tranſmiſſo, col. 2. nu. 6. verſ. Secundo quia hic agitur, conſ. 543. In caſu propoſito, colum. 1. in princ. verſ. Et de pacto de retrouendendo, Iaſ. conſil. 150. Videretur prima conſideratione dicendum, col. pen. num. 2. verſ. Secundo & fortius, lib. 4. & conſil. 151. Contra conſultationem, col. 2. verſ. Pro eadem parte, eod. vol. Pariſ. conſ. 92. Angelus, nu. 66. in fin. lib. 3. Franciſc. Burſat. conſ. 117. Quòd contractus, num. 8. verſ. Tum quia, lib. 1. Andr. Tiraquell. in tract. de retract. conuent. in prę fat. num. 27. Menoch. d. præſump. 122. num. 42. lib. 3. Hieronym. Cagnol. in d. l. 2. num. 54. verſic. Item pariformiter, C. de pact. inter empt. & vẽdit. & Io. Cephal. conſ. 288. Spectabilis D. Frãciſcus Maſſa, num. 37. in fin. verſ. Et ſtante eo, libr. 2. Quicquid in contrarium dixerint, idem Pariſ. ſibi parum conſtans, conſ. 54. In præſenti cauſa, num. 82. libr. 1. quando tamen tria concurrerent, non duo vt per eum, Caſſador. deciſ. 2. tit. de vſur. & non obſtantibus, quæ ſcribunt, Ang. conſ. 243. Pactum adiectum, in fin. verſic. Caueat etiam, & Io. de Imol. conſ. 98. In quæſtione quæ vertitur, ſub num. 13. verſ. Præterea dicta adiudicatio, ac conſ. 99. eiuſdem initij, colum. 2. num. 5. verſic. Quintum dubium, quòd inquam in datione in ſolutum ſęnus committatur, & præſumatur, quod prout negari nequit, ita verum eſt, non ita de facili ſęneris præſum-
90 ptionem † in hoc contractu oriri, quemadmodum ſi pecunia præſente contrahatur, vt declarat Didac. Couar. d. cap. 8. variarum reſol. numer. 5. qui hoc etiam iudicis arbitrio relinquit, ſicuti facit Ioan. Bapt. Lup. d. §. 1. numer. 33. ac etiam Iacobus Menoch. d. præſumpt. 122. numero 43.

Quid erit ſuper hoc anfractu Doctorum, & opinionum dicendum? apertum certè eſt, opinionem gloſſ. in d. cap. conqueſtus, Goffredi, & aliorum, vt duo tantum ſufficiant, hodie etiam magis communiter receptam eſſe, quod Hieronymus Cagnol. in d. l. 2. de pact. inter empt. & vendit. ante num. 51. verſic. Et quamuis, ſatis enucleatè oſtendit, licet contrarium ipſe ſenſerit, inquiens quòd etſi in prima editione illius repetitionis tenuerit contrariam magis communem eſſe quam ipſe ſequitur, tamen in ſecunda editione maiori ſtudio chartis reuolutis, ponderatisque Doctoribus inuicem contrariã tibus, confitetur opinionem gloſſę crebriorem, & magis communiter approbatam eſſe, ac tutiorem animæ videri; quæ probatur in dicto capit. ad noſtram, de empt. & vendit. & in dicto cap. conquęſtus, de vſur. quibus iuribus non admodum congruè, reſponſum ab ijs extitit, qui intelligentiam ipſorum exactius conſiderare profeſſi ſunt, vt Abb. dicebat; proinde ego non auderem alias opiniones indiſtinctè amplecti, & hanc tutiorem communioremque relinquere: Verum quia vtrinque de crebriori teſtantur, vtrinque etiam ſtant grauiſſimi viri, licet longe plures pro prima, non erit abſurdum

excommunicato competat remedium, l. diffamari, C. de ingen. & manumiſſ. Io. de Anan. in c. dura, col. 3. de crimin. falſ. tenuit, quòd ſic, ex quo ad finem defenſionis agere appellare, ac excipere non prohibetur. Contrarium autem
97 † tenent, Anton. de Butr. Abb. Io. de Imol. Fel. col. 6. Dec. col. pen. & Pariſ. col. fi. in c. cum inter, de except. quia excommunicato non datur facultas comparendi in iudicio, niſi quando de defenſione eius neceſſaria agitur, cap. intelleximus, de iudi. & d. c. cum inter, ſed hoc caſu licet propter diffamationem ſtimulatus ad iudiciũ veniat, non tamen accedit pro neceſſaria defenſione quemadmodum in excommunicato requiritur, ſed voluntariè ſeſe offert: Cæterũ contra ipſum excommunicatum bene remedium dictæ legis intentari poterit, quia pro reo habetur, cum agere neceſſitetur, ita Fel. in d. c. intelleximus, col. pen. poſt Innoc. & Anton. de Butr. Georg. Natt. in Clem. Sępe, colum. 35. de verb. ſign. ne quod contra ipſum excommunicatum indictum fuit, in ipſius commodum, atque fauorem reflectatur. Per iudicem tamen à limine iudicij repelli poſſet, cum verſetur animæ periculum, & fauor publicæ vtilitatis, non attenta, nec conſiderata diffamati volũtate, vt per Dec. poſt alios Canoniſtas in d. c. cum inter, colum. pen. vbi etiam Petr. Paul. Pariſ. pariter col. pen. & quòd dictum remedium, l. diffamari, excommunicato & bannito non competat, tradit Oſaſcus deciſ. 151. Vulgaris vertitur quæſtio, col. 3. nu. 7. verſ. Et ex hoc infert.

Inſuper quæro an excommunicato ius retra-
98 ctus † competat, & quòd agenti hoc iure exceptis excommunicationi obijci poſſit, concludit Andr. Tiraq. in tract. de retract. Lign. §. 1. gloſſ. 9. nu. 276. verſ. Igitur vt concludamus, fol. 221. Vtrum excommunicatus poterit nullitatem opponere, hoc pendet ab illo articulo, nũquid nullitatis oppoſitio, defenſio ſit, vel offenſio, & Hoſtienſ. in c. ſignificauerunt, de except. defenſionem eſſe arbitratur; Sed Io. And. in nouell. ibi, & in c. 1. in fin. de reſcript. in 6. contrariũ tenuit, ſcilicet, quòd nullitatis allegatio ſit offenſio, Bald. in hoc variauit, Fel. in d. c. ſignificauerũt, dicit opinionem Io. Andreæ communem eſſe: pro reſolutione videndus eſt Matth. de Afflict. in conſtit. Ab omnibus, num. 11. in 4. not. verſ.
99 Sed quæro, vbi reſidet † in opinione Io. Andr. quòd inquam ſit offenſio, dicens ipſam eſſe veram: Niſi quando ſententiæ nullitas opponeretur per ipſum cõdemnatum aduerſus eius executionem, tunc enim defenſio diceretur, vt firmat Abb. in d. c. ſignificauerunt, & quòd excõ-
100 municatus ab oppoſitione nullitatis † repellatur, poſt multos quos citat, tradit Sebaſtianus Vant. in tract. de nullit. ſentent. in tit. Quis poſſit dicere de nullit. in 4. & vltim. limit. num. 30. vbi hoc limitat, in cauſa in qua excommunicatus eſſet reus, nam excipiendo, & ad ſui defenſionem, etiam ſuper nullitate excommunicatus audiretur, Bald. in c. intelleximus, de iud. Alex. in l. de pupillo, §. ſi procurator, circa fin. ff. de nou. oper. nunc. An autem excommunicatio
101 populorum † ad confœderatos extendatur, & ſic, in c. 1. vbi Abb. poſt gloſſ. de poſtul. præl. Federic. Scotus in rubr. d. tit. de nou. oper. nunc. fol. 20. Excommunicatorum cętui aggregari Turcis ſubſidium belli tempore deferẽtes cum
102 ijſdemque matrimonia † incuntes, indubitati iuris eſt, c. quod olim, de Iudæis, hi omnes in cęna Domini excommunicãtur, Ang. de Clauaſ. in Summ. in ver. Excõmunicatio, caſu 21. imò etiam pacis tempore, ſi ea intentione, vt Turcæ muniãtur, id fiat, Capic. deciſ. 150. Dubitatum eſt, num. 4.

Sed nunquid excommunicatis ſecundum iura iſtius Regni pœna aliqua irrogetur? & vtiq. ex diſpoſitione c. Regis Caroli II. quod incipit, Si quis excommunicatione, nu. 163. ſi Comes
103 nominatim † excommunicatus fuerit, & per annum in excommunicatione permanſerit, vncias viginti quattuor pro pœna Regiæ Curiæ perſoluet, ſi Baro duodecim, ſi miles ſex, ſi Burgenſis tres, ſi ruſticus vnciam vnam cum dimidio; & ſi ſecundo anno perſteterit in duplum, ſi tertio in triplum, & deinceps punietur, Lall. de Tuſcia in conſtit. Incõſutilem, nu. 13. Matth. de Afflict. in conſtit. Pœnam eorum, in 2. not. num. 2. Iul. Ferrett. in tract. de iuſt. & iniuſt. bello, num. 199. fol. 40. Excommunicatique con-
104 temnentes † excommunicationem, à ſacerdoteque ſemel, bis, vel ter admoniti, in eaque per durantes per iudicem ſæcularem feudo priuari poſſunt, gloſſ. in c. præceptum, 32. q. 5. Atflict. in d. conſtit. Pœnam eorum, d. num. 2. Lall. de Tuſcia in d. conſtit. Inconſutilem, d. num. 13. Et ideo Prælati debent tales in excommunicatione perſeuerantes Regiæ Curiæ denunciare, vt in alio c. Regis Caroli II. in planitie S. Martini, incip. Item ſtatuimus, numer. 102. & circa materiam priuationis feudi, latè per Aluarott. in prædallegato conſilio inter reſponſa Alberti Bruni ad caſus feudales in d. 1. vol. Cumque excommunicati vtranque teſtamenti factionẽ actiuam, ſcilicet & paſſiuam retineant, vt in prędcedentibus demonſtratum extitit, ipſos profi-
105 cere † ad extinctionem, & defectum tacitę, vel expreſſę conditionis, ſi ſine liberis deceſſerit, cõcludendum eſt. Vltimò quæro, ſi mulier prægnãs fuerit, & excommunicetur, an partus etiã
106 erit excommunicatus? quod non † inquit Bal. in l. & ſeruorum, §. ingenui ſunt, num. 5. in vlti. not. ff. de ſtat. homin. quia matris exilium partui non nocet, vt ibi.

HYPOTHESIS.

Quantæ impietatis ſit hæreſis, & quàm grane ac deteſtandum ſit crimen, elucidari; Et c. ſtatutum, il 2. §. fin. de hæretic. in 6. necnon, l. quisquis, C. ad l. Iul. maieſt. l. 2. C. de liber. & eor. liber. ac l. Senatoris filius, ff. de Senat. veris intelligentijs reſtitui.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticos excommunicatos eſſe.*
2 *Hæreſis verbum declarari.*
3 *Hæreſis verbum hodie infame eſſe.*
4 *Hæreticos liberorum appellatione non comprehendi.*
5 *Hæreticorum bona ipſo iure confiſcari.*
6 *Hæreticorum bona, vt publicentur, ſententiam declaratoriam requiri, ipſamque poſt mortem hæreticorum proferri poſſe.*
7 *Hæreticis à die commiſſi criminis omnium bonorum adminiſtrationem interdici.*
8 *Hæreticos pupillariter filijs ſubſtituere non poſſe.*
9 *Hæretici emancipationem poſt incurſam hæreſim non tenere, cum à patria poteſtate exoluantur.*
10 *Hæreticis, à priuatis fidem ſeruandam non eſſe.*
11 *Hæreſis crimen licet capitale ſit, tranſactionem non admittere.*
12 *Hæreticam mulierem, priuilegium tacitæ hypothecæ perdere.*
13 *Hæreticæ mulieri Velleiani beneficium non competere.*
14 *Hæreticis, S. C. Macedoniani beneficium tanquã odioſum relinqui.*
15 *Indicia facilius in crimine hæreſis aſſumi, vt tormentis hæretici ſubijciantur, & qualia eſſe debeant, num. 16. ac quomodo probanda ſint, numero 17.*
18 *Iudicem in crimine hæreſis ex præſumptionibus hæreticum cõdemnantem, pœnam moderari aliquantulum debere: ibidemque de indicijs adiecturam, ad conuincendum, & cõdemnandum in illo crimine, ſed remiſſiuè.*
19 *Teſtes ſingulares ad hæreſis crimen in genere probandum ſufficere.*
20 *Hæreſis crimen publicum, exceptuatum ab alijs criminibus, rationeque eius immanitatis priuilegiatum eſſe.*
21 *Hæreſis crimen læſæ maieſtatis crimini non ſolũ æquiparari, ſed longè atrocius, deteſtabilius, atque horribilius eſſe, læſaque Maieſtatis Diuinæ crimen non immeritò appellari.*
22 *Maieſtatem Diuinam ladere longè grauius eſſe, quàm humanam ac temporalem.*
23 *Teſtes in crimine hæreſis conteſtes eſſe, iuxta l. ſi. C. famil. erciſc. oportere.*
24 *Teſtes qui aliàs repellerentur, in hoc hæreſis crimine admitti, ipſiſque quando credatur indicari.*
25 *Inimicum in crimine hæreſis ad accuſandum admitti.*
26 *Inimicum in ipſo hæreſis crimine in teſtem admittendum non eſſe. Et non ſolum verum inimicũ, ſed nec præſumptum, nu. 28.*
27 *Repulſam teſtium in eodem hæreſis crimine admitti.*
29 *Teſtes debere dum diſputatur an aſſertio ſit hæretica, de verbis formalibus deponere.*
30 *Probationes in hoc crimine hæreſis luce meridiana clariores requiri.*
31 *Hæretico ſpoliato, & recuperanda remedio agẽti, exceptionem hæreſis obſtare, ipſumque nequaquam reſtitui.*
32 *Tirannum aduerſus hæreticos, legitimè iuriſdictionem exercere.*
33 *Filijs hæreticorum etiam orthodoxis exiſtentibus, bona eorundem patrum hæreticorum confiſcari.*
34 *Filios orthodoxos hæreticorum, etiam ante incurſam hæreſim progenitos, ſucceſſione priuari ſecũdum vnam opinionem; Sed contrariam verioré, atque æquiorem eſſe, nu. 46. & 51.*
35 *Cap. ſtatutum, il 2. §. fi. de hæretic. in 6. declarari.*
36 *L. quisquis, C. ad l. Iul. maieſt. interpretari, & infra num. 45.*
37 *Interpretationem paſſiuam in æquiparatis reſpectu pœnæ non procedere.*
38 *Cap. vergentes, de hæretic. intelligi, & nu. 39.*
40 *L. quisquis, C. ad l. Iul. maieſt. diſpoſitionem contra filios, etiam ante crimen natos procedere ſecundum vnam opinionem: Sed aliam ad liberorum fauorem, æquiorem & communiorem eſſe, numero 41.*
42 *L. quisquis, C. ad l. Iul. maieſt. contra filios diſpoſitionem reſtringendam eſſe: proindeque ad filias eius pœnas non extendi.*
43 *Extenſionem de perſona ad perſonam in pœnalibus, vbi de odio irrationabili ageremus, ſcilicet quòd vnus pro alio puniatur, non fieri.*
44 *L. quisquis, C. ad l. Iul. maieſt. diſpoſitionem, contra filios non procedere, niſi crimen læſæ Maieſtatis contra Imperatorem, vel Romanam Rempublicã committeretur.*
46 *Rationem eandem, idem ius ſtatuere etiam in pœnalibus.*
47 *Pœnalem diſpoſitionem ex mente diſponentis extenſionem recipere.*
48 *Rationem & mentem idem eſſe.*
49 *Rationem qua filij hæreticorum ob paternum crimen puniuntur, duplicem eſſe, ipſamque declarari.*
50 *Argumentum à naturali ratione deſumptum valere.*

Leges

Digitized by Google

51 *Leges nouas ab antiquis ſuper eadem materia promulgatis legibus limitari ac reſtringi: præſertim vbi de antiquis iuris correctione tractaretur, etiam ſi in lege noua, clauſula non obſtantibus adeſſet.*

52 *Pœnas in alicuius odium introductas, ad heredes tranſmiſſibiles non eſſe, patriſque delictum filijs non nocere.*

54 *L. 2. C. de libert. & eor. liber. explicari.*

55 *Cap. non imputantur, 1. q. 4. interpretari.*

56 *Nec, dictionem, copulatiuam, & implicatiuam eſſe.*

57 *Nec, dictionem, inter diuerſa conſtitui.*

58 *Nec, dictionem, aliquando poni declaratiuè ad præcedentia, & quando.*

59 *Filium natum ante patris dignitatem illius dignitatem, ſecundum vnam opinionem non cõſequi, ibidemque id explicari.*

60 *L. Senatoris filius, ff. de ſenat. intelligi.*

62 *Parentum delicta filijs ante progenitis nequaquã imputari.*

63 *Hæretici bona confiſcata ad quos ſpectent diſcuſi, & octo opiniones afferri.*

64 *Conſtitutiones Papales dũ decernunt, vel aliquid edicto præcipiunt, vim legis obtinere.*

65 *Conſuetudinem in primis vim legis in pœnis obtinere.*

66 *Filijs catholicis & orthodoxis hæreticorum, nec legitimam reſeruari, quinimò nec in vno nummo poſſe ſuccedere.*

67 *Filijs, alijſque hæreticorum deſcẽdentibus, vſque in ſecundam generationem beneficia, & officia eccleſiaſtica denegari, illorumque incapaces remanere.*

68 *Mulierem propter adulterium dote priuari: Niſi maritus etiam adulterium commiſerit: Vel niſi adulterium per metum commiſſum fuerit.*

69 *Mulierem ob adulterium non ſolam dote, verum etiam bonis paraphernalibus priuari.*

70 *Mulierem etiam propter oſculum luxurioſum dotem amittere ex crebriori opinione.*

71 *Oſculo ſolo pudicitiam mulieris delibari, veteres credidiſſe.*

72 *Sponſum deoſculantem ſponſam, dimidiam partẽ rerum donatarum ob ſponſalitiam donationem, ſponſalibus irritis lucrari.*

73 *Mulierem ex oſculo dote non priuari, ſi ipſam vir religioſus deoſculetur, ſecundum opin. gloſſ. in c. abſit, 11. q. 3. hanc tamen opinionem veram non eſſe.*

74 *Mulierem ex oſculo dote non priuari, ſi conſtiterit adulterium non fuiſſe ſequutum.*

75 *Viduam etiam propter oſculum luxurioſum dote priuari: Et quamuis multi contradixerint, primam tamen ſententiam crebriorem eſſe, vt nu. 76. opinionemque diſtinguentem non admitti.*

77 *Mulierem in ſuum corpus peccantẽ, non ſolum dotem, verum etiam nobilitatem, dignitatemque amittere.*

78 *Mulierem cum hæretico ſcienter matrimonium contrahentem, dote priuari.*

79 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis, delegatos iudices eſſe.*

80 *Epiſcopum ſuper crimine hæreſis, iudicem ordinarium eſſe: in procedendo autem præoccupationi locum dari: Sique ambo citauerint, Inquiſitores præferri.*

81 *Hæreſis crimen, merè de foro Eccleſiæ eſſe.*

82 *Iudices, ac Dominos tẽporales de crimine hæreſis ſe intromittere nullo modo poſſe: contrariumque facientes excommunicationem incurrere: & nihilominus eoſdem temporales officiales exequi Inquiſitorum mandata, illisque obedire teneri.*

83 *Hæreticum in vno loco, vbique punibilem eſſe.*

84 *Hæretici definitionem afferri.*

85 *Hæreticus, vt quis propriè dicatur, tria cõiunctim concurrere oportere, Quinimò quinque ſecũdum Arnoldum.*

86 *Hæreſim in duobus caſibus propriè dici, vbi inquã quis aliter ſentit de articulis fidei, quàm Romana Eccleſia, & quando quis malè de Sacramentis Eccleſiæ ſentit: licet hæreticus largè alijs modis quis eſſe, dicique poſſit.*

87 *Hæreticorum filios etiam fideles, infames eſſe.*

CAP. XIII.

1 DE hæreticis nunc aliquid dicendum eſt, quos non longè ab excommunicatorum materia ponere aut trãsferre viſum fuit, cũ hæretici † excommunicati ſint, c. excommunicamus, il 1. in princ. c. excommunicamus, il 2. §. credentes, vbi Panormit. in 1. not. & c. ad abolendam, in princ. de hæretic. c. notandum, 24. q. 3. Io. Simanc. in tract. de catholi. inſtit. tit. 27. nu. 1. Quod etiam ad occultos hæreticos extendendum eſt, gloſ. & Cardi. in Clem. 1. §. pen. de hæret. & in Clem. 1. §. fi. de vſur. Ludouic. Carrer. in tract. de hæretic. num. 144. ver ſic. Item punitur. Quod declarandum eſt, ex Ioanne Simanc. in d. tract. tit. 42. nume. ſecundo, verſic. Sin autem, vt intelligatur de occulto hæretico, vt probabili opponitur, vel notorio. Hi ſunt qui tam crudeliter Orthodoxam Catholicam, & Apoſtolicã Dei Eccleſiam infeſtare ſtudent, ac præſumunt, ab ipſa eiusque articulis ſacroſanctis noua falſaq. optione ſegregantur, cũ

2 hęreſis Græcè, optio † vel ſecta Latinè ſignificet, quod apud Modeſtinum libr. 2. Excuſationum cernere eſt, in l. ſi duas, §. eſt autem, ff. de excuſ. tut. Eſt autem (inquit) & numerus Rhetorũ in vnaquaque ciuitate qui vacationẽ munerũ habent, & hæreſes quædam propoſitæ lege, quod manifeſtũ eſt ex epiſtola Antonini Pij, quæ ſcripta quidem eſt communitati Aſiæ, vniuerſo

autem orbi cõueniens eſt, cuius capitulum hic ſubiectum eſt: Vnde ſumptum, vt quamcũque tenacem opinionem in qua quis perſiſtit, hæreſim dicamus: Cicero ad Craſſum lib.15.ſcribẽs, Sed hæc poſterius, tanto enim te quo animo accipias, ſi enim ſtomachabere, & moleſtè feres plura dicemus, poſtulabimusque ex qua hæreſi hominibus armatis deiectus ſis, in eam reſtituare; & in Paradoxis ad Brutum, Cato autem perfectus mea ſentẽtia Stoicus, & ea ſentit quæ non ſanè probantur in vulgus, & in ea eſt hæreſi, quę nullum ſequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, ſed minutis interrogatiũculis, quaſi punctis, quod propoſuit efficit, de ſecta Stoicorum loquens. Aurelius etiam Auguſtin. de Ciuitate Dei, 8. Ariſtoteles (inquit) vir excellentis ingenij, cum ſectam Peripateticorum condidiſſet, quòd deambulans diſputare conſueuerat, plurimos diſcipulos præclara fama excellens viuo adhuc præceptore in ſuam hæreſim congregauit: quam quidem ſignificationem adamuſſim explicant etiam Vdalricus Zaſ. in tract. de Iudæis, q.1. fol.4. Io. Coraſ. lib. Miſcellan. 3. cap. 8. in prin. Gulielm. Budæus in annot. ad Pandect. in l.1.§.item ſciendum, ff. de ædilit. edict. Io. Lopez in eius alleg. ad materiã hæreſis, in princ. citans ad hoc Hieronymi verba ſuper epiſt. ad Galath. tranſumptiuè in c. hæreſis, 24.q.3. Hæreſis (ait) Grecè ab electione dicitur, quòd ſcilicet vnuſquiſque eam eligit diſciplinam, quam putat eſſe meliorem: ac etiam Paul. de Citadin. in tract. de iur. patro. in 3. par. q.6. & Alfonſ. de Caſt. in tract. de iuſta hæretic. punit. lib.1.cap. 1. Hodie autem vt Budæus, & Coraſius ſcribunt, ac re ipſa verum eſt, hæreſis
3 verbum† apud vulgus infame eſt, addiderim ẽt horrendum ac perniciоſum, illo nempè ij ſignificantur qui nonnihil contra Chriſti fidem, aut eius ſacroſanctam Eccleſiam, vel dicũt, vel credunt, Chriſti fidelibus ac legibus obnoxij: cum que in ſanctam fidem irruant, non immeritò in ipſos fętidos ac monſtroſos rigoris habenæ laxantur, ſed non rigor tantæ impietati, ac perniciei deteſtabili, non aſperitas acerbo hæreticorum ingenio contra veram Chriſti rempublicã. Hos itaque impios, ac crudeles hæreticos, libe-
4 rorum†verbo non comprehendi incertum non eſt, l. Manichæos, C. de hęretic. l. hi qui ſanctam fidem, C. de apoſtat. §. ita quòd filij, tit. de ſtat. vel conſuet. contr. libert. eccleſ. vbi Andr. de Iſern. ſplendor Doctorum, num.30. text. eſt clarior in auth. credentes, d. tit. de hęretic. cumque gloſſ. in l.1. vbi Bart. not. ff. de iur. fiſc. hæreticos atque deportatos vno cingulo colligare videatur, ſi in deportato ex ijs quæ dicta ſunt, nõ ambigimus, cur idem in hæreticis à fortiori non dixerimus? ſunt quidem conditione miſerrimi ac
5 infelices, quorum bona † ipſo iure confiſcãtur, cap. cum ſecundum, de hæretic. in 6. Ioan. Nicol. Araletan. in tract. de hęretic. in 14. not. num. tertio, & not. 43. num. 2. Andr. Alciat. conſ. 19. In propoſita quæſtione, num. 3. lib. 7. Pariſ. conſil. 2. Etſi eſſe Iudęum, num. 112. lib. 4. Paul. Grilland. in d. trac. q. 3. num. tertio, Auguſtin. Bero. conſ. 114. Tria ſunt principaliter, num. 56. libro 1. Rolan. de Vall. conſil. 8. Præſuppoſito pro vero, num. 7. lib. tertio, & Franciſc. Burſat. conſil. 14. Præſupponitur, num. tertio, libr. 1. vterque de communi opinione atteſtans, quod declaratur per eundem Grilland. in d. tract. de hæretic.
6 q. 5. num. 7. Solum ſententia declaratoria † requiritur, quæ etiam poteſt poſt hæretici mortem proferri, cum de hoc crimine tractari poſſit, tam poſt mortem, quàm ante, Ang. in l. pen. C. ad l. Iul. maieſt. Ægid. Boſſ. in tit. de hæretic. num. 30. Ponzinib. in tract. de hæretic. nu. 75. Gundiſalu. in eod. trac. q. 22. in princ. Rolan. d. conſ. 8. num. 8. d. lib. 3. & ante ipſum Abb. in c. vergentis, colum. 2. d. tit. de hæretic. Et non ſo-
7 lum ipſo iure confiſcantur, ſed etiam ſtatim † à die commiſſi criminis adminiſtratio omnium bonorum ipſis hæreticis interdicitur, cap. cum ſecundum, de hæretic. in 6. vbi Anchar. num. 1. Philipp. Franc. in ca. præſidentes, eod. tit. & lib. num. 17. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. hæreſis, verſ. Item bona, Burſat. d. conſ. 14. num. 3. communẽ ſententiam eſſe affirmans, Zanchin. Vgolin. de hæretic. cap. 18. num. 4. Hinc fit, quòd hæretici
8 non poſſunt filijs pupillariter † ſubſtituere, cum nihil retineant, vt teſtari non valeant, nemoque pupillariter ſubſtituit, niſi ſibi prius teſtamentum condiderit, l. 2. §. 1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. maximè cum hæreticorum filij à patria poteſtate exoluantur, vt facta emãcipatio poſt in-
9 curſam hæreſim† non teneat, tãquam de eo qui ſui iuris erat, vt eſt text. vbi Scribent. not. in c. quicunque, de hæretic. in 6. Nicol. Araletan. in d. tract. not. 14. num. 1. & 2. Aſcan. Clementin. in tract. de patr. poteſt. effect. 7. fol. 106. numero tertio, Alfonſ. de Caſt. in tract. de iuſta hæretic. punit. lib. 2. cap. 7. fol. 162. verſ. Nam filij, in dictaque pupillari ſubſtitutione, tritum ac vulgare eſt, licet præcipuum, vt teſtator impuberem in eius poteſtate retineat, d. l. ſecũda, Paul. Leonius in tract. ſubſtit. in mat. pupill. numero 112. Aſcan. Clement. in d. 7. effect. num. 7. verſ. Sed quæro, Euenit etiam, vt ob criminis atrocita-
10 tem prædictam, hæreticis fides à priuatis † ſeruanda non ſit, Marius Salamon. in l. ſecunda, §. exactis, ff. de orig. iur. Petr. Placa, libro primo, epitom. delict. cap. 37. in fin. deque receptiori opinione teſtatur Simanc. de hæretic. cap. 45. num. decimoquarto, Iul. Clar. d. lib. quinto, §. hæreſis, verſ. Præterea, quicquid viſus fuerit in contrariũ dicere Iacob. Menoch. conſ. 100. Quę nunc diſcutiendæ proponuntur dubitationes,

num.

nu. 218. & infr. lib. 1. diſtinguendo tamen ac declarando, vt per eum ibi, tanta ſiquidem abominatione cenſentur, vt ſecuritatis nexum diſſoluant, quod rationabile eſt, cum cõtra Orthodoxam fidem acriter, ac pertinaciter inſurgant. Et quamuis ſuper capitali crimine pœnam ſanguinis irroganti licita ſit trãſactio, l. tranſigere, vel paciſci, C. de tranſact. tamen ſuper hæreticæ prauitatis crimine quod capitale eſt, pœnamq. ſanguinis irrogat, l. Ariani, C. de hæret. c. ad abolẽ-
21 dam, extr. eod. tit. tranſigi † non poteſt, cum talem offenſam nemo niſi Deus poſſit remittere, vt poſt Bal. in l. accuſationem, col. 2. in fi. C. qui accuſ. non poſſ. tradit Io. Fran. Purp. in d. l. tranſigere, vbi illam diſpoſitionem in delictis aduerſus proximum non autem aduerſus Maieſtatẽ Omnipotentis Dei commiſſis, procedere concludit, Ioan. Nicol. Arelatan. in d. tract. de hæretic. cap. 7. num. primo, Ludou. Carer. in eodem tract. num. 127. Amittunt inſuper omnia priuilegia, ac beneficia, proinde mulier hæretica per
22 dit priuilegium † tacitæ hypothecæ, & prælationis, de quo in l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab. vt in Authen. item priuilegium, C. de hæretic. Ioan. Nicol. Arelatan. in d. tract. cap. vndecimo, num. ſecundo, Carer. nume. 150. Anton. de Padill. in l. ne paſſim, nume. 17. C. de iur. & fact. ignor.

23 Necnon Velleiani beneficium † amittit, ſecundum Vincent. in cap. ſi aduerſus, eodem tit. & licet contradixerint, Archid. in capit. primo, num. tertio, & quarto, quæſt. prima, & Ioan. Lopez. in rubr. extr. de donat. int. vir. & vxo. §. 35. num. quinto, nihilominus cum Vincen. tenent, Ioan. Nicol. de Arelatan. in d. tract. de hæretic. not. 18. num. primo, Anton. de Padill. in d. l. ne paſſim, num. 16. verſic. Septima declaratio ſit, & Camill. Borrell. ſuper pragm. Odia quę inter coniunctos, §. primo, gloſſ. 3. num. 336. verſic. Et ideo, fol. 38. colum. 3.

Et quoniam S. C. Macedoniani beneficium in fauorem debitoris introductum non eſt, ſed principaliter in odiũ creditoris, l. qui exceptio-
24 nem, ff. de condict. indeb. illud hæreticis † non denegatur, Ioan. Lopez in d. rubr. extr. de donat. int. vir. & vxor. §. 32. in ſecunda ampliatio. num. quinto.

Facilius etiam in hoc crimine indicium aſſu-
25 mitur, vt quis tormentis † ſubijciatur, Andr. Alciat. conſil. 29. Neophyti, num. decimo, & infra, libro ſeptimo. Et an in eo procedatur ſi vel minimæ ſuſpiciones, & argumenta adſint, vt
26 hæreticus † quis iudicetur, vide text. in cap. ex communicamus, §. adijcimus, vbi Io. de Anan. extr. de hæretic. Ioan. Andr. in cap. vt officium, colum. ſecunda, eodem titu. in 6. vbi Gemin. in cap. verum, & in cap. accuſatus, ipſomet tit. Felin. in cap. litteras, colum. fin. extr. de præſump. Oldrad. conſil. 210. Regularis, num. primo, & ſecundo, Andr. Alciat. conſil. quinto. Multæ oppoſitiones, numero ſeptimo, libro ſeptimo, vbi indicia dicunt in propoſito plene probari debe-
27 re per duos teſtes, vel violentam † præſumptionem, non autem vehemens ſufficeret, vt in d. c. litteras, & in d. §. adijcimus, poſtque Innocent. in cap. ſicut, de ſimon. Ioan. Nicol. Arelatan. in d. tract. de hæretic. not. 27. Suſpicio, Alexan. de Neuo. conſil. 64. Vacante, num. 3. Nicol. Bello. conſ. 78. In cauſa, num. 3. Et an ad inducendum purgationem tantum, an ad condemnationem poſt præcitatos Scriben. idem Ioan. Nicol. not. 26. num. primo, & ſecundo, Paul. Grill. in eodẽ tract. quæſt. octaua, num. ſecundo, & quæſt. decima, num. ſecundo, Gundiſalu. cap. 13. nume. 21. & 22. vbi dicit, iudicem ex præſumptionib. hæreticum condemnantem, debere pœnam ali-
28 quantulum † temperare, allegat Innocent. in c. quia veriſimile, de præſumpt. vbi de indicijs ad torturam, ad conuincẽdum, & condemnandũ, deque alijs indicijs in iſto crimine, num. 2. 3. & 4. ac infr. Carrer. de hæretic. num. 116. verſ. Et nota, cum ſeq. & num. 126.

Quòd verò ad hęreſis crimen in genere pro-
29 bandum † ſingulares teſtes ſufficiant, ſcribunt Iacob. Butrig. in l. Ariani, C. de hæretic. Ioan. de Anan. in cap. primo, in fin. eodem tit. Salic. in l. quicunque, C. eodem Bald. conſil. 465. Viſis dictis articulis, libro quarto, quem referendo ſequitur Corn. conſil. 91. Viſa, colum. 14. verſic. Tamen dum agitur, libro primo, Alexand. conſilio decimo, Mature, colum. ſecunda, verſ. Præterea, lib. 6. Hipp. de Marſil. conſil. primo, Nõ auferas, colum. quinta, num. 42. verſ. Quia reſpondeo, Pariſ. conſil. ſecundo, Etſi eſſe iudæum, num. 89. lib. 4.

Secus ſi de probando hoc crimine in ſpecie
30 tractaretur, licet enim idem delictum † ſit publicum, l. Manichęos, C. de hæretic. Nicol. Bellon. conſil. 43. Quattuor proponuntur, numero 7. Matth. de Afflic. in conſtit. Inconſutilem, num. 15. ſit etiam exceptuatum ab alijs criminibus, cap. accuſatus, §. licet, de hæret. in 6. ſitque crimen priuilegiatũ ratione eius immanitatis, vt in eodem cap. §. ſane, Pariſ. d. conſil. ſecundo, num. 50. 51. & 67. d. libro quarto, & crimen hæ-
31 reſis, ac maieſtatis † æquiparentur, Marſil. d. conſil. primo, colum. quarta, in fine, nume. 28. Bellon. d. conſil. 43. num. 7. Auguſt. Bero. conſ. 114. Tria ſunt principaliter, num. 55. libro primo. Quinimo ſit longe atrocius, deteſtabilius, & horribilius, cum directo contra ipſum Creatorem Deum omnipotentem committatur, eius omnipotentiæ detrahendo, negandoque illius Diuinitatem, vt habetur in cap. primo, de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. in l. prima, C. eodem tit. & cap. ad abolendam, de hæret. Iacob.

Philip.

Pilipp. Port.conſ.111. Profecto vt eſt dictum, num.quinto,lib.primo,vt propriè crimen læſæ maieſtatis Diuinæ appellari poſſit, ex quo directo tendit in læſionem ac præiudicium Diuinę poteſtatis,d.cap.ad abolendam, & cap.vergentis,d.tit.quia tamen longe grauius eſt ęternam, quam temporalem lædere maieſtatem, cap. nō afferamus,24.quæſt. prima, & habetur in d. c. vergentis, ideo grauitate crimen maieſtatis humanæ excedit, vt conſiderat Grillan.in proęm. tract.de hæret.num.ſecundo,& denique omnia
22 crimina in hęreſis comparationem † quaſi pro nullo reputari,tradit Andr. de Iſern.in titu. de ſtatut.& conſuetud.contr.libert.eccleſ. nu. 25. verſic. Nam ſimonia.

23 Tamen ad eius probationem in ſpecie, † teſtes debent conteſtes eſſe, iuxta l.fin. C. famil. erciſc. & ſingulares minime ſufficiunt, vt poſt Hippol.de Marſil.d.conſil.primo,num.42.54. ac infr. tradunt Pariſ.d.conſil.ſecundo, nu.89. verſ.Tamen procedunt iſti,lib.quarto,vbi concordantes allegat,& Hieronym.Gabriel.conſi. 178. Vt facilius,num.primo,lib. primo. In iſto
24 etiam crimine probando teſtes † admittuntur, qui aliàs repellerentur, veluti Iudæi, cap.cōtra Chriſtianos,de hæret.in 6.cap. Iudęi,& c.licet, vniuerſos, de teſtib. Item excommunicati, & participes,ſocijque criminis, præſertim in aliorum defectum,cap.in fidei fauorem,d.tit.de hęretic.in 6. Hinc dixit Abb.in cap.litteras,de prę ſumpt.fratrem cogi contra fratrem ad teſtimonium ferendum, ſicut dicimus in crimine læſæ maieſtatis humanæ,l. penult.C. qui accuſ. non poſſ. Capic.deciſ.130. Primum dubium eſt, numero 58. Item periuri,cap.accuſatus,§. licet,d. tit.his tamen quando credatur, declarant Gundiſalu.in d.tract.quæſt.13.num.12.13. & infr. Ioan. Coraſ.late inſiſtens lib. Miſcellan.5. cap. 20.& Pariſ.d.conſi.ſecundo,num.78. cum ſeq. d.lib.quarto.

Quamuis autem in crimine hęreſis inimicus
25 capitalis ad accuſandum † admittatur, l. Manichæos,C.de hæretic. & tradit Andr.de Iſern.in conſtit.Gazaros,eodem tit.tamen, inimicus in
26 teſtem nequaquam † admitti debet, d.cap.accuſatus,§.licet, ibi, Aut odij fomite, de hæret. in 6.Federic. de Sen. conſ. 252. Reuerendo in Chriſto patri, in fi.verſ.Et ſi dicatur, Epiſcop. Squillac.in tract.de hæret.fol.10.colum.quarta,verſ.Item in hoc caſu,& poſt Petr.de Anch. in d.c.in fidei fauorem,in 2.not.ac Oldrad.conſil.210.Regularis habet traditio,colum.ſecunda,num.ſeptimo,verſic.Sicut etiam, Hierony. Gabriel.conſil.178. Vt facilius,ante num.2. d. libro primo,tradit Pariſ.d.conſ. ſecundo, Etſi eſſe Iudæum,num.63.lib.quarto,vbi num. 97.
27 ſcribit, in hoc ipſo hæreſis crimine † repulſum contra teſtes admitti,vt per eum,quod ſibi etiā voluit Gabrielius d.conſ.178.num.ſecundo. Et non ſolum non admittuntur in iſto crimine veri inimici capitales, ſed nec præſumpti, videli-
28 cet † valde amici ſubditi, aut conſanguinei inimicorum capitalium,cap.repellantur,& capit. cum oporteat,de accuſ.cap.licet,cap. per tuas, de ſimon. quod declarat Hieronym. Gabriel. d.conſil.178.nu.9.verſ.Inimicitia autem, Sciēdumque eſt,teſtem dum diſputatur,an aſſertio ſit hæretica, debere de verbis formalibus de-
29 ponere † vt dicit Arnald. de agnoſc.aſſert. cathol.& hæret.quęſt.34.num.47.Gabriel. in prę cit.conſil.178.num.21. Cæterum quod in codē crimine probationes debeant eſſe luce meridia-
30 na † clariores, Gabriel. ibidem in prin. & Iac. Philip.Port.conſ.111.Profecto,num.6. lib.primo,& ante iſtos Oldrad.d.conſ.210. Regularis habet traditio,in prin.Anchar.in d.cap.accuſatus,in primo not.de hæret.in 6. Gemin. in cap. contumacia,eodem tit.num.2. Ioan. Calderin. de hæret.cap.13.num.4. Alber.de Roſ.in rubr. C.de hæret.colum.3.& Arnold.etiam de agno. aſſert.cathol.& hæret.q.7.nu.16.

Non mirum *inſuper ſi hæreticus ſpoliatus* non reſtituitur, ſi recuperandæ poſſeſſorio a-
31 gat, cum ei exceptio hæreſis † obſtet,gloſſ.not. in cap.quo iure,vbi Præpoſit.Alexand. octaua diſtinct.Ioan. Nicol. Araletan.in prin.ſui tract. de hæret.vbi rationem reddit,num.7.Aſflict.in conſtit. Violentias,colum.12. ante numerum vigeſimum,verſ.Secus in hæretico,tit.de violen. circ.poſſeſſiones. Anton.Gabriel. Roman. lib. quinto,tit.de reſtit.ſpol.cap.primo, num.206. in 53.limit.fol.464. Necnon ſi Tyrannus legitime iuriſdictionem in ipſo hęreſis crimine exer-
32 ceat, † vt per eundem Arelatan.cap.40. Et denique ſi hæreticus vſucapere pro hęrede nō poteſt, Bart.in l.conſtat,verſ. Pone ergo,ff.pro hęred.vt alia ſpecialia, ac ſingularia circa hoc atrociſſimum delictum pręteream.

Quid autem de orthodoxis,& catholicis hęreticorum filijs dicendum erit,an liberorū uerbo includantur, ad excluſionemque ſubſtituti in parentum ſucceſſione vocentur? Et licet dānatorum bona filijs regulariter conſeruentur, ex diſpoſitione Authen.bona damnatorum, C. de bon.proſcript.tamen hęreticorum bona (vt dicebam) confiſcantur,etiam orthodoxis,& ca-
33 tholicis filijs exiſtentibus,vt eſt text.in cap.vergentis,de hęret. Auth.Gazaros,C. eodem titu. cum (vt in ſuperioribus) longe grauius ſit ęternam quam temporalem offendere maieſtatē, & ita communiter teneri,teſtatur Ludou. Carrer.de hęret.num.140. Iul.Clar.lib. quinto ſententt.§.hęreſis,verſ.Et ſcias,& de communi, ac vſus comprobatione, Simanc. de hęret. cap.9. num.2. Paul.Grilland.in eod.tract.quęſt. quarta,num.ſecundo,Gundiſalu. quęſt.32. num.1.

Rolan.

Rolan. de Vall. conſ. octauo, Præſuppoſito pro vero, num. 35. & 43. lib. 3. Zanchin. Vgolin. in tract. de hæret. cap. 28. in princ.

Et quamuis eruditiſſimus Iurifconſ. ac inter Moderniores Scribentes admodũ inſignis Io. Cephal. conſil. 103. Fabritius, num. 18. lib. primo, contrarium ſenſerit, allegando l. cognouimus, cum Authen. Idem de Neſtorianis, C. de hæret. non erit proinde ab opinione præcitatorum recedendum tanquam communi Doctorum calculo comprobata, cum etſi Roffredus Authen. Gazaros, per eandem Authent. idem de Neſtorianis, determinari crediderit, nihilominus Iacob. de Rauani, & Iacob. Butrigar. in d. l. Manichæos, dicunt Authen. Gazaros, illam corrigere, quia ſic eſt in crimine lęſę maieſtatis, l. quiſquis, C. ad l. Iul. maieſtat. ergo & in crimine hæreſis, vt in ratione ibi poſita, hodieq. hoc eſſe expeditum per d. cap. vergentes, extr. de hęreticis, & c. cum ſecundum, eodem titu. in 6. tenet ibi Bartholomęus de Salic. cum quo alibi pertranſibam, prout idem ad præſens verum eſſe arbitror.

Difficultas itaque maxima in eo verſatur, Nunquid filij ante incurſam per parentes hęreſim progeniti eorundem parentum ſucceſſione priuentur. Super qua difficultate duę ſunt principales Scribentium opiniones, quarum Prima eſt, vt pœnas omnes contra hæreticos ſtatutas, omnes hæreticorum filij indiſtincte, & ſic ante, & poſt progeniti proculdubio incurrant, atque
34 parentum † hæreditate priuentur, ita tenuerũt Ioan. Andr. Geminian. & Philip. Franc. in cap. vt commiſſi, de hæret. in 6. Alfonſ. de Caſtr. lib. ſecundo, de iuſta hæret. punit. cap. 26. fol. 289. verſ. De hac tamen re volui. Et idem libro primo, de poteſt. legis pęnal. cap. 7. Gundiſalu. in tract. de hęret. q. 23. num. quinto, Ioan. Lupus in commentar. ad leges Regni Nauarræ, parte quinta, §. octauo, Gregor. Lup. ad Regias leges Hiſpan. l. ſecunda, tit. ſecundo, parte ſeptima, Galindes Hiſpan. in diſput. Regia, §. 18. Didac. Couar. Toletan. lib. 2. variar. reſol. cap. octauo, num. quinto, Franc. Burſat. conſ. ſeptimo, Fran. Veronenſis, num. 31. verſ. Quinimo, lib. primo, citans Fernãdum Vaſquium, & Rolandum de Vall. vt per eum de communi etiam opinione atteſtantem, de qua communi adhuc meminit Galindes Iacob. Menoch. in tract. de præſump. parte ſecunda, lib. quinto, præſumpt. 33. num. 28. fol. 43. idemque ſenſit Bartholomæus Cepol. Veronenſ. conſil. 80. Ego conſulto, colum. prima, in eius volum. conſiliorum criminal.

Mouentur primo ad id dicendum ex text. in c. ſtatutum, il ſecondo, §. fi. de hæret. in 6. vbi expreſſum eſt, filios hæreticorum eſſe infames, hęreticorum inquam qui tales deceſſiſſe, vel tales eſſe probentur: igitur vt filij hiſce pœnis notentur, ſatis eſſe patrem hæreticum deceſſiſſe, nec oportere, aut neceſſe eſſe probare patrem ante mortis tempus, & cum filij nati fuerint hæreticum extitiſſe: ex quibus colligitur, ob tanti ſceleris prauitatem, canonibus placuiſſe etiam filios natos ante crimen infamia, alijsque pœnis omnino affici: ex intentioneque dicti Gundiſalui non poteſt congrua huic textui ſolutio aſſignari.

Sed contrarium ſuſtinendo ſic de facili po-
35 teſt † reſponderi, non enim ex intentione illius text. videtur, quòd omnes filij (quemadmodũ aliqui opinantur) mortis tempore reperti, ac exiſtentes, ante vel poſt hæreſim incurſam ſuſcepti beneficijs priuẽtur, ſed cum dubitari potuiſſet, an filij emendatorum hęreticorum, eccleſiæque vnitati reunitorum pœnis huiuſmodi ſubijcerentur, ad difficultatem iſtam eliminandam, de ijs meminit qui hęretici ſint, vel tales eſſe probentur, vt inquam pęnas ſubeant, & non ij qui per emendationem eccleſiæ reincorporati fuerunt, & pro culpa ad mandatum Eccleſię pœnitentiam receperunt, quam ipſi, vel iam perfecerunt, vel humiliter eius proſecutioni inſiſtunt, vel ad eandem recipiẽdam ſunt parati. Et propterea mortis tẽpus reſpectu emendatorum ponitur, pertinaciam ſemper oſtendens, atque pręſupponens. Quod autem illud tempus mortis, non ſolum natos poſt, ſed etiã ante includat, contra regulas iuris communis, naturalemque, ac ciuilem ęquitatem eſſe dicendum videtur, ex eoque comprobatur cum non mortis pręteritum tempus tantum, ſed pręſens etiam ibi exprimatur, Et aliorum (inquit) huiuſmodi qui tales eſſe, hæc igitur tempora per Bonifacium parificantur, ad opinionis pertinaciam in hęretico, vt filios afficiat demonſtrandam. Quinimo hic text. retorqueri poteſt, ex quo enim filios reunitorum, & emendatorum excludit, extincta iam culpa per pœnitentiam, ita videtur à maioritate rationis filios ante hęreſim incurſam progenitos excludere, cum ſub labe hęreſis concepti non fuerint, ipſorumque pater vnitati Eccleſię nõ ſolum reincorporatus erat, ſed omnino vnitus, non ſolum cum culpę emendatione, ſed omni prorſus culpa carens: adeo quòd in eodem text. dicta paritate attenta, peccati emendatione, pęnę denique extinctione, contrarium nobis explicat, atque aperit.

Et quamuis prędcedens reſponſio difficultatem propoſitam diluat, abſtergatque, tamen ex Simanca in Cathol. inſtit. tit. 29. nu. 31. dici poteſt, dictam conſtitutionem totam ad fauorem filiorum hæretici editam fuiſſe, & ſubinde ſic eſſe interpretandam, ne in odium retorqueatur, iuxta l. quod fauore, C. de legib. fauor autẽ ita (inquit) conſideratur, filij ſiquidem hæreticorum

rum ab officijs, & beneficijs excludebantur ad secundam generationem vsque, id Bonif. Pōt. vt per paternam lineam primus, & secundus gradus comprehēdatur per maternam vero ad primum duntaxat gradum pœna illa extendatur, idque filiorum fauore: Intelligere (subdit Simancas) quiuis poterit, ex Innocentij, & Alexandri decretis filios, & nepotes quoruncunque hæreticorum ad publica officia, & ecclesiastica beneficia non esse admittendos, idque Bonifacius idem Pontificia illa Constitutione in fauorem filiorum interpretatur, vt de illis tantum filijs accipiatur, quorum parentes in hæresi pertinaces decesserunt, Nil ergo (ait Simancas) à Bonifacio statuitur, quod filijs noceat.

Et si ex intentione Iacobi Menochij viri vndecūque doctissimi in præcitato loco diceretur, concedendum esse, multa Bonifacium ad fauorem filiorum hæretici statuisse, sed cuius hæretici? illius sane qui talis probetur, ac etiam illius qui talis decesserit, filij ergo eius qui in hæresi decessit infames efficiuntur, alijsque pœnis puniuntur. Ergo filij iam nati antequam eorū pater hæreticus cognosceretur, ob patris crimē puniuntur, itaque fauor à Bonifacio tributus filijs hæreticorum, respicit gradus ipsorum filiorum, hoc est vltra secundum gradum ne extendatur pœna olim contra eos indicta, filij autem intelliguntur, siue nati sint post commissum crimen, siue nati ante, cum de filijs in hæresi morientium qui generare amplius non possunt, Bonifacius loquatur.

Responderi potest, textum prædictum ad fauorem inductum, non debere extendi dū odiū implicat, ad filios in statu illo parentum veram Christi fidem, atque præcepta credentium progenitos, qui velut alij homines habēdi sunt, ne ipsorum filijs in dicto statu conceptis hoc præiudicium irrogetur: prout etiam ijdem parentes post incursam labem hæresis, quodāmodo pro alijs hominibus censendi sunt, quos tales reddit macula hæreticæ prauitatis: ad hocque verba eiusdem context. ponderanda sunt, Hæreticorum credentium, & aliorum huiusmodi, qui tales esse probentur, & sic illam essentiam considerat, quæ ante hæresim incursam non aderat.

Ad quod facit ratio, atque similitudo text. in l. ex facto, §. ex facto, il primo, ff. ad Trebel. obitus verò in hæresi ad persecucrantiam, pertinaciamque referendus est, ad emandatorum dicrimen, qui Ecclesiæ vnitati iam reincorporati (vt dicebam) pœnitentiam recipere meruerunt: & licet dicta posterior responsio ex ingenio Ioan. Simancæ eruditissimi viri proueniat, prior tamen mihi magis arridet, præsertim addita textui in d. §. ex facto, ratione.

Secundò inducitur, l. quisquis, §. filij vero, in princ. C. ad l. Iul. maiest. ibi, In quibus paterni, hoc est hæreditarij criminis, sicut ergo cetera hęreditaria iura in filios iure hæreditario transeunt, non habita distinctione prædicta, ita legis Iuliæ maiestatis crimen, & multo fortius crimen hæresis, d. cap. vergentes, in eosdem transire videtur.

36 Hic quoque text. multipliciter † submoueri potest, Primo, cum in ęquiparatis extensioni locus non sit circa pœnas ipso iure inflictas, præsertim si ęquiparatio per modum regulę facta non fuerit, item si lex pœnalis sit correctoria simul, vt in proposito contingit, & quòd interpretatio passiua in ęquiparatis respectu pœnę
37 non † procedat, tradunt Ioan. Andr. in cap. dispendia, de rescript. in 6. & in cap. si forte, de elect. eodem lib. & vtrobique Geminian. Io. de Imol. in cap. fin. d. titu. de rescript. extr. Anton. de Butr. in cap. fin. de consuet. Abb. in proœm. decretal. & in cap. primo, de loc. Socin. sen. consil. 275. In causa fratris Andreę, col. 6. in princ. vers. Si ergo omnes pœnę, lib. 2. vbi in his terminis verba facit.

Nec dicatur ęquiparationem isto casu fieri,
38 in d. cap. vergentis, † nam ex ratione textus nō solum in natis ante incursam hęresim ęquiparatio non inducitur, quinimo contrarium si accurate ponderetur intelligit, ea inquam ratione, seueritatis censuram orthodoxorum exhęredatio cuiusdam miserationis prętextu nullatenus impedit, cum in multis (inquit) casibus etiam secundum diuinum iudicium filij pro patribus temporaliter puniantur. Sed si casus in iure expressos in quibus filij ex criminibus parentum puniuntur perpendemus, ad punitionem filiorum orthodoxorum ante incursam hęresim natorum tute inferre non licebit, & primo in Authen. ex complexu, C. de incest. nupt. & in corpor. vnd. sum. §. fin. Authen. quib. mod. natur. effic. sui, coll. 7. liberi ex incestis nuptijs concepti, paterna successione, & alimentis priuantur, paterno beneficio indigni: proueniunt enim ex illa nefaria commixtione, atque improbato semine incestus, non immerito igitur cum fructus delicti censeātur, si arboris in eos defectus, ac vitium facile transfunditur, sed ante hęresim contractam progeniti, feminis vitium minime assumpserunt, speciali quadam gratia, ac fauore ab huiusmodi feminis improbitate nequaquam coinquinati, ergo pęnis paterni criminis affligi non debent. Secundò in cap. quibusdā, extr. de pœn. optima ratione prouentus de quibus ibi, hęredibus interdicuntur, ne quod causam delinquendi prębuit, criminosis memoriā, aut ipsorum posteritati commodum tribuat: sed quod per parentes liberis iniusta acquisitione parari contenditur, iusta submotione ab ijsdem filijs abdicetur: & quamuis breuitatis stu-

dio

dio alia iura idem probantia non afferam, verba tamen text. in cap. cum multæ, 15. quæſt. 8. referre libuit. Ideoque (inquit) quilibet ab Epiſcopo, vſque ad Subdiaconem deinceps, vel ex ancillę, vel ex ingenuæ deteſtando connubio in honore conſtituti filios procreauerint, illi quidem ex quibus genitæ probabuntur canonica cenſura damnetur, proles autem aliena pollutione nata, non ſolum hæreditatem nunquam accipiet, ſed etiam in ſeruitutem eius eccleſiæ, de cuius Sacerdotis, vel miniſtri ignominia nati ſunt iure perenni manebunt. Sic etiam cap. 1. & 2. extr. de fil. presbyter. quæ in contrarium adducuntur dilui recte poſſunt.

Secundò cum text. in d. cap. vergentes, exemplum d. l. quisquis, afferat, licebit dictum textũ
39 ex † intelligentijs, ac declarationibus eiuſdem legis interpretari: licet igitur aliqui crediderint læſę maieſtatis crimen à patribus perpetratum
40 filios etiam ante crimen † natos afficere, inter quos Salic. in ipſa l. quiſquis, hancque opinionem dixerunt communem Claud. Seyſell. Aquenſ. in l. ſi quis id quod, num. 14. ff. de iuriſd. omn. iudic. & Gigas in tract. de crimin. læſę maieſt. fol. 144. quæſt. quinta, poſt num. 2. Contra
41 riam tamen ſentẽtiam † grauiſſimi viri, ac ſumma prædiți autoritate comprobarunt, ſcilicet, Petr. de Bellapertic. & Cyn. qui ſic ex profeſſo ſenſere, in dict. l. quisquis, quam etiam ibidem ſummi Practici Io. Faber. & Ang. tanquam benigniorem, magis fauorabilem, & æquiorem tenuerunt, amplectendamque eſſe dixit probatæ conſcientiæ Doctor Ioan. de Anan. in d. c. vergentes, de hæret. & poſt Andr. Alciat. de communi atteſtantem, idem ſcribit Iul. Clar. in §. lę ſæ maieſtatis, lib. quinto Senten. verſ. Fuit etiã, ac de communiori fidem facit Pariſ. conſilio 2. Etſi eſſe Iudæum, num. 183. lib. 4.

Sunt pœnæ d. l. quisquis, filijs crimen illud committentium, impoſitæ quantum fieri po-
42 teſt reſtringendæ, ideo ad filias fœminas † non extenduntur ex communi opinione, Barto. ita formaliter ſentiens, in l. prima, ante numerum ſecundum, verſic. Aut de odio irrationabili, ff. de verborum ſignif. Bald. Angel. Salic. & Fran. Aretin. in l. quicunque, C. de ſeru. fugiti. Ioan. de Imol. in l. ſi ita ſcriptum, ff. de leg. 2. quamuis enim in pęnalibus de perſona ad perſonam extenſio fiat, d. l. ſi quis id quod, id tamen non
43 procedit ſi in odio irrationabili † verſaremur, vt in d. l. quisquis, quòd inquam vnus pro alio puniatur, Dec. conſil. 64. Et diligenter pro viribus, colum. 2. nu. 2. verſ. Tamen quando odiũ, Franc. Aretin. conſil. 39. In facto dicitur contigiſſe per totum. Hinc eſt, quòd d. l. quisquis, quatenus de filijs loquitur, non habet locum ni
44 ſi quando crimen læſę maieſtatis † contra Imperatorem, vel Romanam Rempubl. commiſſum eſt, Socin. ſen. d. conſil. 275. In cauſa fratris Andreæ, num. 3. in fin. lib. 2. & de communi atteſtatur Gigas, fol. 161. quæſt. 23. nu. 9. & poſt Andr. Alciatum, Iul. Clar. d. lib. 5. ſentent. §. læſæ maieſtatis, verſic. Vnum tamen, vbi refert celebre dictum Angel. in l. fallaciter, num. 4. C. de abolit. quod pœna d. l. quiſquis, reſpectu filiorum non ſeruatur, quod poſt Socinum in præcitato conſil. plurimum ibi extollit.

Tertiò poſſet fortaſſe reſponderi, quod tex.
45 ibi, Hoc eſt hæreditarij, non intellexit † de tranſitu criminis in omnes, veluti iura hæreditaria tranſeunt, vt ex aduerſo inducitur, ſed hæreditarium crimen dixit, ad actus conſummationẽ ſequuto effectu, reſpiciendo, cum ex verbo Metuentes, nihil in actu ponatur, iuxta eius definitionem apud Vlpian. lib. 2. ad edict. quæ ex traditis per Pomponium lib. 18. ſatis enucleatur, faciunt tradita per Cardin. in Clem. cauſam, §. verum, de elect.

Quartò, & vltimo dicere poſſumus, quòd antecedens hæreditatis delationis quo ad omnes filios non eſt verum, cum filiorum aliquis poſſit ſuccedere non hæreditario iure, cæteri vero ſic, puta ſi præteritus, vel exhęredatus fuerit, p contratabulas bonorum poſſeſſionem. Quicquid ſit, non videtur vis facienda in d. l. quiſquis, cum ex communi, imo crebriori opinione eius diſpoſitio in propoſito declaretur, vt dicebam, ex qua communi ſententia ad d. cap. vergentes, inferri poteſt, cum exemplo d. l. quiſquis, nitatur.

Tertiò multum mouebat Iacobum Menochiũ, quod vbi eadem eſt ratio, & multo ma-
46 gis † ſi maior, idem ius ſtatui debet, l. illud, in princ. ff. ad l. Aquil. & l. à Titio, ff. de verborum obligat. quod procedit etiam in pœnalibus, vt probat l. cum mulier, vbi Alexand. in 5. not. ff. ſolut. matrim. & tradunt, Gemin. in cap. ſi ciuitas, §. primo, de ſentent. excommun. in 6. Iaſ. in l. prima, colum. ſecunda, verſ. Sextò facit, ff. in ius voc. vteant, & in l. cum quidam, colum. fin. in 5. fallen. ff. de liber. & poſthum. Dec. in l. factum cuique ſuum, §. in pœnalibus, in 7. limit. num. 14. ff. de reg. iur. accediteque Petr. de Anchar. conſil. 304. Iſta allegata in contrarium, columna prima, verſic. Poſtremo etiam aduertendum, cum dixit diſpoſitionem pœnalem extendi ex mente
47 † diſponentis, cap. ſi poſtquam, de elect. in 6. mens autem colligitur ex ratione, l. ſcire oportet, §. oportet, ff. de excuſ. tut. Bart. in l. vxorem, in princ. ff. de leg. 3. mens enim, & ra-
48 tio † idem ſunt, vt tradunt Dyn. in cap. vltim. de reg. iur. in 6. Bald. conſil. 200. In cauſa iſta, colum. ſecunda, lib. 3. & Alexand. conſil. 52. Viſo themate, colum. prima, num. ſecundo, verſic. Vel quando ratio ſtatuti, libro primo. Sed in caſu noſtro eadem imo maior eſt ratio, vt filij

iam

Petr. Cyn. & Ang. in d. l. quisquis, C. ad l. Iul. maieſt. Præpoſ. in c. quo iure, col. pen. diſtinct. 8. Geminian. in c. 2. §. hæretici, de hæretic. in 6. Io. de Anan. in c. vergentes, extr. eodem tit. Alfonſ. Cartagena in quodam eius conſil. q. 7. Andreas Tiraquell. in tract. de iur. primogen. q. 31. num. 4. Oroſius Hiſpan. in l. emancipatum, ff. de ſenat. verſ. Et per eum etiam dicit, fol. 229. Ioan. Simanc. de hæretic. cap. 29. num. 22. & infra, quem ſequutus eſt Ludouic. Molin. & is in tract. de Hiſpan. Primogen. libr. 4. c. vlt. nu. 55. dicens iſtam opinionem benigniorem eſſe, & ſequendam, Iul. Clar. d. libr. 5. ſentent. §. hæreſis, verſic. Quæro nunc, & Franciſc. de Porcellin. relatus per Bartolomæum Cepoll. in prælleg. conſil. crimin.

Primò ad eandem opinionem probãdam allegatur text. in l. 2. C. de libert. & eor. liber. vbi manumiſſus qui ingrato animo aduerſus patronum ex iactantia, vel contumacia ceruicem exerit, vel leuis offenſæ culpam contraxerit, rurſus à patrono ſub eius imperiũ ditionẽque mittitur, ſi apud pedaneos iudices exorta patroni querela ingratum eum oſtẽdat, filijs etiam qui poſtea nati fuerint ſeruitutis: Quoniam illis delicta parentum non nocent; quos tunc eſſe ortos conſtiterit, dum libertate illi potirentur. Hinc Bald. ſuper eodem contextu in princ. annotauit, delicta parentum filijs primo natis nõ nocere, ſed poſtea naſcituris, quia rubiginem à linea iam infecta contrahunt.

Huic tex. Didac. Toletan. & Iacob. Menoch. reſpondere moliuntur, cõſiderando ipſum quo ad ſtatum libertatis ac ſeruitutis loqui, nõ quo ad alia: nam plerunque quantum ad alia patris ſtatus tempore conceptionis nõ conſideratur, l. 2. §. in filijs, & ibi gloſ. ff. de decur. l. Diuo Marco, C. de quæſtionib. in ſtatu autem libertatis, conceptionis tempus ſemper inſpicitur, an ſcilicet pater reperiatur ſeruus an liber: non ergo mirum ſi ingratus libertus ad ſeruitutem reuocatus futuris nocet filijs, non autem tempore libertatis iam progenitis.

Sed dicta conſideratio non poteſt veram (niſi fallor) huius text. inductionẽ † infringere, quin
54 optimè ac cõcludenter poſteriorem ipſam opinionem confirmet, nam cum ſtatus manumiſſi ibi ad priſtinum reducatur ob ſequutam ingratitudinem, atque culpam, ſi illud ratione conceptionis induceretur in filijs poſt culpam conceptis, antea nati, & in ſeruitute concepti includerentur, ſed quia Iuriſconſ. culpę tempus perpẽdit, non mirum ſi ante ipſam culpam nati conceptique præſeruantur, ex ratione rationis quam Bald. afferebat.

Secundò inducitur alius text. in c. non imputantur, 1. q. 4. vbi Gratianus in hæc verba ſcribit. Non imputantur filijs delicta parẽtum, quę poſt eorum natiuitatem à parentibus committuntur, nec pro peccatis parentum ſpiritali pœna filij ſunt plectendi: officio autem vel beneficio eccleſiæ priuari ſpiritalis pœna eſt, non igitur hanc ex peccato patris meretur filius.

Diluere textum iſtum Didacus conatur, confiderando Gratianum canonem ipſum ex Auguſtino ad Auxilium Epiſcopum epiſt. 75. tranſtuliſſe Auguſtini verba referendo, quæ canonicas pœnas excludere videntur, ſpiritalesque tantum includere, & ſic de excommunicationis pœna (inquit) textum loqui, de qua idem Auguſtinus loquebatur, cuius verba ac ſententiã, Didacique reſponſionem cum Iacobus Menochius, accuratè referat & ſequatur, in relatione Auguſtini laborandum, immorandumque non videtur.

55 Niſi dixerimus, † deciſionem iſtius text. tergiuerſari non poſſe, Gratianus enim ibi, quamuis aliquid ex Auguſtino tranſtulerit, non tamen omne deſumpſit, quod quidem Didacus Couarr. fatetur, & propterea non poſſumus dicere, quin plus in referente ſit iſto caſu quàm in relato; ſique verba textus accuratè perpendantur, concluſionem quandam genericam de licti excluſiuam primum proponit, ſpiritalem deinde pœnam in conſequentiam à filijs antè natis ſpecificè remouet, vt debeamus in propoſito differentiam quandam velut inter genus & ſpeciem conſtituere, & ſic inter diuerſa prout genus & ſpecies inter ſe differunt, quod quidẽ genus alias etiam pœnas canonicas includit, & licet diligenter intuenti ſenſus clarus appareat, poterit tamen ex illa dictione Nec, clarior red-
56 di, quæ copulatiua † eſt & implicatiua, l. & quia, iunct. gloſ. ff. de iuriſdict. omn. iudic. gloſſ. in l. nec emancipati, C. de collat. laſ. in l. intra dies, numero 16. ff. de re iudic. Corn. conſ. 123. Videtur præſens conſultatio, num. 5. lib. 2. Pariſ. cõſil. 36. Conuentiones & pacta, num. 9. lib. 1. Auguſtin. Bero. conſ. 159. Cum Almericus, num.
57 ſexto, lib. 2. interque diuerſa † ponitur, Bart. in l. 2. §. item ſi voluntate, num. 4. dicens copulatiuam incluſam in negatiua, Nec, diuerſitatem oſtendere, ff. ſol. matrim. Corn. d. conſ. 123. ante num. 5. d. lib. 2. Et ſi diceretur eandem dictionẽ
58 Nec, progredi etiam declaratiuè † ad præcedentia, vt deducit Pariſ. conſ. 111. In cauſa, nu. 25. & 26. lib. 1. Reſpõdeo declarationem iſtam circa idem genus intelligi, non circa ſpecies, vt Pariſius ibidem declarat.

Tertiò adduci ſolet ratio, quòd ſi filius na-
59 tus ante patris dignitatem, illius honores † dignitatemque nequaquam conſequitur, l. emancipatum, ff. de ſenat. l. filij, §. ſenatores, ff. ad municipal. l. ſi ſenator, C. de dignit. libro duodecimo, l. ſecunda, §. in filijs, ff. de Decur. Scribitque Iuſtinus, Xerſem licet quintum Darij

Regis Perſarum ſuſceptum filium poſt regnũ à Dario adeptum, Archemonem Darij primogenitum excluſiſſe, tanquam ab ipſomet Dario tempore quo Rex non erat progenitum; Iuſtinumque refert Luc.de Penna, in d. l. ſi ſenator, num. 5. pari ratione, nec pœnam aut onus ferre debebit, l.ex qua perſona, ff. de regul.iur. imò maiori ratione, nam odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari, cap.odia, eodem tit.in 6. Cæterum falſam eſſe aſſertionem illam Didac. & Menoch.in præcitatis locis reſpondẽt, quòd filius ante patris dignitatem progenitus, paternas prærogatiuas non conſequatur, imò verius eſſe eas conſequi, ſicuti ſcripſerunt Guid. de Suzzar.Alberic.de Roſat.& Ioan.Coraſ.in l.ſenatoris filius, d.tit.ff.de ſenat.ex illo text. idem Alberic.in tract.ſtat.part.1.quæſt.157. Felin.& Franciſc.Rip. in cap. inter cæteras, de reſcript. Cirier.de Primogen.lib.1. quæſt. 12. Iacobin. de S.Georg.in tract.feud.colum.4. Andr.Tiraquell.d.q.31.num.12.& 19. vbi plura adducit, quibus oſtenditur veram eſſe hanc opin. Sed lõgè plures ſunt contrariam tenẽtes, relati ab eodemmet Andrea ibidem, num.8. verſ. Propterea vt ad quæſtionem.

Licet autem Tiraquelli ac Didaci opinio mi
60 hi arrideat, tamen diſputando† poſſet textui in d.l.ſenatoris filius, reſponderi, Quòd filius ſenatoris dicitur, in quantum, l. filium eum definimus, ff.de his qui ſunt ſui, vel alien.iur.loquitur, & ſic ſiue natus ſit ante vel poſt ſenatoriam dignitatem, ſcilicet naturaliter: ſed non vt eandem ſiue parem dignitatem antea natus conſequatur, quam poſt dignitatem progenitus conſequitur: & propterea vt in eadem lege gloſſ. aduertit, in verb. Nec intereſt, ante genitus dicitur clariſſimus, poſt vero illuſtris, l.ſi ſenator, C.de dignit. lib. 12. vbi ante geniti priuati filij nuncupantur, ad idem eſt text. in d.l.ſecunda, §.in filijs, iunct. gloſſ. inconueniens certè videretur, & ad inuidiam tendere; niſi etiam ante natus aliquid ex patris dignitate conſequeretur, ſed non exequantur ante & poſt dignitatẽ adeptam progeniti, vt in dictis iuribus. Hinc Bald. Iuriſc. ingenioſiſſimus in d. l. ſenatoris filius, ſcribit, appellatione filij, quaſi filium cõtineri.

Ex prædictis conſtat, vtranque opinionem diſputando defendi poſſe: cumque difficultas iudicio meo ſit maxima, quæ iſto caſu inter Doctores verſatur, & hinc inde validę rationes vrgeant, miror valde multos abſque acerrima diſceptatione quid de hac re ſentirent effudiſſe, vt non fortuito aliquid concludendum in negocio non leuis ponderis videretur. Quamuis itaque Iacobus Menoch.d.libro 4. præſumpt.33. num.17.verſ. De crimine hæreſis, Ioannis Andreę Gemin. & aliorum complurium opinionẽ ſuo arbitratu veriorem, crebrioremque eſſe di-
61 xerit, aliter ego ſentio, ſcilicet Calderini † ſententiam in puncto iuris veriorem, ſolidiorem, iſtisque temporibus magis communiter receptam videri, magis etiam æquiorem, vt Ioan.Si manc.d.cap.29. affirmat: quæ etſi ex varijs iuribus, & rationibus firmiter conſiſtat, ex d. cap. non imputantur, 1. quæſt. 4. potiſſimum probari. Primò euincitur, vbi ad litteras arcuum triumphalium (vt hoc repetam) legitur, Non imputantur filijs peccata parentum, quæ poſt
62 eorum natiuitatem à parentibus† committuntur: quod etiam affirmarunt Oldrad.conſ.224. Iſtæ ſunt allegationes, col.9. ante nu.34.verſic. Prædicta autem vera ſunt, & Nicol. Boer.deciſ. 7.incip. Bartolus, nu.6.in 1.par.vbi alios citat.

Secundò eadem opin.probatur, ex l.1.§.fin. ff.de bon.poſſ.contra tabul.& l.ſi necem domini, §.ſi deportatus, ff.de bon.libert. vbi filij iam nati propter ſuperuenientem caſum in perſona patris à ſucceſſione non repelluntur. Tertiò facit plurimum inſignis Vlpiani deciſio lib. 2. fideicom.in d.l.ex facto, §.ex facto, il 1.ff. ad Trebell.inducendo vt ſupra. Vltimò congruit ratio veriſimilis, & coniecturata, ex c.ſtatutum, il 8. de hæretic.in 6.deſumpta, Si enim filij illorum hæreticorum qui tandem ad eccleſiæ vnitatem quoquomodo redierunt pęnis ſupradictis non ſubijciuntur, quamuis procreati ab infectis parentibus fuerint, quanto iuſtius, atque æquius impunitatem conſequi debent ij, qui ex catholicis patribus nati ſunt, quamuis poſtea in hæreſim eorundem parentes ipſi prolapſi fuerint?

Nec obſtabit ſi cum Iacobo Menoch. Iuriſconſ.grauiſſimo, ac præclariſſimi nominis, dicetur, nos non loqui de ijs parentibus qui redierunt, neque ab eccleſia aliqua pœna affecti conſpiciuntur, ſed de illis hæreticis, qui tales habiti ab ipſa eccleſia fuerunt, quive ab ea damnati remanſerũt; primo nanque caſu ęquum eſt, quòd ſi parentes criminis auctores impunes dimiſſi extitere, vt & tales eorum filij dimittãtur; quòd ſi parentes damnantur, & ex ijs poſtea filij procreati, eadem ratione conuenit, vt eiſdem pęnis ante nati afficiantur.

Nam vis argumentationis alio tendit, vt dicere illud expediat, diſtingue tempora, & cõcordabis ſcripturas. Diſtinguẽdum igitur tempus conceptionis filiorum in ſtatu fidei videtur, cõferendumque tempori quo pater macula hæreſis ante aſperſus reunitur eccleſię cum filiorum impunitate, adeo quòd longè plus filijs in ſtatu fidei conceptis tribuendũ erit, quã in ſtatu hęreſis progenitis, cũ primi non à ſanguine coinquinato, ſecũdi à ſanguine infecto deſcẽdãt, & licet primo caſu pater hęreticus moriatur, ſecũdo neq̃quã, hoc nõ ptinet ad illũ primũ ſtatũ, quo in fide à parente non hęretico filij progeniti ſunt, vt ſecundum tempus infidelitatis paternæ non

retro-

retrotrahatur in odium orthodoxorum filiorũ ante natorum, & à parentibus ſine labe hæreſis conceptorũ, ex iuribus deſuper allegatis: quod certè ſatis æquũ redditur, vt alius pater, ſit quodammodo cẽſendus, poſtquam hæreticam prauitatem incurrit, arg. d. l. ex facto, §. ex facto, il 1. d. tit. ff. ad S. C. Trebell.

Quæro nunc ad quos bona hæretici confiſca
63 ta † ſpectent? in hoc variæ ac diuerſæ Scribentium opiniones reperiuntur, Et Prima quidem fuit, quòd hæreticorum bona, ſi clerici fuerint eccleſijs in quibus reperiebantur beneficiati applicentur, ſi verò laici fiſco ſæculari, cap. excommunicamus, il 1. in princ. de hæretic. deque hoc vltimo eſt text. in d. cap. vergentes, eodem tit. in cap. cum ſecundum leges, ipſomet tit. in 6. Petrus de Anchar. in cap. vt commiſſi, de hæretic. eodem tit. & conſ. 15. Spiritualis iudex, colum. fin. verſi. Imo plus ſi laicus committat crimen, Matth. de Affict. in tit. quæ ſunt regal. in verb. Bona contrahentium, num. 19. Foller. in tit. de hæretic. ſub num. 10. verſic. De iure etiam canonico, fol. 275. Secunda fuit opinio, quòd hodie bona declarati pro hæretico veniant applicanda fiſco temporali pro vna parte, pro alia Inquiſitori, & pro alia tertia ipſi officio inquiſitionis, quoniam ita cauetur Papalibus Conſtitutionibus, vt volunt Ioan. Andr. & Philipp. Franc. in d. cap. cum ſecundum, §. confiſcationis, vbi etiã Dominicus de S. Gemin. Gundiſſalu. in tract. de hæretic. q. 15. Squillacenſ. in tract. de fid. catholic. cap. 30. Aegid. Boſſ. in tit. de hæretic. numero 33. Eandem etiam opinionem tenuerat, Petr. de Anchar. in d. cap. cum ſecundum, in 3. not. refertque Felin. in cap. irrefragabili, §. cæterum, columna ſecunda, verſic. Et quando, de offic. ordin. quòd quando fuit Romæ tempore Sixti, vidit in bibliotheca Vaticana in libro de Inquiſitoribus hæreſis, multas extrauagantes in quibus derogatur diſpoſitioni d. cap. cum ſecundum, taxando bona de hæreſi condemnati, applicari Sedi Apoſtolicæ ordinario, & Inquiſitori: opinionemque Ioan. Andr. ſequitur Pariſ. conſil. 2. Etſi eſſe Iudæum, num. 114. verſic. Et hodie, libro 4. Sed Boſſ. in d. tit. de hæretic. numero 33. dicit ſe audiuiſſe ab Inquiſitore hæreſis, quòd de ipſis bonis nihil pertinet ad Epiſcopum, de hocque eſſe Extrauag. Bonifacij, nec Principi ſæculari, niſi onus militum, aliarumque impenſarum in perniciem talium ſceleſtorum ſuſcipiat. Tertia fuit opinio, quòd Inquiſitores debent bona hæreticorum confiſcata in tres partes diuidere, quarum vna dabitur Cõmuni Ciuitatis illius in qua hæreticus damnabitur, alia Poteſtati, ac officialibus ſęcularib. qui executionem contra hæreticum facient, aliam verò tertiam partem retinebunt pro officij ſuſtentatione, ad faciendumque incumbentia in Sancto officio inquiſitionis, vt conſtat ex Cõſtit. Clement. 4. incip. Statuimus, §. Teneantur inſuper, circa fin. & in extrauag. Innoc. 4. incip. Ad extirpandam, vt citatur in Summa Tabien. in tract. de hæretic. in verb. Hæreticus, columna quarta, verſic. Quæritur quis ſit iſte fiſcus, vbi auctor Summæ dicit vidiſſe plumbeam in camera Inquiſitoris Bononiæ, vt per eũ. Quarta fuit opinio Dom. Ioannis in eadem Summa Tabiena in loco prælegato, quòd præcedens Conſtitutio per deſuetudinem extitit abrogata, ſubdẽs, quòd per Apoſtolica reſcripta fiſcus in hoc aliter declarat, ſcilicet quòd Romana Ecclesia habeat dimidiam, alia verò dimidia officio Inquiſitionis pro incumbentibus tolerandis remaneat, teſtaturque ita de conſuetudine obſeruari. Quinta, de qua per Ludouicum Bolognin. in conſ. citato per Ioan. de Tabien. in d. Summa, quòd executio per Inquiſitorem fieri debet, vel per alium cui ipſe cõmiſerit, & quòd omnia bona confiſcata debent applicari ad promotionem vtilitatemq. officij inquiſitoris, per iura, & rationes ibi citatas, cum qua ſententia ipſe Ioan. Tabien. pertranſit. Sed hanc opinionem communiter reprobatam eſſe credit ni fallitur Rolan. de Vall. d. conſilio 8. Præſuppoſito pro vero, colum. 2. ſub num. 13. verſic. Vltima eſt opinio, libro 3. Sexta eſt opinio diſtinguens eiuſdem Rolan. in prælleg. conſ. 8. numero 15. & 16. quòd prima opinio ſit vera nullis extantibus Conſtitutionibus Papalibus in contrarium, Aliæ verò opiniones procedant apparentibus dictis conſtit. Papalibus, & Extrauagantibus de quibus ſupra, quæ palpari poſſent, ſecus autem vbi de eis non conſtaret, vt per eum. In tanta opinionum varietate, alij ſeptimo loco ſic diſtinguebant, Aut adſunt decreta Papalia in ſpecie alicui ciuitati conceſſa, circa dicta bona diſponentia, & tunc illa omnino ſeruanda ſint, omiſſa omni alia iuris aliarumve Conſtitutionum, atque Pontificum ordinatione ex conſueto, hæc etenim particularia decreta Pontificia attendi debent, tum quia conſtitutiones ac
64 decreta † Pontificis in hac materia ſeruentur, cap. fin. §. conſtitutiones, de hæretic. in 6. auth. vt nouæ conſtit. in princ. tum etiam quia conſtitutio Papæ dum decernit, vel aliquid edicto præcipit, iuxt. l. primã, ff. de conſtit. princ. cap. conſtitutio, 2. diſtinct. vim legis obtinet, l. cum prolatis, vbi Bart. & Alexan. num. 1. ff. de re iudic. cap. paſtoralis, de fid. inſtrum. Aut non adſunt decreta ſpecialia, tuncque loci particularem conſuetudinem præ cæteris attendendam
65 eſſe, in pœnis nanque conſuetudo † imprimis vim legis obtinet, Felin. in cap. inter cæteras, columna quinta, de reſcript. in cap. inquiſitionis,

de accuſ. Aym. Crauet. conſ. 137. Magiſter Robertus, num. 6. verſic. Stante igitur tali conſuetudine, libro primo. Aut ceſſant particularia de creta, & conſuetudines, & tũc Aut ſumus in terris Eccleſiæ, & attendenda ſit illa concluſio, ſeu conſuetudo, vt dimidium bonorum Curiæ Romanæ, alterum verò Officio ſanctæ Inquiſitionis applicetur, prout ſic concludit Lucern. Inquiſit. in verb. Bona hæreticorum, numero 8. Aut in terris, & locis, extra Italiam, tũcque ius commune ſeruetur, ad tradita per Roland. de Vall. d. conſil. 8. per totum, libro tertio, ita poſt multa diſtinguit Franciſcus Burſat. conſil. 43. Ob crimen hæreſis, num. 46. vſque ad fin. conſ. libro primo, & certè non incelebris diſtinctio à tanto viro tradita mihi videtur. Circa quod nõ omiſerim Andream illum de Iſern. in d. tit. quæ ſunt regal. in verb. Contrahen. inceſt. nupt. numer. 23. dicentem Papales Conſtitutiones quotidie emanare ſuper hoc crimine ad Inquiſitores hæreticorum.

Quæro etiam nunquid filijs catholicis, & orthodoxis hæreticorum aliquid pro legitima illis iure naturæ debita reſeruetur, an verò confiſcatio integralis ſit, & in hoc cõcludendum eſt, filios tam in terris Imperij, quàm Eccleſiæ ſuc-
66 ceſſione patris hæretici priuari, ac etiam † legitima, arg. d. l. quisquis, à fortiori arguendo, vt latè hoc comprobat Roland. d. conſ. 8. num. 43. & infra, lib. 3. in odium turpitudinis, & abominationis tanti criminis, vt dixerit Paul. Grillãd. in tit. de hæretic. in 4. q. quòd ipſi filij adeo ſunt effecti à iure incapaces, & inhabiles ad ſuccedẽdum patri, quòd nec in vno numo illi valeant ſuccedere, ſed ſemper debeant in calamitate, egeſtateque ſordeſcere, ſicut filij reorum criminis læſæ maieſtatis, & tales eſſe debent, vt eis vita ſit ſupplicium, & mors ſolatiũ, d. l. quisquis, & d. cap. vergentes: Intantumque lex huiuſmodi delictum odio habet, quòd filij, ſeu alij deſcẽ-
67 dentes, vſque in ſecundam generationem † aliqua beneficia, aut officia eccleſiaſtica obtinere non poſſunt, tãquam illorum incapaces, vt per Grilland. vbi ſupra, in 3. quęſt. col. 2. in princ. & Gundiſſal. in d. tract. q. 23. Rol. d. conſ. 8. n. 48.

Vnde etiam eſt, quòd ſicut mulier propter
68 adulterium † dote priuatur, l. viro atque vxore, ff. ſol. matrim. l. conſenſu, C. de repud. Niſi maritus etiam adulterium commiſiſſet, Hippol. de Marſil. ſing. 234. Paria delicta, Hieron. Grat. conſ. 50. In præſenti cauſa, num. 19. lib. 2. Et niſi adulterium eſſet metu commiſſum, Abb. conſ. 4. Quædam mulier, poſt prin. verſ. Sed his non obſtantibus, lib. 1. Pariſ. ad Bart. in rub. ff. de eo quod met. cauſ. Et nõ ſolum dote priuatur, ſed
69 etiam bonis † paraphrenalibus, gloſ. in c. plerũque, extra de donat. inter vir. & vx. Iaſ. in rubr. C. de iudic. num. 3. Ludouic. Roman. ſing. 312. Propter adulterium, Hippol. d. not. 234. Nicol. Boer. deciſ. 338. num. 2. vbi de communi, in 2. part. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. adulterium, verſ. Adde quòd propter adulterium, vbi citat Didacum, & Bermõdum, de dictaque communi opinione atteſtatur, Aegi. Boſſ. in tit. de coitũ dam. & punibili, nu. 54. Et non ſolum propter adul-
70 terium, ſed etiam propter oſculũ † luxurioſum, Bal. in c. tuæ, verſ. Quid ſi abſque carnali copula, de procur. Dec. in rubr. C. de eden. nu. 2. vbi Nicol. Bellon. nu. 81. communem ſententiã eſſe affirmat, Franciſc. Rip. in rub. extr. de iudic. nu. 16. verſ. Quid tenendum, citans authoritatem Fel. in c. præterea, num. 3. de teſtib. & pluribus hoc comprobans, & ad contraria reſpondens, Iul. Clar. in d. §. adulterium, verſic. Scias etiam, Et quamuis contrarium ſenſerint ipſemet Decius in l. ſi fugitiui, num. 47. C. de ſeru. fugitiu. & in rubr. extr. de iudic. in princ. vbi Auguſtin. Bero. num. 22. de communi atteſtans, Iacobus Menoch. in tract. de arbitrar. iudic. Quæſt. libro 2. centu. 2. caſu 276. num. 4. vbi dicit ita omnes tenere in d. rubr. de eden. iſtamque veriorem eſſe repetit in tract. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 41. num. 36. in 2. part. rurſusque de arbitrar. d. lib. ſecundo, centur. 3. caſu 287. num. 8. & Anton. de Padill. in l. tranſigere, nu. 87. verſ. Sed & ſunt, veriorẽ opin. eſſe ſcribens, C. de tranſact.

Tamen Baldi opinio in d. c. tuæ, crebrior videtur, probaturque ex text. in c. 1. §. 1. tit. quib. mod. feud. amitt. Crediderunt que veteres, vel
71 oſculo ſolo † pudicitiam mulieris delibari, cum ſit proximum coitui, ac inter lineas quinq. amoris, quarto loco conſtituatur, vt Donatus in Eunuch. Teren. explicat, Vnde Ouid.

Oſcula qui ſumpſit, ſi non & cætera ſumpſit,
Hæc quoque quæ ſumpſit, perdere dignus erat.

Congruit his quod ſcribit Valerius, Mæuiũ quendam ciuem Romanum in libertum charũ admodum ſibi animaduertiſſe, quia filiæ ſuæ nubilis iam ætatis oſculum dediſſe comperijſſet; Hinc eſt, quòd ſponſalitia donatio, quæ tacitam habet conditionem, ſi nuptiæ ſequantur, l. 1. ff. de donat. ſi per alterum ſteterit quominus matrimonium perficiatur, res donatę ab eo condici poterunt, l. cum veterum, C. de donat. ante nupt. Quòd ſi mors interuenerit propter quam ſponſalia irrita manſerint, idem dicendũ eſt, niſi quòd ſponſa cui oſculum à ſponſo da-
72 tum eſt, ob eam cauſam rerum donatarum † dimidiam partem lucretur, l. ſi à ſponſo, C. d. titul. quod quidem iam dictam habet rationem, cum veteres oſculo ſolo pudicitiam delibari autumarint, vt explicat Franciſcus Duarenus in tractatu ſolut. matrimonio, dum de ſponſalitia donatione ibi ſcribit, fol. 113. & tandem

idem

idem ſentire videtur Connan. commentar. iur. ciuil. lib. 8. cap. 2. tit. de ſponſalib. ſub numer. 7. colum. antepen. verſic. Magnum etiam, Quam quidem de oſculo concluſionem limitant ali-
73 qui in viro religioſo † deoſculante mulierem, non enim præſumeretur libidinis cauſa, id facere, ſed cauſa benedicendi, ſecundum gloſſ. ordin. in cap. abſit, 11. quæſt. 3. hanc tamen declarationem veram non eſſe, ſcribit Franciſcus Ripa in d. rubr. de eden. num. 26. in 3. reſtrict. per text. in cap. oportet, 81. diſtinct. vbi clerici prohibentur commune cum mulieribus lauacrum intrare propter ſuſpicionem, cur ergo non prohibeantur lactentes mammillas mulierum tangere, ac purpureas ipſarum genas, ſiue ora oſculari? illam etiam gloſſ. damnat maximus criminaliſta, atque practicus, Ang. de Aret. in tract. malefic. in verb. Che m'hai adulterato, ſub numer. 9. verſic. Tamen vt alibi dixit, fol. 141. cui aſſentitur Iacobus Menoch. in d. tract. de præſumpt. part. 2. libro quinto, præſumpt. 41. numero 20. Non tamen præterierim, Nicolaum Euerard. in loc. à communiter accident. verſic. Hoc tamen fallit, dicentem in hoc eſſe conſiderandas, ac ponderandas circunſtantias, & perſonarum qualitates, locus enim, tempus, & cauſa mala præſumptionem inducunt, & remouent, vt not. in cap. in omnibus, 81. diſtinct. in cap. ſciendum, 29. diſtinct. & in l. aut facta, ff. de pœnis, vbi ſubdit, diſtingue, ergo hoc caſu loca ac tempora, & concordabis ſcripturas, l. apud antiquos, C. de furt. & cap. ſi peccauerit, 11. quæſt. prima, cum ſimil. idemque ſibi voluit Auguſtinus de Arimino in addit. ad Ang. in præcitato loco, numero 18. verſic. Addatis quòd credo, fol. 142. Sed melius erit, vt religioſi ab his periculis penitus ſe abſtineant, & non ſolum crimine, verum etiam ſuſpicione criminis careãt. Mihi autem, vt verum fatear, diſplicet dictæ gloſſ. aſſertio, præſertim hiſce temporibus: vt prudẽter dixerit Angel. Aretin. in d. tract. præalleg. numero nono. A tali charitate, dilectione, & bono zelo, quòd vxores à clericis oſculentur libera nos Domine; & quòd illa gloſſ. à communiter accidentibus vera non ſit, tenet Dec. in l. non hoc, numero vndecimo, C. vnd. cogn. dicens ipſam debere declarari, vt per Abb. in cap. quanto, colum. pen. extra de præſumpt. quod dixit etiam Auguſtin. Ariminenſ. d. num. 18. verſic. Et ideo.

Et poſtquam aliquantulum hanc materiam tangere ad infraſcriptum propoſitum hoc in loco contigit, declarando eandem concluſionem de oſculo, quando conſtaret adulterium nõ fuiſ-
74 ſe † ſequutum, vt per Hieronym. Grat. conſ. 50. In præſenti cauſa, numer. 26. lib. 2. Addendum eſt, dictam l. viro atque vxore, in vidua etiam
75 locum † habere, vt dicunt Paul. de Caſtr. conſilio 147. Reuocatur in dubium, num. 1. vſque ad 4. libr. 2. in l. ſororem, numero quarto, C. de his quibus, vt indign. & in l. fideicommiſſum, vbi Salic. & Corn. C. de fideicom. Prçpoſit. Alexandrin. in cap. plerunque, de donat. inter vir. & vxor. Iaſ. in l. 2. num. 41. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. in l. 2. num. 2. & 6. vbi Thom. Parpal. numero 27. verſic. Vltima datur ampliatio, ff. ſol. matrim. Iacobin. de S. Georg. in d. l. ſororem, in 2. lect. num. 6. Felin. in cap. paſtoralis, colum. 3. num. 5. vbi etiam Benedict. de Vadis, de iudic. Hipp. de Marſil. conſ. 13. Diuini numinis, num. ſexto, verſic. Et in proprijs terminis, not. 234. Paria delicta, verſic. Et adde prædictis, & not. 416. Plures profectò reperiuntur viduæ, atque in l. 1. num. 48. vſque ad num. 62. C. de rapt. virgin. Sebaſtian. Sapia in l. cum quædam puella, num. 7. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Ioan. Crot. in l. 4. §. Cato, in 1. lect. num. 139. de verbor. oblig. Ioan. Lopez in rep. cap. per veſtras, §. 67. num. 6. & §. 86. pariter num. 6. d. tit. de donat. inter virum & vx. Niconit. in rubr. de eden. numer. 18. Marian. Socin. in addit. in rubr. de for. compet. colum. 5. in verb. Nam vidua, Ioan. Neuizanus in eius Silu. nupt. in verb. Seni non eſt nubendum, fol. 65. col. 1. verſ. Caueat etiam ipſa mulier, Ciſuent. in l. 14. Tauri, num. 14. Ang. de Clauaſ. in Summ. in verb. Dos, Bermond. in tract. de public. concubin. in rubr. de adulterio, num. 60. Laurent. Siluan. conſ. 2. Circa primum, numero 37. & conſilio 6. Æmilio, num. 17. Catell. Cott. in memoral. incip. Mulier propter adulterium, in fin. & cum prædictis videtur etiam trãſire Ægid. Boſſ. in tit. de coitu damn. & punibili, num. 65.

Et quamuis in vidua contrarium ſenſerint, Alex. in d. l. ſororem, col. 2. verſic. Item facit, C. de his quib. vt indign. Iaſ. in d. l. fideicõmiſſum, in fin. num. 3. & 4. Dec. in d. l. cum quædã puella, col. 2. & in d. c. paſtoralis, col. fi. vbi de çquiori, Io. Crot. in l. 2. in princ. nu. 8. & 9. ff. ſol. matr. de veriori opinione atteſtans, & in d. §. Cato, in 2. lect. num. 78. Franciſc. Rip. in rubr. extr. de iudic. num. 15. & 22. Gulielm. de Bened. in rep. c. Raynut. in 3. par. nu. 202. dicens aliam opinionem cõmuniter reprobari, extr. de teſtam. Ambroſ. de Vign. in l. fin. C. de adult. Guliel. Maynerius, in l. in ambiguis pro dotibus, nu. 208. & infr. de reg. iur. Didac. Toleta. in epitom. de ſpõſalib. & matrim. c. 6. §. 6. nu. 10. dicẽs ita pluries iudicatam fuiſſe, Petr. Duen. reg. 12. in 3. limit. And. Alciat. in tract. de prçſump. reg. 2. prçſum. 9. in fin. Nicol. Boer. deciſ. 338. Quo ad ſecũdã, ſub num. 10. 11. & 12. in 2. part. dicens pro hac opin. Alex. bis in Parlamẽto Burdegalenſi iudicatũ fuiſſe, Nouiſſ. Pariſienſ. in conſuetud. Pariſienſ. in tit. 1. §. 30. q. 28. nu. 142. Bartolomæus Caſſan. in conſuet. Burgund. in tit. Des Droits,

rubr.4.§.6.col.1.verſ.Sed quæro,fol.156.Soc. iun.conſ.111.Viſis his, num.1.lib.3.vbi nu.7. Hodie(inquit)communem opinionem fortaſſe contra Caſtrenſem vigere,de æquiori, veriori, ac melioribus legibus,& rationibus fundata cõcluſione,num.8.atteſtans,Aym.Crauet.conſil. 205.col.4.de communi,ac denique Roland.de Vall.conſ. 86.Reuerendiſſime Antiſtes, in fin. verſ.Ad vltimum,lib.2.dicens hodie receptam opinionem eſſe.

76 Prima tamen opinio crebrior† videtur calculatis nominibus Doctorum,eorundemque autoritate grauitateque, & de communi fidem facit Boer.in prælleg.deciſ.licet ipſe (vt dicebã) diſſentiat; Superuenit demũ opinio diſtinguẽs, quòd Aut ſumus infra annum luctus, & procedat Caſtrenſis ſentẽtia, aut poſt annum luctus, & vera ſit Alexandri opinio, vt ita diſtinguunt Alciat.d.reg.2.præſumpt.9.num.5.Didac.d.§. 6.num.11.Ioan. de Garronib. in auth. eiſdem, num.20.C.de ſecund.nupt.Rol.de Vall.d.conſil.86.num.41.verſ.Tertio conciliando,libr.2. quibus aſſentiri viſus eſt Oſaſc. d.deciſ.77.numer.37. Sed quamuis opinioni diſtinguenti ad hærendum ſit,ego nõ recederem indiſtinctè ab opinione Caſtrenſis, ad refrenandam nonnullarum viduarum luxuriantium ineffrenatam libidinem,& fauore caſtitatis,atque honeſtatis. Et non ſolum mulier in ſuum corpus peccans
77 dote priuatur, ſed etiam † nobilitatis ſplendorem dignitatemque amittit ac infamis efficitur, Bald.in l.cum antiquioribus,num.8.verſ.Quia ſi nobilis, C. de iur. delib. Andr. Tiraquell. in tract.de nobilit.c.24.incip.Nobilitas autẽ multis modis amittitur,num.2.fol.202.

Ita etiam, vt ad propoſitam materiam poſt non incongruam fortaſſe digreſſionem reuertar, mulier matrimonium cum hæretico ſcien-
78 ter contrahens, dote † ac ipſius actione priuatur,c.decreuit,de hæretic.lib.6. Io.Lopez in d. c.per veſtras,§.9.num.11.d.tit. extra de donat. inter vir.& vx.& ante eum Specul. in tit. de diuort.verſic.Eo modo, Celſ. Hugo conſil. 105. Iuuencula quædam,num.12.verſ.Attamen mulier,Ioan.Simanc.in tract. de catholic. inſtit.q. 9.num.73.

Quæro etiam quam iuriſdictionem Inquiſitores hæreticorum habeantè& dicendum eſt ip-
79 ſos iudices delegatos † eſſe,vt probatur in cap. per hoc,vbi Dominic.in princ.de hæretic. in 6. & tenet glo. in Clem.nocens,in verb.Ipſorum, de hæretic.not.in cap.ne aliqui,eod.tit.d.lib.6. traditque Dec. conſ. 137. Et diligenter,& pro tenui,col.3. ante num.4. verſ. Secundo principaliter reſpondetur, ſubdẽs habere in cauſa hæreſis limitatam iuriſdictionem,c.accuſatus,§.ſane,de hæretic.d.lib.6.Clemen.1. in princ. & ibi Cardinal.eod.tit.cum alijs per eum adductis.

80 Et quòd Epiſcopus ſit ordinarius † in hoc crimine,probat text.in c. excommunicamus,in fin.extr.de hæretic.vbi Fel.num.4.dicit,Inquiſitorum iuriſdictionem cumulatiuam eſſe, non priuatiuam,d.c.per hoc, in procedendoque locum præoccupationi eſſe, ſi autem ambo citauerint, Inquiſitor præponi debet, ex eo quod delegatus,c.ſane,il 2.de offic.deleg.& c.ſtudui-ſti, Niſi ipſe Epiſcopus citaret,vt delegatus, vt in caſu,c.ad abolendam, in fin.d.tit.extra de hęretic.vt per Felin. ibi, & de hoc late Simanc. in tract.de catholic.inſtit.tit.25.nu.4.& 5.

81 Crimenque iſtud hæreſis † merè eccleſiaſticum eſſe,ideſt de foro Eccleſiæ, probat text. in cap.vt inquiſitionis,§.prohibemus,de hæretic. in 6.& in auth.Gazaros,C.eod.tit.Gundiſſalu. in tract.de hæretic.cap.15. Squillacenſ. in tract. de fid.catholic.cap.23.& 30. Matth.de Affict. in Conſtit.Inconſutilem, num. 33.Ægid.Boſſ. in tract.crimin.tit.de hęretic.num.10.Rolan.de Vall.conſ.8.Præſuppoſito pro vero, num.5.libro 3.Franciſc.Burſat.conſ.43. Ob crimen hæreſis,num.22.verſ.Quia hæreſis crimen,libr.1. vbi communem opinionem eſſe ſcribit, & conſil.90.An Iudæus retinens libros,numer.16.de eadem communi atteſtans, eodem vol. deque magis communi fidem facit idem Rolan. conſ. 20.Si diligenter,& maturè,num.10.verſ.Et pariter illa non valuit,d.lib.3.Alfonſ.de Caſtr.de iuſta hęretic.punit.lib.1.cap.quinto,& cap.23. in princ. & ante iſtos Andr. de Iſern. in tit. quę ſunt regal.in verb.Contrahen. inceſt. nupt.numero 31.ac Paul. de Caſtr.conſ.109.Viſa petitione prędicta,col.3.ſub num.3.lib.2.dicens ſolum crimen hęreſis,& ſimonię dici crimina merè eccleſiaſtica, ac de illis ſolum eccleſiaſticum cognoſcere,vt per eum.

Vnde Domini temporales,ac ipſorum iudi-
82 ces,& officiales,non poſſunt† in eo ſe intromittere,vt in d. ca. vt inquiſitionis,§.prohibemus, contrariumque facientes ipſo iure excommunicationis mucrone percuſſi remanent, in qua ſi per annum animo pertinaci perſteterint, velut hęretici ſunt condemnandi, tantumque ſęculares iudices ſe intromittunt in exequendo, quę ipſis ab ordinario,vel Inquiſitoribus iniungun tur,quibus parere tenentur,d.cap.vt inquiſitionis,& latè per Roland.d.conſ.20.& Franciſcus Burſat. in conſilijs deſuper allegatis, ac per Io. Simanc.in d.tract.de catholic. inſtit. tit.23.numero 8.

Sciendum ẽt eſt,hęreticũ in vno loco,puniẽ-
83 dũ † vbiq. eſſe, quia eſt peccatũ in Deũ cui oẽs ſubſunt,Deus Monarcha vniuerſalis eſt,Domini eſt terra,& plenitudo eius,c.quo iure,8.diſt. Dominus vniuerſorum ipſe eſt,Iudith 9.in omniumque confertur iniuriam, quicquid in religionem Diuinam committitur, l. Manichæos,

in

in princ. C. de hæretic. ita concludunt Andr. de Iſern. in d. tit. quæ ſint regalia, in verb. Bona cõtrah. inceſt. nupt. num. 47. verſ. Secus videtur, Cardin. in Clem. 2. §. denique, q. 9. de re iudic. Lancell. Conrad. in ſuo Prætor. iur. de hæretic. lib. 1. cap. 9. num. 17. latè Franciſc. Burſat. conſ. 7. Franciſcus Veronenſis, num. 28. verſ. Præterea damnatus de hæreſi, lib. 1.

84 Quis autem dicatur † hæreticus, Paul. Grilland. in tract. de hæretic. in prin. quem ſequitur Carrer. in eod. tract. ante num. 2. dicunt, Hæreticum eſſe eum, qui non firmiter credit, & pertinaciter inſiſtit. Hæretici etiam definitionem habemus in c. hæreticus, 24. q. 3. Hæreticus (inquit) eſt, qui alicuius temporalis commodi, & maxime vanę gloriæ, principatusque ſui gratia falſas ac nouas opiniones, vel gignit, vel ſequitur, ille autem qui huiuſmodi hominibus credit imaginatione quadam veritatis, illuſus eſt: hancque definitionem ſequitur Hoſtienſ. in Summ. lib. 5. tit. de hæretic. in princ. & in c. qui in Eccleſia, 24. quæſt. 3. Qui in Eccleſia Chriſti morbidum aliquid prauumque quid ſapiunt ſi correcti, vt ſanum rectumque ſapiant reſiſtunt cõtumaciter, ſuaque peſtifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtũt hæretici ſunt. Franciſc. Burſat. d. conſ. 7. num. 39. dicens iſto modo formaliter quempiam hæreticum eſſe, vt per eum plures atteſtantem, verſic. Propter quod, & poſt S. Thom. 2. 2. q. 11. artic. 2. Iacob. Philipp. Port. conſ. 110. Contigit, col. 2. in fin. num. 6. verſ. Et primo, lib. 1. & Arnald. Albertin. q. 1. per totam.

85 Et quòd tria coniunctim † cõcurrere debeãt, vt quis propriè hæreticus dici poſſit, Primum, falſa credulitas, gloſ. in c. qui aliorum, 24. q. 3. & c. 1. in verb. Pari ratione, de offic. deleg. Secũdum, vt peruerſa voluntas ſubſit in concupiſcibili. Tertium, pertinax impugnandi obſtinatio, Port. d. conſ. 110. num. 12. d. libr. 1. vbi num. 29. verſ. Reſpondeo huiuſmodi oppoſitionem, dicit in crimine hæreſis duo extrema neceſſario concurrere debere, errorẽ in initio circa ea quæ ſunt fidei, & pertinaciam in voluntate, quod docuit Cardinal. de Turre cremata, vt per eum, & de pertinacia requiſita, vt ſupra, Pariſ. d. conſil. 2. num. 183. vſque in fin. lib. 4. Cardin. in Clem. vnic. §. porrò, de ſumm. trin. in 9. not. idem Cardinal. & Genzellin. in Clem. vnic. §. fin. de vſur. Felin. in rubr. extra de hæretic. in princ. verſ. Et nota, Io. Lopez in alleg. in mater. hæreſis, §. 3. verſic. Secundum perquam neceſſarium, poſt Bart. & Nicol. de Neap. in l. tutor, §. tutores, ff. de ſuſpect. tut. ac latè per Arnald. Albertinũ in tract. de agnoſc. aſſert. hæretic. q. 2. numer. 1. vbi quinq. neceſſario requiri tetiatur. Primò quòd fuerit catholicam fidem profeſſus. Secundò, q aliquam veritatem catholicæ fidei credat. Tertiò, quòd habeat errorem in intellectu. Quartò, quòd talis error ſit in his, quæ ſunt fidei, & bonorum morum ad conſequendam vitam æternam. Quintò, quòd talem errorem pertinaciter defendat.

86 Nec omiſerim propriè hæreſim † in duobus caſibus propriè dici, quando quis aliter ſentit de articulis fidei, quàm Romana Eccleſia, c. hęc eſt fides, 24. q. 1. & quando quis malè ſentit de Sacramentis Eccleſiæ, c. ad abolendam, de hæretic. in princ. & ita Abb. poſt Hoſtienſ. & alios concludit, in c. firmiſſime, de hæret. Fel. in rub. eod. tit. in princ. Dec. conſ. 151. Maximi ponderis, col. 2. num. 3. verſ. Sed propriè hæreſis, Iacobus Menoch. in tract. de præſumpt. 2. par. lib. 5. præſumpt. 6. num. 5. verſ. Et ſanè, fol. 14. Et q falſas doctrinas, vel opiniones inueniens, ac ſequens contra intellectum verum canonum, & ſacræ ſcripturæ, ſit hæreticus, c. inter ſciſma, cũ duob. ſeq. 24. q. 2. per quæ iura gloſſ. in Clem. 1. §. ſanè, in verb. Hæreticum, de vſur. dixit, quòd hæreticus non ſolum dicitur qui male ſentit de articulis fidei, ſed etiam qui peruerſum dogma vel falſas ſiue nouas opiniones gignit, aut ſequitur, & Paul. de Eleazar. ibi dicit, illum hęreticũ, qui falſam, vel extortam expoſitionem in Diuinis ſcripturis ponit, contra illud, quod tenet eccleſia, cum tales aliter ſcripturam intelligant, quàm Spiritus Sanctus efflagitet, à quo ſcriptura eſt inſpirata, c. ſi quis diaconus, & c. ſi ille, in fin. 50. diſtinct. c. illud, 80. diſtinct. & c. violatores, 25. q. 2. Alex. de Neuo, conſ. 101. Impius incidit in laqueum, num. 21. Et quòd largè quis diuerſimode hæreticus dici poſſit, ſcribit Fel. in d. rubr. verſ. Item ſcias, ſique omnes modos ſiue caſus explicare vellem, longa nimis enarratione opus eſſet.

Denique hæſitandum non videtur, hæretico
87 rum filios etiam fideles † infames eſſe, d. c. ſtatutum, il 2. de hæretic. in 6. Alfonſ. de Caſtr. de iuſta hæretic. punit. lib. 2. c. 9. fol. 172. verſ. Hæc pœna, quod non immeritò factum exiſtimat, quia ſicut parentum gloria, nobilitate, dignitateque filij exultant, ſic æquum eſt, vt è contrario parentum ignobilitatem dedecus, atque infamiam ad ſe attrahant, quod exemplis multis, necnon rationibus vir ille doctiſſimus Iacobus Menoch. oſtendit in d. tract. de præſumpt. part. 2. libr. 5. præſumpt. 33. num. 24. verſ. Secundo ſatis manifeſte.

COM-

COMMENTARIORVM PRAECLARISSIMI IVRISCONSVLTI D. IOSEPHI DE RVSTICIS PATRICII AQVILANI,

Ad l. cum auus, de conditionibus & demonſtrationibus.

LIBER SEXTVS.

HYPOTHESIS.

In iure quærendo eiuſdem l. cum auus, diſpoſitio vtrum locum habeat diſceptari, affirmatiuamque ſententiam claris legibus, & firmis rationibus ſtabiliri.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, in iure quærendo ſibi locum non vendicare, ſed in iure tantum quæſito ſecundum Andr. Barbat. opinionem: Sed contrarium alios Doctores celebres quidem aſſerere, num. 3. veramque eſſe Socini ſenioris aduerſus Barbatiam opinionem.*

2 *Ius quæſitum facilius retineri, quam interdum acquiratur.*

4 *L. cum auus, diſpoſitionem, extenſionem admittere.*

5 *Petrum Ancharan. conſ. 225. Videtur prima facie, poſt num. 5. in alijs terminis reſpondiſſe, quã Andr. Barbat. arbitratus fuerit.*

6 *Andream Barbatiam Doctorem alioqui non obſcurum, in materia l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. iſtiusque contextus plures opiniones parum conſtantes edidiſſe.*

7 *Carolum Ruinum in explicatione ſubſtitutionum, ac fideicommiſſorum excelluiſſe.*

CAP. I.

EXPEDITIS iã quæſtionibus per Bartolomçum Socinum ex hac lege deductis, quæro nunquid eiuſdem reſponſi diſpoſitio in iure etiam quçrẽdo, nedum iam quçſito procedat? & ſuper hac difficultate duç ſunt Doctorum opiniones. Prima eſt, in iure quçrendo † huiuſmodi contextũ locum non habere, prout reſpõdiſſe dicunt Petrum de Anchar. conſ. 225. Videtur prima facie, colum. 3. poſt num. 5. verſ. Vel melius, quẽ referendo ſequuntur Andr. Barbat. conſil. 53. Prçclarè ſcripſit, col. 12. num. 29. verſic. Modo in propoſito, lib. 2. & Andr. Tiraquell. in repetit. l. ſi vnquam, in verb. Donatione largitus, numero 185. verſ. Sed vt redeamus, C. de reuoc. donat. Non mirum enim ſi hçc lex cum ſimilib. filio fauẽt, nam ſpecificè portio ei erat adſignata, vnde qua ratione filium in ſua portione prçdilexit, pari ratione omnem eius poſteritatem prçdilexiſſe creditur, quod non procedit in iure quçrendo, in quo non conſtat filium prçdiligere voluiſſe, cum nihil ſpecificè fuerit aſſignatum, tanquam de futuro quçrendum, facilius enim iam quçſitum retinetur, quam interdum † acquiratur, arg. l. patre furioſo, ff. de his qui ſui ſunt, vel alien. iur. maxime quia lex iſta, ac aliç idem ſentientes, vt in ſuperioribus dictum fuit, ex doctrina Ioãnis de Imol. in d. l. filio prçterito, exorbitantes cenſentur, vt non debeant ad ius quçrendum extendi.

Sed dictorum iuriũm piã humanamque diſpoſitionem in iure etiam quçrendo † ſibi locũ vendicare egregiè tenuit Socin. ſen. conſil. 93. Teſtamentum prçmiſſum, col. 7. ſub num. 28. verſ. Nec obſtat reſponſio, libro 4. cui aſſentiri non dubitauit Anton. Gabrielius Roman. libro 4. tit. de fideicom. ampl. 22. num. 36. & iudicio meo poſterior hçc opinio verior videtur: nam vt ipſe dicit, contra Barbatiam vrgent notata per Bart. in l. hçredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. & per Doct. in l. pen. C. de impub. & al. ſubſtit. vbi dictç l. cum acutiſſimi, prçſumptionem inducendo, ad caſum illarum legum ipſam extendunt, quç in portione non ſolum retinenda, ſed de nouo acquirenda loquuntur: ex hoc ſubdens tolli, quod Ioan. de Imol. dicebat, ne dicta iura debeant extendi tanquam exorbitantia, cũ in pura diſpoſitione conditio ſubintelligatur, extenditur enim † in dictis iuribus, & per Bart. in l.

Digitized by Google

in l. 2. col. pen. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. nec impertinens eſt, cum fauorabilis diſpoſitio ſit, atque humanitatem continens. Non erit igitur ab iſta opinione recedendum. Nec Andr. Barbatias d. conſ. 53. concludenter probat, quod aſſerit, nec diſputat articulum, vel ipſum intimè attingit, incidenter autem id affert, ac perfunctoriè; minus rectè etiam (ni fallor) Petrum Ancharanum perſpexit, d. conſ. 225. poſt num. 5. non enim iuxta ſenſum, ac intelligentiam Andreæ Siculi, ſed potius ſecundum mentem Socini † concludit: licetque in expreſſa conditione loquatur, Petrus nanque teſtator ſub conditione, ſi ſine filijs legitimis, & naturalibus deceſſiſſet, Paulo ſubſtituerat, ad impediendum tamen futuras ſucceſſionum acquiſitiones per legitimatum, ex futuro euentu dependentes ad ſubſtituti excluſionem, maximè ex deriuatione (vt proprijs verbis ipſum referam) in eum quē auus, ideſt Petrus inſtituere potuiſſet, etiam nō legitimatum, ratione dictæ l. cum acutiſſimi, vitur, veriſimile inquit eſt, quod auus ſublata geniturę macula, eandem affectionem ad legitimatum habuiſſet, quam ad eius patrem habuit, arg. l. dedit dotem, ff. de collat. bon. Pietatis itaque coniectura non minus, imò magis proportionabilis, & applicabilis ad ius quærendum, quàm iam quæſitum videtur, ſique teſtator de iure quærendo fuiſſet interrogatus, idem profectò reſpondiſſet, arg. l. tale pactum, in fin. iunct. gloſ. ff. de pact. cum ſi quid ex iuris interpretatione certum teſtator contulit, cur incertum, & quærendum collaturum non fuiſſe arbitrabimurè & proinde ſi maius cur non longe minus? dumque voluntatem repugnantem non inſpicimus, cur diſpoſitionem iſtorum iurium, ex quibus nemo damnum patitur reſtringemus? cæterum ſi pietas ſemper eadem eſt, cur in iure quæſito pietate, in quærendo autem impietate quadam vtemurè quemadmodum enim huius legis diſpoſitio, pia ac benigna cenſetur, cōuerſa ratione alteram huic aduerſantem impiam arbitrabimur, vulg. l. 1. ff. de his qui ſui ſunt, vel alien. iur. ſubſtitutus etiam ſemel excluſus, perpetuò remanere debet excluſus quo ad ius quę ſituṁ, vel quærendum: relictisque liberis fideicommiſſi conditionem defeciſſe Papinianus reſpondit, ob pietatis coniecturam, vt in hoc contextu, ne teſtator alienas videatur ſucceſſiones proprijs anteponere: cumque veriſimile nō ſit, patrem ſi de nepotibus cogitauerit, talem feciſſe ſubſtitutionem, plus dictum, & minus ſcriptum præſumitur: Fuit Andreas Barbatias, ſiue Siculus magnus alioqui Doctor, in hac tamen materia, tum in d. l. cum acutiſſimi, tum etiam
6 alibi plures opiniones † tradidit (Socin. iuniore autore) parum conſtantes, mirorque Andream Tiraquellum oculatiſſimum virum verba Ancharani non expendiſſe, dum contrarium elegãter ipſum conſuluiſſe tẽſtatur, cōſuluit quidem eleganter, atque egregiè Ancharanus, non autẽ quòd diſpoſitio prædicta ad ius quæſitum tantum reſtringatur. Reperi tamen Rolandum de Valle conſ. 15. In præſenti cauſa, colum. 7. numero 27. verſ. Et ideo, libr. 1. Barbatiæ opinionem ſequutum fuiſſe, ſed eius aſſertio à propoſito non me retrahit, cum non aliter diſcuſſo negocio, ſed leuiter (tãti viri pace ſit dictum) cum Barbatia eius abſoluta, ſimplicique autoritate, fretus pertranſeat: Et eo maxime Socino inhærendum eſſe autumo, cum pro eo ſtet inſignis Iuriſconſultus Carolus Ruinus conſilio ſecundo. Quæſtio, columna prima, libro tertio, & rurſus conſilio 6. Quæſtio, numero quinto, eodem volum. cuius quanta ſit grauitas, & potiſſimum
7 in ſubſtitutionum, ac fideicommiſſorum † materia omnibus in confeſſo eſt, nititurque Ruinus ex text. in l. ſi is qui ducenta, §. item ſi pater, ff. de reb. dub. cum ibi not. per gloſſ. vbi ſubſtitutio facta, ſi mihi filius, aut filia natus natave nō erit, altero tantum nato locum nō habet in parte deficiente, prout habere deberet ex natura alternatiuæ, quæ verificatur in vno, l. ſi hæredi plures, de condit. inſtit. ſed in coniunctam reſoluitur, cum veriſimile non ſit, quòd teſtator voluerit extraneum præferre ſubſtitutum alteri filio nato, ſecundum dictam gloſ. arg. text. in d. l. cum acutiſſimi; & tamen illo caſu non agitur de retinendo, ſed de nouo acquirendo: idemque probatur in d. l. pen. cum ibi not. C. de impub. & alt. ſubſtit. ex illo enim caſu, vno ex filijs decedente, excluditur ſubſtitutus à parte illius, quã do ſupereſt perſona, quę ex veriſimili mente defuncti ſubſtitutum excludat, vt eſt deſcendens teſtatoris, arg. d. l. cum acutiſſimi, & qui non excluderetur, quando talis perſona non ſupereſſet, d. l. hæredes mei, §. cũ ita, & ſic præſumptio eiuſdem l. cum acutiſſimi, dicto caſu ad effectũ acquirendi, & non retinendi locum habet, vt alia prætermittam: Cõcludendum eſt igitur, opinionem Socini veriorem eſſe, vt inquam hic cõ textus, ac conſimilia iura, ſibi etiam in iure quęrendo locum vendicent: quæ quidem cõcluſio, vt verior eſt, ſic etiam æquior videtur, ac receptior, cũ ei (vt dicebam) Carol. Il uin. acceſſerit, qui ille eſt Iuriſconſ. vt nihil in eo poſſit eſſe præſtantius: quẽque ego ſic iudicare ſoleo, vt quicquid eius dictis, aut addideris, aut inde detraxeris, vitioſius ac deterius ſit futurum: ſic enim grauis eſt, vt ſingulari dignitate eruditionis illum inſpiciamus, in eoque ſuauitatem Iſocratis, ſubtilitatem Lyſiæ, acumen Hyperidis, ſonitum Aeſchines, vim Demoſthenis, omnium denique priſcorum Iuriſconſultorum maieſta-

tem

tem admiremur,cui ſi conſuluiſſent,nec reſpon ſa quædam, pauca tamen inuicem aduerſantia libris eius reſponſorum inſeruiſſent, nihil illuſtrius in legali facultate reperiri fortaſſe poſſet.

HYPOTHESIS.

Super tranſmiſſione fideicommiſſi conditionalis an cum filij ex primo ſubſtituto tacitè in conditione ex iſtius l.cum auus,& aliorum iurium diſpoſitione exiſtunt,ex coniecturis tranſmittatur,non ab re hæſitari,Iſtudque iuxta Petri Ancharani, & Rubei Alexandrini opinionem enodari.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum cõditionale ex coniecturis, cum filij ex primo ſubſtituto tacitè tantum poſiti in conditione exiſtunt,ex l.cum auus,cum ſimil. ſecundum Caroli Ruini ſententiam nequaquam tranſmitti: Sed contrariam opinionem veriorẽ eſſe,num.8.*
2 *Leges faciliùs propriam,quàm hominis diſpoſitionem limitare.*
3 *Singularem legem ratione perſona circa tria verſari.*
4 *L.cum auus,tacitam conditionem,de iure ſpecialiuxta nonnullorum opinionẽ minimè cenſeri.*
5 *Specialia duo circa idem concurrere, ex odio vel fauore,abſurdum non eſſe.*
6 *Donationem tacitam pacto nudo initam, actionẽ non producere.*
7 *Donationem pacto nudo ex cauſa expreſſione hodie perfici.*
8 *Tranſmiſſionem ex tacita conditione per legem loco expreſſa ſubrogata,non impediri.*
10 *Tranſmiſſionem tacita conditione ex lege impediri,ſi ipſa tacita conditio poteſtatiua fuerit.*
11 *Conditionem tacitam ortum actionis,& obligationis impedire,licet tranſmiſſionem(vt eſt dictũ) non impediat.*
12 *L. cum auus, procedere etiam ſi deſcendens non fuerit inſtitutus,& gratuatus, ſed per fideicommiſſum ſubſtitutus, & nihilominus gratuatus, ex Petro de Anchar.eminẽtiſſimo Iuriſconſulto.*
13 *Fideicommiſſarium vniuerſalem quo ad effectũ, heredem cenſeri: præſertim ſi materia fauorabilis fuerit,num.14.*
15 *Fideicommiſſarium vniuerſalem ius deliberandi ad heredes tranſmittere.*
16 *Fideicommiſſarium morientem poſt aditam hereditatem,ſed & ante fideicommiſſi reſtitutionem illud ad heredes tranſmittere: quinimò etiam ante aditam hereditatem.*
17 *Fideicommiſſarium, reſtituta etiam hereditate, impropriè heredem videri.*
18 *Dictiones illas, quodammodo, & haberi loco, ac nice,improprietatis fictionisq.ſignificatiuas eſſe.*
19 *Fideicommiſſarium, heredis ſimilitudinem gerere.*
20 *Simile ac idem diuerſa eſſe, & quod loco alterius eſt,illud idem non eſſe.*

CAP. II.

QVAERO vlterius,nunquid fideicommiſſum conditionale ex cõiecturis tranſmittatur, cum filij ex primo ſubſtituto tacitè tantũ in conditione exiſtunt ex diſpoſitione huius l.cum auus,& d.l.cum acutiſſimi. In hoc duæ reperiuntur Scribentium opiniones,quarum Prima eſt,vt fideicommiſſum con
1 ditionale† non tranſmittatur,quam tenuit Carol.Ruin.conſ.140. Viſo & bene intellecto,numer.14.verſ.Et ſi fortè dicatur,lib.2.ipſumque ſequitur Hieron. Zanch. in rep.l.hæredes mei, §.cum ita,num.310.verſ.Limita ſecundo,ff.ad S. C. Trebell.

Dicebat Ruinus tranſmiſſionem ſolum habere locum in expreſſa conditione non in tacita,rationemque diuerſitatis eſſe poſſe, quia in tacita duo ſpecialia cõcurrant, cum primo ſubaudiretur tacita conditio de iure ſpeciali,l.ſi ita ſtipulatus,§.Chryſogonus,ff.de verb. oblig.& vlterius pendente conditione fideicommiſſum tranſmitteretur,quæ ratio non militat,quando conditio à teſtatore eſt expreſſa,tunc enim verſatur ius commune, quod eſt potentius quàm ſpeciale,l.eius militis,§. militia miſſus,ff. de teſtam.milit.& quia lex faciliusꝛ ſuam limitat di-
2 ſpoſitionem quàm hominis,l.aſſiduis,C.qui potior.in pign.hab.

Sed contrarium ſuſtinendo huic rationi Primò reſponderi poſſet, negando ius quoddam ſpeciale eſſe,illud ex diſpoſitione huius contextus proueniens,eſt ſiquidem ius ordinarium ac generale,cum lex præſumat hanc eſſe teſtatoris voluntatem,nec plus agat lex,quàm ſibi dictet naturalis ratio, quòd ſcilicet teſtator ita voluerit diſponere,quamuis errore ſcriptoris id ômiſſum fuerit: & in hoc caſu nihil eorum concurrit,quibus ſpecialis ac ſingularis lex dici poſſet, cum vt tradit Bald.in l.cunctos populos, num. 12.C.de ſumm.trinit.& fid.cath.clarum ſit, le-
3 gem ſingularem ratione perſonæ circa triaꝛ conſiderari,aut inquam inhabilem reddendo habilem, vtputa quòd filiusfamilias teſtari poſſit, aut inhabilitando habilem, veluti quòd adultus non poſſit teſtamentum condere,aut & tertio habilitando ſeruata certa forma,horum autem neutrum militat in caſu noſtro,ideo ius ſingulare

gulare nequaquam dici poteſt; & nuncupatim,
4 quòd tacita conditio † ex l. cum auus, aliorumque ſimilium iurium non ſit de iure ſpeciali, ſcribit Franciſc. Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, 1. num. 27. verſ. Iſta ratio, ff. ad Trebell. inquiẽs de iure ſpeciali non eſſe, cum ſit ſecundum mẽtem teſtatoris. Nec obſtat d. l. ſi ita ſtipulatus, §. Gryſogonus, quo Ruinus ſuam opinionem comprobat, cum in contractibus loquatur, in quibus perſona extrinſeca proinde non præſumitur, quia id non creditur fuiſſe à contrahentibus cogitatum, vt ibi omnes aduertunt. Secũdò dici poteſt, inconueniens non eſſe duorum
5 ſpecialium † concurſum ex odio, vel fauore admittere, non ſolum in conſequentiam, verum etiã principaliter, vt in l. generaliter, C. ad Velleian. quemadmodum in tract. an & quando liber. in condit. poſit. vocen. lib. 1. cap. 1. num. 15. verſ. Non obſtat, dicebam, reſpondendo etiam ad l. 1. C. de dotis promiſſ.

Secundò Ruinus in præcitato conſilio inducebat not. per Bart. & Doct. in l. iuris gentium, §. quinimò, nu. 20. ff. de pactis, vbi dicit, quòd licet ex donatione expreſſa facta pacto nudo oriatur actio, l. ſi quis argentum, C. de donat. ſecus tamen eſt, ſi donatio † tacita ſit, tunc enim
6 duo ſpecialia concurrerent, præſumeretur enim donatio, contra l. cum de indebito, de probat. & ex pacto nudo actio oriretur iure ſpeciali, d. l. iu risgentium, §. igitur nuda.

Hanc rationem, modo quo ſupra Iacob. Menochius, conſ. 95. num. 118. verſic. Et ita etiam procedit, lib. 1. euitare nititur, dum ad d. §. Gryſogonus, reſpondebat, dicens ſic etiam procedere aliud ſimile ex gloſ. in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, 2. ff. ad Trebell. nam illi filij naturales, ideo non comprehenduntur, cum non præſumatur ex mente diſponentis, vt ibi omnes ſcribũt, maxime Franciſ. Rip. num. 28. ſubdens ſic etiã cæteris ſimilibus à Carolo Ruino relatis ſatisfieri poſſe, vt per eum. Animaduertendum eſt, Bartolum in d. §. quinimò, dubitatiuè, & ſub verbo fortè, id aſſeruiſſe, quicquid Alexand. de Imol. poſtmodum exiſtimauerit; idque non cõtingere tanquam ex tacito ſiue præſumpto, ſed quia recedit nomen & cauſa, per quam cauſæ
7 expreſſionem hodie donatio † pacto nudo perficitur, d. l. ſi quis argentum, ſecus ſi ſimpliciter ſine cauſa promittatur, vt declarat idem Bart. in l. ſi tibi, in prin. in finalib. verb. verſ. Ad illud, cum præſumptum omnino tacitum non ſit, præſertim ſi à lege aliquid præſumatur, nam pro liquida etiam probatione cenſendum eſt, quemadmodum in diſpoſitione huius contextus euenit, quæ præſumptione iuris inducitur, præſumptioque huiuſmodi fortes ac ſubſiſtentes cauſas, ſiue rationes annexas, aut dependentes continet, ſi plures eſſe velimus, vel vnam tantum, de quo in ſuperioribus latè diſputatum eſt; plurimumque præſumendi modum attendendum eſſe autumo, ſcilicet quòd minus ſcriptum, & plus dictum fuerit; Præſertim ſi eandem diſpoſitionem non veluti ius ſingulare cenſeri cum Franciſco Ripa in d. §. ſi quis rogatus, 1. nu. 27. & Iacob. Menoch. Papienſe Iuriſconſulto grauiſſimo admiſerimus.

Altera igitur ſuperiori contraria eſt opinio,
8 quòd imò fideicommiſſum † conditionale, quãuis ſimus in tacita ſubintellecta conditione iuxta hunc textum, l. cum auus, tranſmittatur, in qua reſident Petr. de Anchar. conſ. 426. Quia ſupra concluſum, in 2. dub. verſ. Catherina autem. quod quidem celebre conſilium eſt, valde ſubtile ac perpetuò propter eius præſtantiam conſulentisque autoritatem, ſignandum, mentique tenendum, Anton. Rub. Alexandrin. conſil. 8. Præſupponitur in facto, col. fin. nu. 8. verſ. Et talis conditio ſubintellecta, Iacob. Menoch. d. conſ. 95. Etſi docte, num. 112. verſ. Et in ſpecie d. vol. 1.

Probatur hæc ſecũda opinio, ex tex. in l. quæ ſub conditione, §. fin. ff. de condit. inſtit. vbi notat Bart. in princ. quòd conditio quæ apponitur à lege, remota conditione expreſſa poſita à teſtatore, licet in locum conditionis expreſſæ ſubrogetur, dicitur tamen tacitam tranſmiſſionem impedit, cum igitur huiuſmodi conditio à lege ſubintelligatur, & apponatur in defectum expreſſæ à teſtatore, ergo tranſmiſſionem non
9 impediet: & quòd tacita † conditio non impediat tranſmiſſionem, tenuerunt Franciſc. Aret. in l. 3. col. antepen. verſ. Et ad materiam, de leg. 1. Iaſ. in l. item quia, in fin. num. 23. verſ. Item vltra prædicta, ff. de pact. & quamuis Dynus cõtrarium tenuerit, eiusque opinionem fortaſſe defendi poſſe, ſcripſerit Io. Sadolet. in d. l. 3. ſub num. 19. verſ. Et idem ſubdit Aretinus, atramẽ ibidem Marian. Socin. iun. num. 64. verſic. Ampliatur hoc, dicit contra Dynum eſſe communem Doctorum opinionem, quam etiam amplectitur Hieronym. Zanch. in d. l. hęredes mei, §. cum ita, num. 319. verſ. Amplia ſecundo procedere. Et licet poſſet attentari tacitam hanc cõditionem à lege ſubintelligi, quia plus dictum fuerit, & minus ſcriptum, & ſic non remouere expreſſam, ſed ipſam detegere ac clarificare, tamen non audeo ab hac poſteriori opinione recedere, ob maximam Petri Ancharani authoritatem, & comprobationem Alexandrini, ac Iacobi Menochij, qui in eminentiſſimo ſcientiæ gradu poſiti ſunt, Ruinumque minus rectè ſentire in præcitato conſilio 95. num. 112. verſic. Non obſtat ſecundum, apertè Menoch. ipſe teſtatur, & verum dicere exiſtimo.

Quod autem de tacita cõditione dictum eſt, vt inquam ex communi opinione tranſmiſſionem

nem non impediat,non procederet in conditio
ne tacita ex diſpoſitione legis, quæ poteſtatiua
10 † eſſet,l.miles,§. pro parte,de leg. 2. vbi Ioan.
de Imol. & tradunt Bart. in l. conditiones quæ
extrinſecus, hoc tit. & in l.fin. quand. dies leg.
ced.Paul.de Caſtr.in l. quibus diebus,§.quidã
Titio,in fin.hocmet. tit.Franciſc. Aret.in l.qui
liberis,in prin.colum.fin.de vulg.& pupill.An-
gel.conſ.292. Punctus eſt,colum.1.verſic.Ante
igitur. Denique licet fiat tranſmiſſio, dicitur
tamen conditionalis ad impediendam natiuita
12 tem † actionis & obligationis,vt dicit gloſſ.com
muniter approbata in d.l.item quia,ac ſcribunt
Bald.in l.3.ſub num.1. C.de arbitr.in l.ſi ex cau
tione,in 8.q.num.12. C. de non num. pecu.vbi
declarando magiſtraliter ac ſubtiliter loquitur,
Dec.conſ.2.Et pro tenui facultate mea,num.4.
verſ.Sed reſpectu obligationis, Ruin.conſ.83.
Proponitur quòd teſtator, col.4.num.11.lib.2.
cum adductis per Hieronym. Zanch.in d.l.hæ-
redes mei,§.cum ita,num.323.verſ. Vltimò cir
ca hanc coniecturam.

Nec omiſerim Petrum de Anchar. d. conſil.
216. in 1. dub. aliud notatu dignum aſſeruiſſe,
ſcilicet hanc l.cum auus,procedere etiam ſi de-
ſcendens inſtitutus non fuerit & grauatus, ſed
per fideicommiſſum ſubſtitutus, & nihilomi-
nus grauatus, habebit enim tunc etiam locum
pietatis coniectura de qua in hoc textu,cum ea
dem ſit ratio præferendi ſobolem ex ſe deſcen-
dentem alijs quibuſcũque,ergo idem ius, vulg.
l.illud,ad l.Aquil.c. inter corporalia, de transl.
epiſc.& quia fideicommiſſarius vniuerſalis (vt
13 ipſe inquit) in effectu † hæres cenſetur,poſt re-
ſtitutionem verbalem vel realẽ,§.reſtituta, In-
ſtit.de fideicom.hæredit.l.ſi filiusfamilias, §.1.
ff.quod cum eo qui in alien. poteſt.l. poſtulan-
te,§.1.ff.ad Trebell.& hæres ſimpliciter appel-
latur, vt in l.1. C. quand. & quibus,quart.pars
deb.lib.10.Ioan.Petr.Surd.conſ.92. D.Anto-
nius Bazanus,num.11.præſertim ſi materia fa-
14 uorabilis † ſit,vt voluit Andr.Alciat. in l.hære-
dis appellatione,2.de verb. ſign. de fauore au-
tem huius contextus, ac ſimilium iurium alibi
in diſcurſu ſuperius ſæpe diximus. Vnde ſicut
hæres ius deliberandi ad hæredes tranſmittit,l.
cum antiquioribus,C.de iur.delib. ita & fidei-
15 commiſſarius † vniuerſalis,Iaſ.in l.1.§. de illo,
num.4.ff.ad Trebell. Vbertin.Zuccard.in l.fin.
num.167.verſ.Secundo pro opinione mea, C.
de edict.diu.Adr. toll. Et non ſolum fideicom-
miſſarius moriẽs poſt aditam hæreditatem, ſed
& ante fideicommiſſi reſtitutionem,illud ad hę
redes tranſmittit,ſecundum receptiſſimam Do
ctorum opinionem,vt per Franciſc. Rip.in l.cũ
filiofamilias,num.73.ff.de leg.1.

16 Verum & quoque ante aditam † hereditatem
ex crebriori Scribentium ſententia,vt per eun-
dem Ripam in præcitato loco,numer.76.Dec.
conſ.478.In cauſa D.Aurelij,num.5.col.2. vbi
hoc declarat,conſ.490. Viſis,& circumſpectis,
col.fin.ante num.11. Capic. deciſ. 89.In cauſa
Ioannis Baptiſtæ,in 2.dub.numero 5. Michael
Craſſ.in tract.ſentent.§.hæreditas,q.9.num.3.
verſ.Hac ratione, Achill. Perſonal. in tract. de
adipiſc.poſſ.num.188.fol.148.Rol.de Vall.con
ſil.46.In præſenti conſultatione, num.4.libr.3.
qui omnes de communi atteſtantur.

Quicquid tamen dictum hucuſque fuerit de
fideicommiſſario,obſcurari nequit, ipſum im-
17 propriè hæredem † dici,cenſerique,Bald.con-
ſil.70.Conceſſio fuit facta,colum.2. verſ. Præ-
terea iſtud nomen heredis,lib.2.Ioan.de Imol.
in l.qui liberis,§.hæc verba,ante fin. verſ. Item
adde,ff.de vulg.& pupill.Raph. Fulgoſ.in l.qui
cum tutoribus,col.1.ff.de tranſact. Andr. Bar-
bat.in d.l.cum acutiſſimi,col.56.verſ.Sed an ap
pellatione hæredis,C. de fideicom. Socin. ſen.
in rubr.col.2.verſ. Prima concluſio ſit, d.tit.de
vulg.& pupill.ſubſtit.Alex.in rubr.num.2.ver
ſic. Tamen his non obſtantibus,vbi Iacobin.de
S.Georg.& Sebaſt.Sapia, C. de impub. & alijs
ſubſtit.Paul.de Caſtr.conſ.12. Præſens conſul-
tatio,col.2.verſ.Præterea,lib.2.rurſus Socinus
ſen.conſ.17.Poſt conſilium ſupraſcriptum, col.
2.verſ. Reſtat nunc reſpondere,lib.3. Dec.con-
ſil.55.Legitimatio infantis,colum. fin.num.9.
conſ.488.Accuratè,num.15. Andr.Tiraquell.
in tract.le mort ſeiſit,part.2.declar.10. num.10.
verſ.Et ita ſcilicet,fol.40.Michael Craſſ.in d.§.
hæreditas,q.9.num.1.fol.14.Nicol. Bellon. de
communi opinione atteſtans,conſil. 42. Com-
muniter in Italia,numer.13. etiam poſt aditam
ab hærede hæreditatem, factamque reſtitutio-
nem,& lib.4.ſupput.cap.19.num.13.Hierony-
mus Grat.conſ.5. Etſi hoc reſponſum,numero
72,lib.2.conſ.19.Cum materia, num.6.eodem
vol.Ioan.Crot.conſ.11. Magnificus Comes &
Eques,num.24.libr.1.Tob. Nonius Peruſinus
conſ.25.Viſo teſtamento,nu.14.Iac. Menoch.
conſ.275. Præſuppoſito in facto, num.8.lib.3.
Vincent. de Franch. præclariſſimus Iuriſconſ.
ac Sacri conſilij Neapolitani Præſidens, deciſ.
204.Per ritus Magnæ Curiæ,num.7.in 1.part.
& Claud. Chiflet. in tract. de ſucceſſionib.cap.
6.fol.27.verſ.Eſt & alia,& verſ. At verò in qui-
buſdam, vbi inter ſubſtitutum ac fideicommiſ-
ſarium differentias ex profeſſo proſequitur, &
rurſus ca.7.verſ. Nam quamuis dicatur,fol.37.
quam quidem cõcluſionem leges præcitatę cla
rè probant,ſcilicet l. filiusfamilias, §.1.dum di-
cit: Effectu enim quodammodo hæres eſt, & l.
poſtulante, §. ſed & in huiuſmodi, ibi,Nam &
quodammodo in partem hæreditatis Senatus
recipi voluit fideicommiſſarium, & haberi hæ-
redis loco, pro qua parte reſtituta eſt ei hære-

ditas,

ditas,& iterum l. ſi hæres ab eo,in fi.princ.eod. tit.ibi,Hęredis vice ſungi eum cui fideicommiſ
18 ſum relictum eſt: hæ nanque dictiones, † quodammodo, & haberi loco,ac vice, ſunt improprietatis & fictionis ſignificatiuę, l. ſi me in vacuam, & ibi gloſſ. in verb. Nec amittat, ff. de acquiren. poſſeſſ. in l.in ſuis, ff. de liber. & poſthum.& §.ſed ſui quidem hæredes, & ibi gloſ. in verb. Exiſtimantur, Inſtit.de hæred.qualit. & differ. Bart.in l.ſi is qui pro emptore, columna quarta, verſiculo, Ad hoc reſpondeo, ff. de vſucap. & in l.2. ff. ad S.C. Maced. in l. ſi maritus, §. legis Iuliæ, 1. poſt princip. ff. de adulter. Bart. Ang. Ioan.de Imol.ac Recent.in l.patris & filij,ff.de vulg.& pupill.cum ſimil.Quini
19 mò fideicommiſſarius † ſimilitudinem dicitur hæredis gerere, vt in §. inordinatum, verſiculo, Etenim in legatarijs & fideicommiſſarijs, auth. de hæredibus & Falcid. ergo idem cum
20 hærede non cenſebitur,quia idem & ſimile† diuerſa ſunt,l.quod Nerua,ff.depoſ. Et quod loco alterius eſt,non eſt illud ipſum,l. mercis, ff. de verb. ſign. Anchar. tamen deferendum eſſe exiſtimo, qui effectum reſpexit rationisque identitatem conſiderauit.

HYPOTHESIS.

Dictiones reſtrictiuas tunc & eo caſu, iſtius l.cum auus, diſpoſitionem tollere ſecundum Hieronymi Albani opinionem,ſed contra eundem Albanum tandem concludi.

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus diſpoſitionem ceſſare vbicunque in ſubſtitutione verba reſtrictiua,tunc & eo caſu, adeſſent, ſecundum vnam Hieronymi Albani opinionem: Sed contrariam eſſe veriorem aquiſque,num.8.*
2 *Tunc,dictionem, reſtrictiuam eſſe, temporisque extremitatem ſignificare.*
3 *Tunc & eo caſu,reſtrictiua verba eſſe.*
4 *Subſtitutionem vulgarem ad alium caſum vbicunque teſtator verbis,tunc & eo caſu,vſus fuiſſet,non extendi; idemque in fideicommiſſaria contingere.num.5.*
6 *Subſtitutionem vulgarem non continere tacitam pupillarem, ex appoſitione illorum verborum, tunc & eo caſu.*
7 *Reſtrictiuas dictiones fauorabilem etiam diſpoſitionem reſtringere.*
9 *Taxatiuas dictiones non excludere caſus ſimiles.*
10 *Tunc & eo caſu,dictiones,non excludere extenſionem de caſu ad caſum,ex coniecturata teſtantis mente, ſecundum veriorem receptioremque ſententiam,& num.16.*
11 *Tunc,dictionem,non habere naturam reſtrictiuam ſine taxatiuâ ratione inclusionis vnius caſus & excluſionis alterius, ſed tantum ratione extremitatis temporis.*
12 *Geminationem potentius operari.*
13 *Geminata verba taxatiua non operari reſtrictionem cum ad maiorem expreſſionem mentis teſtatoris prolata reperiuntur.*
14 *Taxatiuas dictiones per legem extenſionem recipere.*
15 *Geminatas dictiones ſuperfluas non cenſeri,ſi maioris expreſſionis cauſa poſitæ fuerint.*
17 *Rotæ Romanæ auctoritatem maximam eſſe.*
18 *Petri Ancharani conſilium 356. Ex ſerie teſtamenti, colum.2. verſic. Tertiò hoc probat, non procedere vbi diſpoſitio fauorabilis eſſet.*

CAP. III.

EXPLICANDVM remanet,nũquid eadem l. cum auus,procedat vbicunque teſtator verbis illis reſtrictiuis, tunc & eo caſu,vſus fuiſſet, & primo intuitu
1 videretur dicendum,dictæ legi † locum non eſſe, cum inquam teſtator ſe ad aliquem certum caſum coarctaſſet ac reſtrinxiſſet per appoſitionem eorundem verborum, tunc & eo caſu, prout in indiuiduo concludit Hieronym. Cardinal. Alban.conſilio vigeſimoſexto, Vidi, numero quinto,verſiculo,Secundò reſpondeo,dicens ſubſtitutionem de qua in caſu conſilij,tanquam certo tempore limitatam dilatari non poſſe per coniecturam dict. l. cum auus, & l. cum acutiſſimi, omnes enim caſus à iure ſubauditi per appoſitionem dictorum verborum, tunc & eo caſu, reijciuntur, vt per eum, cum
2 dictio iſta, tunc, † reſtrictiua ſit, temporisque extremitatem ſignificet, l.4. §.fin.hoc titulo,l. vxori vſumfructum villæ, ff.de vſufruct. leg.& vtrobique Barto.Corn.conſilio 204.Pro deciſione,columna penult. in princip.libro primo, conſilio 296. In præſenti conſultatione, ante numer.3.verſiculo,Et ita verificatur,libro tertio, Dec. conſilio 63. Et pro tenui, numero 2. conſilio 314. Pro reſolutione,numero 5.conſ. 372.Viſis,num.10.& conſ.89.Viſo puncto,numero 3.Vbertin.Zuchard.in l.fin.verſ.Tunc in iudicio competenti,num.131.C.de edict. Diui. Adr.toll.Socin.iun. conſ.180. Vt præſens conſultatio,numero 50.lib.2.Carol.Ruin.conſilio 200. Viſo themate propoſito,numero 9. libro ſecundo,Hieronym.Grat.conſ.18. In caſu mihi propoſito,num.32.conſ.104. Primam difficultatem,num.4.lib.2.Ioan.Crot.conſ.13.Maturè & diligenter, num.8.lib.1. Iacob.Philipp. Port.conſ.54. Præſuppoſitis,numero 39.libro 1.Hieronym. Alban.conſ.30. Legatum factum

ſuit,nu.2.conſil.1.Illuſt.D.Io.Franciſcus Pal-
lauicinus,num.17.Franciſc.Marzar.conſ.6.Le-
cto teſtamento, in princip.Tob.Nonius conſ.
16.Duo ſunt, nume.7. verſic.Nam illa dictio.
Iacob.Menoch.conſil.52. Dubia ſemper quæ-
ſtio,num.168. lib.2. conſ.97. Habet hæc con-
ſultatio,num.31.eod.volum.conſ.152.Reſpon-
dendum videbatur,nu.41.lib.2. conſ.243. Di-
ſputationis huius dubitatio,nu.45,lib.3. quòd
3 autem verba tunc & eo caſu, reſtrictiua † ſint,
Bald.conſ.57. Item inſtituo,colum.2.lib.2.Io.
de Anan.conſ.66. Viſis his,colum.3.poſt med.
verſic.Et hoc expreſsè volunt, Aym. Crauett.
conſil.98. Nobilis & potens, nu.6. lib.1. Pariſ.
conſ.73.Iſta ſubſtitutio, nu.31.verſ.Tamen in
caſu præſenti, lib.2. Iacob.Menoch. conſ.278.
Tametſi adeo doctè,nu.21.lib.3. Proinde fit vt
in proem. dicebam, quòd licet in ſubſtitutione
vulgari Expreſſio vnius caſus ad alium caſum
porrigatur,l.cum proponas,C.de hæredib.in-
ſtit. hoc non eueniet cum in caſu expreſſo ver-
4 ba prædicta tunc & eo caſu † apponerẽtur, per
quæ ſubſtitutio ad ſolum caſum expreſſum re-
ſtringeretur, vt in his terminis reſpondit Petr.
de Anchar.conſ.356. Ex ſerie teſtamẽti, col.2.
verſ.Tertio hoc probat,quem ſequuntur,Dec.
conſil.63. Et pro tenui facultate mea, colum.1.
num.2. verſic. Et in ſimili caſu ſubſtitutionis,
conſil.227.In caſu ad me tranſmiſſo de Italia,
num.1.conſ.314. Pro reſolutione, num.4.verſ.
Tertiò hoc probatur, Lodouic. Gozadin.con-
ſil.21. Videtur dicendum, colum.penul.nu.35.
Vbertin.Zucard.in l.fin.verſic.Tunc in iudicio
competenti,nu.132. vbi alios citat, rurſus Dec.
conſil.89. Viſo puncto,nume.3.conſil.287. In
ciuitate Placentiæ,nu.11.verſic.Accedit etiam,
& in l.quamuis,ſub num.2. verſic. Et quod di-
ctum eſt, C. de impub. & al. ſubſtit. Ant.Rub.
Alexãdri.conſ.31.Præſupponitur in facto,col.
penult.nume.5.verſic. Et iſtud, Ludouic. Go-
meſ. in §.rurſus, nume.16.verſic.Tamen vltrà
omnia,Inſtit.de act.citans Ancharanũ & alios,
idemqùe ſenſiſſe videtur Tob. Nonius,d.con-
ſil.16.Duo ſunt,num.7. dum Petrum Ancha-
ranum & Gomeſium allegat. Pariſ. d.conſ.73.
Iſta ſubſtitutio,nu.31.lib.2. Rolan. de Vall. d.
conſil.57. Quoniam ex facto, nume.20. lib.3.
Franciſc.Mantic.in tract. de coniect.vltim.vol.
lib.3.tit.14.num.10.verſic. Frequentiſſima eſt,
fol.49.Ludouic.Molina de Hiſpan.Primogen.
lib.3.capit.8.numero 4. verſic. Idipſum etiam
fol.400. ſecundum impreſſionem Colonien-
ſem,& eodem lib.c.5.nu.67.verſic.Antequam
autem,poſt Curtium ſeniorem, itemque Soci-
num ſeniorem in locis ibidem expreſſis, Fran-
ciſc.Burſat.conſ.13.In omnibus autem,nu.39.
& nume.22. verſic. Cum hæc clauſula, vbi de
Andrea Alciato meminit, Auguſtin.Bero.con-
ſilio 99. Facti præſentis ſpecie,numero 9.lib.2.
Io.Cephal. conſi.111.Magnificus olim, nu.15.
lib.1.Idem etiam in fideicommiſſaria ſubſtitu-
5 tione† conſuluit Lud.Roman.conſ.131.Prima
dubitatio,col.1.in eodemq; caſu cõſ.138.No-
ua ſuperuenit, col.1.in 2.ratione, & quàmuis
paſſim inſimul cum Anch. allegetur Romanus
in præcitatis conſilijs, tamen in ipſa fideicõmiſ
ſaria nũcupatim Romanũ ſequitur Celſus Hu-
go cõſ.25.Cõſultus, nu.8.verſ. Et ſi vellemus,
conſentiuntque Berous,conſ.99.Facti præſen-
tis ſpecie,nu.9.d.lib.2.& Iacob.Menoch.conſ.
393.Reſpõdi ſuperioribus annis, nu.47.lib.4.
de magis cõmuni opinione atteſtans. Et quòd
per verba taxatiua & reſtrictiua vulgaris ſub-
6 ſtitutio expreſſa pupillarem† non cõtineat,vo-
luere Alex.nu.34.Soci.ſen. in 8.limit. & Fran-
ciſc.Rip.nu.169.in l.1.ff.de vulg.& pupill.ſub-
ſtit.Paul.de Caſtr. num.2. & Laſ. ſub nume. 4.
in l.iam hoc iure,cod.tit.Salic. in l.precibus,C.
de impub.& Raph.Fulgoſ. in d.L.quamuis,eo-
dem titu. ac in l.fin. C.de inſtit. & ſubſtit.Ale-
xand. Trentacinque in tract. de ſubſtit. in pri.
part. capit. 11. in 3. effectu, numero ſecundo,
verſic. Et iuxta hunc caſum, fol.44. Hocque
de reſtrictiuis verbis in aliqua diſpoſitione in-
tantum eſt verum, vt reſtringant ipſam diſpo-
7 ſitionem † etiam fauorabilem, l. penult. C. de
legat. per quem text. ita dicit Bald. conſ. 262.
Recolo, in fin. lib.1. quod repetitur conſilio
456. lib.5. Aym.Crauett.conſilio 98. Nobilis
& potẽs,nu.14.d.lib.1. vt ex his verũ dixiſſe vi-
deatur Albanus d.conſil.26. Vidi,nu.7.ſcilicet
huius contextus diſpoſitionem quantumuis fa-
uorabilem ſtantibus dictis reſtrictiuis verbis,
tunc & eo caſu, conquieſcere.

Sed quicquid Hieronymus Albanus con-
ſuluerit,& quicquid alij in diuerſis caſibus ſub-
ſtitutionum frequenti aſſertione dixerint, con-
trarium fortaſſe attentari non abre poterit, vt
inquam diſpoſitioni huius l. cum auus, & l. cũ
8 acutiſſimi, locus detur, † etiam ſi adſint verba
illa,tunc & eo caſu,ad idq; dicendum moueor,
Primò ex ijs quæ tradit gloſſ. in l. ob æs, C. de
præd. minor. quæ vult, dictionem taxatiuam,
9 tantũ,caſus ſimiles deciſos in alijs legibus† non
excludere, ne eorundem iurium ſequatur cor-
rectio,vnde licet ob æs alienum tantum,volue-
rit textus ibi,cauſa cognita præſidalique decre-
to prædium ruſticũ prouinciale diſtrahi poſſe,
idem tamen ob ſimilem cauſam licere, Accur-
ſius ibidẽ annotauit, vtputa, dotis, donationis
propter nuptias, famis, & fortè etiam ob famẽ
coniunctarum perſonarum, dictámque gloſſ.
notabilem eſſe dixit Ioan. Crot. conſilio 136.
Superioribus annis,nu.53. eſtque alia gloſſ. in
l.ſi mora, ff. ſol. matrimon. vbi licet textus di-
cat,maritum duntaxat teneri de dolo, tenetur

tamen

tamen de lata culpa, quæ dolo aſſimilatur; ſi igitur caſus ſimiles non excluduntur, multo magis caſus non ſolum ſimiles, ſed ſub eadem ratione comprehenſi, & à legibus deciſi includi debent, ne huius legis, ac conſimilium correctio inducatur, quæ pleniſsimam interpretationem, intellectumque receperunt.

Secundò & fortius, nam quamuis adſint in ſubſtitutione illa verba reſtrictiua, tunc & eo ca
10 ſu, extenſionem fieri † de caſu ad caſum probat text. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, iunct. princ. eiuſdem legis, ff. de liber. & poſthum. quē textum in ſpecie ad hoc ponderauit Ludouic. Gozadin. conſilio 64. Teſtator inſtituit Hieronymum, in fin. verſic. Ad vltimum dico, vbi inquit dictionem tunc, ſuam naturam non ſeruare niſi ſecundum mētem teſtatoris, ſed ad alios caſus extendi eandem habentes naturam; in principio enim d. l. Gallus, habetur, quòd ſi teſtator dixerit, ſi filius meus me viuo morietur, tunc nepos qui infra decem menſes naſcetur ſit hæres, & tamen caſus ille mortis non obſtante quòd illa ſubſtitutio fuerat facta ſub illa voce tunc, ad caſum deportationis, & ſic ad aliam mortem ciuilem porrigitur in d. §. & quid ſi tantum, eundemque text. ad hoc induxit Lancelot. Galiaul. ibi, numero decimoquarto, verſic. Ex hoc notabili infero vltra omnes, improbans Petrum de Ancharano, & Decium in prælegatis conſilijs.

Et ſi diceretur obiectionem iſtam non obſtare. Primò, quòd vox illa tunc in princ. d. l. Gallus, non ad taxandum & iudicandū caſum mortis, ſed ad oſtendendam ſolam extremitatem temporis prolata fuerit, ſcilicet quòd nepos qui infra decem menſes naſcetur, tunc hoc eſt à tempore mortis filij, ita ibi ſentit gloſ. in verb. tunc, licet primo expoſuiſſet tunc, ideſt eo caſu, à prima ſiquidem interpretatione ſtatim recedens, citat l. in quartam, §. fin. hoc tit. de condit. & demon. quæ de temporis extremitate loquitur, quapropter cum hęc ſit nouiſsima illius gloſſæ expoſitio, illi innitendum eſt, vt habetur in l. bona fides, ff. depoſ. & per gloſſ. in l. qui filium, §. 1. ff. ad Trebell. cum igitur illa vox tunc ad ſolam temporis extremitatē à teſtatore prolata fuerit, conſequens eſt, vt non ſit aliter intelligenda quam mens teſtantis fuerit, l. non omnis, ff. ſi cert. pet. Reſpondeo rectè Accurſium dicere, quòd dictio tunc non reſtrictionem ſignificet, ſed temporis extremitatem, vt conſiderant Franciſcus Rip. in l. 1. numer. 169. verſ. In contrarium facit, de vulg. & pupill. ſubſtitut. & Alexand. Trentacinq. in d. tract. de ſubſtit. in 1. part. cap. 11. ante num. 3. dicentes dictionem,
11 tunc, non habere naturam † taxatiuæ rationē inclusionis vnius caſus, & excluſionis alterius, ſed tantum ratione extremitatis temporis, nam extremitatem ipſam temporis de ſui natura ſignificare dicitur, vt probatur in d. l. 4. §. vltim. & in l. in ſubſtitutione, d. tit. de vulg. & pupill. vnde euenit, in prǫalleg. l. 1. vbi adeſt dictio tūc, vt non ſolum trahatur ad alium caſum vulgaris, ſed etiam pupillaris, quę diuerſi eſt effectus, proinde Rip. ibi d. num. 169. in fin. verſ. Quod nota, non immeritò Decium d. conſ. 63. Et pro tenui, col. 2. improbabat. Secundò, quòd in d. l. Gallus, ſola illa vox tūc, fuerit expreſſa, ſed nos præſupponimus dictum fuiſſe tunc & eo caſu,
12 quæ quidem geminatio † ſolet potentius operari, vt per Bart. in l. cum ſcimus, C. de agricol. & cenſit, lib. 12. l. Baliſta, ff. ad Trebell. cum ſimil. & in terminis ſuper hac geminatione tūc, & eo caſu vim fecit Dec. conſ. 315. Superioribus diebus, numero quinto, in huiuſmodique geminatione loquitur Petr. de Anchar. in præallegato conſilio. Adhuc reſpondeo, dictam geminationem ad maiorem expreſſionem mentis teſtatoris factam cenſeri, ad limitandum tempus ſubſtitutionis, ſecundum naturam illius dictionis tunc, non autem ad excludēdum caſum ex identitate rationis comprehenſum, & ex coniectura pietatis per legem inductum, & conſequenter ad inducendum horum iurium correctionem,
13 vt in verbis † geminatis taxatiuis tradit Alex. conſ. 130. In cauſa, colum. 2. num. 6. libro 4. vt non verſemur propriè in extenſione, ex quo militat eadem mens teſtatoris, ac legis coniectura, in caſu qui pro dicto habetur, licet ſcriptum non fuerit; gloſſ. not. in cap. primo, de tempor. ordin. in 6. Ex hocque tertia tollitur oppoſitio, quòd hæ taxatiuæ dictiones geminatæ nullius eſſent momenti, vel efficaciæ, niſi excluderent, & reſtringerent, contra not. per Bar. in l. ſi quādo, ff. de leg. primo, fruſtra nanque poſitæ dici
14 non poſſunt, ſi maioris † expreſſionis cauſa mētis teſtatoris proceſſerint, vt etiam conſiderat Iacobus Mandell. conſ. 51. Deceſſit iam, numero 19. Vlterius aduertendum exiſtimo, taxati-
15 uas dictiones † à lege dilatari poſſe ac extendi, vt not. Bart. in l. ſerui nomine, ff. de vſucap. numero tertio, verſ. Et ſic nota, ſed lex eſt illa, quæ ſubintelligit & comprehendit, ex ſuperlatiua ac exuberanti ratione pietatis, igitur taxatiua licet geminata caſum legis non excludit, cum extenſio non fiat ab homine, ſed legis autoritate, vt ſcribit Hieronymus Alban. conſ. vigeſimoprimo, In cauſa hæreditatis, numero 3. verſ. Tertio dicimus.

Et ne in hoc negocio Doctorum autoritates deficiant, contra Petrum Ancharanum, & Decium, vt inquam ex coniectura voluntatis ſubſtitutio ad caſus ſimiles poſſit extendi, non obſtantibus dictis verbis reſtrictiuis, & taxatiuis

16 tunc † & eo caſu, tenent Andreas Barbat. conſil. 21. Præclarè dixit, colum. 2. verſ. Etſi dicatur, lib. 2. Curt. ſen. conſ. 75. Dominus Ludouicus, num. 14. Pariſ. conſil. 50. Ex teſtamento condito, colum. 7. numer. 52. & 53. verſ. Cuius opinio comprobatur, lib. 3. Socin. iun. conſilio 145. Viſo teſtamento, num. 29. verſic. Secundo reſpondetur, libro tertio, conſil. 114. Stante teſtamento quondam Clarij, num. 29. lib. 1. Ioan. Dilect. Duran. in tract. de art. teſt. tit. de ſubſtit. cautel. 5. numero quinto, Iacobus Mandell. Albenſ. d. conſ. 51. Deceſſit iam, numer. 22. Natta conſ. 675. Habito ſæpius colloquio, numer. 13. Ioan. Cephal. conſ. 478. Nobilibus, num. 52. libro 4. Franciſc. Marzar. conſ. 7. Requiſitus, numer. 11. verſ. Reſtat nunc diluere, & in epitome de fideicom. in 2. part. quæſt. 24. dicens ſemper ſequutum fuiſſe hanc opinionem, Tiberius Decian. conſ. 2. num. 45. libro ſecundo, conſil. 34. num. 98. & infr. lib. 3. Nicol. Bellon. ſupput. libro 1. cap. 17. Hieronym. Zanch. in rep. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 1049. verſ. Imo etiam, ff. ad Trebell. Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. vol. libro tertio, tit. 14. num. 10. verſic. Frequentiſsima eſt, fol. 49. Andr. Alciat. libro tertio, de verborum ſignif. fol. 147. verſicul. Sed quid ſi limitatiua, vt ita dicam dictione, Si non de Pretis, in tract. de interpr. vltim. volun. libro tertio, fol. 2. numero 11. fol. 310. dicens ex facto Anchonæ reſpondiſſe, Riminald. Iun. conſilio 291. D. Thomas, numero 65. libro tertio, Roland. de Vall. conſ. 70. Quoniam quodammodo impoſſibile eſt, num. 49. & infra libro 3. Iacobus Menoch. in tract. de præſumpt. part. 2. libro quarto, præſumpt. 65. ſub num. 28. verſ. Verum à prædictis, & verſic. Præterea Ancharani, & ſequacium opinio. ac conſil. 220. Perplexa & difficilis, num. 38. libr. tertio, eiuſdemque ſententiæ fuit ipſe Dec. d. conſ. 227. In caſu ad me tranſmiſſo de Italia, numero duodecimo, verſ. Non obſtat quod extenſio, & conſilio 372. Viſis & diligenter conſideratis, numer. decimo, verſ. Non obſtat illa dictio tunc, hancque opinionem comprobauit Rota Romana vt per Caſſador. deciſ. 1. columna prima, tit. de teſtamen. quam deciſionem referunt ac ſequuntur Ioan. Dilectus, Marzarius, & Menochius in præ
17 citatis locis: autoritas autem Romanæ † Rotæ quanta ſit, alibi explicaui, vt nouis encomijs nunc opus nequaquam ſit, adeo quòd libere affirmari poſſit crebriorem opinionem eſſe, quã tenet etiam Ludouicus Molina de Hiſpan. primogenijs, libro tertio, cap. 8. numero ſexto, verſic. Similiter etiam non obſtat, & cum eadem ego pertranſibam in huius operis proœm. cap. ſecundo, numero 104. videturque æquior, vt contra Hieronymum Albanum arbitrer concludendum, quòd ſcilicet huius contextus diſpoſitio procedat etiam ſi in ſubſtitutione verba prędicta ſimplicia vel geminata reperiantur; Hæcque concluſio dupliciter roborari poteſt. Primò nam ſi teſtator præter aduerbium illud temporis adieciſſet etiam, eo caſu, per argumẽtum à contrario ſenſu videretur cæteros caſus excludere, quod quidem argumentum ex coniectura ſumitur, & ideo in primis coniectura ſpectanda eſt, quia vna præſumptio tollit aliam l. Diuus, de in integr. reſtitut. cum vulg. ſed in contrarium fortiſſima vrget præſumptio ex dictis iuribus deſumpta, ergo præfatæ dictiones alium caſum in quo fortior non ſolum eadem adeſt ratio non excludent. Secundò conſidero, quòd eędem dictiones ex quibus præſumptio excluſiua oritur ipſam ſubſtitutionem ſubſequuntur, quæ vbi primum concepta ac expreſſa extitit, conditio ſi ſine liberis per legem fuit ſubintellecta, tanquam plus dictum & minus ſcriptum, & ſic præſumptio inductiua huius diſpoſitionis eſt anterior, lex enim ſemper loquitur, l. Ariani, C. de hæretic. adeo quòd ſubſequentes dictiones reſtrictiuæ non poſſunt tollere dictam conditionem iam ortam, & in eſſe deductam ex lege ac voluntate teſtatoris, ſed operari debent in caſu eiuſdem conditionis, id quod operari poſſunt, vt verbum ſubſtituo referatur ad verbum deceſſerit prius prolatum in quantum virtualiter in ſe tacitè conditionem liberorum coniunctim continet. Et ita iſto caſu
18 vel maxime dicendum eſt, cum diſpoſitio † fauorabilis ſit, tunc enim incertum non eſt, Ancharani reſponſum non procedere, vt in indiuiduo ſcribunt Hieronym. Grat. conſilio 106. In cauſa teſtamenti, numero trigeſimoquinto, vbi conſilium dicti Ancharani pulcherrime declarat, libro ſecundo, & Iacobus Menoch. doctiſſimus Iuriſconſultus, d. libro quarto, præſump. 65. num. 28. in fin.

HYPOTHESIS.

Si maior natu per teſtatorem inſtitueretur, poſtque eius mortem deſcendens qui maior natu fuerit vocaretur, hanc l. cum auus, ſibi locum ex Alexandro Imolenſi non vendicare, ipſiusque Alexandri ſententiam expendi. Et quid ſi filius vocatus fuiſſet ſub qualitate aliqua, quæ in nepotibus ceſſaret?

SVMMARIVM.

1 *L. cum auus, ſibi locum non vendicare, vbicumque maior natu per teſtatorem inſtitueretur, poſtque*

poſtque eius mortem deſcendens, qui maior natu fuerit vocaretur: Sed contrarium verius eſſe, num. 14. Et nihilominus cum Alexandro de Imola prioris opinionis auctore tranſeundum fore, eod. num. 14.

2 *Aetatis maioris qualitatem, ad haeredes tranſmiſſibilem non eſſe.*

3 *Nepotes appellatione filiorum non comprehendi, ſi filij vocentur qualitate aliqua per teſtatorem adiecta, quae nepotibus non conueniat; idque nu. 7. declarari.*

4 *Antiquioribus maiorem ſapientiam, rerumque experientiam ineſſe praeſumi.*

5 *Succeßionem propriam de grauati ſucceßione in l. cum acutißimi, C. de fideicom. intelligi.*

6 *Succedendi ac excludendi ius, ſiue potentiã, tranſmißibilem eſſe.*

8 *L. cum auus, coniecturam ex vehementi teſtatoris voluntate reſultantem, tanta efficacia eſſe, vt ei ſimplex interpretatio ſuccumbat, qua uniformis dicitur, l. in teſtamento, in fin. C. de milit. teſtam.*

9 *Patrẽ & filium in primo gradu inter ſe exiſtere.*

10 *Proximum, proximiorem, ſimiliaque verba, tractum ſucceßiuum habere, & propterea tempore variari.*

11 *Regum ac Principum, vſque ad pubertatem adtutores vniuerſalem adminiſtrationem ſpectare: idque ex Oldrado explicari.*

12 *Iuuenes ſenibus perſpicaciores, ac circumſpectiores quandoque exiſtere.*

13 *Primogenitum, & maiorem non ſolũ ratione aetatis, ſed etiam prioris cognitionis dici.*

15 *L. cum auus, non procedere vbicunque teſtator nõ ſolum maiorem natu vocaſſet, ſed maiorem ſimpliciter.*

16 *L. cum auus, non procedere, vbicunque filius eſſet vocatus ſub aliqua qualitate, quae in nepotibus ceſſaret.*

CAP. IIII.

NOn inutile fortaſſe, vel incongruum erit nunc perquirere, ſi filius vti maior natu per teſtatorẽ inſtituatur, poſtque eius mortẽ deſcendens qui maior natu fuerit vocetur, an ſit locus diſpoſitioni huius l. cũ auus, ſimiliumque; Et in hoc ſingulariter inuentione Alex. de Imol. conſ. 4. Ponderatis verbis, col. 2. ante num. 7. verſ. Et iſta non concurrunt,
1 lib. 4. tenuit maioris† ętatis qualitatem, ſiue primogenituræ operari ne dictorum iurium diſpoſitioni locus eſſe videatur, quem ſequutus eſt Pariſ. conſ. 19. Ad reſolutionem, col. 9. nu. 90. verſ. Praeterea ipſe D. Nicolaus, col. 10. nu. 94. verſ. Prout obiectio tollitur, & col. 20. ante nu. 176. verſ. Secundo dum iſti dicunt, lib. 2. quod celebre tanti viri reſponſum eſt, congruuntque tradita ab eodemmet Alex. conſ. 123. Diſcuſſis haeſitationibus, col. 1. & 2. lib. 1.

Mouetur ipſe, nam dicta maioris aetatis qua
2 litas† ad haeredes non eſt tranſmiſſibilis, l. Æmilius Largianus, ff. de minor. proinde cum in nepotibus qualitas per teſtatorem requiſita non adſit, non poterit eſſe locus dictis iuribus, elicita voluntatis ſententia, quae ſemper praedominatur, l. 3. C. de liber. praeterit. cum vulg. Sicut etiam dicimus, quòd etſi filiorum appellatione aliquando nepotes comprehendantur, cum tamen filij ſub aliqua qualitate, quę in nepotibus non aderat vocantur, nunquam filiorum appel
3 latione † nepotes includuntur, nec idem de vtriſque iudicatur, l. fin. C. de natural. liber. l. 1. vbi Bart. C. de priuileg. dot. rurſus Bart. in l. liberorum, colum. quarta, verſ. Item praedicta vera, de verborum ſignif. Bald. in rep. l. in ſuis, ad fin. ff. de liber. & poſthum. in l. iubemus, §. fin. C. ad Trebell. Petr. de Anchar. in Clem. 1. colum. 3. in 2. q. de Baptiſm. Alexan. conſ. 223. Diſcuſſis, colum. 1. verſ. Sic etiam videmus, libr. 1. & d. conſ. 4. colum. 2. num. 8. lib. 4. Corn. conſ. 234. Pro deciſione, col. ẽn. lib. 4. Hipp. de Marſil. ſing. 303. Filiorum appellatione, verſ. Vnus caſus eſt, Andr. Tiraquell. in tract. primogen. fol. 258. num. 54. verſ. Nam quando qualitas, Port. in §. fi. Inſtit. qui teſtam. tut. dar. poſſ. Anton. Capic. deciſ. 21. In cauſa Liſæ, num. 8. Anton. Rub. Alexandrin. conſ. 22. Teſtator, in fin. ſub num. 14. & Socin. iun. conſ. 146. Viſo teſtamento, colum. 2. lib. 2. non itaque tam affectionem reſpexiſſe dicendum eſt, quàm maiorem aetatem ſuorum deſcendẽtium, vt per antiquiorem veluti peritiorem, ac prudẽtiorem eius hęreditas melius gubernaretur, ſicut in ſimili habetur in l. cum pater, §. pater pluribus, ff. de leg.
4 2. in antiquioribus ſiquidem maior † ſapientia rerumque experientia praeſumitur, c. porro, 84. diſtinct. ca. ſciendum, 24. q. 6. quod Plautus in Trinumo his verbis expreſſit: Sapientiæ aetas condimentum eſt, ſapiens ętati cibus eſt, Socratis etiam authoritate (vt cętera taceam) apud Platonem in Sympoſio ab Alcibiade relata cõ probatur ἢ τοι τῆς διανοίας ὄψις ἄρχεται ἐξὺ ἕλκειν, ὅταν ἢ τῶν ὀμμάτων τῆς ἀκμῆς λήγειν ἐπιρῇ.

Quicquid tamen Alexander de Imola ſuper themate illo ſuboſcurè tamen conſuluerit, quantum ad iſtam l. cum auus, attinet, eius opinionem à Petro Paulo Pariſio abſolutè comprobatam veram non eſſe dici fortaſſe poſſet, & ſic dictam qualitatem maioris aetatis non adeo efficacem cenſeri, vt pietatis vinculum in eadem lege praeuiſum, & expreſſum diſſoluat, vel abrumpat, quod ex ipſa l. cum auus,

euidentiſſimè deduci videtur, vbi ſi pronepotibus teſtatoris impedimento non eſt eiuſdem filius ſubſtitutus quin conditio illa ob coniecturatam pietatem intelligatur, non video cur in propoſito qualitas hæc magis debeat operari ſic ſimpliciter adiecta, cum Æmilius Paulus Papinianus acutiſſimi ingenij Iuriſconſultus ſciret ipſi teſtatoris filio qualitatem eandem maioris ætatis ineſſe, & tamen conditionem iſtam ſubintelligi ſtatuit, ne videatur alienas ſucceſ-
5 ſiones proprijs anteferre, ideſt ſucceſſioni † ipſius grauati, ſecundum Ioan. Cephal. conſ. 46. Adhuc videtur, num. 37. verſ. Quinta coniectura, lib. 1. Crederem itaque prædictam qualitatẽ tanti habendam non eſſe, quòd huiuſmodi diſcrimen conſtituat, ex eaque legitimam voluntatis coniecturam deſumi non poſſe, illam nanque affectionem quam teſtator ad eius filium natu maiorem habuit, eandem ad eius ex filio nepotes habuiſſe cenſetur: Quod potiſſimum ſuadetur in d.l. cum acutiſſimi, geminatam dictionem Non aliter, tum in princ. tum in calce textus appoſitam conſiderando, & in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtitut. non abſque miſterio etiam repetitam.

Non obſtant quæ in contrarium adducuntur, Primò, quòd maioris ætatis qualitas tranſmiſſibilis non ſit, nam eſto ita eſſe, quod nõ vndique liquidum, & abſolutum videtur, ac ex ijs quæ ſuſe Andreas Tiraquellus in fauorem nepotis ex primogenito cõtra patruum proſequitur, controuerti poteſt, quæ hic repetenda non ſunt, tranſit tamen ſuccedendi potentia ex illa qualitate producta, §. reliquum, auth. de hæredib. ab inteſt. venientibus, vbi licet in nepotem qualitas vtriuſque vinculi non tranſeat, tranſit tamen potentia excludendi, quæ non ab ea proficiſcitur. Cum ergo in filio qualitas illa ſui ipſius incluſiua fuerit, cæterorumque excluſiua, talis ſuccedendi & excludendi potentia ad ne-
6 potem† tranſmittitur, iuxta not. per Bart. in l. is poteſt, col. 3. num. 8. verſ. Eſt & aliud, & alibi ſæpe in eadem lege, ff. de acquir. hæredit. Sed ſi Papiniano crediderimus aſſerenti cõditionem de qua loquimur ſubintelligi, quòd minus ſcriptũ (vt frequenter repetitum eſt) quàm dictum fuerit inueniretur, ſique coniecturam dictæ qualitatis leuem, & ieiunam arbitrabimur, de tranſmiſſione non erit aliquid agendum, non enim quælibet friuola ac exilis coniectura conditionem prædictam ſubmouebit, nec omne teſtantis verbum nepotes ſucceſſione priuabit, puta quòd grauatum teſtator maiorem natu vocitet, vel ex propria conſuetudine, vel vt ipſi maiorem animi affectum oſtendat, vel quia eundẽ honorificet, aut fortuitu: qualitas autem quæ circa vocem filiorum ipſos à nepotibus diſtinguit, talis eſſe etiam debet, quæ ſignificationem
7 † concludenter dimoueat, ad filiosque tantum illam conſtringat, exemplum patet in d.l. fi. C. de naturalib. liber. vbi lex circa filios diſponit, non quia filios ſimpliciter, ſed quia filios ſpurios, Bart. in d.l. liberorum, col. 4. ante num. 7. verſ. Item prædicta vera, de verb. ſign. hæc profectò conſtrictio non facile ac paſſim inducitur: Vtque ad coniecturam iſtius contextus reuertar, contraria coniectura ac præſumptione ipſam tolli incertum nõ eſt, dummodo repugnet, & aduerſetur, debet autem directè fortiterque repugnare, vt vincat, pietatisque erga nepotes effectum diluat: coniectura ſiquidem ex hac l. cum auus, deſumpta, cum ex vehementi teſtantis voluntate reſultet, tantæ virtutis atque efficaciæ eſt, vt ei ſuccumbat ſimplex interpretatio
8 quæ ſumitur† ex vniformi, iuxta l. in teſtamẽto, in fin. C. de teſtam. milit. vt ſcribit Carol. Ruin. conſ. 3. De pluribus quæritur, num. 12. verſ. Et quia interpretatio, lib. 2. vbi hoc latè & egregiè explicat: vbi durante finali cauſa excluſionis, durare debet excluſio, cum pietas ad grauati ſobolem referenda ſit, pater etiam & filius in pri-
9 mo gradu† inter ſe exiſtant, l. Iuriſconſultus, ff. de gradib. §. 1. Inſtit. cod. tit. denique cum gradus mentio fit, non mirum ſi nepotes filiorum voce non includuntur, nam gradus & proximitas conſideratur reſpectu eius cui ſucceditur, maior verò natu reſpectu aliorum poſtea genitorum, hæcque maioritas qualitas eſt momentanea, quam cõtinuò quis acquirit, vt natus eſt, & ita etiã confeſtim excludit poſtea natos quãdiu ſupereſt, vel aliquis ex eo, cui hoc ius veluti ex propagatione, atque ex traduce ipſius cõpetit: proximus, proximior, agnatus, aliaque ſi
10 milia verba † tractum habent ſucceſſiuum, l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. & propterea tempore variantur, non ſic momentanea, arg. l. inſulam in biennium, verſ. Neque enim, ff. de verb. oblig. vt ſubtiliter conſiderat Paul. de Caſtr. conſilio 164. In præſenti cauſa, col. 6. ante num. 6. verſ. Ad ſecundum reſpondetur, lib. 2.

Secundò non refragatur prudentia ex ſenectute, maiorique ætate ad hęreditatem conſeruandam elicita, illa nanque cauſa prudentię ob maiorem ętatem non vnica in propoſito appareat, quinimò & aliam adeſſe naturę innitentem compertum eſt, priori fortiorem atque fauorabiliorem, quę cum naturales radices & pietatis fundamenta habeat, dictam prudentię cauſam diſgregat, ac proſternit; ſed ſi minorem ętatem conſideremus, quę fortaſſe iudicij imbecillitate ſit infirma atque inconſtans, quid tum ſi legum auxilio fauoreque, tutorum inquam, aut cura-
11 torum ſtudio ſuppleatur? vt de Rege † infante inquiunt, Bart. in l. quidam conſulebant, ante

fin.

fin. ff. de re iudic. Bald. in l. fin. & ibi Ludouicus Roman. C. de milit. teſtam. Oldrad. conſil. 52. Quęſtio eſt talis, Ioan. Andr. in cap. cum inter vniuerſas, de elect. & in addit. ad Specul. in rubric. de tut. colum. prima, verſic. Noſtris temporibus, & infr. vſque ad fin. rubricæ, Oldradusque in dicto reſponſo cenſuit Regis tutelam decimoquarto anno nequaquam finiri, ſed vigeſimo, & nihilominus ante vigeſimum quintum adminiſtrare non poſſe, vt per eum, cum & regna minorum imperio, ac ditioni ſæpè ſubiaceant, vt ex veterum monumentis videre eſt. Si verò ætatem ſuperiorem attendamus, nonne
12 iuuenes perſpicaciores † ſenibus exiſtunt, & quandoque circumſpectiores? gloſſ. in l. Gallus, in prin. in verb. Si filius, ff. de liber. & poſthum. Andr. Barbat. conſ. 6. colum. penult. libro primo, Felin. in cap. propoſuiſti, colum. fin. de probat. Minor etiam dum teſtatorem non affectione morum Alexander aſſerit, cum ex voto liberis diuitias acquiramus, & relinquamus, ſique bonorum conſeruationem teſtator conſiderauit, maiorem inſimul amoris paterni obſequium patefecit.

Primò inſuper eidem Alexandro Imolenſi, circa terminos eiuſdem l. cum auus, negocium faciunt notata per Bar. in d. l. liberorum, col. 5. nu. 12. verſic. His prætermiſſis reducamus materiam ad quæſt. quæ inſpici poterunt, licet ipſe ante numer. octauum, reſponſum dare profiteatur.

Secundò vrgent omnia fundamenta pro filio primogeniti contra patruum ſecundogenitum per Doctores varijs in locis allegata, quẽadmodum enim Alexander ipſe fundamentis, pro Rege Roberto factis innititur, ita nos contrarias, ac aduerſas rationes, & fortè meliores amplectimur, dum regulam coniecturamque huius legis defendimus, quæ videtur in iſtis terminis maioris ætatis per Andream Tiraquellũ tutiſſimè allegari in d. tract. Primogen. quæſt. 40. in prima parte, num. 94. & 95. in 45. argumento, fol. 285. vbi pro filio primogeniti ipſam l. cum auus, ac ſimiles concludenter inducit, nepotisque partes ſuſtinere videtur.

Tertiò obſtat, nam primogenitus, & maior non ſolum ratione ætatis dicitur, ſed etiam qui
13 primo cognitus † à lege reperitur, licet non ſit primo natus, Felin. in rubric. extr. de maior. & obed. in cap. veniens, in princ. colum. fin. extr. de ſimon. Pariſ. d. conſil. 19. num. 129. ſed nepotes primo cogniti ſunt à iure, vt in hac lege, merito ſecundum ſubiectam materiam dictæ conditionis maiores dicentur.

Quòd ſi qualitates omnes adeſſent quæ per Alexandrum in illo themate afferuntur, abſurdum nequaquam videretur cum ipſo pertranſire, eiusque opinioni abſque ſcrupulo acquieſcere: non enim ſimpliciter in inſtitutione teſtator maioris ætatis meminerat, ac etiã in ſubſtitutione, ſed vlterius diſponendo dixerat, omnia volo ſeruari ſemper in filijs maioribus deſcendentibus per lineam maſculinam ab ipſis vſque in infinitum quandiù maſculi, vel maſculus vnus tantum ſolus maior ex vxtroque, vel altero dictorum nepotum maiorum per lineã maſculinam deſcendens erit, in præcedentibus etiam pluries qualitatem eandem maioris ætatis geminauerat, vt non ab re Alexander ibi in princ. enixam voluntatis teſtatoris ſententiam afferat. Iudicando tamen, ac conſulendo, cum Alexandri autoritas ſit maxima, concurrente
14 Petro Paulo Pariſio, poſſet ipſorum † opinio præualere, ſed ſi iudices, ac conſulentes contrarium ſenſerint, reprehenſionem (ni fallor) non incurrent, riteque conſulent, ac iudicabunt: opinionemque contra Alexandrum amplecti videtur Ludouic. Molin. in tract. de Hiſpan. Primogenijs, libro primo, cap. quarto, nu. 37. verſ. Quod ex rationibus, fol. 24. qui etiam eodem libro primo, eodemque cap. quarto, nume. 18. maioratum ex mente extendi concludit, vtrobique hanc legem, & ſimiles inducendo, prout ipſe idem ad hoc propoſitum dictas leges induxit, lib. 3. cap. 6. tit. qualiter in Hiſpan. Primog. ex repręſentatione ſuccedatur, num. 32. in fin. vbi de patruo, ac nepote latiſſimè, ac reſolutiuè ſcribit. Si autem Alexandri opinionem ſequaris, procedat etiam ſi ſimpliciter teſtator maiorem vocaſſet, tunc enim maioritatem re-
15 ſpectu ætatis † conſideraſſe dicendum eſt, Pet. de Anchar. in cap. primo, fol. 46. verſic. Ego habui hoc etiam de facto, extr. de conſtit. & tradit idem Alexand. d. conſ. 4. Ponderatis verbis, num. 2. verſ. Modo ſic maior, lib. quarto, cui ſe ſubſcripſit Pariſ. d. conſil. 19. Ad reſolutionem, num. 125. verſ. Et quando teſtator, libro ſecundo.

Concludendum igitur eſt, regulariter hanc l. cum auus, locum nõ habere vbicunque filius
16 eſſet vocatus ſub aliqua qualitate † quæ in nepotibus ceſſaret, vt Pariſius inquit, quem refert Anton. Gabriel. lib. quarto, de fideicomm. concl. ſecunda, num. 82. in 23. limit. quæ tamen debeant iſtæ qualitates eſſe ſub quibus filij inuitentur ad tollendam eiuſdem legis diſpoſitionem, dicendum videtur non quamlibet leuem ſufficere, ſed illam requiri qualitatem ex qua poſſimus recte nepotum excluſionẽ conijcere, cum (vt eſt dictum) coniectura ex qua diſpoſitio huius legis inducitur, vehemens ſit, adeo q; ſi præſumptio fortior eſſe debet quæ aliam tollit, qualitas ex qua contraria coniectura eſt eliciendа valde vrgens, & efficaciſſima adeſſe requiritur,

quiritur, vt bonus iudex valeat ſuum iudicium ſalua conſcientia ritè, rectèque regulare, licet pro viribus præcauendum ſit, iudicis arbitrio (vt alibi diccbã) haſce coniecturas relinquere.

HYPOTHESIS.

Diſpoſitionem huius l. cum auus, conquieſcere vbicunque grauatus ob non impletam conditionem à teſtatore appoſitam, hæreditate priuatus remaneret. Et in expreſſa conditione, ſi ſine liberis, hoc idem verum eſſe. Deque priuationis hæreditatis pœna ob non impletam conditionem à teſtatore appoſitam multa proferri.

SVMMARIVM.

1 *Hæredem ſpernendo teſtatoris præceptum illique inobediendo, odioſum eidem effici, atque iniuriari, & proinde indignum ſe reddere.*
2 *Hæredis inſtitutionem ad cauſam caduci ob hæredis inobedientiam reduci, ipſoque facto ante aditam hæreditatem eundem priuari, & hæredem eſſe deſinere, ipſamque hæreditatem alijs applicari.*
3 *Priuationem hæredis poſt aditam hæreditatẽ non ipſo iure, ſed per fideicommiſſum induci.*
4 *Trebellianicam non detrahi ab hærede priuato hæreditate, ac per fideicommiſſum illam poſt aditionem reſtituente.*
5 *Legitimam detrahere filium paterna hæreditate priuatum ob non impletam conditionem, ſine præceptum in teſtamento appoſitum.*
6 *Hæreditatis commodo priuari hæredem ex legis diſpoſitione teſtantis voluntatem non adimplentem, qui cenſetur illi commodo ex non partitione renunciaſſe.*
7 *Priuari hæredem poſſe ex diſpoſitione præceptoq. teſtatoris eius voluntatẽ non implendo, idque in quattuor caſibus vberius procedere, num. 14.*
8 *Hæreditatem, ob priuationem hæredis inobedientis, nec præceptum teſtatoris adimplere curantis ſubſtituto applicari, ipſoque non extante cohæredi, eodemque non exiſtente, ab inteſtato venientibus, ac deinceps iuxta Authen. hoc amplius, C. de fideicom.*
9 *L. cum anus, diſpoſitionem conquieſcere, vbicunque grauatus ob non impletam conditionem à teſtatore appoſitam hæreditate priuatus remanet, & num. 12. Idque in expreſſa etiam conditione procedere, num. 16.*
10 *Priuatione incurſa per aliquẽ in pœnam ſibi prius imminentem, vel comminatam, eius etiam filios priuatos remanere.*
11 *Excluſa vna perſona, & omnes ab ea deſcendentes regulariter excluſos cenſeri.*
13 *Petrum Paulum Cardinalem Pariſium Iuriſconſultum optimè de iure reſpondiſſe.*
15 *Priuari non ſolum hæreditate teſtantis voluntati inobedientem, verum etiam ad fructuum medio tempore perceptorum reſtitutionem teneri.*
17 *Negatiua probationem, vt per teſtatorem appoſita conditio, vel præceptum impletum ab hærede non fuerit, alleganti incumbere.*
18 *Priuationem hæreditatis, vt quis ob non impletam conditionem à teſtatore appoſitam incurrat, iudicis monitionem ſecundum aliquos indiſtincte requiri. Sed diſtinguendum eſſe, vt in præcepto negatiuo monitione opus non ſit, num. 19. Monitionemque ipſam in facto affirmatiue vbi dies, & pœna eſt appoſita, nec etiam requiri, nu. 20. Monitionem tamen vbi dies tantum appoſita eſt exigi, num. 21. Monitionem denique appoſita tantum pœna, ſine die, vel termino neceſſariam eſſe, vel ſaltem partis interpellationem, nu. 22.*

CAP. V.

ALIA ſubſequitur non incelebris indagatio, an d. l. cum auus, diſpoſitio ſibi locum vendicet, cũ hæres grauatus conditioni, vel præcepto per teſtatorem appoſito non paruit. Antequam autem ad reſolutionem propoſitæ quæſtionis deueniam, præmittendum eſt Primò, hæredem ſpernendo teſta-
1 toris † præceptum, illique inobediendo odioſum ipſi teſtatori effici, vt per Alexand. conſil. 138. Opportunè conſideratis, colum. fin. num. 14. lib. primo, Corn. poſt Bald. in Authent. hoc amplius, in 1. not. C. de fideicomm. Pariſ. conſ. 19. Ad reſolutionem, num. 52. verſic. Quæ voluntas, libro ſecundo, quinimo teſtatorem iniuria afficere, maximè ſi præceptum verſetur, circa dignitatem, honoremque teſtatoris, D. Matth. Filiciani de Peruſio, conſil. 259. Omnis difficultas, colum. penult. inter conſilia Pauli de Caſtr. lib. primo, & meminit Petrus Paul. Pariſ. in prælleg. conſil. 19. num. 53. verſic. Et nedum teſtator, d. lib. 2. ac conſil. 91. Circa teſtamentum, nume. 55. eodem volum. Vlterius hæredem non implentem voluntatem teſtatoris, contrauenire teſtamento, & eiuſdem defuncti voluntati, intantum, vt teſtamentum impugnare dicatur, Bald. conſil. 356. Licet allegatũ, colum. prima, libro quarto, Corn. conſil. 99. D. Baldus Ser Colæ, in princ. lib. 1. Aym. Crauet. conſ. primo, Gulielmetta, nu. 3. in prima parte. Et conſequenter hæredem voluntati defuncti contrauenientem hæreditate ſibi relicta indignum effici, l. poſt legatum, vbi Bart. ff. de his quib.

quib. vt indign. Tob. Nonius conſil.28. In ſpecie propoſita, num. primo, Petrus Anton. de Petr.in tract.de fideicommiſſ.prohib. q.15.numero 180. verſ. Et quòd per non paritionem, præſertim ſi præceptum teſtantis geminatum fuerit,vt per Corn.d.conſilio 99.numero 2. libro 2.

Secundò inſtitutionem ante aditam hæredi
2 tatem ob inſtituti hæredis inobedientiam † reduci ad cauſam caduci, adeo quòd ſicut monitione iudicis hæres inobediens ipſo facto inſtitutione priuatur,ſic non minori ratione vbi teſtatoris monitio præceſſit, ſequuta hæredis inobedientia inducatur priuatio, inobediensque hæres eſſe deſinat, & alius incipiat: adita verò hæreditate, per fideicommiſſum in alium tranſeat,vt inquit D.Mattheus d.conſ.259.num.1. & 2.inter conſil.Caſtrenſis,d.lib.1.

3 Et quòd adita hæreditate priuatio†per fidei commiſſum contingat, tradunt idem Paul. de Caſtr.conſil.77. Viſis & conſideratis,colum.2. quod eſt repetitum conſ.302.cod.vol.1.conſil. 300.Videtur dicendum quod dicta filia, col.1. verſic.Ex quibus,conſil.332. Viſo teſtamento Michaelis,colum.ſecunda, ante finem, verſic. Sicut ergo alius,d.volum.& conſil.292. Circa primum dubium,colum.4.in 5.dub.nu.6.verſ. Super eo,lib.ſecundo,Alexand. conſil.57. Proſpectis,num.2. colum.2. verſ. Quinimo,lib.2. Socin.ſen.in rubr.ff.de his quæ pœn.nomin.in fin. Franc.Aretin.conſ.67. Diligenter,& maturè,& in 2.dub.colum. 3.verſic.Et licet, Aymo. d.conſil.primo,nu.6. vbi de communi opinione atteſtatur,in prima parte, Pariſ.d.conſil.19. num.135.lib.ſecundo, Iacob.Mandell. Albenconſ.57. Videtur prima facie,num.7. Franciſc. Marzar.conſ.51. Quæritur, num.4. & poſt Io. Crot. in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 156. de leg.primo, idem cõcludit Hieronym. Gabriel. conſil.109.Scripſeram ego,num.ſecundo,libro ſecundo,ac num.13.& 20. citans etiam Iulium Clarum, & alios, vt per eum,de communique opinione atteſtãs. Quod in tantum verum eſt,
4 vt filius hæreditate priuatus † poſt aditam hæreditatem,Trebellianicam nõ detrahat,vt ſcribit Paul.de Caſt.conſil.292.Circa primum dubium,num.7.verſic.Nec etiam obſtat,libro ſecundo,Carol.Ruin.conſ.48. Prætermitto, nu: 3.motiuis Ioannis de Imola accurrate optimeque reſpondens,libro ſecundo, Iacob. Albenſ. conſil.ſeptimo,In cauſa iſta,num.octauo, Pet. in d. tract. de fideicommiſſ. prohib. quæſt. 15. num. 179. in duodecimo caſu, vbi poſt Andr. Alciatum magis communem opinionem eſſe affirmat, quamuis contrarium aliquando ſenſerit Hieronym.Gabriel.d.conſ.109.num.vigeſimoquarto,in fin.Quòd verò omni commodo
5 priuetur † excepta legitima, Paul. de Caſtr. d. conſil.292.colum.quarta,num.ſeptimo, d. lib. ſecundo,Carol.Ruin.d.conſil.48.num.18.lib. 2.conſil.58.Super puncto, num. 3. eodem vol. Petr.Anton.de Petra d.quæſt.15.num. 179.in fine.

Tertiò præmittendum eſt, ius diſponere, q ille qui teſtatoris voluntatem non adimpleuit
6 ab hæreditatis commodo†excludatur,& admittatur ille qui ipſam teſtantis voluntatem ſeruauit,vt vtrunque probat text. in l.ſi plures,C.de condit.inſert.facit text.in l.prima,§.prætermittere,verſ.Sub conditione,ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. vbi qui conditionibus poteſtatiuis per teſtatorem appoſitis non paruit, videtur noluiſſe conſequi, nec habere hæreditatem; & alius tex. in l.2.C.de inſtit.& ſubſtit. Conditioni (inquit) ſub qua teſtamento matris tuæ hæres inſtituta es ſi non paruiſti, locum habet ſubſtitutio: ac etiam l.ſi quis ſepulchrum, §. funus autem,ff.de releg.& ſumpt.funer. & l.penult.in fine, C. de legat. Quemadmodum ait, ſi legatarius cui propter tutelam gerendam aliquid relictum ſit, non ſubierit tutelam, ei quidem legatum aufertur, pupillo autem aſſignatur cui ille vtilis eſſe noluit: & clarior text.in l.fin.C.de fideicommiſſ. Cum & in leges(inquit Imperat.) reſpeximus, quæ iuſtis diſpoſitionibus teſtatorum omnimodo hæredes obedire compellunt, & ſic ſtrictius cauſam exigunt, vt etiam amittere lucrum hæreditatis ſanciant eos qui teſtatoribus ſuis minimè paruerint; quaſi Imperator Papiniani ſententiam de hoc loquentis in medium referre intellexerit,in l.cum pater,§.liberis,ff.de legat.ſecundo, quod communiter Doctores ſenſere, Socin. ſen. in l.quibus diebus, §.Termilius,colum.4.verſic.Et prædicta faciũt ad quæſtionem, hoc titu. per text. in Authent. hoc amplius, in princ.d.tit.C.de fideicommiſſ. Franc.Curt.ſen.conſ.63. Antiquiſſima, & nobiliſſima familia, colum.fin. Pariſ.d. conſil. 19. Ad reſolutionem,num.139. cum pluribus ſeq. lib.2. Matth. Feliciani d. conſil. 259. colum.2. verſic.Sed quia non paruit, lib.1. inter conſilia Caſtrenſis, idem Paul. de Caſtr. conſilio 292. Circa primum dubium, num.ſeptimo,libro ſecũdo, Salluſtius Gulielmi de Monte Morcino, conſil.197.Viſis dubijs,ſub num.3.ante fin.cui ſe ſubſcripſit Nicolaus Abbas Siculus inter eadem conſilia,d.lib.2. & dixit Iaſon, in l. is qui, colum.ſecunda,nu.duodecimo,verſ.Sed Arctinus,ff.de acquir. hæredit. tunc locum non eſſe pœnitentiæ in præiudicium iuris alteri quæſiti, etiam mediante facto ſuo,l. ſi poſt mortem, §. fin. & ibi Bart. ff. de contratabul. congruitque notabilis doctrina Bart.in l.prima, num.54. ff. de vulg.& pupil.vbi quærit, nunquid inſtitutus

qui

qui noluit conditioni parere ſub qua fuit inſtitutus priuetur, & ſubſtitutus admittatur, concluditque quòd ſic, per text.in d. l. ſecunda, C. de inſtit. & ſubſtit. & Bartolum ibi ſequitur Socin. ſen. colum. 92. verſic. Circa nouam quæſtionem dic breuiter.

Quartò, vltra abſolutam legis prouiſionem prædictam, nuncupatim, & ſpecifice poſſe teſta
7 torem priuare hæredem, vel legatarium † ſi eius voluntatem non ſeruauerit, l.vnic. C. de his quæ pœnæ nomin. Iacob. Albenſ. conſ. 57. Videtur prima facie dicendum, num. vndecimo, poſſeque teſtatorem in pœnam ſubſtituere, l. vxorem, §. hæres, ff. de leg. 3. l. paterfamilias, ff. de hæredib. inſtit. facitque text.in §. fin. Inſtit. de legat. Alexand. conſil. 52. Viſo teſtamento Bartholomæi, in princ. & conſ. 57. Proſpectis, col. prima, libro ſecundo, Dec. conſ. 273. In caſu propoſito, ſub num. ſecundo, colum. ſecunda, Socin. iun. conſil. 145. Viſis, & diligenter conſideratis, colum. antepen. num. 46. verſic. Quinto hoc probatur, lib. 1.

Quintò præmittendum eſt, hæreditatem ex
8 priuatione, † vt ſupra ſubſtituto applicari, vel non extante ſubſtituto adijci cohæredi, vel non exiſtente cohærede venientibus ab inteſtato, & deinceps, iuxta diſpoſitionem text.in d. Auth. hoc amplius, d. tit. C. de fideicommiſſ. Alexan. conſil. 139. Opportunè conſideratis, num. 14. verſic. Teſtator legauit, lib. primo, & de venientibus ab inteſtato, Salic. Paul. de Caſt. & alij, in d. l. vnic. C. de his quę pœn. nomin. vbi Baldus ſpecificè, num. 43. verſic. Sextò quęritur, Hieronym. Grat. conſ. 35. Diligenter conſideratis, num. ſecundo, lib. ſecundo, l. peto, in princip. ff. de leg. 2.

His breuiſſimè prænotatis, dum quęrimus ad propoſitę materię terminos de nepotibus,
9 nunquid ipſi etiam excluſi † remaneant, ita ꝙ conditio ſi ſine liberis deceſſerit, ex hac lege tacitè non ſubintelligatur, concludendum eſt ne potes etiam excludi, & huius contextus diſpoſitionem conquieſcere, vt in indiuiduo tradidit idemmet Petrus Paul. Pariſ. d. conſil. 19. Ad reſolutionem, num. 84. verſic. Vbi etiam, d. lib. ſecundo, dicens ſic punctualiter determinare D. Matthęum Feliciani de Peruſio, d. conſil. 259. colum. fin. inter conſilia Caſtrenſis d. lib. primo, & videtur pertranſire Alexand. d. conſilio 138. colum. fin. ante num. 15. verſic. Teſtator legauit, lib. 1.

Et pro hac concluſione Primò vrget gloſ. in d. l. cum acutiſſimi, in verb. Vitam ſuam, C. de fideicommiſſ. vbi habetur, quòd qua ratione teſtator filium fideicommiſſario præpoſuit, ſcilicet ne quandiu viueret fideicommiſſarius haberet, eadem ratione, & nepotem videtur voluiſſe defunctus præponere, ſed ſi filium non præponat, puta quia præſenti die rogauerit filium reſtituere, contrarium omnino eſt ſecundum Ioãnem; Sed in propoſito filium hæreditate priuauit vti inobedientem, & exoſum, quem ſtatim priuari voluit non parendo conditioni, merito ille pietatis ordo, conditionisque ſubauditio ceſſare debet. Idipſum proprijs verbis d. l. cum acutiſſimi, in fin. dum rationem reddit Imperator comprobari videtur, intelligendo enim proprias ſucceſſiones grauati ſobolem, idque pietate ibi inductum eſſe, remota eadem pietate circa grauatum, abſurdum etiam illud tollitur, proindeque textus pia ad nepotum fauorẽ diſpoſitio ſubmouetur.

Secundò facit, quod regulariter ita eſt, ſcili-
10 cet quòd vbicunque quis † re aliqua priuatur in pœnam prius ſibi imminentem, ſeu prius cõminatam, tunc etiam priuati eius filij cẽſentur, cap. primo, tit. ſi vaſall. feud. priu. & cap. primo, §. ſi vaſallus, tit. ſi de feud. defunc. fuer. controuerſ. congruitque text. in l. ſi cohortalis, C. de cohortal. lib. 12. idque procedit etiam, quòd filij vocati eſſent ad illam rem ex diſpoſitione expreſſa, dummodo proprijs nominibus vocati non fuerint, ſed ſimpliciter ſub nomine filiorũ, quia patris cõtemplatione vocati pręſumũtur, ideoque excluſo patre ipſi quoque excludũtur, vt ſcribit And. de Iſern. in d. cap. primo, colum. prima, ante num. quintũ, verſic. Si vaſall. feud. priu. vbi dicit, filium eſſe idem cum patre cul-
pante à quo eſſe deduxit, & propter identitatẽ vnius ad alium, l. fin. C. de impub. & al. ſubſtit. §. ei qui, Inſtit. de inutil. ſtipul. Congruitque id quod generaliter alibi tradunt Doctor. quòd
11 excluſa vna perſona, cenſentur † etiam excluſi omnes ab ea deſcendentes, Bald. in l. fin. col. prima, verſic. Ex primo ergo capite, C. de lib. præterit. Dec. in l. illam, colum. 3. ſub nume. 13. verſ. Sed dici poteſt, C. de collat. poſt Angel. in §. reliquum, Authent. de hæredib. ab inteſt. verſic. Ex diuerſo, & Raphael. Cuman. conſil. 118. A. in teſtamento inſtituit, num. ſecundo, allegat text. in l. fin. C. de natural. liber. vbi ſicut ſpurius excluditur, ſic ex eo deſcendentes, tanquam ex infecta radice, vt not. Bald. in l. fin. in fine, numero quarto, verſic. Et ſi non continentur, C. de verborum ſignific. ac etiam Petr. de Anch. conſil. 389. Viſis diligenter iuribus, col. prima, verſic. Ex quo alibi ipſe refert, Alexand. conſil. 174. Super eo de quo quæritur, ſub numero ſecundo, verſic. Et ibi dum dicit, lib. quinto, & Benedict. Capr. conſil. 136. Et ſi videatur prima facie, colum. fin. num. 15. verſic. Vnde ſi ſi ipſa conſanguinitas: Stringitur hæc ratio, quia ſi voluiſſet teſtator, vt eo caſu nepotes admitterentur, facilè ei fuiſſet id exprimere, quod

cum

cũ nõ fecerit, videtur fuiſſe cõtrariæ opinionis, vt inquam, l. cum auus, conditio tacitè nõ ſubintelligatur, l. unic. §. ſin autem ad deficientis, vbi Paul. de Caſt. C. de caduc. toll.

Tertiò allegari poteſt, nam ſi conditio prædicta ſubintelligeretur, maximum abſurdum induceremus, ſcilicet quòd grauatus ex filiorũ perſona commodum de hæreditate ſentiret, nõ obſtante priuatione, videlicet ratione vſusfructus ac perſeuerantiæ in adminiſtratione, & ſic teſtatoris uoluntas ludibrio eſſet, non igitur ex alterius perſona id conſequi debet, l. quæritur, ff. de bonis libert.

Concludendum itaque exiſtimo, ex prima potiſſimum inductione quã attuli, opinionem
12 Pariſij † veram eſſe, & ab ea non fore iudicando ac conſulendo recedendum: Et quamuis Franciſc. Marzarius d. conſ. 36. num. 21. ſcripſerit Cardinalem Pariſium dicto conſilio 19. in multis fuiſſe male loquutum, ego audeo dicere hunc Doctorem Pariſium in prædicto conſilio
13 notabiliter ac egregie de iure ut aſſolet † reſpondiſſe, & præſertim in fundando hanc concluſionem, quam cõprobando ſequitur Iacob. Mandell. Albenſ. conſi. 57. Videtur prima facie dicendum, col. 2. nu. 18. verſi. Quòd autem huiuſmodi poena.

Libuit hoc in loco antiquam inſcriptionem cuiuſdam Romani militis teſtamentũ continentem apponere, ut ex ea magis ac magis detoſtandum contrauentionis uitiũ honeſtis teſtantium præceptis & conditionibus detegatur, dũ in hõnorem ac eorundem teſtantium dignitatẽ conditiones ipſæ diriguntur; conſpicienturque teſtatores ulciſci exoptare contra filiorum hæredumque impietatem & acerbitatẽ, miles enim ſuos Manes deprecatur, quòd opẽ Pont. Max. ac Flaminum Dialium implorent; Et ſi veritati obſequi cupimus durum videtur vt filij patetnis ſudoribus potiantur, hæreditates adeant, & tamen ipſorũ uoluntates ſpernant, patribus ipſis iniurientur; magis autem legibus, quinimo naturæ inſtitutis quibus ad obſequendum parentibus trahimur & benefacientibus benefaciendum: quid tot præciſis ac firmis ſanctionibus pro uoluntatibus teſtantium ſeruandis opus eſſet, quid tot regulis, tot coniecturis, tot denique Iuriſconſultorum laboribus, ſi liceret hæredibus non ſolum teſtantium doloſè ſubſtantias inuadere, uerum etiam ex propoſito furari ac rapere, dum ultimas morientium uoluntates ſeruare non ſtudent, ſæpeque illis obedire expreſſe renuunt & reluctantur? Inſcriptionem ipſam in agro Luſitano effoſſam fuiſſe Carolus Sigonius in commẽtarijs ad Faſtos & triumphos Romanos dum rei cum Viriatho geſtæ meminit, Aldusque Pauli Manutij filius, in lib. de Ortographiç ratione fol. 219. teſtãtur.

EGO. GALLVS. FAVONIVS. IOCVNDVS. L. F. QVI. BELLO. CONT. VIRIATHVM. OCCVBVI
IOCVNDVM. ET. PVDENTEM. FILIOS. EX. TEST. HERR. RELINQVO. ET. BONORVM
IOCVNDI. PATR. MEI. ET. EOR. QVAE. MIHI. ADQVISIVI. HAC. TAMEN. CONDITIONE
VT. AB. VRBE. ROMA. HVC. VENIANT. ET. OSSA. MEA. INTRA. QVINQVENNIVM
EXPORTENT. E. LVSITANIA. ET. VIA. LATINA. CONDANT. SEPVLCRO. MARM
COND. MEA. VOLVNTATE. SI. SECVS. FEC. NISI. LEGITIMAE. ORIANTVR. CAVSSAE
VELIM. EA. OMNIA. QVAE. FILIIS. RELINQVO. PRO. TEMPLO. DEI. SILVANI. REPARANDO
QVOD. SVB. VIMINALI. IN. VRBE. MONTE. EST. ADTRIBVI. MANESQVE. MEI. OBSM
PONT. MAX. ET. FLAMINVM. DIAL. QVI. IN. CAPITOLIO. SVNT. IMPLORENT. AD
IMPIET. CONTRA. FILIOS. MEOS. VLCISCENDVM. TENEANTVRQVE. SACERDOTES
DEI. SILVANI. ME. IN. VRBEM. REFERRE. ET. SEPVLCRO. ME. CONDERE. VOLO. QVOQVE
QVOTQVOT. DOMI. MEAE. VERNAE. SVNT. LIBEROS. A. PRAETORE. CVM. MATRIBVS
DIMITTI. SINGVL. QVE. LIBRAM. ARG. ET. VESTEM. DARI. ACTVM. VI. K. QVINTILES
R. GALBA. L. AVRELIO. COS

DECVRR. TRASCVNDANDI. HOC. TESTAM. ORE. EIVSDEM. GALLI. EMISSVM
LAPIDE. IVSSERE. ADSCVLPI.

Meruit certè inſcriptio hæc dictorũ Decurionũ iuſſu adſculpi, quæ non minus eorundem generoſitatẽ quàm memorandæ rei Romanæq. uirtutis clarum teſtimonium præfefert; Maximè cõditiones prædictæ ac præcepta procederent,
14 Primò ſi in honorem † dignitatemque teſtatoris tenderẽt ac dirigerẽtur, ut per Pariſ. d. conſi. 19. nu. 50. Secundo ſi expreſſim pœna adiecta per teſtatorem (ut dictum eſt) reperiretur, ibidem numero 23. Tertiò magis locum ſibi uendicarent, ſi teſtator pluries conditionẽ ſibi conditiones eaſdem appoſuiſſet per clauſulas geminatas, adhuc Pariſ. nu. 25. uerſi. Et eo magis. Quartò ſi hæres non tantum omiſiſſet, ſed contraueniſſet, magis enim quis contraueniendo deliquit quam omittendo, gl. fin. in l. Diuus, ff. ad Syllan. ibidem Petrus Paulus Pariſ. num. 100.

Ampliatur nunc dicta prima concluſio, ut non ſolũ inobediens hæreditate priuetur, etiam poſt

poſt eius aditionem, ſed vlterius ad fructuum
25 medio † tempore perceptorum reſtitutionem teneatur, vt firmat Saluſtius Domini Guliel-mi de Monte Morcino d.conſilio 197. Viſis dubijs, columna fin. poſt numer. 3. inter conſilia Pauli de Caſtr.lib. ſecundo, cui conſilio ſe ſubſcripſit Nicolaus Siculus, Abbas Monacenſis; Senis tunc legens, & ſequitur Pariſ. d. conſilio 19.numer.150.verſic.Et quòd inſtitutio,libro ſecundo.

Ampliatur etiam ſecunda concluſio, vt non ſolum procedat in tacita conditione, ex hac l. cum auus, ſubintellecta, verum quoque in ex-
26 preſſa † ſi quis, ſine liberis deceſſerit, vt poſt Dom.Matthęum Filiciani de Peruſio d. conſil. 259.columna fin. tradit Pariſ. in ſæpius citato conſilio 19. num.84.verſ. Vbi etiam punctua-liter.

Onus autem (vt ad primam concluſionem aliquantulum redeam) probandi negatiuam, quòd hæres voluntatem teſtatoris non adim-pleuerit, ad allegantem, ſeque ſuper huiuſmo-
27 di negatiua fundantem † pertinere ſcribunt, Bartol.conſil.137.Statuto communis Gualdi, in 4.puncto,numero quarto,in 1.part.Salic.in d.auth.hoc amplius,numer.nono,verſic.Quæ-ro octauo,C. de fideicom. Corn. conſilio 250. Viſo ſtatuto Ciuitatis Camerini, ſub numer. 2. verſic. Vbi per dictam theoricam, libro primo, Ludouicus Gozadin. conſilio trigeſimoquar-to,Circa primum dubium, nume.decimo,ver-ſic.Ad quartum,Aym.Crauet.conſil.1. Gulielmetta,numero ſeptimo,verſicul. Venio ad ter-tium,in prima part.& Tobias Nonius Peruſin. conſilio vigeſimooctauo, In ſpecie propoſita, num. 2.

Denique an monitio iudicis requiratur, vt hæres priuetur hæreditate ob teſtatoris volun-tatem non impletam,monitionem ipſam requi
28 ri,indiſtinctè † tradidere, Bartol.d.conſil.137. numero primo,in 1.part.Corn.conſ.208.Circa præſentem conſultationem,colum.pen. ad fin. ſub num.4.verſic.Accedat,libro primo,Hiero-nymus Grat.conſ.108.Thema tale eſt,num.8. libro ſecundo,& Tobias Nonius, d.conſil.28. numero tertio. Sed pro reſolutione diſtinguen
29 dum eſt,quòd aut ſumus in facto † negatiuo,& tunc interpellatio,ſiue monitio nõ requiratur, Aym.Crauet.conſ.193.Minor vigintiquinque annis,num.4.libro primo, Franciſcus Marzar. conſil.36.Viſis ſubtiliſſimis dubijs, numer.20. Aut ſumus in facto affirmatiuo, & tunc aut eſt appoſita dies & pœna, & monitione prædicta
30 opus † non eſt,Paul.de Caſtr.conſ.292.Circa primum dubium,in 8.dub.libro ſecundo, con-ſilio 371.Viſo puncto,columna ſecũda, eodem vol.Aym.d.conſ.193.columna prima, numero quarto,verſic.Et quòd monitio,d.libr. primo, Gozadin.d.conſil.34.columna ſecunda,nume-ro ſeptimo,Iacob.Mandel.Albenſ.conſilio 48. Quamuis eruditiſſimè ſcriptum iam fuerit, co-lumna tertia,num.14.verſ.Sequitur ex neceſſi-
31 tate. Aut appoſita eſt dies tantum,† & non pœ-na,& tunc monitione opus eſt,§.ſi quis autem, auth.de eccleſ.tit.Aym. Crauet. conſilio quin-quageſimonono,Petrus Pollardi,colum. final. numero ſeptimo, verſic. Quinto non videtur, Ludouicus Gozadin.d.conſilio 34.columna ſe-cunda,num. ſeptimo,verſic. Non obſtat quod voluit Iacobus Albenſ. d.conſil.48.numero de-cimoquarto, in iſtisque terminis ſaluari forta-ſſe poteſt Auguſtin. Bero. conſilio 65. Cum ab arbitris,ante numerum ſecundum, colum.pri-ma, libro 2. Aut eſt appoſita pœna tantum, ſi-ne aliquo die,vel termino, & tunc ſolam partis
32 admonitionem† ſufficere,nec iudicis monitio-nem requiri, dixit Paulus de Caſtr. d. conſilio 292.Circa primum dubium, colum. pen. in 8. dub.numero nono,verſic. Si autem per teſtato rem,libro ſecundo,ex text.in l.ita ſtipulatus,ff. de verborum obligat.l.1.ff.de pen.leg.& l.ſi pa-ctum,ff.quand. dies leg. ced. & reſpondet tex-tui in dicto §. ſi quis autem, authen. de eccleſ. tit.ibique Caſtrenſis dicit ita tenere Bald.in di-cta authen.hoc amplius,numero decimoſexto, & idem ſibi voluit Gulielmus de Benedict. in rep.cap.Raynutius,in verb.Si abſque liber.mo-rer. numero 221. verſicul. Et tales pœnæ, ex-tra de teſtament. prouiſio enim hominis facit legis prouiſionem ceſſare, l. cum ex filio,§. fi-lio, ff. de vulgar. & pupillar. & l. fin. de pact. conuent.

Sed in hoc Caſtrenſis videtur ſibi ipſi con-tradicere, is ſiquidem d.conſilio 371. colum-na ſecunda,numero tertio,& quarto, verſicul. Sed vlterius quæro, d. libro ſecundo, ſcribit, quòd priuatio hæreditatis facta per teſtatorem cum debeat conformis eſſe priuationi legis, de qua in dicta authen.hoc amplius, debet intelli-gi,quòd monitio interueniat,& lapſus anni, vt ibi per eum: hæcque opinio tutior, ac æquior videtur,tanquam in pœnalibus;quam compro baſſe viſus eſt Franciſcus Marzar.d.conſilio tri geſimoſexto, Viſis ſubtiliſſimis dubijs,numero vigeſimoquinto, qui ſaltem partis interpella-tionem, ſiue monitionem, iuxta primam opi-nionem eiuſdem Caſtrenſis requiri dixit, licet parum tute ſuper hac difficultate loquatur, vt ibi videre eſt. Sed in omnem euentum æquita-te indigni ſunt hi teſtantium iudicia ſubuerten-tes,ac obruentes, qui plenum iuris rigorem in-currere, ad ſeque attrahere merentur, cum in-grati penitus naturæ legibus, ac iuſtitiæ, ac-ceptorumque beneficiorum immemores exi-ſtant.

HYPO-

HYPOTHESIS.

Vnum tantum filium ad defectum conditionis liberorum, & ſic in numero plurali conceptæ, ſubſtitutique excluſionem ſufficere.

SVMMARIVM.

1 *Liberorum conditionem ex vno tantum filio extingui, & ſubſtitutum excludi.*
2 *L. ſi vnquam, C. de rœuoc. donat. de liberis loquentem in filio locum habere.*
3 *Pluralem numerum ſatis eſſe aliquo modo ac certo reſpectu poſſe verificari, licet non omnimodè verificetur.*
4 *Pluralem numerum frequenter pro ſingulari poni.*
5 *Clauſulam, ſi pro alijs non ſcripſimus, in vno tantum procedere.*
6 *Mercatorum ſubſcriptionem Titius & ſocij. locum habere etiam ſi Titius vnum tantum ſocium habeat.*
7 *Appellationem coram honeſtis ſeu publicis perſonis interponendam, ſatis eſſe coram vna tantum interponi.*
8 *Conſtitutionem Regni, Multæ leges, de crimin. ſacrileg. in plurali quo ad crimina loquentem in ſingulari verificari: Non ſic aliam Conſtit. Super inciſionibus, num. 10.*
9 *Verba in plurali dicta, ſi ex ijs abſurditas aliqua non reſultat, ſeu contrarium aliquod naturali vel ciuili rationi, vel menti proferentis, vel iniuſtum, in ſingularem numerum ex Baldo reſolui.*
11 *Liberorum conditionem in vno non verificari, ſi fuiſſet dictum ſine duobus liberis deceſſerit.*

CAP. VI.

VIDENDVM opportunè exiſtimo nunquid ſub conditione liberorum ad ſubſtitutum excludendum vnus tãtum filius comprehendatur & ſufficiat, huius-
1 que rei certa ac vera reſolutio illa eſt, vt vno † tantum filio exiſtente quamuis plures non adſint, eo admiſſo ſubſtitutus excludatur, gloſſ. in capitulo ſi pater, in verb. liberis, de teſtam. in 6. gloſſ. in l. cum vxori, in verb. Sine liberis. C. quand. dies leg. ced. rurſus gloſſ. in l. 1. vbi Bald. numero tertio, & cæteri communiter, C. de condit. inſert. Bartol. in l. ex facto, §. 1. numero quinto, poſt gloſſ. ibi, ff. ad Trebell. Corn. in auth. niſi rogati, in princip. C. eodem titulo, Iaſ. in l. Gallus. §. quid ſi is, numero quinto, verſiculo, Facit quòd ſi teſtator, ff. de liber. & poſthum. Socin. columna ſecunda, in 5. notab. Dec. numero duodecimo, Curt. iun. eodem numero. Hieronym. Cagnol. numero quinquageſimoſexto, Nouiſſim. Bonon. numero quadrageſimoquarto, in l. 1. vbi Tob. Nonius in 3. not. C. de pact. Andr. Alciat. in l. non eſt ſine liberis, in princip. ff. de verborum ſignificatione. Auguſtinus Bero. in capitulo in præſentia, numero 341. extr. de probat. Bald. conſilio 158. numero ſecundo, libro quinto, Alexand. conſilio 108. Viſo themate, in princip. verſiculo, Nam conſtat, libro primo, conſilio trigeſimoprimo, Ponderatis his, in princip. verſiculo, Præterea, libro tertio. Iaſ. conſilio 145. Circa primam dubitationem, numero ſexto, verſiculo, Ad idem bene facit, libro ſecundo. conſilio ſexageſimoſexto, Viſo teſtamento antedicto, columna quinta, verſiculo, Et ſic cum Aymarus, libro tertio. Corn. conſilio vigeſimoprimo, Videtur prima facie dicendum, colum. nn. ante num. 9. verſiculo, Et deueniendo ad ſecundum articulum, libro primo, conſilio 66. In hac conſultatione, columna ſecunda, numero 6. verſiculo, Quo autem, libro ſecundo. conſilio 124. Ardua primo aſpectu, columna ſecunda, numero 3. & 13. eod. vol. conſilio ſexageſimooctauo, Licet hanc cõſultationem, columna ſecunda, numero tertio, verſi. Tamen his non obſtantibus, libro 4. Dec. conſi. 218. In caſu ad me tranſmiſſo, columna quarta, numero decimo, verſiculo. Et idem Alexander, Socin. iun. conſilio 90. numero primo, libro 1. Aym. Crauett. conſilio 62. Nobilis Vrbanus, in princ. conſ. 180. Quando reddidi conſilium, ſub numero tertio, colum. penul. verſiculo, Similiter quandò teſtator, libro primò. conſ. 208. Viſo teſtamento, in princ. libro ſecundo, Auguſtin. Bero. conſ. 110. Facti ſpecies, num. 29. libro 2. Iacob. Philipp. Port. conſ. 13. eiuſdem initij, numero 18. conſ. 159. Quod primum, numero 1. libro 2. vbi de inconcuſſa & recepta opinione teſtatur. Nicol. Bellon. conſ. 81. Superioribus diebus reſolui, num. 1. verſiculo, Quod procedit, Gulielm. de Ludouic. ſing. 136. Lex eſt, Gerard. Mazzol. conſ. 5. Franciſca Arceuiſia, numero 32. Sfort. Odd. in tract. de compend. ſubſtit. partic. 6. in 2. part. quæſtionis, artic. 1. dicens omnes in hoc concordare. Marc. Anton. Peregrin. in tract. de fideicom. artic. 28. numero 37. verſiculo, Et in vno, fol. 259. columna tertia, Michael Craſſ. in §. fideicommiſſum, q. 34. ante num. 2. de communi atteſtans poſt Decianum in loco ibi citato. Franciſc. Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ante numer. 51. verſiculo, In eadem gloſſ. ibi, ff. ad Trebell. Emanuel Coſta in rep. dict. capit. ſi pater, in 1. par. verſiculo, Si abſque liberis,

d by Google

num.21.fol.348.Tiber.Decian.conſ.12. Licet quæſtio illa,numero quarto, lib.1.conſilio 42. Primò conſiderando, numero vigeſimoquinto,eod.vol. conſilio 1. Et quidem, numero 68. conſil.24. Et prima facie, in princ.libro ſecundo,conſ.64.Et videtur, num.40.eod.vol.conſil.74. Quæritur,numero 2.lib.3.Rol.de Vall. conſi.38.In præſenti conſultatione,colum.penul. num.48. lib.4. Franciſc.de Caldas in rep. l. ſi curatorem habens,in verb. Sine curatore, ſub nume.47. verſicu. Hoc autem nomen. C. de in integr. reſtit. min. Hieronym. Cagnol. in l. ſi quis prægnantem, numero 2. verſiculo. Nec dicitur, ff.de regu.iur.Ioann. Vincent. de Anna, alleg. 137. Caſus quæſtionis, numero 17.libro ſecundo, Hippo. Riminald.conſilio 467. Circa primum, nume.77. verſicu. Cuius optima eſt ratio, libro quarto. Petr. Rebuff.in dict.l.non eſt ſine liberis,cum l.ſequen.columna 2. verſiculo,Item in ſubſtitutione facta, fol. 531.nec reliquerim Cardinal.Zabarellam conſilio 60. Pro examinatione puncti, columna 4.numero 12. verſiculo, Ad id autem, & conſilio 153. In ſocietate accidenti,in princ.rurſus Alexan. conſilio 109. Videtur prima fronte, in princ. libro ſecundo, necnon Portius conſilio primo, In cauſa reuiſionis ſententiæ, numero 69. libro 1. Ioan. Franciſc. à Ponte conſilio 61. Cauſa hæc numero 1.& 2.Conſtantin.Capriol. de ſucceſſ. ab inteſt.libro 1. numero 392. verſiculo, Prout etiam, fol.159. Leander Galganetus,in tract.de condit. & demon.part.1.cap.13. numero ſexto, fol.47. Probatur hæc concluſio ex dict. l.1. C. de conditio. inſert. & in dict. l. non eſt ſine liberis, in l. cum vxori, C. quand. dies leg. ced. in l. liberorum, verſiculo, Diuus quoque Marcus, de verbor.ſignific.in l.à filia, ff. dict.titu.ad Trebell. & in l. is cui, ff. præalleg.tit.quando dies leg. ced. Conſeruandæ itaque agnationis fauore, liberorumque intuitu, pluralis diſpoſitio in vnitate verificatur, l. pater Seuerinam, §.2. hoc titu. de condit. & demonſtr. vbi Papinianus ſic reſpondit, Ita fideicommiſſo dato, Volo reſtituas ſi ſine liberis decedas, conditio deficit ex voluntate vel vno filio ſuperſtite relicto. Facit alius text. in l. iubemus, §. ſin autem, C. ad Trebell. Sin autem (inquit) is qui fideicommiſſaria reſtitutione grauatus eſt, vno filio ſuperſtite, vel nepote ex filio ſeu filia nato, vel pronepote, vel poſthumo relicto deceſſerit: non videtur extitiſſe conditio: Et ideo deficit fideicommiſſi petitio; congruuntque tradita per Raph. Fulgoſ. conſilio quadrageſimoſexto. Andreas de Luca, poſt numerum primum, pro eademque concluſione text. eſt apertus in dict.l.1. vbi notatur, C. de pactis. Quæ Sempronij Aſellionis rerum geſtarum libro quinto, confirmatur teſtimonio, is Aſellio ſub P.Scipione Africano Tribunus militum ad Numantiam fuit, resque eas quibus gerendis ipſe interfuit conſcripſit, eius verba de Tiberio Graccho Tribuno Plebis quo in tempore interfectus in Capitolio eſt, hæc ſunt, Nam Gracchus domo cum proficiſceretur nunquam minus terna aut quaterna millium hominum ſequebantur, atque indè infra de eodem Graccho ita conſcripſit, Orare cœpit vt ſe defenderet, liberosque ſuos, cum quem virilis ſexus tum in eo tempore habebat produci iuſſit Populoque commendauit propè flens; quem ad idem citat propoſitum Aul. Gell. Noct. Att. libro ſecundo, capitu. decimotertio. Accedat Terentiani Cremetis in Heautontim. autoritas, Ingenio te eſſe in liberos læni puto, & illum obſequentem ſi quis rectè aut commodè tractaret: Verum neque tu illum ſatis noueras Nec te ille, hoc vbi fit, ibi non vere viuitur. Tu illum nunquam oſtendiſti quanti penderes Nec tibi ille eſt credere auſus quæ eſt æquum patri, Quod ſi eſſet factum, hæc nunquam euenſſent tibi.

2 Sic l.ſi vnquam, C. de reuoc.donat. licet de liberis loquatur, in filio † etiam ſibi locum vendicat, vt ibi Andr. Tiraquell. in verb. Suſceperit liberos, numero 241.verſiculo, Tu tamen, aduertit.

3 Pluralis namque ſermo † ſatis eſt ſi aliquo modo ac certo reſpectu poſſit verificari, quamuis non omnimode verificetur, capitulo, indemnitatibus, §. penul. de elect. in 6. gloſſ. in capitulo primo., in verb. Primitias, de decim. Clemen. 1. in verb. Cenſura, de vſur. pluralisque numerus frequenter pro ſingulari † ponitur, prout in l.in condictione, ff. de condict. furt. l.1. §. vt in initio, & §. eum, ff. de poſtul. l.3.§. negocia, ff.de negoc. geſt. l.2.§. exactis, ff. de orig. iuris, l. Diuus, in fin.ff.de petit.hæredit.l.Gallus.§.quid ſi is,de liber.& poſthum. l.2.§. ſed ſi vnus, ff. de vi bonor. rapto. Andr. Alciat. conſilio ſeptuageſimoquarto, Allegationibus, numero decimotertio, & decimoquarto, libro 9. Gloſſ. Pariſienſ. titulo primo,§.3.glo.3.in verb. Les ſeigneurs feodaulx, numero quinto,verſiculo,Vltimò quòd ſic. Petr. Rebuff. in l. in vſu iuris, columna ſecunda, poſt med.verſiculo, Quinto è contra, de regu. iur.fol.550. Celſus Hugo conſilio 57.Anno ſuperiore,ſub nume.1. verſiculo, Nec eſt inconueniens. Gerard.Mazzol.d. conſil.5. colum.4. num.31.

Hucque pertinent tradita per Archidiac. in capitulo,quamuis, il primo, de præbend. in 6. Bal.in capitulo, mandatum,columna ſecunda, numero quinto,verſiculo,In contrarium videtur,de reſcript.quòd clauſula † illa Pontificis:ſi pro alijs non ſcripſimus, & non ſcripſit niſi pro

4

5

vno,

vno, quòd vtique in vno etiam verificetur, vbi Bald. ad hoc multa iura allegat, dicens notabiliter idem eſſe plurale, quod ſingulare geminatum.

Facit inſuper quod ſcripſit Cardinal. Zabarell. conſilio 153. præallegato, in princip. quòd mercatorum ſubſcriptio quæ dicebat, Titius, & ſocij, procedat etiam ſi Titius vnicum † tantum ſocium habebat, per textum in dicta l. non eſt ſine liberis, vt per eum. Item quod tradit Specul. in tit. de prim. & ſecund. decreto, §. iam de effectu, verſ. Sed nunquid ſufficeret, & Abb. in cap. paſtoralis, §. primo, in vltim. verb. de offic. ordin. & Iaſon dicto conſilio 145. columna fin. ſub nume. 6. ante finem, verſic. Ad idem facit, libro ſecundo, quòd appellatio quæ coram honeſtis, ſiue publicis perſonis debet interponi, ſufficit ſi coram vna tantum perſona interponatur, per textum in l. vt perfectius, C. de anal. except. vbi dicitur, Sin autem abſuerit præſes, vel Epiſcopus, vel defenſor ciuitatis, liceat ei proponere publicè, vbi domicilium habet poſſeſſor, ſeu cum tabulariorum ſubſcriptione, & tamen ibi exponitur, id eſt tabularij, ad idem text. in l. ſancimus, §. ſin autem dubius, C. de iure deliber. & in ca. vt circa, de elect. in 6. ibi, Coram perſonis, &c.

Pariter etiam doctrina Bar. in l. ſi quis alicui per illum textum, iuncta gloſſa, C. ad l. Iul. Maieſt. quòd licet omnes leges in plurali loquantur præcedentibus indicijs, vnum tamen ſufficeret bonum indicium.

Denique hinc etiam eſt, quòd cum in Conſtitut. Multæ leges, de crimin. ſacrileg. rubric. 5. dicatur, multas leges fæuiſſimè ſacrilegos † puniuiſſe, pœnam attamen moderandam eſſe arbitrio iudicantis. Niſi fortè manifeſtè templa Dei deſtructa, vel fracta ſint violenter, aut dona, & vaſa ſacra nocte ſublata, hoc enim crimen capitale eſt, nunquid ſufficiat vnam Eccleſiam violenter, & manifeſtè frangere, vel fractio ad minus duarum requiratur, textus enim in plurali loquitur? & quidem videbatur, nam pluralis locutio duorum numero expletur, ac perficitur Bald. in cap. primo, verſic. Pluralis locutio, de notis feud. dicens illinc ſumptam eſſe regulam iuris canonici, textum autem illum ſumptum eſſe ex l. vbi numerus, ff. de teſtibus, cap. in omni, extra eodem cap. cum eſſes, extra de teſtament. Bart. in l. ſi gemina, numero ſeptimo, verſic. Quæro quid ſi accuſator, ff. arbor. furt. cæſ. Tamen contrarium in illo contextu determinat Matth. de Afflict. columna quarta, ſub nume. ſeptimo, vt inquam numerus pluralis in ſingulari verificetur, & frangens manifeſtè vnam Eccleſiam in pœnam capitalem incidat, vbi multa ſimilia adducit, motus nuncupatim ex not. doctrina Bald. in l. cum quidam, colum. penult. numero nono, verſic. Modo generalius quæritur, C. de impuber. & al. ſubſtitut. quòd verba † dicta in plurali numero, ſi ex ijs non reſultat abſurditas aliqua, ſeu cõtrarium aliquod naturali vel ciuili rationi, vel menti proferentis, vel iniuſtum, debent in ſingularem reſolui. Vnde dum in alia Conſtit. Super inciſionibus, de † malefic. clandeſtin. rubric. vigeſimaſexta, dicitur, arborum inciſores clandeſtinos, & nocturnos in facinore deprehenſos, aut aliter legitimè conuictos, capite puniri, numerus pluralis in ſingulari nequaquam verificatur, ſcilicet in incidente vnam arborem, modo quo ſupra, nam aliàs abſurdum reſultaret in materia odioſa, & pœnali, vt ſcribit idem Afflict. ibi, num. 4. in 3. quæſt.

Limitatur vno modo dicta concluſio, niſi fuiſſet dictum, † ſine duobus liberis, vt inquit Dominus Sforcia Odd. Peruſin. in dicta ſexta partic. ſui tractat. de compend. in ſecundo articulo, in fine, per textum in l. Arethuſa, ff. de ſtat. homin.

HYPOTHESIS.

Quod in liberis dictum eſt, an in verbo filiorum procedat, vt inquam ſub plurali numero vnus tantum filius ad defectum conditionis includatur, & quòd ſit, verius eſſe. Idem è contra ſi huiuſmodi vox in ſingulari proferatur. Et pluralis numerus quando plurium concurſum requirat, ſingularis etiam quando ad pluralem trahatur diſtingui. Ac demum vtrum facilius ſubſtitutus excludatur eo quòd militet huius contextus in l. cum auus, coniectura, quàm excludatur, eo quòd pluralitas in ſingularitates non reſoluatur.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum conditionem ex vnius tantum ſuperexiſtentia non expirare, nec ſubſtitutum ſecundum vnam Cornei opinionem ex eo excludi. Sed in contrarium eſſe magis communem, numero* 17. *Tobiamq. Non. in hoc diſtinxiſſe, n.* 21. *Atque dictam opin. contra Cornetum latius procedere, vt num.* 25.

2 *Liberorum enunciationem in plurali fieri ſolere, ſicut codicillorum, & pugillarium. Idque ex arte ornatus gratia, num.* 4.

3 *Pluralem numerum plurium concurſum expoſtulare. Hincque ad Baldi quandam concluſionem inferri. Eandemque regulam, num.* 30. *conſtitui*

ibidemque multipliciter limitari. Legatumque pauperibus factum interpretari, num. 31.

5 *Singulare pro plurali elegãtioris elocutionis gratia in vſu eſſe.*

6 *Liberum pro filio in ſingulari, quandoque proferri, ſic etiam codicillum, pugillaremque, ac etiam blanditiam.*

7 *L. pater Seuerinam, §. ita fideicommiſſo, hoc tit. extricari.*

8 *Negatiuam vniuerſalem totum abnegare.*

9 *Negatiuam potentius negare, quàm affirmatiua affirmet.*

10 *Vniuerſalem propoſitionem per vnum tantum falſificari.*

11 *Negatiuam diſpoſitionem in primo actu non impleri, quicquid in affirmatiua dicatur.*

12 *Statutum quod ſtãtibus maſculis fœmina non ſuccedant, ſuper agnationis fauore radicari, rationemque iſtam pro expreſſa cenſeri.*

13 *Statuta ſtrictam recipere interpretationem.*

14 *Statutum fœminarum excluſiuum ex parte fœminarum odium implicare, & ſtrictè interpretandum eſſe, ex parte autem maſculorum fauorabile videri, prout in fin.*

15 *Statutum iſtud fœminarum excluſiuum vno tantum maſculo ſuperexiſtente verificari.*

16 *Statutum diſponens, vt muliere decedente ſine filijs vir tertiam dotis partem lucretur ex vnius filij ſuperexiſtentia virum excludi.*

18 *Pluralem numerum in ſingulari verificari vbicũque eadem vnius, & multorum eſt ratio.*

19 *Voluntate teſtantis inſpecta à verborum proprietate recedi, voluntateque ceſſante ad ipſam verborum proprietatem recurri.*

20 *Sine, dictionem, omnimodam carẽtiam, ſine ſeparationem ſignificare.*

22 *L. ſi vnquam, C. de reuocan. donat. diſpoſitionem, vbicũque donata fuerit res aliqua qua infra dimidiam bonorum ſit, ac mediocris, non ſic de facili procedere ex vnius tantum filij ſuſceptione, ſicut multorum.*

23 *Conditionem, vt ſi heredes ſine liberis deceſſerint capellam adificent non ſcindi, & vno ſine liberis decedente alterum interim ad adificandum non teneri.*

24 *L. ſi filia pater, ff. de legat. tertio, rationem reddi.*

26 *Filiorum in conditione enunciationem in ſingulari ad pluralem quoque protrahi.*

27 *Heredis, verbũ, in ſingulari omnes heredes complecti.*

28 *Procuratorem ad litem conſtitutum, ad lites conſtitutum videri.*

29 *Legem de vna perſona loquentem vniuerſaliter loquutam intelligi, perſonamque illam exempli gratia fuiſſe expreſſam, idque potiſſimum in fauorabilibus.*

30 *Legatum pauperibus factum in vno tantum paupere nunquid impleatur, duasque principales opiniones, & denique Iacobi Menochij particularem diſtinguentem afferri.*

32 *Singularem numerum ad pluralẽ trahi, & quando.*

33 *Coniectura ex hac l. cum anus, deſumpta, facilius ſubſtitutum excludi, quàm ex eo, quòd pluralitas in ſingularitates non reſoluatur.*

34 *L. cum anus, coniecturam procedere etiam ad excluſionem fratris granati, ipſum tamen fratrem ſubſtitutum non excludi, eo quòd pluralitas in ſingularitates non reſoluatur.*

CAP. VII.

OFFERT ſeſe ſuperiori longe impeditior, atque difficilior quæſtio, nunquid ſub voce filiorum (quicquid de liberis dictum fuerit) vnus tantum filius intelligatur, ob eiuſque ſuperexiſtentiam quis dicatur cum filijs ad ſubſtitutum excludendum decedere. In qua duæ Scribentium opiniones cernuntur.

1 Prima, vt conditio non expiret, quam † ſequi viſus eſt Corn. conſilio vigeſimoquarto, Ad euidentiam, columna quarta, verſic. Et illa conditio ſi filij, libro ſecundo. Fundatur primo ex dicta l. non eſt ſine liberis, de verborum ſignificat. arguendo à ſui ratione, vult enim ibi text. vt quis non dicatur decedere ſine liberis, etiam ſi cum vno tantum filio decedat. Hæc enim (inquit Caius lib. octauo ad legem Iuliam Pap.) nunciatio habet liberos, non habet libe-
2 ros ſemper pro pluratiuo † numero profertur, ſicut & pugillares, & codicilli. Aſſentiturque Cardinal. Zabarell. conſilio ſexageſimo, Pro examinatione, columna tertia, numero nono, liberorum ſcribit appellatio communiter fit in plurali, dict. l. non eſt ſine liberis, & ideo in ijs maximè pluralitas reſoluitur, & verificatur in vno ſuppoſito, dict. l. prima, C. de condit. inſert. Cum itaque in verbo, filijs, ceſſet illa particularis Caij Iuriſconſult. ratio, in ſingulari nan-
3 que profertur, pluralisque numerus † plurium concurſum expoſtulet, l. vbi numerus, ff. de teſtibus, l. inter illam, §. fin. dicto titulo, ff. de verborum ſignificat. l. libertas, §. fin. ff. de manumiſſ. teſtamen. cap. hoc quoque, de conſecr. diſtinct. prima, glo. in cap. ſtatutum, §. inſuper, de reſcript. in ſexto, contrariam circa verbum filijs diſpoſitionem videtur inducere. Hinc notanter reſpondit Bal. conſ. 242. Factum tale eſt, quidam B. habuit gratiam, lib. 3. quòd ſi Summus Pont. mãdauerit alicui ,puideri de beneficio

cio ad collationem quorumcunque ſpectante, mandatum iſtud beneficio ſpectante ad collationem unius tantum ſibi locum non uindicabit. Sed huic inductioni contrarium ſuſtinẽdo reſponderi poſſet, quòd etſi nunciationem iſtã pluraliter ſemper proferri Iuriſconſult. dixerit,
4 id tamen ornatus gratia † intelligendum eſt, ex huiuſmodi nanque prolatione vim quandam aſſequitur qua in ſingulari numero careret, pro ut elegantioris, ac nitidioris elocutionis cauſa
5 ſingulare viciſſim pro plurali accipi † perſpicimus, vt Diuus Auguſtinus ſuper illud Exodi. Venit muſca grauiſſima, teſtatur. Expedito (vt apud Hiſtoricos) milite rem geri. Vterumque (vt lib. Aenid. ſecundo Virgilius) armato milite complent: rurſus Fit via vi, rumpunt aditus primosque trucidant Immiſſi Danai, & late loca milite complent. item Miles ceſſans victus in arma. Quod dicendi genus ſæpè etiam Iuriſconſulti vſurparunt, vt in d. l. ſecunda, §. exactis deinde Regibus, ff. de origin. iur. l. ita Diuus, in fin. ff. de petit. hæredit. d. l. ſecunda, §. ſed ſi vnius, ff. vi bon. rapt. l. 3. §. negocia, vbi Bart. num. primo, verſic. Facit ad quæſtionem, ff. de negoc. geſt. in l. prima, & ibidem Bart. in princ. verſic. Reſpond. & fateor, ff. de procur. gloſſ. in l. falſa, in fin. hoc tit. & Inſtit. de iur. perſon. in princ. in §. ſi verò abſit, Authen. de hæredib. & Falcid. glo. in l. fin. C. de ſeru. reipub. manum. in l. Stichus, in verb. Poſt eorum mortem, de vſufruct. faciuntque late tradita per Iaſ. in d. l. Gallus, §. quid ſi is, num. primo, cum pluribus ſequen. ff. de liber. & poſthum. ſicut & illud Indignati ſunt Apoſtoli propter effuſionem vnguenti, & tamen ſolus Iudas fuerat indignatus. Ad vſumque iuris eſſe ſingularem pro plurali numero, Celſus Iuriſconſult. lib. 25. Digeſt. his verbis admonuit, In vſu iuris frequẽter nos vti Caſcellius ait, ſingulari appellatione cum plura generis eiuſdẽ ſignificare velimus, nam multum hominem veniſſe Romam, & piſcem eſſe vilem dicimus, l. in vſu iuris, quæ eſt l. 158. ff. de verbor. ſignif. Quod magis ſuaderi poterit, cũ d. l. non eſt ſine liberis, ſub tit. de verb. rerumque ſignificatione poſita ſit, & ex quam plurimis patet legibus quæ harum vocum enunciatione in ſingulari † vtuntur, vt eſt text. de liberis, in l. ius agnationis, ff. de pact. in §. his quoque, Inſtit. per quas perſon. nob. ius acq. in l. ſi quis in ſuo, C. de inoffic. teſtament. in l. ſi quis prioris, §. fin. de ſecund. nupt. Idipſum dicendi genus Rhetores politioresque ſcriptores aliquando admiſiſſe compertum eſt, vt de Fabio Quinctiliano meminit Lauren. Vall. tum libro tertio elegant. capit. tertio, tum in Baptiſtam Facium, libro ſecundo, qui Recriminationum inſcribitur, fol. 549. cuius verba hic duxi optimum recenſere, Poſſum (inquit) multa ſimilia afferre, vt liberum pro filium apud Iuriſconſultum, & Quinctilianũ, & Paulum, Caiumque Iuriſconſultos pugillarem, & codicillum, cum ſciamus ex arte pluralis eſſe numeri. Quod quidem Imperatoris teſtimonio comprobatur, tum in l. non codicillum, tum etiam in l. cum antiquitas, C. de teſtamen. & ne in pugillaribus, ſunt hi libelli, vel tabulæ ceratæ in quibus ſcribebant, quos Græci ἐγχειρίδια vocant, autoritate carere videamur, id apud eundem Laurentium Vallam in Antonium Raudenſem, fol. 319. poſtquam de duello meminit inuenire fas erit, en Auſonius Eipatens pugillar expedi, & cum eodem Valla Ciceronis de blanditia exemplum afferam, de petendo nanque Conſulatu ad Fratrem ita exorditur, Ea deſiderat nominum electionem, blanditiam, aſſiduitatem, benignitatem, rumorem, ſpem, & paulo poſt. Sed opus eſt magnopere blanditia, quæ etiam ſi vitioſa eſt, & turpis in cætera vitia, tamen in petitione neceſſaria. Et cui anceps erit non blanditiam, ſed blanditias candidiori ſermone proferri? Verum enimuero ex nouiſſimis Bononienſibus, & alijs Recent. hæc reſponſio ſubuertitur, cum licet vox iſta aliquando in ſingulari numero reperiatur, vt ex præcitatis autoritatibus liquet, eius tamen propria, ac peculiaris natura ſit, ut in pluratiuo numero proferatur, dicta l. non eſt ſine liberis, maximè (ut dicebam) rubricam expendendo, argumen. l. Imperatores, ff. de in diem adiect. in dubio autem non debemus à propria uocis natura, ſignificationeque recedere, uulg. l. non aliter, de legat. tertio, itaque in dubio præſumendum eſt teſtatorem uoluiſſe uocem iſtam propriè, ac regulariter non impropriè aſſumere, hocque uoluiſſe Iuriſconſultum † in dicta l. pater Seuerinam,
7 §. ita fideicommiſſo, hoc titu. dum ait, Si ſine liberis conditionem ex uolũtate teſtatoris uno filio nato deficere, quaſi dicat, ex quo propria natura huius uocis eſt, ut in uno tantum uerificetur, teſtator illam ponens conditionem cenſetur uoluiſſe etiam de uno filio cogitare, prout Moderni Peruſini aduertunt.

Sed in effectu diuerſa ſane eſt illius contextus intelligentia, totum nanque in uoluntate conſiſtit, non in qualitate, aut ſignificatione uocis liberorum, ut præſupponunt. Vnde Decius aliter contrarium diluere, explicareque conabatur, quòd inquam interſit an pluralis numerus affirmatiuè enuncietur, & tunc plurium concurſum requirat ex prædallegatis iuribus, an uero negatiuè proferatur, tuncque per unum falſificetur, ut per Bald. in l. iubemus, §. ſin autem, in princ. C. ad Trebell. cum uniuerſalis negatiua † totum neget, l. ſi is qui ducenta, §. utrũ,
8

vbi not.ff.de reb.dub. cap. Deus omnipotens, 2.quæſt. 1. Dec.conſil.365. Viſo conſilio,col.2. in fine, num.ſeptimo,verſ.Et vlterius hoc corroboratur,Aym.Crauet.conſil.146. Reſpondi de iure,num.quarto, & negatiua potentius ne-
9 gat, quam affirmatiua † affirmet, gloſſ. in cap. cum dilectus, extr. de conſuet. in l.hoc genus, iſto tit. Dec.in l.ſi Ruffinus,num. ſeptimo, C. de teſtamen.milit.in l.quod te,nu.29.ff. ſi cert. pet.conſil.304. Viſis his,colum.fin.num.quarto,verſic.Et primo non obſtat,conſil. 490. Viſis, & circumſpectis,num.6.conſil.567. In caſu occurrenti,num.ſecundo,Aym.d.conſ.146. & conſil.294.Verba tranſactionis, num. quinto,Andr.Alciat.in cap.cum contingat, nu.214. extr.de iur. iur. conſ. 6. Multa deduci poſſent, num.17.lib.quarto,Anton.Rub.conſil.51. Statuto,num.quarto. Sed Decium,tum Hieronymus Cagnol.in vlt.not.num.56.tum etiam Nouiſſimi Bononien.proſternere nituntur,omiſſiſque Cagnoli confutationibus, dicti Bononien. in ſeptimo not.nume. 44. dicunt id non eſſe ex natura negatiuæ, vel affirmatiuæ dictionis, vt Decius intelligit, ſed verius ex natura vniuer-
10 ſalis propoſitionis quę per vnum tantum † falſificatur, d.l.ſi is qui ducenta,§.vtrum, vbi Bartholom.Socin.& Moderni, Bal.in d.l.iubemus, §.ſin autem, poſt princ. & diſtinguendum eſt, an pluralis locutio ſimpliciter proferatur, & tunc plurium concurſum requirat, ſi vero vniuerſaliter explicetur, tracteturque de verificando,& adimplendo, & omnium concurſum expoſtulet, cum vno deficiente falſificetur, vt dicitur in d.§.vtrum,& in d.l.non eſt ſine liberis, vbi tacita adeſt propoſitio vniuerſalis ſi nullos habebit liberos, indefinita etenim vniuerſali æquipollet,l.ſi pluribus,de leg.3. vnde per vnũ filium falſificabitur.

Sed Bononienſes circa reprehẽſionem quã aduerſus Decium inijciunt parum feliciter intentum fortaſſe aſſequuntur, cum non tollant (vt ſi dixerim) malignitatem, ſiue potentiam negatiuæ,vt Raphael Fulgoſ.in l.iuriſgentium, §.ſed ſi fraudandi, vbi gloſſ. etiam, ff. de pact. conſiderat, ſecundum quem indefinita negatiuè de proprietate ſermonis vniuerſali æquipollet, licet in affirmatiua ſecus ſit. Proinde quam
11 uis diſpoſitio affirmatiua † in primo actu impleatur, l.boues,§.hoc ſermone, de verborum ſignificat.l.cum pater, §. certam pecuniam, ff. de legat.ſecũdo,l.dotis promiſſio,ff.de iur.dot. ſecus tamen eſt in negatiua quæ in infinitum protrahitur, l.ſi ſic, ff. de verborum obligat. gloſſ. in l.hoc genus, ff. hoc titu. vbi id Paul.de Caſtr. aduertit, Oldrad. conſ. ſextodecimo, Thema tale eſt,Titius, columna ſecunda,num. tertio.

Retinendo itaque Decij intellectum qui in vniuerſali etiam fundatur, conſiderandum eſt; non mirum ſi negatiua illa vniuerſalis propoſitio in vno uerificetur cum cõditionaliter proferatur, adeo quòd formiter ſit implenda,vulg. l. qui hæredi, & l. Mæuius, iſto titu. præmiſſæ ergo negatiuæ vniuerſali enunciationi negatiua etiam conditio annectitur quæ non impletur, nec ei formiter ſatisfactum creditur ſi unus ſuperuiuat. Nec obſtat quod ad numeri confirmationem de ſtatuto inducitur, ut ſtantibus maſculis fœminę non ſuccedant, quod inquam ad unum ſuperexiſtentem maſculum non porrigatur, ut conſultum fuiſſe refert Marian. Socin. Senenſ. in cap. ſuper eo, il ſecondo, de condit. appoſit. Cum opinio conſultoris falſa fuerit cui Socinus ipſe ſe ſubſcribere, nec immerito re-
12 nuit attenta ſtatuti radice, † vt bona in agnatione eius fauore conſeruentur, Ioan.Andr.in addit. ad Specul. in rubric.de ſucceſſ. ab inteſtat. verſic. Et eſt ſciendum, Iacob. de Aren. Cyn. & Salic.in l.prima,C.de adulter. Bal.in l. quod vero, ff. de legib. cum ſimil. quæ ratio pro expreſſa haberi debet,quicquid aliter dixerit Bartol.in l.liberorum,ante & poſt num.13. de verbor. ſignif. cui reſpondet Bald. in l. maximum vitium,colum.3.ante num.ſeptimũ,verſic.Sed Bart. dicit,C.de liber. præter.quod cum alia ratio nõ videatur poſſe aſſignari,habetur pro expreſſa, ad hocque eſt gloſſ. in l.quamuis, C. de fideicommiſſ. vbi Bald. in princip. verſic. Et cum vna, per illum textum concludit, quòd quando vna ſola ratio reddi poteſt illa debet pro expreſſa haberi, tam in teſtamentis, quàm in ſtatutis,& ita argumentatur Ludouic. Rom. conſil. 100. In præſenti cauſa, colum. prima, poſt princip. verſic. Quod autem locum non habuerit, conſil.404. In caſu propoſitæ conſultationis, columna prima, verſic. His tamen non retragantibus, ac alijde quibus per Deciũ conſil.15. Et pro tenui,columna.1.in fine, verſic.Et ad hoc eſt gloſſa,Socin.iun.cõſ.10.Abũde,num.11.lib.2.poſt eundem Roman. conſil. 411.Quattuor ſunt,colum.2.verſic. A qua quidem conſtitutionis ratione. Sed eſto quòd contra conſilium prædictum reprobatum opinio non ſubſiſteret, quid tum? cum in ſtatuto ver-
13 ſaremur † ſtrictè interpretando, l. quicquid aſtringendæ,ff.de verbor. oblig.l.3.ff. de negot. geſt. Bald.hoc latè declarans in l.prima,colum. fin.verſic.Nam ſtatuta,ff.ſi cert.pet.in l.contractus, columna prima, ante numerum ſecundũ, verſic.In contrarium facit,C.de fid.inſtrumen. Vacon.lib.declar.6.cap.254. Et præſertim hu-
14 iuſmodi ſtatutum † ex parte fœminarum odium continens,d.l.maximum vitium,C.de liber. præterit. Bald. in l. venia edicti, in fine, num.

num.5.verſ. Vnde ſi ſtatutum dicit,C.de in ius voc. & tanquam odioſum ſtrictam debet interpretationem recipere,Ludouic.Gozadin.conſ. 37.Prima facie videtur dicendum, colum.3.numero 12.verſ. Sexto tale ſtatutum,vbi alios citat, vt ad caſum vltimi elogij fauorabilem iuxt. l.1.vbi Scribentes,C. de ſacroſ. eccleſ.l.in conditionibus,vbi Bald.id notat, iſto tit.l.in teſtamentis, de reg.iur.non ſit inferendum, eadem ratione qua ſtatutum ipſum ad vnum tantum
15 filium non extendi,fuerat,ſed male†cõſultum, vt aduertunt Bald.in d.l.1.ante num.4. verſ. Et facit ad quæſtionem,C.de condit.infert.Andr. Barbat.in c.Raynaldus,col.31.Alex.conſ.109. Super prima conſultatione, colum.4.num.12. verſ.Et ideo infert Bald.lib. 7.Ludouic. Bolognin.conſ.32.Cor mundum, Viſo igitur caſu, col.1. Philipp.Franc.in c.ſi pater,colum.27.ſuper gloſſ.in verb.Liberis,verſic. Vnde ex ijs,de teſtam.in 6.Iaſ.in l.Gallus,§.quid ſi is, colum. prima,num.4.verſ.Secundò adde,ff.de liber.& poſthum.aſſerens ex parte maſculorum tale ſtatutum eſſe fauorabile, & extendendum, vt ibi ſub num.6.verſ.Subdit tamen idem D. Marianus,& conſ.145. Circa primam dubitationem, col.fin.ſub num.6.verſ.Quamuis in ſtatutis,libro 2.Dec.conſ.484. Æquitati & iuſtitiæ, col. prima,in fin.numer.4. verſ.Sed breuiter,Petr. Rebuff.in d.l. non eſt ſine liberis, vel in l. nam quem ſine liberis,col.1.circa med. verſ. Secundo ſi ſtatutum,fol.530.Pariter etiam,quòd ſta
16 tutum diſponens, † vt muliere decedente ſine filijs vir tertiam dotis partem lucretur ex vnius ſuperexiſtentia ſileat excluſo viro, tenuit Bald. ipſe in d.l.1.colum.2. poſt Iacob.Buttig.C. de condit.inſert.Iaſ.in l.ſingularia, num.11.verſic. Quarto adde,ff. ſi cert. pet. & in d.§.quid ſi is, numero 4. verſ. Item facit ſecundum eundem, Franc.in præalleg.c.ſi pater,d.colum. 27. verſ. Item ſi ſtatutum dicat, Anton. Corſett. in ſing. in verb. Statutum, incip. Statuta Italiæ diſponunt, Rebuff. de conſuetudine Toloſana loquens,in præcitato loco,d.col.1.verſ.Tertio ampliate etiam.

Altera igitur eſt ſuperiori contraria opinio, vt vnus filius ſuperexiſtens excludat ſubſtitu-
17 tum† in conditionali filiorum ſubſtitutione cõprehenſus,in qua reſident Socin.ſen. in 5. not. Dec.num.13.Curt.iun.num.12. Noviſſim. Bononienſ. num. 44. Tob. Nonius in 3. not. ſub diſtinctione tamen, vbi etiam Hieronym. Cagnol.ſub numer.56. in vlt.not.in l.1.C.de pact. Franciſc.Rip.in l.ex facto,§.ſi quis rogatus,numero 51.verſ. Sed dubito quid dicendum,ff.ad Trebell.Alex.conſ.31.Ponderatis his, in princ. verſ. Præterea cum euenerit,libr.3.Ludouicus Roman.conſ.148. Viſis themate, ac ſupra conſultis,col.1.in princ.Petr.de Anchar. conſ.396. In vnum caſum reſoluitur,verſ.Item illa verba, Corn.conſ.202.Pluries ac pluries,columna 4. num.8.verſ. Et ideo,libro 3.conſ.258. Quo ad primum,col.4.num. 5. verſ. Secundum membrum, eod.vol.conſ. 306. Videtur prima facie dicendum,col.fin.num.8.verſ.Nec obſtat,libr. quarto,Dec.conſ.15.Et pro tenui facultate,colum.1. in princ.verſ. Et vnica etiam, conſ.270. Dom.Raynaldus, colum.1.in princ.verſ. Nam etiam,conſil.50.Quia verba teſtamenti,col. 2. verſ.Quarto hoc idem,conſ.370. Viſo teſtamẽto Ludouici de Acerbis, num.1.conſ.636.Prima facie videbatur dicendum,col.2.numero 4. conſ.570.Caſus de quo quæritur, col.2.numero 4.verſ.Vbi etiam,& conſ.594. Viſo teſtamẽto Franciſci,colum.fin.num. 6. verſ. Et non eſt dubitandum,Pariſ.conſ.8.Aſſertum fideicommiſſum,num.3.verſ.Et vnicus tantum,libro 2. conſ.58.Circa primum dubium, nume.6.verſ. Ex quibus infertur,cod.vol.conſ.53.D.Hieronymus Camerinus,num.3.verſ. Et vnica filia, lib.3.Carol.Ruin.conſ. 100. Viſo teſtamento, col.fin.num.8.verſ. Quæ conditio,conſ.119.Viſo & bene conſiderato,num.13.conſ.182. In facto proponitur,num.2.lib.2. Marc.Anton. Peregrin.in tract.de fideicom.artic.22.incip. Vtilis eſt,num.65.verſ.Et ſi vnus, fol.201.& artic. 28.num.37. verſ. Et in vno, col.3.fol.259.Io. Bap.Plot.in rep.l.ſi quando,num.345.fol.199. C.vnd.vi,Tiber.Decian.conſ.54.Iuri & veritati conſona,lib.2.Franciſc.de Caldas in d.l.ſi curatorem habens,in verb. Sine curatore, ſub d. num.47.Socin.ſen.conſ.55.Viſis conſilijs, poſt princ.lib.3.Petr.Rebuff.in d.l. non eſt ſine liberis,cum l.ſeq.col.1.in princ. verſ. Ampliate primum,fol.530.Franciſcus Burſat. conſ.19. Magnificus Dom.Antonius Zucca, col.6.num.18. libro 1.

Quæ certe opinio illud habet fundamẽtum, quòd pluralis numerus in ſingulari verificetur
18 vbicunque † eadem vnius & multorum eſt ratio,ſecundum Ioan.Andr.in c.1. vbi Dominic. de S.Gemin. ſub num. 4. verſ. Quid ſi ſit vnus ſolus expectans,& Philipp. Franc. in princ. de rer.permut.in 6. Bald. ante num. 4. & Paul. de Caſtr.num. 2.verſ.Breuiter verum eſt, per illũ text.in l.1.C. de condit. inſert.Ioan.de Imol. & Cardinal. Florentin. in Clem. 1. ille col.1.hic 4. in 6.oppoſit.de renunc.Socin.ſen.conſ.278. In quæſtione vertente,col.1.verſ. Confirmantur, lib.2.Franciſc.Aretin.in l.ſi quis ante, col.2.ff. de acq.poſſ. Petr. Rebuff. in d.l.non eſt ſine liberis,vel in l. nam quem ſine liberis, colum.3. verſ.Notandum eſt igitur,per text.in l.falſa,§. fin.hoc tit. ſed in propoſito eadem ratio in vno militat,quæ in pluribus,l.cum acutiſſimi,C.de

fidei-

fideicom. vnus ergo filius ſubſtitutum excludet de cuius fauore tractatur, d.l.iubemus, §.ſin autem, & d.l.pater Seuerinam, §. ita fideicommiſſo, inſpecta voluntate teſtatoris, quo caſu à verborum proprietate recedimus, d.l. non aliter, de leg. 3. l. cum quæſtio, C. de legat. qua ceſ
19 ſante† ad eandem verborum proprietatem tutè recurrimus, vt in d.textu, Franciſcus Aretin. conſ. 66. Viſo puncto & dubijs, col. 2. verſic. Si ergo actus, vbi hoc optimè declarat, Corn. conſilio 7. Rudis & incompoſita, col. 2. ſub num. 2. lib. 1. Dec. conſ. 70. Et pro tenui, col. fin. ſub numer. 3. verſ. Nec obſtat, quòd à verbis. Accedit
20 natura dictionis† ſine, quæ omnimodam denotat carentiam ſiue ſeparationem, l. ſine, ff. rem rat. hab. l. ſine hærede, ff. de admin. tut. Bart. in l. ſi rem, §. qui iniuriarum, nu. 6. ff. ſi quis caut. & propterea negationem excluſionemque, vt eſt gloſi. in l. 1. in verb. Stellionatum, verſ. Ecce iſtud, ff. de pign. act. & ita eſt concludendum, ſequendo hanc poſteriorem opinionem vti crebriori calculo receptam.

Sed D. Tobias Nonius Peruſin. in d.l. 1. in
21 tertia not. diſtinctione vtebatur, duos caſus† cõſiderando. Primus eſt cum hæc conditio à patre fuit appoſita filio, & tunc verum ſit conditionem in vno etiam filio verificari, pater enim eius filio conditionem ipſam, Si ſine filijs deceſſerit appoſuiſſe ſubſtituendo præſumitur, quia voluit ſuam hæreditatem ad nepotes potius propriamque ſobolem, quàm ad extraneũ deuenire, iſtius contextus argumento, & d.l. cum acutiſſimi, necnon, l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit. quæ ratio (vt dixi) quemadmodum in pluribus ita etiam in vno filio ſibi locum vendicat: quia eadem videtur ſui affectio. Alter caſus eſt cum dicta conditio fuit ab extraneo adiecta, tũcque procedat Cornei opinio, vt conditio, ſi ſine filijs, in vno tantum filio non verificetur, ſed in duobus, vel pluribus, argum. d.l. vbi numerus, & illorum quæ ad hoc propoſitum cumulatè tradit Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, in verb. Suſceperit liberos, num. 226. cum plurib. ſequen. C. de reuoc. donat. nam in extraneo diuerſa ratio conſiderari poteſt, cogitauit ſiquidem teſtator, quòd ſi eius hæres cum pluribus decederet filijs potuiſſet proprium hæredis patrimonium filijs ſuis ſatis non eſſe, & ideo hoc caſu voluit hæreditatem iſtam apud hæredem ſuum remanere, ſecus verò eſt, ſi vel nullis filijs relictis, vel vno tantum decederet, hoc enim caſu cogitauit fortaſſe teſtator, quòd hæredis patrimonium erat illi ſolifilio ſufficiens, & propterea uoluit tunc hæreditatem ad extraneum deuolui, arg. l. ſi filiæ pater, ff. de leg. 3.

22 Et facit ad hoc† quod aliàs notanter ſcripſit Corn. conſ. 4. Dubia ſatis, col. 4. uerſ. Cum igitur in caſu noſtro, lib. 3. quòd ubicunque donata eſt res aliqua, quæ ſit infra dimidiam bonorum ac mediocris, & dubitatur an hæc donatio ſit reuocata ex d.l. ſi unquam, debet inſpici an unicum tantum filium ſuſceperit, uel plures, quia ueriſimiliter non ita retraheretur donando propter unicum filium quemadmodum propter multos, Franciſcus Aretin. conſ. 93. Viſo legato, colum. 4. verſ. Quid enim ſi hæreditas, Carol. Ruin. conſ. 124. Videtur, ad fin. numero 28. libro primo, & ita dicti Moderni Peruſini diſtinguebant.

Huic tamen diſtinctioni reluctatur Andr. Alciat. in d.l. non eſt ſine liberis, uerſ. Dubitari igitur poteſt, allegans Bald. in d.l. 1. & exemplificans cum Pontifex alicui ſacerdotium conferri mandat ſi pro alijs non ſcripſerit, de quo exem-
23 plo ſupra dictum extitit. Adijciens etiam† id quod ex facto reſpondit Calderin. conſ. 42. Inſtituit teſtator, de teſtam. cum hæredes, ſi ſine liberis decederent ædiculam conſtruere à teſtatore iuſſi eſſent, altero defuncto ſine liberis, nõ interim alterum teneri, nec conditionem ſcindi. Si modo Andreæ Alciato viro grauiſſimo deferre pergeremus, poſſet Peruſinis facile reſpõderi ex text. in l. Publius, in fin. hoc tit. Nam ſi prędilexit ſubſtituto extraneo itidem extraneũ, ad quem tantum voluit eius hæreditatem peruenire, ergo & filium tantum patri vnicum eidem extraneo prædilexiſſe cenſendum eſt, prę-allegatæ legis argumento. Non obſtat text. in
24 argumentum d.l. ſi filiæ pater, † cum dotem illam arbitrio tutoris iuſſam dari ex Tuberone boni viri arbitratu intellectam, Labeo huiuſmodi boni viri arbitrium declarans rectè ex dignitate, ex facultatibus, ex numero liberorũ, teſtamentum ordinantis arbitratur, atque metitur, fauorem tum aliorum filiorum, tũ pupillæ moderatè arbitrans, cum numerum liberorum ad conſtituendum paragium inſpexerit, ne damnũ ijdem liberi ex immoderata dotis conſtitutione ſubirent dum ad paternam ſucceſſionem vocarentur, meritò his penſatis congrua ibi dos diffinitur, & de paragio quã nos in hoc Regno dicimus, vt nil aliud excogitari poſſit quã quòd nemini illorum prę iudicium inferatur, quos natura ad parẽtum bona vocitat, ita omnibus numeris congruenter dotata remanet, l. quæro, cũ ſequen. l. cum poſt, §. gener, ff. de iur. dot. l. ſiue generalis, C. eod. tit. iunct. l. quòd ſi nolit, §. qui aſſidua, ff. de ædilit. edict. l. Titianus, ff. quod cũ eo, l. nũmis, ff. de leg. 3. l. Imperatores, ff. de contrah. empt. Bald. poſt Rayner. de Forliu. in d.l. ſi filiæ pater, Ang. in auth. de reſtit. & ea quæ parit, in fin. princ. col. 4. Bald. in l. fin. in lect. nou. colum. 3. verſ. Sed pone dictat ſtatutum, C. de

dot.

dot. promiſſ. Ioan. Bapt. Caccialup. de S. Seuerin. in rep. l. omnes populi, col. 120. verſ. Vigeſimotertio quæritur, Fabian. in rep. auth. nouiſſima, in 8. artic. princ. in fin. Bald. Nouell. in trac. de dot. in 18. priuil. fol. 18. Andr. de Iſern. in Cõſtit. In aliquibus Regni partibus, in fin. Matth. de Affict. deciſ. 160. Aliud fuit dubium, in principio Dec. in conſilio quod reddidit pro Nobilibus de Prato de Aquila conſ. 26. Et diligenter, in fin. numer. 5. communicato conſilio cum D. Antonio de Malegonnellis de Florentia, & conſilio 276. Proponitur, col. fin. verſ. Non obſtat, quòd etiam ſtatutum in Regno Neapolitano, quæ temperamenta ac circumſpectiones in propoſito non concurrunt. Sed de paragio iuxta definitionem propriam Procerum Regni alibi agendum erit.

Nec id refragatur, quod circa donationem prȩcitati Scribentes nempe Corn. Arctin. & Carolus Ruinus aſſerunt, omiſſa nanque diametrali oppugnatione, reſponderi poteſt, mirum non videri, in cõtractu inter viuos, & in actu neceſſariè reuocando ſi in vita rerum donatarum translato dominio medietatis earũdem rerum, ac numeri liberorum ratio habetur, maxime q̃ ſine cauſa donatores à communiter accidentibus hiſce largitionibus (licet non exprimatur) minime vtantur, & ſic in actu neceſſario, ſecus autem videtur in actu vltimæ voluntatis implẽdo in perſonam prædilecti ac prouiſi à teſtatore ad excludendum extraneum ſubſtitutum vltimo loco vocatum, dato ipſorum concurſu: & veriorem atque receptiorẽ eſſe Alciati opinionem teſtatur Michael Craſſ. in §. fideicommiſſum, q. 34. numero 2. verſ. Reſpond. quòd tunc etiam, fol. 322.

Latiusque præcitatorum Interpretum in d. l. 1. Romani Ancharani Ruini, & aliorum opi-
25 nio † procederet in themate Decij d. conſ. 50. Quia verba, col. 2. verſ. Tertio facit, ſi in alio caſu teſtator dixiſſet per infraſcriptos hæredes, aut alium, vel alios, cum vna pars teſtamẽti per aliam declaretur, l. qui filiabus, in prin. vbi Bar. ff. de leg. 1. l. vtrum, vbi Bald. & Ang. ff. de petit. hæredit.

Vidimus vſque huc an filiorum pluralis vox ad ſingularem trahatur. Sed quid è contra nunquid ſingularis filij conditionalis enũciatio ad filios in plurali protrahatur, & ſubſtitutus excluſus remaneat? Et hoc caſu ſubſtitutum non
26 admitti † concludendum exiſtimo. Primo per text. in d. l. qui filiabus, §. 1. de leg. 1. in l. cum inter veteres, C. de fideicom. libert. hocque niſi ex vi numeri ſaltem ex voluntate ac mente diſponentis. Secundo per text. in l. ſi pluribus, de leg. 2. in l. ſi plures, de leg. 3. in d. l. in vſu vulgari, ff. de verbor. ſignif. ex quibus iuribus proba-
27 tur verbum hæres † ſingularis numeri omnes comprehendere hęredes, Bartolom. Veronenſ. conſ. 52. Magnifici ac generoſi Domini, col. 1. num. 2. verſ. Nam & ad hoc reſpondetur, Soc. iun. conſ. 80. Viſo ac diligenter perlecto, columna pen. num. 14. verſ. Nec eſt nouum, libro 2. Tertio ex ijs quæ tradit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de procur. verſ. Quid ſi ſit inſtitutus, quòd procurator ad litem in ſingulari ad li-
28 tes † conſtitutus cenſetur, licet forma mandati diligenter ſit attendenda, vulg. l. diligenter, Affict. deciſ. 91. Iterum, num. 9. Quarto facit doctrina Bart. in l. 1. §. ſed etſi incertum, in fin. numer. 3. verſ. Et hoc eſt verum, ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt. quòd cum lex in ſingulari de vna perſona loquitur, videtur vniuerſaliter loqui, per-
29 ſonaque illa exempli gratia † adiecta cenſetur, & præſertim in fauorabilibus, & in materia (vt hic contingit) latè interpretanda, quem ſequitur Iaſ. in l. ex duobus, colum. 1. num. 4. verſic. Tertio adde not. doctrinam, ff. de vulg. & pupillar. Illudque addi poſſe videtur, quòd ſi ſtatuto occidentem occidi licere caueatur, niſi pacem cum hærede habuerit, de hæredibus intelligitur licet in ſingulari loquatur, vt voluit alibi probabilior contra Oldradum ſententia. Nec mirum id eſſe autumo, cum hoc totum ad ſubiectam materiam reducatur, numeri enim libertas tanta eſt, vt ſub Grammaticis neget coangu ſtari præceptis.

Nec omittam dum quæritur an pluralis numerus plurium concurſum requirat, Ludouicũ Gozadin. in d. l. 1. ſeptem caſus cõſideraſſe, Sed conſtituendo regulam, quod ipſe pluralis nu-
30 merus concurſum plurium † expoſcat, d. l. vbi numerus, & §. hoc quoque, de conſecr. diſtinct. 1. Inter illam, ff. de verbor. ſign. adeo vt lega-
31 tum pauperibus factum † in vno paupere non verificetur, Bart. in l. 1. num. 1. verſ. Et ſic nota, ff. de opt. leg. Bald. in l. 1. num. 19. C. de ſacroſ. eccleſ. Paul. de Caſtr. cõſ. 97. Super primo quæſito, num. 3. lib. 1. Iaſ. in l. Gallus, §. quid ſi is, in 2. lect. num. 12. ff. de liber. & poſthum. Felin. in c. omnes, colum. 2. verſ. Declara hic, diſtinct. 1. Dec. conſil. 471. Iuridicam eſſe arbitror, col. 2. num. 9. verſ. Prout videtur, & in c. prudentiam, §. adijcimus, ſub num. 2. verſ. Secus videtur, extra de offic. deleg. Io. Bolognett. in l. ſingularia, num. 32. ff. ſi cert. pet. licet contrarium multi aſſeruerint, idem Bart. in l. vnum ex familia, §. ſed etſi fundum, in princ. verſ. Facit quod dixi, ff. de leg. 2. & clarius ibidem Raph. Cuman. & Ioan. de Imol. Alex. in l. qui quartam, §. 1. num. 3. verſic. Bartolus tamen, ff. de leg. 1. vbi latè inſiſtit, & conſ. 109. Super prima conſultatione, colum. 3. num. 7. verſ. Secundo pro hoc facit, lib. 7. communemque eſſe affirmat Claud. Seiſell. in d. l.

qui

qui quartam, §. 1. verſ. Sed pro communi opinione, Hieronym. Cagnol. in d. l. ſingularia, numero 17. verſ. Sed contrariam, Quas opiniones conciliabat Iacob. Menoch. in tract. de præſumptio. in 2. part. princ. lib. 4. præſumpt. 125. num. 25. verſ. Tertia conſiderari poteſt, dicens quòd ſi bona teſtatoris modici erunt valoris, ita vt is pauper plures habens filios, & maxime fœminas nubendas non ditetur, ſed aliquantulum ſubleuetur, & procedat poſterior opinio. Secus ſi bona diſtribuenda magni momenti, & valoris eſſent, & ſic hæreditas opulenta, tunc enim inter plures eſſet diuidenda non vni tantum dãda, licet arbitrio conſcientiæque executorum id tandem remittat, vt per eum ibi, in fin. Limitatur Primò regula prædicta, cum pluralis niſi in ſingulari verificari non poteſt, gloſſ. in c. 2. 8. diſtinct. Secundò cum mens diſponentis ſingularem numerum reſpicit, atque complectitur, Bart. num. 2. in l. quamuis, vbi Ang. & Iaſ. num. 6. C. de impub. quorum dicta maximas difficultates implicant. Tertiò quando eadem in ſingulari militat ratio, vt in rubr. & edict. prætoris, ſi. vi bon. rapt. & Inſtit. cod. tit. Aym. Crauet. conſilio 161. Verba ſubſtitutionis, col. 2. num. 4. libro 1. Quartò fallit ratione ſubiectæ materiæ, gloſſ. in c. 2. de reſcript. not. in l. ſi vno, ff. loc. E contrario etiam ſingularis numerus ad pluralẽ
32 trahitur, † d. l. in vſu iuris, de verb. ſignif. & ibi Andr. Alciat. aduertit, not. gloſſ. & Doct. in l. ex duobus, in princ. per illum tex. ff. de vulg. & pupill. in l. cum inter veteres, & ibi Bald. C. de fideicom. libert. Gloſſ. Pariſienſ. tit. 1. §. 6. gloſ. 1. in verb. Denombrement, ante num. 2. verſ. Ita diſpoſitio ſingularis numeri, dicens hoc maxime in verbis legis procedere, vt not. Bart. in d. l. 1. §. ſed etſi incertum, in fin. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt. not. Iaſ. in l. qui filiabus, §. 1. in princ. ff. de leg. 1. Cæterum ſuper primo de plurali Baldus ſic magiſtraliter diſtinguit, dum quæritur (inquit) an pluralis oratio in diuerſa diſpoſita diuidatur; Aut ponitur diſtributiuè & diuiditur, vt l. Lucius, §. Caio, ff. ad Trebell. Aut ponitur complexiuè, & non diſtributiuè, & tunc copulatiuorum concurſus requiritur, l. ſi hæredi plures, ff. de condit. inſtit. Aut eſt dubium qualiter ponatur, & tũc refert, Aut ponitur quo ad modum ſignificãdi, Aut quo ad effectum ſignificati. Primo caſu ſecundum rigorem verborũ veritas conditionis in vtroque requiritur, ſed ſecundum ſenſum, & intentionem naturalem, ſeu effectum diſtingue. Aut eſt eadem ratio de vno quo ad vnum, quæ de pluribus, quo ad plures, & tunc refert. Aut illa ratio eſt vera à quocunque incipias, & loquitur text. in d. §. Caio, Aut in perſona morientis tantum, & loquitur l. hæredes mei, §. cum ita, ad Trebell. Aut non eſt eadem ratio de vno quo ad vnum, &c. & tunc requiritur in omnium perſona, l. pen. C. de impub. & alijs ſubſtit. Sed quomodo dignoſcatur an eadem ratio ſit, diſtinguẽdum eſt. Aut enim inter ſe ipſos aliqua teſtatoris eſt prouiſio expreſſa vel tacita, vt ius accreſcendi, & tunc alterum quo ad alterum non ſufficit, l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. & l. quamuis, d. tit. de impub. Aut inter illos ceſſat omnis, tam teſtatoris, quàm legis prouidentia, & tunc loquitur d. §. Caio, ita Bald. maximus Iuriſconſultus, in d. l. 1. num. 4. verſ. Circa hunc articulum, C. de condit. inſert. Poſſent hic Baldi dicta ampliora reddi, aliorſque ſubtiles conſiderationes ſeriosius pertractari circa huiuſmodi difficilem perplexamque materiam, quando inquam pluralitas in vna cõditione poſita ex mera voluntate teſtatoris in ſingularitates reſoluatur, & ſcindatur, cum autem latiſſimè pateat ac ſuas proprias habeat ſedes, quam etiam exactè, & ex profeſſo tractarũt ex nouiſſimis præclari nominis Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſſimus D. Cardinalis Franciſcus Mantica, Iacobus Menochius, Hieronym. Zanchus, Marcus Antonius Peregrinus, Fernãdus Vaſquius, atque alij permulti, propterea nõ duxi hoc profundum, atque vaſtum pelagus intimius ad præſens intrare, cum alibi proprio loco eadem de re diſſeruerim: ſolum id dixerim, apud Interpretes dubitari, nũquid facilius ſubſtitutus excludatur eo quòd militet coniectura huius l. cum auus, quàm excludatur eo quòd pluralitas non reſoluatur in ſingularitates, ſuper quo Corn. conſ. 180. Multitudo quæſitorũ, colum. 5. ante fin. verſ. Nec obſtat, quod habe-
33 tur lib. 4. concludit, † facilius ſubſtitutum excludi eo quòd militet coniectura iſtius contextus, quàm ex eo, quòd pluralitas, &c. quod co deduci poſſe videtur, frater enim grauati ſubſti
34 tutus † propter cõiecturam eiuſdem l. cũ auus, excluditur, vt in ipſo reſponſo, vbi Raph. Cuman. Iacob. Butrig. in l. 3. C. de inoffic. teſtam. Bald. col. 1. num. 5. Salic. num. 3. Caſtrenſ. num. 5. Andr. Barbat. col. 26. in d. l. cum acutiſſimi, Roman. conſ. 370. In propoſita conſultatione, col. 1. Alex. conſ. 5. Circa primum dubium, colum. 2. num. 4. verſ. Et illud eſſet verum, libr. 3. & ſæpe alibi, Caſtrenſ. conſ. 14. Si contingat dictam D. Liſam, col. 1. num. 1. lib. 1. conſ. 198. Super primo quæſito, col. 1. lib. 2. Dec. conſ. 568. D. Daria, col. fin. verſ. Non obſtat, Ruin. conſ. 124. Viſo teſtamento, num. 2. lib. 3. conſ. 131. In themate, col. 3. num. 4. eod. vol. Socin. iun. conſilio 126. Maxima profecto, num. 18. lib. 1. & cõſilio 125. Viſis, num. 12. & 21. eod. vol. cum alijs deſuper adductis; Et tamen non excluditur, eo quòd pluralitas non reſoluatur in ſingularitates, Aym. Crauet. conſ. 109. De anno, colum. 2.

ante

ante & poſt nume. 2. libro primo, & vltra Alexan. de Imol. conſil. 175. Perſpectis verbis teſtamenti, columna quarta, libro quinto, Hieronym. Zanch. in rep. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 930. & numero 1038. ff. ad Trebell. quod probatur ex eod. §. cum ita, vbi ſupererat perſona par in gradu, ſecundum communem intellectum cum Claudia, & tamen nõ impedit quin pluralitas reſoluatur in ſingularitates & Claudia admittatur. Sed hanc differentiam impugnando Zanch. in dict. §. cum ita, negocium ſic reſoluit numero 856. verſiculo, Ex quibus, quòd prædicti termini ſe habeant vt excedentes & exceſſi, & quòd reſpectu perſonarum excludẽtium ſubſtitutum, facilius militet pro eis coniecturata mens teſtatoris in terminis reſolutionis de pluralitate in ſingularitates, quàm in terminis huius contextus, reſpectu verò perſonæ ſubſtituti excludendi facilius militet coniectura iſtius l. cum auus, vt per Zanchum in præcitato loco alias quinque differentias inter dictos terminos in ſequentibus numeris afferentem.

HYPOTHESIS.

De liberorum etymo, ac eorundem vocis comprehenſione, & quando fœminæ includantur, ac quousque ſecundum proprietatem vox eadem protendatur, & in quibus caſibus ad filios primi gradus reſtringatur.

SVMMARIVM.

1 *Filios fuiſſe liberos appellatos, vt à ſeruis ſeparerentur.*
2 *Seruis apud Græcos vetitum fuiſſe ne ingenuis artibus incumberent.*
3 *Liberorum verbum, ad deſcendentes omnes tam maſculos quam fœminas referri.*
4 *Liberorum verbum collectiuum eſſe.*
5 *Liberorum verbum latius quàm filiorum protẽdi.*
6 *Fœminas ſub voce liberorum ſecundum propriam ſignificationem includi.*
7 *Fœminas etiam in contractibus liberorum appellatione venire.*
8 *Fœminas appellatione filiorum ſecundum Guidonem de Suzaria in contractibus non includi; Sed hoc ex Petro Rebuffo controuerti.*
9 *Emphyteuſi recepta pro ſe, & filijs, in ea fœminas non venire. Secus vero ſi emphyteuſis pro ſe, & liberis recipiatur. nume. 10. Quinimò in emphyteuſi filias etiam appellatione filiorum ex intentione contrahentium comprehendi, num. 11.*
12 *Fœminas appellatione liberorum venire etiam ſi in alia teſtamenti parte maſculorum teſtator meminerit.*
13 *Fœminas ſeu neptes ſub conditione liberorum includi etiam ſi teſtator proprias filias excluſiſſet illas dotando ſecundum vnam opinionem; Sed contrariam ad fauorem patrui veriorem & magis communem verè cenſeri. nu. 14.*
15 *Fœminas liberorum appellatione non venire, vbicunque de contraria teſtatoris mente ex coniecturis appareret.*
16 *Fœminarum ſub voce liberorum excluſionem argui, ex ſtatuto loci ipſas excludente: Hoc autem intelligi maſculis cum ipſis fœminis concurrentibus, aliàs ſecus, num. 17.*
18 *Fœminarum excluſionem coniecturari ne ſub voce liberorum veniant, ſi ecclefia aut alterius pia cauſa fauor adſit.*
19 *Liberorum appellatione primi gradus tantum liberos comprehendi in diſpoſitione hominis literarum ignari ſiue rudis, ſecus in homine perito eſſe, nam deſcendentes in infinitum veniunt.*
20 *Liberorum verbum, ad filios primi gradus reſtringi, vt abſurdum euitetur.*
21 *Liberorum verbum, licet omnes in infinitum includat, hoc tamen vſque ad trinepotem propriè intelligi, ſed contrarium à multis affirmari, nu. 22. idque abundè diſcuti.*
23 *Nepotes liberorum appellatione non ita propriè ſicut filiorum contineri.*
24 *Liberorum appellationem in priuilegijs vltra trinepotes non extendi.*
25 *Nepotem ex filia ſub voce liberorum cõprehendi.*
26 *Liberorum verbum, ad deſcendentes ex fœmina non porrigi. Hoc tamen in Principum beneficijs Primò limitari. n. 27. Secundò in priuilegio per fœminam conceſſo, num. 29. Sed magiſtraliter hoc negocium num. 31. diſtingui ac declarari.*
28 *Beneficium illud eſſe, quando aliquid præter ius cõmune cõceditur, vel quando aliquid donatur.*
30 *Teſtandi facultate per Summum Pontificem conceſſa, ſecundum Ius Canonicum intelligi.*

CAP. VIII.

SVPEREST vt de hac eadẽ conditione circa gradus perſonarũ aliqua fuſius diſcutiamus cũ ſæpiſſimè apud Interpretes de nepotũ incluſione dubitetur: cũq; hmõdi materia velut acriter cõtrouerſa & violenter agitata ſub caligine quadam nedixerim tetra obſcuritate verſetur, conubor proindè nonnulla partim diſputatiue, partim verò reſolutiue in medium dilucide afferre, vt ſecundum caſuum contingentiam iudicando & conſulendo veritatem detecto horrore obſcuritatis contemplemur & aſſequamur. Duplex igitur neceſſaria inſpectio in re iſta videtur, vna inquã circa conditionem ſub liberorum voce conceptam; altera verò ſub voce filiorum. Antequã tamen

tamen vlterius incedam, illud aduertendum ſo
1 re autumo, filios appellari liberos † vt a ſeruis (quemadmodum aliquibus placuit) ſecernantur, licet enim vtroſque in poteſtate retineamus, filij emancipantur ſerui autem manumittuntur, vel cum ex libero matrimonio ſuſcepti ſint meritò ipſos liberos appellemus, auth. quibus mod. natural. effic. ſui, §. natura ſiquidem, tradit hæc Luc. de Penn. in l. ſi quis decurio, 56. ante & poſt num. 2. C. de decur. lib. 10. quibus congruere Matthæi autoritas capit. 15. nonnihil poterit, Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus recipiunt tributum vel cenſum, à filijs ſuis, an ab alienis? & ille dixit ab alienis, dixit illi Ieſus ergo libri ſunt filij. Vel liberi ſunt filij appellati quaſi digni liberis hominum officijs, ad hocque nati vt liberalium diſciplinarum ſtudijs quæ ſunt libero homine digna operam dẽt, ſeruis enim apud Græ
2 cos vetitum erat † ne ingenuis artibus incumberent, nec etiam in effigiandis varijs rerum omnium imaginibus propter pictoriæ artis præſtãtiam inſudarent, vt in lib. de liber. educand. Plutarchus (inquit) cumque plura de iſtius vocis deriuatione ſcripſerit Franciſc. Conan. libro 10. Commentar. iur. ciuil. cap. 1. colum. 2. num. 2. fol. 743. ad aliud conſiderandum tranſeam, promiſcuè ſcribentes voce liberorum, & filiorum fuiſſe vſos, vt vix conijci diſcernique poſſit inter hæc duo diſcrimẽ aliquod adeſſe, quinimo facile ſuaderi pro ſynonymis talia nomina fore cenſenda, ſed in effectu negandum non eſſe multum inuicem differre, vt ex infra dicendis ſi contraponantur liquido apparebit. Libe-
3 rorum ergo vox † ad deſcendentes omnes tam maſculos quàm fœminas referri ſatis deducitur ex text. l. liberorum, ff. de verb. ſignif. l. ſed & ſi hac, §. liberos, vbi Bald. & Alex. num. 4. ff. de in ius voc. l. vt liberos, C. de collat, §. aliud quoque capitulum, auth. vt cum de appel. cognoſc. quod etiam ſcripſere, idem Alexan. in l. quod dicitur, nu. 25. ff. de verb. oblig. conſ. 31. Ponderatis his, in princ. lib. 3. conſ. 178. Attentis verbis, in princ. lib. 5. Iaſ. in l. ſi quis id quod, col. 5. num. 23. verſic. Conclude, ff. de iuriſdict. omn. iudic. Dec. conſ. 236. Non parua, num. 3. conſ. 253. Proponitur quod Enemundus, nu. 4. & conſ. 567. In caſu occurrenti, nu. 4. Bartolom. Veronenſ. conſ. 49. Circa primum dubiũ, nu. 3. & 4. Curt. iun. conſ. 49. Habita diligenti, nu. 5. Io. Crot. conſ. 146. Olim per Epiſcopũ Cæſenatem, nu. 5. Socin. iun. conſ. 114. Viſis, colum. 1. nu. 2. lib. 1. conſ. 168. Præſentis conſultationis reſolutio, nu. 18. lib. 2. Franciſc. Cald. in l. ſi curatorem habẽs, in verb. Sine curatore, ſub num. 47. verſi. Vnde concludit, C. de in integr. reſtit. min. Celſ. Hug. conſ. 49. Petrus Raymondus, numero 2. & conſ. 68. Teſtatrix quædam,

numero 3. verſic. Ad quod oſtendendum, Hieronym. Grat. conſ. 64. Profecto caſus iſte, nume. 17. lib. 2. Iacob. Menoch. conſ. 1. Propoſita hæc conſultatio, num. 198. libro 1. poſt Alexandrum ab Alex. lib. 1. Dierum Genial. cap. 15. & Petrum Crinitum lib. 15. de Honeſt. Diſcipl. c. 8. & conſ. 475. Reſpondendum videbatur, nu. 4. libro 5. Aym. Crauett. conſ. 131. Ad primum quæſitum, col. 1. num. 2. lib. 1. Auguſtin. Bero. conſ. 93. Circà primum dubium, num. 55. lib. 1. conſ. 87. Viſo puncto, num. 6. lib. 2. Simon de Prętis conſ. 90. Memini pluries reſpondiſſe, nu. 13. lib. 1. Io. Petr. Surdus deciſ. 66. Ardua, col. 2. num. 3. Io. Maria Riminald. conſ. 184. Viſo themate. nu. 6. lib. 1. conſ. 186. In præſenti difficultate. nu. 1. eod. vol. Hipp. Riminald. conſ. 396. Periculoſa videtur, col. 3. nu. 9. lib. 4. adhuc Crauett. conſ. 155. Verba teſtamenti, col. 2. ſub nu. 3. verſic. Sed appellatione liberorum, d. vol. 1.
4 Hinc factum eſt, vt liberorum verbum † collectiuum plurium graduum atque perſonarum cenſeri debeat, Paul. de Caſtr. in l. Gallus, §. quidam rectè, nu. 9. vbi Socin. nu. 4. & Iaſ. nu. 27. de liber. & poſthum. idem Socin. ſen. conſ. 113. Supraſcripti inſignes Iuriſconſ. col. 1. verſ. Prima quia. lib. 1. Alex. conſ. 25. In cauſa inter Antonium, nu. 2. lib. 4. Raph. Fulgoſ. conſ. 23. Hengelpertus, num. 3. Dec. conſ. 205. In cauſa Iſtorum nobilium. col. 1. num. 3. conſ. 637. Viſa prohibitione, nu. 5. conſ. 662. Accuratè & eleganter, num. 2. Stephan. Bertrand. conſ. 215. Thema propoſitæ conſultationis, num. 9. lib. 3. Andr. Alciat. conſ. 134. Teſtatrix, num. 3. lib. 9. Carol. Ruin. conſ. 89. Caſus iſte, num. 4. conſ. 99. Viſo themate & dubijs, num. 5. lib. 2. conſil. 144. Proponitur, nu. 5. eod. vol. conſ. 127. In præſenti conſultatione, nu. 6. conſ. 138. Quæritur, col. 1. in princ. lib. 3. Celſus Hug. d. conſ. 49. ſub num. 2. verſic. Pro qua quidem Ioanna, Io. Cephal. conſ. 11. Emphyteuſis, col. 1. nu. 4. lib. 1. Auguſtin. Bero. conſ. 102. In caſu ad me tranſmiſſo, nu. 24. lib. 2. Iacob. Menoch. conſ. 44. Iuſta ratione, num. 2. lib. 1. & conſ. 85. Propoſita hæc cõſultatio, nu. 3. eod. vol. conſ. 420. Hac de diſputatione, num. 7. lib. 5. Aym. d. conſ. 131. col. 1. ante nu. 3. verſic. Et ratio eſt. Latius ſiquidem
5 liberorum hoc verbum protenditur † magiſque comprehẽſiuum ac diffuſiuum eſt verbo filiorum, vt Crot. inquit d. conſ. 146. num. 6. & Auguſtin. Bero. tum in c. in præſentia, nu. 320. extra de prob. tum etiam conſ. 63. Cum in articulo propoſito, nu. 16. lib. 1. Riminald. iun. conſ. 223. Tolerabilis quidem, num. 30. lib. 2. conſ. 304. Viſo teſtamento, nu. 10. eod. lib.

Quod autem de fœminarum comprehenſione dicebatur, Primò in tantum procedit, † vt
6 ſub eodem liberorum verbo, ſecundum propriam ſignificationem includantur, & æquè ac

maſcu-

maſculi recipiantur, Alex. conſ. 80. Viſo & opportunè animaduerſo, col. fin. ſub nu. 14. verſi. Fortificantur, lib. 1. Socin. iun. d. conſ. 168. nu. 18. ibi Quinimò etiam, lib. 2. Io. Crot. cõſ. 104. Teſtator poſt multa legata, col. fin. nu. 29. lib. 1. Gerard. Mazoll. conſ. 5. Franceſca Arceuiſia, nu. 20. conſ. 6. Contra conſilium, num. 1. Iacob. Menoch. conſ. 204. Et difficilis, num. 50. lib. 3. Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vltim. volum. lib. 12. tit. 14. nu. 11. fol. 297.

Secundò hoc in contractibus etiam ampliãdum eſt, in quibus † liberorum verbo fœminæ 7 veniunt, Bald. per illum text. in d. l. ſed & ſi hac, §. liberos, col. 1, ſub num. 2. verſ. Quidam accepit, Petr. de Anchar. conſ. 125. Viſis & diligenter ruminatis, col. fin. Alex. conſ. 80. præcit. col. pen. in fi. nu. 14. verſ. Et iſto caſu, lib. 1. Io. Crot. conſ. 1. Dudum Titius, col. 5. nu. 32. verſ. Quarto pro hac concluſione. Proinde concludebat Alex. in d. §. liberos, nu. 2. quòd licet in contractibus appellatione filiorũ non veniãt † fœminę 8 ſecundũ opinionẽ Guidonis de Suzzar. in l. veteribus, ex illo tex. ff. de pact. quẽ ſequũtur Archid. in c. ſi quis ſuadere, 17. q. 4. & Ludou. Gozadin. cõſ. 20. Prima facie, nu. 2. Vnde receptũ eſſe paſſim teſtãtur Interpretes, ꝙ ſi quis accipiat emphyteuſim pro ſe & filijs non admittatur ad eã † filia fœmina, vt per Dec. in prælentia, 9 nu. 46. extr. de probat. Ludou. Roman. cõſ. 35. Viſa facti ſerie, poſt princ. in 2. dubit. verſ. Et licet Bar. Alex. cõſ. 61. Super eo de quo quęritur, antè & poſt nu. 2. d. lib. 1. conſ. 113. Viſo inſtrumento tregue, nu. 7. verſ. Hoc etiã cõfirmatur, lib. 2. conſ. 204. Conſideratis verbis, col. 2. nu. 9. verſ. Et ſimiliter videmus, eod. vol. Ioan. de Imol. in c. poſuit, col. fin. de loc. in l. cũ vir, ff. de condit. & dem. in l. quod dicitur, col. 19. ff. de verb. oblig. in l. ſi ita ſcriptum ſit filiabus, col. 2. nu. 6. verſ. Et per hoc videtur, ff. de leg. 2. & cõſ. 38. In caſu præmiſſo, col. 1. circ. med. verſ. Nec obſtat ſi dicatur. Philipp. Franc. in c. generali, col. 2. in princ. verſ. Et adde vnum notabile dictum, de elect. in 6. Felin. in c. quoniam, num. 4. in fi. verſ. Et adde, de Simon. Iaſ. in l. 2. nu. 193. C. de iur. emphyt. Raph. Cuman. conſ. 166. Viſa copia teſtamenti, col. 1. Corn. conſil. 74. De duobus, col. 4. in fin. num. 10. lib. 1. conſ. 234. In hac conſultatione, col. 1. verſ. Et hinc, lib. 4. Ferdin. de Loaz. in l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 68. ff. de leg. 1. & Franciſc. Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, 2. num. 59. verſ. Tertiò facit bonum ſimile, ff. ad Trebell. ſi tamen accipiat pro ſe, & liberis fœmina admittitur, appellatione nanque 10 liberorum fœmina † etiam continetur, ſecundum Baldum & alios præcitatos, Auguſtin. Bero. conſ. 112. Hæc eſt ardua ac difficilis quæſtio, nu. 9. lib. 2. eandem differentiam inter verbum liberos, & filios, in contractibus conſtituens.

Quamuis autem prædicta Alexandri opinio attenta verborum proprietate vera videatur, in conceſſione nihilominus emphyteuſis fore etiam filiam admittendam ex intentione con- 11 trahentium † ſcribunt Salic. in d. l. 2. nu. 26. q. 17. Dec. in l. fęminæ, nu. 107. verſ. Sed tamen talis differentia, & infr. ff. de reg. iur. Didac. Couar. lib. 2. variar. reſol. cap. 18. num. 2. & eſſe opinionem iuri communi & æquitati prorſus conſonam teſtatur Arius Pinel. in l. 3. nu. 23. C. de bonis matern. & poſt Valaſc. de iur. emphyt. in 1. part. q. 41. per totam, tradit Franciſc. de Caldas in rep. l. ſi curatorem habens, in verb. Sine curatore, ſub nu. 47. verſ. Vnde concludit Alexander, Andr. Alciat. in l. 1. gloſſ. fin. ff. de verb. ſign. idemq; eleganter ſequuntur Nouiſs. Pariſienſ. in ipſorum Gloſſ. §. 12. col. 4. nu. 4. verſ. Nunquam tamen vera mihi viſa eſt, fol. 227. vbi plurimum inſiſtunt reſpondendo contrarijs, dicẽtes iſtam partem ſe putare veriſſimam eſſe, ꝙ inquam in conceſſione emphyteuſis facta alicui pro ſe filijs & nepotibus ſuis veniant & cõprehendãtur filiæ neptesq; ſiue extãtibus ſiue deficientibus maſculis, & quicquid aduerſarij dicãt, nullibi reperiri ꝙ Bartolus diuerſum dixerit vel ſenſerit. Proindè Petrus Rebuff. in d. l. 1. col. 10. verſ. Decimooctauo etiã, de verb. ſignif. apertè tenet ac defendit in contractibus etiã appellatione filiorum in materia indifferenti filias comprehendi, fol. 9. & latius Dec. in l. 2. nu. 108. verſ. Poſtremò aduertẽdũ videtur, ff. de reg. iur. Licet in contrarium communem eſſe opinionem ibidem nu. 106. verſ. In ſecũda quæſtione, cumulatis Doctoribus atteſtetur.

Tertiò dicta cõcluſio vlterius procedit, ſi in alia parte maſculorum mentio facta fuerit, illa 12 enim non obſtante ſub ſimplici liberorũ † verbo fęminæ includuntur, Dec. d. conſ. 567. In caſu occurrenti, nu. 5. verſ. Et ideo in caſu propoſito videtur, vbi diſtinctione vtẽs aliud iſto caſu arbitratur ſi de verbo filijs ageremus vt per eũ, de quo quidem ſuperius eſt dictum, & inferius pariter ſtatim dicetur. Denique includuntur fę- 13 minę quantumuis filias excluſiſſet teſtator † illas dotando, nam filio ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit iniunctum fideicommiſſum eo decedente cum filia expirat, vt latè conſuluit Ludouic. Bolognin. conſil. 53. incip. Inuocato Diuino ſuffragio, per totum, inter conſil. Alexandri de Imol. lib. 3. cui ſe ſubſcripſere Præſtãtiſſimi vtriuſq; iuris Doctores cum eo in Studio Ferrarienſi legentes, nẽpe Dominus Ioannes Sadoletus de Mutina, Dominus Albertus Bellus de Peruſio, Dominus Dominicus de Lamaſſa, & Dominus Antonius Aleutis, cũ alijs longa ſerie per Io. Cephalum relatis & cum ijs tranſeuntem conſ. 45. Magnificus D. Io. Franciſcus Fanzinus, numero 9. verſic. Secundò pro

hac ſententia,libro 1.& conſ.ſequen.incip. Adhuc videtur,nu.13.& infr.eod.vol.

Sed vltima hæc ampliatio maximos & nu-
14 meroſos habet auctores † contradicẽtes,Paul. de Caſtr.in l.1.in fin.C.de condit.infert.Socin. iun. conſ. 155. Licet præſentis conſultationis, num.4.lib. 2. & conſ.7. Accuratè, numero ſecundo, inter conſilia Gerardi Mazzoli, & ipſe Gerard.dict.conſ.6.numero 11. & 18. atque alij quos conſulto prætereo,cumque in præcedentibus multa fuerint diſcuſſa quæ vltimam hãc declarationem reſpiciunt, propterea repetitione opus non erit, nam pro patruo tenuerunt cõtra nepotem multi ac multi Doctores quos ſupra ſuo loco retuli pro conſilio eiuſdem Caſtrenſis conſ.409. ſub numero primo,libro primo, & nouiſſimè Fabius Turretus conſilio 96. Duas,vt diſtinctè procedatur,numer.41.verſiculo, Quinto loco, libro ſecundo, vltra Collegium Florentinum & Aduocatos Conciſtoriales Vrbis Romæ octuaginta duos Doctores ita tenentes recenſet,& præter atteſtantes communem,vndecim refert Doctores magis communem eſſe affirmantes, quam ipſe celebrat & extollit. Et quantumuis pro nepote adſit Hieronym. Gabriel. conſil.88. Reſpondendo dubijs excitatis,num.9.lib.2.vbi vult rationem agnationis, ſtatutum excluſiuum propter ſubſtitutos,& progreſſum ad plures gradus ſubſtitutionum, nec ſolam ex l.ſi viua matre, C. de bon. matern. coniecturam ſufficere, vt ibi per eum, & conſ.100. In ſimili ſpecie, nu.10. & per totũ, d.lib.2.vbi de communi,ante nu.36. & 41.ante & poſt nu. 54. Doctorum calculum faciens, & num.54.de magis communi atteſtans, conatur contrarias authoritates ſubuertere, de quo ſuperius memini, necnon Sforcia Oddus conſ. 46.Præfata Nobiliſſima D.Caſtora,n.71.verſ. Non obſtat, & quod plus eſt Rota Romana deciſ.790.Horatius Flauius,nu.2.verſ.Et Domini dixerunt,lib.1.Diuerſ.ſenſerit quòd ſtatutum requiratur,illudque debeat filiam à ſucceſſione patris propter patruũ excludere,& quòd ſola filiarum teſtatoris excluſio non ſufficiat,in dicta cauſa Montis Faliſci dum prouidit pro Gabriella cõtra Ioannem presbyterum & Curtium: Nihilominus tamẽ efficaciora pro patruo vrgent, & ingentiores autoritates ad ſui fauorem cõcurrunt, quas longa quadam ſerie aliàs afferebam,& contra neptem frequenter conſuluit Riminald.iun. tum in citatis locis, tum etiã conſ.47. Tota uis præſentis conſultationis, nu. 14.17.& 21.lib.1. aſſerẽs opinionem pro patruo paſſim recipi etiam circumſcripto ſtatuto, ſufficereque filiarum excluſionem,& quòd deſcendentes maſculos ſubſtituerit,conſil.246. Et in primis non videbatur,nu.113.verſic. Nec etiam diſtinctio Caſtrenſis,lib.3.pro eodem. Io. Franciſc. Purpur.conſ.203. Et ſi primo motu,nu.1. & 2.lib.1. & Guidus Pancirol.de communi atteſtans conſ.168.Magnificus D. Hieronymus, nu.7.verſic.Contrarium tamen,lib.1.Rotæ autem Romanæ antedicta deciſio in Flauiorum cauſa non impertinenter dubia reddi videtur, nam aliàs in eadem cauſa Rota pariter pro patruis ſenſerat,vt in deciſ.726. Domini dixerũt, libro 1.Diuerſ. quemadmodum contra neptes Rota ipſa tenuit in vna Parmenſi bonorum de Garimbertis 801.in fin.tit.de teſtam.lib.3. Diuerſ.vbi Doctoribus & opinionibus ad vtranque partem relatis,dicit maiorem partem Dominorum pro ſubſtitutis contra neptes fuiſſe, aſſerendo teſtatorem conſideraſſe ſuam de Garimbertis familiam,ſed de his hactenus,cũ hæc difficultas in præcedentibus ampliori ſtylo examinata fuerit,ac ni fallor nõ infeliciter reſoluta.

Illud autem incertum non eſt,fœminas ſub
15 liberorum voce non venire † vbicumq; de cõtraria teſtantis mente appareret ex coniecturis, Socin.iun.d.conſ.168.col.16.nu.88.verſ.Quinimò etiam,lib.2.Gerard.Mazzol.d.cõſ.6.nu.3. Marc.Anton.Peregr. in tract. de fideicom.art. 25.nu.10.verſ. Limitatur autem concluſio,Io. Mar. Riminal. d.conſ.184.nu.21.lib.1.Io.Petr. Surd.qui multos citat deciſ.66.Ardua illa incidit quæſtio,col.4.in fin.nu.10.verſ. Et ideo vbi nõ filij,f.152. Coniecturaq; nõ leuis eſſet,ſi ex
16 ſtatuto † loci à maſculis fœminæ excluderẽtur, Socin.ſen.conſ.113.Supraſcripti inſignes Iuriſcõſulti,col.2.in princ.verſ.Ex qua reſpõſione, lib.1.Corn.conſ.55.Pro deciſione,col.fin.ante nu.7.lib.1.conſ.145. Ad euidentiã præmittendũ eſt,col.fi.ante nu.3.eod. Vol.Andr.Alciat.in l. cognoſcere,§.liberorũ,verſ. Idemq; ſi lege municipali de verb.ſignif.Io.Cephal.conſ.134.In præſenti conſultatione, nu.17.verſ.Idẽ quando liberi, lib.1. Quod declarandum eſt, maſculis
17 † cũ fœminis concurrentibus,aliàs ſecus,maſculis enim non extantibus fœminæ continerentur, Carol.Ruin. conſ.120. Viſo ac perlecto inſtrumento,col.3.nu.10.lib.1. Pariter etiã vbi eccle
18 ſiæ fauor † vel piæ cauſæ cõcurreret,Bal.in l.2. col.2.nu.7.verſ. Et ideo dictio eorũ, C.de iur. emphyt.Iaſ.in d.l.ſi quis id quod,col.5.in prin. nu.22.verſ. Aliàs in contingentia facti, Io.Cephal.d.conſ.11.col.3.nu.21.verſ. Confert quia licet, d. vol.1. Quod inſuper in feudis limitant Alex.in d.l.ſed & ſi hac.§.liberos,nu.5.Iaſ.in d. l.ſi quis id quod,nu.11.& Iacob. Menoch.conſ. 1. Conſultatio hæc,nu.468.lib.1.

Cæterũ latiſſima verbi ſignificatio prædicta, vt inquã liberorũ verbo oõs in infinitũ veniãt, reſtrictiones aliquas recipit,vt nõ procedat Pri
19 mò ĩ homine † rudi & literis ignaro;infinitas ſiquidẽ in hoĩe perito locũ haberet, in rudi autẽ primi gradus tãtum liberos cõplectitur, vt Iac.

Menoch.

Menoch. ſcribit conſ. 328. De perdifficili, num. 25. lib. 4. quod infra latius explicabo. Secundo
20 ad filios primi gradus tantum liberorum† verbum reſtringitur, vt abſurdum aliquod, & contra iuris communis regulas euitetur, Menoch. prælleg. conſ. 328. num. 2. Auguſt. Bero. conſ. 222. Frequenter contingit, num. 5. libro 2. ex l. moris eſt, verſ. Iſtæ ferè, ff. de pœnis, iunct. l. Diuo Marco, C. Tertiò venient omnes in infinitum ſi in plurali, liberos, dictũ fuerit, ſecus ſi liberum, in ſingulari, idem Menoch. d. cõſ. 328. num. 20. d. lib. 4. vbi etiam num. 1. huiuſmodi reſtrictionem ad filios primi gradus ex coniecturis fieri teſtatur.

Licetque eadem liberorum vox vt ſupra, deſcendentes complectatur, non tamen omnes in
21 infinitum propriè† includit, ſed nepotes item pronepotes ad trinepotes vſque, Bart. in d. l. liberorum, nu. 19. de verb. ſign. vbi Andr. Alciat. num. 3. per text. in l. Iuriſconſultus, §. parentes, ibi, Vſque ad trinepotem, ff. de gradibus. rurſus Bart. in l. Gallus, §. videndum, nu. 1. de liber. & poſthum. Alex. & Iaſ. in rubr. eod. tit. idem Iaſ. in l. filiusfamilias, §. Diui, in 2. lect. num. 13. ff. de leg. 1. Aemyl. Ferr. in l. 2. num. 2. ff. de vulg. & pupill. Nicol. Bellon. in rubr. num. 6. Inſtit. de exhæred. liber. poſt Bald. ibi, vltra quos hoc ipſum voluit gloſſ. in §. ita demum, verſic. Perſonis, Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. & alia gloſſ. in l. i. in verb. Maiores, C. de impon. lucr. deſcript. libro 10. Capra conſ. 22. Etſi viſo, in princ. num. 1. Pariſ. conſ. 36. Circa primum dubium, num. 4. col. 2. lib. 2. conſ. 38. In hac cõſultatione, num. 7. col. 2. eod. vol. Iacob. Menoch. conſ. 44. Iuſta ratione, num. 8. lib. 1. conſ. 315. Et ſi hac de facti ſpecie, num. 42. lib. 4. conſilio 328. De perdifficili, num. 55. conſ. 333. Dubitationes aliquot, num. 14. & conſ. 393. Reſpondi, num. 13. eodem vol. Rol. de Vall. conſ. 89. Super hoc articulo, num. 5. vbi alios citat, lib. 3. & valde explicitè, idem ſcribit Anton. Rub. Alexandrin. conſil. 144. Viſo & diligenter conſiderato caſu, columna 3. ſub num. 8. verſic. Etſi dicatur.

Hæc autem aſſertio quamuis peruulgata, & à prædictis, atque alijs paſſim recepta, vera non videtur, cum in infinitum deſcendentes omnes
22 appellatione† liberorum ſecundum propriam ſignificationem contineri, ex generalitate dictę l. liberorum, de verb. ſign. & l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præſt. & ex d. l. ſed & ſi hac, §. liberos, ff. de in ius voc. l. quique, §. parentes, eod. tit. ac ēt ex l. libertũ, ff. de excuſ. tut. colligere expediat. Et ne autoritatibus, ac interpretum nominibus carere videamur, ita ſentiunt, gloſſ. in l. liberos, de ſenator. gloſſ. in l. ſi dotali, 48. ff. ſol. matrim. gloſſ. in auth. nunc ſoli, C. de natural. liber. Iaſ. in d. l. Gallus, §. videndum, colum. penul. in fin. num. 5. verſ. Sed iſta impropriatio, & nu. 6. Luſitan. Nogueira, in rubr. ff. de leg. 1. num. 117. Tobias Nonius Peruſin. in d. rubr. num. 9. Inſtit. de exhæred. liber. Franciſc. Connan. lib. 10. comment. iuris ciuilis, cap. 1. Franciſc. de Caldas in d. l. ſi curatorem habens, in verb. Sine curatore, ſub num. 48. verſic. Sed licet hæc ſit communis ſententia, C. de in integ. reſtit. min. Silueſter Aldobrand. in §. ita demum, in verb. Perſonis, Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.

Poſterior hæc opinio, quæ ex tex. d. l. liberorum, clare deducitur, nõ mediocre auxilium ex verbo continetur aſſumit quo Calliſtratus Iuriſconſ. ibi vtebatur, cuius regularis natura eſt verborum proprietatem ſignificare, Bart. in l. cui eorum, §. affinitatis, ff. de poſtul. Petr. de Anchar. conſ. 112. Superſtite D. Auãtina, col. 1. verſ. Per hoc enim verbum, Andr. Barbat. conſ. 29. Illud in mediũ afferã, col. fi. in princ. lib. 3. Dec. conſ. 570. Caſus de quo quæritur, in prin. And. Alciat. in c. quod ſedem, nu. 65. ff. de offic. ord. Niſi dixeris (vt Tobias aduertit) Bartoli in d. §. affinitatis, aliorumque aſſertionem antedictam communiter reprobari, vt per Iaſ. in l. 2. §. & harum, nu. 131. ff. de verb. oblig. in l. Gallus, §. inſtituens, & ibi Franciſ. Aret. col. 2. de libe. & poſthum. in l. emãcipata, num. 19. C. qui admitt. Felin. in rubr. col. 2. verſic. Nec obſtat quòd illud, extr. de fid. inſtrum. And. Tiraquell. in tract. de vtroq. retract. in 1. part. gloſſ. 9. num. 227. verſ. Et faciunt, Nouiſſim. Pariſienſ. de communi in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. 5. quod probatur ex l. hæreditatis appellatione, de verbor. ſignif. iunct. l. prætor bonorum, ff. de reg. iur. l. in legibus, ff. de teſtibus, & l. ſi qua, §. 1. ff. de rit. nupt. Nec refert eandem legem ſub tit. de verb. ſign. poſitam eſſe, in quo de vi & verborum proprietate tractatur, vt hinc magis clareſcat deſcendẽtes omnes ẽt vltra trinepotes liberorum verbo propriè allici, cum in prælleg. titulo non de vi ac proprietate tantum verborum agatur, vt ex l. vt Alphenus, & l. anniculus, inſpicere eſt, in quibus iuribus Iuriſconſulti ex cõi vſu loquendi etiam vulgari quæſtiones dirimunt atque decidunt, quemadmodũ in l. in vulgari, eod. tit. vt tutius ſit huiuſmodi propriam comprehenſionem ex alijs prælleg. iuribus deducere.

Pro communi etiam opinione minime facit tex. in d. §. parentes, cum Paulus id non aſſerat, quod cõem aſtruentes arbitrantur, ſed illud potius, quòd apud Romanos, deſcendentes propriũ, vel ſpeciale nomen cuiuſcunq. gradus nõ retinent niſi vſque ad trinepotem, vnde ſi quis deſcendentes vlteriores voluerit proprio nomine deſignare id vtique facere non poterit, ſed neceſſario debebit ad generale poſterorum

nomen confugere,non itaque negat appellatio ne liberorum omnes deſcendẽtes in infinitum contineri,ſed ſolum admonet vſque ad trinepotem cuiuſcunque gradus proprium nomen eſſe,& licet Iuriſconſulti verba clara & aperta ibi ſint,vt obſcurari nequeant,nuncupatim tamen illum textum,ita intelligunt, & rectè quidẽ Tobias Nonius,Nogueira,& Franciſc. de Caldas Pereira in præcitatis locis.

Prætercundum inſuper illud non arbitror, Andream Alciatum,d.conſ.134.Teſtatrix, nume.3.lib.9.in illa reſeditſe ſententia,liberorum
23 verbo non propriè nepotes†ſicut filiorum contineri, cui eminens ille Doctor Paul. Caſtrenſ. in d.l.1.in 3.not. col.2. C. de condit. inſert. ex diametro repugnat, nepotes inquã ex propria verbi ſignificatione ſub liberorum voce comprehendi,nõ ſic ſub verbo filiorum,ſed impropriè ac extenſiue,vt ibi verſ.Tu intellige,quod ſibi etiam voluit Iacob.Menoch.conſ.215. Diu ac multum anceps, num.77.lib.3. & conſ.421. De prima propoſita dubitatione, num.42.libr. quinto, hocque potiſſimum in fauorabilibus contingit.

Denique in priuilegijs liberorum appellatio
24 nem vltra pronepotes † non extendi dixit d. gloſſ.1.in verb.liberos,& ibi not.Bart.ff.de Senat.per tex.ibi, Vſque ad pronepotem,pro qua opinione videtur tex.in d.l. Diuo Marco,C.de quæſt.Sed nonnihil repugnare videtur text. in l.mortis,§.parentes,ff.de pœn.vbi diſponitur, omnes liberos Decurionũ à pœnis vilibus preſeruari. Hanc tamẽ antinomiam Accurſius ibi in gloſſ.in verb. Omnes,quem Doct.ſequũtur, tali pacto diſſoluebat,textum in d.§.parentes, ſecundum d.l.Diuo Marco, intelligendum fore,ita vt dictio,Omnes, vltra pronepotem non extendatur,quod verius videri inquit Salic. in d.l.Diuo Marco,num.1. Aduertit tamen Franciſcus de Caldas in d.l. ſi curatorem habens,in verb. Sine curatore,ante num.49. prædicta iura procedere circa priuilegium propter ſuperuenientem dignitatem conceſſum,priuilegium autem competens ratione Nobilitatis, vel generis, in infinitum progredi,gloſſ.in l.1.C.de dignit.lib.12.quod latè Andr. Tiraquell.in tract. de Nobilit.c.15.num.3.reſoluit.

Prænarratis conſequens eſt, q ſub voce hac
25 liberorum,ex filia neposſincludatur,vt eſt tex. in l.1.vbi gloſ.C.de cond.inſert. Bartolom. Veronenſ.conſ.49. Circa primum dubium,col.1. nu.4.verſ. Item pro hoc videtur,Iaſ.conſ.140. Nodoſa admodum,col.2.verſ. Tertio accedendo,lib.2.conſ.142.In præſenti conſultat.col.4. verſ.Sed vltra prælegata,eod.vol.Lud.Rom. conſ.148.Viſo themate ac ſupra cõſultis, col.1. in princ.Andr.Alciat.conſ.34. Nullũ in propoſito caſu,nu.8.lib.9. Io.Crot.conſ.1. Dudũ Titius,nu.2.conſ.17.Teſtator,nu.9.verſ.Moueor pro hac concluſione Alba,conſ.19.Caſus iſte, col.2.nu.3.verſ. Tertio quia videtur,lib.1.Gerard.Mazoll.conſ.5. Franciſca Arceuiſia,num. 82.Soc.iun.conſ.114.Viſis,num.4.lib.1.

Quod tamen in priuilegijs limitari debet, in
26 quibus†huiuſmodi liberorũ nomen ad deſcendentes ex fœmina non porrigitur, l.1.§.fin.ff. de iur.immun.l.vacatio,ff.de muner. & honor.Io. Crot.in l.filiusfamil.§.Diui,col.3.nu.11. vbi & Ferd.de Loaz.nu.32.verſ.Quarto eſt notandũ, & Ambroſ.de Oppizonib.col.12.num.18.verſ. Et hoc procedit,de leg.1.Andr.Alciat.in l. cognoſcere,§.liberorum,de communi opin.atteſtãs,ff.de verb.ſign.verſ.Quã interpretationẽ.

Hæc tamen limitatio,quę aliquando non arriſit Philippo Dec.in l.2.nu.60.verſ. Iſte tamẽ
27 intellectus,de reg.iur. Primò nõ procederet†in beneficijs Principum in quibus nepos ex filia contineretur,ſecundum Io.de Imol.in d.l.ſi ita ſcriptũ ſit filiabus,de leg.2.Alex. in l.quia tale, nu.5.ff.ſol.matr.& conſ.160. Viſo themate ſupraſcripto,nu.3.& 4.lib. 2. rurſus Io. de Imol. conſ.62.Poſt exhibitum conſiliũ ſupraſcriptũ, col.1.verſ.& ideo dicta iura,dicens dictam limitationem intelligendã eſſe de priuilegijs cõceſſis contra ius cõe,vt infr.verſ.Ad tertium, & vltimũ,Ant.de But.d.conſ.9.Viſo puncto,& Ambroſ.de Oppizonib.in d.§. Diui,num.18.verſ. & hoc procedit,vbi multa ad hoc inducit.

28 Et beneficium tunc eſt,†quãdo aliquid præter ius cõe conceditur, vel quando aliquid donatur,vt not.per gloſſ.in c.1.in verb. Noſcatur, de conſtit.in 6.& not.in l.quod fauore, ff.de ll. Cyn.in l.ſi. vbi etiã Bar.ff.de conſtit.prin.cum adductis per Alex.d.conſ.160. col.ſi.nu.5.verſ. Quia beneficium, vbi inquit beneficium large accipiendo poſſe tanquam genus comprehendere etiam priuilegium,poſt Archid.in cap.gratia,de reſcrip. in 6.

Secundò,non procederet in priuilegio per fę
29 minã†conceſſo: in quibus liberorum verbo,nepotes ex filia veniunt; vt ſcripſere Petr.de Anchar.d.conſ.339.nu.7. Raph. Fulgoſ.conſ.85. ex facto,proponitur,col.2. ſub nu.3. Iaſ.in d.l. ſed ſi hac,§.liberos,nu.1.& conſ.117. In cauſa & lite vertente,col.2.in prin.verſ. Sicut in ſimili videmus,lib.4.Ludouic.Gozad.conſ.79.Viſo proceſſu vtriuſque partis,col.fin.nu.15.verſ. Quia illud procedit,conſ.71.In cauſa D.Simonis,col.3.num.6.verſ.In ſimili ego adduco, Socin.hic,num.84.Dec.in d.l.2.num.100.verſic. Et ad conijciendam voluntatem,Franciſ. Rip. reſponſ.lib.1.tit.de legib. reſp.1. Pro reſolutione,nu.74.verſ.Sed vbi ceſſaret conſuetudo.

Probatur hoc,ex text.in l.fœminæ,§.ſi.C. de

ſecund.

ſecund. nupt. item quia verborũ ſenſus ex perſonæ qualitate conditioneque deſumitur, l. plenũ, §. equitij, ff. de vſu & habit. l. ſtipulatio iſta habere licere, §. hi quoque, ff. de verb. oblig. l. ſi miles vnum, ff. de milit. teſtam. ca. ſi benefic. de
30 prębend. lib. 6. Vnde ſi Pontifex †teſtandi facultatem clerico tribuat, ſecũdum ius canonicum intelligitur, attenta concedentis qualitate, Bal. in c. cum veniſſent, col. 2. num. 2. verſ. Item texibi. de eo qui mitt. in poſſ. cauſ. rei ſeru. & ſic fęmina ſexum fęmineum prædiligere creditur, l. cum alienam, C. de legat. Marc. Mant. cõſ. 281. In præſenti caſu, num. 6. Steph. Meler. in tract. de poteſt. Reg. in 1. q. col. 3. fol. 10. Gerard. Mazoll. d. conſ. 5. num. 16. conſil. 8. Præſens cauſa, nu. 13. cum in habentibus ſimbolum facilior ſit tranſitus, Anchar. d. conſ. 339. col. 5. Mazoll. d. conſ. 8. nu. 14. Cepoll. in tract. de ſeruit. vrban. præd. cap. 28. de ſeruit. ſtillicid. q. 7. in fin.

Circa quod non omiſerim contrarium ſenſiſſe Guid. Pap. qui conſ. 51. factum tale eſt, col. 3. fol. 41. appellatione liberorum in diſpoſitione fœminæ huiuſcemodi nepotes nequaquam comprehendi, quamuis ab ea proferantur, concludit, vt per eum.

Cæterum quãuis diſtinctim hucuſque omnia dicta ſint, poterit tamen ſic non ab re fortaſ
31 ſe diſtingui tres intellectus †naturalem ſcilicet, ciuilem & prætorium in hac materia conſiderãdo: & iuxta Primum intellectum naturalẽ, ſeu quantum ad ea, quæ iuris naturalis exiſtunt: liberorum appellatione nati etiam ex fęmina per lineam deſcendentem continentur, d. l. liberorum, in fin. ibi, Enim verò idcirco filios filiasve concipimus, atque edimus, vt ex prole eorum earumq. nobis memoriam in eũ relinquamus, & ita loquitur text. in l. ſi quis, §. vtrum, & l. nõ quemadmodũ, ff. de liber. agn. ff. & C. de alen. liber. Quo ad ſecundum ciuilem intellectũ, vel ad ea quæ ciuilis iuris ſunt, regula eſt, appellatione liberorum non ſolos in poteſtate conſtitutos, ſed omnes qui ſui iuris ſunt virilis, vel fęminei ſexus ex fęmineo ſexu deſcẽdentes comprehendi, d. l. cognoſcere, §. liberorum, d. tit. de verb. ſign. cum omnes qui ex eodem genere orti ſunt, liberorum appellatione contineantur, d. l. liberorũ, in princ. niſi ſigillatim perſonis certis, aut quibuſdã gradibus exprimantur, vt ibi, Genus verò in agnatis ad decimum vſque gradũ, in cognatis ad ſeptimum vſque intelligitur, vt not. in auth. de mandat. princ. §. oportet aũt, coll. 3. l. 3. ff. de interdict. & releg. Curt. iun. cõſ. 49. Habita diligẽti conſideratione, col. 1. nu. 3. licet in auth. de inceſt. nupt. §. 1. coll. 2. Generi, ideſt Conſanguineis interpretetur: ex his conſtat, quod cum tractamus de iure ſuccedẽdi ab inteſtato ſecundũ ius ciuile, nati etiam ex fęmina liberorũ appellatione continẽtur, vt in auth. de ſucceſſ. ab inteſt. §. 1. coll. 9. & ita hoc idem quo ad pœnas liberis de iure ciuili impoſitas dicendũ eſt, l. fi. ff. de pollicit. idem in conditionibus appoſitis in caſu exiſtentiũ, vel non exiſtẽtiũ liberorum, d. l. 1. C. de condit. inſert. l. iubemus, C. ad Trebel. Fallit in excuſationib. munerum, & immunitatib. conceſſis generi, poſteris, ſiue liberis, tunc enim nati ex fœmina non continentur, d. l. 1. in fin. ff. de iur. immun. l. ſordidorũ, C. de excuſ. mun. lib. 10. Item fallit quo ad dignitates, l. liberis, ff. de ſenat. rurſus fallit quo ad ius poteſtatis, tunc nanque liberi dicuntur, qui in poteſtate ſunt cum naſcuntur, §. 1. Inſtit. de patr. poteſt. nati autẽ ex fœmina in poteſtate non ſunt, quia patris non matris familiã ſequũtur. Item fallit quo ad titulum emancipationis liberorum, l. maximum vitiũ, C. de lib. præter. ibi, Et hæc non ſolum in filiabus obtinere, ſed ẽt in nepotibus, & pronepotib. & deinceps obſeruari cenſemus, ſi tamen ex maſculis progeniti ſunt. Denique fallit in feudis, Carol. Ruin. cõſil. 18. Primo & principaliter eſt videndũ, nu. 2. lib. 1. Quo verò ad Tertium intellectũ, ſcilicet prætorium, ſeu ad ea quæ iuris ſunt prætorij, regula repugnat, vt nati ex fęmina ſub voce liberorum non contineantur: Nam vnde liberi datur, quibus bonorũ poſſeſſio datur contratabulas, l. 1. §. recta, ff. ſi tabul. teſta. null. extab. Sed cõtratabulas datur ijs qui in poteſtate eſſe poſſunt, l. 1. in princ. ff. de contratab. igitur nati ex fęmina aui materni liberi nõ dicuntur, expreſſe que not. in l. 2. in prin. ff. vnd. lib. & patet in l. 3. §. ad teſtamentũ, & §. vocatur, ff. de cõtratabul. §. 1. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. Fallit in ijs, quæ de æquitate prætoria exiſtunt, l. 1. ff. de leg. præſtand. contratab. bon. poſſ. petita.

HYPOTHESIS.

Poſterorum verbi comprehenſionem declarari, & quando fœminæ includantur, potiſſimum in emphyteuſi: interque poſteros ac poſteritatem differentiam afferri.

SVMMARIVM.

1 *Poſterorum verbo omnes venire qui ab aliquo deſcendunt tam mares quam fœminas in infinitũ. Niſi aliud ſubiecta materia ſuadeat, nu. 2.*
3 *Poſterorum appellatione fœminas non includi Rte ſtatuto fœminarum excluſiue. Hancque materiam latè diſtingui, num. 4.*
5 *Cauſantem, & cauſatum eodem iure metiri.*
6 *Emphyteuſi per fœminam recepta pro ſe, & poſteris ſuis, ex linea fœminina deſcendentes ad illam admitti.*

7 *Emphyteuſi conceſſa alicui pro ſe, & deſcendentibus maſculis, licet nepos natus ex filia non admittatur, ſi tamen conceßio fœminæ pro ſe & deſcendentibus maſculis facta fuerit ſecus eſſe, num.8.*

9 *Neptem ex filio matre ſubſtituente ſi is ſine liberis deceſſerit ſubſtitutum excludere, quicquid ſecus eſſet in patre caſu iſto ſubſtituente.*

10 *Poſterorum appellatione in materia fauorabili ex linea fœminina deſcendentes admitti.*

11 *Poſteritatem à poſterò ſecundum aliquos differre. Sed Decium contrarium dixiſſe, num.12. cum quo tranſit Auctor. Et nihilominus ex Curtio iuniore diſtinctionem, necnon ex Petro de Ancharano declarationem quandam afferri.*

CAP. IX.

1 POSTERORVM autē verbo omnes† cōtinentur, qui ab illo proueniunt tam maſculi quam fœminæ deſcendentes in infinitū, d.l.Iuriſconſ. §. parentes, l. cum acutiſſimi, C.de fideicom.l.1.C.de impun.lucr. deſcript.lib.10.c.1.verſ.Circa natos, de ſciſma. lib.6.& eſt text.in l.filiusfamilias, §.Diui, ff. de leg.1.Cardinal.in c.1.§.hoc quoque, col.fi.tit. de ſucceſ. feud.Io. de Imol. in l. ſi ita ſcriptum ſit filiabus, in princ.d.tit.de leg.1.Paul.de Caſt. in l.quia tale, col.2.ff.ſol.matr.Anton. de Butr. conſ.9.Viſo puncto, in 1.dub.Petr. de Anchar. conſ.339.Pro maiori intelligentia dicendorū, col.4.ſub verſ. Tertio quòd proles, Socin.ſen. conſ.51.Viſa, colum.1.in princ.lib.4. Dec.conſilio 527.In Ciuitate Rauennæ, col.2.nume.6. conſ.570.Caſus de quo quæritur, col.2.nu.11. Ludouic.Gozadin.conſ.45. Viſis allegationib. col.3.num.13.Pariſ.conſ.20.Conceſſio in perſonam, col.2.nu.12.verſ. Ad quod inſuper, lib. 1.conſ.81.In pręſenti cauſa, col.4.num.22.verſ. & etiam, lib.3.Anton.Rub.Alexan.conſ.16. In cauſa inſtitutionis, col.4.verſ. Secundo nō obſtat, Soc.iun.conſ.80. Viſo, num.4.lib.2.conſ. 13. Quæritur in præſenti conſultatione, col.3. num.18.verſ.Et ſimiliter etiam, libro 3. Carol. Ruin.conſ.164.Ex verbis teſtamenti, nu.3.& 4. lib.3.Iacob.Mandell.Alben.conſ.85.Facile eſſet, num.8.Andr.Tiraquell.in tract. de retrac. Lign.§.1.gloſ.9.num.202.verſ.Sed & idem, & infr.num. 239.verſ.Cæterum.

Quibus Laurent.Valla lib.elegant.6. ca.55. ibi aſſentiri viſus eſt, Neſcio tamen (inquit) an potius legendum ſit poſterorū, vt intelligamus hoc quā illud nomen eſſe vſitatius, & nō modo ad eos qui ex nobis geniti ſunt, ſed ad vniuerſos qui poſt nos erūt pertinere. hactenus Valla.

Quod ita aſſumēdum eſt, niſi aliud ſubiecta 2 materia † ſuadeat, vt poſt Ant.de Butr.d.conſ. 9.Viſo puncto & quæſitis, col.1.Tiraquell.in d. §.1.gloſſ.9.num.202.fol.192.& infr. num.240. verſic. Ex quo facile intelligere eſt, fol.208. vbi alios citat quos non expedit recenſere, ſed tantum indicare.

Vnde ſtante dicto ſtatuto fęminarum excluſiuo, poſterorum appoſitione fęmine† non dice 3 rentur comprehendi, Corn.conſ.145.Ad euidē tiam præmittendum eſt, col. fin. in fin.num.3. verſ.Item D.Antonius de Butr.lib.1. Ioan.Cephal.conſ.134.In præſenti conſultatione, col.3. num.15.verſ.Vt de poſteris dicitur, lib.1.

Pro clariori igitur reſolutione diſtinguendū videtur, tres concluſiones conſtituendo. Prima 4 eſt, ꝙ in materia † in qua ſtricta fit interpretatio poſterorū appoſitione deſcendentes ex linea fę minina non includuntur, & ita procedant, l.1.§. fi.ff.de iur. immu. l.vacatio, ff.de mune.& hon. c.vbicūque, de pęn.in 6. ex qua cōcluſione duo inferuntur. Primum, ꝙ ſi teſtator eius bona alienari prohibuerit, quia vult illa apud poſteros ſuos remanere, iſto caſu ex linea fęminina deſcē dentes ad tale fideicōmiſſum in caſu alienationis vocati non dicuntur, talis nāque prohibitio odioſa cenſetur, cum ingenuo homini liberam rerum ſuarum adminiſtrationem auferat, l.non vſq. adeo, ff.ſi quis à paren.fuer.manum. quod etiā probatur ex ijs quæ inferius dicam, ꝙ prohibitio de non alienando facta filio non extenditur ad nepotes, & tamē ſi eſſet fauorabilis, extenderetur, l. Lucius, in fin.ff.de hæredib.inſtit. Bart.in d.l.liberorum, ante nu.5. Secundum, ꝙ ſi fiat conceſſio in emphyteuſim pro ſe & poſteris ſuis, filia fęmina nō admitteretur, ſicut enim ab ea deſcēdentes non admittūtur, cum veniāt ex linea fęminina, non autē maſculina, ita nec ipſa eſt admittenda à qua initium linea fęminina 5 aſſumit, cum idem iuris ſit † de cauſante, quod de cauſato, prout in ſimili q̄ſtione ſcribit Paul. de Caſtr.in l.maritus, col.fin.nu.5.verſ. Et ego inducebam, C.de procur. quem ſequitur Alex. conſ.53.Ponderatis his quæ in themate, col.2. nu.6.verſ.Vnde in indiuiduo, libr.6.Aut.Rub. Alexād.cōſ.106. Viſo ſupraſcripto caſu, in prin.

Secunda principalis eſt cōcluſio, ꝙ ſi fiat cōceſſio fundi in emphyteuſim alicui mulieri pro ſe & poſteris ſuis recipienti: iſto caſu ex linea fę 6 minina deſcendentes † admittātur, quaſi mulier cui primo fuit facta conceſſio, lineā fęmininam abhorruiſſe non videatur, & propterea propriū ſexum; vt voluit Petr. de Anchar. in præalleg. conſ.339. Pro maiori intelligentia, col. 8.verſ. Quòd proles fęminea. Confirmatur hoc, licet enim ſi conceſſio alicui pro ſe codeſcēdentibus maſculis fieri contingat, nepos natus ex filia nō 7 † admittatur quantumuis ſit maſculus, vt tenēt

Specul.

Digitized by Goo

Specul. in tit. de loc. §. nunc aliqua, verſic. 146. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. Bald. in Authen. Si quas ruinas, num. 8. verſic. Illud not. C. de ſacroſan. Eccleſ. in l. ſed ſi hac, §. liberos, colum. 1. ſub nu. 2. verſ. Quidam accepit emphyteuſim, ff. de in ius voc. conſil. 88. Circa ſecundum quæſitum, lib. 3. Corn. conſil. 146. In hac conſultatione, verſ. Sic & aliàs dicimus, lib. 2. conſil. 202. Pluries, & pluries, num. 5. in fin. lib. 3. conſil. 273. Dubia, num. 5. lib. 4. Socin. iun. conſ. 2. Viſo, & maturè conſiderato, colum. 1. num. 5. verſ. Tertiò idem probatur, libro 3. Stephan. Bertrand. conſil. 54. Dudum fuit in humanis, num. 2. lib. 1. & inferius ſuo loco prolixius oſtendam.

Si tamen conceſſio alicui fœminæ facta fuerit
8 pro ſe, & deſcendentibus † maſculis recipienti, ſecus erit, ſecundum Franc. Aretin. in l. Gallus, §. nunc de lege, ff. de liber. & poſthum. colum. fin. verſic. Sed quicquid ipſi ſentiant. Confirmatur ſecundo ex ijs quæ hic tradit Socin. ſen. fol. 15. quòd ſi mulier habens filiam fœminam, filio ſuo ſine liberis morienti aliquem ſubſtitue
9 rit, tunc neptis ex iſto filio† ſubſtitutum exclu dat, mulier ſiquidem ſexum fœmineum abhor ruiſſe nō videtur, quod tamen ſecus eſſet in patre ſubſtituēte filio in caſu præmiſſo, tunc enim neptis ex filio ſubſtitutum non excluderet, ſecundum Paul. de Caſtr. in conſilio abundè in ſuperioribus diſcuſſo.

Tertia concluſio eſt, quod in materia fauo-
10 rabili † poſterorum appellatione deſcendentes ex linea fœminina admittuntur, l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. Hinc infertur quòd priuilegium immunitatis à principe poſteris conceſſum nulli inferens præiudicium, niſi ipſi concedenti, deſcendentes etiam ex linea fœminina includit, in huiuſmodi nanque priuilegijs quæ potius beneficia appellantur, latiſſima ſit interpretatio, l. fin. ff. de conſtit. prin. cap. quia circa, extr. de priuil.

His peractis, illud addiderim, apud nonnul-
11 los reperiri quoddam diſcrimen † inter poſteros, & poſteritatem, vt inquam poſteritas ad maſculos tantum, non autem ad fœminas referatur, verbum autem poſterorum, ad mares, atque fœminas, vt videtur innuere Alexand. conſil. 160. Viſo themate ſupraſcripto, num. quarto, verſ. Fortius voluerunt, lib. 2. prout ipſum ſic intelligit Andr. Tiraquell. in tractat. de vtroque retract. tit. de retract. lign. §. 1. gloſſ. 9. num. 203. verſic. Sunt autem, fol. 192. & videtur fuiſſe de intentione Petri Anchar. d. conſ. 339. Pro maiori intelligentia dictōrum, colum. 3. verſ. Primo, quia donatio Reginæ Petronillæ, per textum in dicta l. 1. ff. de iur. immunit.

12 Sed iſtam differentiam redarguit † Philipp. Dec. in d. l. 2. num. 62. verſic. Tertio reperio ad illum text. ff. de reg. iur. cumque Dec. optime locutus fuerit, & plurimum inſudauerit circa intellectum d. l. 1. à num. 58. vſque ad nume. 68. tranſeo cum Decio, præſertim cum præcitati Doctores non admodum præciſè loquantur, nec ex profeſſo dictam differentiam conſtituāt. Vel præcitatorum opin. reſtringenda tantum erit circa verbum, poſteritatis, vt fœminas non includat, in materia (vt ſic dixerim) priuilegiatiua, & contra regulas iuris communis, vt declarat Curt. iun. conſil. 5. Videretur prima conſideratione dicendum, colum. 19. ſub num. 40. verſ. Et quicquid ſit in alia materia. Alexan. d. conſil. 160. ante num. 5. d. lib. 2. Vel ſi verſaremur in materia dignitatum, & onerum, vt ſcribit Anchar. d. conſ. 339. col. 3. in præalleg. verſic. poſt gloſſ. in cap. vbicunque de pœnis, lib. 6.

HYPOTHESIS.

Quando filiorum verbo fœminæ includantur diſtinctè tractari, atque declarari: deque maſculinitatis repetitione aliqua denuo afferri.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione in vltimis voluntatibus maſculos, ac fœminas contineri.*

2 *Filiorum appellatione fœminas includi etiam ſi in duabus ſubſtitutionibus, & in alia teſtamenti parte maſculorum mentio facta fuerit, & num. 3. Scribentes pro Abbatis opinione afferri, ac num. 4. eandem opinionem ex Corneo, & Decio ampliari ad aliud teſtamentum, licet primum reuocatum fuerit. Sed ipſorum aſſertionem à Carolo Ruino impugnari, num. 5. ſed tamen ex Aymone Crauetta diſtingui, num. 6.*

7 *Maſculinitatis qualitas an repetita cenſeatur, cō troverſam fuiſſe quæſtionem, & circa eam adhuc diſtingui.*

8 *Filiorum, verbo, in vltimis voluntatibus adeo fœminas venire, vt procedat etiam ſi ſit dictum, ſine filijs legitimis, & naturalibus.*

9 *Filiorum appellatione fœminas includi etiam in conditionibus.*

10 *Filiorum verbo non venire fœminas in odioſa diſpoſitione.*

11 *Filiorum appellatione non compleCti fœminas ſi ex coniecturis de contraria teſtantis mente appareret.*

12 *Filiorum voce fœminas non comprehendi ſi maſculos in alijs teſtamenti partibus teſtator dilexerit illos inſtituendo, de qua coniectura alibi latè dictum extitit.*

13 *Filiorum appellatione fœminas non intelligi ſtante ſtatuto fœminarum excluſiue. Quod in ſucceſſione*

ne

ne inteſtati verum eſſe aſſeritur. Pariter etiam in concurſu cum maſculo. Necnon ſi ſubſtituti de agnatione filiam gnati ab inteſtato excluderent, num.14.

15 *Filiorum verbo fœminas non venire ex proprietate, ſed interpretatiuè. Multos tamen contradicere, vt nume. 16. Geminiani autem ſententiam, ita demum procedere ſi filiorum mentio affirmatiuè concipiatur ſecus ſi negatiuè, numero 18.*

17 *Tuberonis Iuriſconſulti libros, tanquam antique ſermone conſcriptos parum gratos fuiſſe.*

19 *Filiorum verbo fœminas non includi ſtanteſtatuto teſtamenta ad litteram debere intelligi.*

20 *Filiorum verbo ſecundum ius Longobardorum nõ comprehendi fœminam.*

21 *Longobardorum ius in hoc Regno in dubio Romano iuri non præferri.*

22 *Filiorum voce non venire fœminas ſubſtituta pia cauſa.*

23 *Filios in conditione poſitos vocatos fauore pię cauſæ cenſendos eſſe.*

24 *Filiorum verbo filius non editus minimè compleCti.*

25 *Filiorum voce non venire fœminas ſi conſtaret teſtatorem habuiſſe rationem conſeruandi agnationem. Item ſi diſcretiuè de maſculis, & fœminis fuiſſet loquutus. Item ſi fœmina venirent plures improprietates implicarentur.*

CAP. X.

ATTINGENDO nunc verbi filiorum, circa idem propoſitum ſignificationẽ, videtur ipſam ſtrictiorem eſſe, licet enim filiorum appellatione quantum ad vltimas voluntates pertinet maſculi, ac † fœminæ
1 recipiantur, l.1.l.iuſta, & l.quiſquis, ff. de verb. ſignific. l.qui filiabus, de legat.1.l.ſi ita ſcriptũ, de leg.2.l.ſi quis ita, ff.de teſtamen.tut.l.1.& ibi Paul.de Caſtr. C.de condit.inſert. glo.& Bart. in l.ex facto, ff.ad Trebellian. idem Bar.in l.qui duos, d.tit.de leg.3. Bald.in l.1.ante nume.5. in l.ſed ſi hac, §.liberos, verſic.Sed an extendatur, ff.de in ius voc. Ioan.Andr.Anton. de Butr. & cæteri, in cap. Raynaldus, extra de teſtam. Dominic.de S.Gemin.in cap.generali, colum. ſecunda, de elect.in 6.Ludouic. Roman. conſilio 148. Viſis themate, verſic. Sed hæc conditio, Alexand.conſil.55.Ponderatis, colum. fin. nu. 9.verſ.Præterea illa verba, lib.3.conſil.17. Circumſpectis verbis, colum.2.num.9.verſ. Quartò, quia in diſpoſitione, lib.7.Iaſ. conſil. 142. Venerabilis quondam, colum.5.in fin. num.4. verſic.Ergo omni ratione, lib.2. Socin.ſen.conſil.301. Circa præſentem conſultationem, colum.1.verſic.Primum probatur, lib.2.conſ.55. Viſis conſilijs, in princ.lib.3.Curt.ſen. conſilio 44.Statuto, ſeu conſuetudine, colum.7. cum ſequen.nu.18.& per totum, conſil.63. Antiquiſſima, & nobiliſſima familia, colu. 10. in 3.dub. nume.10. verſic. Sed præmiſſis tribus obiectis, Ludouic.Bolognet. conſ. 53. Inuocato diuino ſuffragio, colum.4.nu.14.verſic. Et primo non eſt dubitandum, inter conſil. Alexand.de Imol. lib.4. Dec.conſil. 15. Et pro tenui facultate, in princ.verſic.Et iſta iura, conſil.370. Viſo teſtamento Ludouic.colum.1.num.2.verſic. In contrarium autem, conſil.570. Caſus de quo quæritur, ante num.4.vbi communem eſſe teſtatur, & in l.2.num.101.ff.de reg.iur.Pariſ. conſil. 18. Conſideratis, nume.3.lib.2.conſil.41. Ioannes teſtator, nume.25.lib.3. Curt.iun. in Authent. præterea, colum.10.C.vnd. vir. & vxor. conſil. 35.D.Benedictus, num.1.conſil.39.Habita diligenti, nu.9.conſil.139. Licet mihi perſuadeam num.14.conſil.156.In teſtamento condito, nu. 5.conſil.163.In cauſa vertente, per totum, Mar. Mant.conſil.10.Fuit, colum.2.num.24.libro 1. Andr.Alciat.conſ.30. Pro Fabritio, nume.primo, lib.primo, conſil.95.Difficultatem non modicam, num.3.lib.8.conſ.59. Teſtamentum nobilis, num.primo, conſil.71.Lecto conſilio, nu. 22.conſil.142.Duo breuiter, in princ. conſ.212. Summariè procedendo, nu.primo, lib. 9. idem Alciat.in Linter ſtuprum, §.fin.de verb.ſignific. Socin.iun.conſil.5.Eleganter, colum.1. num.2. verſic.Nec obſtat, conſil.104.Viſo themate, nu. primo, conſil.108. Viſo puncto, num.20.conſil. 158.Illuſtriſſimus D.Andreas, num.36.conſil. 164.Iam annus eſt, colum.2.num.6. conſil.168. Præſentis conſultationis reſolutio, colum. prima, lib.ſecundo, conſil.13.Quæritur, nume.20. colum.quarta, conſil.87. Omiſſis alijs, num.10. conſil.100. Præſens conſultatio, nume.quarto, lib.3.conſ.26. Conſiderato teſtamẽto, num.4. conſil.35.Viſo ſtatuto, nu.3. lib.4. Hieronym. Grat.conſil.53.Caſus ex Ciuitate Fauentiæ, in prin.& num.4.ac conſil. ſequen.incip. Dudum Titius, colum.ſecunda, num.decimo, lib.ſecundo, conſil.64.Profecto caſus iſte, num. 16. eod. volum.Anton.Rub.Alexandrin.conſil.71. Plura mihi, colum.ſecunda, nu.ſeptimo, verſ. Imo iſte caſus, Carol. Ruin.conſ.quarto, Quoniam proponitur, num.13.conſil.88. Legatum, num. tertio, conſil. 93. Viſo primo, & ſecundo teſtamento, num.tertio, conſil. 117. Viſo teſtamento Antonij, num.6.conſil.140.Viſo,& bene intellecto, num.primo, conſil.141. Viſo teſtamento, nu mero primo, conſ.142.Quia teſtator, nu.ſecundo, conſ.143.Prima quæſtio, num.primo, conſ. 145.Videtur, in princ.conſil.147.Ex pluribus, num.primo, conſil.150.Viſo teſtamento, nu.2.

conſil.

conſil.152. Ponderatis diligenter,num.primo, conſil.153. Viſo vtroque teſtamento,num.5. & 16.conſil.158. Viſo,num.6.13.& 16.conſil.196. Videtur prima facie,num.tertio,libro ſecundo, Idem Ruin.conſil.115. Caſus iſte, nume.tertio, conſ.124. Viſo teſtamento Brunazini,num.tertio,conſil.133. Proponitur in themate, num.ſecundo,conſ.136. Perſpectis,num.6. conſil.138. Quæritur primo,num.9.conſ.139. Viſo, ac perlecto,num.5.conſ.141. Viſo teſtamento,nume. primo,lib.tertio,Hippol.Riminal. in §. primo, num.26.tit.per quas perſon.nob.ius acq.Ioan. Crot.conſ.primo,Dudum,columna prima, in princ.Iacob.Mandell.Alben.conſil.ſeptimo,In cauſa iſta,num.23.conſ.19. Caſus iſte,in princ. lib.primo,Roland.de Vall.conſil.93. Perlectis verbis conceſſionis,colum.prima,num.quarto, lib.ſecundo,Tob.Nonius,conſ.36. Præſens caſus,num.ſecundo,Ioan.Cephal. conſ. 45. Magnificus Dominus Ioannes Franciſcus, nume. ſeptimo,lib. primo,Ioan.de Annan. in not.90. incip.Nota vnum pulchrum,rurſus Rimin.iun. conſ.250.Dico igitur,ante num.24. lib.tertio, conſ.246.& in primis, nu.primo, vſque ad tertium,vbi de communi, eod. volum. conſ. 677. Igitur circa primum,in princ.lib.6. conſ. 681. D. Baptiſta,num.6.eodem volum.

Quod verum eſt etiam ſi in duabus ſubſtitu
2 tionibus, † in aliaque teſtamenti parte maſculorum facta mentio reperiretur, adhuc nanque fœminæ venirent appellatione filiorum,& licet in ſuperioribus de hac re valde diſceptatũ fuerit,& difficultas diſtinctione conſultò reſoluta, impertinens non erit aliquid iam dictis ſuadente materia addere, & pro opinione, Ioan.de Anania, vt qualitas maſculinitatis repetita non cenſeatur, tenuerunt etiam Alexand. conſ. 80. Viſo,& opportunè animaduerſo, colum. quarta,ante num.8.verſic.Item licet ſtatutum,libro primo, Dec. conſ.287.In Ciuitate Placentiæ, colum.tertia,num.ſeptimo, conſ. 346. Omiſſis his,colum.fin.num.6.verſ.& ratio excluſionis, & in l.prima,ante num.quartum,verſ. Sed breuiter reſpondetur,C.de ſucceſſ.edict.nouiſſ.Pariſienſ.in conſilijs Analyticis,conſ.primo,Franciſcus de Arinio.num.113.fol.84.

3 Pro opinione autem Abbatis, † vt maſculinitas cẽſeatur repetita, ſenſere Corn.conſ.138. Placet mihi Petro Philippo Corneo, colum.4. ſub num.4.verſ.Cum itaque, lib. ſecundo, Iaſ. conſil.140.Nodoſa admodum, colum.ſeptima, circa medium, verſ. Octauo facit quia teſtator, dicens ita ſingulariter Abbatem tenere, libro ſecundo,conſil.141.In iſta difficili quæſtione, colum.9.verſic.Duodecimo prædicta bene confirmantur,eodem volum. Dec.latè inſiſtens,conſil.495.Viſo eleganti conſilio,colum. ſecunda, num.9.verſ.Et in caſu iſto,atque in fin. Carol. Ruin.conſ.148.Videtur prima facie,colum. tertia,num.quinto,verſic.Et primo quia,libro ſecundo,Ioan. Crot.conſil.60. Dudum Fridericus,colum.penult.num.36. verſic. Dicit etiam Abb.libro primo,Socin.iun.conſil.90.Viſo teſtamento,colum.quarta, nu.17. verſ. Et hoc eo maximè,libro primo,conſ.103. Viſa contingentia facti,colum.quarta, num.19. verſ.Ad quod facit,eodem volum.Ioan. Pet.Surd.deciſ.322. Ne ſuſtinerent colum.duodecima,num.70.verſic. Et facit quod multi voluerunt, id aſſerens poſt Carolum Ruinum, Hieronymum Zanchum, & Franciſcum Beccium, quos ibi refert.

Et quod de repetitione maſculinitatis de vno capitulo dicitur, Corn. conſil. 275. In præſenti conſultatione,colum.tertia,poſt princ.ante num.7.verſ.Primo quia apparet,lib.quarto, & Dec.conſil.515. In caſu occurrenti, nume.4.
4 extenderunt † ad aliud teſtamentum, licet primum fuerit reuocatum, vt ex illo priori reuocato ſequens circa repetitionem ipſam maſculinitatis debeat interpretari,licet Decius nõ ſe ſubſcribat, ſed contrarium de tali repetitione maſculinitatis de priori reuocato in poſterius teſta
5 mentum ſcripſit † Carol.Ruin.conſil.144.Proponitur in facto,colum.ſeptima, nu. 17. verſic. Non obſtat etiam,vbi plura affert,lib.ſecundo, rurſus Ruinus dictam Corn. opinionem reprobans,conſ.93. Viſo primo,& ſecundo teſtamento,colum.quarta,num.14.verſic.Ex his,d.libro ſecundo, dicens ex ibi allegatis manifeſtè colligi Corneũ in præcitatu conſilio,non bene fuiſſe locutum,rationesque per eum adductas fragiles eſſe: & contra Corneum faciunt tradita per Aym.Crauet.conſ.113. Circa ſubſtitutionẽ ſcriptam,colum.penult.& fin.ſub num.6.verſ. Conſidero etiam, libro primo,Ex cuius intentione diſtingui † in hoc poſſe videtur,Quòd aut
6 loquimur de priori teſtamẽto nullo, aut imperfecto,& dicendum eſt ex eo poſterius declarari poſſe,ac conijci quid teſtator ſenſerit, Abb. in cap.primo,in tertio not.in fin. de ſucceſſ.ab inteſtat. Dec.conſilio 158. Et pro tenui facultate mea,colum.ſecunda,ſub num.3.verſ.Per illum textum includit,allegat text.in l.fin.ff.de rebus eorum,l.ſecunda, C. de confirm. tut. Bart. in l. in teſtamento,ff.de fideicommiſſ.liber. Iaſ.in l. Dominus.num.ſecũdo,in 3.not.ff. de condict. indebit.

Aut agimus de teſtamento reuocato, & ex eo non poſſit argui ad interpretandam voluntatem teſtantis in poſteriori teſtamento,& procedat prædicta opin. Ruin. contra Corneum, vt poſt Andr.Barbatiam,tradit Aym.d. conſil.13. circa finem,verſic. Aduertendum tamen, ſubdens

dens in caſu conſilij aliud ſe opinari, cum teſtator reuocaſſet teſtamentum ob poſthumi natiuitatem, quod optimè reſolutum videtur.

Sed ad principale dubium redeundo, quod difficile ſemper viſum fuit, cũ vt Io. Ceph. verbis vtar, conſil. 68. Quamuis dubitandum non eſſet, colum. 3. lib. primo, hic articulus anceps ſit, in quo varij varia dixere, prout ſibiipſis vſu veniebant, & de facto contingebant vſque ad tempora D. Vbertini Zuccardi, poſſent ſupradictorum Doctorum opiniones diſtinctionis ſedere adhuc modo iſto conciliari, non tamen ab alia diſtinctione aliàs tradita recedendo. Quòd
7 aut ſumus in expreſſa maſculinitatis qualitate, aut in tacita, nec aliter expreſſa, Primo caſu, aut in diſpoſitione ſunt aliqua verba ſui natura repetitiua, tuncque dictio, maſculis, ob vim relationis repetita cenſeatur, & ita procedat quod not. Bar. in l. fin. num. ſecundo, verſic. Iuxta hoc quæro, ff. ad Trebell. Corn. conſil. 101. In hac conſultatione, num. 10. verſic. Pro quo faciunt verba, lib. quarto, vbi aderat verbum eiſdem filijs. Quod quidem repetitiuum eſt, & in his terminis vera ſit doctrina Abb. conſ. 36. Videtur primo, colum. fin. lib. 1.

Aut nõ adeſt dictio repetitiua, ſed duntaxat vnitas clauſulæ, ac concordantia in numero, & caſu vocis repetitæ, & idem dicendum ſit, ex doctrina Bart. in l. Sciç, §. Caio, in prin. ff. de fund. inſtruct. & ita loquitur (ſcilicet ſine filijs maſculis, vel nepotibus) Raphael Cuman. conſ. 118. A. in teſtamento inſtituit, colum. 1. num. 2. Dec. conſil. 480. In caſu qui contingit, colum. prima. Aut ſunt aliquæ coniecturæ mentis teſtatoris, vt quia excluſit proprias fœminas, conſtatque eum attendiſſe ad agnationis conſeruationem, & idem videtur firmandum, ſicque procedit 9 not. Guid. Pap. quæſt. 485. Si in aliqua diſpoſitione, num. primo, & ſecundo, Dec. conſil. 270. D. Raymundus de Ciotthis, colum. 2. ſub nu. 3. vſque ad 6. conſ. 425. In caſu propoſito, col. 3. num. 11. verſic. Et ideo ſi teſtator. Fit itaque maſculinitatis repetitio cum non ſumus in diuerſis capitulis eadem ratione militante, vt eſt doctrina Baldi in l. in actionibus, ante fin. num. 3. in vltim. not. ff. de his qui not. infam. Ludou. Gozadin. conſil. 19. Dubitatur an Anſelmus, & Nicola, colum. 3. circa medium, num. 13. Pariſ. conſil. 18. Ponderatis, & circumſpectis omnib. colum. 5. nu. 33. vſque ad 35. lib. 2. Socin. iun. conſil. primo, Præſentis conſultationis reſol. columna ſeptima, num. 28. verſic. Ex quo colligi poteſt, libr. primo, Carol. Ruin. conſil. 99. Viſo themate, & dubijs, colum. ſecunda, in fin. num. ſeptimo, verſ. Qualitas ergo maſculinitatis, lib. ſecundo. Aut non agimus de vltimis voluntatibus, ſed de contractibus, & relatio non concordat in numero, & caſu, & tunc ceſſat repetitio, vt dicit Andr. Alciat. conſ. octauo, Verba pacti, num. 37. lib. 9. Denique aut ex repetitione qualitatis maſculinitatis ſequeretur abſurditas, & indiſtinctè ceſſat, vt abſurdum euitetur, l. nam abſurdum, ff. de bon. libert. l. diuortio, vbi Iaſ. in 5. not. ff. ſolut. matr. Socin. iun. d. conſil. 1. nu. 30. verſic. Vel tertio, d. lib. 1.

Secundo vero caſu, cum hæc qualitas in aliquo capitulo non exprimitur, ſed tacitè aliquo reſpectu ſubintelligitur, & tunc non eſt de repetitione maſculinitatis tractandum, ex ijs quæ poſt Bald. in l. prima, in princ. in lectur. antiq. ff. quod quiſque iur. voluit Alexan. de Imol. ibi colum. 3. num. 18. verſic. Nota ex gloſſ. ſecundũ Baldum, Dec. in cap. ſecundo requiris, ante fin. nume. decimo, in vltim. caſu, extr. de appellat. Socin. iun. in propoſitis terminis, d. conſil. primo, num. 31. verſ. Poteſt, & quarto reſponderi, prælleg. lib. 1.

8 Ampliatur ſecundo, etiam ſi diceretur, † ſine filijs legitimis, & naturalibus, nam fœminæ etiã includerentur, vt poſt Ioan. Andr. & Anton. de Butr. in cap. Raynaldus, colum. 2. de teſtament. tenent Alexand. conſil. 55. Ponderatis his quæ in themate, colum. 3. num. 9. verſic. Præterea illa verba, lib. 3. Iaſon. conſ. 140. Nodoſa admodum, colum. 2. circ. med. verſ. Secundo principaliter, lib. 2.

9 Tertio ampliatur, vt fœminæ † includantur etiam in conditionibus, Ioan. Andr. in præcitat. cap. Raynaldus, col. 2. in princ. verſ. Si abſque filijs, Alexand. d. conſil. 55. num. 9. Socin. iun. conſil. 126. Maxima profecto, colum. quarta, num. 14. verſ. Nam cum effectu, lib. primo, Iac. Mandell. conſil. 19. Caſus iſte, num. 2. lib. primo, Rolan. de Vall. conſil. 93. Perlectis verbis conceſſionis, colum. prima, nu. quarto, vbi communem dicit, lib. ſecundo, Dec. conſil. 414. Viſo eleganti conſilio, colum. ſecunda, in princip. ſub num. 3. verſ. Et per iſta iura, cum alijs adductis per eundem Dec. conſ. 570. Caſus de quo quæritur, ante num. 4. vbi Doctores ita communiter tenere ſcribit Socin. iun. conſil. 65. Viſo themate propoſito, colum. 1. num. ſecundo, lib. quarto, Carol. Ruin. d. conſ. 124. colum. ſecunda, num. 3. lib. 3. conſil. 133. Proponitur in themate, colum. 1. num. primo, conſil. 138. Quæritur primo, colum. 2. num. 9. verſic. Quia continetur, conſ. 141. Viſo teſtamento, in prin. eodem volum. Fulgoſ. in l. prima, C. de condit. inſert. argum. illius text. & l. ſi ita ſcriptum, in princip. de leg. 2.

Quod eſt verum, etiam ſi filiæ eſſent legitimatæ, prout ampliando ſcribit idem Carolus Ruin. conſilio 147. Ex pluribus, nume. primo, libro ſecundo.

Prædi-

Prædicta tamen concluſio nonnullas etiam recipit declarationes, quas ſummatim attingam, cum in præcedentibus de ipſis diſceptatum fuerit.

Prima igitur eſt, vt ita demum procedat, ſi
10 in materia† fauorabili verſemur, ſecus ſi in aliqua odioſa diſpoſitione, l. 1. §. ſed ſi certum, ff. de ventr. in poſſ. mitt. gloſ. in d. l. ſi ita ſcriptum, in verb. Vocabulo, ff. de leg. ſecundo, Alber. de Roſ. in l. 1. num. 2. verſ. Si autem proferatur, de verborum ſignif. Archid. in c. ſi quis ſuadente, colum. 2. & 3. 17. quæſt. 4. Socin. d. conſ. 36. Rectè & maturè, colum. 1. verſ. Cum ergo, libro 4. Mandel. Alb. d. conſ. 19. Caſus iſte, num. quinto. Sicut non veniunt in materia ſtrictè interpretanda, Dec. conſ. 223. In caſu propoſito, colum. prima, num. 4. verſ. Et primo non obſtat, & colum. 2. ante fin. ſub nu. 6. verſ. Et per prędicta concludit, conſ. 171. In cauſa venerabilium Monialium, colum. fin. in princ. num. 4. verſic. Præterea & ſecundo, poſt Io. de Imol. Ludouicum Roman. & Alexādrum quos citat, Alben. d. conſ. 19. num. 6.

11 Secunda eſt declaratio, niſi ex † coniecturis de contraria teſtantis mente appareret, vt poſt Bal. in eius conſ. incip. In Chriſti nomine amē, Quia allegationes, tradit Alexan. in l. Gallus, §. quidam rectè, colum. fin. ſub num. 11. verſ. Niſi aliter ex coniecturis appareat, ff. de lib. & poſthum. Raph. Cuman. d. conſ. 118. colum. prima, num. ſecundo, verſ. Niſi aliud teſtatorem ſentire probetur, Socin. ſen. conſ. 250. In cauſa Bononienſi, colum. 3. ſub num. 4. verſic. Secundo illis deficientibus, & colum. quarta, num. quinto, & colum. quinta, circa medium, verſ. Primò ne deueniamus, libro ſecundo, conſ. 14. Viſo teſtamento, colum. 2. ſub num. 2. verſic. Sed hoc non obſtante, lib. 3. d. conſ. 36. Rectè ac maturè, in fin. num. 13. lib. primo, Corn. conſ. 246. In hac conſultatione, colum. ſecunda, numer. 9. & 10. lib. 2. conſ. 275. In præſenti conſultatione, colum. 3. num. 4. 6. & 7. lib. 4. Dec. conſil. 15. & pro tenui facultate mea, colum. pen. in fin. verſ. Non obſtant allegata in contrarium, poſt Paulum de Caſtro, & Raphaelem Cumanum, in locis per ipſum citatis, Pariſ. conſ. 18. Conſideratis & circumſpectis, colum. ſexta, num. 40. verſic. Accedant quoque, lib. ſecundo, Ioan. Crot. d. conſ. 1. Dudum Titius, num. 16. verſ. Licet ergo, conſ. 17. Teſtator tres filios maſculos, num. ſecundo, conſ. 48. Excellentiſ. I. C. col. 9. num. 40. & 41. lib. 1. Carol. Ruin. conſ. 158. Viſo teſtamento nobilis Ioachini, col. fin. num. 16. verſic. Vltimo non obſtat, lib. 2. Riminal. iun. d. conſ. 246. num. 35. verſ. Sed & tertiam, lib. 3. conſil. 250. Dico igitur, num. 29. eod. vol. conſil. 677. Igitur circa primum, lib. 6.

Vtputa quia in alijs teſtamēti partibus teſta
12 tor magis filios maſculos† eos inſtituendo dilexerit, quam filias, Raph. Fulgo. in l. 1. C. de condit. inſert. & conſ. 18. Solomucia fecit teſtamentum, col. 2. numer. 2. verſ. Nam in ſua propria, Paul. de Caſtr. conſ. 409. Caſus iſte frequenter contingit, colum. 1. & 2. ante & poſt, num. 2. lib. ſecundo, in nou. Andr. Barbat. inter conſil. Alexand. de Imol. conſ. 52. Circa hanc dubitationem, colum. 2. num. 5. verſ. Cum ergo, libro 4. Dec. d. conſ. 15. Et pro tenui facultate mea, col. ſecunda, circa med. verſ. Secundo principaliter moueor, conſ. 370. Viſo teſtamento Ludouici de Acerbis, columna ſecunda, ante num. 3. verſ. Circa primum caſum, conſ. 515. In caſu occurrenti, columna prima, in fin. ſub num. 2. verſic. Secunda concluſio ſit, Socin. iun. conſil. 168. Præſentis conſultationis reſolutio, columna ſeptima, in fin. num. 36. & colum. 8. numero 37. libro ſecundo, conſ. 87. omiſſis alijs, columna ſecunda, num. 10. lib. 3. conſ. 90. Præſens conſultatio, ita abunde, num. primo, eodem vol. cō ſilio 30. Maxima profecto, colum. 2. ante num. 2. lib. 4. conſ. 65. Viſo themate, columna ſecunda, ante num. 3. & conſ. 74. Viſo teſtamento, columna prima, & ſecunda, vſque ad num. ſecundō, eodem vol. Carol. Ruin. conſ. 93. Viſo primo, & ſecundo teſtamento, num. 10. & col. fin. licet addiderit ſtatutariam diſpoſitionē, vt per eum, lib. 2. conſ. 95. Circa ea de quibus quæritur, colum. 3. num. 8. verſ. Ex hac enim ordinatione, conſil. 99. Viſo themate & dubijs, col. 2. num. 8. verſ. Secundo quòd teſtator, conſ. 100. Viſo teſtamento, colum. 1. num. 2. & colum. fi. num. 8. conſ. 140. Viſo & bene intellecto themate, colum. 1. & 2. conſ. 158. Viſo teſtamento, colum. 2. num. 6. verſ. Circa primum dico, eodem vol. 2. conſ. 136. Perſpectis diligenter, colum. 3. num. 7. verſ. Nec præmiſſis, libro 3. Nicol. Bellon. conſ. 82. In materia præcedentis conſil. numero 9. verſ. Nam tunc, Curt. iun. conſ. 35. Dominus Benedictus, col. 1. verſic. Ex qua diſtinctione, Ioan. Crot. d. conſ. 1. Dudum, numer. 41. verſ. Et ſic vult, lib. 1. Stante igitur ſpeciali prouiſione, & nominatione in teſtamento de filiabus, eædem non includūtur ſub voce filiorum, Bald. conſ. 86. Quia allegationes ſubtiliſſimę, in princ. lib. primo, in L. in multis, in fin. numer. 3. verſic. Item not. ff. de ſtat. homin. vbi rationem reddit, Iaſ. d. conſ. 140. Nodoſa admodum, in 7. fundamen. ſecundæ opin. lib. 2. Socin. iun. conſilio 114. Viſis ac mature conſideratis, columna ſexta, num. 21. verſ. Hoc idem dixit Bald. libr. 1. & conſ. 128. Præſentis conſultationis reſolutio, colum. vndecima, num. 60. verſ. Rurſus octauo loco, eodem volum. faciunt tradita per Alexan. conſ. 45. Habita pro viribus, colum. fin. numer. nono, verſ. Quarto comprobatur, lib. 7. licet ſuper hoc Alexandri reſponſo multa in contra-

rium

rium dixerit Vbertin. Zuchard. in rep.l.fin. ſub nu.63.verſ. Sed nihilominus, C. de edict. Diu. Adr.toll.

Cum autem in præcedentibus latè de hac limitatione diſſeruerim, & de veritate cõſilij Caſtrenſis, ac aliorum reſponſorũ in materia redditorum per præclariſſimos Iuriſcõſultos vtrinque conſulentes, ac etiam per famoſiſſima Collegia, non erit ab ijs quæ tunc dicebam, & reſoluebam recedendum, hæcque raptim dicta eo loci referenda eſſe cenſeo.

Tertia occurrit declaratio, vt filiorum appellatione non includantur fœminæ ſtante ſtatu-
13 to † fœminarum excluſiuo propter maſculorũ exiſtẽtiam, iuxta deciſionem Petri de Anchar. in l.tres fratres, vbi etiam Bald. & Iaſ. colum. 2. in 6.limit.ff.de pact. idem Anchar. in c.1.de conſtit. rurſus Iaſ. in l.ſi quis id quod, col.4.verſic. Octauo ſingulariter limita, num.18.ff. de iuriſdict.omn.iudic. in l.ſi quis filiabus, colum. 2. in 5.not.verſ. Potes ſaluare, de leg.1. Andr. Barbat. in repetit.rubr. C. qui admitt. colum. 96. & in cap. Raynutius, fol. 2. & 45. de teſtam. Alexan. in l. Gallus, §. quidam rectè, colum. fin. numero duodecimo, uerſ. Et in hac materia, ff. de liber. & poſthum. & in l. hæredes mei, §. cum ita, colum. quinta, in princ. num. 10. uerſic. Pro hoc facit, ff. ad Trebell. idem Alexan. conſ. 127. libro primo, quod eſt repetitum, conſ. 15. Viſo teſtamento dicti Ioannis, colum. prima, numero ſecundo, lib. 4. Paulus de Caſtr. d. conſ. 409. Caſus iſte frequenter contingit, colum. 2. ſub num. 2. uerſ. Et hoc eſt hodie multum in uſu, libro ſecundo, Corn. conſil. 124. Ardua primo aſpectu, colum. quinta, in princ. num. 16. uerſic. Ad idem not. Petr. de Anchar. lib. ſecundo, Socin. ſen. conſ. 280. Conſiderata contingentia facti, colum. fin. num. quarto, uerſic. Vnde dixit, not. lib. ſecundo, conſ. 51. Viſa facti narratione, columna quinta, num. 26. uerſ. Quarto principaliter confirmatur, lib. 4. Curt. iun. conſ. 112. Et ſi ſubtilia, colum. 2. num. quinto, verſ. Stante ergo tali differentia, conſ. 116. Ingenioſa admodum, colum. quarta, ſub num. 9. uerſic. Ex alio etiam, conſ. 171. Materia præſentis conſultationis, columna ſecunda, num. 4. uerſ. Ex præmiſſa communi concluſ. in tract. feud. in 3. par. princ. num. decimoquinto, fol. 20. Dec. conſil. decimoquinto. Et pro tenui, col. 3. numero 5. uerſic. Facit quod notat, conſ. 270. Dom. Raynaldus de Ciotthis, colum. 2. num. tertio, uerſ. Et ſtante ſtatuto, conſ. 299. In cauſa mihi commiſſa, colum. fin. ſub num. 11. uerſic. Quo caſu ſtante tali ſtatuto, conſ. 495. Viſo eleganti conſilio, columna tertia, numero decimoquarto, uerſ. Et hoc idem comprobatur, conſilio 145. Viſo teſtamento, columna prima, numero tertio, uerſ. Et ſtante tali ſtatuto, Carol. Ruin. conſilio quarto, Quoniam proponitur, colum. fin. num. 13. uerſic. Non obſtat, quod not. Bald. lib. ſecundo, conſ. 117. Viſo teſtamento Antonij, colum. 2. num. 6. verſ. Et hoc propter ſtatuto, conſ. 141. Viſo teſtamento, colum. 2. num. quarto, verſ. Stante igitur tali ſtatuto, conſ. 158. Viſo teſtamento, nob. Iacopini, colum. 4. numero decimo, verſ. Filij ergo, eod. vol. Socin. iun. conſilio 1. Præſentis conſul. reſol. col. 24. ſub num. 113. verſ. Ita in terminis determinauit, libr. 1. poſt Curt. ſen. conſ. 51. Super teſtamentis Alberti, colum. 3. Iaſ. conſil. 140. Nodoſa admodum, colum. 8. verſ. Nono facit, conſil. 142. In præſenti conſultatione, colum. 4. verſic. Tertio moueor, lib. 2. Ioan. Dilect. Duran. in tract. de arte teſt. artic. 5. cautel. 17. num. 11. Ioan. Crot. d. conſ. 1. colum. antepen. num. 36. verſ. Sexto comprobatur, & col. fin. ante num. 49. verſ. Secundæ obiectioni, Andr. Alciat. in tract. de præſcript. reg. 3. præſumpt. 32. num. 3. verſ. Et ſecũdum iſtam declarationem, Iacobus Mandel. d. conſ. 19. Caſus iſte, num. 10. lib. 1. Gerard. Mazol. conſ. 5. Franciſca Arceuiſia de Scandiano, num. quinto, Riminald. iun. conſilio 246. numero trigeſimotertio, verſ. Quoniam reſpondetur, lib. 3. & d. conſil. 681. Dom. Baptiſta, in princ. lib. 6.

14 Quod † primo declarandum eſt, vt procedat in ſucceſſione inteſtati, vt inquit Ruin. conſilio 152. Ponderatis diligenter verbis teſtamenti, colum. 4. numero 3. verſ. Quia iſta ratio, lib. ſecundo. Secundò, vt procedat in concurſu cum maſculo, nam illo deficiente, & non exiſtente ſuccederet fœmina, idem Ruin. conſ. 140. Viſo & bene intellecto themate, colum. tertia, num. quarto, verſ. & vbi etiam diceretur, d. lib. ſecundo, Dec. conſ. 568. D. Daria Ser Baldi, ad fin. num. 8. verſ. Et concluſio ſuperius firmata, Riminald. iun. conſ. 246. num. 64. d. lib. 3. & conſilio 632. Conſuluit in hac cauſa, num. 103. verſ. Nunc ad ſecundum, libro 6. Quod intelligendum eſt, quando tempore teſtamenti maſculi non extabant, ita Decium declarat Rimin. iun. d. conſ. 246. num. 78.

Tertiò, ideſt intelligendum, ſi teſtatori ab inteſtato decedenti ſubſtituti de agnatione excluderent filiam grauati, ita declarat Socinus iun. conſilio vigeſimoſexto, Conſiderato teſtamento, columna tertia, in princ. ante numerum ſextum, verſic. Et per hoc tollitur, libro quarto, dicens aliter intelligentes, videri in argumento, quod faciunt de ſtatuto paralogizare, vt inquit Socin. ſen. conſ. 55. Viſis conſilijs, in fin. verſ. Sed in caſu noſtro, libr. 3. quod etiam aſſeruit, hic.

15 Quartò, declaratur vt fœminæ veniant † non de proprietate, ſed interpretatiue, Bart. in d. l. 1. num. 2. poſt gloſſ. & Dyn. ff. de verborũ ſignif.

Iacobus

Iacobus Butr. in l.1.ff. de pecul. Dominic.de S. Gemin.in cap.generali,colum.3. de elect. in 6. Iaſ.in d.l.ſi quis id quod,col.5. in 2.limit.Dec. in l.fœminæ,num.93.verſ.Secundo regula proceedit,ff.de reg.iur.Cardinal.Zabarel.conſ.135. Puto filias prædictas,colum.1.num.tertio,verſ. Tamen contrarium puto,Raph.Fulgoſ.d.conſil.18.Solomucia fecit teſtamentum, colum.2. ante num.2.verſ. Nam ex propria ſignificatione,conſ.38.In propoſita quæſt.colum. prima, num.2.verſ.Deinde ſecunda ratione,Alexand. conſ.61. Super eo de quo quæritur, colum.ſecunda,num.1.verſ.Sed iſtis non obſtantibus,libro primo,Corn.conſ.14.In præſenti conſultatione,colum.ſecunda,num.ſecundo, verſ. Nec videtur obſtare, lib.ſecundo,conſil.138.Placet mihi Petr. Philippo,col.pen.num.6.verſ.Facit proprietatis,libr.ſecundo, vbi plures allegans dicit ita communiter teneri, conſ.275. In præſenti conſultatione,colum.ſecunda,num. quinto,verſ.Ad tertium dico,lib.4. Socin.ſen.conſ. 72.Capiendo primum, col.1. num.tertio,verſ. Et pro fundamento, libr.4.& in tract.Fallent. reg.255.in 3.lim.Dec.conſil.453. Conſultum fuit plene,colum.1.in fin.num.7.verſ.Et ita remotis rationibus, conſ.568.D. Daria Ser Baldi,colum.ſecunda,num. primo, verſ. Secundo adducit,Socin.iun.conſ.128. Præſentis conſultationis materia,col.11.verſ. Nam cum maſculinum,lib.1.conſ.108.Viſo puncto,colum.5.numero 20.verſ.Et quòd tunc id fiat, libr.ſecundo,poſt Curt.iun. in auth.præterea, col.10.C. vnd.uir.& ux.Andr. Alciat. in l.pronunciatio, in princ.de uerborum ſignif.in l.iuſta interpretatione,pariter in princ.eodem tit.ubi communiter receptum hoc eſſe aſſeruit,Iacobus Mandell.d.conſ.19.num.4.Gerard.Mazzol. d.conſilio quinto,num.31.Ioan.Crot.d.conſ.1. num. 46.lib.1.Riminald.iun. d.conſ.246.num.3.lib. tertio,& num.79.& infra,vbi reprehendit Anguiſciolam contrarium tenentem, conſi.64. Si iura,num.4.& 5.lib.ſexto,adhuc Riminald. cõſilio 677.Igitur circa primum,num. 55. verſic. Sed remanet difficultas,lib.ſexto,vbi magis cõmunem eſſe teſtatur, num.56. & conſ.681.D. Baptiſta,num.7.& 8.eod.vol.

Quòd autem de proprietate, filiorum appel-
16 latione includantur fœminæ †tenuerunt Curt. iun.conſilio vndecimo. Habita ſuper præmiſſa facti contingentia,colum.prima, in princ. verſ. Quo caſu,Socin.iun.conſil.104. Viſo themate propoſito,columna ſecunda, in princ. numero tertio,verſic. Et notandum eſt, libro ſecundo, per text.in l. qui duos,in fin.ff.de leg.3.vbi Iuriſconſ. vtitur verbo Continentur, quod proprietatẽ denotare aſſolet ex Bartol. in l. cui eorum,§.affinitatis,numero ſecundo,verſic.ſecũdo nota,ff. de poſtul. & ita in indiuiduo arguit Dec.conſilio 570.Caſus de quo quæritur, numero ſecundo, & tertio, idem tenens per text. in l.ſi quis ita, in princ. ff. de teſtam.tut. quod etiam ſibi voluit Ioan. Crot.conſilio 17.Teſtator tres filios maſculos,colum. tertia, numero decimoquarto,verſ. Verbum ſine filijs, & conſilio 48. Excellentiſſimus Iuriſconſ. column.8. num.38.verſ.Ad hoc reſponderi poteſt, lib.1.

Ad quod dicunt aliqui, dictionem, filijs, in ablatiuo communem cenſeri, cum ſecundum Grammaticos filia in ablatiuo, faciat nõ ſolum filiabus, ſed filijs, vt Priſcianus inquit, citans Plautum & Næuium, quorum autoritati ſtandum videtur. Sed Andreas Alciat. conſilio 95. Difficultatem non modicam, num.vndecimo, in fin.libr.8. ablatiuum filijs maſculini tantum generis etiam ex communi vſu teſtatur,non autem fœminini,vt eſt caſus in l.Herennius,ff.de verborum ſignif. nec ſermo veterum Plauti, & Næuij debet in hoc eſſe in conſideratione, arg. l.2.verſic.Poſt hos quoque Tubero,ff.de orig.
17 iur. Et Tubero (inquit) doctiſſimus † quidem habitus eſt iuris publici & priuati, & complures vtriuſque operis libros reliquit, ſermone etiam antiquo vſus affectauit ſcribere, & ideo parum eius libri grati habentur. Sunt & nonnulli(vt ſua ætate Zaſius indicabat)noſtra ætate viri, non dixerim vt ille, eruditi, ſed medij ſaporis, qui hanc etiam notam non effugiunt, quod parum referret, ſi cum Tuberone ſaperent.

Eandem improprietatem extenſiuam deducere,cum multis fortaſſe poſſumus, ex l.in adoptiuis,verſ. Quæ in filio,C. de adopt.l.pronunciatio,in verb. Porrigitur,de verborum ſignif.l. quisquis,§.emancipationes quoque, & §.ſeq. C.ad leg.Iul.maieſt.& l.pen.in fi.verſ. Hæc omnia,ibi,Extendi propagarique decernimus, C. de præp.ſacr.cubic.lib.12.

In hac autem difficultate, Bart. in d.l.1.col. fin.num.25.verſ. Sed quæro,ff. de pecul. arbitratus fuit, maſculinum à fœminino,nec ex proprio ſignificatu,nec ex interpretatione cõcipi, ſed ex vi rationis per illum text. & l. ſed etſi, §. hoc Senatusconſultum,ff.ad Maced.Cæterum quòd fœminę non veniant,nec ex ſermone,nec ex interpretatione intellectiua,ſed per extenſionem poſt Socin.ſen.Dec. Socin. iun.Io. Crot. & Rol.de Valle,ſcribit Rimin.iun.d.conſ.677. num.59.vbi de communi,lib.6.

Sed prætermiſſis multis,quæ circa hoc ſcribunt Bart.Soc.ſen. Corn.Decius, ac alij Interpretes, varijs in locis, cum longum eſſet nunc circa ea inſiſtere. Prior opinio Geminiani, ac omnium præcitatorum,ita demum procedit,ſi
18 filiorum mentio †affirmatiuè cõcipiatur, ſecus ſi negatiue,tunc enim fœminę ex propria etiam ſignificatione filiorum appellatione venirent,

vt dixit Virgilius de Syluestris inter conſilia Ioannis Mariæ Riminaldi, conſil. 224. num. 75. lib. ſecũdo, ſic quoque indefinita negatiuè prolata, propriè vniuerſali æquipollet, ſecus ſi affirmatiuè, Dec. in cap. non concupiſcentiam, numero vndecimo, ext. de conſtit. in l. ſi Ruffinus, num. 9. C. de teſtamen. milit. & conſil. tertio. Et diligenter pro tenui facultate mea, columna tertia, num. quinto, verſic. Sic etiam, gloſſ. not. quam ibi ponderauit Raphael Fulgoſ. in l. iuris gentium, §. ſed ſi fraudandi, ff. de pactis.

19 Quintò limitatur, ſtante ſtatuto † teſtamenta ad litteram debere intelligi diſponente, Iaſ. in l. qui filiabus, colum. 3. num. 18. verſic. Secundò ſaluo, ff. de leg. primo, & ante eum Bald. conſil. 360. Ioannes, lib. quinto, Corn. d. conſ. 14. In præſenti conſultatione, colum. 2. num. 2. & col. 3. nu. 7. verſ. Sed extat ſtatutum, lib. 2. vbi hoc latè diſputat, & per cõtraria vadit, vt per eum. Dec. in d. l. fœminæ, ante num. 102. verſic. Sexto regula non habet locum, de reg. iur. & And. Alciat. in l. quiſquis, verſic. Cæterum etſi conſtitutum ſit, de verborum ſignific. & licet dubitare viſus ſit, attamen ex frequentiore vſu, ita ſtatuendum eſſe, per verbum, fortè, reſoluit.

Sextò declarari poterit, hoc non procedere
20 Longobardorum iure † inſpecto, quo filiorum appellatione filia non comprehenditur, vt ſcribit Thom. Grammatic. deciſ. 63. Honorabilis Antonius, colum. penult. num. decimoſeptimo, verſic. Vltimo reperi, per textum in l. à noſtris, titu. de eo quod pater habet neceſſe filijs relinquere, & ante Grammaticum idem dixit Alberic. de Roſat. in liberorum, dicto tit. de verbor. ſignific. num. 3. verſic. Item de iure Lombardo, colum. ſecunda, quod annotauit etiam gloſſa, Caroli Cotti in d. Longobarda, in verb. De filiabus, necnon Andr. de Barulo in comment. ad leges Longobardorum, tit. 44. de ſucceſſionibus, colum. ſecunda, poſt princip. verſ. Quia licet de iure Roman. femininus ſexus, & dicta lex Longobarda lata fuit per Regem Aſtulphũ & eſt 4. in ordine, tit. 20. lib. 2. Hæcque declaratio poterit in illis Regni partibus deſeruire, in quibus iſtud ius Longobardum ſeruatur, vt puta fortaſſe in Principatu Salerni, vt dicit Iulius Ferret. de Rauenna, conſ. 19. num. 4. An autem
21 in dubio † iſtud ius in eodem Regno præferatur iuri Romano, Robert. Marant. latiſſimè hũc articulum diſputauit in tertia part. princip. ſui Speculi, afferens vtrinque decem argumenta, & tandem ſub numer. 106. verſic. Verum non obſtantibus prædictis, concludens ac indubitanter tenens in Regno hoc ius Lõgobardum, non præferri iuri Romano. Quinimo, numero 126. verſic. Quinto confirmo, dicens in Regno generalem eſſe conſuetudinem, & notoriam obſeruantiam, cuius non extat memoria in contrarium, vt ſolo iure Romano viuatur, & quòd penitus ſit iuri Longobardo derogatum, ſalus ſemper prioritate conſtit. Puritatem, quo ad ius Conſtitutionum, Regiarum, & aliorum iurium Regalium. Eundem etiam articulum, eodem modo, & per eadem fundamenta diſputauit, ac denique reſoluit, idem Robert. in eius di ſput. 2. incip. Ambigua & diutiſſime inter Regnicolas ventilata eſt quæſt. vbi num. 38. verſ. Duodecimo confirmo, de dicta generali conſuetudine, & notoria obſeruantia immemorialis temporis fidem facit, quem etiam articulum cum halluenter is qui prologum ad dictas leges Longobardas compoſuit, in 2. inſpect. columna ſecunda, verſic. Circa vero ſecundum, & infra, pertractet, amplius inſiſtendum fore non exiſtimo, omnes enim Andreæ de Iſernia, Odofredi, Archidiaconi, Lucæ de Penna, Matthei de Affligio, Alexãdri de Imola, & aliorum multorum interpretum de hoc Lõgobardorum iure loquentium autoritates in medium per præfatos afferuntur, atque expenduntur, ſolum dixerim in maleficijs illud non ſeruari, eundem Thom. Grammaticum in Conſtit. Vt vniuerſis, aſſerere.

Septimò dicta concluſio illam recipit declarationem, vt fœminæ ſub filiorum voce non in-
22 cludantur, ſubſtituta † pia cauſa, tunc enim huiuſmodi extenſio conquieſcit, Iaſ. in præalleg. l. ſi quis id quod, in 12. limit. numero vigeſimo ſecundo, aſſerens nouam eſſe limitationem, & tradita per Anchar. conſilio 46. Prima facie videretur dicendum, columna prima, & ſecunda, in ſimili afferens, vt diſpoſitio huius contextus non procedat, vbi pia cauſa ſubſtituta reperiretur, de qua concluſione latiſſimè in præcedentibus dictum fuit.

Pariter etiam, vt gloſſ. opinio in l. Lucius, de hæred. inſtit. quæ voluit in conditione poſitos nequaquam cenſeri vocatos, non habeat lo-
23 cum † piæ cauſæ fauore, vt dixere idem Anchar. conſilio 74. Contra Philippum, columna ſecunda, Carolus Ruin. conſil. 139. Viſo ac perlecto, columna quarta, numero duodecimo, & decimotertio, libro tertio, Iaſ. conſ. 232. Super teſtamento, colum. 1. verſ. Sed dubium, lib. primo, Decian. conſ. 78. Dico ergo, num. 7. libr. 2. conſ. 103. Quæritur, num. 18. verſ. Tertio conſidero, & numer. 21. eodem vol. Riminald. iun. conſ. 651. D. Butrigellus, num. 23. verſ. Secunda eſt coniectura, lib. ſexto, & dixi aliàs in tract. de poſit. in condit. libro tertio, cap. ſexto, numero primo, & 5. verſic. Non puto tamen, fol. 73. vbi Ancharani opinionem vti communem ſum ſequutus. Eandem etiam Iaſonis limitationem tenuere Curt. iun. conſil. trigeſimoquinto, Domin. Benedictus, columna quarta, num. 6. verſic. Confirmo præmiſſa, & num. 7. verſic. Ergo

ſucce-

ſuccedit,& Io.Crot.d.conſ.1.colum. pen. verſ. Iſta ergo extenſio, libro primo, dicens limitationem iſtam decidi per Illuſtrem Doctorem Dominum Iaſonem,aſſerentē etiam ſe ita conſuluiſſe in dicta l. ſi quis id quod, in vndecima limitat. Et quamuis idem Ioannes de Monteferrato videatur contrariū præſupponere, conſilio 104. Teſtator poſt multa legata, columna prima, numero tertio, illi tamen non eſt ſtandum,tum quia eſt ſibimet repugnans, tum etiā quia in hoc vltimo conſilio nihil allegat quod vim faciat,& in caſu conſilij contrarium concludat, vt non ſit à ſupradicta pia interpretatione ad fauorem piæ cauſæ recedendum, quam ipſe in d.conſil.1.valde extulit.

Nonam inſuper afferunt aliqui declaratio-
24 nem,† vt non veniant fœminæ adhuc non editæ, ſiue conceptæ tempore mortis teſtatoris, per textum in l.ſi cognatis, vbi Bart. ff. de reb. dub.& l.cum ita,§. in fideicommiſſo, de legat. ſecundo, hocque nedum locum habere videatur in fideicommiſſo puro, ſed etiam conditionali, prout aliàs conſultum per Dominum Othonem de Nicolinis ſolennem Aduocatū Florentinum, & plures alios,& cuius conſilium reperitur vltimum inter conſilia Domini Mariani Socini cum eiuſdem ſubſcriptione, & Domini Andreæ Barbatiæ, Domini Franciſci Aretini, Domini Ioannis Baptiſtæ de Sancto Seuerino, atque complurium, vbi volunt quòd appellatione filij Titij vocati ſub conditione veniat demum nepos conceptus tempore mortis teſtatoris per dictam l.ſi cognatis.

Sed circa hanc declarationem aduertendum eſt, quòd quando filij ſunt vocati in quendam incertum, & futurum euentum, ideſt vnus poſt mortem alterius, ſatis eſt quòd quis in rerum natura ſit tempore quo euenit caſus,& quo moritur ille qui fuit admiſſus, ſecundum Ioan. Andream in addit. ad Specul.in rubric. de teſtam. in verbo, Lambertinus de Ramponibus, per textum in l.cum pater, §. hæreditatem, de leg. ſecundo, vbi hoc optime probatur in fine, de quo prædicti Conſulentes non meminere, & Ioan.Andr.ſequuntur Alexand. de Imola, Socin. ſen. & Paul. de Caſtro, vt ſcribit Carol. Ruin. conſilio 117. Viſo teſtamento Antonij, & Baltaſaris, columna ſexta,in princip.numero vigeſimo,verſic.Item non obſtat,libro ſecundo,quia qua ratione ſufficit,quòd quando legatum eſt purum quis tempore mortis teſtatoris quo cedit dies legati ſit conceptus, eadem ratione ſatis eſt, quando legatum eſt conditionale, quòd ſit natus tempore exiſtentis conditionis,quia tunc etiam dies legati cedit.

25. Decima declaratio eſt vbi conſtaret † teſtatorem habuiſſe rationem conſeruandi agnationem, Riminald. iunior, dicto conſilio 246. numero ſexageſimoſeptimo, libro tertio.

Vndecima, quando diſcretiuè de maſculis, & fœminis fuiſſet loquutus, vt ibidem numero 34.

Duodecima,vt nō veniant fœminæ,vbi plures ſequerentur improprietates, vt eo loci Riminald. numero 39. verſic. Sed & quarta, dicto volum. tertio.

HYPOTHESIS.

Abunde in ſubſequenti capite diſputari, ac perquiri vtrum nepotes appellatione filiorum includantur in vltimis voluntatibus. Multaque leges ad id reſoluendum nouiter interpretari, vt infraſcriptum ſummarium indicabit.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes appellatione filiorum in teſtamentis ſecundum vnam opinionem non contineri. Sed contrariam verierem, & communem eſſe imo crebriorem, num.29.& 42.*
2 *Speciale dictum ex generali ratione ampliari incertum non videri.*
3 *Rationem in lege debere aliquid operari, nec fruſtra manere.*
4 *Extenſionem non dici,vbi mens,& omnimoda ratio concurrit.*
5 *Tutelam ex parte tutoris qui inuitus conſtituitur omnes cenſeri.*
6 *Pœnalem diſpoſitionem nunquam ad aliam perſonam extendi per rationis identitatem, cum circa illam perſonam per aliam legem ſufficienter eſt prouiſum.*
7 *Clauſulam vltimo loco poſitam ex præcedentibus interpretari, generalemque clauſulam ex qualitate expreſſorum caſuum aperiri.*
8 *Ludouici Molina ad l. quid ſi nepotes, ff. de teſtamen. tut. reſponſionem vſquequaque tutam non eſſe.*
9 *L. poſthumorum, verſic. Nec ergo, ff. de iniuſt. rupt.teſtam.intelligi.*
10 *Priuilegia ſtrictè interpretari.*
11 *L. ſed & ſi milites, §. primo, ff. de excuſ.tut. enodari.*
12 *Nepotis, & filij differentias ex Baldo afferri.*
13 *Patris ingratitudinem non eſſe filij.*
14 *Bonorum poſſeſſorem appellatione hæredis contineri, Sed propriè hæredem non eſſe.*
16 *Definitio cui competit non ſemper definitum competere.*

17 *Alienationis prohibitionem filijs factam non censeri factam nepotibus.*

18 *Alienationis prohibitionem filijs nominatim factam dubio procul nepotibus factam non intelligi.*

19 *Alienationis prohibitionem factam filijs includere nepotes vbi eadem, vel maior prohibendi ratio in nepotibus militat, vt puta si esset dictum, vt bona in agnatione remaneant.*

20 *Alienationis de turri prohibitionem filijs factam, nepotibus etiam censeri factam, si turris esset velut totius familiæ testatoris securitas.*

21 *Fideicommissariam successionem vltra decimum gradum non porrigi ad instar ab intestato successionis, nisi aliud de fideicommittentis voluntate conijcturari posset.*

22 *Alienationis prohibitionem quæ ex §. nos igitur, Authen. de restit. fideicomm. quartum gradum non excedit, illum excedere, & perpetuam reddi si ex mente testantis id constiterit.*

23 *Alienationis prohibitionem etiam si esset dictum in perpetuum secundum aliquos vltra quartum gradum non extendi. Sed contrarium verius esse, num. 24. Quinimo aliquos voluisse quartum gradum non egredi, etiam si esset dictum de descendentibus, num. 25. sed horum opinionem periculosam esse, & contrariam videri veriorem, ac receptiorem, num. 27.*

26 *Descendentium voce omnes in infinitum descendentes includi.*

28 *Alienationis prohibitionem ad nepotes protendi si liberis prohibitio fieret.*

30 *L. Lucius, ff. de hared. instit. declarari.*

31 *Inferiora verba ex superioribus intelligi, atque aperiri.*

32 *Nepotes filiorum in conditione positorum venire.*

33 *L. Gallus, §. instituens, de liber. & posthum. interpretari.*

34 *L. vxorem, §. concubinæ, ff. de leg. 3. & l. liberorũ, §. sed & Papirius Fronto, ff. de verbor. signific. intelligi.*

35 *Sapè dictio quid significet indicari.*

36 *L. filium habeo, ff. ad Macedon. sno intellectu restitui.*

37 *Patrem sine aui auctoritate posse filium in Monasterium mittere.*

38 *Emphyteutam emphyteutæ, & feudatarium feudatarij assensum primi domini petere.*

39 *L. iusta, dicto titulo, de verborum significat. aperiri.*

40 *Interpretationis differentias afferri.*

41 *Masculinum concipere femininum, sed per impropriam significationem.*

43 *Tarquinium Demarati nepotem, & Aruntis filiũ extitisse.*

44 *Triumphorum primum inuenterem Dionysium fuisse, qui Liber dictus est, Et Tarquinium Priscum fuisse qui triumphum in curru ordinauit.*

45 *Nepotes quando appellatione filiorum veniant pluribus distinctionibus interpretes conciliare studuisse, vt apud Andream de Pisis, Cynum, Raynerium de Forliuio, Franciscum Accursium, Signorolum de Homodeis, Baldum, Othonem Lapi, necnon ex Modernioribus apud Illustrissimũ Dominum Franciscum Cardinalem Manticam, Iacobum Menochium, Marcum Antonium Peregrinum, Antonium Gabrielium Romanum, & Simonem de Pretis, præclarissimos Iurisconsultos perspicere est.*

46 *Conjecturalem esse materiam, an nepotes appellatione filiorum includantur, & num. 47.*

47 *Substitutionem compendiosam factam per verba communia sine temporum dinumeratione intra pupillarem ætatem ex Bartoli opinione directam esse, ab ea tamen ex levibus extrinsecis conjecturis recedi Cornenm asseuerasse.*

CAP. XI.

NON tamen, vt ad principale propositum redeam, sub eadem filiorum appellatione in testatoris dispositione nepotes † comprehendentur, & secundum istã opinionem Franciscus Accursius cõsuluit, eandemque tenuerunt Andr. de Pisis, Rayner. de Forliu. Iacob. de Arena, & Cynus; quos refert Bald. in l. Gallus, §. instituens, colum. penult. vbi Ioan. de Imola, sub nume. quadragesimo, ff. de liber. & posthum. vbi etiam Francisc. Aretin. columna antepenult. in fine, versic. Super primo placet hic opinio. Bal. in l. quisquis, columna secunda, numero tertio, versic. Super ista lege, C. ad l. Iul. Maiest. consilio 76. Agnesa habebat quendam fratrem, libro quarto, consilio 186. Quidam magni Doctores dicunt, eodem volum. opinionem istam veriorem esse asserens. Alberic. de Rosat. in tractat. statut. in secunda parte, quæst. 107. Iason. in l. prima, §. prætor ait, numero sexto, ff. de in ius voc. in l. non dubium, numero quadragesimosecundo, C. de legibus, Ludouic. Gomes. in §. primo, numero quadragesimoseptimo, Instit. de act. Nicolaus Bellon. in §. primo, numer. duodecimo, Instit. de exhered. liber. quam consulendo etiam comprobarunt Signorol. de Homod. consilio 249. Quidam fecit testamentum, ante finem, versic. Si verò profertur ab homine, Alexand. consilio primo, Perspectis verbis, colum. fin. in fine, num. decimoseptimo, versic. In testamentis quidem dico, libro primo, consil. 56. Aldrouandus testamentũ condidit, col. 1. in fin.

1

num.

num.2.verſ.Secundo hoc adducitur,lib.5.Ludouic.Roman.conſ.438. In cauſa conſultationis,colum.fin.verſ.Quo ad quintum,& vltimũ dubium,Franc.Aretin.conſil.146. Reſponden do ſummatim,colum.2.verſic. Præterea ſicut, Corn. conſil. 132. Licet videatur prima facie, colum.fin. ſub nu.3.verſic.Et ſi in legatis,libro 1.conſil. 182. Videtur prima facie dicendum, colum.3.num.7.verſ.Sexto videtur,lib.2.conſ. 199.In præſenti conſultatione, colum.11. ſub num.34.verſ.Nam prouiſio facta filijs, eodem volum.conſil.230. Quanquam in hac conſultatione,col.7.circa fin.ante num.9.verſ.Secundo adduci poteſt, lib.3. conſil.304. Rem arduam, colum.11.ante num.17.verſic. Ideo dicit gloſſ. eodem volum.conſil.290. Tota vis conſultationis, col.3. num.3. verſic. Item videmus,& col. fin.num.6.lib.4.Socin.ſen.conſ.104.Quoniam præſens conſultatio,colum.1. in fin. ante num. 1.verſic.Tamen Bald.lib.3. vbi de magis communi teſtatur,& conſil.73.Capiendo primum, col.5.ſub num.18.verſic.Circa ſecundam dubitationem,lib.4.Otho Lapus Nicolin.de Sirigatis conſil.152.Caſus iſte non eſt nouus, colum. 1.inter conſil.eiuſdem Soc.d.lib.1. & ibi And. in 3.ſubſcript.ante num.8. Curt.ſen.conſil.44. Sæpè reuoluta,colum.9.Ludou.Gozadin.conſil.36.In facto pręſupponitur,colum.2.num.3. verſ.Et primo clarum eſt,Dec.conſ.95. Et pro tenui facultate mea,in 2.dub. col.3. circa med. ſub num.5.verſ. Sed tamen prædictis, vbi multos citat,& in ſpecie Pet.de Anchar.in rep.cap. 1. fol.41. de conſtit.idem Dec. conſ.545. Viſo teſtamento,colum.2.num.9.verſ.Quia regulariter,Stephan. Bertrand.conſil.161.Circa proceſſum,num.15.lib.3.Curt.iun. conſil.111.D. Paulus de Raude,colum.1.ſub num. 2. Anton. Rub.Alexandr.conſil.144. Viſo, & diligenter, col.2.ſub num. 4. vbi de magis communi opin. meminit,Socin. iun. conſil. 30. Reſolutio præſentis conſult. colum.2.num.10. verſic. Et primo,& num.ſequen.lib.3. citans Vdalric. Zaſiũ quem elegantem Modernum appellat,conſil.7. In cauſa,num.5.lib.1. vbi Zaſius inquit ſe ſemper tenuiſſe, & tenere, quòd appellatione filiorum indiſtincte filij primi gradus tantum veniant,& in tract.ſubſtit.in fin.Io.Dilect.in trac. de art.teſtan.cautel.4.tit.de ſubſtit.in fin.num. 2.Nicol.Boer.deciſ.155.Et quo ad primum,colum.2.num.3.verſ.Tamen bene verum eſt,in 1. par.Ioan.Crot.conſil.13.Mature, num.4.conſ. 104.Teſtator,num.16.lib.1.Rimin.iun.conſilio 334. Et quo ad Margaritam,in princ.lib.3.conſil.535.In præſenti cauſa,num.8. colum.2. lib. 5.& poſt Stephan.Bertrand.hanc partem tenet Iacob.Menoch.conſil. 215. Diu ac multum anceps,num.95. verſ. Reſpondetur ſecundo, vbi num.96. dicit ex Doctorum dinumeratione eſſe magis receptam opinionem,quam etiam veriorem videri profitetur,lib.3. Petr. Rebuff. in l.liberorum appellatione nepotes,§. ſed & Papirius Fronto,verſ.Et ſic per iſtum textum, de verbor.ſignif.

Mouentur primo ad ita aſſerendum,ex text. in l.quid ſi nepotes,ff.de teſtamen.tut.& §. fin. Inſtit.qui teſtam. tut. dar. poſſ. Vlpianus enim ad Sabinum ibi inquit,Quid ſi nepotes ſint, an appellatione filiorum, & ipſis tutores dati ſint videndum eſt,& magis eſt,vt ipſis quoque dati videantur ſi modo liberos dixit, Cæterum ſi filios,non continebuntur, aliter enim filij aliter nepotes appellantur. Planè ſi poſteris dixerit, tam filij poſthumi, quam cæteri liberi continebuntur,ijſdem ferè verbis Imp. Iuſtinianus idẽ ſanciendo in prælegato loco vtitur, atque diſponit. Nec iuuat ex Bart.in d.l.liberorum,colum.3.num.5.verſic.Primo caſu,prætendere iura hæc in dando tutore loqui,incongrueque ad inſtitutiones aptari, cũ ex generali ratione ibidem poſita adhuc vrgeant,& ſubſiſtant,cum aliter filios,aliter nepotes appellemus,quæ generaliter in quacunque diſpoſitione concludit,argum.l.à Titio,ff.de verb.oblig.Socin.iun.conſ. 4.Themate propoſitæ conſultationis, num. 14.
2 lib. 2. ſpecialeque dictum † ex generali ratione ampliari incertum non eſt. Bart.in l.regula, §. ſi quis,in 1.not.ff.de iur.& fact.ign.Bald.in cap. ſecundo requiris,ſub num.4.de appel.Alexan. conſ.59. Attentis verbis teſtamenti, colum. 2. num.3.verſic.Et confirmari poteſt,lib.3. Iaſ.in l.licet inter priuatos,colum.3. in fin. ſub num. 15.verſ.Quod nec dicas,C.de pact.in l.cum hi, colum.1.ſub num. 3. verſic. Limitate iſtam doctrin.ff.de tranſac.in l.id quod apud hoſtes,col. 2.in princ. num.7. verſ. Nam nos habemus, ff. de leg.1.Socin.iun.conſ.163. Subtilis admodũ, colum.2.num.6.verſic.Etenim ratio,lib.2. conſil. 30. Reſolutio præſentis conſultationis, col. 2.in fin.num.13. lib. 3. quæ ratio debet aliquid
3 in lege † operari,nec fruſtra quieſcere,l.ſi quando,ff.de leg.1.cap.ſi Papa,de priuileg.in 6. Bal. in rubr.C.de contrah.empt.in 9.quæſt.num.9. debetque ſicut lex diſponere, Dec.conſil.444. Concurrit patruus, colum.ſecunda, in fin. numero decimo,verſic.Et ſicut ſtatutum,poſt Baldum,quem ibi refert. Vnde vbi mens,& omni-
4 moda ratio concurrit, non dicitur † fieri extenſio,gloſſ.magiſtralis,in cap.1.de temp.ordin.in 6.in verb.Italiæ,in cap.ſi poſtquam, in verbo, Mente, de elect. Bald. in l.ſi quis ſeruo perſuaſerit,num.3.& 4.C.de furt. Dec. conſil. 15. Et pro tenui,colum.3.in princ.ante num.3.verſic. Vnde vbi mens.

Sed dictis iuribus fortiſſimis,& quę plurimũ

in hoc negocio ancipiti ſtringere videntur, ex intentione Alexandri, conſil. nono, Viſis verbis teſtamenti, colum. tertia, in princip. ante num. 3. lib. primo, atque alibi, poſt Bart. in d. l. liberorum, num. 5. verſic. Ratio quia licet, Anton. de Butr. in cap. quibuſdam, de pœn. & Petr. de Anchar. in Clem. prima, de baptiſm. poteſt reſponderi, illa nō loqui in teſtatore inſtituente filios, ſed in teſtatore dante tutorem filijs, quo caſu licet ex parte filiorum adſit fauor, ex parte tamē
5 tutoris qui inuitus conſtituitur † onus implicat, l. prima, §. ſi quis tutor, ff. quando appell. ſit. Inſtit. de excuſ. tut. circ. princip. Socin. iun. conſil. 16. Viſo themate ſupraſcripto, num. 20. libro ſecundo, propterea nō tam lata fit interpretatio, quod in modicum prę iudicium nepotibus ipſis reſultat, quibus legitimi tutoris, vel datiui referuatur prouiſio, congruit text. iuncta gloſſa, & quod ibi not. quòd diſpoſitio pœnalis nunquā ad aliam perſonam extenditur per rationis idē-
6 titatem, cum circa illam perſonam † per aliam legem ſufficienter eſſet prouiſum, vt Franciſc. Aretin. in d. §. inſtituens, colum. fin. animaduertit. At in vltimis voluntatibus ſecus contingit, cum latiſſimè interpretentur, cap. cum dilecti, de donat. cap. fi. de re iudic. l. in conditionibus, ff. quemad. teſtam. aper. Angel. in l. ſi mater, in princ. C. de inſtit. & ſubſtit. Marc. Anton. Bellamer. in rub. num. quarto, verſ. Tertiò probatur, ff. de legat. primo. Rationisque generalitas ex ſuperioribus ibi tollitur, coarctatur, vt citra illum caſum non extendatur, l. 3. §. filius, ff. de liber. & poſthum. l. prima, C. de liber. præter. l. ſi ſeruus plurium, in fin. ff. de leg. primo, Alex. conſil. 66. Viſo teſtamento, colum. ſecunda, ſub num. 3. lib. ſecundo, Socin. ſen. conſil. 47. In præſenti conſultatione, colum. 3. num. 10. lib. quarto, Anton. Capyc. deciſ. 21. In cauſa Liſæ Seuerinæ, colum. 2. num. 3. clauſula nanque vltimo loco poſita ex prælegatis iuribus interpreta-
7 tur † ex præcedentibus, Dec. conſil. 111. Et pro tenui facultate mea, colum. ſeptima, nume. 13. verſic. Iſta enim verba, Pariſ. conſil. 9. Olim D. Camillus, colum. 7. in fin. nu. 58. verſic. Et per quam clauſulam, lib. 2. Socin. iun. conſ. primo, Pro reſolutione, colum. 7. nume. 29. verſ. Tum etiam, lib. 2. Præcedentiaque ſequentium ſignificatum minuunt, l. vlt. §. fin. ff. de vin. tritic. & ol. leg. idem Socin. iun. conſ. 160. Circa præſentem conſultationem, colum. 3. num. 9. verſic. Et ibi gloſſ. fin. d. lib. 2. Generalis inſuper clauſula ex qualitate expreſſorum caſuum aperitur, atque clarificatur, cap. qui ad agendum, cum ibi traditis, de procur. in 6. cap. ſedes, vbi Abb. de reſcript. Iaſon in l. ſi conuenerit, colum. fin. numero 45. & 46. ff. de iuriſdict. omn. iudic. idem Socin. iun. conſil. 76. Quatenus dubitetur, colum. penult. num. 9. verſic. In eo quod ibi probatur, præalleg. lib. ſecundo, præſertim cum ex alijs iuribus contrarium euidenter colligatur, iuxta tradita per Baldum, in d. cap. ſecundo requiris, ſub num. quarto, ibi. Item nota, quòd vna clauſula interpretatur aliam, & per aliam. Item, vna lex interpretatur aliam, & per aliam, d. tit. de appellat. vbi multa ſingularia affert. Sique cum Petro Philipp. Corn. dicto conſilio 182. colum. 3. ſub num. ſeptimo, circa medium, verſ. Et ideo, conſil. 199. colum. vndecima, in fine, ſub num. 34. verſ. Item licet Bart. dicto volum. ſecundo, Dec. conſil. 545. Viſo teſtamento, col. ſecunda, in fin. num. decimo, diceretur tutelam ex parte filiorum, & intuitu ipſorum fauorabilem eſſe, proinde latius interpretatur tutoris datio, quam legatū, l. ſi quis filiabus, ff. de teſtam. tut. iunc. l. qui filiabus, ff. de legat. primo, & vtrobique not. Reſponderi poteſt tutoris onus pupillorum fauori commodoque iure optimo prę ponderare, quod præcitati Scribentes non aduertunt. Vel poterit ex Dyni intentione, vt eum Cyn. in d. l. quid ſi nepotes, & Alexan. d. conſil. 26. Videtur fortaſſe, colum. 3. nu. 5. lib. primo, referunt, alia reſponſio afferri, vt prædicta iura ſecundum ſtrictam propriamque interpretationem intelligantur, cum, per interpretationem quandam ſuadente rationis identitate, nepotes ſub filiorum voce alliciantur, d. l. iuſta, ff. de verbor. ſignific. Quod ex natura verbi continetur in dictis iuribus appoſiti, poteſt facile ſuaderi.
8 Vel omiſſa alia † reſponſione Iaſ. in d. l. Titius, in princ. num. decimo, quam improbat Ludou. de Molin. in tract. de Hiſpan. Primogen. lib. primo, cap. 4. num. 27. verſic. Similiter etiam, poſſet ex ipſo Molina alius afferri intellect⁹. Quòd ea ratione in illa lege datio tutoris non extendatur ad eum filium quem teſtator ſe habere ignorabat, quòd certum ſit, impoſſibile eſſe de hoc filio teſtatorem ſenſiſſe: ideoque eius diſpoſitio ad id non extenditur quod ab ipſo teſtatore cogitatum non fuit, cum actus agētium vltra eorum intentionem operari non debeant, l. non omnis, ff. ſi cert. petat. quę ratio, in eadem lege expreſſa eſt. Sed huic ſenſui plurimum repugnat veriſimilis mens teſtatoris, cum ſi teſtator intellexiſſet filium ſuum viuere, illi etiam eundem tutorē veriſimiliter dediſſet. Et quamuis Molina id effugere nitatur, quòd non ſemper regulare ſit, cum enim tutor principaliter perſonæ, non rebus detur, l. quia perſonæ, cum ſimil. ff. de teſtam. tut. & iuxta pupilli mores, ac qualitatem dandus ſit, l. in confirmādo, cum ll. ſeq. ff. de confirm. tut. forſitan eum quem alijs filijs pater tutorem idoneum reputauit, filiū, quē viuere ignorabat ſi de eius vita certus fuiſſet, idoneum non cenſuiſſet. Hæc tamen reſpon

ſio

ſio ex l. ſi quis filiabus, quæ præcedit text. in d. l. quid ſi nepotes, confundi videtur, cum datio tutoris facta filijs poſthumos etiam comprendat, vt intellectus quem veriſſimum concipit Ludou. Molin. omnino tutus non ſit, maximè ſi rationem in textu ſatis clare expreſſam attendamus. Aliter enim filij, aliter nepotes appellantur.

Proinde conſiderandum eſt, quòd quamuis filijs teſtamento dari tutor poſſit, nõ tamen nepotibus poteſt, cum in filiorum teſtantis poteſtatem ſint recaſuri. Vnde niſi tales ſint nepotes qui in alterius poteſtate recaſuri non ſint, illis tutor dari nequit, l. 1. de teſtam. tut. Inſtit. qui teſtam. tut. dar. poſſ. in princ. idcirco cum teſtator nepotibus niſi in caſu tutorem dare nõ poſſit, ſi de nepotibus mentionem non fecerit, non cenſetur eis voluiſſe ſub filiorum nomine tutorem dare, cum nomina habeãt diſtincta, idque exprimere potuiſſet, facit ratio tex. in l. iam hoc iure, ibi, Ne ſi vulgari modo, ff. de vulg. & pupill. itaque caſus ille non eſt talis in quo nomen filiorum ad omnes poſſet poſteros referri, & ſic filiorum nomen gradum primum ſignificat, nõ ſecundum: Hinc rectè infertur, quòd ſi teſtator filios non haberet, ſed tantum in poteſtate nepotes quibus tutorem dare poteſt, ſi in teſtamẽto tutorem filijs conſtitueret, nepotibus datus cenſeretur, quia in his nomen filiorum verificari poteſt, l. filij, & d. l. liberorum, & teſtantis elucet voluntas, qui alios filios non habet, vt in eadem l. liberorum, in fin.

Redeundo nunc ad odium ſiue onus, quod ex intentione ſupraſcriptorum Interpretũ circa tutoris dationem conſiderant, poſſet dici, quòd imo datio tutoris debet fauorabilis iudicari, cum principalis cauſa ob quam tutor datur in fauore fundetur, licet exinde aliquod tutori grauamen ſequatur, ſicut dicimus in l. qui exceptionem, in princ. ff. de condict. indeb. Scribent. in l. venia, C. de in ius voc. Ideoque dationem tutoris fauorabilem eſſe cenſent Iaſ. in d. l. Titius, in princ. nu. 8. ff. de lib. & poſthum. Dec. qui plura refert, d. conſ. 95. nu. 5. col. 3. Ludou. Gozad. d. conſ. 36. num. 5.

Secundò eadem opinio non incelebri Iuriſconſulti teſtimonio firmari videtur, in l. poſthumorum, verſ. Ne ergo, ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſtam. teſtatori enim qui filium inſtituit, vt & nepotem inſtituat ibi conſulit, ne ſi eueniret filium viuo teſtatore prædecedere, nepos præteritus rumperet teſtamentum. Nec releuat ex mente Bartoli, tum in d. l. liberorum, col. 3. ſub num. 5. & in d. l. Gallus, §. inſtituens, col. fin. ante num. 4. verſ. Ad ſecundum dictum: aſſerere, iſtum text. debere intelligi, quando teſtator inſtituit filium certum, & nominatum, poſt gloſ. in l. ſi quis ita, §. 1. de teſtam. tut. quo caſu inſtituentis intentio deſumitur excludendi nepotẽ, l. poſthumi, §. nominatim, d. tit. & §. 1. verſ. Nominatim, Inſtit. de exhæred. liber. Nam vt Iaſ. in d. §. inſtituens, inquit, num. 19. videtur hæc eſſe quædam reſtrictio, & diuinatio, cum non fuerit filius nominatim illic inſtitutus, ſed prouidetur, vt filio inſtituto, ne fortè teſtatore ſuperuiuente, eo deinde filio mortuo, ſuccedendo in eius locum nepos neptisve quaſi agnatione rũpat teſtamentũ, ſicut filium inſtitui, vel exhæredari ex lege Velleia nepotem nominatim debere, vt nominatim verbum ad nepotis tantum inſtitutionem, vel exhæredationem oporteat referri.

9 Ex eo autem non comprehendi † nepotem credẽdum eſt, cum enim filius gradu præcedat, is ſolus iura ſui hæredis habet, quamuis nepos & ex eo neptis ſub eadem poteſtate ſint, vnde ſi filius ſuperſtite patre moriatur, aut alia ratione de poteſtate exeat, incipiunt nepos, neptisve in eius locum ſuccedere, & eo modo ſuorum hęredum iura quaſi agnatione nanciſcũtur, idque ex Caio libr. 2. Inſtitutionum, egregie oſtenditur. Diuerſa ergo ratione nepotum inſtitutio, vel exhæredatio nominatim in d. l. poſthumor. requiritur, vt apertus ſit ſenſus.

Tertiò, ad idem allegatur tex. in l. ſed & ſimiliter, §. 1. ff. de excuſ. tut. vbi Modeſtinus Iuriſconſ. Hæc autem (inquit) de filijs non de nepotibus eorum qui olim milites fuerunt, Nepotes enim eorum qui olim milites fuerunt in eodem loco cum reliquis priuatis eſſe creduntur. Hic text. non in teſtantis diſpoſitione loquitur, ſed verius in diſpoſitione legis, l. 2. §. hæc autem, d. tit. Pariter etiam circa priuilegia militum ver-
10 ſatur, in quibus † ſtrictam fieri interpretationẽ euidens eſt, c. priuilegia, 3. diſtinct. c. quod dilectio, de conſangu. & affinit. l. ſi quando, in prin. C. de inoffic. teſtam. Alex. in l. 1. numer. 44. ff. ſi cert. pet. & conſ. 86. In cauſa datiorum, num. 3. lib. 1. Andr. Alciat. in l. 2. num. 26. ff. de verbor. oblig. Socin. ſen. conſil. 58. Viſis priuilegijs, in princ. verſ. Primo quia, lib. 2. Dec. conſ. 262. In cauſa magnifici Herculis, col. 3. nume. 7. in fin. conſ. 523. Aliàs ſcripſi, num. 4. verſ. Et eſt regula, Socin. iun. conſ. 12. In occurrenti dubitatione, num. 16. lib. 2. Nicol. Bellon. conſ. 52. Conceſſum fuit, num. 3. Ioan. Cephal. conſil. 96. Piſtrinarij, num. 4. conſ. 117. In hac cauſa, nu. 36. lib. 1. Et propterea hunc text. conferre ad ſtatutum dicebat ibi Bald. verſ. In textu, ibi: Hęc autem, dotatam ſororem à ſucceſſione excludens exiſtente filio, ſi enim filius relicto nepote præmoriatur, nepos amitam nõ excludet, quod eſt notatu dignum, à iure communi nunquam excluditur, quis niſi à perſonis ſpecificatis in lege,

l.ſi vero,§.de viro,ff.ſol.matr.licet quidam cõtrarium ſenſerint,vt ibidem Baldus aſſerit. Indulget ergo dicta lex contra ius, & ideo vt Iacobus de Aren.teſtatur,non extenditur,niſi fortè ex priuilegio nullus læderetur,Alex.in l.etiam, colum.1.ſub num.3.in diſtinct.verſ.Facit quia priuilegium,ff.ſol.matr. Bal.in l.maximum vitium,col.3.ſub num.6.ante fin.verſ.Sed vbi ex tali priuilegio nullus læditur,C.de lib.præterit. Quod ceſſat in propoſito. Denique cum ibi de dando tutore agatur, non mirum ſi nepotes cũ reliquis priuati eſſe creduntur, & propterea non bene congruit terminis noſtræ quæſtionis, ex ijs quæ ad d. l. quid ſi nepotes, in ſuperioribus dicebam,vbi Bart.id aduertit,gloſ.in d.l.iuſta,in verb.& nepos,ff.de verb.ſign. rurſus Bartol.in d.l.liberorum,col.3. num.5. verſ. Primo caſu,Curt.iun.conſ.111. Difficultas præſentis conſultationis,col.1. ſub num.2. verſ. Et iſtam opinionem,Alexan.de Imol.conſ.37. Viſo themate ſupraſcripto,col.4.circa med.verſ. Tamẽ ſpecialius reſpõdendo,lib.6. Et ſic nepotes excluduntur cum de præiudicio iuris tertij tractatur,vt in ead. l. ſed & milites, §. 1. inquit idem Bald. ante fin. verſic. Item not. quòd quando agitur.

Sed rationem huius text.intimius perquirẽ-
11 do,reſponderi poteſt† ob id aduerſus filios eorum qui eidem ordini militiæ communicauerunt, & omnium qui olim milites fuerunt intra annum quidem miſſionis milites remiſſionem habere,poſt annum verò nequaquam,cum honoris militiæ coæqualitas, fortior priuilegio videatur : nunc illa poteſt diuerſitatis ratio aſſignari, vt non mirum ſi honoris coæqualitas in nepotes non transfundatur, cum filij patre viuente,ac militante participes eſſe laborum militaris ordinis videantur,iurisque miniſterio ſit ſi exacta militia naſcerentur,vnde militaris honor reſultare perſpicitur: nepos deinde in vlteriori gradu poſitus,in quo aui militis honor nõ ita rutilat, redundat, ſiue exuberat, per intermediam perſonam meritò excluditur, licetque honoris aliquid transfundatur,coæquale tamẽ non eſt,vt textus intelligit. Videtur adhuc pro declaratione circa ſecũdum gradum nepotum poſſe ita diſtingui,vt loco priuatorum nepotes tantum illorum qui olim milites fuerunt credãtur,ſecus verò commilitonum nepotes, cum in primo gradu Iuriſconſultus inter eos qui eidẽ ordini communicauerunt, eosque qui olim milites fuerunt,differentiam cõſtituere videatur, dum autem in fine nepotum meminit, illorum tantum qui olim in militia fuerunt, in tantum, quòd in filijs illorum eiuſdem ordinis contrarium nõ ab re ſenſerit, cum licet ſtilla honoris, vt dicebam,transfuſa non ſufficiat,& uis illa pene extincta,attamen amore,& animorum quadam indulgentia, ob ordinis,laborum,temporum, vitæque in militia nexum,& quaſi vnitatem reuiuiſcit ac conſurgit,vt transfuſionis debilitatem roboret,atque impleat, & ex duplici vinculo milites minimè tunc excuſentur.

Quartò ex intẽtione Baldi in d. l. maximum vitium, num.3.4. & 5.eadem negatiua opinio
12 poteſt hac ratione validari:† Aut nomen inſpicimus,& nomina diuerſa ſunt, vnde cum in nomine appellatiuo differant filius & nepos, non ſunt idem,l.ſi quis in fundi vocabulo,ff.de leg. 1.Aut genus conſideramus, & idem, nam prima generatio eſt filius, ſecũda generatio eſt nepos: vt in §.emphyteuſim,in auth. de nõ alien. Aut attendimus patriam,& ſi nepos à linea prima naſcatur,per ſe originem ſortitur, l. aſſumptio,ff.ad municip.Aut reſpicimus perſonam, quæ propria eſt anima, & eſt formalis pars hominis,& alia eſt(vt ipſe Bald.inquit)anima patris, alia anima filij,quod natura manifeſtũ redditur:Aut conſequentia intuemur,& idem,vn-
13 de ingratitudo patris† non eſt ingratitudo filij,l.Diui fratres,ff. de iur. patron.l. emancipatum,§.fin.ff. de ſenat.l.2. ff. de interd. & releg. l.3.§.ſi emancipatus,ff.de contratabul.& priuatio filij non eſt nepotis priuatio, l. Gallus,§. & quid ſi tantum,ff. de liber. & poſthum.l. qui in aliena,§.interdum,ff. de acq. hæred. Aut denique definitionem rimamur,& cum filij & nepotis definitiones diuerſæ ſint,nec vna alteri competat,filij enim definitio hæc eſt,filius eſt generatio prima, ſed hæc definitio non competit nepoti; maior probatur,nam filius definitur, qui ex viro & vxore naſcitur, l. filium eum definimus,ff. de his qui ſui ſunt, vel al. iur. ſed dictio ex, cauſam immediatam denotat, ergo nepos propriè filius non eſt, quia non ex vxore naſcitur,ſed ex nuru,vt hinc cõcludendum ſit diuerſa in definitione,in ſubſtantia itidem diuerſa cẽſeri,l.1.§.dolum,ff.de dolo, l. fin. & vtrobique notatur,ff.de verbor. ſignif. & eſt arg.in l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. vt de primo ad vltimum reſultet,nepotem non poſſe appellatione filij contineri.

Hæc tamen ratio eadem facilitate reuellitur qua aſſeritur,cum nomen filius interdum reſpectu gradus proferatur, tuncque nepotem non continet,l.iubemus,C.ad Trebell.interdum reſpectu affectionis determinatæ,& idem,d.l.Gallus,§.& quid ſi is.Interdum reſpectu naturæ,& tunc continetur nepos,l. tutelas, in princ.ff. de cap.dimin.Sed in dubio videtur proferri reſpectu naturæ,l.fin.C. de his qui ven.æt.impetr.diſpoſitio enim legis ſecundum rationem regulatur, non ſecundum affectum animi, ergo &c. arg.l.fin,C.famil.erciſc. Natura igitur inſpecta

per

per quandam ſanguinis transfuſionem, miſti-
camque iuris virtutem, licet nepos ex nuru na-
ſcatur ex primis nuptijs gigni creditur, nec ali-
ter eſſe poteſt quin diuerſi ſint, non tamen quo
ad iuris effectum, vt eſſentia in his terminis nõ
attenta, ob amoris deſcenſum, poteſtatemque
vnus appellatione alterius comprehendatur,
quis neſcit patrem filiumque diuerſos eſſe, qui
tamen pro vna perſona effinguntur, quemad-
modum vir, & vxor, c. gaudemus, de diuort. ca.
lex diuinę, 33. q. 2. vt alia ſimilia prętream. Eſt
ergo dicendum afferri definitionem ibi quo ad
perſonarum & graduum diſtinctionem: non au
tem quo ad veras propriasque verborum ſigni
ficationes, & ita procedere textum in l. Iuriſcõ
ſultus, §. ſecundo, & §. tertio gradu, ff. de gradi-
bus. Regulam autem impugnando, nouum nõ
eſſe, licet duo diffinitione differant, alterum ſub
alterius voce comprehendi, ſicuti in hærede, &
bonorum poſſeſſore, qui licet definitione diffe
rant, hęredis tamen appellatione bonorum poſ
14 ſeſſor † continetur, Bart. in l. 1. col. 12. num. 51.
vbi Socin. ſen. col. 3. num. 8. ff. de vulg. & pupil.
Bart. in princ. Dec. col. pen. in 1. lect. & Io. mar.
Rim. col. 8. in rubr. C. qui admitt. Alex. in l. 1.
colum. 5. & in l. emancipata, num. 5. & ibi etiam
Dec. col. fin. verſic. Et pro reſponſione, eod. tit.
idem Socin. in l. in cõditionibus, §. ſi patronus,
in 2. not. ff. de condit. & demon. Gulielm. de Be
nedict. in c. Raynutius, in verb. Mortuo itaque
teſtatore, il 2. num. 153. verſ. Præterea quia, ex-
tra de teſtam. Vbertin. Zuchard. in l. fin. num.
303. & 304. C. de edict. Diu. Adr. toll. Nicol.
Bellon. conſ. 42. Communiter in Italia, num. 4.
verſ. Secundo bonorum poſſeſſor, facit text. in
l. 1. §. bonorum, ff. ad Trebell. & in d. l. in condi-
tionibus, §. patronus. Quamuis bonorum poſ-
15 ſeſſor † propriè hæres non ſit, §. quos autem,
Inſtit. de bon. poſſ. Andr. Alciat. in l. Hæredita-
tis appellatione, verſ. Et loco hæredis eſſe, ff. de
verborum ſignif. Franciſc. Mantic. in tract. de
coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 17. colum. quinta,
numer. 17. verſic. Et tamen pluſquam manife-
ſtum eſt.

Vlterius, non illam ſemper propoſitionem
16 veram eſſe, † vt cui definitio competit, & defini
tum, ac propria rei definitæ ſignificatio tribua-
tur, & à quo ipſa remouetur, propriętas ſubſtã
tiaque euaneſcat, textui etenim in l. iurisgen-
tium, §. quod ferè, ff. de pact. definitionis verba
conueniunt ſtipulationis, & tamen non ibi ſti-
pulatio, ſed pactum eſt. Id ipſum ex. §. fi. Inſtit.
de ingen. iuncto initio, Inſtit. de libertin. com-
probatur libertinus ibi dicitur, qui ex iuſta ſer-
uitute manumiſſus eſt, at in dict. §. fina. ſtatui-
tur, ab hoſtibus captum ingenuum, poſteaque
manumiſſum, ingenuum nihilominus appella-
ri, vbi fictionis regulæ? vbi æquitatis lenitas?

Quintò demum ad ita ſentiendum probabũ-
tur, cum alienationis à teſtatore filijs facta pro-
17 hibitio † nepotes nequaquam comprehendat,
§. nos igitur, iunct. gloſſ. in auth. de reſtit. fidei-
com. coll. 9. & ibi hoc not. Ang. & Iacob. de Bel
uiſ. idem ſentiunt Bart. in l. Lucius, §. Sempro-
niæ, nu. 3. verſ. Sed quid ſi prohibuit, ff. de leg.
3. Dyn. Rayn. de Forliu. Bart. num. 20. verſic.
Quærit Dyn. Bald. verſ. Quærit hic Dynus, &
Ioan. de Imol. colum. 4. in princ. num. 15. verſic.
Item adde, in l. filius famil. §. Diui, vbi Alexan.
colum. 6. in fin. num. 25. verſic. Item tetigit hic
Dyn. Iaſ. in 1. lect. col. 14. verſ. Decimo quærit
Bart. & in 2. lect. colum. 21. nume. 146. Ferdin.
de Loaz. col. 64. num. 98. verſic. Nono quærit
Bart. communem opin. eſſe affirmans, & Ioan.
Crot. colum. 28. num. 126. verſ. Quærit demum
Bart. & is de recepta opinione atteſtans, ff. de
leg. 1. Cyn. Bald. col. fin. numer. 13. verſ. Quæro
vtrum ſi prohibeatur filius, & Salic. col. 1. num.
4. verſ. Quæro ab extra, C. de fideicom. Iaſ. in l.
Gallus, §. inſtituens, col. 4. in fin. num. 21. verſic.
Confirmatur & quinto, ff. de lib. & poſth. Bald.
in l. quisquis, col. 2. circa med. num. 3. verſ. Vn-
de quando filius prohibetur, C. ad l. Iul. maieſt.
& in l. Titius teſtamento, in princ. verſ. Tamen
contra, d. tit. de lib. & poſth. Alex. conſ. 1. Perſpe
ctis verbis, col. pen. num. 13. verſic. Vnde vide-
mus, lib. 1. conſ. 55. Ponderatis his quæ in the-
mate, circa fin. num. 11. in verſic. eiuſdem initij,
ſcilicet, Vnde videmus, lib. 3. conſ. 59. Attentis
verbis teſtamenti, col. pen. numer. 20. verſ. Nec
dicatur, eod. vol. & conſ. 36. Viſo themate, col.
fin. in prin. num. 14. verſ. licet ſecus ſi diceretur,
eod. vol. conſ. 56. Aldrouandus, num. 1. verſ. Et
hoc dicit gloſſ. lib. 5. conſ. 37. Viſo themate ſu-
praſcripto, col. 2. num. 5. verſ. Decimo proba-
tur, lib. 6. conſil. 140. Viſo dicto teſtamento, in
princ. eod. vol. Lud. Rom. conſ. 457. Circa prę-
poſitam conſultationem, col. 1. in princ. verſic.
Aut teſtator prohibuit filios, Iaſ. conſ. 52. Mate
ria præſentis conſultationis, col. 1. in fin. verſic.
Confirmatur quia quando teſtator, lib. 3. Soc.
ſen. conſ. 43. Viſis teſtamento, colum. 1. in prin.
num. 1. lib. 3. conſ. 73. Capiendo primum, col.
6. in fin. num. 24. verſ. Sed in prohibitis aliena-
tionibus, libro 4. & in reg. 284. incip. Pater, in
prin. Dec. conſ. 95. Et pro tenui facultate mea,
colum. 4. in princ. verſ. Et hoc idem comproba
tur, vbi paulò inferius de Clariſſimo Iuriſconſ.
Dominico Bonſio Florentino meminit, conſil.
182. In caſu occurrenti, col. 1. circa med. verſic.
Tertio aduertendum eſt, Pariſ. conſ. 32. Potiſ-
ſima dubitatio. col. 4. num. 38. verſ. Quibus in
locis, lib. 1. conſ. 31. Conſiderato primo capite,
colum. 5. in princ. num. 27. verſ. Et talis prohi-
bitio,

bitio,lib.2.conſ.92.Prima dubitatio,col.7.numer.51.verſ.Hinc Alex.eod.vol.conſ.1.Vulgatum eſt,colum.4.num.38.verſ.& Alexand.lib.tertio,conſ.7.Aliàs viſis conſilijs,col.3.nu.16. verſ.Nec obſtat aliud,& conſ.50.Exteſtamento condito, col.fin.num.58.& 61.eod.vol. M. Mant.conſ.194.Fuit aliàs, col.fin.num.18.lib. primo,Curt.iun.in l.venia, nu.24.C. de in ius voc.& conſ. 43. Habita diligenti conſideratione,col.pen.num.11.verſ. Nec obſtat præmiſſis, vbi communem etiam dicit, conſ. 111. D.Paulus de Raude,in princ.verſic.Quemadmodum dicimus,Andr.Alciat.conſ. 2. Donationis verba,num.19.lib. 8.conſ.8.Verba pacti,num.12. conſ.11.Donationis verbis,num.3.conſ.35.Eſt diffuſe conſultum,num.3.conſ.36.Facie prima videtur,num.5.conſ.44.explicitus eſt caſus preſens,num.9.conſ.68.Magnifici Domini, num. 29.conſ.71.Lecto conſilio,numer.7.conſ.205. Propter difficilem coniecturam,num.1. libr.9. Socin.iun.conſ.112.In cauſa nobilis D.Corneliæ,col.3.cum ſeq.num.20.verſ. & hoc præſertim,lib.1.conſ.163.Subtilis admodum, num.9. 14.15.16.17.& 21.lib.2.conſ.13. Reſolutio præſentis conſultationis,col.4. numer. 10. verſ. Et hinc,inter cætera, lib.4.conſ.31.Viſa inueſtitura,col.8.ſub num.18.verſ.Sed reſtat ſcrupulus, eod.vol.Carol. Ruin.conſ.208. Præmittẽdum eſt primo, col.3.num.4. verſ. Nec tranſit dicta prohibitio, lib.1.ſiue fuerit nomine proprio facta,ſiue nomine appellatiuo,vt ibi,conſilio 18. Quæritur an Laurentius,col.3.num.10.verſic. Sicut videmus,lib.2.conſ.101. Super his,col.7. num.17.verſ. Prohibitio ergo, conſ. 108. Viſa ac bene intellecta,col.3.ſub num.4.verſ.Quinimo ſi filius,conſ.109.Videtur omnino, colum. quinta,num.14.verſ. Et iſtud,conſ.112. Super primo,col.3.num.3.verſ. Et quod plus eſt,conſilio 117. Viſo teſtamento Antonij, num.1.verſ. Sicut facta filijs,conſ.122. De duobus principaliter,col.2.in princ.num.3.verſ. Sicut prohibitio, conſ. 127. Scio quod ad diſſentiendum,colum.1.in princ. conſ. 130. Viſo teſtamento Nicolai,col.1.num.3.verſ. Ex hoc enim, conſ.131. Quia iam pridem,col.1.nu.3. verſ. Quando igitur,conſ. 136. Quæritur vtrum, colum. 2.num. 6.verſ.Similiter non obſtat, libr.2.idem Ruin. conſ.134. Circa caſum,colum.7.ſub num.14.circa med.verſ.Et primo quia prohibitio,lib.3. cõſilio 171.Præſuppoſita validitate decreti, col.4. num.12.verſ.Sicut dicitur prohibitio alienationis,conſ.168.Viſo ac perlecto teſtamento, col. 10.in princ.num.27. verſ. Inſuper non obſtat, eodem vol.Alex.de Neuo,conſ.16.Non figuro caſum,col.3.num.9.verſ.Et pro hoc facit,conſilio 80.Vidi quæ ſupra conſulta ſunt, colum.1. num.primo,verſ.Pro hoc etiam facit, Auguſtinus Bero.conſ.85.In hac cauſa, col. 4. num.9. verſ.Hinc videmus,lib.2.Franciſc.Burſat.conſilio 13.Nob. D.Iulianus, col.4.num.13. conſ. 52.In caſu,num.32.& conſ.præceden.51.Si grauem,pariter num.32.libro primo, Petr.Ant.de Petr.in tract.de fideicom. prohib. quæſt.2.col. quarta,in princ.numer.17.vbi communem eſſe affirmat,in verſ.Et pulchrè,fol.26. Iacob. Menoch.conſ. 85. Propoſita hæc conſultatio. col. 22.num.117.verſ.Et in ſpecie, vbi poſt Franciſcum Rip.communem eſſe inquit,libro primo, conſ.215.Diu ac multum anceps, col.8.numero 37.libr.3.conſ. 424. Cum illuſtri, col.7.numero 10.verſ.Et ideo,libr.quinto, Ioan. Petr. Surd.conſ.67.Breues ſed ingenio elaboratę,colum.7.in fin.num. 23. verſ. Quinto facit, libro primo,Rolan.de Vall.conſ.43.Negari non poteſt,col.6.num.48.verſ.Et non extendatur,lib. quarto,Franciſc.Marzar.conſ.4. Viſo & perlecto teſtamento,col.quarta,nu.20. verſ. In qua ideo,Celſ.Hugo,conſ.68. Teſtatrix quædam, colum.quinta,num. 8. verſ. Hinc ſi pater. Sed quid pluribus opus eſt,cum hæc concluſio receptiori Interpretum calculo reſoluta conſpiciatur? quam etiam comprobat Ludouic. de Molin.in tract.de Hiſpan.primogen. lib.primo,ca. 4.col.tertia,num.11.verſ.Cum ſit regulare,fol. 18.vbi poſt Didacum Toletanum communem eſſe ſcribit:de qua etiam teſtatur Ioan. Anton. Rub.Alex.conſ.1. Præſupponitur in facto, col. pen.in fin.numer.13.ſub verſ.Imo dico. Quicquid ipſe cõtrarium opinari auſus fuerit, Petr. Anton.Anguiſc.conſ.47.Miror,num.3. libr. 6. Vbertin.Zucchard.conſ. 75. Ad claram, num. 216.conſ.71. Viſa ac bene intellecta,num.8.

Cæterum ea ratione in d.§.nos igitur,alienationis prohibitio ad nepotes non extenditur:cũ
18 filij prohibiti † proprijs nominibus deſignentur,vt in princ.d.auth.§.volo autem,& in d.verſic. Nos igitur,ibi, Verbis ipſis inuenimus hæredibus demonſtratis alienationem interdictam, vt parum præſenti indagini text. iſte aptari poſſit,cum in claro tunc verſari arbitremur, Bart. in l.Gallus,§.inſtituens,ante fin.verſ. Ad ſecundum dictum,de liber.& poſthum. in d.l.liberorum,col.3,ſub num.5.verſ.Sed non videtur,de verbor.ſignif. Alex. conſ. 37. Viſo themate ſupraſcripto,col.2.num.4.verſ. 2. non obſtat, libro 6. Ludou.Gozad.conſ.4. Prima facie videtur,col.2.num.4.verſ.Quinto licet,conſ.29.Videtur prima facie dicendum, col.3.numer.14. verſ.Secundo non poteſt dici,conſ.36.In facto præſupponitur,col.3.num.10.verſ. Octauo cõſidero Pariſ.conſ.20.In hac conſultatione, colum.6.num.57.verſ.Et etiam, lib.3.Curt.iun. conſ.57. Habita diligenti conſiderat.col.2.numero 2.verſ. Pro cuius fundamento, conſ.113.

Pro

Digitized by Google

Pro reſolutione motiuorũ,in princ. dicens hoc eſſe notiſſimũ,& conſ.114. Non poſſum non mirari,col.1.num.5.verſ.Sed quid fortius, conſ. 121.Præſupponitur in facto,col.3.num.9.verſic. Ex alio etiam capite,Socin.iun.conſ.66. Viſis teſtamentis,col.2.verſ.Reſpondebitur & de plano,lib.4.dicens eſſe communem & indubitatam opin.& citra omnem diſputationem Doctorum,conſ.149.Propoſita quæſtio.col.3.ſub num.7.lib.2.Ioan.Crot.conſ.13.Mature & diligenter,col.5.num.18.verſ.Prout dicimus,Alexand.de Nẽu.conſ.17. Vidi,numer.1.Iacobus Mandell.Alba.conſ.29.Pro deciſione,num.13. libr.1. Carol.Ruin.conſ.130. Viſo teſtamento Nicolai,col.2.num.5.verſ.Et quia etiam,libro ſecundo.Et quando filij eſſent proprijs nominibus demonſtrati,& poſtea diceretur.Si dicti filij mei,vt nepotes penitus arceantur.Dec.conſilio 291.Viſis & diligenter conſideratis, col.3. verſ.His præmiſſis,clarius Gozadin.d.conſ.29. colum,tertia,num,15.verſ. Sed hic eſt facta mẽtio,Carol.Ruin.conſ.117.Viſo teſtamento Antonij,col.1.num.1.& 2.lib.2.& conſ.181.Viſis conſilijs,col.prima,num.2.verſ.Cum ergo,codem vol.Vdalric. Zaſ.conſ. 7. In cauſa,lib.primo.Idem ſi eſſet dictum:Si dicti filij ſui,Socin. iun.conſ.163. Subtilis admodum, col.3.num. 9.verſ.Et primo poteſt illa concluſio,lib.2.Idẽ etiam vbi eſſet dictum,alij ſuperſtites ſuccedãt, vt in caſu Ruin.d.conſ.111.col. prima,ſub numero 2.verſ.In hac ergo ſubſtitutione, d.lib.2.

Quando autem nominatim vocati intelligãtur, egregie explicat id quadrupliciter aſſumendo,idem Carol.Ruin.conſ. 134. Viſo ac perlecto teſtamento,col.pen.in fin. num.23. verſic. Sed quando aliqui,& col.fin.num.24.verſ.Nominatim enim,d.vol.2.Et ita Iacob. de Beluiſ. dictum text. vltra Bart. & alios reſtringebat,& declarabat.

Porrò, quod de alienationis prohibitione (communi opin.retenta)proferũt Interpretes, non procederet Primò, vbi eadem prohibendi
19 ratio,vel maior ita nepotes ſicut filios† aſſumeret, vt bona perpetuò in familia remanerent, tunc nanque de perſonali in realem tranſiret, Bart.in l.pater filium,§.fundum Titianum, numero 2.ff.de leg.3. Ludouic.Rom.d.conſ.457. Circa propoſitam conſultationem,in 2.dub.columna 1. verſ. Aut prohibuit alienare, Paul.de Caſtr.conſ. 302. Viſis & diligenter conſideratis,col.3.num.tertio,in 2.dub.lib.1. Socin. ſen. conſ.43.Viſis teſtamento, col.1. & 2. vſque ad num.5.lib.3.Dec. conſ.23. Et pro tenui facultate mea, col.3.nu.5.verſ. Septimo hoc idem, conſ.182.In caſu occurrenti,col.quinta,numero quarto,verſ.Secũdo dicitur quod nepotes,Paris.conſil.32. Poſſima dubitatio exoritur,col. quarta,num.38.verſ.Quibus in locis,lib.1. vbi concordantes allegat,conſ.52.In hac conſultatione,col.3.num.16. verſ. Nam obiectio, libro ſecundo,conſ.92.Prima dubitatio,col.7.num. 51.verſ.Hinc Alexander,eod.vol. conſ.1. Vulgatum eſt,col.5.num.38.verſic.Et Alexander, lib.3.conſ.7.Aliàs viſis conſilijs,col.3.numero 18.verſ.Et in terminis noſtris,conſ.50.Ex teſtamento condito,col.fin.num.61.verſ. Et hoc,cõſilio 52. Certum eſt,col.quinta,num.29. verſ. Et quia ipſe teſtator,eod.vol.3.Curt.iun.conſ. 43.Habita diligenti,col.pen.num.11.verſ.Nec obſtat præmiſſis,Laurent. Siluan.conſ.25. Viſo puncto,col.8.num.25.verſ.Tamen iſtud nõ procedit,vbi late,in 1.part.Carol.Ruin.conſil. 101. Super his, col.7.num.17.lib.2.Ioan. Petr. Surd. conſ. 67. Breues ſed ingenio elaboratæ, col.7.num.23.verſ. Quinto facit, lib.1.Didac. Couarr.lib.3.reſolut.cap.quinto,num.4.Antonius de Padill.in l.voluntas,num.21.& 26. C. de fideicom.Ludouic.de Molin.in tract.de primog.Hiſpan.lib.1.cap.4.num.29.verſ. Vltimo
20 etiam. Sicut & ſi turrim † alienari teſtator vetuiſſet, quæ totius familiæ eſſet ſecuritas, arg. gloſſ.in l.quoties ab omnibus,in gloſſ. magna, quæ notabilis eſt,C.de fideicom.Iaſ.in l.filius-fam.§. Diui,in 2.lect.num.147.Socin.iun.cõſilio 108.Viſo puncto,col.2.num.5.verſ.Sicut videmus,lib.2.conſ.13.Reſolutio præſentis cõſultationis,col.9.num.19.verſ.Sicut in ſimili dicitur,lib.4. vbi egregie loquitur, Carol.Ruin. conſ.208.Præmittendum eſt primo, col.8. ſub num.16.verſ.Ac etiam potuiſſet, lib.1. Anton. Capic. deciſ. 108. In cauſa magnifici Franciſci Marramaldi,col.3.num.4. verſ.Ad conſiderandum autem.

Quamuis igitur tex.in d.auth.de reſtit. fidei com.§.nos igitur,diſponat etiam,quando quis bona ſua alienari prohibuerit ea ratione, vt in familia conſeruentur, prohibitionem hãc quartum gradum non excedere. Ad differẽtiam ſuc
21 ceſſionis per ſubſtitutionem expreſſam, † quæ finitur in decimo gradu,vt per Dec. conſ. 321. In cauſa quæ Alexandriæ,col.2.numer. 4.& 5. Soc.iun.conſ.140. Licet multæ quæſtiones,colum.fin.num.14.verſ.Sed in ſucceſſione agnatorum, libr.3. In ſucceſſione enim fideicommiſſi proceditur vſque ad decimum gradum,ad inſtar ſucceſſionis ab inteſtato,& non vltra. Iacobus Birett.conſ. 39. colum.4. in fin. Niſi aliud conſtet de voluntate teſtatoris,puta,ſi ſit dictũ de deſcendentibus,vt ibi,col.5.& 8. illud tamẽ intelligendum eſt, niſi ex mente teſtantis comprehendatur ipſum teſtatorẽ voluiſſe eam pro
22 hibitionem perpetuam † futuram eſſe,quartũque etiam gradum tranſcendere, tunc enim ea prohibitio perpetuò etiam vltra quartum gradum ex teſtantis voluntate ſeruabitur, Quod volucre Iacobus de Beluiſ. & Ang. in d. §. nos

igitur,

igitur, Iaſ. in l. filius famil. §. Diui, in 2. lect. numero 155. & in 1. lect. num. 113. ibidemque Ferdin. de Loaz. num. 493. idem Iaſ. in l. fin. num. quinto, C. de hæred. inſtit. Alex. conſ. 56. Conſideratis verbis teſtamenti, in princ. num. 1. libro primo, quod eſt repetitum, conſ. 23. lib. 2. Dec. conſ. 635. Viſo copioſo, & eleganti conſil. col. 1. num. 8. verſ. Et ad hoc facit, eſtque communis opin. vt teſtatur Didac. Couar. lib. tertio reſol. d. cap. 5. num. 4. Et quamuis de ea dubitet, tamen ibidem, in verſ. Verũ Iuſtiniani Conſtitutionem: illam veram eſſe cenſet, quoties ex aliquibus coniecturis percipi poſſit teſtatorem voluiſſe eam prohibitionem perpetuò futuram eſſe, quartumque & vlteriores gradus tranſcẽdere, quam etiam poſt Segur. in l. filius, numero 108. Xuar. in l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtam. limit. l. Regiæ, col. vlt. & Franciſc. Piſcinam de ſtat. excluſ. fœmin. num. 55. tenet & communem dicit, Ludou. Molin. in d. tract. de Hiſpan. primog. d. lib. 1. cap. 4. num. 30. verſ. Et quamuis, fol. 22.

Et licet quando eſſet dictum in perpetuum
23 velint permulti prohibitionem alienationis † vltra quartum gradum non extendi, ponderantes ad hoc Alexandrum d. conſ. 56. num. 1. libr. primo, ac ſubdentes male per aliquos in contrarium allegari, prout eum ita intelligit Iaſ. in d. l. voluntas, in 2. lim. num. 9. col. fin. C. de fideicom. Socin. iun. d. conſ. 140. numer. 2. d. libro 3. & Socin. ſen. conſ. 227. Præſens conſultatio, col. 4. in fin. verſ. Confirmo hanc cõcluſionem, & col. 5. verſ. Et pro iſta opinione, etiam videtur caſus, lib. 2. & conſ. 251. Quoniam in præſenti conſultatione, col. 3. in fi. verſ. Et pro hac concluſione, eod. vol. Ioan. Cephal. conſil. 268. Bona quæ remanſerunt, col. fin. num. 30. verſ. Et quamuis etiam D D. lib. 2. vbi idem dicit de verbo in infinitum, vt per eum, vt Alciatum per alios relatum nunc prætermittam.

Diuerſam tamen ſententiam plures ample-
24 xit † ſunt, & nuncupatim Socin. ſen. conſ. 43. Viſis teſtamento, col. 2. numer. 2. & 3. libro tertio, vbi ponderat verbum perpetuò, iunctum verbis, ad deſcendentes peruenire, vt per eum, Auguſt. Bero. conſ. 88. Poſt editum conſilium, colum. 2. num. 1. lib. 2. Ioan. Crot. conſ. 48. excellentiſſimus Iureconſultus, col. 7. num. 30. verſ. Secundo argumento, & infra lib. primo, vbi citat Alex. conſilia, & Andream Barbat. in ſua celebri rep. l. cum acutiſſimi, colum. 58. C. de fideicom. vbi in prin. columnę dicit, vidiſſe dubitari de hoc, teſtator dixerat, quòd volebat, vt bona ſua remanerent perpetuò in familia, vtrũ hæreditas tranſiret de iure de deſcendentibus ad deſcendentes: & dicebatur, quòd non poterat extendi vltra quartum gradum, nihilominus ſe conſuluiſſe contrarium & allegaſſe Iacobũ de Beluiſ. in d. §. nos igitur, dicentem, quòd ſi teſtator facit mentionem de deſcendentibus, puta, quia prohibuit liberos ſuos alienare, volens ad deſcendentes ſuos perpetuò peruenire, prout fecerat Franciſcus Accurſius in ſuo teſtamento, tunc extenditur vltra quartum gradũ, & in infinitum, & ita vidiſſe poſtea conſultum per venerandum Collegium Bononienſe, & in hanc partem videtur inclinaſſe Petr. Anton. de Petra, in tract. de fideicom. prohib. quæſt. 8. nũmer. 35. verſ. Contrarium tamen tenuerunt.

25 Quinimò non defuere Doctores † qui dixerint text. in d. §. nos igitur, de prohibitione alienationis non extẽdenda vltra quartum gradũ, etiam ſi teſtator dixerit de deſcendentibus, vt per Socin. d. conſ. 140. num. 28. in fin. vol. 3. & Cephal. d. conſ. 268. num. 25. & infr. libro ſecũdo. Quorum opinio plurimum periculoſa videtur, cum deſcendentium voce, omnes in infini-
26 tum † deſcendentes includantur, §. 1. in auth. de hæred. ab inteſt. ven. l. fin. C. de ſuis & legitim. l. cognoſcere, §. fin. ff. de verbor. ſignif. Alexan. conſ. 18. Attentis narratis, col. fin. ſub num. 17. verſ. Et ſi contrahentes, libro 5. conſ. 160. Viſo themate ſupraſcripto, col. 1. num. 3. lib. 2. Dec. conſ. 364. Viſis his, col. 2. num. 1. Pariſ. conſ. 20. Conceſſio in perſonam, col. 2. num. 11. lib. primo, conſ. 22. De tribus principaliter, col. tertia, num. 19. lib. 3. Andr. Alciat. conſ. 36. Facie prima, num. 10. libr. 9. conſ. 104. Hæſitationibus, num. 1. conſ. 205. Propter difficilem coniecturam, num. 4. eod. vol. Socin. iun. conſ. 80. Viſo, num. 4. lib. 2. conſ. 81. Licet, num. 10. lib. tertio, conſ. 13. Reſolutio, num. 1. lib. 4. Io. Crot. conſ. 146. Olim per Epiſcopum Ceſenatem, num. 4. lib. primo, Nicol. Bellon. conſ. 82. In materia, num. 1. vbi dicit eſſe verbum latiſſimum, Ioan. Cephal. conſ. 46. Adhuc uidetur, col. 11. numero 47. lib. 1. Hippol. Rimin. conſ. 371. Exoritur controuerſia, num. 23. lib. 4. conſil. 501. Per Illuſtr. Dom. num. 19. lib. 5. conſ. 763. D. Anton. num. 19. lib. 7. conſ. 790. Cum proponatur, ſub num. 5. eod. vol.

27 Et contrarium ſentit † Alexan. d. conſ. 56. colum. 2. ſub num. 2. verſ. Et ita eſt de mente Iacobi de Beluiſ. d. vol. 1. pariter etiam Ruin. conſilio 123. Quia circa caſum, col. 6. in fin. numero 17. verſ. Et pro prædictis facit etiam, lib. ſecũdo, in caſu inquam, vbi verbum deſcendentes, & perpetuo, ſimul iungũtur, vt etiam per Dec. conſ. 481. In caſu de quo Peruſij, col. 3. num. 9. verſ. Et ad hoc bene facit, dicentem, prohibitionem extendi vltra quartum gradum, quando per verba vniuerſalia facta conſpicitur, vt puta ſi dixerit teſtator, quòd vult bona ſua perpetuò permanere apud ſuos deſcendentes, ex tribus Alexandri conſilijs per eum relatis, Quod quidem cenſuit Iacob. de Beluiſ. in prædicto loco,

& in

& in hoc caſu conſuluit Collegium Bononienſe, vt referebat Andr. Sicul. vbi ſupra. Ferdinandus de Loaz, in §. Diui, colum. 73. num. 99. verſic. Hinc ſingulariter, ibidemque Ioan. Crot. colum. 30. num. 129. verſ. Confirmatur & ſecundo, Petr. Anton. de Petr. in d. quæſt. 8. num. 40. & 41. rurſus Carol. Ruin. conſ. 127. Scio quòd ad diſſentiendum, colum. 4. ſub num. 9. verſic. Si ergo exprimatur ratio, d. volum. ſecundo, vt hæc poſterior opinio verior, & receptior appareat.

Secundò, dicta concluſio de prohibitione alienationis non extendenda ad nepotes, procedit in filijs, ſecus † ſi liberis fieret, vt Cyn. in d. l. voluntas, annotauit. 28

Tertiò, non procederet dicta principalis cõcluſio, cum teſtator non filios prohibuit, ſed hęredem, tunc enim prohibitus etiam cenſebitur hæres hæredis, l. pater, §. Iulianus, de leg. 3. late Socin. in reg. 285. incip. Pater licet, in 2. fallen. Et ſic omiſſis Baldi, & Ioan. de Imol. in d. l. Titius, in princip. & eiuſdem Imol. in d. §. Diui, ac aliorum alibi reſponſionibus, videtur certè dictum text. in dicto §. nos igitur, commode euitari poſſe, rationes hinc inde breuiter perſtringendo.

Altera igitur ſuperiori contraria eſt opin. q imò in vltimis voluntatibus † ſub filiorum voce nepotes complectantur, quam ſequuti ſunt Anton. de Butr. in cap. quibuſdam, columna 2. verſ. Secundo caſu de pœnis, Cardinal. Florent. in cap. 2. in 2. quæſt. & ibi idem Dom. Anton. de verbor. ſignif. rurſus Cardinal. in rubr. de paren. qui fil. occid. Petr. de Anchar. in Clem. 1. colum. 2. verſ. Primo caſu, de baptiſm. gloſſ. in l. Lucius, 2. vbi Ang. ante numerum tertium, verſic. Et ideo ſi teſtator, & Ioan. de Imol. ante numerum ſecundum, verſ. Et in eadem lege, ff. de hæred. inſtit. idem Angelus in l. Gallus, §. inſtituens, num. 2. ff. de liber. & poſthum. Bald. in l. prima, colum. 1. in fin. ante num. 3. verſic. Item quia nomine filij, C. de condit. inſert. Oldrad. conſ. 269. Thema ſiue tenor facti, colum. 2. verſic. Nam ſecundum, Iacobus Butrig. conſ. 364. Condidit teſtamentum, inter conſil. Baldi lib. quarto, & ipſe Bald. conſil. 487. In iſto puncto multum dubito, in fin. lib. 2. verſ. In bonis ſiquidem, conſ. 13. Punctus talis eſt, Quidam teſtator, num. 2. verſ. Et ideo, libr. 3. conſ. 302. Non continentur, verſ. Aut non conſtat, conſ. 362. opiniones variæ ſunt, & conſ. 413. Viſo teſtamẽto Bozzanis de Burgo. verſ. In cõtrarium, quia nomine filiorum, lib. 4. Ludouic. Roman. conſilio 129. Licet magna, colum. fin. circa fin. verſ. Vltimo ad hæc faciunt, conſ. 438. In cauſa conſultationis præſentis, in 5. & vlt. dub. colum. fi. verſ. Quæ determinatio, Paul. de Caſtr. conſil. 97. Ne improprijs vtamur vocabulis, colum. 2. num. 3. lib. 2. Franciſ. Aretin. conſ. 146. Reſpondendo ſummatim, colum. 2. verſ. Hoc præmiſſo, & infra, verſ. Ita enim omnia, Alex. conſ. 9. Viſis verbis teſtamenti, col. 2. num. 1. & colum. tertia, ante & poſt num. 3. lib. 1. conſ. 61. Super eo de quo quæritur, num. 2. verſ. Pro prædicta concluſione, eod. vol. conſ. 5. Circa primum dubium, col. 2. in princ. ante num. 3. lib. tertio, conſil. 26. Videretur fortaſſe, colum. 2. num. 5. verſ. Quia vbi in diſpoſitione, eodem vol. conſ. 37. Viſo themate ſupraſcripto, colum. 2. in fin. numer. 8. verſ. Sed præmiſſis non obſtantibus, vbi arguit ad partes, & firmando iſtam concluſionem, contrarijs reſpõdet: nempe quattuordecim argumentis pro alia parte iactis, lib. 6. Andreas Barbat. conſ. 10. Sapienter ſcribitur, col. 5. in fin. conſ. 55. Præclare ſcribitur, verſ. Et prę mitto, libr. ſecundo, Corn. conſ. 97. Primo conſultus, colum. tertia, ſub num. 4. verſic. Ego diſtinguo, & columna quinta, verſ. Et per conſequens, & verſic. Quanto fortius, vbi de communi, libro primo, conſ. 248. Circa hanc conſultationem, colum. 1. verſic. Quia ad hoc reſpondetur, eodem vol. conſ. 207. De pluribus hæreditatibus, colum. quinta, num. 13. verſ. Per quam legem, lib. 2. conſ. 230. Quamquam in hac conſultatione, colum. 6. num. 8. in fin. verſic. Licet hoc medium, lib. 3. conſ. 47. In præſenti conſultatione, colum. 3. num. 6. lib. 4. Benedict. Capr. conſil. 18. Cum viſo & conſiderato, in princ. numero primo, conſ. 22. Et ſi viſo, colum. 3. num. 6. 9. & 11. Abb. conſil. 36. Videtur primo quòd ſic, columna ſecunda, verſic. Quarto adduco, Socin. ſen. in l. hæredes mei, §. cum ita, numero undecimo, ff. ad Trebell. & conſ. 14. Sequendo ordinem, colum. prima, in princ. verſic. Tamen ſecus eſt, poſt Andream de Piſis, lib. 1. conſ. 90. Abunde & ſubtiliter, columna fin. ante numerum tertium, verſic. Pro hoc etiam adduco, eodem vol. conſ. 249. Materia præſentis conſultationis, colum. 1. num. 2. verſ. Secundo confirmatur, vbi communem opinionem eſſe affirmat, libro ſecundo, Iaſ. in l. de quibus, colum. quinta, circa med. ante numerum vigeſimum, verſicul. Sed dico, ff. de legib. in l. ſi extraneus, colum. penul. num. 20. verſic. Confirmo quia licet, ff. de condict. cauſ. dat. & conſil. 52. Materia præſentis conſultationis, colum. 2. in princ. verſic. Et quòd in teſtamentis, vbi concord. alleg. libr. 3. Ludouic. Bolognin. conſ. 4. colum. 3. num. 13. conſil. 59. numero 12. Dec. conſ. 218. In caſu ad me tranſmiſſo, columna quarta, num. 12. conſilio 391. In caſu propoſito, colum. ſecunda, numero 5. verſ. Supereſt ſolum, dicens iſtam opinionem eſſe communiter approbatam, Ludouicus Gozadin. conſilio 4. Prima facie videtur, columna 4. num. 13. verſic. Certè in vltimis voluntatibus, conſ. 59. Prima facie dicendum, co- 29

lumna 2. num. 12. verſ. Quarto communis eſt opin. Curt. ſen. conſ. 45. Statuto, colum. 7. verſic. Præmiſſis omnibus, And. Tiraquel. in tract. le mort ſeiſit. in 2. part. 5. decl. numer. 2. Marc. Mant. conſ. 87. Viſa particula teſtaméti, per totum, conſ. 198. Viſis dubijs, numero 21. Ioan. Anton. Rub. conſ. 28. Circa præmiſſam facti cõtingen. colum. 3. numero 9. verſ. Non obſtat id quod dixi, Pariſ. conſil. 75. Circa teſtamentum conditum, colum. fin. in princ. num. 65. & 66. verſ. Maxime quando, libr. 2. conſ. 17. eiuſdem initij, colum. 2. num. 7. verſ. Cum appellatione filiorum, libr. 3. conſ. 20. In hac conſultatione, colum. 6. num. 56. verſ. Nec obſtat, eodem vol. Curt. iun. conſ. 22. Præſuppoſito in facto, colum. 6. num. 13. verſ. Prout eſt, vbi de communi, conſ. 111. Dom. Paulus de Raude, colum. 6. num. 7. verſ. Clariſſimum autem, conſ. 113. Pro reſolutione motiuorum, colum. 1. & ſeq. num. 1. 2. & 6. conſ. 116. Ingenioſa admodum, col. antepen. num. 11. verſ. Licet enim, conſ. 128. Omiſſa argumentatione ad partes, colum. fin. num. 12. verſ. Poſtremo aduertendum cenſeo, & conſilio 161. Præſupponiur in facto, colum. 2. numero 3. verſ. Quod tanto magis eſt verum, Andreas Alciat. conſilio 2. Donationis verba hæc ſunt, in princ. lib. 8. conſ. 29. Magnif. Moderni de Vbertis, num. 36. conſ. 191. Mihi periculoſa videtur, num. 2. lib. 9. Socin. iun. conſ. 111. Ex themate propoſito, colum. 4. num. 22. verſi. Et hoc videtur probari, lib. 1. conſ. 114. Viſis ac maturè conſideratis, col. 6. num. 31. verſ. Quoniam primo, conſ. 116. Viſo puncto prædicto, colum. 4. num. 13. conſ. 125. Viſis puncto & teſtamento, colum. 7. numer. 35. conſ. 127. Viſo themate, colum. 3. num. 9. verſic. Nec dubitandum videtur, eod. vol. conſ. 108. Viſo puncto, col. 5. num. 19. verſ. Et licet, lib. 2. conſ. 146. Viſo teſtamento, colum. 4. num. 15. in fin. conſ. 149. Propoſita quæſtio. colum. 2. num. 3. verſ. Quæ opin. de magis communi atteſtans, eodem vol. 2. conſil. 1. Conſiderato themate propoſito, colum. 10. numero 36. verſ. Primo quia dico, & num. 37. verſic. Et pro iſta opin. conſ. 2. Viſo ac maturè conſider. colum. 2. num. 9. verſ. Præſupponendo tamen, conſ. 20. Non diſputabo, column. 3. num. octauo, verſ. Et certe, conſ. 142. Præpoſitæ conſultationis reſolutio, in princ. num. 2. verſ. Nec obſtat, libro tertio, & conſ. 43. In hac conſultatione, colum. fin. num. 8. verſic. Pro hoc etiam, libro quarto, Carol. Ruin. conſilio 78. Primum dubium, in princ. libro ſecundo, conſ. 101. Super his, colum. quarta, verſic. Et hoc tanto magis, num. 9. conſ. 151. In cauſa illorum, columna prima, num. 2. conſ. 198. Ponderatis diligenter, in princ. eodem vol. conſ. 67. Viſo themate, columna quarta, num. 6. verſ. Nec obſtat, libro 3. conſ. 129. Viſo ac perlecto teſtamento, in prin. conſ. 132. Proponitur in themate, numero primo, conſ. 163. Caſus talis eſt, columna quarta, num. 10. verſ. Et prẽmitto quòd licet, eodem volum. 3. Ioan. Crot. conſ. 1. Dudum, num. 7. & 8. lib. 1. Gerard. Mazol. conſ. 1. Norma, columna octaua, num. 104. quod eſt repetitum, conſ. 144. eiuſdem initij, numero 84. inter conſil. Socini iun. libr. 3. Iacob. Mandell. Alba. conſ. 29. Pro diſcuſſione, num. 10. libro primo, Rolan. à Vall. conſ. 93. Perlectis verbis conceſſionis, colum. 3. num. 19. verſ. Quod demonſtratur, libro ſecundo, Franciſcus Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, numer. 60. ff. ad Trebell. Auguſtinus Bero. quæſt. 104. Cum quis, num. 5. fol. 270. Anton. Capic. deciſ. 21. In cauſa Liſæ Seuerinæ, numero octauo, column. tertia, in fin. verſ. Quoniam tunc, Bartolom. de Capua, in Conſtitut. Quam plurium, numero ſeptimo, tit. de adiut. exigen. ab homin. Sebaſtian. Medices, de reg. iur. reg. 2. Indefinita oratio, in verb. Appellatione, numero 47. Riminald. iun. conſilio 358. Igitur ad primum quæſitum, numero 68. libro quarto, Tiber. Decian. ex communi conſ. 88. Quæritur ergo, numero 54. lib. 2. Simon de Pretis, conſilio 56. Materiam, colum. 3. num. 9. verſ. Idem quod appellatione, de veriori & crebriori opin. atteſtans, Stephan. Bertrand. conſ. 196. Viſo cõſultationis themate, in ſecundo quæſito, lib. 2. Bartolom. Caſſan. conſ. 67. Ad primum dubiũ, colum. 8. num. 29. Vbertinus Zucchard. conſilio 75. Ad claram, num. 216. Sfort. Oddus conſilio 97. Benedictus Mariotti, numer. 7. vbi de communi.

Ad hancque opinionem confirmandam inducunt Primò text. in d. l. Lucius, ff. de hæredibus inſtit. & licet Iaſ. in d. l. Gallus, §. inſtituens, ſub num. 22. verſ. Ad idem facit, hinc quæſtionis veritatem pendere aſſeruerit, ſibique viſum fuerit textum iſtum clarum, & expreſſum eſſe ad demonſtrandum nepotes filiorum appellatione contineri, tamen non ſic de plano negocium ex huiuſmodi Scæuolæ reſponſo definiri poteſt. Primò cum ibi nullum adſit de nepotibus verbum, ita quòd ſub filiorum voce comprehendantur, de liberis enim loquitur, quos eo amplius voluit hæredes eſſe ſi frater prius quã hæreditatem adiret, deceſſiſſet liberis relictis, non enim fratrem ſolum prætulit ſubſtitutis, ſed & eius liberos. Liberi inſuper, de *ijs* qui primi gradus ſunt, intelligi fortaſſe debent, de quibus etiam tex. ſupra in princ. loquitur, ut cũ alijs iuribus cõcordetur, prout cõſiderat Corn. conſ. 182. Videtur prima facie dicendum, col. 3. ſub num. 7. in fin. verſ. Et licet poſtea, libro 2. poſtque Bald. & Corn. idem ſenſit Dec. conſilio 95. Et pro tenui, colum. fin. ante numerũ 6. uerſ. Vel ſecundo reſpõdetur, quòd inquam dicta lex Lucius, de filijs primi gradus intelligatur,

gatur,citans poſt Baldum,l.iubemus, in fin.C. ad Trebell.qui dicebat,iſtam etiam veritatem. Secundò eſto,quòd in filijs loqueretur, adhuc poſſet facile ſubmoueri, cum non reſpectu fratris ſubſtituentis filijs, ibidem proferentur (vt paſſim arbitrantur)ſed fratris cui ſubſtitutio facta eſt,nam inquit,aut filium filiamve ex ſe natum natamve non habebit,nec ad fratrem inſtituentem, eius relatiuam quiſpiam referre poterit,dum in fine dicitur,non ſolum fratrem prætulit ſubſtitutis,ſed & eius liberos,ſi ex ſuperio
31 ribus † ſenſus inferiorum aperitur, & declaratur,l.ſi ſeruus plurium,§.final.de leg.1.l.1.vbi Bald.& Ang.C. de ſucceſſ.edict.l. Fulcinius,§. quid ſit latitare,ff.quib.ex cauſ.in poſſ.eatur,l. apud Celſum,§.1.ff.de dol.except.Io.de Imol. conſ.13.Viſo quodam inſtrumento,col.1.num. 3.verſ.Et pro præcedentia,Ludou.Rom.conſ. 503. Diligenter in ſpeciali, col. 1. in fin. Dec. conſil. 92. Viſo puncto,col.1. Tertiò poteſt ex Baldi,Io.de Imol.& aliorum Interpretum intẽtione,in d.§.inſtituens,reſponderi,in prælleg. l. Lucius, id contra regulam, ac propriam filij appellationem tolerari, cũ aliàs maximum abſurdum ſequeretur,vt extraneos,& ſic ſeruos illos propriæ agnationi teſtator prætuliſſe cenſeretur,arg.l.cum acutiſſimi,C. de fideicom. quã reſpõſionem crebriori voto,applauſuque Scribentes amplectuntur, vt per Iaſ.& Recẽtiores, in d.§.inſtituens,& tradunt Alex. d.conſ.1.col. antepen.ſub num.12.verſ. Præcedens tamen reſponſio,lib.1.Ludouic.Gozadin.d.conſ.36. colum.pen.ſub num.11.verſ.Non obſtat lex Lucius,& Dec.d.conſ.95.col.fin.ante num.6.verſic. Non obſtant allegata ſupra in contrarium, & quòd magis communiter iſtam reſponſionẽ ſequuntur Doctores,ſcribit Socin. iun. conſil. 30. Reſolutio præſentis conſultationis, col.3. num.20.lib.3. Vltimò reſponderi poteſt,textũ prędictum procedere, cum teſtator meminit filiorum fratris,eos in conditione ponendo,quo
32 caſu† videtur fatendum,quòd omnes deſcendẽtes grauati faciant conditionẽ deficere, vt ibi, tunc enim videtur filiorũ enunciatio ad grauati poſteritatẽ relata, vel eius cui fit ſubſtitutio, non quando diſpoſitiuè,quia tunc videtur filiorum prolatio ad certas referri perſonas,hancq. ſolutionem poſuit Bald. in d. l. Gallus,§. inſtituens, col.pen.in fin.verſ. Item in l.Lucius,& cum eo tranſeunt Socin.ſen.ibi col.3.verſ.Secũdus caſus, dicens abſolutum eſſe filiorum voce in conditione poſitorum nepotes venire, & d. conſ.249.col.2.verſ. Secundo confirmatur, d. lib.2.Corn.d.conſ.182.colum.3. in fin. verſic. Item in d.l.Lucius,lib.2.Alexand.d.conſ.1.colum. antepen. in fin. verſ. Item ſecundum Baldum, libr.1.eundemque intellectum præſenſit Fortun.Garz.in d.l.Gallus,§. idem credendũ, colum.7.in princ. verſ. Et quam primum, Socin.iun.prælleg. conſ. 30.numero decimonono,verſic. Vel ſecundo reſponderi poteſt.

Secundò afferunt alium text. in prælleg. l. Gallus,§.inſtituens,d.tit. de liber. & poſthum. Verum diſtinguẽdo textus diſpoſitionem quo ad caſus, & quo ad perſonas, videtur poſſe ipſum retorqueri, cum probet virtualiter contrarium, ſecundum Franciſcum Aretin. in ſecũdo enim capite,cum generaliter loquatur per verbum,quisquis,& quicunque,ſuppoſita liberorum voce, quæ(vt dicebam)nepotes colligit,& aſſumit,l.ſi dotali,ff. ſol. matr. nepotes meritò
33 includuntur:eſt itaque dicendum† in d.l. Gallus, nepotes ſub voce liberorum nequaquam comprehendi, vt in diſcurſu,ex ipſiusque principio cõcludenter comprobatur; vbi nepos ſic profertur;Si quis mihi nepos ex filio natus erit, non ex me natus,& ſic licet nepotes ex ſui corpore ſint, ex auo nati non ſunt,quia gignere,& parere factum, & operationem quandam important,quod nõ poteſt niſi in veris primi gradus filijs verificari,& dictio, ex,cauſam immediatam oſtendit,l.ex eo tempore,§.fin.vbi Bartol.ff.de pecul.l.1.§.ex incendio, ff. de incend. ruin.naufr.reuerſ.Dec. conſ. 69. Viſis duobus conſilijs,colum.2.ſub num.3. verſ.Tertio prædicta concluſio,conſil.539. In inclyta Ciuitate Ianuæ,columna tertia,numero 7.verſic.Illa dictio, ex.

Tertiò mouentur ex text.in l.vxorem,§.concubinæ,ff.de leg.3. & l. liberorum,§. ſed & Papyrius Fronto lib.3. reſponſorum,ff.de verborum ſignif. Niſi cum Accurſio de dura ibi ſeparatione tractari dixerimus,quem ſequitur vtrobique Bartolus, vt tali ratione pietatis ceſſante,ſecus eſſe affirmauerint.

34 Hæc tamen iura† non videntur in dura ſeparatione fundari,nec Bartolo conſtat, non conſiderata huiuſmodi pietate,nepotes in illo legato non comprehendi, dum enim filiorum verbum ad poſteros,nõ ad primi gradus perſonas dirigitur, ex agentis tunc voluntate, nepotes intelliguntur,idque ne ſpeciali ratione introducatur, apertè colligitur,cum in d.l. liberorum, ad iuris vniuerſalis confirmationem caſus iſte adijciatur,ergo nequaquam ſingularis cenſendus eſt. Quod exemplo quodam Fortu. Garz. in d.§. idem credendum,roborabat, Quid ſi ille villicus in via Appia non regione, vt perperam Accurſius interpretatur,vxorem habebat, & filij eius itidem vxores retinebant, profectò vxores in legato non venirent,quamuis autem dura ſit filiorum à matribus ſeparatio,legatum verificatur in nepotibus, per tex.ibi, & d.§.cõcubinæ, vt ex dura ſeparatione,nihil iuris conſtituatur,quæ ſolum vigere videtur ad legantis voluntatem enucleandam, quòd filios vt poſte-

ros,non vt à nepotibus diſtinctos legauerit,argum.text. valde notabilis in l. poſſeſſionum diuiſiones,C.commun.vtriuſque iudic.Id maxime ex d.l.liberorum reſultat,vbi liberorũ, verbum,commune,filiorum verò ſimplex & præciſum ſignificatur; vt particularis in iſtis terminis,ſit ſub filiorum voce,nepotũ incluſio,quod
35 dictio † ſæpe,oſtendit, regulam in contrarium repreſentans,gloſſ.in §.quia vero ſæpe,in auth. de teſtib.Specul.in tit. de inquiſit.§.1.verſ.Sed qualiter,Alberic.de Roſat.in l.3.ff.de leg.1.l.ſæpe,eodem tit.de verbor.ſignif. de qua dictione latè Alex.in l.ſæpe conſtitutum eſt,numer.2.ff. de re iudic.

Quartò inſuper Iuliani ſententiam lib. duodecimo Digeſtorum ad idem aſſumunt, in l.filium habeo,ff.ad Macedon.vbi dum habens filium,& ex eo nepotem, ſi nepoti eius creditum ſit iuſſu patris,contra Senatus conſultum fuiſſe actum Iulianus inquit, nam etſi verbis Senatusconſulti filij continerentur,tamen in perſona nepotis idem ſeruãdum eſt, nec iuſſus illius patris poteſt efficere quominus cõtra Senatusconſultum creditum exiſtimetur.

36 Verum textus iſte † cõmode ſubmoueri poteſt, conſiderando nepotem ex conſenſu patris mutuo recepiſſe,ita quòd eiuſdem patris perſonam inhabilem repræſentare videatur, ob auitam poteſtatem medium conſenſum infirmantem, nemo etenim in alium plus transfert, quã ipſe habeat, pater ergo qui in ſe inhabilis eſt, non poteſt alium habilitare, quia filios in poteſtate non retinet,iuſque poteſtatis nequit infringere, vt eſt text. in l.filiusfamilias,ff.de acquirend. hæredit. vbi aditio facta iuſſu patris à nepote,qui in aui eſt poteſtate,reijcitur, nepos ſiquidem actum validum gerere intendens,aui
37 conſenſum requirat,quod in patre † filium inuito auo in monaſterium mittente limitat notanter Innocen.in cap. ſecundo, poſt princ. de regular. Archid.in cap.addidiſtis,20.quæſt.prima,Ludouicus Roman. conſilio 512. Quo ad primum,columna ſecunda,in fin.verſicul.Nec etiam refragatur. Inhabilis itaque ad contrahẽdum, eſt etiam inhabilis ad alteri conſentiendum,& ſic conſenſus ab eo ſemper exquiritur, penes quẽ principale ius reſidet. Facit ad emphyteutam emphyteutæ,& feudatarium feuda
38 tarij,qui debent primi domini conſenſum † exquirere,cum penes eum ſit ius principale,& poteſtatiuum,ſecundum Gulielm.de Cun.& poſt eum Bald.in d.l.filium habeo,verſic.Quod eſt argumentum,& in l.ſi permittente, in fin. verſic.Et facit,C.eodem tit.Idem ius poteſtatis diluit in propoſito textum,in l.Senatusconſulto, ff.de rit.nupt. qui pro eadem poſteriori opinione à nonnullis inducebatur.

Secundò reſpondetur,eo in caſu factam ſuiſſe extenſionem à lege ipſa, vt declarant poſt alios Iaſ.in l.2.§.prætor ait,in 4.not.nume.6.ff. de in ius voc. Dec.conſilio 496. In cauſa, num. 15.& melius Ludouic.Gozadin. conſ.59. Prima facie dicendum,colum.2.num.7. Et in prædicto caſu lex proceſſit vlterius declarando, & diſponendo,vt interpretatur Rebuff.in d.l.liberorum,§.fin.colum.1.verſ.Etiam non procedit, de verbor. ſignif. & poſt iſtos, ac etiam Ludouic.Gomeſ.in princ.num. 47. verſ. Et ideo niſi à lege, Inſtit.de act.ita declarat Iacobus Menochius,conſilio 215. Diu ac multum anceps, colum. 17.num.85.verſ. Non etiam obſtat,lib.3.

Vltimò prędictorum Scribentium opinionẽ erigit text.in l.iuſta, d.tit. de verbor. ſignif.ibi, Iuſta interpretatione, iuſtum enim vltra alias acceptiones pro perfecto, omnibusque numeris abſoluto intelligitur, & emphaſim quãdam inferre dicitur,l.cum filio,§.fi.ff.de leg.3.quod voluit Matth.Nerutius de S.Gemin.in rubr.ff. de teſtam.num.9.Hinc iuſta hæreditas eſt,quæ omni iure defertur,l.3.§.de illo, vbi ita Gulielmus Bud.interpretatur, ff.pro ſoc.And.Alciat. in l.lege obuenire,d.tit.de verb.ſignif. & lib.4. Paradox.cap.7. & probatur in l. fin.§. ſi iuſto, iunct.l.metum,la 2.ff. de eo quod met. cauſ. & ex humanioribus idem Budæus in d. §.de illo, ſatis comprobat.

Hic denique textus rectè conſiderando ob-
39 ſtare † non videtur. Cum vt dixit Bal.in rub.C. de verb.ſign.in princ.Significatio ſit proprius, & verus ſenſus dictionis ab intellectu,vel ſtatuto legislatoris attributus, autoritas nanque inuentoris, vel legislatoris veras ac proprias dedit vocabulorum ſignificationes, vt in d.l.liberorum,non tamen ſemper ad ſtrictam ſignificationem recurrendum eſt, nam quandoque dilatatur ſeu extenditur, quãdoque coarctatur ſeu reſtringitur,& iſta non dicitur ſignificatio, ſed interpretatio,l.non aliter,§.1.ff.de leg.3.l.ſcire oportet,§.ſed & ſi maximis, ff. de excuſat. tut.
40 Hæcque interpretatio † pluribus modis dicitur vno modo,vt ſit vocabulorũ expoſitio, ſicut interpres ille dicitur, qui diuerſarum linguarum idiomata pãdit,l.1.in fi.ff.de verb.oblig.& hoc modo interpretes exiſtunt,qui ex Græco verba in Latinum transferunt,l.1.ff.de excuſ.tut. Secundo modo dicitur interpretatio, verborũ ad intellectum expoſitio, ponderata potius ratione quam cortice, & vocabulorũ ſuperficie,l.ſi de interpretatione,ff.de legib.l.1.ff. de orig.iur. Tertiò modo dicitur interpretatio adhæſio intellectus ad litteram; & iſta nunquam tantum valet,quòd ratio non præponderet,l. ſi quis filium, C. de liber. præterit. Quartò dicitur interpretatio, modus ſignificandi attributus dictioni ab intellectu,vt nomen aſſis totam ſignificet hæreditatẽ §.hæreditas,Inſtit.de hæredib. inſtit.

inſtit. Quintò modo dicitur interpretatio diſputandi ſubtilitas, quæ prudentium exigit autoritatem, l. cum quidam, ff. de liber. & poſthu. l. in ſubſtitutione, ff. de vulg. & pupill. l. 2. §. his legibus, ff. de origi. iur. & iſta interpretatio ſubdiuiditur, alia enim (vt ſupra) reſtrictiua eſt, alia extenſiua, & tradidit Bald. in l. omnes populi, ſub numer. 21. verſ. Modo quæro, ff. de iuſt. & iur. & idem Bald. in l. vlt. colum. 5. num. 35. C. de hæred. inſtit. quærens quæ ſint illa, quæ vocabula interpretantur, octo eſſe reſpondit, ſcilicet ſignificationem natiuam à principio quo vocabula ſunt nata, vel datiuam, ideſt poſtea vſu gẽtium mutatam, primas enim inſtitutiones neſcimus, ſed de ipſis eſt auctoribus credendũ, l. 1. in princ. ff. ſi cert. pet. Item intellectum communem alicuius loci, vel patriæ, l. librorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de leg. 3. Naturalem iuſtitiam, l. ſcire oportet, §. ſufficit, ff. de excuſ. tut. Naturalem charitatem, & veriſimilitudinem, l. tale pactum, §. fina. ff. de pact. l. Gallus, §. 1. ff. de liber. & poſthum. Publicam vtilitatem, l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. l. ſi quis in graui, §. hi quoque, ff. ad Sillan. Viuam rationem, quæ viua dicitur, cum anima ſit ſcripturę, l. frater à fratre, ff. de condict. indeb. l. 1. §. veteres, ff. de acq. poſſ. Et iſta quandoque ſumuntur ex ſignis vniuerſalibus, l. 1. §. item nũciatio, ff. de nou. oper. nunc. Iacobus de Aren. in l. ſi ſeruitus, ff. de ſeruit. vrb. præd. Æquitatem conſiderata perſona cui debet æquitas ineſſe, vt quia Princeps ſit, vel legislator, l. ex facto, in princ. ff. de vulg. & pupill. Stylum iudiciorum, & conſuetudinem, d. l. ſi de interpretatione, ff. de legib. & his ſimilia, cum de ſimilibus ad ſimilia congrua procedat adaptatio, l. non ſolum, §. qui primipilum, ff. de excuſ. tut. Hæc Baldus acutiſſimus Iuriſcõſultus. Nunc ergo interpretationem in prima diſtinctione tertio modo comprehenſam, ac interpretationis cauſas, quartam & ſeptimam cõſiderando, ac eius attenta definitione, non videtur textus repugnare, quinimò contrarium inferre, cum iuſtum non ſemper emphaſim quandam perfectionis importet, ſed quid ſolenne, l. 1. iunct. rubr. ff. de iniuſt. rupt. teſtam. item legitimum, & à iure permiſſum ſignificet, Io. And. in cap. ea quæ, de re iudic. quodque ſcripto iuri nõ repugnat, Matth. Nerutius in præalleg. rub. num. 9. & paſſim alij, ex dictioneque illa ſæpe, (vt ſuperius dicebam) hoc plurimum confirmatur, Dec. in l. errorem, col. 2. in 4. not. num. 6. C. de err. calc.

Nec quicquam facit verbũ, cõtinetur, quia non ſemper proprietatem ſignificat, cum videamus maſculinum continere fœmininum, l. liberorum, vbi Bart. & reliqui, d. tit. de verborum ſignif. & tamen id dicitur per quandam† improprietatem, Curt. iun. conſ. 163. In cauſa verten-
41 te, columna 4. num. 12. verſ. Et iſtud deſcendit, Soc. iun. conſ. 100. Præſens conſultatio, colum. ſeptima, in princ. num. 39. verſ. Prout eſſet, libr. tertio, vbi alia eius conſilia ad hoc propoſitum facientia refert.

Ex iam dictis itaque conſtat vtranque opinionem poſſe diſputando defendi; Sed tamen
42 ab hac poſteriori† non arbitror recedendum ſore tanquam veriori, æquiori, & magis communiter recepta. Primò ex l. filij appellatione, ff. de verb. ſign. vbi abſolutè ſignificationes enucleãdo; Filij appellatione (inquit Paulus libr. tertio, ad Vitellium) omnes liberos intelligimus; Nec plura aut pauciora. Secundò per text. in l. 2. §. qui fuit illis temporibus quibus Tarquinius, ff. de origi. iur. vbi Tarquinium Demarati filium fuiſſe Iuriſconſultus ſcribit, qui non filius, ſed nepos Demarati fuerat, vt veterum annales teſtantur. Cum ergo nepos ibi nulla etiam ratione extrinſecus ſuadente filius nominetur, firma baſis iſte textus dictæ ſententię dignoſcitur, attenta maxime vltimarum voluntatum natura, quæ latiſſimè interpretantur, Tarquinium-
43 que Demarati nepotem† non filium fuiſſe optimus teſtis eſt Dionyſius Halicarnaſſeus, lib. tertio antiqu. Roman. prope fin. Qui auo (inquit) Demarato, & patre Arunte defunctis natus poſthumus eſt, quod ex Macrob. libro primo Saturnal. ca. 6. Strabone, & Laurentio Vallа lib. 4. Antid. in Pogium, fol. 201. & in Epiſtola Apologetica ad Alphonſum Regem aduerſus Liuium diſſentientem manifeſtiſſime appareat. Et quamuis Valla Dionyſium ſequatur, Liuio inhæret Iulius de Rauẽna, in tract. de Triũphis antiq. & trophæis, numer. quarto. Trium-
44 phorum (ait) inuentor† primus fuit Dionyſius qui Liber pater dictus eſt, & Tarquinius Priſcus filius Demarati, primus fuit qui triumphũ ordinauit in curru; Niſi & ipſum Iuriſconſulti ſenſum ſequutum fuiſſe admiſerimus, vt filium pro nepote intellexerit, quod veriſimile uidetur.

Scribentium hãc acerrimam altercationem, quæ multos alioqui graues uiros torſit, uarijs
45 diſtinctionibus† conciliare plerique conati fuerunt, nam Andreas de Piſis uno modo diſtinxit in d. l. Gallus, §. inſtituens, ibidemque Cyn. & Raynerius de Forliuio, alio modo Iacobus de Rau. in §. final. qui dar. tut. poſſ. Suamque etiam diſtinctionem excogitauit Franciſc. Accurſij, quem refert Signorol. de Homod. conſilio 249. Quidam fecit teſtamentum, columna prima, ubi & ipſe aliam addidit in uerſic. Ego uerò dico & aliter diſtinguo, Bald. quoque conſilio 302. Non continentur nepotes, per totum, eruditè diſtinxit, & rurſus aliter conſilio 362. Opiniones uariæ ſunt, eodem uolum. diſtinctionibus uſus eſt Otto Lapi, conſilio 152.

d by Google

Casus iste,columna 1. inter consil.Socin.sen.libro primo,& vt Ioãnem de Imol. Corneum,& alios multos antiquos insignes Iurisconsultos in hoc articulo distinguentes præteream, non defuerunt ex recentioribus Doctores eximij qui egregiè distinxere:inter quos Illustrissimus ac Reuerendissimus Cardinalis Dominus Frãciscus Mantic. in tract. de coniect.vltim.volun. lib.8.cap.8.à num.4. vsque ad fin.rem ad coniecturas reducendo,octo ponit casus in quibus conijcit nepotes sub voce filiorũ in vltimis voluntatibus non includi, ac decem casus ex diuerso in quibus ex coniecturata testantis voluntate alliciuntur. Eadem methodo vsus fuit Iacobus Menoch.in tract.de præsump.in 2. part. princ.lib.4.præsumpt.94. vbi vsque ad nu.23. vberrimè decem & septem coniecturas siue casus recenset ex quibus nepotes à filiorum voce excluduntur, & infra octo coniecturas contrarias affert ex quibus sub appellatione filiorum nepotes ipsi alliciuntur.Hoc idem etiam negocium ad coniecturalem distinctionem siue interpretationem deduxit prçclarissimus Iurisc̃o sultus Marcus Antonius Peregrinus, in eius illustri Tract.de fideicom.artic. 22. incip. Vtilis est,num.47.& infra fol.198.post Anton.Gabri. in suis conclus.tit.de verbor. signif. concl.1.fol. 541. idem effecisse comperimus Simonem de Pretis in tract.de interpret. vltim. volun. lib.3. interpr.3.dubit.4.fol.1.num.36.&infr.fol.326.

46 Et quòd coniecturis † sit in proposito agendum,nunquid nepotes includantur,vel nõ sub voce filiorum, vltra alios tradidit Corn.consil. 290.Tota vis consultationis,col.3. sub num.3. libr.4. inquiens,quòd licet vbi essent simplices termini,ita quòd non adessent coniecturæ pro, vel contra,anceps fuerit propter varias sententias Doctorum,& iura hinc inde vrgẽtia, adeo quòd aliquando cõsultus noluerit se intromittere,tamen pluries sibi visum consulendo fuit, quòd de facili in vnam, vel in alteram partem sententia volui potest, secundum casuum varietatẽ,prout aliæ coniecturę in indiuiduo de quo agebatur alteram partem suadebant, quemadmodum contingit aliàs in illo trito articulo,An compendiosa facta per verba communia sine dinumeratione temporum,sit intra pupillarem ætatem directa,vel fideicommissaria:nam licet Bart.velit directam esse, tamen leuibus extrin-

47 secis coniecturis † receditur à tali sententia, vt patet ex not.per eum in l.Centurio, de vulg.& pupill.& per Doct.in l.precibus, C. de impub. hactenus Corneus, qui inferius coniecturas cõsiderat. Et coniecturalem esse materiam scribit Curt.iun.cons.57. Habita diligenti consideratione,col.3.num.6.versic. Tertio principaliter moueor,consilio 111. Dom. Paulus de Raude, colum.secunda,num.5.vers. Præmissis tamen, vbi plures coniecturas recenset, & consilio 114. Non possum,columna prima,numero quinto, cons.116.Ingeniosa admodum, colum.pen.numero 12.Socin.iun.consil. 114. Visis ac maturè consideratis,colum.pen. sub num.31.in fin.versic.Ideo pro nunc,lib.1.vbi dicit,Hinc contingere in hac quæstione varia reperiri Iurisconsultorum responsa, aliquando quòd veniant, aliquando quòd non, prout in occurrentibus casibus coniecturæ voluntatis testatoris extabant,cons.146.Viso testamento,col.4.num.14. lib.2.Paris.cons.78.In præsenti causa,num.12. lib.2.& ante istos idem notanter tradidere Bal. in l.vnica,colum.fin. sub num.10.vers. Nisi aliquibus indicijs,C.de his qui ant.apert.tabul.& Socin.sen.in l.hæredes mei,§.cum ita,columna quinta, circa medium,vers. Tum quia appellatione filiorum,ff.ad Trebell.Hieronymus Gabriel.consilio 121.Ludouicus instituit hęredes, colum.8.in princ.numer.25.vers. Idcirco quoties,lib.primo,Iacob.Menoch.consil.205.Diu ac multum anceps, colum.11.num.47.versic. Sexto non mediocriter, vbi Andream Alciatũ refert, lib.2. Et idem dixit ipse Bald.cons.186. Quidam magni Doctores dicunt, versic. Non obstat,lib.quarto,asserens veritatem esse,quòd nepotes non includantur nisi coniecturis appareat latitudo voluntatis,tam in institutionibus, quam in substitutionibus, vt per eum multum præcise loquentem, vt verè dici possit locum hunc lubricum esse.

HYPOTHESIS.

Quibus casibus nepotes appellatione filiorum facilius includantur enarrari. Et textum in l. Lucius Titius, 2. ff. de hæred. instit. necnõ in l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de leg. 2. interpretari.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes verbo filiorum includi æquitati magis esse consentaneum, & sic affirmatiuam opinionem æquitatem sapere: idque ex Iacobo Menochio intelligi.*

2 *Nepotem appellatione filiorum planius comprehendi, si talis esset quem testator consueuisset nominare, tractareque vt filium. Hocque verum videri, nisi filius & nepos cõcurrerent, tũc enim secus esse, nu. 3.*

4 *Nepotes magis appellatione filiorum venire cum in aliquem futurum euentum testatoris dispositio conferretur, Doctores contradicentes, nu. 10. inueniri, Sed iudicando, & consulendo à priori opinione Ioannis de Imol. tanquam veriori ac magis communi recedendum non esse, num. 13.*

alios-

alioſque Scribentes cum eo conſentientes adhuc afferri, nu. 15

L. Lucius Titius, 2. ff. de hared. inſtit. declarari, uſque ad num. 9.

6 *Diſiunctam in coniunctam reſolui, uerbaque impropriari ne extraneus ſubſtitutus illis qui de ſanguine teſtatoris exiſtunt praferatur.*

7 *Nepotes filiorum appellatione aliquando ad euitandum abſurdum non contineri, ſicut conuerſo.*

8 *Filios primi gradus tantum appellatione liberorum contineri ut abſurdum euitetur.*

9 *Nepotes ubi de ijs conditionaliter ſit mentio, & conditio non principaliter adiecta fuit fauore filiorum, eorundem appellatione non uenire.*

11 *Ludouicum Romanum optime leges induxiſſe, magnumque textualem fuiſſe.*

12 *L. cum pater, §. hereditatem, ff. de leg. 2. intelligi.*

14 *L. ſi cognatis, ff. de reb. dub. in diſpoſitione conditionali in incertum futurum euentum collata de Ioanne Andrea limitari, quicquid Alex. ſibi uoluerit.*

16 *Nepotes appellatione filiorum facilius uenire cum in aliquem futurum euentum diſpoſitio conferretur, ſi de fauore nepotum ageretur ſine alterius præiudicio: præſertim etiam in directa ſubſtitutione magis quam in fideicommiſſaria. Sed de hoc ultimo quicquid Andr. Alciat. dixerit aliquantulum dubitari.*

17 *Nepotes facilius appellatione filiorum comprehendi ubi quis natos filios ac naſcituros inſtituerit: Idque procedere, etiam ſi teſtator dixiſſet: ex ſe, & uxore ſua naſcituros.*

18 *Nepotes fortius appellatione filiorum comprehendi ubicunque quis natos filios & naſcituros uocaſſet, & nõ ſolum de natis, ſed de quibuſcunque filijs naſciturisdixiſſet.*

19 *Quibuſcunque, uerbum, extendere aliud uerbum cui adijcitur, ut omnia importet etiam ea qua ſecundum impropriam ſignificationem uenirent, & qua aliàs intelligerentur.*

20 *Quibuſcũque, uerbum, feudi naturam immutare, ut ſi ſit receptũ pro ſe, & haredibus quibuſcũque, ad quoſcunque ſucceſſores etiam extraneos tranſeat: & propterea feudum tunc in reſtitutione fideicommiſſi uenire, quicquid Decius contradixerit.*

21 *Nepotes naſciturosnon uenire appellatione filiorum, quando nepotes ipſi non eſſent nati aut concepti tempore conditi teſtamenti nec mortis teſtatoris. Scribentes qui contradicunt nu.* 22. *afferri, Opinionem uero diſtinguentem n.* 23. *ex primi, Et procedere tutius filijs è medio ſublatis.*

24 *Nepotes magis appellatione filiorũ intelligi in ijs diſpoſitionibus quatractum ſucceſſiuum habẽt, ut puta in Primogenituris & Maioratibus.*

25 *Primogenitura qualitatem nunquam interire, imò in infinitum progredi, cum deficiente primogenito, illico ſecundogenitus primi locum & denominationem aſſumat.*

26 *Primogenitura ius non tantum in honore ipſius primogeniti conſiſtere, quantum in conſeruatione nominis dignitatisque familiæ.*

27 *Filiorum nomen in Primogenituris quando liberos ſignifices ex Peregrino explicari.*

28 *Singularem numerum etiam pluralem ex mente diſponentis plerumque ſignificare.*

29 *Statutũ dicẽs extante maſculo fœminas non ſuccedere, idem importare ac ſi dixiſſet, maſculis extantibus.*

30 *Feuda in dubio ex pacto & prouidentia præſumi non autem hereditaria.*

31 *Feuda iure ſanguinis dari.*

32 *Nepotes appellatione filiorum in feudis includere maſculos ſucceſſiuo ordine, & nu.* 34. *multos Doctores adiungi, ac nu.* 35. *paucos contradictores oſtendi, & alios pro communi adeſſe, nu.* 38. *ver ſic. Erit igitur.*

33 *Feudum gratiam appellari.*

36 *Feudum contractum nominatum eſſe.*

37 *Feudum contractum ſtricti iuris cenſeri, ſed nu. ſequen. melius id enarrari.*

38 *Feudum proprie contractum non eſſe, ſed beneficium, & de lucro potius quam de onere participare, & ideo ſecundum Alex. large interpretandum.*

39 *Ducatu, Marchionatu, aut Comitatu in feudum alicui pro ſe, & filijs conceſſo, ad nepotes non tranſire.*

40 *Feuda dignitatis publica, iuraque Reipublicæ ex Regali munificentia cenſeri: Sed hodie nihilominus ad filios traſmitti.*

41 *Feudum à Principe conceſſum pro ſe, & filijs, includere etiam nepotes, ſecus ſi ab inferiori concederetur.*

42 *Nepotes appellatione filiorum in feudis uenire, in uero inquam ac proprio feudo, ſecus in feudo ſub annuo cenſu conceſſo.*

43 *Feudum ſub annuo cenſu conceſſum ad mutum, & ſurdum, & ad quemlibet trãſire, niſi inueſtitura tener repugnet.*

44 *Nepotes facilius appellatione filiorũ includi, cum filij in aliqua diſpoſitione fauere agnationis ſeu familiæ conſeruandæ poſiti inuenirentur. Et quamuis Iacob. Menochius cõtrarium ſenſerit, Saliceti tamen & Raphaelis Fulgoſij opinionem ueriorem ac crebriorem eſſe.*

45 *Alienationis prohibitionem fauorem agnationis continẽtem, ex receptiori opinione de perſonali, in realem tranſire.*

46 *Conditionem ſemel extare quamuis ſufficiat, licet perpetuo non duret, id tamen ratione conſeruandi agnationem non procedere, cum talis ratio quaſi ſucceſſiuam conditionem faciat.*

47 *Oldrad. conſi.* 21. *Thema tale eſt, teſtator, nu.* 1. *non habere locum ubi agnationis ratio habita fuit.*

Oldradi

48 *Oldradi d.conſil.21. ceſſare vbi ex diſpoſitis conſtaret per illam ſimplicem ſuperexiſtentiam voluntati teſtatoris ſatisfactum non eſſe.*

49 *Nepotes appellatione filiorum in fauorabilibus venire.*

50 *Nepotes appellatione filiorum facilius venire cum in ſtirpes, & non in capita ſubſtitutio facta reperiretur, & quamuis hanc concluſionem Illuſtriſſimus Cardinalis Dominus Frãciſcus Mantica reſtringere conetur, numero 51. eius tamen reſtrictionem dubiam reddi, numero 52. & 53.*

54 *Nepotes liberius appellatione filiorum comprehendi cum dura aliàs ſequeretur ſeparatio, aut aliquid iniquum, vel inhumanum contingeret.*

55 *Interpretationem illam ſemper aſſumendam eſſe, ne abſurdum, durum, aut impium aliquod ſequatur, etiã ſi oporteat à verborum proprietate recedere.*

56 *Verba propriè accipienda eſſe niſi teſtantis voluntas repugnet, voluntatemque repugnare ex tribus colligi.*

57 *Statuta propriam verborum ſignificationem reſpuunt, vt abſurdum euitetur, Nam à ſtatutis abſurdum eſt remouendum.*

58 *Abſurdi vitandi gratia verba ad arbitrium boni viri reduci.*

59 *Interpretationem per quam abſurdum excluditur etiam, cum annullatione actus fauorabilem eſſe.*

60 *Abſurdum ſine autoritate ſicut veriſimile probari, ſufficereque illud allegari cum iudicio intellectus percipiatur.*

61 *Nepotes liberius appellatione filiorum venire vbicunque teſtator talis eſſet cui pariter nepotes cũ liberis eſſent ſucceſſuri, & ſic vbi non ageretur de exonerando harede ab onere fideicommiſſi, ſed hares in omnem caſum eſſet grauatus.*

62 *Teſtatorem in dubio præſumi ſuam diſpoſitionem iuri communi conformem velle reddere.*

63 *Nepotes fortius appellatione filiorum intelligi, cum ſubſtitutio à communi filiorum aſcendẽte fieret, & multo magis cum extraneus veniret excludendus, numero 64. Pariter etiam vbicunque in nepotibus eadem affectio intentio atque ratio conſiderari poſſet quæ in filijs, numero 65.*

66 *Nepotes in conditionibus filiorum appellatione venire, abſolutum eſſe.*

67 *Nepotes appellatione filiorum quicquid in ſimplici fideicommiſſaria dubitent interpretes, in reciproca ſubſtitutione contineri, Et quamuis Paul. de Caſtr. Decius, & Iacob. Mandell. Alba contradixerint, nõ eſſe ab opinione Curtij recedendum, num. 69.*

68 *Fideicommiſſum reciprocum fauorabile cenſeri.*

70 *Nepotes aptius venire filiorum appellatione, ſi teſtator diſponens filios non haberet, ſed nepotes.*

71 *Interpretationem debere fieri, vt actus ſuſtineatur, Indeque ad plura inferri.*

CAP. XII.

RETENTA igitur prædicta affirmatiua opinione, quæ æquitati
1 † magis conſentanea (vt dictum fuit) eſſe videtur, quod ſcripſit Franciſc. Aretin. conſil. 146. Reſpondendo ſummatim, colum. 2. ante fin. nu. 3. verſ. Sed quando, tradiditque Curt. iun. in prealleg. conſil. 111. colum. 6. ſub num. 8. verſic. Secunda principalis, & poſt iſtos Iacob. Menoch. d. conſil. 215. nu. 111. verſic. Septimò confert, d. lib. 2. vbi nu. 116. verſic. Et Aretinus, & Curtius, hoc de æquitate & æqualitate declarat quando aliqua adeſſet coniectura, quemadmodum præcitati Doctores expreſſim loquuntur.

Primò planius procederet quando eſſet talis nepos quem teſtator conſueuerat † nomi-
2 nare, & tractare, vt filium, quod ſingulariter voluit Bart. in l. alimenta, num. 4. verſic. Nota, quòd illud quod dicitur, ff. de alim. & cibar. leg. quem referendo ſequitur Ludouic. Roman. in l. ſi verò, §. de viro, in 32. fallen. ff. ſolu. matrim. & conſil. 438. In cauſa conſultationis præſentis, columna fina. in fin. verſic. Et hoc dico verum, Paul. de Caſtr. conſilio 117. Videtur dicendum, columna prima, numero ſecũdo, verſic. Vnde ſi aliquem, lib. 2. Iaſ. numero 23. verſicu. Iſta communis concluſio, dicens iſto caſu ſine difficultate appellatione filiorum venire iſtum nepotem, & Socin. ſen. numero 4. verſic. Primus eſt, in l. Gallus, §. inſtituens, de liber. & poſthum. Angel. de Aret. in §. vltimo, in fi. nunc. 3. Inſtit. qui teſtamen. tut. dar. poſſ. & conſil. 152. in quarta ſubſcript. incip. Quia per ſupradictos ampliſſimos Doctores, numero duodecimo, verſ. Solum hoc eis addam, & eſt ſubſcriptio ad conſilium D. Othonis Lapi Nicolini de Sirigattis de Florentia, inter cõſil. Socin. ſenioris lib. 1. dicens hoc ponere expreſsè, & pro conſtanti in prælleg. l. alimenta, atque in tract. Fallent. reg. 229. incipien. lex generaliter, in trigeſimaſexta fallent. Vdalric. Zaſ. conſilio ſeptimo, In cauſa, numero vigeſimo. Riminald. iun. conſil. 389. D. Franciſcus, nu. 25. lib. 4. conſil. 390. Poſt tranſmiſſum conſilium, numero 31. eodem volum. Anton. Gabriel. titu. de verbor. ſignific. concluſ. 1. in 12. ampliatio. nu. 40. fol. 540. Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, in verb. libertis, numero 101. verſicu. Quicquid ex ſententia, C. de reuocan. don. Io. Crot. de Monte Ferrato, in l. 4. §. Cato, num. 4. ff. de

ff.de verb. oblig. & fuit opinio Baldi d. conſil. 186. Quidam magni Doctores dicunt, verſic. Et iſta eſt veritas, lib.4. Franciſci Aret.d.conſ. 146.ante fin.verſic.Facit optimè text. & quod ibi not.Bart.Auguſt.Bero.conſ.122.Frequenter contingit,in princip.lib.2. Roland.de Vall. conſ.43.Negari non poteſt,colum.7.num.37. verſ.Sexto reſpondetur,lib.4. Iacob. Menoch. in tract.de præſumpt. in 2.par. princ. præſumptio.94.Teſtatores ſæpiſſimè, colum.antepen. numero 24.verſic.Prima eſt,fol.176.Franciſc. Mantic.in tract.de coniect.vlt.volun. lib.8. tit. 8.num.14.verſic. Secundus eſt caſus, fol.185. Io. Petr. Surd. deciſ.241.Bona fideicommiſſo ſubiecta,colum.5. circa med. nu.18.verſic. Sic ſi teſtator,fol.545.

Hæc tamen Bartoli concluſio poſſet procedere † niſi eſſet caſus in quo concurrerent,& filius,& talis nepos, tunc enim appellatione filij veniret verus filius,& de eo potius quàm de tali nepote intelligeretur, vt voluit Iaſ. in l.ſi pater tuus,colum.1.ſub num.3.verſic. Secundam collige limitationem,C.de hæred.inſtit. 3

Secũdò,maximè affirmatiua opinio admitti debet, cum in aliquem † futurum euentum teſtatoris diſpoſitio conferretur in quo eſſet dubium veriſimiliter an primi gradus filij, an verò nepotes vlteriores extarent, ita dixit Ioan. de Imol. qui ad hoc propoſitũ ab omnibus adducitur,in d.l.Gallus, §.inſtituens,colum.fina. ſub nume.48.verſic. Vel potes dicere ſecundò, vbi etiam Iaſ.colum.antepenult.ſub nume.13. verſ. Poteſt ad illum textum, Alexand. colum. fin. ſub nu.7. verſic. Secundò reſpondet Imol. & Claud.de Seyſell. Aquẽſis, colum.3. ſub nu. 10.verſic.& inter cętera,ff.de liber.& poſthum. Alexand.conſil.9. Viſis verbis teſtatoris,col.2. ſub num.2.verſic. Hoc idem,lib.1.conſilio 26. Videtur fortaſſe, colum.2.nu.5. verſic. Et hoc ſaltem, procedit,lib.3. conſil.5. Circa primum dubium,colum.2.in fin.num.9.verſic. Fortius dixit Imol. eod.volum.3.conſ.37. Viſo themate ſupraſcripto, colum.4. in princip.ante num. 13. verſic. Quia filij dicti Sempronij,& colum. penult.in princip. verſic. Septimò, non obſtat diſtinctio Cyni,lib.6.Iaſ.cõſ.52. Materia præſentis conſultationis,column. 3.poſt medium, verſic. Ad idem bene facit, lib.3. Corn.conſil. 207. De pluribus hæreditatibus,colum.6.poſt med. verſic. Et propterea Imola, ibi latius declarando, lib.2. Ang. de Aret. in d.§.fin. col.3. nume.3.verſic. Vel ſecundo,Ludouic.Gozad. conſ.4. Prima facie videtur dicẽdum colum.3. nume.13.verſic. Et dicit ibi,& colum.antepen. nu.31.in fin.verſic. Ad tertium quando diſpoſitio, vbi communem opin. eſſe affirmat, conſ. 36.In facto præſupponitur,colum.1.in fin.verſic. Et inter alia dicit,conſil.59. Prima facie dicendum,colum.2.num.8.verſic. Octauo in fortioribus terminis,Dec.conſil.291. In caſu propoſito,colum.1.ſub nume.3.verſic.Et iſta concluſio,& colum.2.num.5.verſic.Et hoc ſaltem. Curt. iun.conſ.113. Pro reſolutione motiuorũ, num.11. conſ.139. Præſupponitur in facto,col. fin. nu.32.verſic. Sed quid fortius,de communi atteſtans,conſil.161.eiuſdem initij,colum.2. nume.2. verſic. Quia cum filij filiorum, Pariſ. conſil.78.In præſenti cauſa, colum.3. in princ. nu.11. verſic. Et maximè quia talis ſubſtitutio, lib.2.conſil.86.Ad veram reſolutionem,col.5. num.23.verſic.Eo magis,eod.volum.conſ.52. Certum eſt,col.4.num.22.verſic. Prout etiam, lib.3.Socin.iun.conſil.114.Viſis & maturè conſideratis,colum.penult. num.31.verſic. Et hoc eo maxime, de communi, lib.1.conſil.116. Viſo puncto,columna 4.num.13.verſic. Et eo maxime eodem volum.conſ.1. Conſiderato themate,colum.9.in fin.nume.38.verſic. Pro quo ſecundo facit, conſ.30. Reſolutio præſentis conſultationis,colum.1.num.3.verſic. Et iſta concluſio, lib.3. Andr.Alciat.conſ.2. Verba donationis,num.2.lib.8.Carol.Ruin.conſil.101. ſuper his,colum.4.numero 9.verſic. Et præmitto quòd ſub illis verbis,lib.2.conſil.102.Videtur, colum.2.nu.3.verſic. Quoniam hoc caſu,conſ. 154. Cum alteri filio,colum.2. num.4. verſic. Sicut ergo,eodem volum.conſ.115.Caſus iſte, colum.6. num.11.verſic. Et maxime ſecundum Imolam,conſ.129. Viſo,ac perlecto teſtamento,num.1.verſic. Et hæc opinio, lib.3. Anton. Gabriel.lib.6.concluſionum,tit.de reg.iur.c.1. num.36.in decima ampliatione,vbi communẽ eſſe ſcribit,Gualdenſ. in tract.de art.teſt.tit.de ſubſtit.cautel.4. Natta, conſ.602.nu.19.lib.3. Hieronym.Zanch.in l.hæredes mei, §.cum ita, num.239.verſic. Tertio adde,ff.ad Trebellian. ſecundum primam impreſſ. Hipp. Riminald. conſ.23.Illuſtris,& Generoſus Comes, nume. 66.lib.1.conſil.72. Illuſtris quondam,nume.5. colum.1.eod.volum.conſ.246.Et in primis,colum.2.num.6. lib.3.conſ.358. Igitur ad primũ quæſitum,num.68.verſic. Nono, quòd filij filiorum,lib.4.conſ.502.Poſtquam cõſului, numero 108.lib.5.conſil.744.D.Rodulphus,nu. 37.lib.7.Tiber.Decian.conſil.24.Et prima facie,num.11.lib.2.conſ.88.Quæritur ergo,num. 54.eodem volum.Lud.Molin. in tracta.de Hiſpan.Primogen.lib.1.cap.6.nu.29.verſic. Hoc etiam comprobatur ex alia regula,fol.41.& eodem lib.1.cap.5.nume.20. in fin.verſic. Idque comprobatur ex eo,Ioan.Frãciſc.Purpur.conſil.311.Conſultus ab arbitris, nu.7.lib.1. Petr. Anton.Anguiſc.conſi.41.Ex pluribus,num.2. lib.6.vbi egregiè loquitur,Hieronym.Magon. in deciſ.Floren.71. Donauerat Petrus Buglia, num.12.verſic. Niſi alia verba.Simon de Pretis, 4

tis,conſ.56.Materia,ante num.8.Chriſtophor. Torniola,conſilio 83. Dubia profectò, nu.22. Mouentur præcitati Doctores, & nuncupatim Ioan. de Imol. qui fuit huius opinionis,autoritate d.l.Gallus,§.inſtituens,num.48.dum conſiderando tres illos caſus, circa primum quem firmat licet parum concludenter, ſiue fundamentaliter,conatur ſecundo modo reſpondere textui in d.l. Lucius Titius, la ſeconda, ff.de hæredib.inſtit.dicit,quod ibi diſpoſitio nõ fuit facta de præſenti de filio,ſed collata in quendã futurum euentum, in quem veriſimiliter erat dubium an tũc extarent filij primi gradus, an verò nepotes, vel vlteriores, & ideò veriſimile eſt, quod tunc latè intellexerit verbum filijs, præſertim cum veriſimiliter par affectio debeat præſumi fuiſſe teſtatoris erga nepotes ſi illi extarent filijs præmortuis, quæ ratio(inquit) ceſſat quando diſpoſitio fit de præſenti extante filio & nepote.

5 Sed,vt Franciſcus Aretinus † d.conſil.146. 145 colum.penult.ſub verſic.Nec obſtat præmiſſis, illa differentia quam facit Ioan. de Imol. inter legatum de præſenti, & ſuſpenſum in incertum euentum de futuro non videtur vera, quoniam etiam in diſpoſitione quæ fit in filios, vel ſub nomine filiorum de præſenti, poteſt cadere interpretatio Imolæ, quia cum quælibet vltima voluntas fortiatur effectum poſt mortem,l.1.ff. de teſtam.cum vulg.potuit ſimiliter conſiderare teſtator quod fortè tempore mortis ſuæ non ſemper erunt filij, & ideò videtur cogitaſſe de nepotibus, & tamẽ quãdo diſpoſitio confertur in filios de præſenti, ipſe Io. de Imol. tenet opinionẽ Iacobi de Aren. Cyni & Bald. in d.§. inſtituens, quod ſub nomine filiorum in diſpoſitione teſtatoris non veniãt nepotes contra opinio. Bart. in d.l. liberorum, & cum hac Aretini reſponſione pertranſit Iacob. Menoch. d.conſ. 215.nume.204.verſ.Quandoquidem,& in diſpoſitione,d.lib.2.

Secundò dici poteſt,rationẽ comprehenſionis nepotum ſub voce filiorum, in d.l.Lucius, non fuiſſe, quòd diſpoſitio in incertum futurũ euentum collata fuerit,vt Imola dicebat,ſed ne ſequeretur abſurdum, quòd penitus extranei, imò ſerui teſtatoris excluderent ab hæreditate nepotes, & liberos proprij fratris quẽ ſummopere diligebat, vt ex tenore teſtamenti colligitur,dum dixit, aut quod abominor prius morietur, &c.

Ad quod facit, nam ad hoc vt extraneus
6 ſubſtitutus † illis qui ſunt ex ſanguine teſtatoris non præferantur,verba contra propriam ſignificationem intelliguntur, & diſiũcta in coniunctam reſoluitur,l.generaliter, in princip. C. de inſtit.& ſubſtit.l.is qui ducenta,§.fina.ff.de reb.dub.& vltra hæc iura, Doctores in c. Raynutius,de teſtamen.& in d.l.Gallus, §. quidam rectè, per confirmatione allegant etiam text.in d. l.Lucius, quòd inquam ibi diſiuncta in coniunctam reſoluatur,ne ſubſtitutus extraneus liberis fratris conſanguinei teſtatoris ab eo plurimum dilecti præferatur,& ita notat idẽ Ioan. de Imol. in eadem l.Lucius, colum.2.ante numerũ 2.verſ.In gloſſ. prima, vbi rationem reddit quare hoc contingat. Præterea ſicut gratia euitandi abſurdi, & iniqui, ne inducatur dura
7 ſeparatio † inter filios,& nepotes,appellatione filiorum nepotes continentur,d.l.liberorũ, vbi Bart.not.Auguſtin. Bero. conſ.122. Frequenter contingit,numero 3.lib.2. Rimin.iun. conſil.389.D.Franciſcus Zocchus,numero 10.lib. 4.conſ.173.Teſtator,numero 42.lib.2.conſilio 502. In præſenti cauſa,numero 111.lib.5. conſilio 744. D.Rodulphus,numero 36.lib.7.Surdus conſil.85. Plura dici poſſent, numero 28. lib.1.Quod eſt verum etiam ſi actus annullatio ſequeretur,Carol.Ruin.latè conſ.150. Viſo teſtamento,numero 8.& 9.lib.2.Surdus d.conſilio 85. numero 28. ita in terminis d. l.Lucius, cauſa euitandi abſurdi & iniqui de quo ſupradicta appellatione filiorum ibi liberi continentur. Fortificatur hoc, nam ſicut ad euitandum abſurdum filiorum appellatione aliquãdo nepotes non includuntur, d.l. quid ſi nepotes, ff. de teſtam.tut.ita vt contrariorum eadem ſit diſciplina,l.& ſi contra,ff.de vulg.& pupill.l.iure ſuccurſum,ff.de iur.dot.cum ſimil.è contra nepotes appellatione filiorum propter euitandũ abſurdum, & inconueniens non comprehendentur.

Tertiò,vt in principali quæſtione ex Baldo, Corneo, & Decio ad iſtum textum dicebam, poteſt adhuc aliter inſtari, quòd non loquatur de nepotibus alijsque vlterioribus,ſed de liberis primi gradus, hoc eſt de filijs conditionaliter expreſſis, nam vt euitetur abſurdum,vel inconueniens contra regulas iuris appellatione
8 liberorum ſolum filij primi gradus † & non vlteriores continentur, l. moris eſt, §. ſed enim ſciendum eſt,ff.de pœnis, iunct.l. Diuo Marco C. de quæſt. ſed ibi abſurdum reſultaret, licet enim nepotes filiorum appellatione propriènõ includantur,l.iuſta,ff.de verbor.ſignificatio.tamen in conditionibus, vt ſunt termini dictæ l. Lucius, in quibus verba propriè aſſumenda ſunt,l.qui hæredi,& l.Mæuius, ff.de condit. & demonſtr. nepotes venirent,igitur contra regulas iuris huiuſmodi interpretatio admittenda nõ eſt. Faciunt tradita per Hieronym.Gabriel. conſil.119. Pro vera reſolutione quæſt.colum. 10.nume.54.verſ. Si quidem, vt cæteris,lib.2. Vltimò ex intentione ſcribentium reſpõdetur, quòd quando de filijs fit mentio conditionali-
9 ter, illaque conditio † nõ eſt principaliter adiecta

cta fauore filiorum, ſed potius in quādam conſequentiam, tunc filiorum appellatione nepotes non continentur, vt deſumitur ex Bart. in d. l. liberorum, in 3. colum. ante numerū 6. verſic. Quarto caſu, ſed in d. textu de filijs mentio fit conditionaliter, non fauore ipſorum principaliter, ſed tacitè, & veluti in quandam cōſequentiam, vt habetur per gloſſ. ſi. ibi magis communiter approbatam, quia cum ſint in conditione, non ſunt vocati, l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtamen. igitur dicta conditio debet adimpleri propriè in filijs primi gradus nō in vlterioribus, Vnde rectè dicebat Bald. in d. l. Gallus, §. inſtituens, columna penultima in fin. verſic. Item in l. Lucius fit mentio reſpondendo ad eundem text. quòd loquatur quando de filijs fit mentio enunciatiuè, & conditionaliter, ſecus diſpoſitiuè, ſi Baldum dicto modo intelligamus. Cum autem hæc vltima reſpōſio, non modicam difficultatem patiatur ex ijs quę in diſcurſu materię afferam, & ex communi quam firmat Socin. iun. in conſil. ſtatim allegando, ſub num. 19. ideo de eius ſoliditate valde dubitandum exiſtimo, quicquid Berous ſibi voluerit.

Altera igitur inſurrexit contra Imolam opi-
10 nio, vt nepotes † non includantur appellatione filiorum, etiam ſi diſpoſitio in aliquem futurū incertum euentum conferatur, quā tenent, Ludou. Roman. d. conſ. 438. In cauſa conſultationis in fin. verſic. Quæ determinatio, Franciſcus
141 Aretin. d. conſ. 146. columna ſecunda, verſ. Quę etiam videtur verior, Dec. conſil. 95. Et pro tenui facultate mea, columna quarta, verſ. Et ibi dicit hoc etiam procedere, Socin. ſen. conſ. 73. Capiendo primum, columna 5. ſub numero 19. verſicu. Sed tamen his non obſtantibus, lib. 4. Franciſc. Mantic. in tract. de coniect. vlt. volun. lib. 8. tit. 8. columna penult. in 8. caſu, num. 20. verſ. Sed hanc intelligentiam, Iacob. Menoch. in tract. de præſumptio. in 2. par. princip. lib. 4. præſumpt. 94. in fin. verſic. Cæterum ab Imola, Auguſtin. Bero. conſil. 122. Frequenter contingit, columna ſecunda, numero ſecundo, verſic. Et prędicta ex mente iſtorum lib. 2. Socin. iun. conſil. 30. Reſolutio præſentis conſultationis, columna 5. ante numerū 25. verſic. Et vult hoc habere locum, lib. 3. Arius Pinel. in l. 1. in 1. par. num. 70. C. de bon. matern. rurſus Iacob. Menoch. d. conſil. 215. num. 100. verſic. Reſpondetur primò, lib. 2. vbi nume. 105. verſic. Quibus intelligimus, dicit iſtam eſſe veriorem, & receptiorem ſententiam, citatque Andream Alciatum, & Marcobrunum in locis de quibus per eum, eandem opinionem tenentes. Pro fundamento autem huius opin. Ludouicus Pontanus dicebat in prælleg. conſilio, colum. ſi. verſic. Quæ determinatio, eſſe caſum apertum iuncta ſuppletione gloſſatoris, & Dyni in l. cū pater, §. hæreditatem, ff. de leg. 2. ibi, dum dicit, cū ex alijs eligendi poteſtas non fuerit, ſupplent gloſſ. & Dyn. ſcilicet præmortuorum filijs, ibi cum fuerat filius rogatus de reſtituendo hæreditatem filijs, vel vni ex eis quem eliget, & ſic non fuit diſpoſitio in eos collata de præſenti, ſed in futurum euentum, & tamē ibi deciditur, filium inſtitutum nō habere facultatem eligendi filiorum filios, & ſic nepotes, vnde (inquit) ibi eſt caſus apertus, diſpoſitione in futurum euētum collata, appellatione filiorum nepotes non includi. Fuit Romanus excelſus Iuriſconſultus, & magnam habuit in inductione legum
11 dexteritatem † cum optimus textualis extiterit, quemadmodum ex eius lecturis, & conſilijs perſpicere eſt: Sed tamen in inductione dicti §. hæreditatem, eius acri ingenio nihil certi attulit, vt arbitrer illum tanto verborum magiſterio, & phaleris extuliſſe, vt cauſæ magis quam certæ intelligētiæ deſeruiret, dum fortè alijs iuribus, aut rationibus quæ eius opinionem fulcirent, vti non poterat; Eſt ergo diuinare, textū prædictū ad nepotes referre, incaſſumque agit Pontanus dū incertis, & prorſus extraneis ſuppletionibus Accurſij, & Dyni, imò proprijs conatur inde ſenſum ſibi pro reſponſo quod reddidit euellere.

12 Primò, itaque huic textui reſponderi † cum eodem Romano poteſt, is enim licèt expeteret opinionem illam Imolæ confundere, & in quendam diuinatiuum ſenſum prolapſus fuiſſet, tamē vti veritatis amator ſtatim pedem retraxit: dicit enim verba illa, de alijs, debere ſuppleri, ſcilicet mortuis, & ſic de filijs qui tempore mortis non ſupercrāt, quod ex proximis verbis deducitur, ibi: Viriles autem inter eos fieri qui eo tempore vixerint, vt non videatur rectè intelligendo Papinianum Iuriſconſ. caſum dubium ibi ponere.

Secundò, ex eo ad vlteriores illa diſpoſitio nō porrigitur, nam textus loquitur de filijs ſuis reſpectu filij quem teſtator rogauerat, & ſic de nepotibus teſtatoris, quos præciſe per illa verba filijs ſuis deſignauerat, vt non extendantur ad pronepotes, quam intelligentiam præſenſit gloſſ. dum dicit, ſic, C. ad S. C. Trebell. l. iubemus, quem text. paulo ante ad hoc propoſitum poſt Baldum, & Decium allegabam, & ita vſus eſt tenere, ac reſpondere Soci. ſen. in d. §. inſtituens, ante fin. verſic. Sed tu defendendo Imolam. Et quantumuis Claud. de Seyſell. ibidem, colum. penult. ſub num. 10. verſic. Sed reſpondet ipſe Socin. dixerit iſtam ſolutionē eſſe contra text. in l. ſi ita, iunctis ibi not. per Bart. ff. de aur. & argent. leg. tamen reſponſio Socini vera eſt, in diſpoſitione teſtatoris in ijs quæ ius ſanguinis, & naturales gradus concernunt, licet

enim

enim nepotes dicantur abſolutè filij, tamen nõ dicuntur filij talis, puta Titij, ad quod faciunt notata per Bart. tum in d.§.inſtituens, tum etiã in d.l.liberorum, dum reſpondit ad §.idem credendum, d.l. Gallus. Præſertim vltra Socinum, quia ex filio nepotes magis deſignauerat, ob facultatem eligẽdi quem ex ijs voluiſſet, nõ mirum ſi iuſta de nepotibus interpretatio ceſſare debet; vt non conſideretur ibi incertus futurus euẽtus, ſed aliam textus rationẽ retineat. Hinc ſi verba illa, De alijs, ad nepotes referamus, nõ ad præmortuos filios rogati ſubſtitutos, nihil refert, iure eligendi conſiderato, & verbis illis, filijs ſuis, & cui ex his, vt in textu, quæ coarctant, & reſtringunt.

Tertiò, reſpõdebat Soc. in præcitato §. inſtituens, quòd in d.§.hæreditatem, extabant filij, & nepotes, vnde cum verbum, filij, poſſit verificari in filijs primi gradus, & diſpoſitio in eis ſortiatur effectum, ideò non veniunt ibi nepotes, ex ijs quæ ſcribit Bartol. in d. l. liberorum. Conſtat ex his vtranque opinionem diſputando defendi poſſe, ego tamen à priori ſententia Ioannis de Imola † iudicando, & conſulendo recedendum non fore arbitror, vti veriori, & crebriori Scribentium calculo recepta, licetque Iacobus Menochius d. conſ. 215. nu. 105. verſ. Quibus intelligimus, opinionem Romani, & Aretini magis communem eſſe aſſeruerit, illi in hoc deferendũ non exiſtimo, cum ex calculo, & pondere auctorum luce meridiana clarius ſit Imolæ dictum præualere, & adeo canonizatum eſſe, vt abſurdum ſit ab eo diſcedere. Et quamuis ipſam opinionẽ ex d. l. Lucius per Imolam inducta probari non exiſtimem, tamẽ in ſe veriſſima eſt, cui non officit inductio text. in d.§.hæreditatem, per Pontanum nimis ſubtiliter cõſiderata, ex ijs quæ iam dicta fuere: Ad eius tamen confirmationem valde cõfert quod dixit Ioã. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de teſtam. ſuper rubr. in 3. colum. verſic. Idem Lambertinus, dum limitat l. ſi cognatis', ff. de rebus
14 dub. quæ vult, quòd verbũ, cognatis, † prolatum à teſtatore, reſtringitur ad eos qui tẽpore mortis extant, vt procedat quãdo diſpoſitio eſt pura, ſecus ſi conditionalis, collata in incertum futurum euentum, & Ioann. Andreæ ſequitur Alexand. conſil. 26. Videtur fortaſſe, colum. fin. num. 4. verſic. Quia reſpondeo, lib. 3.

Et licet idem Alex. conſil. 219. Viſis teſtamento, codicillis, & themate, colum. 2. num. 4. in fin. verſ. Etiam quando talis diſpoſitio lib. 2. contrarium dixerit, vt inquàm text. in d. l. ſi cognatis, procedat etiã vbicunque diſpoſitio non erat pura, ſed in incertum euentum, vel conditionem collata, l. fin. verſic. Hoc eodem volẽte, & ibi not. per Cynum, C. de verborum ſignif. & l. peto, §. fratre, cum gloſſ. ff. de leg. 2. nihilominus tamen eo loci Cynus nihil dicit quod vigeat, & text. in d.§. fratre, parum facit, vt conſiderat Claud. de Seyſell. in d.§. inſtituens, col. 3. ſub nume. 10. poſt med. verſic. Tamen ibi Cyn.

15 Et vltra præcitatos † cum ipſo Imola ſentiũt ciusque opinionem ſequuntur, idem Simõ de Pretis in tract. de interpret. vlt. volun. lib. 3. interpret. 3. dubit. 4. fol. 1. num. 57. verſ. Quintus caſus eſt, fol. 328. vbi communem eſſe teſtatur. Marc. Ant. Peregrin. in tract. de fideicomm. artic. 22. Vtilis eſt, colum. 26. num. 50. verſ. Item cum teſtator, vbi de communi, fol. 199. Ioã. Cephal. conſil. 16. Viſis omnibus, col. 13. num. 64. verſic. Pro quibus confert, vbi dicit iſtam concluſionẽ indubitanter procedere ex mente omnium, & nũcupatim ipſam cõmunem eſſe poſt Alexandrum, idem aſſerẽtem quem refert, conſilio 107. Magnificus D. Cæſar, colum. 7, in fin. verſic. Quæ concluſio, lib. 1. & conſil. 242. nu. 5. lib. 2. Celſus Hugo, conſ. 93. Tenor priuilegij, colum. 8. ſub num. 11. verſic. Illa etenim dictio. Tob. Nonius, conſil. 29. Conſtantius, col. 14. num. 23. verſic. Secundo reſpondetur, Anton. Rub. Alexandrin. conſ. 8. Præſupponitur in facto, colum. vlt. in fin. nu. 10. verſic. Non obſtat id quod dixi, & aliàs hanc opinio. ego tenui in conſ. quod reddidi ſuper fideicommiſſo olim Magnif. Ioannis Caroli Riuerę, incip. Dubia ſuper teſtamento, colum. 67. ſub num. 121. verſic. Non obſtat ſecundò, fol. 156. quod eſt conſilio 2. inſertum meo tractatui An, & quando liberi in condit. poſiti vocent. Prædicta Imolæ opinio latius procederet, ſi nepotũ fauor verſa-
16 retur † ſine aliorum præiudicio, ſecundũ Dec. d. conſ. 95. colum. 7. verſ. Præterea dato, Suſtinerique eadem conditio poteſt, quando non ex fideicommiſſaria, ſed ex directa ſubſtitutione ſuccederetur, cum d. l. Lucius, de filijs à teſtatore directè vocatis loquatur, ſaltem tacitè ab inteſtato, vt dicitur ibi in gloſſ. ita declarat Andr. Alciat. conſ. 69. fideicõmiſſi verba, nu. 10. lib. 9. Sed quamuis Alciati autoritas ingens ſit, ac celebris, crediderim de hac ſua aſſertione admodum dubitari poſſe, cum ipſe exiſtimet veritatem opinionis Imolæ ex d. l. Lucius, pendere, quod ex iam dictis nõ ab re reſpui potuiſſe euidenter cõſtitit; & certè magna eſſet intelligentiæ tãtorum patrum reſtrictio, imò magis quædam deſtructio, & quaſi abolitio. Et vide quid ad declarationẽ dictæ ſecundæ principalis concluſionis Ioannis de Imola ſcripſerint Riminiun. d. conſil. 246. num. 42. verſic. Reſpondetur id non procedere, lib. 3. cõſ. 75. Illuſtris quondam, nu. 35. verſ. Quia ſub nomine, lib. 1. conſ. 690. D. Peregrinus, nu. 18. lib. 6. & Chriſtoph. Torniola, conſ. 31. Viſis ſupradictis, nu. 8. col. 4.

17 Tertiò facilius † appellatione filiorum nepotes comprehenduntur, & hoc finitimum eſt

dictæ

dictæ concluſioni Ioānis de Imola, vbi quis natos filios inſtitueret, ac naſcituros, vt colligitur ex Alex.cōſ.9. Viſis verbis teſtamēti,col.2. ſub nu.2.lib.1.Curt.iun.cōſ.113. Pro reſolutione motiuorū,col.antep.nu.11.& 12.cōſ.139. Licet mihi perſuadeā, col.fi.nu.22.verſ.Sed quid fortius,Gerard.Mazz.cōſ.1.Nāna relicta Raynaldi Porrigiani,nu.111.qđ repetitur conſ. 114. eiuſdē initij,nu.91.verſ. Veniūt quoq; inter cōſil.Soc.iun.lib.3.Hipp.Rimin.cōſ.604.D.Caſſandra,nu.26.li.6.rurſus Curt.iun.cōſ.114. Nō poſſum nō mirari,nu.2.& 3.cōſ.121. Pręmiſſam cōcluſionem,col.3.nu.7.verſ.Illa enim verba.

Quod procedit etiā ſi teſtator dixiſſet ex ſe,& vxore ſua naſcituris, quia mediatè ab eo deſcēdunt,licet nō immediatè, & quicquid eſt cauſa cauſę,eſt cā cauſati, l.manumiſſiones,ff.de iuſt. & iur.ita Gerard.in pręalleg.conſ.144.num.92.

Et prænarrata Alexandri, Curtij, & aliorum
18 † concluſio liberius,ac fortius recipienda erit, vbi nō ſolum de natis, ſed etiā de quibuſcunq; filijs naſcituris dictum fuiſſet,vt ſcribūt Cardinalis Mantic.in d.tracta.de coniect.vlt.voluntlib.8.tit.8.nu.12.verſ. Sed hæc coniectura, Iac. Menoch.de pręſumpt.in 2.par.princ.lib.4.pręſumpt.94.num.28.verſ.Quinta eſt coniectura, Alex. d.conſ.9.col.2.nu.1. verſ. Et primo lib.1. Curt.iun.cōſ.48.Pręſupponitur in facto,col.2. nu.4.verſ.Item adſunt illa verba,cōſ.111.Difficultas preſentis conſultationis, col.3.in fi.nu. 9.verſ.Tertia principalis coniectura, conſ.113. Pro reſolutione motiuorum, col.antep.nu.11. & 12.Aym.Crauet.conſ.155.Verba teſtamēti, col.2.n.4.verſ.Tertio qñ teſtator,lib.1.quilicet nō addiderit naſcituros,tñ ſic voluiſſe loqui credendū eſt, iuxta declarationē Card. Manticę, Io.Ceph.conſ.262.nu.11.lib.2. Nec omiſerim Curt.iun. in præcitato cōſ.48.nu. 4.verba illa, quoſcūque filios naſcituros interpretari,vt vniuerſali ęquipolleāt,& perinde ac ſi diciſſet, qñcūque naſcituros,l.2.ff.de leg.2.fundāt ēt præcitati Doct.d.concl. in Imolæ opinione in d.§. inſtituēs,de qua diximus,vt nepotes,ſub verbo filiorū includātur vbi cōſideratur incertus futurus euētus,vt tūc teſtatoris diſpoſitio latior exiſtimetur,& vlterius protēdatur.Cū vero naſcituris,verbū quibuſcūque annectitur,maius robur adijcitur,cū natura iſtius verbi q buſcūque,
19 ſit † extēdere verbū cui adiūgitur,vt oīa importet ēt quę ſecundū impropriā ſignificationē veniūt,& quę aliàs nō venirent,iuxt.not.per Bal. in l.1.col.pen.in 34.q.nu.27. ff.de rer.diuiſ.vbi voluit,q verba Pro ſe,& hęredibus quibuſcunque,appoſita in inueſtitura feudali,operētur vt trāſeat ad quoſcūque ſucceſſores ēt extraneos, & ad quos feudū ex ſui natura aliàs nō trāſiret,
20 vt immutet naturā † feudi,c.1.de feud.nō habnat.feud.Curt.iun.cōſ.1. Primā amplector dubitationem,nu.1.& 2.vbi latè de verbo iſto quibuſcunque,& conſ.48.Pręſupponitur in facto, col.2.nu.3. Dec.cōſ.208. Ad clariorem rei demonſtrationē,col.2.nu.7. Et quāuis Bald. in l. cū virum,col.pen.ante nu.22.verſ. Aut eſt feudū hęreditariū,C.de fideicōmiſ.viſus fuerit aliquantulum dubitare,tñ non eſt quin concludat firmiter feudū ex verbis,quibuſcūque hęredib. venire in reſtitutione fideicōmiſſi tanquā hęreditariū, per text.in d.c.1. & illud qđ ſub dubio profert indiſcuſſum relinquit,nihilq.allegat,vt cōſiderat Alex.in l.ſi patroni, col.pen.ante nu. 15.verſ.Subdit tamē,ff.ad Trebell.vbi dicit,dictionē iſtam,quibuſcūque, debere operari augmentū, licet aliud ſit qūque in diſpoſitionē legis, vt reſtringatur ad habiles,ne inducatur alterius legis correctio, vt per eū ſatis hoc declarantē,adeo,q parū ſit curādū de dictis per Dec. conſ.185.In cauſa iſtorū nobilium,col.2.nu.4. verſ. Secundo rñdetur, vbi voluit verba Hęredib.quibuſcūque,de extrancis nō intelligi, ſed de deſcēdentibus ſecundum naturam feudi, & ſi rectè ponderetur,nō tutè firmat pedes,vt ibi. Et hoc ſaltem videtur habere locū in caſu iſto, fuerat enim in prima inueſtitura dictum de hęredibus maſculis, vnde arguit verbum de quibuſcūque hęredibus,in ſecunda inueſtitura debere ad maſculos reſtringi ex quo pręciſe primum non contradicebat,vt per eum.

Concluſionē verō quæ tertio loco ſuperius
21 de naſcituris attuli, verā non eſſe † nec procedere,qñ nepotes, nec tempore teſtamenti, nec tēpore mortis teſtatoris in rerū natura extabāt, multi Doctores exiſtimarunt, & nuncupatim, Lud.Rom. conſ.231.Pręmiſſorum Doctorum concluſionē,in princ. & videtur eſſe de intētione D. Ioannis de Riccis de Florentia, conſ.38. Ad declarationē prædictorum inter conſ. Ang. de Vbaldis,Corn.cōſ.199. In pręſenti cōſultatione,col.12.ante nu.35.verſ. Quarto ēt cōcurrit,li.2.cōſ.390.Totavis cōſultationis,in fi.nu. 7.verſ.Et maxime, li.4.Soc.ſen.cōſ.72. Capiēdo primū,col.7.in princ.ante nu.26.verſ.ad prędictā obiectionem, & ēt infra, vbi hoc pluribus cōprobare nititur,lib.4. Lud.Gozad.cōſ.36.In facto pręſupponitur,col.pen.ſub nu.11.verſ.Prętereà,& quarto, Pariſ.cōſ.20.In hac cōſultatione,col.pen.nu.58.verſ. Itē, quia dicti nepotes, lib.3.Hipp.Rimin.cōſ.246. Et in primis,nu.4. lib.3.cōſ.690. D.Peregrinus,nu.19.& 20.lib.6.
22 Non defuere tñ † ſcribētes qui pręcitatis cōtradixerint, & in ſpecie contrariū tenuit Alexā. de Imol. conſ.26. Videretur fortaſſe,col.fi.nu. 14.verſ.Non obſtat,q dictus Tamarotius, lib. 3. ubi rñdet textui in l. ſi cognatis, ff. de rebus dub. & in l.ſi Titius, ff. de ſuis, & legit. & ante eū Io.Andr. in addit.ad Spec. in rubr.de teſtament,col.3.verſ. Itē Lambertinus de Rampo-

nibus,Socin.ſen.conſilio 86. Viſis teſtamento, colum.penult.ante num.12.uerſic.Comprobatur iſta cõcluſio,ac etiam infra,lib.3.Dec.conſ. 299. In cauſa mihi commiſſa de conſenſu partium, colum.penult.in princ. nu.8. in 7. concl. quod eſt quoddam conſilium deciſiuum, Socin.iun.conſ.126. Maxima profectò eſt dubitatio,num.53.uerſic.Et prꝛterea, lib.1. Ioan.Cephal.conſ.199. num.25. lib.2. Curt.iun.conſil. 114.Non poſſum non mirari,ante num.2.uerſ. Ex quo enim teſtator, & conſil.58. Circa præmiſſam conſultationem, colum.2.ſub nume.5. uerſ. Eſt uerum, ubi de cõmuni teſtatur,Hipp. Riminal.conſ.502.Poſtquam conſului, nume. 109.lib.5.Ruin.conſ.35.Adeo plene,colum.6. nu.14.lib.1. idem videtur ſenſiſſe D. Vincent. de Franch.in deciſio.169.Conditis per Illuſtr. Ducem Alfonſum,in fin.nu.25.in 1.part.

23. Adeſt etiam tertia opinio diſtinguens, † & dictas contrarias opiniones concilians, quòd præſuppoſita illa ſententia pro vera, quòd diſpoſitio d. l.ſi cognatis, non procedat in fideicõmiſſo conditionali,ſi tamen contingat,quòd tempore purificatꝛ conditionis reperiantur aliqui qui erant concepti,& nati viuo teſtatore,& alij nati,& cõcepti poſt eius mortem, prius debeant admitti illi qui erant nati viuo teſtatore. Nam ratio d.l.ſi cognatis,ex mente omniũ eſt, quia illi qui ſunt nati, & concepti viuo teſtatore,cenſentur ab ipſo magis dilecti tanquam cogniti. Dato igitur,ꝙ in diſpoſitione conditionali veniant etiam nati poſt mortem teſtatoris incogniti, negari non poteſt quin nati viuo teſtatore, & cogniti dicantur magis dilecti, ergo ſuccedit alia vera concluſio,quòd ad fideicommiſſum prius admittantur magis dilecti à teſtatore quàm minus dilecti, text. eſt in l.cum ita, §.in fideicommiſſo, de lega.2.vbi ad fideicommiſſum prius vocantur nominati,quam alij nõ nominati,& nulla alia ratio aſſignari poteſt,niſi quòd nominati cenſentur magis dilecti, ergo idem in propoſito concludere debemus, ita diſtinguit Curt.iun. conſilio 57. Habita diligenti conſideratione,num.12.verſic.Puto in propoſito, & in prælleg. conſil.58.columna fin.verſic.Ad iſtud tamen obiectum,Hipp.Riminald. d.conſil.246.nume.45.& quamuis Curtius dicat iſtam diſtinctionem nõ eſſe ab alio tactam, ſiue poſitam, tamen ipſe multꝛ eſt autoritatis, & ad illam fundandam, in d. conſilio 57. quòd plures rationes affert,opinioni etiã diſtinguenti plurimum deferri incertum non eſt.Et ſi Alexandri opinionem ſequamur, quæ communis videtur, vt eſt dictum eodẽmet Curtio teſtante, latius procederet quando filius eſſet de medio ſublatus, & nepos primum locum teneret, Riminal.iun.d.conſ.246.nume.7. d.lib.3. citat Ruin.conſ.8. Viſo ſtatuto,num.7.lib.5.

24 Quartò idem venit † dicendum in ijs diſpoſitionibus quæ ex ſui natura tractum ſucceſſiuũ habent, atque perpetuum, veluti in Primogenituris,& Maioratibus: ſi enim Primogenitura in alicuius perſonam filiorumque ſuorum inſtituta fuerit, ad omnes deſcẽdentes protendetur, quia horum natura eſt, vt ſucceſſione progreſſuque ordinentur, ita ſcribunt Andr.Tiraquell.in tract. de iure Primogen. quæſt.40.numero 57.verſic. Decimaquinta ratio,& nume. 42.verſic.Nonò ius primogeniturꝛ,& num.37. verſic.Proinde ſi pater erat primogenitus,necnon Ludouic.de Molina, in eius tract. de Hiſpan.Primogen.lib.1.capit.6.incip. Et hac Hiſpanorum Primogeniorum natura, colum.14. numero 28.verſic. In Hiſpanorum autem Primogenijs, fol.41. Dec. conſilio 498. Viſo caſu propoſito, columna 4.numero 19.verſic. Et ad confirmationem huius concluſionis,poſt Paul. de Caſtr. quem ibi ad hoc propoſitum adducit Pariſ. conſilio 72. Ad veram reſolutionem,colum.12.verſic.Et quia ſumus in iure Maioricatus,lib.4. Ludouic.Gozadin. conſ.36. In facto præſupponitur,colum.3.in fin.verſic.Non obſtat, Socin.iun. conſil.108. Viſo puncto,col.2. in princip.numero 2.verſic.Secundò hoc idem lib.2. Ioan.Lopez,in rep.rubr.extra de donat. inter virum & vxorem, §. 69.numero 21. verſicu. Sed meo iudicio,fol.117. Didac.Couarr. Practic.quæſt.capit.38.num.6.& 7.fol.526.& 527.Marc.Anton.Peregrin.in d.tract.de fideicommiſſ.artic.22.Vtilis eſt,num.51.verſ. Idem eſt, fol.199. Ad quod allegat Petr.de Anchar. conſ.27.Non ſeruato ordine dubiorum, col.3. verſic. Et ſaluo ſaniori conſilio, quem referendo ſequitur Socin.ſen.conſil.251. In cauſa Bononienſi, colum.4. in princip. verſic. Præterea poſt filios naſcituros,lib.2.& conſ.86.Viſis teſtamento,colum.penult.nume.12. verſic. Et ad hoc optimè facit,lib.3. Gloſſ.Pariſienſ.tit.1.de mater.feud.§.8.gl.3. in verb. Pour ſon droict. verſic.Aduerte tamen ad duo.

Et ratio eſt: nã (vt dicebam) Maioratus natura perpetua eſt in omnes deſcendentes,atque cæteros etiam tranſuerſales qui ex propria inſtitutoris familia procedunt, vt conſequens ſit illam interpretationem capiẽdam fore, ex qua perpetuitas ipſa in oẽs deſcendentes conſeruetur, non autem ea ex qua ſtatim ſubſtitutiones in primo gradu filiorum finiantur, vt in præcitato loco Molina, ſubdens cõmunem proinde ac veram reſolutionẽ eſſe, quòd quando bona debẽt perpetuo in familia conſeruari, vel aliter conſtat de voluntate teſtatoris, quòd velit, vt eius diſpoſitio perpetua ſit,verbum filiorũ non ſolum nepotes, verum etiam omnes deſcẽdentes comprehendat,quod probari ex d.l.liberorũ,ibi, Niſi voluntas teſtatoris aliter ſe habeat

nuncupa-

nuncupatim aſſeruit, de quo ſtatim dicemus.

25 Primogenituræ igitur qualitas † nũquam moritur, imò in infinitum procedit, cum deficiente primogenito, ſecundo genitus illicò primogeniti locum, ac denominationem accipiat, vt probatur ex text. in c. grandi, de ſupplend. neglig. prælat. lib. 6. & in c. licet, de voto. Molina, lib. 1. c. 5. nu. 20. Et ius iſtud primogenituræ nõ

26 tantũ conſiſtit in honore † ipſius primogeniti, quantũ in conſeruatione nominis, & dignitatis familiæ, quæ quidem cõſeruatio nõ poteſt melius fieri inducique quàm per vnitatem, Gloſſ. Pariſienſ. tit. 1. de mat. feud. d. §. 8. gl. 4. in verb. Principal manoir, nume. 15. verſic. Et ratio eſt, fol. 205.

Circa hoc autem Peregrin. d. art. 22. nu. 53.

27 animaduertendum eſſe † exiſtimat, in primogenituris tunc filiorum nomen liberos ſignificare, quando inquâ primogenitura erecta fuiſſet per verbũ pluralis numeri, puta in filios primogenitos Titij, vel in filios maiores natu, cum enim pluralis numerus plures perſonas deſideret, l. vbi numerus, ff. de teſtibus, ideirco plures primogeniti, & plures maiores denotantur, ſecus ſi teſtator poſt mortem Titij ſubſtituiſſet eius filium primogenitum, quia in primo propriè verificatur diſpoſitio, vt voluit Guid. Papa deciſ. 467. Teſtator in teſtamẽto ſubſtituit, verſic. Attamen conſiderata voluntate. E conuerſo tamen idẽ eſſet dicere primogenitum vnius familiæ in numero ſingulari, vel primogenitos eiuſdem familiæ in numero plurali, cum plerun-

28 que verbum ſingularis † numeri plurale etiam ex mente diſponentis comprehendat, l. non eſt ſine liberis, ff. de verb. ſign. l. 1. §. quamuis, ff. de aſſign. liber. l. cum inter, C. de fideicõm. libert. vbi egregie Bal. nume. 2. verſic. Item nota text. ibi, id non ex vi verbi, ſed ex mente diſponentis cõtingere, Propterea que idem eſt dicere, quòd

29 extante filio maſculo † fœmina non ſuccedat, ac ſi diceretur, quòd extãtibus maſculis, &c. vt voluit Bal. in l. 1. col. 2. nu. 3. verſ. Et facit ad quæſtionem, C. de condit. inſert. Ruin. conſ. 119. Viſo, & bene ponderato, col. 6. nu. 13. verſ. Et probatur, lib. 2. & in Hiſpanorum primogenijs, id cenſuit Lud. de Molin. d. lib. 1. c. 5. nu. 21. verſic. Quod nedum, fol. 29. poſt Io. Lopez. in d. rubr. de don. int. vir. & vxor. §. 69. num. 21. verſ. Et in iſto ſecundo caſu, cum vocatur maior natu, vel primo genitus de familia, vel agnatione, quia teſtator ad agnationem non ad perſonas reſpexit, idcirco, maioratus perpetuus eſt, & ita loquitur Anchar. in prælega. conſilio multũ famigerato, & notabili, ac etiam Dec. conſ. 321. In cauſa quæ Alexandriæ, colum. 2. circ. med. verſ. Quia reſponderi poteſt.

Hinc eſt etiã, quòd cum feuda non cenſeantur perſonalia, ſed vltra acceptorẽ ad alios pro-

30 tendantur, & in dubio † feuda præſumantur ex pacto, & prouidentia, non hæreditaria, omnes enim feudiſtę atteſtantur, quòd text. in capit. 1. de alien. feud. patern. in c. tam agnat. & in §. ſed, & res, per quos fiat inueſtit. loquũtur in feudo ex pacto, & prouidentia, vt dicit etiam Bal. in c. quæ in eccleſiarum, nu. 39. de conſtit. & quod loquantur in feudo ex pacto, & prouidentia, ex iuribus prædictis, nil aliud habemus, niſi quòd feudum erat paternũ cuius alienatio erat inhibita poſtquam in nouo tãtum dabatur poteſtas alienandi. Vnde feudum ex pacto, & prouidentia ipſum nominant non quòd omnia feuda ẽt hęreditaria non ſint ex pacto, & prouidẽtia, ſed quia nõ poſſum illa alienare: & ſi ea ratione dicũtur feuda ex pacto, & prouidentia, quia non poſſunt alienari, cum & feuda iure ſanguinis

31 † dentur, vt dicit Iacob. de Ardiz. in tit. de ſucceſſ. feud. c. 1. §. item quęritur, conſequens eſt, vt nullum poſſet in eis in dubio præiudiciũ inferri, l. 3. ff. de interdict. & releg. Bart. Camer. in d. c. 1. in 1. q. nu. 140. verſ. Quaſi quod in dubio, fol. 461. & hoc idẽ, vt multos alios taceã, quod in dubio feuda ex pacto, & prouidentia nõ hæreditaria præſumantur, tradit Andr. de Iſern. in c. 1. §. huius autem generis, nu. 11. ex quibus cauſ. feud. amitt. & poſt Lotfredum de veriori, & cõmuniori teſtatur Io. Thom. de Marin. in tracta. de Generib. & qualit. feud. lib. 1. in tit. de feud. ex pact. & prouid. in c. incip. Videamus modo de 2. dubio, fol. 10. verſ. Et hanc opin. vbi latiſſimè autoritates, & rationes adducit, & ſignanter multa loca Andreæ de Iſern. vt per eum optimè declarantem.

Igitur in ipſis feudis filiorũ appellatione nepotes includuntur, & oẽs deſcendentes maſculi

32 ſucceſſiuo † ordine veniunt, d. c. 1. §. & ſi clientulus, vbi Bald. & alij cõiter, tit. de alien. feud. Alex. in d. l. Gallus, §. inſtituẽs, col. 5. nu. 8. verſ. Vnũ non omitto, & in 5. nu. 10. de lib. & poſth. poſt Bal. ipſũ magiſtraliter loquentẽ, in d. c. quę in eccleſiarũ, col. pen. nu. 39. verſ. Sed pone cõceſſum eſt, vbi inquit, 9 cum materia ſit indifferens quo ad gradũ, meritò nomẽ filius ſignificat ſecundũ naturam contractus feudalis totã lineam deſcendentium: cumque feudũ non ſit propriè cõtractus, ſed gratia, nam quantũcunque pro feudo debeatur ſeruitium, tamẽ magis de lucro participat, & beneficio, quã de onere,

33 ideo gratia † appellatur, Bald. in prælud. feud. verſ. Viſo ergo, vbi Iac. de Beluiſ. & ſic largè eſt

34 interpretandũ. Et attingendo quęſtionẽ † cum Alexãdro, vbi ſupra, quo ad veritatẽ cõcluſionis, licet ex alijs moueatur, tenet Iaſ. nu. 24. vſque ad nu. 33. hęcque fuit opin. gl. in d. c. 1. §. in verb. Reuertatur ad dominũ, vbi Martin. Laudẽſ. necnõ Bar. in d. l. liberorũ, nu. 7. verſ. Quid in reſcriptis Principum, ad quẽ non reſpexiſſe

Alexandrũ valde Iaſon miratur, Petri de Anch. in c. canonum ſtatuta, in 14. quæſt. princ. d. tit. De conſtit. & Iacobi de Beluiſ. atque Iacobi de Aluarottis, colum. 1. in d. §. Et ſi clientulus, eandem etiam opinionem comprobant, & ſequuntur Alexand. idem conſil. 124. ſuper primo quæſito, colum. 2. num. 7. verſic. Quia in feudis, lib. 4. conſil. 17. Ponderatis his, colum. 2. nu. 4. verſic. Nec obſtant allegata in contrarium, lib. 5. conſil. 26. eiuſdem initij, colum. penult. num. 8. verſ. Quia reſpondeo, eod. volum. eandemque illationem faciebat poſt Anton. Gabriel. d. concluſ. 1. de reg. iur. num. 16. in 5. ampliat. Marc. Anton. Peregrin. in d. tract. de fideicommiſſ. articu. 22. numero 52. verſic. Idem quoque eſt in feudalibus, vbi citat Iaſ. in l. de quibus, columna quarta, in fin. num. 19. verſ. Iuxta præcedentem quæſtionem, & columna 2. vſque ad num. 21. ff. de legibus, vbi materiam reaſſumendo, idem repetit quod in §. inſtituens dixerat, & nuncupatim poſt Ancharanum refert magnæ ſcientiæ, & famæ Doctorem D. Franciſcum de Albergottis de Aretio cõſuluiſſe, quòd in conceſſione feudi facta per quendam Comitẽ cuidam Aretino, recipienti pro ſe, & filijs ſuis maſculis quoddam feudum, quòd comprehenderentur deſcendentes ex linea maſculina, quia feudum quoddam beneficium eſt, capitu. 2. de feud. cognit. capit. 1. in fin. quibus mod. feud. amitt. rurſus Iaſ. in l. ſi extraneus, columna penultima, numero 22. verſic. Quod vltimum, ff. de cond. cauſ. dat. Franciſc. Aretin. conſil. 164. Diligenter & maturè diſcuſſis, colum. 2. in princip. verſicu. In ſucceſſione verò aſcendentium, Ludouic. Goza d. conſilio 53. Prima facie videtur dicendum, columna ſecũda, numero tertio, verſic. Tertio adduco, Dec. conſil. 445. columna 11. nume. 51. verſic. Quia in feudis, Franciſc. Curt. iun. in tract. de feud. in 2. part. verſic. Circa hanc materiam acquiſitionis feudi, Iacobin. de Sancto Georgio, in ſimili tract. in verb. Præſentes, in princip. Andr. Alciat. conſilio 7. Viſo priuilegij cuiuſdam exemplo, nume. 19. lib. 4. conſilio 2. Donationis verba, numero 7. lib. 8. Et in d. l. liberorum, numero 33. Carol. Ruin. conſilio 35. Adeo plene, colum. 1. num. 1. verſic. Et licet dicatur, lib. 1. conſilio 45. Habita ſuper his, columna 6. in fin. nume. 16. verſic. Nec obſtat quòd in feudis, eod. volumine, conſil. 203. De duobus principaliter, columna 11. in fin. ſub nume. 22. verſic. Non obſtat igitur, lib. 2. conſilio 105. Reuocatur in dubium, colum. 4. numero 109. verſic. Et hac ratione, lib. 3. conſil. 167. De pluribus, quod eſt conſil. vlt. colum. fin. ſub nume. 9. verſic. Et idem voluit, lib. 5. Pariſ. conſil. 20. Conceſſio in perſonam D. Guid. colum. 3. nu. 23. verſic. Prout etiam, vbi communem eſſe dicit lib. 1. Anton. Capyc. in inueſtit. feud. in tit. feudorum clauſulæ, §. & filijs, fol. 96. ac Rurſus in tit. Feudatariorum filij, fol. 198. & pro eadẽ opin. dicit vnum verbum, Ludouic. de Molin. in d. tract. de Hiſpan. Primogen. d. lib. 1. cap. 6. colum. 14. numero 28. in fin. verſic. Et in feudis probat text. fol. 41. Ad hancque opinionem penitus firmandum, non omiſerim autoritatem Andr. de Iſern. in cap. 1. nume. 13. & 14. de nat. ſucceſſ. feud. & in cap. 1. in princip. ante num. 2. verſic. Sed ſi filij non ſunt, & infra in §. his vero, nume. 4. de gradib. ſucceſſ. in feud. Andreæ Iſern. nãque autoritas tanta eſt in feudis, q ab eo nedum in claris, ſed in dubijs minimè ſit recedendum, vt dicit Bartol. Camer. in rep. cap. 1. an agnat. in 1. q. numero 110. & infra, num. 152. ſubdit in iuribus Regni autoritatem Andreæ de Iſernia, Nicolai de Neapoli, & Lucæ de Pẽna ſummopere venerari. Et quamuis aliqui
35 contrarium aſſerere † viſi fuerint, vt in feudis nepotes, ſub voce filiorum nõ comprehendantur, ſcilicet Salyc. in l. 2. in 21. quæſt. C. de iur. emphyt. Ioan. de Imol. in l. quod dicitur, col. 6. ff. de verb. oblig. Felyn. in c. per tuas, colum. 3. num. 9. verſic. Item facit, de probat. citans Ant. de Butr. in cap. quibuſdam, colum. 9. de pen. & Pet. de Ancha. in Clem. 1. de baptiſm. eandem etiam ſententiam amplexi fuere, Alexand. conſil. 204. Conſideratis verbis dictæ inueſtituræ, colum. 2. num. 8. verſ. Per id quod not. Bartol. lib. 2. Rocch. de Curt. in c. fi. col. 92. ſecundum paruam impreſſ. verſ. Et hoc facit, extra de conſuet. Io. Crot. de Monte Ferrat. in c. 2. in princ. Qui feud. dar. poſſ. & conſil. 78. Iulius Summ. Pontif. colum. 1. num. 2. lib. 1. Alexan. conſil. 17. Ponderatis his, in princ. lib. 5. Bero. conſil. 121. Dubitationibus, nu. 12. lib. 2. Io. Cephal. conſ. 224. Dubitatur, nu. 14. lib. 2. Il imin. iun. conſil. 340. Nouus mihi labor, nu. 66. lib. 3. Petr. Ant. Anguiſc. conſ. 3. Vt propoſitæ quæſtionis veritas, num. 49. lib. 7. Iacob. Berret. conſ. 78. Licet conſultatione propoſita, num. 20. poſt Bald. & Præpoſitum. Negocium iſtud potiſſimum reſidet in eo, an feudum ſit contractus nominatus, nam ſi eſt contractus, tunc vrgere videtur dictũ Bart. in d. l. liberorum, colum. 4. num. 8. verſic. Quarto quid, de verb. ſign. vbi concludit, filiorum appellatione non cõtineri nepotes, ſed interpretationem fieri contra eum pro quo verbum filiorum profertur, iuxt. materiam l. veteribus, ff. de pact. Vnde licet negari non poſſit
36 † feudum eſſe contractum nominatum, vt inquiunt Andr. de Iſern. in prælud. feud. q. 5. nu. 44. Bart. in l. iuriſgentiũ, §. quinimò, col. 4. poſt nu. 19. verſ. Feudum autem, ff. de pact. Bal. in d. c. quæ in eccleſiarum, col. 4. ſub num. 21. verſic. Videndum eſt, extr. de conſtit. & in c. 1. §. ſi autem controuerſia, col. 3. in princ. verſ. Sed argui poteſt, tit. de controuerſ. inueſtit. Iaſ. in dictis

prælud.

prælud. in 4. q. princip. vltra Doct. nume. 34. Iul. Clar. de communi, lib. 4. ſentent. §. feudũ, q. 6. Ioan. Anton. Lanar. conſil. 82. In hac cauſa, num. 23. verſic. Si ergo, lib. 1. Curt. iun. conſil. 1. Primam amplector dubit. colum. penult. nu. 36. verſ. Minus etiam, Aug. Bero. conſ. 121. Dubitationibus, colum. penult. num. 19. lib. 2.

37 Et inſuper cõtractum eſſe † ſtricti iuris; ſcribit Bal. in d. c. 1. §. ſi autem controuerſia, col. 3. in princip. verſic. Item feudum, & eſt cõmunis opin. vt inquit Vdalric. Zaſ. de feud. in 1. part. circ. fin. cum ſit feudum contractus à conſuetudine inuentus quæ ſtricti iuris eſt, vt rationem reddẽdo dicit Clar. in d. §. feudum, q. 6. Aurel. Corbul. de eadem communi poſt Zaſium atteſtans, in tract. de cauſis quib. emphyt. priu. tit. de priu. ob lin. fin. num. 13. verſic. Nam quamuis feudum, fol. 50. & tradit hoc Socin. ſen. conſil. 67. Viſis inueſtituris, col. 3. nu. 15. verſic. Ex quibus infertur, lib. 1. Cum tamen feudum magis gratiæ accedat, non videtur propriè contractum dici poſſe, potius etenim de lucro participat quã de onere, †

38 & proinde dicitur beneficium, vt conſtat ex c. 1. §. beneficium quod ex beneuolẽtia alicui datur, vt proprietate rei immobilis apud dantem remanente vſusfructus ad recipientem tranſeat, & eſt text. in cap. 2. de feud. cognit. ibi, ſciendum eſt autem feudum, ſiue beneficium, & explicat Bart. in l. 1. in fin. nu. 13. C. de iur. & fact. ignor. in l. fin. in princip. C. ſi contr. ius, vel vtilit. public. Martin. Laudenſ. in cap. 1. in princip. colum. 2. verſic. Circa primã differentiã, de his qui feud. dar. poſſ. Curt. iun. conſ. 21. Pro habenda clara reſol. colum. 3. circ. med. nu. 8. verſic. Quia in conceſſione feudi, D. Fab. de Anna, conſ. 44. Quæ hãc cauſam, nu. 56. verſic. Quia feudum, colum. 9. lib. 1. Auguſtin. Bero. d. conſil. 121. colum. penult. num. 20. verſic. Et hoc non ex alia ratione, lib. 2. Roland. de Vall. conſil. 93. Perlectis verbis conceſſionis, colum. penult. num. 29. verſicu. Et ratio eſt, lib. 2. Bartholomæus Caſſan. in Conſuetud. Burg. rub. 3. Des Fieuz, fol. 387. nume. 1. & 2. Erit ergo feudum (vt inquit) Alexan. in d. §. inſtituens, numero 9. large interpretandum, & quòd illi attribuatur de quo magis participat, argum. l. quæritur, ff. de ſtat. homin. faciuntque tradita per Bartol. in l. Ariſto, columna prima, numero ſecundo, verſicu. Quæro quid in alijs contractibus, ff. de donat. dũ dicit, quod ſi vendam alicui rem pro decẽ, & pro equo, & equus erit maioris valoris, nõ dicetur emptio, ſed permutatio; Qui quidem Alexander bene ponderauit ad hoc propoſitum, text. in d. §. Et ſi clientulus. Quamuis enim laſ. ibi, ſub numero 28. verſic. Tu autem aduerte, dixerit dictum text. parum, vel nihil facere, nec eſſe verum ibi æquiparari quando conceſſum eſt filijs, & quando conceſſum eſt hæredibus maſculis, vt illũ Alexander inducebat, ſed ſolum dicere, verbum, ſine hærede in feudis intelligi, ideſt, ſine filio maſculo, iſtudque ſolum ibi explicari non autem. è contra, appellatione inquam filij in feudis de hærede maſculo intelligi, ſi enim ita diceret, tũc dicta inductio vera eſſet; Nihilominus tamen rectè conſiderando, hæc Iaſonis intelligentia, de qua non minus ipſe exultat, quàm Alexander de ſua inductione, non videtur ſubſiſtere. Nam ſi verbum, in eo textu, Sine hærede maſculo, intelligendum eſt in feudo, id eſt ſine filio maſculo, ergo huiuſmodi verba, per legem feudorum parificantur, & adæquantur, proinde idem erit dicere filius maſculus, & hæres maſculus, cum eadem virtus in vtroque verbo inſit, nec plus ſit in vno, quàm in alio in iſta materia feudorum. Cumque hæc interpretatio ſit ſubſtantifica, ibi, id eſt, quòd verbum eſt ſubſtantiuum, dum libellum clientuli, ibidem interpretatur, meritò de primo ad vltimum appellatione filiorum in feudis comprehendentur nepotes, nam appellatio hæredis in ipſis feudis extenditur, & in perpetuum ſignificat deſcendentes, ex iuribus per gloſſam eo loci adductis, & verba, iam dicta inuicem conuertantur; conquieſcat obſecro excelſum Iaſonis ingenium, cum longè melius Alexander vim illius cõtextus attigerit, & dicta concluſio ex eodem textu verè eliciatur. Erit igitur tenenda opinio Andreæ de Iſernia, & aliorum vti magis communiter recepta, quicquid pauci illi Scribentes aſſeruerint, quam tenent etiam Hipp. Riminald. conſil. 340. Nouus mihi labor, nume. 63. lib. 3. Ioan. Anton. Lanarius conſil. 15. In hac cauſa, numero 8. lib. 1. Berous d. conſilio 121. colum. penult. num. 19. verſ. Sed feudum conceſſum, d. lib. 2. Aurel. Corbul. in d. tit. de cauſ. priu. ob lin. fin. ſub numero 13. verſic. Et ideo in feudo cum ſit beneficium, fol. 50. D. Lacobutius de Franch. in capit. 1. de ijs qui feud. dar. poſſ. columna 4. numero 14. verſic. Quamquam in honorem, fol. 15. Roland. de Vall. d. conſil. 93. nu. 29. verſic. Vt ſi Imperator, lib. 2. vbi nu. ſeq. dicit Saliceti opinionem communiter reprobari. Denique antedicta concluſio infraſcriptas recipit declarationes, Prima eſt, quòd cum con-

39 ceditur Comitatus † Ducatus, vel Marchionatus in feudum alicui pro ſe, & filijs, non tranſeat ad nepotes, gloſſ. in capit. 1. §. & quia, de his qui feud. dar. poſſ. in verb. Vſque ad vitam, ſequitur Iacobus de Beluiſ. in capitu. 1. in fin. de alien. feud. & Bal. in capitu. 1. columna 1. in princip. de feud. March. vbi conſtituit duas regulas. Prima eſt, quòd in feudis dignitatum non ſuccedit hæres, niſi ſit inueſtitus. Secunda regula eſt, quòd in alijs feudis ſuccedũt filij, & nepotes. Sed quæ eſt ratio q̃ in dignitatibus nõ

ſentis conſultationis, col. 4. ante num. 2. & col. 5. ante verſ. Et hoc modo tollitur illud, lib. 3. & in d. l. Gallus, §. inſtituens, ſub num. 23. verſi. Secundo principaliter, Hippol. Riminal. conſ. 744. Dom. Rodulphus, num. 32. & 33. libro 7. Franciſc. Burſat. conſ. 17. D. Hieronymus Pictor, num. 13. lib. 1.

Et quamuis contrarium ſenſerit Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. in 2. part. princ. lib. 4. præſumpt. 94. num. 25. verſ. Secunda eſt coniectura, & conſ. 328. De perdifficili, colum. 12. num. 36. verſ. Reſpondetur tertio, lib. 4. Tamen mouetur parum ſtabili fundamento, vt ex infra dicendis dum tractabimus, an in fideicommiſſo actiuo filiorum appellatione includãtur nepotes, clarè apparebit; cum concluſio, quam ad ſuam opin. probandam affert, communi calculo ſit reiecta, & Doctores fere omnes quos ipſe citat, non probent Menochij viri grauiſſimi intentionem ſi rectè perpendantur, vt non exiſtimem fore recedendum ab altera priori ſentẽtia Saliceti, Raphaelis Fulgoſij, & aliorum præcitatorum, vti crebriori applauſa comprobata, ac veritatis munimine fulcita; quæ potiſſimum ex d. l. liberorum, §. ſed & Papyrius Fronto, deducitur, ſicut generale eſt voluntatem teſtatoris totum facere, l. ex facto proponebatur, §. rerum, ff. de hæredib. inſtit. l. ſi mihi & tibi, in fin. ff. de leg. 1. cum vulg.

Et quemadmodum dicta Menochij reſolutio tanquam contra communem, & non vera, admittenda non videtur, ſic etiam alia eius reſponſio, quam ad eandem receptam ſentẽtiam in præalleg. conſil. afferebat, vt agnationis ratio ſiue conſeruatio in caſu tantum per teſtatorem diſpoſito conſideretur, non vt extenſionem diſpoſitionis ad alios caſus inducat, valde dubia eſt, Nam, Alex. conſ. 59. Attentis verbis teſtamenti, col. fin. num. 21. verſ. Non obſtat etiam, lib. 3. vltra quòd loquatur in prohibitione alienationis odioſa, vt fuit dictum, quemadmodũ loquitur & Io. Cephal. conſ. 17. Magnifica Domina Franceſchina, col. 6. in princ. verſ. Et ibi, libro 1. ſcilicet in prohibitione alienationis, loquitur etiam ex capite ſuo, ſed contra morem ſuum, nihil penitus allegando, ſed perfunctoriè, & quantum attinet ad alienationis prohibitionem, inſpeximus ipſam protendi, vbi adeſt agnationis fauor, & eadem ratio ex receptiori
45 opinione, † de perſonali etenim in realem tũc tranſiret; Franciſcus etiam Aretin. conſil. 142. Viſo ſtatuto, colum. 2. in prin. verſ. Cum enim, parum facere ad propoſitum videtur, ſolum dicit, quòd excluſa filia fœmina, & ex ea deſcendenti, à ſucceſſione ſtãtibus maſculis, oporteat filios maſculos tempore mortis ſupereſſe, ex l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell. Socinus ſen. conſ. 116. In cauſa filiorum, colum. 3. verſ. Quæ omnino, lib. 3. loquitur in caſu deficientiũ omnium ſubſtitutionum, ex præalleg. §. ſi quis autem, Carol. Ruin. denique conſilio 152. Viſo vtroque teſtamento, col. 4. in princ. num. 5. verſic. Quia ergo, lib. 2. agit in terminis de quibus per Oldrad. conſilio 21. Thema tale eſt teſtator, &c.

46 Cæterum quantumvis ſufficiat † conditionẽ ſemel extare, licet perpetuò non duret, l. in ſubſtitutione, vbi Ang. & Ioan. de Imol. ff. de vulg. & pupil. d. l. ex facto, §. ſi quis autem, cum ſimil. tamen ſi exprimatur, & colligatur ratio conſeruandi agnationem, & familiam, huiuſmodi ratio, conditionem ipſam facit quaſi ſucceſſiuam, & perſeuerantiam requirit, l. ſi quis ita legauerit dum vxor mea, killis libertis, l. pater Seuerinam, §. ſocrus, ff. de condit. & demon. Bal. in l. humanitatis, num. 28. verſ. In conditionib. autem, C. de impub. & alijs ſubſtit. dicens non obſtare d. l. in ſubſtitut. quia loquitur in conditione, in qua veritas momenti ſufficit.

Et quantum attinet ad deciſionem Oldradi conſ. 21. Thema tale eſt, teſtator, num. 1. vt ſufficiat (quemadmodum dictum eſt) conditionẽ ſemel extare, quicquid de liberis qui faciunt cõditionem ipſam deficere, poſtea contingat, dici poteſt vltra alias declarationes, quas alibi ad dictum conſil. afferebam, non habere locum, vbi
47 agnationis ratio † habita fuit, Aym. Crauet. cõſilio 98. Nobilis & potens, num. 1. verſ. Iſtud tamen, lib. 1. conſ. 306. Verba inſtitutionis, nu. 4. lib. 2. Curt. iun. conſ. 54. Viſis ac diligenter cõſideratis, num. 4. verſ. Tamen fideicommiſſum inducitur, conſ. 116. Ingenioſa admodum, numer. 10. verſ. Nam eſſet ſatisfactum, iunct. verſ. Iſtud nunquam admiſi, Franciſc. Marzar. conſilio 4. Viſo & perlecto teſtamento, numer. 15. poſt Guid. Pap. quæſt. 531. Miles quidam Henricus, verſ. Et hoc fundat duplex ratio, Socin. ſen. conſ. 250. In cauſa Bononienſi, col. 3. num. 4. verſ. Secundo venit diſcutienda, & colum. 4. verſ. Oſtenditur etiam, & verſ. Præterea adijcitur, & col. 5. verſ. Infertur & ſecundo, lib. 2. Iacobus Menoch. conſ. 222. Perplexa & difficilis, num. 20. libr. 3. Riminald. iun. conſ. 456. Quoniam, num. 32. lib. 4. Decian. conſ. 31. Illuſtris Comes de Tendilla, num. 172. lib. 1. conſil. 88. Quæritur ergo, num. 60. lib. 2. Roland. de Vall. conſ. 6. Magnificus Dom. Gabriel. num. 15. & 30. lib. 4. Hieron. Gabriel. conſ. 123. Hoc teſtamento, num. 11. verſ. Verum hæc interpretatio, libro 2.

Vlterius addendum eſt, dicti conſilij deciſio
48 nem ceſſare, vbi conſtaret † ex diſpoſitis non eſſe per ſimplicem ſuperexiſtentiam ſatisfactum menti teſtatoris, Soc. iun. conſ. 102. Viſo teſtamento, num. 34. lib. 1. poſt Raph. Cuman. conſ. 122. Gerardus quondam, num. 2. & infra.

Sextò

Sextò nepotes filiorum appellatione tutius includuntur, non ſolum in caſu prædicto, ſed re-
49 gulariter, cum in fauorabilibus † verſamur, vt eſt de intentione omnium, qui ſuper principali articulo affirmatiuam opinionem tenuerunt, ac illorum etiam qui ad text. in d. l. quid ſi nepotes, ff. de teſtamen. tut. reſpondere conati ſunt, odium quod tutelæ datio continet conſiderando; & quamplures Doctores ad hoc propoſitũ nuncupatim recenſet Marc. Anton. Peregrin. in d. tract. de fideicom. artic. 22. num. 61. verſ. Bartolus vero, & nonnullos ad idem affert Simon de Pretis, in tract. de interpret. vlt. volun. lib. 3. interpret. 3. dubit. 3. fol. 1. num. 54. verſ. Quartus caſus ponitur, fol. 327. & in ſpecie ita ſentiunt, Oldrad. conſ. 269. Thema ſiue tenor facti, ante fin. num. 2. verſ. Nam ſecundum verborum ſignificationem, Bald. conſ. 363. Opiniones variæ ſunt, circa med. lib. 4. Alex. conſ. 9. Viſis verbis teſtamenti, col. 2. num. 1. & col. 3. ante num. 3. verſ. Nec obſtat, lib. 1. conſ. 5. Circa primum dubium, col. 2. num. 8. & 9. & column. 3. num. 10. lib. 3. conſ. 26. Videretur fortaſſe, colum. 2. num. 4. & 5. eod. vol. conſ. 37. Viſo themate ſupraſcripto, colum. 2. in fin. num. 8. verſ. Sed præmiſſis, lib. 6. vbi Nouiſſ. Pariſienſ. de vera opinione teſtatur, quicquid aliter idem Alexand. cauſę inſeruiendo dixerit, vt per eum, Iaſ. in d. l. Gallus, §. inſtituens, num. 22. verſ. Nam in vltimis voluntatibus, & ſub num. 23. verſic. Tenendo iſtam partem, & conſ. 52. Materia præſentis conſultationis, colum. 2. ſub num. 1. lib. 3. Corn. conſ. 97. Primo conſultus, col. 4. in prin. ſub num. 4. verſ. Circa quem articulum, libr. 1. conſ. 207. De pluribus hæreditatibus, colum. 5. ſub num. 13. verſ. Maxime dum reſpondet, lib. 2. Marian. Socin. ſen. conſ. 14. Sequendo ordinem, in 1. q. colum. tertia, ſub num. 4. verſ. Circa quem articulum, lib. 1. Bartolom. Socin. conſil. 90. Abunde & ſubtiliter, col. fin. verſic. Pro hoc etiam adduco, eodem vol. conſ. 249. Materia præſentis conſultationis, col. 1. numer. 2. vbi de communi, lib. 2. conſ. 17. Caſus ſuper quo, col. 2. ante num. 1. lib. 4. Dec. conſ. 391. In caſu propoſito, col. 2. ſub num. 5. verſ. Supereſt ſolum, vbi pariter de communi, Curt. iun. conſil. 111. Difficultas præſentis conſultationis, col. 1. num. 2. verſ. In cuius verbis, Carol. Ruin. conſ. 131. Quia iam pridem, col. 1. num. 3. verſ. Quando igitur, lib. 2. Socin. iun. conſ. 111. Ex themate prædicto, col. 6. circa med. num. 29. verſic. Secundo etiam reſpondetur, lib. 1. conſ. 20. Non diſputabo, colum. 3. num. 8. verſ. Et certe, lib. 3. Auguſt. Bero. conſ. 121. Dubitationibus, col. 5. num. 10. verſ. Et licet aliàs, lib. 2. Hieronym. Gabriel. conſ. 121. Ludouicus inſtituit hæredes, num. 36. lib. 1. Riminal. iun. conſ. 358. Igitur ad primum quæſitum, num. 227. lib. 4. conſ. 249. Quæritur in præſenti cauſa, num. 71. vbi numero 72. de communi, & num. 73. de magis communi teſtatur, Ioan. Petrutius de Monte Sperell. conſ. 6. Viſis ac diligenter inſpectis, num. 3. Simon de Pretis adhuc conſ. 56. Materiam, numer. 12. Iacob. Berretta, conſ. 90. Poteſt pater, col. 2. num. 3. conſ. 78. Licet conſultatione propoſita, num. 9.

Et ita contra opinionem Andreæ de Piſis, & Raynerij de Forliuio, qui contrarium tenebant ex text. in l. Gallus, per totam illam l. & maxime, in §. inſtituens, tenuit firmiter Bart. in d. l. liberorum, col. 3. num. 5. verſ. Sed mihi videtur ſalua eorum reuerentia, vbi reſpondet ad dicta l. Gallus, dicens illam nihil facere, & ſiquis illã bene inſpiciat loqui, quando quis inſtituit filiũ certum & nominatum, quo caſu filij affirmat appellationem ad alium nõ porrigi ſine dubio, vt not. in l. ſi quis ita, in princ. ff. de teſtam. tut. Sed materiam noſtram loqui, quando quis inſtituit filios ſimpliciter, quo caſu inquit inſtitutionem ſeu aliam prouiſionem factam de filio extẽdi ad nepotes: hocque probari in l. Lucius Titius qui fratrem habebat, ff. de hæredib. inſtit. vbi teſtator fratri ſuo ſubſtituit ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filijs, & hoc fecit volens filijs fratris prouideri, & conſtat ibi appellatione filiorum, etiam omnes liberos contineri; Subdens pro hoc etiam facere text. in d. l. Gallus, §. inſtituens, ſecundum lecturam quam ibi poſuit, & ita debere intelligi Liuſta, & l. filij, d. tit. de verbor. ſignif.

50 Septimò faciliori via includuntur † cum in ſtirpes, & non in capita ſubſtitutio facta reperiretur, tunc enim coniectura deſumitur, vt ſub nomine filiorum nepotes etiam comprehendãtur, vt ex traditis per Curt. iun. conſ. 161. Præſupponitur in facto, colum. ſecunda, ſub num. primo, verſ. Confirmatur intentio, tradit Soc. iun. conſ. 1. Conſiderato themate præpoſito, colum. antepen. num. 44. verſ. Et quòd iſto caſu, lib. 3. & conſ. 116. Viſo puncto prædicto, col. 4. ſub num. 13. verſ. Item etiam, lib. 1. Iacob. Menoch. in tract. de præſumpt. in 2. part. princ. lib. 4. præſumpt. 94. colum. pen. num. 29. verſ. Sexta eſt coniectura, fol. 177. Perilluſtris D. Petrus Caball. conſ. 181. Verba teſtamenti, num. 7. poſt Curt. iun. & Socinũ Marianum nepotem iun. in præcitatis locis.

Sed circa hoc Cardinalis Franciſcus Mãtic. in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 8. col. pen. num. 18. verſ. Sextus caſus eſt, aduertendum eſ-
51 ſe † exiſtimat, debet ſiquidem intelligi quando etiam nepotes eſſent ſucceſſuri ipſi teſtatori ab inteſtato, nam alioquin per hæc verba non poſſent admitti, cum ex his verbis non vocentur plures perſonæ, quam ſi eſſent omiſſa, nec mutatur in aliquo diſpoſitio, ſed hoc ſolum ſignificant,

ſicant, quòd ſi ex vno filio teſtatoris prædefun
cto extarent plures filij, & ex altero vnus tan-
tum, viriliter ſeu per capita non admittuntur,
ſed in ſtirpes, vt idem Socin. iun. dicit conſ. 149.
Propoſita quæſtio, col. fin. in fin. num. 8. verſic.
Nec quicquam obſtant, libr. 2. quod probatur
in §. 1. auth. de hæredib. ab inteſt. ven. & in au-
then. in ſucceſſione, C. de ſuis & legitim. iuncta
auth. poſt fratres, la ſeconda, C. de legit. hære-
dib. & text. in corpore vnde illa ſumitur; & cum
Mantica videtur ſenſiſſe Curt. iun. d. conſ. 161.
num. 7. verſ. Ad ſecundum fundamentum, Ca-
terum hæc Cardinalis Manticæ declaratio, &
reſtrictio ſiue intelligentia, tantum operatur, &
52 ſignificat, quantum totalis† extinctio ſupradi-
ctæ concluſionis ſiue coniecturæ, & certè huiuſ-
modi expreſſio deſeruiret de vento circa nepo-
tum comprehenſionem ſub voce filiorum in-
ducendam; Et minus eſt dicendum, Curtium
iuniorem, & Marianum ſocinum Nepotẽ, grau-
iſſimos Doctores inutilem, ac fruſtratoriam
coniecturam leuiter induxiſſe. Cum ergo volũ-
tas teſtantis totum compleat, eliminandum vi-
detur omne dubium circa iſtam materiam de
comprehenſione nepotum ſub voce filiorum,
quod aliàs emergeret, dum teſtator filios in ſtir
pes ſubſtituiſſet, & non in capita, Stirps enim
ex pluribus diuerſisque gradibus conficitur, &
vnum corpus reputatur ex toto ipſo genere, &
ideo nulla eſt differentia inter paulò proximio
rem, & paulò remotiorem, cum is paulò remo-
tior ratione vnitatis æquetur proximiori, vt cõ
fiderat Iacob. Menoch. conſ. 124. Tametſi, nu-
mero 67. verſ. Ea eſt, lib. 2. & in d. tract. de præ-
ſumpt. d. lib. 4. præſumpt. 95. num. 36. verſic. Et
huius ſententiæ: Non mirum etiam ſi vbi teſta
tor dixit, quòd ſuccedatur in ſtirpes, & non in
capita, cõiectura deſumitur, quòd filius locum
patris ingrediatur, etiam ſi agatur de ſucceden
do tranſuerſali, Raph. Fulgoſ. & Corn. in auth.
defuncto, C. ad Tertull. Paul. de Caſtr. conſilio
438. Quantum ad primum quæſitum, columna
fin. ſub numer. 5. verſ. Ad ſeptimum reſponde-
tur, libro ſecundo, Socin. ſen. conſ. 69. Viſo te-
ſtamento Ioan. Ludouici, colum. 2. poſt princ.
verſ. Ideo autem dixit in ſtirpem, lib. 3. conſil.
104. Quoniam præſens conſultatio, colum. 3.
num. 4. verſ. Secundo quia iſta verba, eod. vol.
vbi dicit teſtatorem vocando in ſtirpem, & non
in capita, voluiſſe non ſolum filios, ſed etiam
deſcendentes ex alijs prædefunctis admitti, &
tollere difficultatem quam facit gloſſ. & poſt eã
Bald. & Modern. in l. cum ita, §. in fideicommiſ
ſo, ff. de leg. ſecundo, & quòd admitterentur in
ſtirpes, & non in capita ſicut in ſucceſſione ab
inteſtato, vt in d. auth. ceſſante, C. de legitim. hę
redib. hactenus Socin. ipſe, Pariſ. conſ. 36. Cir-
ca primum dubium, colum. 2. numer. 5. verſic.
Quod etiam ſuadetur, lib. 2. conſ. 38. In hac cõ-
ſultatione, col. 2. in fin. num. 9. verſ. Et vocan-
do deſcendentes, conſ. 91. Circa teſtamentum
conditum, col. 6. num. 36. verſ. Prout etiam, &
conſ. 92. Prima dubitatio, col. fin. numer. 68. &
69. eod. vol. Socin. iun. conſ. 116. Viſo puncto
prædicto, col. 5. num. 17. verſ. Primo quia, lib. 1.
conſ. 20. Non diſputabo, num. 9. verſ. Vel ſecũ-
do, lib. 3. Hieron. Torniell. conſ. 51. Licet Dom.
Hieronym. col. 1. num. 2. inter conſil. Iac. Phi-
lipp. Port. libro 1. & ipſe Port. conſ. 55. Ex hoc,
num. 95. uerſ. Vbi abſque dubio cõcludit, eod.
uol. Franciſc. Burſat. conſ. 67. Cum nuper, col.
6. num. 22. uerſ. Propter quæ uerba, ubi com-
munem eſſe dicit, lib. 1.

Vnde licet Cardinalis Manticæ inſignis ſit
53 autoritas, tamen ex iam dictis† redditur dubia
eius reſtrictio, cui multum repugnat Caſtrẽſis
in prælleg. conſ. 438. col. fin. uerſ. Quia iſta fo-
rent conſideranda, d. uol. 2. Tenenda eſt igitur
Curtij iunioris, Socini Nepotis, necnon Iaco-
bi Menochij opinio, quam tenuit etiam Socin.
ſen. illuſtris ſanè Iuriſconſ. conſ. 250. In cauſa
Bononienſi, colum. 3. ſub nu. 4. poſt med. uerſ.
Oſtenditur etiam mens teſtatoris, lib. 2.

Octauò liberius appellatione filiorum veni-
54 tent nepotes, cum dura† aliàs ſequeretur, at-
que induceretur ſeparatio, vel aliquid iniquũ,
vel inhumanum contingeret, vt ſcribit Bart. in
d. l. liberorum, columna tertia, ante numerum
quintum, verſic. Si ab homine, per illum text. &
per. l. vxorem, §. cõcubinæ, ff. de leg. 3. & ibi Bar
tol. not. & ante eum gloſſ. in verb. Cur non de-
berentur, ff. de leg. 3. Bald. in l. Gallus, §. inſti-
tuens, colum. pen. poſt med. verſic. Petrus ſic di
ſtinguit, de liber. & poſthum. Alexand. in l. ſed
etſi hac, §. liberos, colum. 1. num. 3. verſi. Et vbi
abſurdum reſultare poteſt, ff. de in ius voc. Si-
gnorol. de Homod. conſ. 249. Quidam fecit te-
ſtamentum, in fin. verſic. Secundo caſu, rurſus
Alexan. conſ. 5. Circa primum dubium, colum-
na 2. circa med. num. 6. verſ. Iſtud idem, libr. 3.
conſ. 37. Viſo themate ſupraſcripto, colum. ter-
tia, num. 11. verſ. Iſtud etiam, & colum. 4. num.
13. verſ. Tamen ne ſequatur, & ſub num. 15. in
fin. verſ. Sexto non obſtat, & colum. penul. ante
num. 16. verſic. Octauo non obſtat, & verſ. No-
no non obſtat, lib. 6. Otto Lapi de Nicolin. cõ-
ſil. 152. Caſus iſte, colum. 1. verſic. Andreas ve-
rò de Piſis, inter conſil. Socini ſen. lib. 1. conſilio
73. Capiendo primum, colum. 5. poſt medium,
ſub num. 5. verſic. Et in primis, lib. 4. Curt. iun.
conſil. 111. D. Paulus de Raude, col. 3. num. 8.
verſic. Sicut ergo nepotes, vbi dicit in hoc ne-
minẽ contradicere: Dicit enim in d. l. liberorũ,
Calliſtratus Iuriſconſ. Sed & Papyrius Fronto
lib. 4. Reſponſorum ait, Prædio cum villico, &
contubernali eius, & filijs legato, nepotes quo-

que

que ex filijs contineri, niſi voluntas teſtatoris aliter ſe habeat: vbi hoc ſibi voluit Andr. Alciatus, verſic. In tertio caſu, & in d.l. vxorem; Scæuola idem ferè repetijſſe viſus eſt: Hanc eadem opinionem ex magis antiquis tenuerunt Andreas Griffi de Piſis, Pet. Cyn. & Rayn. de Forliuio, in d. §. inſtituens, quorum maxima eſt autoritas, vt non ſit de opinione prædicta heſitandum, præſertim quia cum ipſis ſentiunt gloſſ. Bart. & Bald. rurſus Alexand. Imol. conſi. 9. viſis verbis teſtamenti, col. 2. nu. 2. verſ. Ad idem facit, li. 1. vbi fretus autoritate dictorũ antiquorum dicentium, quod vbi reſultaret aliquod abſurdũ & durum, niſi appellatione filiorũ comprehenderentur nepotes, tunc nepotes comprehendantur, ex d.l. vxorem concubinæ, concludit nepotes ſub voce filiorum includi ne melioris conditionis nepotes ſint quam filij, contra l. ſi viua matre, verſic. Nam licet, C. de bon. matern. vt per eum. Carol. Ruin. conſil. 35. Adeo plenè & eleganter col. 6. num. 13. verſic. Ne igitur ſequatur, lib. 1. conſi. 118. ſatis dubitabilis, q. colum. pen. num. 13. verſi. Et hinc eſt, lib. 2. Rolan. de Vall. conſ. 93. Perlectis verbis, col. 4. nu. 25. verſic. Et vbi abſurdum, lib. 2. conſ. 23. Cum in preſenti conſultatione, colum. 7. in fin. nu. 33. verſic. Hinc videmus, lib. 4. Aug. Bero. conſi. 122. Frequenter contingit, colum. 3. in fi. ſub nu. 4. verſi. Præterea ſicut, lib. 2.

Semper enim interpretatio aſſumenda eſt,
55 ne ſequatur abſurdum † iniquum durum, aut impium, etiam ſi oporteat a propria verborum ſignificatione recedere, Alex. conſ. 17. Circumſpectis verbis teſtamenti, col. 2. nu. 7. verſ. Et diſpoſitio teſtatoris, lib. 7. Abb. conſ. 78. Punctus quæſtionis, col. 2. verſic. Tertio hic intellectus, lib. 2. Carol. Ruin. conſil. 42. Proponitur quòd Petrus, col. 3. num. 8. verſic. Vnde condito teſtamento, lib. 2. vbi multa exempla adducit, etiam poſt nu. 9. vt per eum. Aym. Cravet. conſ. 130. De anno. col. pen. num. 8. verſic. Quinto voluntas, lib. 1. Franciſc. Aretin. conſi. 66. Viſo puncto, & dubijs, col. 2. verſic. Si ergo actus, vbi di-
56 cit, quòd licet verba † debeant propriè intelligi, l. non aliter, in princ. ff. de leg. 3. l. 1. §. ſi is qui nauem, ff. de exercit. hoc tamen ita erit accipiendum, niſi inquam mẽs repugnet, quæ ex tribus colligitur, ſi verba propriè intellecta iniquitatem, vel abſurditatem continerent, l. ratio diſpoſitionis repugnaret verbis propriè intellectis, ſi communis vſus loquendi aliter ſe haberet quam propria verborum ſignificatio, vt ex Bartolo deſumitur in locis ibi per Aretinum relatis, Carol. Ruin. conſ. 141. Viſo teſtamento, colum. 1. num. 2. verſ. In quibus locis, lib. 2. Soc. iun. conſ. 1. Præſentis conſultationis reſolutio, num. 126. libro 1. Roland. de Vall. conſ. 82. Factum præſentis conſultationis, col. 5. in princ. num. 31. lib. 3. Ioan. Petr. Surd. conſ. 85. Plura dici poſſent, colum. 9. numer. 27. lib. 1. Hieron. Gabriel. conſ. 14. Negare nemo poteſt, col. 12. num. 31. libro primo.

Quod procedit etiam in ſtatutis in quibus
57 † licet a propria ſignificatione verborum recedere gratia vitandi abſurdum, Bart. in l. omnes populi, in 6. q. princ. ff. de iuſt. & iur. Socin. ſen. conſil. 122. Præſtantiſſime Doctor, colum. 2. num. 2. lib. 1.

Nam a ſtatutis abſurdum eſt reijciendum, vt poſt Signor. de Homod. ſcribit Franc. Marzar. conſi. 34. Locupletius, colum. 3. in fi. nu. 5. verſic. Abſurdum porro, & non ſolum in ſimili materia ſtricti iuris abſurdum eſt reijciendum, vt poſt Aymonem Crau. tradit Simon de Pretis, conſi. 186. Verſa eſt, col. 8. nu. 17. verſ. Quod omnino, lib. 1. Verum etiam in qualibet diſpoſitione, Roland. conſ. 24. Quia veritas, colum. 2. nu. 10. lib. 3. vbi quod etiam in ſtatutis, Socin. iun. conſi. 9. Circa præſentem conſult. num. 6. lib. 1. Hieron. Gabriel. conſ. 163. Bernardinus, col. 3. nu. 5. verſ. Tertio quia, lib. 1.

Reducuntur itaque verba vt abſurdum eui-
58 tetur † ad arbitrium boni viri, Laurent. Siluan. conſ. 34. Ex præſenti themate, colum. 4. numero 23. lib. 1.

In tantum quòd interpratio per quam exclu-
59 ditur abſurdum, † etiam cũ annullatione actus, fauorabilis dicitur, ſecũdum Carol. Ruin. conſilio 150. Viſo teſtamẽto, col. 4. nu. 9. verſ. Ideone id ſequatur, lib. 2.

Et denique ne hoc omittã, ſicut verifimile, ſic
60 etiã abſurdum † probatur ſine autoritate, ſufficit .n. abſolute, ac ſimpliciter illud allegare, cũ iudicio intellectus inducatur, vt voluit Abb. in c. iniuſtũ, in pen. not. nu. 2. de rer. permut. Hier. Gabriel. conſi. 18. Duo decreta exiſtunt, col. 4. num. 20. lib. 2. conſi. 163. Bernardinus, num. 5. li. 1. quod ẽt & videre eſt apud Nicol. Euerard. in eius Centur. cap. 8. verſ. Et procedit iſtud.

Nonò, nepotes ſub voce filiorum ſecurius
61 veniunt, vbicumque teſtator eſſet talis, cui † pariter nepotes cum filijs eſſent ſucceſſuri, & ſic vbi non ageretur de exonerãdo hærede ab one re fideicommiſſi. Sed hæres in omnem caſum eſſet grauatus, vt quia ſuperſint etiã filij, Alex. de Imol. conſ. 5. Circa primum dubium, col. 2. num. 4. verſic. Et illud eſſet verum, lib. 3. Franc. Aret. conſ. 146. Reſpondẽdo ſummatim, col. 2. circa fin. verſ. Eſt autem. Lud. Gozad. conſ. 36. In facto præſupponitur, col. 1. ſub num. 1. Curt. iun. conſ. 57. Habita diligenti conſid. colum. 3. nu. 5. verſ. Secundo principaliter, Andr. Alciat. conſil. 69. Fideicommiſſi verba, num. 10. lib. 9. Socin. iun. conſ. 1. Conſiderato themate propoſito, nu. 42. col. antepen. verſ. Nam quando teſtator, lib. 3. conſ. 146. Viſo teſtamento, col. 4.

nu. 12.

num.12.uerſ.Et pro iſta opinione, lib.2. & de hoc dicto meminit Hieron.Zanch.in rep.l.hæredes mei,§.cum ita,ſub num.1119.uerſ.Accedat Aretinus,ff.ad Trebell. Iacob. Menoch.de præſumpt.in 2.part.libro 4.præſumpt.94.in 7. coniect. num.30. Franciſc. Mantic. de coniect. ult.uol.libr.8.tit.8. num.15.uerſic.Tertius caſus eſt.

Mouetur Aretin.ſolido fundamento, in dubio enim teſtator præſumitur uoluiſſe diſpoſi-
62 tionem ſuam † adaptare ſecundum diſpoſitionem iuris communis,iuxta doctrinam Bart. cõmuniter approbatam, in d.l.hæredes mei,§.cũ ita,ubi Alex.num.9.& in l.iurisiurandi, §. ſi liberi,numer.5.ff.de oper.libert. Dec.conſ.256. Quæritur an legitimatus, col.ſecunda,circa medium,uerſ.Et hoc idem confirmatur, ubi concordantes allegat,Corn.conſ.22.In hac conſultatione,colum.quinta,num.11.lib.2.Socin.iun. conſ.135. Viſo puncto,col.pen.ante num.5.libro 1. & conſ. 139. Viſo themate prænarrato, col.pen.in fin.num.27.eodem vol. Iaſ.conſ.84. Puto quòd quemadmodum, col. 1. in princ. & col.2.ante num.2.lib.1.vbi multa ad hoc propoſitum affert,vt per eum.

Et dicit Curt.iun.in præcitato loco, in iſtis terminis ſe arbitrari raros Doctores reperiri, qui in ſpecie contrarium teneant, & dato quòd aliqui inaduertenter contradicerent, nõ eſſe de illis curandum, quia dicerent contra prædictã communem doctrinam Bartol. in d.§.cum ita, ſubdens ſe non videre quomodo inhærendo veris fundamentis,omiſſo cortice verborum poſſimus diſcedere ab iſta ſingulari declaratione Franciſci Aretini in præallegato eius conſilio.

Sicut etiam fortius nepotes appellatione fi-
63 liorum venirẽt,cum ſubſtitutio † fieret à communi filiorum aſcendente,vt conſuluit Franciſcus Accurſ. quem refert Cyn. in d.§.inſtituẽs, Alex.conſ.26.Videretur fortaſſe,col.2.num.6. verſ.Et quòd in dicto caſu,lib.3.Socin.ſen.conſilio 14.Sequendo ordinem,col.2.ante num.3. verſ.Secundo prædicta concluſio, lib. 1.Andr. Alciat.conſ.2.Donationis verba,num. 2.lib.8. conſ.59. Teſtamentum, num.3.& in præallegg. conſ.69.d.num.10.lib.9.

Et multo magis cum extraneus ſubſtitutus
64 veniret † excludendus, Bald.in d.l.Gallus,§.inſtituens,colum.pen.in fin.verſ.Quia ergo extat perſona,de liber.& poſthum. Vdalric. Zaſ.conſil.7.In cauſa,num.15. Pariter etiam vbicũque
65 in nepotibus † eadem affectio,intentio, atque ratio conſiderari poteſt,quæ in filijs adeſſet,ſecundum Ludouic. Roman.conſ.129. Licet magna, poſt princ.verſ. Secunda ratio me mouẽs, Alexand.d.conſ.26.col.2.ſub num.5.verſ. Præſertim cum veriſimiliter, d.libr.3.Socin.iun.d. conſ.1.num.39.verſ. Quæ ea præcipuè ratione d.libr.3. poſt Petrum Paulum Pariſium quem refert,conſ.75. Circa teſtamentum conditum, colum.fin.num. 67.verſ. Ad quod etiam,lib.2. & conſ.78. In præſenti cauſa,col.3.in princ.numero 11.verſ.Item quia,cod.vol. Francif.Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.8.num.17.verſ. Quintus caſus eſt,Riminald. iun. conſ.744.D. Rodulphus,num.35.lib.7.

Decimò,abſoluta eſt hæc concluſio, vt in cõ
66 ditionibus † filiorum appellatione veniant nepotes, Bart.in d.l.liberorum,ante num.6.col.3. verſ.Quarto caſu, & num.18.verſ.Nam in illis verbis,Petr.de Anchar.in Clem.1. colum.2. de baptiſm.Cardin.in Clem.2. de verborũ ſignif. Ang.de Vbald.num.3.& Ioan.de Imol.ante numerum 2.verſ.Et in eadem lege, in l.Lucius,2. ff.de hæred.inſtit.Bal.colum.pen.in fin.Paulus de Caſtr.num.4.Socin.col.3.verſic. Secundus caſus,in l.Gallus,§.inſtituẽs,ff.de liber.& poſthum.Iacob.de Mediolano,inter conſil. Oldradi conſ.269. Thema ſiue tenor facti, num.1.& 2.Corn.conſ.182. Videtur prima facie,col.3.in fin.verſ.Item in d.l.Lucius,lib.2.Bened.Capr. conſ.22.Etſi viſo,colum.2.num.5.verſ. Habet enim locum diſpoſitio,Alex.conſil.1. Teſtator inſtituit,col.antepen.ſub num.12.in fin.verſic. Item ſecundum Bald.lib.1.Paul. de Caſtr.conſil.164.In præſenti cauſa,col.3.in fin.numer.4. verſ.Et idem,lib.2.Socin.ſen.conſ.14.Sequendo ordinem, col.1.& 2.lib.1.conſ.249. Materia præſentis conſultationis,col.1.ſub numer.2. verſ. Quoniam ad præmiſſa, & col.2.ſub num. 3.verſ.Nam primo teſtator,lib.2.Cephal.conſil.107.Magnificus D.Caſar, col.7.num.19.libro 1. dicens in hoc non vidiſſe contradictorẽ, Fortun.Garz.in d.l. Gallus,§.idem credendũ, col. 7. in princ. verſ. Et quamprimum, Socin. iun.conſ. 30. Reſolutio præſentis conſultationis,col.3.num.19.lib.3. vbi de communi claraque opin.teſtatur,Marc.Anton. Peregrinus,in tract.de fideicom.artic.22.num.46.verſ.Capiẽdo itaque primum, fol.198. col.3.vbi duas rationes affert,vt inquam hoc,vel ſit ex natura negatiuæ, quæ plus negat quam affirmatiua ponat; Vel quia aliàs abſurdum ſequeretur,quòd ſubſtitutus extraneus præferretur deſcendentibus in portione relicta proprio patri. Vel quia per conditionem quis ſe ad incertum eventum refert,vt per eum ibi, & artic.28.num.32.verſ. Circa ſecundam inſpectionem,fol.258.

Et ſuperius circa ſolutionem d.l. Lucius, ex mente Fortunij Garziæ quem ſubtilem Hiſpanum appellat Socin.iun.in præcitato loco, pariter & nonnullorum interpretum,idem aſſerebam, quod ex eodem textu probari liquido videtur,iunct.l.1.C.de condit.inſert.

67 Duodecimò,quicquid dubitent † in ſimplici fideicommiſſaria,vt ſtatim dicam, in recipro-

ca ſub-

ca ſubſtitutione filiorum appellatione nepotes continentur, vt notanter ſcribit Curt.iun.conſ. 23. Præſupponitur in facto,col. 5.in fin.nu. 12. verſ. Præterea ſubtiliter,vbi num. 14. verſ. Tamen quãdo ſubſtitutio,ſubdit hoc eſſe verum, etiam ſi ſubſtitutio reciproca eſſet fideicommiſſaria,nam non dicitur onus,tex.eſt in l.ſi pater puellæ,C.de inoffic.teſtam. ex quo colligũt Bart.& alij DD.quòd fideicommiſſum reciprocum onus dici non poteſt,quia poteſt commodum ſicut incõmodum afferre; & ideo propter ipſum non competit inofficioſi teſtamenti querela.& quamuis Doct.dubitent an hodie lex illa ſit correcta in legitima, tamen extra legitimã omnes fatentur, quòd reciprocum fideicommiſſum non poteſt oneroſum cenſeri, de quo etiam eſt tex.in l.de fideicõmiſſo,C. de trãſact. vbi etiam minor non dicitur læſus,quando tollitur fideicommiſſum reciprocum,illa ratione, quia ita poterat damnificari,ſicut lucrari, & q
68 reciprocum fideicommiſſum † fauotabile ſit, Sfort.Odd.in tract.de Compẽd.ſubſtit.partic. 5.quæſt.1.artic.6.fol. 76. verſ. Sed in caſu noſtro. Et idem in compendioſa poſt Alexandrũ de Imol.tenet Andr.Alciat.conſ.69. Fideicommiſſi verba,num.10.lib.9.& Caſtrenſ.in conſil. ſtatim allegando, tunc enim non tractatur de aliquo onere,vel fideicommiſſo, cum ex ea directè teſtatori ſuccedatur, vt Alciatus eo loci concludit.

Sed in reciproca ſubſtitutione, quòd filiorũ appellatione non veniant nepotes,tenuit Paul. de Caſtr.conſ.131.Dubium facit, colum.2. in princ.verſ.Sed ad iſta poteſt reſponderi, lib.2. quem ſequitur Dec.conſ.465.Perſcrutatis verbis,colum.2.num.10.verſ.Et ſubſtitutio,Iacobus Mandell.Alba,conſ.29.Pro diſcuſſione,numero 12.verſ. Vnde cum in caſu noſtro, libr.1. vbi nimis audactar hoc affirmat. Et quamuis hanc controuerſiam cuperem diſputatione reſoluere,cum tamen non omnia in diſcuſſionem deduci poſſint,ideo illa omiſſa, non recederem
69 ab † opin.Curtij,nam text. in §. nos igitur, in auth.de reſtit.fideicom.per Paul.allegatus, nõ probat concludenter eius intentionẽ ex ijs quæ circa illius intelligentiam in principali quæſtione aſſerebam.

Tertiodecimò nepotes venirent aptius,vbicunque teſtator diſponens filios non haberet, ſed nepotes,& hoc vt actus magis valeat quam
70 pereat, † ita poſt Iacob. de Aren. in d.§. inſtituens, tenent Cyn.& Baldus,idem etiam tenere Oldradum,refert Philipp.de Cortuis ſolennis Aduocatus Florentinus in quodam eius cõſilio,& cum prædictis ſenſit Corn. conſil. 207. De pluribus hæreditatibus,colum.6.circa principi.verſ.Si protertur diſpoſitiuè, libr.2.ac Socin.conſ.73.Capiendo primum,col.5.num.19. in diſtinctione dicti Iacob.de Are.verſ.Aut habebat,libro 4. & vterque de Philippo Corſino meminere,& poſt Alex.conſ.9. Viſis verbis teſtamenti,col.pen.num.4.verſ.Sed adhuc,lib.1. tradit Simon de Pretis in tract.de interpret.vltim.vol.lib.2.fol.1.num.13.verſ. Secundo perſona ſeu nomẽ,fol.129. vbi ad hoc propoſitum citat eundem Alex.conſ.33.Ponderatis verbis, col.3.in fin.num.10.verſ.Et dicit,lib.3.loquentem de teſtatore ſine nominis expreſſione hæredem inſtituente, vt quia dixit iſtum inſtituo, qui ibi aderat,vt teneat inſtitutio, per text. in l. nemo,in princip.ff.de hæred.inſtit.vt actus valeat,& non pereat,vt per eum.

71 Debet ſiquidem ſemper interpretatio † fieri per quam actus ſuſtineatur,l. quoties,de rebus dub.c.Abbate,de verbor.ſignif.

Et huiuſmodi interpretatio aliarum interpretationum præcipua dicitur, Dec. in c. quoniam Abbas,num.16. de offic. deleg.in l.in teſtamento,num.11.cum ſeq.C.de teſtam.milit. in l.ſi donatione,num.12.cum ſeq.C. de coll.& in l.in contrahenda,num.13.ff.de reg.iur. And. Alciat.de præſumpt.reg.3.præſumpt.34.quod voluit Paul.de Caſtr. in l.ex imperfecto,ad fin. C.de teſtam. Ioan.Cephal.conſ.146.Tria ſunt, col.4.in fin.num.25.lib.1.

Quinimò vt actus valeat,interpretatio fit de aliquo iure maiori expreſſo, ſi expreſſio locum habere non poteſt,text.eſt not.in l.Diuus,ff.de vſu & habit. quem pro ſingulari ad hoc allegat Aretin. in l.quod in rerum, de leg.1. & ſcribit Dec.conſ.77. Viſo puncto ſuprafcripto, col.1. num.3.verſ.Et vt actus.

Et talis interpretatio, vt actus magis valeat quam pereat fit etiam in materia ſtricti iuris, Bald.conſ.493. In primis videamus,col.1.lib.1. vbi quòd laudum interpretari debet, quòd valeat, licet ſtricti iuris ſit. Et plura ad propoſitũ eleganter ſcribit Aym.Crauet.conſ.52. Quitatio facta,col.1.num.6.verſ.Quæ interpretatio, vbi num.2.dicit,quòd Princeps(vt aliàs indicabam) præſumitur vti plenitudine poteſtatis, quando aliàs actus non valeret, poſt Paulũ de Caſtr.in d.l.ex imperfecto, in fin.C. de teſtam. & conſ.414.In facto præſenti,col.3.circa med. num.5.verſ.Nec obſtat,lib.1.& per totum dictum conſil.Aymo plures illationes peregrinas ad hanc regulam infert, vt ad eum non ab re ſit recurrendum.

Et alibi ipſe Aymo Crauet.idem contra dotem,piam cauſam, & in pœnalibus admiſit, & verum eſſe aſſeruit,quem refert Simon de Pretis in d.tract.de interpret.vlt.vol.lib.1. interpr. 1.dubit.2.fol.3.in fin.num.6.fol.7. vbi & is plures illationes,& caſus in materia huiuſmodi interpretationis adducit.

HYPO-

HYPOTHESIS.

Nonnullas afferri ampliationes ad principalem conclusionem qua asseritur filiorum appellatione contineri nepotes; Et d.l. Lucius Titius, 2. d. tit. de hared. instit. adhuc ex Baldo, & Petro Philippo Corneo declarari. Necnon textui in §. cum autem, Instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. congruum responsum adiici, ad sciendum, an nepotes appellatione filiorum primi gradus includantur.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes appellatione filiorum includi etiamsi in casu quo Ecclesia venirent excludenda.*

2 *Nepotes filiorum appellatione, etiam in transversalibus, secundum Angelum, & alios nonnullos venire, Sed contrarium ex magis communi opinione verius esse, & numero 3. contradicentes enumerari.*

4 *Nepotes appellatione filiorum ex suo corpore natorum contineri. Contrarium sustinentes recenseri, num. 8. Sed priorem sententiam aliis Doctorum nominibus confirmari, num. 11.*

5 *L. Lucius Titius, 2. ff. de hared. instit. ex Baldo, & Corneo de liberis primi gradus intelligendum fore.*

6 *Filium inter, & nepotem sanguinis continuationem quandam considerari.*

7 *Argumentum à contrario sensu desumi ad iuris antiqui correctionem, ne alias verba superflua sint, & nihil operentur.*

9 *Ex, dilectionem, causam immediatam significare. Ex Corneo tamen, & Ruino absurdum non esse, quòd aliquando causam mediatam, & remotam importet, num. 10.*

12 *Nepotes appellatione filiorum ex suo matrimonio natis contineri.*

13 *Nepotes appellatione filiorũ, etiam ex suo proprio corpore natorum secundum Guidonis Papæ opinionem non intelligi. Sed cõtrarium ex Oldrad. Castrensi, & Ruino tenendum esse, num. 14.*

15 *Nepotes filiorũ primi gradus appellatione adhuc includi iuxta unam opinionem, Sed contrarium sensisse Alexand. de Imol. magnæ autoritatis Iurisconsultum, nu. 16. Et in gradibus filiorum appellatione non venire nepotes Fortuninum Garz. etiam tenuisse, num. 17.*

18 *Gradum non corrumpi, sed repræsentari, ubi filius locum patris ingreditur. Et textum in §. cum autem, Instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. declarari.*

19 *Pronepotes etiam non solum nepotes sub voce filiorum includi.*

20 *Pronepotes in vltimis voluntatibus nepotum appellatione contineri.*

CAP. XIII.

RESPIT principalis antedicta conclusio plures ampliationes, & Prima est, vt procedat etiam 1 † si in casu versaremur quo ecclesia veniret excludenda, nam tunc etiam filiorum appellatione venirent nepotes, vt scribit Dec. cons. 391. In casu proposito, colum. 1. nume. 3. & colum. 2. num. 6. versic. Quia ad hoc respondetur, Ludouic. Gozadin. consil. 4. Prima facie videtur dicendum, col. 4. ante 14. versic. Et fortius vult, & versic. Tertiò, quòd in fideicommissis, post Socin. sen. cõs. 17. Casus super quo cõsilium postulatur, ante fin. versic. Postremò adduco, lib. 4. qui citat Iacobum de Butrig. & Petr. de Anch. vt per eũ, ibi, rursus Gozad. cons. 36. In facto præsupponitur, col. 1. num. 2. & vtrobique citat consilium Alexandri de Imola in 5. part.

Secunda est ampliatio, vt dicta affirmatiua 2 conclusio in transuersalibus † etiam vera sit, ita tenent Ang. de Vbald. in princ. & Io. de Imol. col. 1. in l. Lucius Titius, la seconda, de hæredit. instit. Alex. cons. 5. Circa primum dubium, nu. 3. lib. 3. cons. 37. Visorthemate, & dubijs, col. 4. nu. 17. lib. 6. Iust. cons. 52. Materia præsentis consultationis, col. 3. sub nu. 1. lib. 3. Dec. cons. 372. Visis, & diligenter cõsideratis, per totum, Ludo. Gozad. d. consil. 4. ante nume. 14. versic. Et vult procedere etiam ante num. 15. vers. Quinto si appellatione filiorum, cons. 39. Natta, cõs. 164. num. 34. & cons. 191. num. 11. cum seq.

Hæc tamen ampliatio non caret difficultate, 3 nam quòd non sit vera † tenent Francisc. Accurs. in consil. relato per Cyn. in d. l. Gallus, §. instituens, vbi Bal. colum. pen. post princ. vers. Dicit Cynus, Bal. cons. 76. Agnesa, lib. 4. Alex. cons. 1. Perspectis verbis testamenti, col. antep. in fin. vers. Et q propriè in substitutione, lib. 1. vbi de Francisco Accursio, & Cyno meminit, Lud. Roma. cons. 438. In causa consultationis præsentis, col. fin. vers. Quo ad quintum, Dec. cons. 95. In casu ad me transmisso, col. fin. ante num. 6. vers. Vel secundo, Otho Lapus Nicolinus de Sirigatt. cons. 152. Casus ille, col. 1. inter cons. Socini sen. lib. 1. cui subscripsere se, D. Sallustius de Bongulielmis, D. Marianus Socinus, D. Andreas Siculus, D. Angelus de Gãbiglionibus, D. Franciscus de Accoltis, D. Petrus de Exio, D. Bernardus de Bõgirolamis, D. Zenobius de Guasconibus, & D. Io. Baptista Cacialupus de S. Seuer. Soc. iun. cons. 30. Resolutio præsentis consultationis, nu. 18. versic. Secundò hoc suadetur, & infr. vbi nu. 21. & 22. respõdet

ad conſilia Decij, Alexandri, & Iaſonis, libro 1. Auguſt. Bero. conſ. 122. Frequenter contingit, colum. 3. ante num. 3. verſ. Sed in caſu noſtro, lib. 2. Rolan. de Vall. conſ. 43. Negari non poteſt, col. 7. num. 38. verſ. Septimo dicitur, lib. 4. Ioan. Cephal. conſ. 195. num. 21. lib. 2. Hippol. Riminal. conſ. 246. Et in primis, num. 91. lib. 3. conſ. 389. Dom. Franciſcus, num. 14. lib. 4, conſil. 390. Poſt tranſmiſſum conſilium, num. 13. eodem vol. vbi num. 42. dicit Tiberium Decianum conſtituentem communem in cõtrarium, nõ ita dicturum fore, ſi Doctores enumeraſſet, longeque plus Socino de magis cõi opinione atteſtãti deferendũ eſſe, quã Deciano prędicto.

Ad text. in d.l. Lucius, reſpondent Soc. iun. d. conſ. 30. nu. 19. verſ. Non obſtant quę ſupra, d. lib. 3. & Riminaldus in præcitato conſil. 246. nu. 105. & is d. lib. 3. atque in ſuperioribus etiã reſponſiones afferebam, quas denuo hic inculcare non expedit.

Quartò principaliter dicta concluſio ampliatur, vt vera vlterius ſit, vbi dictum eſſet de filijs
4 ex ſuo † corpore natis, adhuc enim nepotes venirent, atque includerentur, vt ſcribit Bar. in d. liberorum, col. pen. nu. 18. verſ. Quæro quid ſi in aliqua diſpoſit. de verb. ſign. Bal. in l. 1. col. 1. nu. 3. verſ. Quæro quid ſi dicatur, per illũ text. C. de condit. inſert. in c. 1. §. filia, in fi. vbi etiam Iacob. Aluarot. de ſucceſſ. feud. Petr. de Anch. in c. 1. verſ. Tertio principaliter quæro an ſtatutum, de conſtit. Ang. de Vbald. col. 1. nu. 3. verſ. Et ideo ſi teſtator, & Io. de Imol. col. 2. ſub n. 1. verſ. Item not. quòd licet, in d.l. Lucius, de hæred. inſt. Franciſ. Aret. col. 3. poſt med. verſ. Pro ſecundo dicto, Paul. de Caſt. in fin. nu. 4. in d.l. Gallus, §. inſtituens, Alex. in l. ex facto, §. fi. col. 2. nu. 4. verſ. Fortius dicit Salic. vbi Frãciſ. Rip. nu. 5. ff. ad Trebel. Iacob. de Mediol. conſ. 269. Thema ſiue tenor facti, nu. 2. inter Oldradi conſilia, Bened. Capt. conſ. 22. Etſi viſo, col. 3. n. 10. verſ. Et ſi dicatur, & conſ. 18. Cum viſo & conſiderato, col. 2. nu. 4. Paul. de Caſtr. conſ. 164. In pręſenti cauſa, col. 3. in fi. nu. 4. verſ. Et ideo, lib. 2. Soc. ſen. conſ. 17. Quædam D. Magia, col. 2. nu. 2. verſ. Et ideo infert, lib. 4. poſt Cardin. in c. 2. de verb. ſign. quem ibi citat, rurſus, conſ. 51. Viſa facti narratione, col. 1. in fi. nu. 10. verſ. Quoniam ad omnia, eod. vol. allegat etiam Bal. conſ. 13. Punctus eſt, quidam teſtator habet fratrem, nu. 3. lib. 3. Bertr. conſ. 1. n. 33. lib. 2. conſ. 302. nu. 11. lib. 3. conſ. 157. col. 2. nu. 2. verſ. Præterea, lib. 1. & conſ. 263. nu. 2. eod. vol. Pariſ. cõſil. 18. Conſideratis & circumſpectis omnibus, col. 10. num. 59. & 60. lib. 2. Curt. iun. conſ. 113. Pro reſolutione, nu. 3. Carol. Ruin. conſ. 203. De duobus principaliter, col. 11. & 12. nu. 22. lib. 2. conſ. 63. Quamuis copioſe, col. 2. in fi. nu. 6. lib. 3. ſed elegantius hoc tradidit idem Ruin. conſ. 115. Caſus iſte, col. 7. num. 15. verſ. Nam appellatione filiorum, & infra, eod. vol. 3.

Et pro hac parte affertur text. in d.l. Lucius Titius, la 2. vbi videtur caſus apertus, ibi: Aut (quod abominor) prius morietur quam meam hæreditatem adierit, aut filium filiamue ex ſe natum, natamve non habebit, iunct. finali. ibi verbis, Non enim fratrem ſolum hæredem prætu-
1 lit ſubſtitutis, ſed & eius liberos.

Sed vt Sfortia Oddus dicebat, hic textus nõ eſt ita clarus, quin euitari non poſſit, nonenim ibi in fin. habetur, quòd teſtator nepotes prætulerit, ſed liberos, quorũ appellatione licet nepotes veniant, hoc eſt verum in materia indifferenti, ſecus vbi verba repugnant, vt hic, & proinde vt iura iuribus concordentur, erit intelligendus de liberis primi gradus, & ſic de filijs de quib. etiam in princ. loquitur, & hæc reſponſio fuit originalis, Bal. d. conſ. 76. Agneſa habebat, lib.
5 4. vbi expreſſe dicit † quod prælegata lex intelligẽs de liberis primi gradus, allegat l. iubemus, in fin. C. ad Trebell. & atteſtatur iſtam eſſe veritatem; & ita etiam reſpondebat Corn. conſ. 182. Videtur prima facie, colum. 3. lib. 2. & poſt iſtos Dec. d. conſ. 95. col. fin. ante nu. 6. verſic. Vel ſecundo reſpondetur.

Secundò affertur, nam inter filium, & nepotem ſanguinis continuatio † conſideratur, vt
6 inquit Bald. in d.l. 1. num. 3. C. de condit. inſert. quod ex Geneſi 18. & Matthęi 1. deducit D. Oddus in loco infra allegando, vnde cum immediate dicatur quicquid per rerum naturam continuatiuè vnum, & idem eſt, l. cum acutiſſimi, C. de fideicomm. Capr. d. conſil. 22. nu. 12. poſt Baldum vbi ſupra, ergo quantumuis adſit dictio, ex, quæ cauſam immediatam ſignificare aſſolet, nepotes appellatione filiorum ex ſuo corporum natorum venient.

Huic ſecundę rationi reſpõderi poteſt, quod conditio, ſine filijs, licet non apponatur, ex diſpoſitione huius legis regulariter, intelligitur tacitè, adeo quod poteſt certo modo ſuperflua cenſeri dum expreſſe apponitur, dũ itaque teſtator non ſolum ipſam conditionẽ expreſſit, ſed addidit ex ſe natis, eſt dicendum, non ſine myſterio ita actum fuiſſe, & ſic vt alio modo quam de iure ineſſet intelligi debeat, quod inquam non veniunt nepotes, qui aliàs intelligerentur, d.l. cum acutiſſimi, & ſic quod verba illa teſtatoris, ex ſe natis, aliquid operentur, nec eluſoria cenſeãtur; aliud enim non eſt dicendũ. l. ſi quando, §. 1. ff. de leg. 1. l. ſi ſtipulatus, ff. de vſuris, cum nullum verbum poſitum intelligatur, ſine myſterio; Bal. in rubr. in 9. queſt. C. de contrahen. emptio. & Bal. poſt gloſſ. ibi in l. 1. ff. quod met. cauſ. dicit, quòd etiam ſyllaba nõ debet eſſe ſuperflua. Et in tãtum hoc procedit
7 quòd ẽt argumentum à contrario ſumitur † ad

corre-

correctionem iuris antiqui ne aliàs verba ſuperflua ſint, & nihil operentur, auth. ex teſtamento iunct. l. 1. & ibi Raph. Fulgoſ. & Lud. Roman. C. de collat. cum ſimil.

Niſi dixeris non poſſe cenſeri ſuperflua illa verba, ex ſe natis includendo etiam nepotes, pro excluſione filiorum, vel adoptiuorum, vel vterinorũ, vt Sforcia dicebat, Nec ſuperflua cenſenda ſit quã ad maiorem mentis declarationẽ proferunt teſtatores, qui proprijs animi moribus in teſtando ſæpè, vt experientia edocemur vti aſſolent.

Altera ergo inſurrexit quorundam opin. qđ imò appellatione *filiorum*, ex ſuo corpore na-
8 torum nepotes † non alliciantur, quam viſus eſt tenere Bart. in d. l. Gallus, §. inſtituens, ante numerum 3. verſ. Non obſtat, vt ſic illũ interpretatur Caſtr. ibi, ante fi. nu. 4. idem etiam voluit Guid. Papa in deciſ. 353. Teſtator tres habens maſculos, num. 2. verſ. Tamen quicquid dixerit in hoc D. Baldus, vbi inquit ſe contrarium dixiſſe, & conſuluiſſe dum practicabat, vbi latiſſimè inſiſtit & vagatur.

Fundatur dictorum intentio, in illa dictione,
9 ex, quæ cauſam † immediatam ſignificat, l. 1. §. ex incẽdio, ff. de incend. ruin. & naufr. l. eo tempor. §. fin. ff. de pecul. importat enim cauſam materialem, d. §. ex incendio, & quia cauſa materialis eſt cauſa eſſendi, ideo dicimus quòd importat cauſam immediatam, vt declarat Bald. in l. ex hoc iure, colum. 4. verſ. Septimò opponitur, ff. de iuſt. & iur. quem ad hoc propoſitũ ſequitur Carol. Ruin. conſ. 23. Viſis & matureponderatis, col. 3. nu. 7. verſ. Et apertius declaratur lib. 3. Alex. conſ. 49. Viſo proceſſu, col. 1. nu. 3. lib. 3. conſ. 124. Super primo quæſito, colum. 3. num. 12. lib. 4. & conſ. 56. Aldrouandus, col. fin. nu. 3. lib. 5. Dec. conſ. 69. Viſis duobus conſilijs, col. 1. nu. 3. verſ. Tertio prędicta concl. & conſ. 539. In inclyta Ciuitate Ianuæ, col. 3. num. 7. verſ. Illa dictio. Auguſt. Bero. conſ. 17. Viſis, col. 2. nu. 2. lib. 1.

Sed hæc conſideratio ob vim dictionis, ex, deſumpta tolli poſſe videtur, cũ non ſit incon-
10 ueniens † huiuſmodi dictionẽ, ex, cauſam mediatam, & remotam aliquando ſignificare, vt ex pluribus ad hoc propoſitum firmat Corn. conſilio 97. Primò conſultus, col. 4. poſt princ. verſ. Et licet filius, lib. 1. Carol. Ruin. conſ. 109. Viſo ac perfecto inſtrumento, col. 3. nu. 8. verſ. & ſic dictio, lib. 1.

Vlterius cum in nepotem detur quædam naturalis cõtinuatio ſanguinis, vt Bald. Capra, & alij admittunt, non mirũ, ſi huiuſmodi dictio remotam quaſi cauſam reſpectu nepotis importet, nec verbi ſignificationem ad filios primi tantum gradus reſtringat, & vltra prædictos, huic oppoſitioni eleganter reſpondet Ruin. d. conſ. 115. ſub num. 16. verſic. Et etiam conſtat, libro tertio.

Non erit in hac controuerſia recedendum a
11 priori ſententia † Angeli, Imolæ, & aliorum, de quibus meminimus, cum ſit magis communis, quam vltra præcitatos tenent, Sforc. Odd. in tract. de comp. ſubſtit. partic. 6. art. 2. fol. 194. Corn. conſ. 97. Primo conſultus, colum. 4. poſt princ. verſ. Et propterea dicunt, poſt Anton. de Butr. quem ibi citat. Lud. Roman. conſil. 148. Viſis themate ac ſupra conſultis, in princ. Gerard. Mazoll. conſilio 1. Nanna relicta, numero 111. vbi dicit, quòd quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, l. manumiſſiones, ff. de iuſtit. & iur. eandẽ etiam opinionem comprobat Hipp. Rimin. conſilio 358. Igitur ad primum quæſitum, numero 70. & 71. libro quarto, & conſilio 604. D. Caſandra, numero vigeſimoſexto, libro ſexto, Simon de Pretis in tract. de conject. vlt. vol. libro tertio, fol. 1. numero quinquageſimoſecundo, verſic. Secundus caſus, fol. 327. a tergo. M. Ant. Peregrin. in tract. de fideicommiſ. artic. 28. numero trigeſimoquarto, verſic. Amplia, vt etiam ſi dictum fuerit, fol. 259. poſt Rolandum, & alios quos ibi citat, dicens iſtam eſſe communem opin. & ita fuiſſe deciſum in Rota Auinionenſi teſte Hieronymo Laurentio in deciſione ibidem allegata, rurſus Riminald. iun. conſilio 75. Illuſtris quondam, numero 6. verſic. Nec obſtat, lib. 1. Ioan. Petrutius de Monteſperell. conſi. 6. Viſis ac diligenter inſpectis, num. 3. Dominus Petrus Caballus eruditiſſimus Iuriſconſult. conſilio 181. Verba teſtamenti, numero 13. & 14. Chriſtophor. Torniola, conſ. 32. Viſis ſupradictis, numero 32. conſ. 83. Dubia profecto, numero vigeſimquarto. Quam cõcluſionem Ioannes de Monteſperello, in d. conſ. 6. num. 16. & 17. limitabat ex l. Gallus, §. idem credendum, vt per eum.

Hoc idem tenẽdum eſſet ſi teſtator dixiſſet,
12 ſine filijs ex ſuo matrimonio † natis, adhuc enim Paul. Caſtrenſ. conſilio 410. Viſo facto, & dubijs, col. 3. in princ. ante numerum quintum, verſic. Sed reſpondeo, libro primo, voluit nepotes includi, vbi hoc erudite explicat, quem ſequitur D. Peregrin. in d. artic. 28. ante numerum trigeſimumquintum, verſ. Quid autem ſi dictum fuiſſet, niſi enim præceſſiſſet matrimonium ex quo natus fuit filius, non eſſet natus nepos ex eo, & ideo inquit Caſtrenſi omnes deſcendentes dicuntur, per continuationem eadem caro cum ſuis aſcendentibus, l. fin. C. de impub. & al. ſubſti. & quoniam hoc latè Paulus proſequitur, conquiſcam.

Quid autem in alia illa conditione erit aſſe-
13 rendum, in filijs inquam ex ſuo proprio corpore † natis, dicit D. Peregrinus in prælleg.

tract.de fideicom.d.artic.28.ante d.numer.35. verſ.Quid ſi dictum fuiſſet,aliud fore affirmandum, quia proprium non recipit adiunctum, nec alteri communicatur, ſed perſonę cohæret, cap.nulli,in verb.Proprio iuramento,& cap.vt circa,§.fin.de elect.in 6.& ſic in ſpecie determinaſſe Guidonem Papæ, in deciſ.353.incip.Teſtator,nam alioquin illa adiectio nihil operaretur,& maxime quando ſubſtitutus eſſet perſona valde dilecta teſtatori, prout ipſe Guido conſiderat.

Sed quicquid dixerit Guid. Papæ in præcitato loco,Carol.Ruin.d.conſ.115.colum.7.ante fin.ſub num.16.verſ.Vnde per prædictam ra
14 tionem,lib.3.contrarium† voluit,quòd nepos poſſit dici filius, & natus ex proprio corpore aui,& ante eum hoc voluit Caſtrenſ.conſ.164. In præſenti cauſa,colum.tertia,num.4. verſ.Et hoc ſic oſtenditur, lib.2. poſt Oldradum quem ipſe declarat, & ita aliàs ego dicebam in conſ. quod reddidi pro filijs olim Ioannis Hieronymi Riueræ incip. Dubia ſuper teſtamento, ſub num.14. verſ. Nam multipliciter reſpondetur, quod eſt inſertũ penes meũ tract. An, & quando liberi in condit.poſit.voc.& eſt 2.in ordine, vt exiſtimem ab Oldr. Caſtrenſi & Ruino non fore recedendum.

Quinta eſt ampliatio,vt nepotes etiam filio-
15 rum appellatione veniant,vbi eſſet dictum†de filijs primi gradus,ita videtur concludere Oddus,in præalleg.tract.de compend.ſubſtit.in 6. partic.artic.3.in fin.concl.4.verſ.Sed mihi contrarium placet, & poſt eum Domin. Alexand. Trentacinq. in tract.de ſubſtitut.in 4.part.cap. 7.num.58.verſ.Item ampliatur,fol.152.

Mouentur ex §.cum autem,Inſtit.de hęred. quæ ab inteſt. defer. ex quo colligitur nepotes primi gradus eſſe.

Dicta etiam ampliatio non tranſit ſine ſcru-
16 pulo; Nam contrarium tenet † Alex. de Imol. conſ.56.Aldrouandus teſtamentum condidit, columna fin. ſub num.5. ferè in vltimis verbis, verſ.Nam ſi dixiſſet,lib.5.

Mouetur ex l.iubemus,§.fin. iunct. gloſſ.C. ad Trebell.& certè magna eſt autoritas Alexandri celeberrimi Doctoris, & in conſulendo fuit oculatiſſimus,& realiſſimus,vt re ipſa conſpicitur,& omnes fatentur:adeo quòd non audeam ab eius opinione recedere. Præſertim quia Oddus illic profitetur fouere partes nepotum, illos potius inſpecta quadam pietate, ac miſeratione includendo,vt per eum.

Et pro hac parte facit text.in §.ſecundo gradu,Inſtit.de gradib.cognat. Secundo (inquit) gradu ſupra auus, auia, infra nepos,neptis, ex
17 tranſuerſo frater & ſoror: & in gradibus† filiorum appellatione non venire nepotes, tradit Fortun.Garz.in l.Gallus, §.idem credendum, num.23.verſ.Quandoque in legibus.

Quinimò text. in d.§. cum autem, tantum abeſt,vt probet opinionem incluſiuam, vt potius retorqueatur,nam de gradibus non loquitur,ſed quòd ſubducto patre per exhæredationem extraneo hærede inſtituto, qui nolit, vel non poſſit eſſe hæres, nepos auo ſuus hæres exiſtit,non quia ſit in primo gradu, ſed iure ſuitatis. Et certè quando filius locum patris ingredi
18 tur,† non corrumpitur gradus,ſed repręſentatur, ita vt filius reputetur eſſe in eodem gradu in quo erat pater,vt dicit Bald.quem refert Decius conſilio 527.In ciuitate Rauennæ,num.8. Socin.iun. conſil. 116. Viſo puncto prædicto, numero 28.verſic. Nec in propoſito, libro primo, cum alijs quos alibi adducebam, vt hinc non videantur confundi primus in filio, & ſecundus gradus qui reſpectu nepotis conſideratur. Ad quod facit doctrina Baldi in d.l.Gallus,§.inſtituens,colum.pen.circa medium, vbi dixit, Nomen filij connotatiuum certi gradus eſſe, per text. in ratione ſui,in l. libertum,ff. de excuſat.tut. Et ideo bene cogita,nam iſtud dubium in indiuiduo decidit etiam idem Bald. in cap.quę in eccleſiarum,colum.pen.numer.39. extra de conſtit. Sed pone (inquit) conceſſum eſt alicui feudũ pro ſe, & ſuis filijs, vtrum intelligatur de deſcendentibus, vſque in infinitum Reſpondeo,ſic,quia materia eſt indifferẽs quo ad gradum, vnde nomẽ, filius, ſignificat ſecundum naturam huius contractus totam lineam deſcendentium. Sed ſi materia eſſet differens, quo ad gradum,intelligeretur ſolum de liberis primi gradus, arg.l.iubemus,C. ad Trebell.ex quo textu ad ita dicendum Alexander de Imola,vt ſupra mouebatur; idemque ſcripſere Riminald.iun.conſ.173. Teſtator, num.8.verſic. Secundo confirmatur, vbi ampliat num.10.libro 2.& Iacob.Berretr.conſ.130.Articulus propoſitus,num.3.col.6.vbi exempla reſtrictionis affert. Ampliatio autem Riminaldi, vbi ſupra eſt,vt dicta eius,& concordantiũ procedat non ſolum quando ad certos filios reſpectu perſonarum ſiue graduum ſe retulit,ſed etiam quando arctatiuè teſtator reſpectu temporis loquutus fuiſſet, & cum Alexandro pertranſit etiam Octauian.Cacheran.conſil.72. Attenta igitur, num.11.

Sexta affertur,vt ſub voce filiorum non mo
19 do nepotes,ſed pronepotes†etiam includãtur, vt ſcripſere Bartol.in l.1.§.ſed ſi quis,ibi,Certè idem erit de pronepotibus,vt hic,quia appellãtur filij,ff.de ſuis& legitim.Corn.conſ.290.Tota vis conſultationis eſt,col.fi.ante num.7.verſic.Item in propoſito,lib.4.Pariſ.conſ.52. In hac conſultat.colum.4.num.27.& infr.lib.2.Aym. Crauet.conſ.155. Verba teſtamenti,colum.fin. num.8.libro 1.Ioan. Crot.conſilio 25.Eccleſia

conceſſit,

conceſſit, num. 2. 12. 15. & 16. lib. 1. Franciſcus Burſat. conſil. 13. In omnibus autem, colum. 3. num. 15. verſ. Nec obijciatur, lib. 1. & tradit Alexand. conſ. 125. Attentis uerbis inueſtiturę, col. pen. num. 11. & 12. lib. 5.

ſub num. 22. verſic. Et vbi etiam iſto caſu, eod. lib. 2. conſil. 132. Proponitur in themate, col. 3. nume. 7. verſic. Et iſtud etiam probatur, lib. 3. rurſus Ruin. conſilio 13. Præſupponitur quòd Ioannes, colum. 2. in princip. numero 5. verſic. Quartò iſtud etiam, d. volum. 1. conſil. 78. Primum dubium, colum. 2. num. 5. verſ. Sed quia dictus D. Cæſar, & colum. 3. num. 7. verſic. Nec etiam obſtat, conſil. 92. Caſus de quo quæritur, colum. 2. in fin. nume. 6. verſic. Et pro eo facit, d. lib. 2. & conſil. 63. Quamuis copiosè, col. 3. in princip. ante nume. 6. verſicu. Et dato etiam, di lib. 3. conſ. 8. Viſo ſtatuto caſtri Finalis, col. 3. num. 7. verſic. Tamen dico, lib. 5. Ioan. Crot. conſ. 104. Teſtator poſt multa legata, colum. 3. nume. 17. verſic. Tamen adhuc, lib. 1. Rolan. de Vall. conſil. 43. Negari non poteſt, colum. 6. in fin. num. 36. verſic. Quinto dicitur, lib. 4. Andr. Alciat. conſil. 69. Fideicommiſſi verba, num. 8. lib. 9. & poſt Bartolum, Decium, Marcobrunum, & Rolandum quos citat, idem tenet Iacob. Men. in tract. de præſumpt. in 2. part. princip. lib. 4. præſumptio. 94. in 17. coniect. num. 23. fol. 176. Hippol. Riminal. conſil. 172. Teſtator nume. 30. verſic. Tertiò igitur, lib. 2. conſil. 252. Magnificus Dominus Ludouicus, col. 14. nu. 60. verſic. Quoniam pro reſponſione, lib. 3. conſ. 358. Igitur ad primum quæſitum, col. 34. nume. 240. verſicu. Aliquando conditio, lib. 4. Socin. in prælleg. l. Gallus, §. inſtituens, in fin. verſic. Sed tu defendendo Imolam.

Supradictaque concluſio non ſolum proce-
25 dit, quãdo diſpoſitio in perſona † filiorũ ſuum effectum ſortita fuit, verum etiam ſi diſpoſitio nondum verificata, poſſet verificari, vt quia tempore quo dies fideicommiſſi cedit, adſint filius & nepos, cum enim poſſit effectum in filio ſortiri, non verificatur in nepote, vt ſcripſere, Alexand. conſil. 37. Viſo themate, colum. pen. nume. 25. verſicu. Non obſtat alia ratio Cyni, lib. 6. Corn. conſil. 307. In hac conſultatione, colum. 2. num. 3. verſicu. Accedat quod voluit Imola, lib. 1. conſilio 131. Videtur prima facie, col. 2. verſ. Et pro hac parte, & colum. ſeq. lib. 3. Lud. Gozad. d. conſ. 36. In facto, colum. 2. nu. 9. Curt. iun. conſil. 57. Habitâ diligenti, colum. 4. num. 7. in fin. verſ. Præterea ad aliud, quod alibi etiam aſſerebam, conſ. 2. incip. Dubia ſuper teſtamento, colum. 4. nu. 3. verſic. Verum etiam quod reddidi pro filijs olim D. Ioannis Hieronymi Riueræ ſuper fideicommiſſo olim Ioannis Caroli ipſorum aui.

In tantum quod ſi tempore factę diſpoſitio-
26 nis † teſtator filios habebit, nõ cenſetur in cõcurſu ex complurium intentione de nepotibus in dubio ſenſiſſe, Bal. in d. l. Gallus, §. inſtituẽs, colum. 2. circ. med. verſ. Secundo caſu, poſt Cynum, & Iacobum de Aren. in diſtinct. Io. Fab. in §. fin. num. 2. verſic. Et ideo, vbi Ang. Aretin. nu. 3. verſic. Vel ſecundo, in diſcurſu, Inſtit. qui teſtur. dar. poſſ. Iaſ. in l. ſi pater tuus, colum. 1. nu. 3. verſ. Nam doctrina Bartoli, C. de hared. inſtit. Alexan. conſ. 37. Viſo themate ſupraſcripto, colum. penult. in princip. ante nu. 16. verſ. Non obſtat alia ratio Cyni, lib. 7. Socin. ſenior conſ. 73. Capiendo primum conſultationis articulum, colum. 5. ſub num. 18. verſ. Tertio loco poſt Oldrad. Cynũ, & Philippum de Corſinis Aduocatum Florentinum, lib. 4. Otto Lapi Nicolinus de Sirigattis de Florentia, conſ. 152. Caſus iſte non eſt nouus, colum. 1. circ. fin. verſic. Nec etiam ſecundum opinionem D. Iacobi de Aren. lib. 1. Corn. conſ. 207. De pluribus hæreditatibus, colum. 8. in princip. verſic. Aut habebat filium, vbi, & ipſe Oldradum refert, ac etiam Iacob. de Aren. in d. §. inſtituens, & Philippum de Corſinis, lib. 2. conſil. 290. Tota uis conſultationis eſt, colum. 1. ante num. 2. verſic. Et propterea ibi Imol. Latius declarãdo, lib. 4. Socin. iun. conſ. 149. Propoſita quæſtio, colum. fin. num. 7. verſic. Poſſet etiam pro iſta opinione, lib. 2. Pariſ. cõſ. 10. In hac cõſultatione, col. 6. n. 56. verſ. Nec obſtat 9 vocauerit filios, li. 3.

Et licet Socin. iun. in prælleg. conſ. 149. ſub nume. 7. hoc dictum ſit ſimpliciter poſitum dixerit apud ipſum ſine dubitatione non tranſire, & propterea in eo magnum fundamentum non cõſtituere, voluit tamen illud referre propter authoritatem Scribentium ita tenentium, tanquam pulchrum (ſi verum eſſet) ad limitationem doctrinę Bart. in d. l. liberorũ, & quamuis etiam idem Socin. conſ. 146. Viſo teſtamento de quo in puncto, col. 6. nu. 17. in reſponſione ad dubium excitatum per D. Hieronymum Prioratum, eod. vol. 2. contrarium tenere viſus fuerit, tamen in fine conſilij fatetur non pleno admodum ſtudio reſpondiſſe, & ideo dignum excuſatione ſe reddidit, vt per eum ibi. Et magis reſolutiuè Pariſius dictæ concluſioni incaloſcit in prælleg. conſ. 20. ante num. 59.

Et contra Socinum iuniorem ſtringere plurimum videtur text. in l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de leg. 2. & licet huic textui idem Socin. reſpondere conetur, cuius reſpõſioni aliàs ego inhærebam in prælleg. conſ. 2. num. 120. verſic. Reſpondetur quòd ibi, dicebam enim dubitationem apud Papinianum, lib. 7. reſponſorum excitatam fuiſſe, vtrum hæredes præmortuorũ (de hæredibus ſimpliciter loquendo) repreſentãtes ſui authoris perſonam ad partem admitti deberent, ibidemque decidi quòd non, cum mortui conſiderandi non eſſent, quia eligi non poterant, & ſpes illa fideicommiſſi in hæredes pendente conditione non fuerat tranſlata, ex iuribus vulgaribus, & ita declarabat etiam Raphael Cumanus. Sed ſi aliquis filius præmortuorum,

tuorum, & ſic nepos grauati ſuperéſſet, q̃ non haberet partem ibi non probatur, ſolum enim dicitur, quod ex his qui eligi poterãt ſuperuiuentes admittantur, vnde nepos debuerat admitti cum eligi potuiſſet, nam cũ deberet filijs reſtituere, & ex his cui voluiſſet, & aliàs filiorũ appellatione veniant nepotes, poterant nepotes etiam eligi. Tamen viterius cogitãti, poſſet
27 aliud in mentem venire, quòd inquam † ibi nõ agatur de iure trãſmiſſionis titulo hæreditario, vt Socinus præſupponit, niſi ibi diuinandũ ſit, teſtator enim à filio cũ moreretur, filijs, vel cui ex illis voluiſſet reſtituere fuerat rogatus, non enim de hęredibus meminit, cumque velit viriles inter ſuperuiuentes fieri, nã de alijs eligendi poteſtas non erat, dicẽdum eſt verbum illud alijs, ad nepotes neceſſario referendum eſſe, relictos ab ijs filijs ſubſtitutis per fideicõmiſſum qui eo tempore non viuebant: ſed nepotes reſpectu teſtatoris reliquerant, quos non includi, ex illo contextu colligitur, poſtquam conditio fideicommiſſi in perſonas ſuperuiuentiũ confertur, & ad eos tantum reſtringitur, & tamen per trãſmiſſionem ex patris perſona liberi ſuccedunt, l. vnic. C. de his qui ant. apert. tabul. nec ex ea quis venire poteſt, niſi tranſmittentis hæres fuerit, iuxt. not. in l. qui ſe patris, C. vnd. liber. & l. ſi quis filiũ, de acq. hæred. licet nõ tranſmittatur tanquã ad hæredem, ſed tranſmittatur ex eo quia eſt hæres, & deſcendens, ſicut videmus in feudo, & in emphyteuſi, §. emphyteuſim, in auth. de non alien. & l. iuriſiurandi, §. ſi liberi, de oper. libert. & ideò ſi eſſent alij hæredes extranei vna cum nepote, ad ſolum nepotẽ fieret tranſmiſſio, & ſi eſſent plures nepotes inæqualiter inſtituti, trãſmitteretur tamen æqualiter, vt d. §. liberi, quod notãter declarat Paul. de Caſtr. in l. ſi quis filium, colum. 1. in fin. ſub num. 3. verſic. Sed dubium eſt hoc, C. de inoffic. teſtamen. Niſi dixerimus, negari non poſſe aſſumptum Socini iunioris conſiderando principium dicti §. hæreditatem, ac verba illa, ante mortem filij hęredis exiſtere, nõ enim ſine myſterio Papinianus de filio hærede, ac etiam virilium portionum ibi meminit.

28 Licetque ſuperius ad eũdem textum † nonnihil dixerim, ẽt ex Socini ſenioris in d. §. inſtituens, intentione, addi tamẽ nunc fortè pro clariori eius intelligentia poſſet, Papinianum excelſi ingenij Iuriſconſultum, verba illa, vel cui ex his, ad ſuperuiuentes retuliſſe, & ita interptetatum fuiſſe, vt non poſſint ad nepotes extẽdi, paria enim ſunt, aliquem ſubſtituere ſi viuit, vel eũ nomine proprio nominare, §. 1. Inſt. de excuſ. tut. §. hoc etiam, Inſtit. de legitim. agn. ſucc. l. 3. ff. de fund. inſtruc. Dec. conſ. 79. Et pro tenui, in prin. Pariſ. cõſ. 9. Olim, D. Camillus, nu. 24. verſ. Et quia vocando, lib. 2. conſ. 37. Si bona & res, col. 7. in fin. nu. 53. eod. volum. ſed quando filij proprijs nominibus proferuntur, nepotes non veniunt, Pariſ. cõſ. 20. In hac conſultatione, col. pen. nu. 57. lib. 3. & ſtatim dicã, igitur non includentur cum ſit dictum, vel cui ex his, quæ verba in illo textu æquipollent verbo ſuperuiuentibus. Quòd autem filiorum ſu-
29 peruiuentium appellatione † nepotes non includantur tradit Socin. iun. conſ. 133. Quia præſens conſultatio, colum. 3. nu. 11. verſ. Ad quod optimè facit, lib. 1.

Retenta itaque ſupradicta principali limita-
30 tione, Primo declaratur † quãdo in filio adimpleta eſt diſpoſitio ſecundum intentionem diſponentis, omnemque effectum habuit, ſicut in terminis dicti §. idem credendum, aliàs ſecus, Bartol. in præall. l. liberorum, col. pen. num. 18. declarat Soc. ſen. conſ. 250. In cauſa Bononiẽſi, colum. 8. in princip. verſic. Infertur etiam & tertia reſponſio, lib. 2. quem ſequitur Carol. Ruin. conſ. 203. De duobus principaliter quæritur, col. 12. in princip. ante num. 23. verſ. Nec obſtat quod Bart. lib. 2. conſ. 25. Adeò plenè, & eleganter, nu. 15. verſ. Tertiò non obſtat, lib. 1. & dixi in d. conſ. 2. num. 118. verſ. Nam reſpondetur, vbi rationem ex Baldo aſſerebam.

Secundò, dictum Bart. in d. l. liberorum, de-
31 claratur procedere † quando ſimpliciter filijs aliquid cõceditur, abſque aliquibus verbis denotantibus tractum temporis ſucceſſiuũ, vt puta verbo Poſterorum, vt per Ruin. cõſ. 117. Viſo teſtamento Antonij, nu. 19. verſ. Nec obſtat dum dicebatur, lib. 2. & in præalleg. meo conſil. 2. num. 119. verſ. Secundo reſpondeo, lib. 2.

Quinto, illam principalis cõcluſio recipit li-
32 mitationẽ, vt in natis nepotibus procedat, † ſecus in naſcituris, qui filiorum appellatione nõ venirent, Alexan. conſ. 184. Viſo themate, col. 1. nu. 2. verſ. Et primò quia, lib. 2. Corn. cõſ. 290. Tota uis conſultationis, col. fin. in fi. nu. 7. verſ. Et maximè, lib. 4. Otto Lapus Nicolinus, d. cõſil. 152. Caſus iſte non eſt nouus, col. 2. ante nu. 3. verſ. Sed ut prædixi, inter conſilia Socin. ſen. lib. 1. ubi Salluſtius D. Gulielmi de Bongulielmis de Peruſio in 1. ſubſcript. nu. 5. verſic. Nam dicitur, & infr. Andręas Bartolomæi de Sicilia, in 3. ſubſcript. ante nu. 10. verſ. Modo in propoſito noſtro. Franciſc. de Accoltis de Aret. in 5. ſubſcript. ſub nu. 13. verſic. Sed tamen his non obſtantibus, Ioan. Bapt. Caccialup. de S. Seuerin. in ult. ſubſcript. colum. pen. verſ. Concurrit etiam, cum quibus alij ſubſcribentes ſimpliciter tranſeunt. latè Dec. cõſ. 95. Et pro tenui facultate mea, col. pen. circ. med. verſ. Tertiò principaliter in caſu illo, citans Alex. in pręallegato conſ. de liberis loquentẽ, & ipſe Alex. mouebatur ex ijs quę habẽtur in l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. & in l. cũ ita, §. in fideicõmiſſo, ff. de leg. 2.

& ad idem allegabat text.in l.peto, §. fratre, cũ gloſſ.eod.tit. Et licet D. Otto,ac alij ſubſcriben tes in trãſuerſalibus loquantur, idem eſt dicendum in liberis,ſeu filijs,vt inquiunt Alexand.& Dec.moti ex doctrina Ioannis de Imol. & Petri de Anchar.in c.iudicante,colum.antepenul. verſ.extr.gloſſ.de teſtam.dicentium quod illud quod dicitur in d.l. ſi cognatis, inductum in eo qui facit aliquam diſpoſitionem, & relictũ cognatis habet locum etiam in relinquente liberis. & pro hoc bene facit quod ſcripſit Bart. in conſ.Bonauentura condidit teſtamentum, vbi concludit, quòd ſi teſtator ſubſtituit aliquem, & eius filios, intelligitur de natis tempore teſtamenti. Hoc idem in legato facto liberis, quòd non veniant liberi nati poſt mortem teſtatoris, voluit Lud.Rom. conſ.231. Præmiſſorum Doctorum cõcluſionem ego ſequor,in princ. motus ex d.l.ſi cognatis, & in d. l. cum ita, §.in fideicommiſſo, & ex ijs quæ notantur in l. interuenit,ff.de leg. præſtan. Facit inſuper text. in l. ſi ita,§.ſi quis cum ignoraret, ff. de teſtam.tut. vbi appellatione filij non continetur filius de quo pater ignorabat; à fortiori hoc idem in nepote dicendum erit qui eſt remotior. Et quia tales nepotes qui poſt mortẽ eius de cuius hæreditate agitur concepti ſunt,ex propria perſo-
33 na † non ſunt vocati de iure,& ideò non excludunt agnatos,nec cognatos, §.planè, Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. l. ſi quis filio,§.1. ff.de iniuſt.rupt.teſtam. verſ. Sed hoc ita,l. Titius, ff. de ſuis & legit. l.1. §.ſi quis proximior, verſ.Sed hic ita, ff.vnd. cogn. Vnde ſequitur 9 etiã diſpoſitio teſtatoris,ita interpretetur,quia teſtator in dubio videtur ſe cũ diſpoſitione iuris communis conformare,l. Gallus, §.quidam rectè,de liber.& poſthum.cum ſimil. Congruũt prædictis etiam tradita per Bart.conſ.131. Primò arguitur,in princ. verſic. Et hoc eſt veriſſimum,in 1.part. & conſil.55. eiuſdem initij, ac continentiæ, in 2.part. vbi aſſeruit relictum fa-
34 ctum ab auo filiæ pro dote in dubio † contemplatione filij non neptis factum cenſeri, ex l. dedit dotem,vbi Iacob.de Aren.ff.de col.bon. quod dicit eſſe veriſſimum maximè in illo caſu ſibi propoſito,vbi dicebatur, quòd neptis non erat nata tempore mortis aui,& ſic non poterat dici,quòd propter affectionẽ quam auus habebat ad eam, ſibi reliquiſſet, ſed ſolum contemplatione filij dictam diſpoſitionem fecerat, vbi ad diminutionem fideicommiſſi,de quo ibi infert,& cum Bartol. in hoc de dote nepti relicta ſenſit Dec. conſil.81. In caſu propoſito, col.3. ſub num.5. verſ. Et hoc idem in terminis propoſitæ quæſt. cum alijs adductis per Iac. Menoch. in tract. de præſumpt. in 1.part. princip. lib.3. præſumpt.17. num.5.verſ. Declaratur hic caſus,fol.128.

Ex prædictis clarè colligi poteſt, non eſſe aſſentiendum Corneo,in conſil.199. In præſenti conſultatione,colum.12. in fin. ante nume.35.
35 lib.2. dum videtur diſtinguere † inter cognatos ad deſcendentes in propoſito, cum non ſit vera diſtinctio, & contrarium ipſemet alibi teneat in prædallegato cõſilio,& valde vrgeat Bartoli autoritas, quod in eius voluminibus reperire non valui, cum tantum adſit conſilium 51. incipiens Bonauentura fecit teſtamentum in 1. part. quod non facit ad caſum, licet exiſtimem Alexandrum vidiſſe conſilium ab ipſo allegatum, & non omnia reſponſa quæ Bartolus reddidit impreſſa reperiri, & prædictam limitationem tenent etiam Ludou.Gozad. d.conſil.36. In facto præſupponitur, colum.2. num.7.verſ. Quinto quoties,Pariſ.conſil.20.In hac conſultatione,colum.penult.nu.58. verſ.Item, quia, lib.3.rurſus Socin.ſen.conſ.73. Capiendo primum, colum.6. in fin.nu.25.verſic. Poſtremo, & infr.vſque ad num.29.lib.4.Anton.Gabriel. Roman.lib.6.tit.de verb.ſign. colum.1. nu.68. verſ.Decimo limita, fol.545. Illuſtriſſimus D. Cardinalis Frãciſc.Mantic.in tract. de coniect. vlt.volunt. lib.8. tit.8.nu.9. verſ.Sextus caſus, fol.185. Andr. Alciat.conſil.69.Fideicommiſſi verba,nu.9.lib.9. Carol.Ruin.conſil.35. Adeo plene, num.3.lib.1. conſ.117.Viſo teſtamento, Antonij,colum.2.num.9.verſic.Alia etiam ratione videtur, lib.2.Socin.iun.conſ.30.Reſolutio præſentis conſultationis,col.5.nu.24. verſ. Et in hac conſideratione, lib.3. Ant. Rub. Alexandrin.conſil.8. Præſupponitur in facto,col.1. in princ. Io.Cephal. conſ.3. Ludouicus de Sabaudia,col.7.num.36.conſ.12.In facto,nu.17. & 18.lib.1. Frãciſc.Beccius, conſil.56.In cauſa, verſ. Hinc Decius, nec relinquendus erit Curt. iun. conſ.57. Habita diligenti conſideratione, num.6. verſ.Tertio principaliter,vbi, ac etiam conſil. 58. Circa præmiſſam conſultationem, colum.2.nu.5.& 6.diſtinguebat,quòd aut tempore purificatæ conditionis reperiuntur aliqui nepotes qui erant concepti, & nati viuo teſtatore,& iſti prius admittantur, dicens ſe non reperiſſe Doctorem ſic in pũcto loquentẽ, quam diſtinctionem probat Rimin.iun.conſ.690. D. Peregrinus,nu.22.lib.6.& alibi ſæpè,quãtumuis fuerit d. conſideratio Lambertini de Ramponibus relati per Io.Andr. in addit. ad Spec. in rubr.de teſtam.col.3.verſic. Item Lambertinus,quos referendo ſequitur Carol.Ruin. cõſ. 2.Eſt in primis animaduertendum, nu.9.verſ. Præterea vbi feudum,lib.1.quicquid autẽ Curtius inuolutè loquens ſibi voluerit,non auderẽ à prędicta limitatione recedere aliqua alia coniectura non concurrente, ideò cogita.

Ampliatur hæc quarta limitatio. Primò, vt
36 idem ſit dicendum,ſi teſtator † verbo,liberorũ,

vſus

vſus fuerit, vt videre eſt apud Lud. Rom. Alex. Decium, & Gozadinum in prȩcitatis locis.

Secundò, vt non ſolum procedat in nepotibus remotioris gradus, ſed etiam † in filijs, cũ
37 filij appellatione non cõprehendatur filius quẽ pater habere ſe ignorabat, d.l. ſi ità, §. ſi quis cũ ignoraret, ff. de teſtam. tut. Curt. iun. conſ. 111. D. Paulus de Raude, col. 5. num. 4. in nepote à fortiori arguens, vt per eum in verſ. Facit text. quod voluit Bart. in præalleg. conſil. incip. Bonauentura condidit teſtamentũ, & cum eo ſenſere Alex. Dec. & Gozad. in præcitatis locis.

Tertio ampliatur dicta limitatio, vt vera ſit, etiam ſi conditio in incertum futurũ euentum
38 † collata fuerit, vt per Alexan. d. conſ. 184. Viſo themate dicti Silueſtri, Dec. d. conſ. 95. col. 4. circ. med. verſ. & ibi dicit hoc etiam procedere, Gozad. d. conſ. 36. nu. 7. in fi. Ruin. d. conſ. 117. col. 2. in fi. nu. 9. verſ. Et hoc nedum videtur habere locum, d. lib. 2. Soci. iun. d. conſ. 30. col. 6. nu. 25. verſ. Et vult hoc habere locum, d. lib. 3. Rim. iun. conſ. 690. præallegato, num. 20. verſ. Et ibi dicit Alex. d. lib. 6.

Hæc tamen tertia ampliatio de conditione
39 collata in certum futurum euentum, † tuta nõ videtur, quicquid enim Alexander in tranſcurſu dixerit in præallegato conſil. & ipſum præcitati retulerint, omni prætermiſſa diſputatione, contrariũ multi graues Iuriſconſulti tenuerũt, à quibus recedere periculoſum foret prȩſertim in conſulendo & iudicando, nũcupatimque ita tenet Alex. ipſe magis deliberatè, conſ. 26. Videretur fortaſſe, col. fi. nu. 14. verſ. Quia reſpondeo, lib. 3. fretus autoritate Ioãnis Andr. in addit. ad Specul. tit. de teſtam. in rubric. colum. 3. verſ. Item Libertinus, Curt. iun. d. conſilio 111. col. fi. num. 19. verſ. Non obſtat etiam, vbi dicit Alexandrũ in dicto alio conſ. tranſcurſiuè fuiſſe locutum, Franciſc. Mantic. d. lib. 8. tit. 8. ante nu. 10. verſ. Sed tamen aduerte, poſt Alciatum quem allegat, in d. concl. 1. de verb. ſign. nu. 69. verſ. Contrarium in caſu, Io. Anton. Rubeus d. conſ. 8. Præſupponitur in facto, in fi. nume. 10. verſ. Et ex prædictis concludendũ videtur, cõſ. 28. Circa præmiſſam facti cõtingentiam, col. 3. nu. 9. verſ. & iſta opinio, Carol. Ruin. d. cõſ. 117. colum. 6. in princ. nu. 20. verſ. Item non obſtat quòd Agnes, d. lib. 2. vbi ex Io. Andrȩa, Alex. & Paulo Caſtrenſi cõcludit, ſatis eſſe quempiam natum eſſe tempore exiſtentis conditionis, & conſ. 123. Quia circa caſum, in princ. verſic. Et ideo vbi appellatione filiorum, & col. 6. nu. 16. verſ. Ceſſat tamẽ dicta ratio, cod. vol. Soc. iun. cõſ. 170. Pulchra certè, & ſubtilis, per totũ cõſ. lib. 2. vt hæc opin. magis cõis prorſus videatur.

40 Quæ quidem Primò magis procederet † in caſu Ruin. d. conſ. 117. ante nu. 21. verſ. Et iſtud prȩcipuè, d. lib. 2. in quo teſtator vocauerat poſteros in infinitũ, & apud eos volebat dicta bona perpetuò & omni tẽpore permanere, in quibus verbis (ipſe inquit) omne tempus includebatur, & omnis quandocunque, & omni tempore naſciturus, §. & vnũ hominem, Inſtit. de hæred. inſt. vt per eum ibi.

Secũdò, magis locum ſibi vendicaret in alio caſu, Curt. iun. d. conſ. 111. col. pen. ante nu. 20. verſic. Prætereà iſta difficultas, vbi teſtator loquutus fuerat de quandocunque naſcituris, in tantum quòd in claris ſe cõſulere ibi aſſeruerit.

Sublimitatur nũc dicta quarta limitatio. Pri-
41 mò vbicũqu e diſpoſitio † de filijs natis loqueretur, item de naſcituris, vt tradit Carol. Ruin. conſ. 35. Adeo plene, & eleganter, col. 6. in fin. nu. 14. uerſ. Secundo reſpondetur, lib. 1. ubi ad hoc multa inducit, ut inſpici poteſt.

Secundo ſublimitatur, quòd quamuis nepotes nati non ſint, ſufficit tamẽ ſi teſtamenti tempore, uel mortis teſtatoris fuerint concepti, ut per Andr. Tiraquell. in tract. de retract. lig. §. 1. gloſſ. 9. num. 85. uerſ. Et Franc. Arent. fol. 158. ſecundum impreſſionẽ Lugdunenſem Guilelmi Rouilij, Anton. Rom. d. concl. 1. de verb. ſignif. nu. 72. fol. 545.

Tertiò ſublimitatur in cõtractibus, ſecundũ Bart. in l. itẽ prætor, nu. 3. uerſ. Item quæro aliquis accepit, ff. de ſuis & legitim. per textũ ubi dicit eſſe caſum in l. Paulus reſpõdit, §. Paulus reſpondit nepotem, ff. de bonis libert. latè Tiraquell. in d. §. 1. gl. 9. nu. 87. uerſ. Facit, & quod paſſim, & nu. 88. ubi nu. 89. uerſ. Et huius quidem ſententiæ rationem reddit Ruin. d. conſil. 35. col. 6. in fi. nu. 14. uerſ. Quia primo reſpondetur, d. lib. 1. poſt Baldum in loco de quo ibi.

Quinto limitatur, quod dictum eſt de nepotum comprehenſione, ſub uoce filiorum quan-
42 do teſtator † filiorum in una parte diſpoſitionis meminit illos uocãdo, & appellando filios, in alia uero parte non filios, ſed liberos, tunc enim facilè deprehendi poteſt filios pro gradu primo tãtum aſſumpſiſſe, ita ut nepotes nequaquam includantur, Corn. conſ. 90. Scrupuloſa uidetur præſens conſultatio, col. 2. nu. 6. uerſic. Nec poteſt dici, lib. 3. conſ. 304. Rem arduam continet, col. 11. ante nu. 17. uerſ. Et licet cod. uol. Otto Lapi Nicolinus, d. conſ. 152. col. 2. nu. 4. uerſ. Vnde cum uerbum liberis, lib. 1. & huic conſilio præcitati inſignes Iuriſconſulti ſe ſubſcripſere, Soc. iun. conſ. 128. Prȩſentis conſultationis materia, col. 12. n. 71. verſ. Decimotertio, lib. 1. Lud. Gozad. conſ. 29. Videtur prima facie, col. 4. ſub num. 18. verſ. Septimo adduco.

Cum enim verbum, liberos, comprehendat nepotes, & ſequentes, d. l. liberorum, in prin. & in fi. cum ſimil. verbum autem filios, cõprehendat eos qui sũt in primo gradu, ex ꝓpria ſignificatione, d. l. quid ſi nepotes, ff. de teſtam. tut.

§.fi.Inſtit.eod.titu. meritò patet quòd teſtator tali caſu intellexit differentiam inter dicta verba,& propterea diuerſis vocabulis vſus eſt, l.ſi idem,C.de codicil.iun&.l. Labeo, §. idē Tubero, ff. de ſupell.lega. ſi enim voluiſſet comprehendi non ſolum filios primi gradus,ſed nepotes, ſciuiſſet vti verbo liberis, prout ſciuit vti verbo filijs,arg.l.vnic. §.ſin autem ad deficientis, C. de caduc.toll. vnde cum dixerit per verbum filijs, & non per verbum liberis, vt primo dixerat, videtur ipsū voluiſſe recedere à prima diſpoſitione infinita,& ad finitam deuenire, l.ſi ſeruū,§.non dixit prætor, ff.de acq.hęred.l.1.§. nō omne,ff.de fluminib.cum ſimil.& ita è conuerſo, ex ſequentibus enim, & more loquentis verba interpretantur,l.ſi ſeruus plurium,§.fin. de leg.1. Ad quod facit doctrina Bart.in l.centurio,in 3.q.num.27.verſ.Vel quid ſi in præcedentibus, ff. de vulg. & pupill. vbi vult quòd ſi
43 verbum commune † in præcedentibus accepit teſtator pro directo, certè,& in ſequētibus pro directo erit pariter accipiendum, arg. d.l.ſi ſeruus plurium,§.fin.

Non aliter dicēdum erit,cum teſtator, vt di-
44 uerſa poſuiſſet,† verbum filios, & verbum nepotes, appellando ipſos filiorum filios,vt dixit Corn.d.conſ.90.col.2. ſub nu.6. verſ. Et quòd in iſto decreto,d.lib.3. Lud.Gozad. d.conſ.29. col.3.ſub nu.16.verſ. Quarto ex quo,& cōſ.30. In hac cauſa,col.3.in fi.nu.11. verſic. Non obſtat,quòd in generali fideicōmiſſo, Socin. ſen. d.conſ.73.Capiendo primum,col.6. verſ. Hæc pars probatur etiam, Pariſ.conſ.86. Ad veram reſolutionē,col.9.in princ. nu.47. lib.2. Socin. iun.conſ.168. Præſentis conſultationis reſolutio,col.12.nu.77.verſ.Facit quia,lib.2.

Ad hanc concluſionem firmandā,congruūt
45 tradita † per Frāciſc.Aret.in l.ex facto, §.Item quæro,in princ.in 1.not.ff.de vulg.& pupill.vbi dicit notandum eſſe,quòd ſpecialitas circa res, vel perſonas derogat generi, vt patet de reb. in l.vxorē,§.feliciſſimo,de leg.3.& plenè in l.quęſitum,§.idem reſpōdit, de fund. inſtr.de perſonis,in l.cohæredi,§.qui patrem,d.tit.de vulg.& pupill.ita etiam ſpecialitas circa tempus derogat generi, quia de re ad tempus communiter arguitur,vt l.miles, §. & quia diximus, ff.de teſtam.milit.vt per eum.

Sextò,declaratur dicta principalis cōcluſio,
46 vt nō veniant nepotes † ſub verbo filiorum de conſuetudine, & de communi loquendi vſu, quemadmodum tradit Iac. Butrig.in 1.conſtit. Digeſt.& cum eo ſentiunt gloſſ. ſing. in §.fi.in verb.Appellantur,Inſtit.qui teſt.tut.dar. poſſ. Anton.de Butr.in proem.decretal. in princ.Signorol.de Homod. conſ.249. Quidam fecit teſtamētum,circ.fi.verſ. Si verò profertur ab homine, Vdalric.Zaſ.conſ.7.In cauſa,nu.17. lib.1. Steph. Bertrand.conſ.209.col.pen.lib.3. Alex. de Neu. conſ.16. Non figuro caſum, num.10. Natta,conſ.173.nu.8.lib.1. Franciſc.Conman. Commentar.iuris ciuil.lib.10.cap.1.col.5. circ. med. verſic.Sunt enim leges breues per ſe, fol. 744.Tiber. Decian.conſ.47.Multa contra prętatum Gregorium,nu.13.lib.3.Hipp.Riminal. conſ.389.D.Franciſcus Zocchus, nu.12. lib.4. conſ.246. Et in primis non videbatur, nu.108. lib.3.conſ.75.Illuſtris quondam, nu.50. lib.1. Contrarium autem dictam declarationē impugnando ſenſit Marc.Mant.conſ.198. Viſis dubijs,col.fi.nu.30.lib.1.fruſtrà nanque diſputaſſet Bartol.in d.l.liberorum,& alij vbique,an in ſtatutis, teſtamentis, alijsque diſpoſitionibus appellatione filiorum comprehenderentur nepotes, cum ſemper eſſet negatiuè reſpōdendū, vnaquæque enim diſpoſitio ſecundum cōmunem vſum loquēdi interpretatur,& tamē Bart. in d.l.liberorum, in fi.col.1. habuit cōſiderationem dicti communis vſus loquendi, quia imò, vt inquit Bal.in l.maximum vitium,in 4.col.C. de liber. pręter. de conſuetudine auorum eſt,
47 † nepotes appellare filios.

Sed tamen nō erit ab opin. Butrigarij & glo. recedendum, nam abſurdum quod Mantua aſſert,tollitur, ſi prędictorum dictum ita reſtrinxerimus, q; oporteat teſtantis conſuetudinem,
48 ſeu communem modum, † aut vſum loquendi legitimè probari, vt in terminis iſtis declarat Alex.conſil.9. Viſis verbis teſtamenti, col.pen. ſub nu.3.verſ.Nec etiam obſtat, quod dicitur, lib.1.& Rurſus cōſ.37. Viſo themate ſupraſcripto,ante nu.18.verſ.Eſt ergo opportunū,lib.6. vbi ad hoc propoſitum ſcribit, optimum eſſe, quod talis communis vſus loquendi probetur, & quòd talis communis vſus tempore conditi teſtamenti viguerit, ſecundum formam traditā per Bart.in l.Labeo,nu.6.ff.de ſupell. leg. & in rep.l.1.circ.pen.col.C.de dignit.lib.12. & vltra Alex.de Imola in dictis terminis, idem latè declarat Carol.Ruin.conſ.63.Quamuis copiosè, & ſubtiliter,col.pen.nu.7. verſ. Non obſtat inſuper lib.3.

Præſuppoſito igitur neceſſariam eſſe probationem communis vſus loquendi,& intelligendi,ſecundum Bart.in d.l.Labeo, in fi. Dec.cōſ. 472.Teſtator legauit,col.2.in fi.nume.14.verſ. Sed tamen prædictis,Lud.Gozad.cōſ.35.Breuiter agendo,col.3. nu.12. verſ. Quintò etſi dicatur,Hipp.Rimin.conſ.458.Oſtendam conſilium,num.46.lib.4.

Sciendum eſt huiuſmodi probationem diffi-
49 cillimā eſſe,vt colligitur † ex traditis per Raph. Cum.conſil.77.Viſis,col.fi. nu.5. prout viſum fuit etiam Ioanni de Anan. in c.1. col.7. de Sagitt.Paul.Pic. in l.Titia, §.Titia, cum nuberet, nu.21.ff.de leg.2.

Requi-

Requiritur enim Primò, quòd communis vſus loquendi ex illo loco obſeruetur vnde teſtator originem ducit, aut in quo verſari conſueuit, non autem ex illa regione in qua teſtamentum cõditum eſt, vt colligitur ex l. ſi ſeruus plurium, §. fin. de leg. 1. Et ita ſcribit Lud. Roman. in l. ſi non ſpeciali, num. 6. in fin. C. de teſtam. dicens in dubia voluntate teſtatoris interpretãda, ſpectari cõſuetudinem originis ipſius teſtatoris, non autem illius loci in quo veluti forenſis teſtatur; vbi de communi opin. teſtatur, & Romanum non excludere regionem in qua teſtator fuit verſatus, quia eſſet contra text. in d. §. fin. inquit Cardinalis Mantic. in tract. de conject. vltim. vol. lib. 3. tit. 8. num. 5. in fin.

Secundò requiritur, quòd teſtes deponant talem vſum loquendi viguiſſe per tempus decẽ annorum, & ita ipſos audiuiſſe ab omnibus loquentibus, vel tractantibus de ipſa re circa quã vſus loquendi, vel intelligendi allegatur, vt colligitur ex dictis per Bart. in d. l. Labeo, num. 6. Alex. conſ. 131. Super themate & dubijs, nu. 4. verſ. Quarto præſuppono, lib. 7.

Tertiò, quòd nuncupatim probetur communem vſum loquendi viguiſſe, temporeque verba expreſſa fuere, Carol. Ruin. conſ. 88. Circa legitimationem, col. 4. num. 12. verſ. Et eſt aduertendum, lib. 3. Et ſic tempore conditi teſtamenti, Dec. d. conſ. 472. col. pen. ante num. 17. Curt. iun. conſ. 176. Præſupponitur in facto, colum. 2. num. 3. verſ. Cum igitur, Riminald. iun. conſ. 540. Et prima conſideratione, numer. 25. libro 5.

Quinimò probandum eſt non ſolum tempore teſtamenti, communem vſum loquendi viguiſſe, ſed à decem annis, ante ſic fuiſſe, vt ſuperius ex Alexandro eſt dictum, & ſcribit Bart. in d. l. Labeo, num. 6. verſ. Quæro ergo, Socin. ſen. in l. Gallus, §. ſi eius, num. 6. ff. de liber. & poſthum. Mantic. d. libro 3. tit. 8. colum. antepen. in fin. Riminald. iun. d. conſ. 540. num. 28. d. lib. 5.

Quartò, requiritur quòd probetur de communi loquendi vſu illius generis hominum cui conuenit actus ille, vel illa verba conueniunt, Dec. conſ. 7. Et pro tenui facultate mea, col. 2. ſub num. 3. verſ. Modo ponderanda ſunt verba conuentionis, Socin. iun. conſ. 61. Perſpectis & diligenter conſideratis his, colum. 7. num. 27. libro 2. Iacob. Menoch. conſ. 266. Memini me, colum. 10. num. 63. verſ. Quarto requiritur, libro tertio.

Denique non crederetur Doctori de communi vſu loquendi † atteſtanti, Dec. d. conſil. 472. num. 16. vſque ad 19. Gozadin. d. conſ. 35. num. 16. verſ. Quia dico, Carol. Ruin. conſ. 68. Circa legitimationem Vinc. col. 4. num. 11. in fin. verſ. Nec eſt verum, lib. 3. 50

Et quòd iſte communis vſus loquendi conſideretur tantum vbi verba in ſermone vulgari proferuntur, ſecus autem ſi in Latino, † & litterali, tradunt Bald. in l. lege 12. tabul. in fin. C. de legitim. hæred. Alex. conſ. 2. Viſis codicillis, colum. 8. num. 17. verſ. Secundo quia, & conſ. 9. Viſis verbis teſtamenti, ſub num. 4. verſ. Verũ eſt, quòd ſermones, lib. 1. Dec. conſ. 258. In caſu, col. 3. ante num. 7. verſ. Secundo non obſtat, Rolan. de Vall. conſ. 83. Quòd M. Antonius, in fin. num. 21. verſ. Secundo reſpondetur, libr. 3. Hippol. Rimin. d. conſ. 540. num. 29. verſ. Tertio reſponderi poteſt, d. lib. 5. 51

Septimò, nepotes non includerentur † vbicũque filij proprijs nominibus reperirẽtur nominati, Bart. in d. l. liberorum, in 3. col. ſub num. 5. verſ. Sed mihi videtur, Curt. iun. conſ. 57. Habita diligenti conſideratione, col. 2. num. 2. dicẽs cum opin. Bartoli omnes tranſire, dum reſpondendo ad totam l. Gallus, & potiſſimum ad §. inſtituens, dicit quòd quando quis filium certum, & nominatum inſtituit, tũc ſine dubio filiorum appellatione, nepotes non veniunt: ſubdens iſtam concluſionem eſſe extra omnẽ Doctorum diſputationem, vt omnes Scribentes in d. §. inſtituens, teſtantur, & conſ. 114. Non poſſum non mirari, colum. 1. num. 3. Ludouic. Gozad. conſ. 29. Videtur prima facie dicendum, columna 3. num. 14. verſ. Non poteſt dici, Aym. Crauet. conſ. 98. Nobilis & potens, col. 3. num. 9. verſ. Quarto pro reſtrictione, lib. 1. Cardinal. Mantic. in tract. de coniect. ult. uol. libr. 8. tit. 8. num. 4. uerſ. Et primum quidem, & poſt Antonium Gabrielium Romanum, idem dicit Michael Craſſ. in libr. ſentent. §. fideicommiſſum, quæſt. 9. num. 12. uerſ. Porro ex coniecturis, & ultra præcitatos idem tenent Socin. ſen. conſil. 104. Quoniam præſens conſultatio, colum. 2. num. 2. uerſ. Vnde ſicut prima nominatio, libro 3. Dec. conſ. 511. Viſo teſtamento Matthęi, col. fin. in princ. num. 5. uerſ. Et hoc idem confirmatur, Pariſ. conſ. 20. In hac conſultatione, columna pen. num. 57. lib. 3. Carol. Ruin. conſ. 108. Viſa ac bene intellecta, col. 2. in fin. num. 4. uerſic. Quo caſu, lib. 2. conſ. 117. Viſo teſtamento Antonij, colum. 1. num. 2. uerſ. Nec obſtat etiam, conſ. 130. Viſo teſtamento Nicolai, col. 2. num. 5. uerſ. Et quia etiam, conſ. 179. In themate proponitur, col. 1. num. tertio, uerſ. Ideo cum in præcedentibus, conſ. 181. Viſis conſilijs & allegationibus, col. 1. in fin. num. tertio, uerſ. Et confirmatur, eod. uol. 2. Idem Ruin. conſ. 127. In præſenti conſultatione, col. 2. num. 5. conſ. 129. Viſo ac perlecto teſtamento, colum. 2. num. 8. uerſ. Nec etiam ex eo, libr. tertio, conſ. 134. Circa caſum de quo quæritur, col. 1. num. 2. & colum. 7. ante num. 15. uerſ. Et primo quia dicta prohibitio, conſ. 136. Perſpectis diligenter, col. 4. in princ. numer. 8. eodem uol. tertio, Franciſcus Burſat.

conſ.

conſ. 13. In omnibus autem, col. 6. ſub num. 21. verſ. Accedat quod dicitur, lib. 1. poſt Zaſium, & Cephalum quos ibi citat, Hippol. Riminald. conſ. 464. In occurrenti caſu, num. 26. verſ. Sicut nec appellatione filiorum, lib. 4. conſ. 632. Conſuluit in hac cauſa, numer. 32. verſic. Sicut enim, lib. 6. & conſ. 690. D. Peregrinus, nume. 17. eod. vol. Tiber. Decian. conſil. 2. Quæritur modo, num. 21. lib. ſecundo, conſ. 54. Iuri ac veritati conſona, num. 28. eod. vol. Hieronym. Gabriel. conſ. 121. Ludouicus inſtituit, col. 7. num. vigeſimoſecundo, verſ. Tamen cum ſunt vocati filij, lib. 1. Vbertin. Zucchard. de communicõ ſil. 71. Viſa ac bene intellecta, num. 7. Petr. Anton. Anguſc. conſ. 41. Ex pluribus, num. ſecundo, lib. 6. conſ. 47. Miror, num. 2. eod. vol. Ioan. Petr. Surd. conſ. 31. In vltimo teſtamento, num. 32. lib. 1. Chriſtophor. Torniola conſ. 62. Antonius teſtator, num. ſecundo, verſ. Nam cum ſubſtituta.

Sicut videmus in ſimili, quòd licet in vltimis
53 voluntatibus † maſculinum concipiat fœmininum, l. qui duos, de leg. 3. l. ſeruis legatis, eod. tit. Tamen illud procedit, quando genus maſculinum in nomine appellatiuo exprimitur, puta filius, ſecus ſi nomine proprio exprimatur, vt poſt Bart. Angel. & alios Doctores tradit Gozadin. in d. conſ. 29. col. 3. num. 15.

Ampliatur Primò dicta concluſio, vt proce-
54 dat, etiam † ſi poſtea dictum eſſet, ſi dicti filij mei, vt per Dec. conſ. 465. Perſcrutatis verbis teſtamenti, num. 9. verſ. Quia in iſto caſu, Franciſc. Burſat. d. conſ. 13. ſub num. 21. d. lib. 1. Stephan. Gratian. Roman. Diſcep. forenſ. cap. 104. incip. Legatum alimentorum, col. 2. num. 12. fol. 279. poſt Surdum quem citat.

Secũdò, quòd ſi filij nominatim fuerint ſubſtituti, & nepotes ſub nomine generali, adhuc filij præferrentur nepotibus, neque in hoc caſu nepotes ex filio præmortuo admitterentur ſimul cum patruo, vt declarat Carol. Ruin. conſ. 101. Super his quæ in facto proponuntur, col. 4. num. 9. & infr. lib. ſecundo, & ipſum referendo, ſequitur Mantic. d. lib. 8. tit. 8. ante num. 5. verſ. Quin etiam ſi filij, fol. 185.

Tertiò, idem eſſet ſi non nominatim teſtator de filijs meminerit, ſed alio arctatiuo modo, vel verbo, puta inſtituo filium qui mihi infra decẽ menſes naſcetur, vt ſcribit Bald. conſ. 302. Nõ continentur nepotes, in princ. lib. 4. ex text. in d. l. Gallus, nam tempus ibi ſignatum arctat diſpoſitionem, idem etiam voluit Iacob. Butrig. conſ. 364. Pater familias condidit teſtamentũ, circa med. inter conſilia Baldi d. libro quarto, Aym. Crauet. d. conſ. 98. col. 3. num. 9. libro 1. Hieronym. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 254. ff. ad Trebell. Decian. d. conſ. ſecundo, num. 31. lib. 2.

Quartò, ampliat Ruin. d. conſ. 129. Viſo ac perlecto teſtamento, ſub num. 8. verſ. Et præſertim, lib. 3. vbi teſtator licet ſubiunxiſſet ſe relinquere etiam alijs filijs naſcituris poſt teſtamentum, & per conſequens ſe non reſtrinxiſſet. Tamen (inquit Ruin.) quòd non dicebatur facta reſtrictio quo ad perſonas eiuſdem primi gradus in quo erant filij nominati, quoniam nolebat ex nominatione alios eiuſdem primi gradus excludere: Sed vtique verba ſtabant taxatiuè, & limitatiuè quo ad perſonas ſequentis gradus, per dictam nãque nominationem volebat teſtator tantum includere filios Principialis primi gradus & nepotes, & omnes alios poſitos in diuerſo gradu excludere, vt per eum.

Hæc tamẽ Caroli Ruini aſſertio videtur poſſe reddi dubia ex ijs quæ ſcribit Pariſ. conſ. 52. Certum eſt, col. 3. in fin. num. vigeſimoſecũdo, verſ. Prout etiam, lib. 3. & ex ijs pariter, quę tradit Iacob. Butrig. d. conſ. 364. ante fi. verſ. Nec poteſt cum de naſcituris loquatur, inter conſil. eiuſdem Baldi, d. lib. 4. & denique contrarium tenet Curt. iun. conſ. 113. Pro reſolutione motiuorum, colum. tertia, ante fin. num. 6. verſic. Tertiam facio concluſionem, ideo cogita in decidendo.

Limitatur notabiliter eadem concluſio, Pri-
55 mò † vt non procedat, quando in contrarium conſtaret de coniecturata mente teſtatoris, tũc enim licet filij expreſſe eſſent nominati, adhuc venirent nepotes, quod clare decidit Bald. in l. 1. circa fin. C. de his qui ant. aper. tabul. Curt. iun. d. conſ. 114. col. prima, in fin. ſub numero 5. verſ. Nam illa communis concluſio, vbi infra, hoc de coniecturata mente teſtatoris, dicit communiter receptum eſſe.

Octaua eſt declaratio, vt principale aſſumptum, comprehenſionis nepotum ſub voce fi-
56 liorum in vltimis † voluntatibus ſeu ſubſtitutionibus, non procedat quando ſubſtitutio eſt facta ab alio quàm ab aſcendente dictorum nepotum, & ſic in tranſuerſalibus, ut Franciſcus Accurſius conſuluit, quem ſequi uiſus eſt Cynus in d. l. Gallus, §. inſtituens, & iſtis aſſentitur Alexand. de Imol. conſ. 1. Teſtator inſtituit Raymundum, colum. antepen. in fin. ſub num. 12. uerſ. Et quòd propriè in ſubſtitutione facta, libro 1. & conſ. 26. Videtur fortaſſe, colum. ſecunda, num. 7. uerſ. Et licet Andreas de Piſis, lib. 3. Otto Lapi Nicolinus, conſ. 152. Caſus iſte non eſt nouus, col. 1. uerſ. Sed in uero, & infr. uerſic. Ecce ergo, ubi Petrus de Exio in 7. ſubſcript. ante fin. uerſ. Et ideo tenenda eſt diſtinctio Frãciſci Accurſij, inter conſil. Socin. ſen. lib. 1. Aug. Bero. conſ. 122. Frequenter contingit, col. ſecũda, num. ſecundo, uerſ. Magis tamen placet, lib. ſecundo, Socin. iun. conſ. 30. Reſolutio præſentis conſultationis, col. 3. num. 18. uerſ. Secundo

hoc

hoc ſuadetur, lib.3. vbi optimam rationem affert, quæ apud eum plurimum potuit, & hanc opinionem latè tenuit, ac comprobauit Rolan. de Vall.conſ.43.Negari non poteſt, col.7. ſub num.37.verſ.Septimo dicitur, libr.4.& Iacob. Menoch.in loco ſtatim allegando, refert idem ſenſiſſe Andream Alciatum, & Paulum Picum in conſilijs per eum adductis;& cum præcitatis Doctoribus tranſeunt etiam Ludouic. Gozad. conſ.59.Prima facie dicendum, col.1. ſub numero quarto,verſic.Quinimo, Riminald. iun. conſ.389. Dom.Franciſcus Zocchus, num.14. libro 4.

Dicebat, Primò Socin. iun. in tranſuerſalibus ceſſare rationem in qua fundari videntur, d.l.iuſta,& d.l.liberorum,cum ſimil. ſcilicet ne potes noſtros dulciori nomine nos appellare non poſſe quàm filios,vt in d.l.liberorum,in fi. cum filius deriuetur à phylos Græcè, quod eſt amor,vt gloſſ. inquit in §. fin. præallegato,vnde cum nepotes noſtros ſoleamus maiori amore proſequi, quia per eos longiorem noſtram propagationem intuemur, deſiderium certè à natura inſitũ,vt ſcribit Oldrad.conſ.269. Thema ſiue tenor,in fin.quem generationis ordinẽ conſiderabat Huguccionus relatus per Bar. in ead.l.liberorum,in princ.in vlt. not.ante num. 3.conuenit vt eos appellemus filios, quæ conſideratio in tranſuerſalibus minime cadit.

Secundò pro huiuſmodi differentia inter deſcendentes,& trãſuerſales, facit in ſimili,quòd tradunt hic Doct. dum frequentiori voto concludunt,diſpoſitionem iſtius legis, loquẽtis in deſcendentibus inſtitutis, & grauatis poſt mor
57 tem,vt ſcilicet ſubaudiatur conditio,ſi ſine libe ris deceſſerit,non habere locum† in tranſuerſalibus inſtitutis,& eo modo grauatis,tunc enim talis conditio non ſubauditur,quia non eſt par ratio in tranſuerſalibus, quæ eſt in deſcendentibus,& poſt Iacob.de Arena, Iacob.de Rauenni, Petrum de Bella Pertica,Alberic. de Roſat. Ang.& alios,concludit in ſuo commẽtario Socin. ſen. in 1. not. reprobando Andream Siculum contradicentem,de quo fuſius in ſuperioribus dictum extitit,& communis eſt opinio.

Et quamuis Franciſc. de Aret. in ſubſcript. 5.ad Conſ.Ottonis Lapi ſub num.13. conatus fuerit huic ſimili reſpõdere, acumẽ eius ingenij magis attenuando. Tamen non videtur obſtare,nec refragare, ſi Calliſtrati verba lib.2.quæſtion.expendãtur, itemque Iuliani interpretatio lib.31.Digeſt.ponderetur.

Tertiò, non mirum ſi in tranſuerſalibus nepotes appellatione filiorum non continentur,
58 nam in deſcendentibus† nepotes locum patris intrant,§.cum filius, Inſtit.de hęred.quæ ab inteſt.defer.§.1.in auth.de hæred. ab inteſt. ven. ſecus verò in tranſuerſalibus, nam ſolum repe-
ritur, quòd nepos ex fratre ſuccedit in locum patris in ſucceſſione patrui, ſed in alijs vlterioribus non haberet locum,§. reliquum,in d.authen.de hæred.ab inteſt.ven. Bart.in auth. poſt fratres,per illum text.C. de legitim.hæred. vbi nuncupatim dicit, quòd filius ſubintrat locum patris ſui ſolum in duobus caſibus, quando inquam de hæreditate aſcendentis agitur, vel patrui idemque voluit ibi Salic.& Alex. de Imol. conſ.44. Videretur prima facie dicendum, col. pen.in fin.num.19.verſ.Quia reſpondeo,lib.5. Quod probatur: nam ſecundum iura,C.& Inſtit. filius nunquam intrat locum patris in ſucceſſione tranſuerſalium,§.ſi plures,Inſtit.de legit.agnat.ſucceſſ.vbi ſi moritur frater ſuperſtite altero fratre,& filijs alterius fratris,frater ſolus tanquam proximior ad hæreditatem vocatur excluſis filijs alterius fratris præmortui, vt habetur in l.2.C.de ſucceſſ.edict. in l. auunculo,eod.tit. & iſtud per iura auth. eſt correctum ſolum in ſucceſſione patrui carnalis, d. §. reliquum,ergo in patruo magno,in alijsque tranſuerſalibus iura antiqua remanent incorrecta, & ſic de primo ad vltimum colligitur differentia inter tranſuerſales,& deſcendentes, circa nepotum dictam comprehenſionem, de qua quidem ſubintratione alibi latius dicebam, ac diſtinguebam.

Contrariam ſententiam tenuit Alexand. de Imol. ſibi parum conſtans, conſ.37. Viſo themate ſupraſcripto,col.2. in fin.num.8.verſ. Et attendendum eſt,ac col.4.num.15.verſ. Quinto non obſtat,vbi dicit diſtinctionem Franciſci Accurſij quem refert Cyn.non probari lege,libro 6.& cum Alexandro ſenſit Anton.Gabriel. d.lib.6.tit.de verbor.ſignif.concl.1. in 19.limit. num.89.fol.546.aſſerens iſtam opin.eſſe verio rem, nec limitationem ſiue contrariam partem Franciſci Accurſij teneri per Doctores.

Videtur hæc concluſio Alexandri,& Gabrielij probari ex text.in d.l.Lucius Titius,2.de hæredib.inſtit.Sed retinendo communem,ad iſtũ text.reſpondent Otto Lapi Nicolinus, d.conſ. 152.col.1.ante num. 2. verſ. Nec obſtat l. Lucius,d.lib.1.Auguſtin.Bero.conſ.122. Frequẽter contingit,col.3.num.3. & infr.lib.2. Socin. iun.d.conſ.30.num.19.verſ. Non obſtant quæ ſupra,libro 3. & multa deſuper ad iſtius textus intelligentiam adducebam,nunc minime repetenda.

Stante igitur hac Alexandri de Imola contrarietate, Iacobus Menoch.in d. tract. de præſumpt.in 2.part.princ.lib.4.præſumpt. 94. nu. 21.verſ.Diſtinguendum puto,fol.176.quandã diſtinctionem afferebat,quam licet non improbem ob authoritatem tanti viri,illam tamen cõ probare non audeo. Et ideo aliter diſtinguen-
59 dum fore exiſtimarem. † Quòd aut ſumus in diſpoſi-

diſpoſitione, & tunc, Aut abſurdum aliquod; vel dura aliqua ſeparatio contingeret niſi nepotes appellatione filiorum in diſpoſitione tranſuerſalis venirent, & tunc vtique veniunt, & ita procedit d.l.Lucius, ex crebriori Interpretum reſolutione. Aut non reſultaret abſurdum, nec aliqua dura ſeparatio emergeret, & non includuntur, ac ita procedat opinio Franciſci Accurſij, & aliorum quos retuli, quæ communis videtur. Aut ſumus in conditione, & tunc ad ipſius conditionis defectum nepotes etiam in tranſuerſalibus includuntur, quod ex eadem l. Lucius, Doctores eliciunt.

Nona eſt limitatio, vt nepotes non veniant filiorum appellatione, quando in ciuitate, & loco vbi teſtator diſponit extaret ſtatutum, quòd
60 † teſtamenti verba ad litteram intelligantur, vt iacent & ſonant, ita tenuit Iacobus Menoch. conſ.215. Diu ac multum anceps, num.15. verſic. Secundo accedit, & num.16. atque infr. lib. 3. Auguſtin. Bero. in eodem caſu Hiſpanienſi, conſ.120. Etſi ſuper dubitationibus, colum.2. num.9. verſ. Ac etiam quia, lib.2.

Ad hoc probandum Menochius plura ſimilia affert, ex quibus nititur ſuam opinionẽ fundare, & Primò dicit, quòd vbi huiuſmodi ſtatu
61 tum viget, maſculinum † non concipit fœminium, Iaſ. in l. qui filiabus, numer.17. & 18. ff. de leg.1. eſt enim per interpretationem, nõ autem propriè, quòd maſculinum concipiet fœminium, & cum Iaſone ſentiunt Dec. in l.2. num. 101. ff. de reg. iur. Andr. Alciat. in l.1. in fin. verſ. Vel niſi cautum ſit, ff. de verbor. ſignif. Corn. conſ.14. In præſenti conſultatione, col. pen. ante num.9. lib.2.

Secundò, quòd cum ex forma ſtatuti teſtamenti verba ſunt intelligenda ad litteram, vt
62 iacent, tunc vulgaris expreſſa † tacitam pupillarem non continet, Bald. in l. precibus, num.15. C. de impub. & alt. ſubſtit. quem comprobatũt Socin. ſen. in l.1. num.43. verſ. Nono limita, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Socin. iun. conſil.16. Excellentiſſimi Iuriſconſulti, colum.2. num.6. verſ. Tunc etiam, lib.1. Roland. conſ.51. Viſo ac diligenter perlecto, verſ. Confirmatur hæc ſententia, lib.3. & ante eum Iaſ. conſ.52. Viſis & diligenti examine, col.2. ante fin. verſ. Alibi dicit ſingulariter, lib.1.

Tertiò, nam ſtante dicto ſtatuto, aliud ſtatu-
63 tum loquens de dote tradita non habet † locũ in præſumpta, vt ſcribit Iaſ. conſ.50, Pro nobilibus de Auſulio, col.2. num.3. verſ. Quinto ad idem, lib.1.

Quartò, quia ob iſtud ſtatutum ſub ſimpli-
64 cibus caſus mixtus † non continetur, Ang. in l. ſi ita ſcriptum, in princ. ff. de liber. & poſthu. Iaſon d. conſ.50. ſub num.3. d. lib.1. Rol. d. conſ. 51. num.18. verſ. Accedit quod ſcribit, d. lib.3. quòd enim caſus mixtus ſub ſimplici comprehẽdatur, ex quadam interpretatione prouenit, l. quid ergo, §.1. verſic. Ex ſententia, de his qui not. infam.

Quicquid autem præcitati Doctores ſenſerint, huiuſmodi limitatio tuta non videtur, dictis nanque ſimilibus pro ea adductis, arbitror commode ſatisfieri poſſe, ex ijs quæ alibi in tract. An, & quando libe. in cond. poſiti vocen. lib.6. cap.6. afferebam, pariter etiam ex ijs quæ ſcribit ipſemet Iacob. Menoch. conſ.325. De prima propoſita dubitatione, num.23. & infra, vſque ad num.33. lib.4.

65 Cenſetur enim ex dicto ſtatuto friuola † interpretatio reiecta, vt inquit Bart. in l. omnes populi, in 6. quæſt. princ. in fin. col. pen. verſic. Vltimo quæritur, de iuſtit. & iur. quod latè tradit Corn. d. conſ.14. colum. pen. poſt princ. verſic. Nec pro certo, d. libr.2. Alex. conſ.50. Viſis & opportunè ponderatis, col. pen. num.11. verſ. Nec obſtat, libro 1. conſ.89. Circa primum dubium, colum.4. numer.11. verſ. Præterea dicta prouiſio, & num.13. verſ. Et dicit Io. de Imola; lib.6. conſ.211. Ponderatis verbis, col.1. nu.2. verſ. & Bart. eod. vol. Rolan. de Vall. d. conſ.51. col. antepen. in fin. num.21. verſ. Nec obſtat, d. lib.3. Cum igitur iuſta interpretatione recipiatur, vt appellatione filij nepos videatur comprehendi quemadmodum Iulianus Iuriſconſ. d. libro 31. Digeſt. aſſerebat, meritò per dictum ſtatutum non poteſt dici talis iuſta interpretatio, ac comprehenſio reiecta, & Alexand. de Imola in præcitatis conſilijs iſto caſu iuſtam interpretationem nuncupatim admittit.

Cumque alibi reſponſum fuerit illi concluſioni, vt illud ad litteram intelligatur, quod oculis ipſis legi poteſt, l.1. ff. de his quæ in teſtam. delen. per quem text. ita declarat Bart. in l. qui liberis, §. hæc verba, colum. fin. num.7. verſic. Nam ſcripti, ff. de vulg. & pupill. Carol. Ruin. conſ.106. Quo ad primum, num.4. libr.4. vule
66 enim gloſſ. in d.l.1. id legi † etiam poſſe intelligi, quod extrinſecus ex ipſa littera, vel ex vi litterę percipitur, ſecus ſi alicuius ingenio, vel ſubtilitate. Vnde licet per verba illa, Quisquis mihi hæres erit, ſcriptus hæres vocari intelligatur, l. cum filio, ff. de vulg. & pupill. tamen cenſetur vocatus veniens per ius accreſcendi non minus quam ſi charactere litterarum eſſet ſcriptus hęres, l. ſi in teſtamento, ff. eod. tit. non erit multũ nunc inſiſtendum, quod latè comprobat Iacobus Menoch. d. conſ.325. num.27. & infra, libro quarto.

Non obſtat primum ſimile, in argumentum deductum, de maſculino, vt non complectatur fœmininum ſtante dicto ſtatuto, nam euitari
67 poteſt, ob id quod maſculinum † non continet fœmininum ex ſermonis proprietate, vt tradũt

permulti

permulti à Tiraquello commemorati, in tract. de retr. conſang. §. 1. gloſſ. 9. num. 181. qui communem eſſe affirmat, & idem ſcripſere Curtius iun. conſ. 163. In cauſa vertente, col. 3. num. 13. Socin. iun. conſ. 100. Præſens conſultatio, col. 7. num. 39. libro 3. Alciat. in l. pronunciatio, in princ. ff. de verborum ſignif. adeo quòd ſtatutum reſtringens ſe ad litteram non ſe extendat, & ſi diceretur diuerſum non eſſe in nepote ex d. l. iuſta, vbi ſicut appellatione filij, contineri filiamfam. ſæpe reſponſum eſt, ita & nepotem comprehendi. Dici poteſt, ibi verbum iuſta, nõ ad continentiam fœminini ſub maſculino, ſed ad comprehenſionem nepotis ſub eodem verbo filiorum referendum eſſe, quæ comprehenſio fauorabilior eſt, cum comprehendat non ſolum ſexum fœmineum filiarum, ſed etiam nepotes, & ſic qualitatem, & gradus inſimul.

Ad ſecundum de tacita pupillari, vt non contineatur ſub expreſſa vulgari ob idem ſtatutũ dicitur hoc contingere quia ex verbis ipſis tacita pupillaris, nullo modo colligi poteſt, eſtque omnino tacita, vt reſpondet Menochius in prealleg. conſ. 325. num. 31. vltra quòd à Baldo in d. l. precibus, declinant Ioan. de Imol. Andreas Barbat. & Franciſ. Rip. in locis per eum citatis.

Tertium de dote præſumpta, vt non includatur in ſtatuto loquente de dote tradita, ſtante dicto alio ſtatuto, vt verba ſtatutorum ad litteram intelligantur, facile euitari poteſt, vt diuerſa ratio ſit in vltima voluntate, quæ benigniorem latioremq. ſuſcipit interpretationem quã ſtatutum, quod non ſic de facili extenſionẽ admittit, cum ſtrictè ſit interpretandum, præſertim vbi de tertij prciudicio agitur, quantumuis dos fauorabilis ſit & eius cauſa ſemper, & vbique præcipua videatur, & cur ſtatutum iſtud præſumptam dotem admittet, cum alijs præſumptionibus tolli poſſet, ex quo præſumptionem iuris, & de iure nequaquam præſupponimus.

Denique non obſtat tertium ſimile de caſu mixto, vt non contineatur ſub ſimplicibus vbicunque in loco dictum viget ſtatutum, prout Ang. dicebat in præcitato loco.

Nam in mixto non cadit integraliter, ac naturaliter effectus intentionis teſtatoris loquentis de caſu ſimplici, quemadmodum in nepote contingit circa diſpoſitionem de filio loquentem, d. l. liberorum, vbi Bart. in princ. non mirũ ſi caſus mixtus excluditur per dictum ſtatutũ, cum pro mixto non adſit iuſta legalis interpretatio pro eius comprehẽſione ſub ſimplicibus, quemadmodum pro nepote inducta reperitur d. l. iuſta interpretatione, & licet ex benignitate mixtum contineatur ſub ſimplicibus non ex rigore, vt Ang. in præalleg. loco inquit, num. 3. & in princ. tamen ſit ex ſeparatis, quæ ſeparatio non conſideratur in nepote ad illum comprehendendum.

Quantumuis itaque magna ſit Auguſt. Be-
68 roij, & Iacobi Menochij autoritas, † nihilominus tamen ab eorum concluſione recedendum fore exiſtimo, nec cum ipſis ſentiendum, in cõſulendo ac iudicãdo, & certè alij Doctores, qui de hac re egerunt, idem longe ante conſideraſſent, ſi iuridicum eſſe credidiſſent.

Decima eſt declaratio, vt nepotes non veniant appellatione filiorum, ſi teſtator ſubſti-
69 tuiſſet † filios ſuperuiuentes, vt ſcribit Soc. iun. conſ. 133. Quia præſens conſultatio, colum. 3. num. 11. verſ. Ad quod optime facit, lib. 1. citãs Petrum Philippum Corneum, conſ. 290. Tota vis conſultationis, ante num. 5. verſ. Secundo perſuadetur, col. 2. lib. 4.

Sed vt huius declarationis vera, ac dilucida habeatur reſolutio plures caſus ſunt conſiderãdi. Primus ſiquidem eſt, quando teſtator ſimpliciter ſine alia clauſula ſubſtituit ſuperſtites, vel ſuperuiuentes, & tunc concludendum eſt illos eſſe vocatos, qui ex nominatis præmortuis ſuperſunt, & ſuperuiuunt, ita quòd alijs in vltiore gradu exiſtentibus præferantur, puta filijs ipſorum præmortuorum, ita cõcludunt, Raph. Cuman. conſ. 13. Titius inſtituit Seium, col. 1. in prin. verſ. Cæterum iuſtius & æquius, Alex. conſ. 109. Super prima conſultatione, col. 2. in fin. num. 4. verſ. Et hoc colligitur, lib. 7. Corn. conſ. 66. In hac conſultatione, col. 2. num. 5. libro 2. Socin. ſen. conſ. 76. Viſis teſtamento, ſpectabilis Ioan. Andreæ ſubſtitutionib. &c. col. antepen. poſt med. verſ. Sed tamen, & col. penante num. 6. verſ. Sexto probatur, libro 3. Dec. conſ. 79. Et pro tenui facultate mea, colum. 1. verſ. Secundo præmittendum eſt, Pariſ. conſil. 37. Si bona & res poſſeſſæ, col. 7. num. 51. & infra, lib. 2. conſ. 63. D. Cornelius, col. 2. nume. 4. verſ. Communis igitur pater, lib. 3. Socin. iun. conſ. 133. Quia præſens conſultatio, colum. 3. num. 11. verſ. Ad quod optime facit, lib. 1. poſt Corneum in loco de quo ibi, licet Corneus nõ multum pro Socino loquatur in illo themate, ſed melius in præcitato conſilio, lib. 2. Hieronymus Gabriel. conſ. 121. Ludouicus inſtituit hæredes, colum. 7. num. 23. lib. 1. Simon de Pretis in tract. de interpret. vlt. vol. lib. 3. fol. 1. nu. 15. verſ. Nam primo ſi dicatur, fol. 321. Natt. conſil. 551. Quoniam ſuper præcedenti controuerſia, col. 7. ſub numer. 28. verſ. Similiter reſpondeo, lib. 3. Riminald. iun. conſ. 690. D. Peregrinus, num. 16. & 17. lib. 6.

Illa nanque verba ſuperſtites, vel ſuperuiẽtes, diſpoſitionem conditionalem reddũnt, &
70 exponuntur, ideſt quòd ſuccedant † per fideicommiſſum illi qui ſupererint, & ſuperuixerint grauato, vt in ſimili habetur per Bart. in princ.

& alios

& alios ex illo text.in l.Stichum qui meus erit, de leg.1.& eſt de mente eiuſdem Bart.in l.1.colum.fin.num.35.ff. de cond. & demon. Socin. iun.conſ.14. Dubitatio præſentis conſultationis,colum.5.in princ.ante num.8.libr. 4. & ita in iſtis terminis declarant Cuman. d. conſ. 13. col.1.ante num.2. Alex.d.conſ. 109. colum.2. & num.4.atque infr. lib.7. & Corn.conſ.167. Videtur in hac conſultatione,col.2.num.4.verſic.Ideo participium ſuperuiuentes,lib.4.Qui Cumanus & Alexãder volunt,quòd dicta verba ſuperſtites,vel ſuperuiuẽtes,† licet ſint prolata in plurali numero, verificari poterunt in ſingulari, ſecũdum facti contingentiam, quando tempore quo fideicommiſſi extat conditio non plures eſſent ſuperſtites, nec ſuperuiuerẽt,ſed vnus tantum,in illo etenim conditio verificabitur,isque ad fideicommiſſum admitteretur, quod deducunt rationibus, ac iuribus per eos adductis,quibus conſentiunt Pariſ. d.conſil.37.col.7.num.52.& Simon de Pretis,in prę alleg.tract.d.fol.1.ante num.16. verſ. Cum tamen de pluribus. 71

Euidensque eſt,quòd teſtator uocans ad fideicommiſſum ſuperſtites, aut ſuperuiuentes ſimpliciter ſine alia clauſula dicitur eos nominatim † vocare,vt ſcribit Dec. d. conſil. 69. in princ.Pariſ.in præalleg. conſ. num. 53. & rurſus,conſ.9.Olim D.Camillus,num.24. verſic. Et quia vocando,lib.2.& probatur ex §. 1. Inſtit. de excuſ. tut.§.hoc autem, Inſtit.de legit. agn.ſucc.l.3.ff.de fund.inſtr.& l.fin.ff. ad Trebell. atque ex alijs iuribus allegatis per Raph. Cuman.& Alex.in præcitatis conſil.& propterea ſic nominatim vocati præferuntur alijs in vlteriori gradu exiſtentibus in tantum, quòd filij & deſcendentes præmortuorum non poſſunt intimul cum ipſis ſuperſtitibus ſuccedere, ſed ſuperuiuentes præferuntur, ſunt ſiquidem diuerſæ perſonæ ſuperſtites,vel ſuperuiuentes, & filij ac deſcendentes præmortuorum, caſus ergo ſunt diſſimiles,ſique eos vocare voluiſſet, vtique potuiſſet, cumque non vocauerit,præſumptio eſt illos venire noluiſſe,l.vnic.§.ſin autem ad deficientis,C.de caduc. toll. & latè traditur per Socin.ſen.d.conſ. 76. col.pen. in fin. num.6.& col.vlt.num.7.d.lib.3. 72

Videtur itaque concludendum,quòd verba ſubſtitutionis,quibus diſponitur, quòd portio decedentis ad ſuperuiuentes deueniat † intelligantur ſalua gradus prærogatiua,l.peto,§.fratre,ff. de leg. 2.l. cum ita, §. in fideicommiſſo, eod.tit.& l.fin.C.de verbor.ſignif.vbi Paul.de Caſtr.in verb.gradatim, Dec. de ſuperuiuentibus loquens,conſ.299. In cauſa mihi commiſſa,col.vlt.in fin.num.15.verſ. Duodecima concluſio, quem referendo ſequitur, & latè comprobat Pariſ.d.conſil.37.colum.8.numer. 57. verſi. Vocando enim ſuperuiuentes, d.lib. 2. 73

Et quamuis Raph.Cumanus in caſu de quo ibi,videatur tandem concludere contrariũ,nec deſunt aliqui eius autoritatem contra ſupra firmatam concluſionem inducentes; Reſponderi tamen poteſt,illud † contigiſſe, nam ibi apparebat de mente teſtatoris volentis fideicommiſſum tranſire nedum ad ſuperſtites, ſed etiam ad præmortuorum deſcendentes, vt ipſemet Cuman.declarat. Et inſuper quia nullus ſuperuiuebat,nec erat ſuperſtes illorum, qui à teſtatore vocati fuerant, quo caſu veniunt ſequentes,d.l.cum ita,§. in fideicommiſſo; & d. l. fin. ita Pariſ.d.conſ.37.col.8.num.56. verſ. Et licet Cumanus,d.lib.2.Hieron.Gabriel.d.conſ. 121.num.27.verſ.Minus obſtat,lib.1.vbi num. 26. in fin. reſpondet conſilijs Cornei Alexandri,& Caroli Ruini in locis per eum adductis. Et in dicto caſu Raphaelis Cumani non poterat ſalua ratione recti ſermonis ad filios inſtitutos referri, vt ibi habetur, & declarat etiam Natta,d.conſ.551.col.7.ſub num.28.d. verſic. Similiter reſpondeo,quem ſequitur Simon de Pretis,d.lib.3.fol.1.col.5.in fin. ſub numer.15. verſ. Quia ad ſolos filios,fol.321. Circa quod ad iſtud propoſitum videndus eſt Auguſtinus Bero.conſil. 97. Etſi in hac hæſitatione, col.2. num.9.verſ.Aut voluit admitti in locum Petri Antonij,lib.2. 74

Secundus caſus eſt, quando teſtator dixit ſuperſtites,& ſuperuiuentes † ſubſtituit,& iſto caſu dubio procul nepotes ex alio filio prædefuncto non includi,affirmandum eſt:ita Socin. iun.d. conſ. 133.columna ſecunda, num.quinto,& infr.d.libro primo,Franciſc.Mantic.in d. tract.de coniect.vltim.volun.libro tertio,tit.6. num.10.verſic.Vnde ſi teſtator,Simon de Pretis,d.lib.tertio,fol.1.num.16.verſic. Si vero dicatur. 75

Talis nanque geminatio, magis atque magis coarctat teſtantis diſpoſitionem, vt nepotes non intelligantur, ad quod Socinius.allegat illud ſimile, quòd ſi in reſcripto delegationis dicatur tu tu cognoſcas, cenſetur perſonæ induſtria electa,vbi aliàs ſecus eſſet, quod voluit Bald.in cap.fin.de offic.deleg.quem ibi ſequitur Cardinalis Florent.& alia multa ſimilia adducit.

Huiuſmodique geminationes magis firmã, deliberatam, & enixam teſtantis arguunt mentem † atque uoluntatem,l.baliſta,ubi Bart. in 1.oppoſ.ff.ad Trebell.l.1.in princip. C. de err. calc.Alexand.conſil.118. In caſu, columna ſecunda,num.quinto,lib.quinto, Socin.ſen.conſilio 65.Circa primam quæſtionem, columna tia.num.18.& 19.lib.primo,cum alijs per Mantic.d.lib.3.tit.6.num.10.in fin.uerſic. Et generaliter,& multa alibi ad hoc ego inducebam,in 76

tract.

tract. An & quando lib. in cond. poſ. vocen. lib. ſecundo, cap. 5. numero ſecundo, cum plurib. ſeq. fol. 57.

Tertius eſt caſus, quando eſſet dictum ſu-
77 perſtites filios, vel ſuperuiuentes † filios, & hoc etiam caſu, nepotes non complecti, neque intelligi, tenuit Hieronymus Gabriel. d. conſilio 121. colum. 7. num. 24. verſic. Nec obſtat, d. libro primo, vbi dicit, Pariſium, Marianum Socin. iun. & Decium nuncupatim loqui, vbi vocati ſunt filij ſuperſtites. Quamuis Alexan. Cumanus, & Corneus loquantur cum ſimpliciter ſuperſtites vocantur.

Mouetur Gabrielius, nam eadem in vtroq. caſu viget ratio, ſiquidem adijciendo filios teſtator, dixit explicitè, quod implicitè inerat, hocque licet ſuperfluo fiat tolerandum eſt, ad not. in c. 2. de ſumm. Trinit. vbi gloſſ. in verb. Et filio, in 6. Et facilius affirmari debet non cõprehendi hoc caſu nepotes, quia cum comprehenduntur, eſt contra propriam ſignificationem, l. iuſta, de verborum ſignific. Idcirco quoties alia coniectura ſuadeat adhærendum eſſe proprietati verbi, vt nõ veniant, id eſt facile faciendum, Corn. conſil. 290. Tota vis conſultationis, ante numer. 4. & colum. fin. ante num. 7. lib. 4. vrgentem autem hic habemus coniecturam voluntatis teſtatoris ex verbo ſuperſtites, quo certos vocauit filios, verba enim prolata mentem declarant, l. Labeo, ff. de ſupell. leg. cum ſimil.

Cumque Hieronymus Gabrielius verum dicat, quamuis dicta ratio ex multis fortaſſe impugnari poſſet, cum eo ſentiendum fore arbitror, præſertim quia idẽ ſenſit Corneus in præcitato conſilio, vt optimum ſit veritati acquieſcere, atque cedere.

Quando autem teſtator, nepotes ſolitus ef-
78 fet, vt filios † appellare, & tractare, ab opinione Gabrielij declinandum fore non ab re exiſtimarem, videtur enim tunc verbum filios non fortuitum, ac ſuperfluo appoſitum, iuxta tradita per Bart. in l. alimenta, num. 4. verſic. Nota quòd illud quod dicitur, ff. de alim. & cib. leg. quem referendo comprobat Ludouic. Rom. in l. ſi vero, §. de viro, in 32. fallen. ff. ſol. matrim. & conſilio 438. In cauſa conſultationis præſentis, columna fin. in fin. verſicul. Et hoc dico verum, cum concordantibus quos in prima declaratione ad principalem cõcluſionem ſeriouſius afferebam.

Quartus eſt caſus, cum non ſumus in ſimpli-
79 cibus verbis † ſuperſtites, vel ſuperuiuentes, aut in ipſis geminatis verbis, aut in adiectione filios, ſed adiecta alia clauſula reperitur, vt quia dictum eſſet, ſubſtituit ſuperſtites, & eorum hæredes, vel eorum filios, & tunc vno decedente cum filijs, & alio ſine filijs, ad huius portionem fideicommiſſarios eſſe vocatos, id-eſt ſuperuiuentes hæredes, & filios præmortui fratris cohæredis, cum ſic cum patruis ſuccederent auo teſtatori, & patruo ab inteſtato, & ob relatiuum eorum, hoc voluit Corn. conſil. 37. In hac conſultatione, columna ſecunda, numero tertio, libro primo, & cum eo, Carol. Ruin. conſilio 168. Proponitur quòd Titius, columna quarta, numero duodecimo, libro ſecundo, conſilio 171. Caſus iſte, columna tertia, ſub numero octauo, poſt medium, verſic. Et iſta opinio, eodem volum. Simon de Pretis, d. libro tertio, fol. 1. ante numerum decimumſextum, verſic. Tertio ſi dicatur, fol. 321. columna tertia. Quod (vt ipſe dicit) clarius procederet, vbi eſſet adiecta illa clauſula, eo modo quo eſſent ab inteſtato ſucceſſuri, vt in caſu quo conſuluit Dec. d. conſilio 79. columna prima, verſ. Secundo præmittendum eſt, quem referendo ſequitur Pariſ. d. conſilio 37. numero 53. libro ſecundo, & cum ipſis Gualdenſ. in tract. de art. teſt. tit. 5. de ſubſtit. cautel. 27. ad fin.

Statueram plures alias limitationes afferre, atque hic inſerere, quas aliquando diligenter pro viribus non ſine labore ſcribebam, necnon de nepotum comprehenſione ſub filiorum appellatione circa contractus, & potiſſimum circá emphyteuſim, & donationes, circa beneficia, & ſtatuta agere, materiamque iſtam à Bartol. in d. l. liberorum, pertractatam, ac diſtinctã in vniuerſum reaſſumere: cum autem, validiſſimis & quidem multis impedimẽtis detineat, prædicta omnia alijs peragenda feruenti ſtudio, & indefeſſis laboribus relinquam, nõ enim poſſunt in legali ſtudio fructus dulces ſine amaritudine colligi; quod & paucis datum eſt, cum (vt videmus) aut mors illuſtres conatus intercidat, aut infirmitas comprimat, vt varios caſus præteream, quibus homines, & Iuriſconſulti maxime affliguntur, & confringuntur, ſed de hoc ſatis.

HYPOTHESIS.

Nepotes ex fratre nunquid nepotum appellatione comprehendantur; Et an eadem nepotum appellatione pronepotes veniant dilucide declarari, atque reſolui.

SVMMARIVM.

1 *Nepotum appellatione ex fratre nepotes comprehendi.*

2 *Nepotes ex fratre appellatione nepotum per quãdam improprietatem, & vſum communem loquendi venire.*

3 *Nepotem ſignificare deſcendentem gradum non*

collateralem, Niſi ex aliquo adiũcto præſumptio in contrarium reſultaret, Exemplumque de ſtatuto, quòd fratres & nepotes excludant fœminas proponi, tunc enim fœmina propter nepotẽ ex fratre excluderetur.

4 *Copula naturam explicari.*

5 *Nepotem ſignificare gradum collateralem ſi diſponens tantum ex fratre nepotes haberet, de quibus teſtator veriſimiliter diſponere videretur.*

6 *Nepotes ex fratre appellatione nepotum non includi, ſi teſtator ex filio nepotes haberet.*

7 *Nepotum appellatione licet ex fratre nepotes veniant ſecundum communem loquendi vſum, & ſic impropriè, nunquam tamen ex fratre pronepotes ſub eadem appellatione comprehendi.*

8 *Nepotum appellatione pronepotes etiam aliosque vlteriores ſecundum verbi proprietatem intelligi. Et quamuis aliqui contradixerint, vt numero 9. ab opinione tamen Bartoli tanquam magis communi non fore recedendum, vt num. 10. Præſertim in fideicommiſſo à communi aſcendente iniunctо, vt ibi.*

11 *Nepotum appellatione pronepotes contineri in caſibus quibus appellatione filiorum nepotes continentur.*

12 *Nepotum appellatione pronepotes nõ venire vbicunque teſtator ad certas perſonas relationem habuiſſet, ex Carolo Ruino, in hocque Fortunij Garzię diſtinctionem recenſeri.*

CAP. XV.

SED negligendum non eſt, exactius perſpicere, qui appellatione nepotum ſignificentur. Circa quod duplex neceſſaria videtur inſpectio. Prima quidem, nunquid nepotum appellatione ex fratre nepotes includantur. Secunda, an abnepotes, pronepotesque ex uocabuli proprietate ueniant. Circa primam concludendum eſt, appellatione nepotum ex fratre nepotes † comprehendi, ita 1 Accurſ. Angel. in 1. gloſſ. in princip. uerſic. Dic appellat hic nepotem, Salicet. in princip. Bald. in ult. not. numero ſecundo, Paulus de Caſtr. numero quarto, Iaſ. numero nono, Dec. numero undecimo, & alij communiter in l. ſi auiæ, C. de ſucceſſ. edict. Abb. Felin. in ultim. not. Franciſcus Aretin. in 5. not. Dec. numero ſexto, in cap. per tuas, de probat. Iacob. de Beluiſ. in capitulo primo, ubi etiam Bald. in uerſic. Similiter ſi dominum, uerſi. Sequitur in textu, dicens Bononienſes Aduocatos iſtum textum ad hoc multum allegare teſte Iacobo de Beluiſio, in titul. Quibus mod. feud. amitt. Bartol. in l. ſi inſtituta, §. de inofficioſo, numero primo, uerſic. Quæro utrum, ff. de inoffic. teſtam. Angel. Aretin. in §. quarto gradu, numero 1. Inſtit. de gradib. Federic. Scot. in rubr. de nou. oper. nunc. fol. 26.

Probatur iſta concluſio in cap. ſecundo, de arbitr. in cap. per tuas, de probat. in cap. dilecto, de præben. in capit. duo pueri, de deſp. impub. in cap. tua nos, in cap. quod ſuper his, de conſanguinit. & affinit. in cap. accedens, de accuſat. in cap. primo, in princip. de ſchiſm. in 6. in cap. felicis, §. cæterum, de pœn. eodem libro ſexto, in dicto capit. primo, §. ſimiliter ſi dominum, quibus mod. feud. amitt. l. illam, C. de collat. dicta l. ſi auiæ, & d. l. ſi inſtituta, §. de inofficioſo, in l. penult. C. de donat. quæ ſub mod. in d. §. quarto gradu, atque alibi, vt mirandum primo aſpectu videatur de Bartolo Iuriſconſulto textuali, dum in d. §. de inofficioſo, credidit quòd certè in nulla parte iuris noſtri hoc reperiatur, ſed tantum in dicta conſtitutione Friderici, & in dicto cap. primo, de ſchiſmaticis in 6. vt per eum.

Sed in hoc aduertendum exiſtimo, cum Bartolus raro, aut nunquam decipi ſolitus fuerit, & in propoſito ad eius defenſionem videndus eſt Franciſc. Aretin. in dicto cap. per tuas, numero ſeptimo, verſic. Prima concluſio ſit iſta, cum numeris ſequentib. vbi omnibus dictis iuribus reſpondet, ad demonſtrandum de iure ciuili non inueniri nepotem pro filio fratris accipi, & iuribus etiam Canonum, & Feudorum ſatisfacit, vt per eum optimè more ſuo loquentem.

Procedit hoc tamen per improprietatẽ quã- 2 dam, & ſecundum communẽ † loquendi vſum, vt dicit Ioan. Andr. in c. fundamenta, de elec. in 6. vbi Dominic. de S. Gemin. in verſic. Proinde, Bald. in d. l. ſi auię in vlt. not. in l. vxor, in fin. C. qui accuſ. non poſſ. Abb. Franc. Aretin. & cęteri in d. cap. per tuas, paſſimque videmus, nepotes iſtos enunciari addito, ex fratre, & quamuis ſimplex huius vocis vſurpatio ſine alia adiectione vetuſtiſſima ſit, cũ non ſolum Fridericus Imperator, ſed multi ex Pontificibus illam admiſerint, tamen Auguſtum, Cæſaris ex ſorore nepotem Romani appellarunt, Hinc Ouid. de Ponto,

Sic regat (inquit) imperium, terraſque coerceat ẽẽs
Cæſar ab Aenea qui tibi fratre nepos.

& cum Ioanne Andrea, vt per improprietatem hoc ſit, ſentiunt Federicus de Sen. conſilio trigeſimonono. Viſo puncto prędicto, & motiuis, columna ſecunda, verſic. Reſpondeo impropriè, Dyn. conſilio 16. Diligenter conſiderata, colum. 2. Angel. in d. l. ſi auiæ, ante fin. verſic. Sed hæc appellatio eſt impropria, vbi Cynum refert, Abb. & cæteri, in d. cap. per tuas, & conſilio 79. Illud de iure quæritur, columna ſecunda, verſic. Filius autem fratris, libro primo,

Ioan.

Ioan.de Imol.in d.cap.2. colum. fin.de arbitr. Angel. Aretin. in d.§. quarto gradu, colum.1. Iaſ.& Dec.numero 11.in dicta l.fin. Franciſcus Aretin.conſ.37. Sequendo ordinem, numero quinto, Corn.conſil. 143. Et themate præmiſſo, colum.2.in fin.verſ. Et ideo, ante numerum ſextum, lib.3.& conſ.47. In præſenti conſultatione, colum.tertia, num.7.verſ.Pro quo etiam facit, lib.4.

Nepos enim gradum deſcendentem ſignificat † non collateralem, ſecundum Abbatem in 3
præcitato conſilio, & tradit hic Socin. ſen. numero decimo,& in l.cum vir, numer. ſexto, eodem tit.

Niſi ex aliquo adiuncto præſumptio in contrarium reſultaret, Vt puta ſi ſtatutum diceret, quòd fratres & nepotes excludant fœminas, tunc enim de nepote ex fratre etiam intelligeretur, ideo filius fratris fœminas excluderet, Bald.in l.ſi dotali, verſic. Sed an in contractu, vbi ſtatum coniecturalem iſto caſu admittit, ff. ſol.matrim. & hoc de ſtatuto ponit in dicta l. ſi auiæ, num.3.verſic.Si autem diceret, vbi Paul. de Caſtr.num.4.& Dec.num.11. & in cap. per tuas, num.6. Quod ex tribus contingit, vt ibidem Salicetus, ante num.3.aduertit. Primò ex
4 natura copulæ, †quę eſt, vt copulet ea quæ ſunt de eodem genere & qualitate, l.final.§.cui dulcia, ff.de vin.tritic.& ol. leg. l.cum de lanionis, §.aſinam, ff.de fund.inſtruct. Secundò quia ex præcedentibus colligitur copulantium intellectus, l.hæredes palam, §. ſed ſi notam, ff. de teſtam. l.ſi ſeruus plurium, in fin. de leg.primo. Tertiò quia natura copulæ eſt addere, vt l.ea tamen adiectio, ff.de leg.tertio, hactenus Salicetus.

5 Vel ſi diſponens haberet ſolum † ex fratribus nepotes, de quibus veriſimiliter intellexiſſe videatur, vt concludit Bald. in d.cap.primo, §. ſimiliter ſi dominum, in fin.verſic.Sed ſi non habet, quibus mod.feud.amitt. argum.l. hæredibus, §.fin. ff.ad Trebell. Ludouic. Roman. in dicta l.ſi auiæ, Ioan.de Imol.in d.cap. ſecundo, in 4. not. de arbitr. & faciunt tradita per Aretin. in præalleg.cap.per tuas, ſub num.12. verſic. Et bene facit text. vbi Philipp. Dec. numer. quarto, in fin. talia enim ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant, d.l.final.§. cui dulcia, cum ſimil.

6 Proinde ſi diſponens ex filio nepotes † habeat, vtique illi ex fratre nequaquam veniunt, ſecundum Franciſc. Aretin. vbi ſupra, ſub numero duodecimo, verſic. Declaratur tamen elegantèr, Socin.ſen.in d.l.cum vir, numer.6. præſumitur nanque voluiſſe propriæ non extraneę poſteritati conſulere, d.l.cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſis, iunct.l. talc pactum, §.fin. ff.de pactis.

Denique adhuc aduertendum eſt, quòd licet nepotum appellatione ex fratre nepotes ex communi loquendi vſu, & ſic impropriè includantur, nunquam tamen ex fratre pronepotes
7 ſub † eadem appellatione venirent, vt ſcribit Corn. conſil. 47. In præſenti conſultatione videtur, columna tertia, numero ſeptimo, libr. 4. Et latius, conſil. 143. Ex themate præmiſſo, columna ſecunda, numero quarto, cum ſeq. libro tertio, vbi multis hoc comprobat, ne plures im proprietates circa idem concurrant, quod admittendum non eſt, arg.l.1.C.de dot.promiſſ. Alexand.in l.ſi pecuniam, numero quarto, C. de neg.geſt. cum traditis per Andr. Tiraquell. in tract.de retrac. Lign.§.1. gloſſ.14. num.97. verſic. Nam ſpecialia quę vocamus, Socin.iun. conſilio 125. Vitis, numero vigeſimoſecundo, lib. primo.

Circa ſecundam inſpectionem, omiſſa diſputatione, quia cuncta differere tempus non pati-
8 tur, concludendum eſt † appellatione nepotis pronepotem, & vlteriores quoque ſecundum verbi proprietatem intelligi, ita ſcribunt Bartol.numero ſecundo, verſic. Circa primum dico, Alexan.columna tertia, ante numerum ſextum, verſic. Ego puto, Socin. numero tertio, vel numero 40. ſecundum aliam antiquam impreſſionem, & infra, licet in fine quæſtionis relinquat cogitandum, dicens in puncto iuris fortaſſe veriorem eſſe illam opinionem, quòd de proprietate ſermonis non veniat pronepos, in l.Gallus, §.inſtituens, ff. de liberis & poſthum. Fortun.Garz. in §.idem credendum, numero decimotertio, verſ.Quid igitur erit dicendum, idem Bartol.in dicta l.liberorum, numero decimoſeptimo, verſic. Quæro an appellatione nepotum, de verborum ſignific. & in l. cui eorum, §.affinitatis, numero ſecundo, verſic. Secundo not. ff. de poſt. Raph. Fulgoſ. conſilio 68. Matthæus de Perono, columna ſecunda, ante numerum tertium, verſic. In contrarium arguitur, vbi hoc comprobat, & conſilio 118. Proponitur quòd Federic. de Triſſino, columna fin.ante numerum quartum, verſic. Et illud adijci poſſet haud inſubtiliter, Alexand.conſilio 125. Attentis verbis inueſtiturę, columna prima, numero ſecundo, verſic. Et ipſemet Bartolus, libro quinto, Ludouicus Gozadin. conſilio 59. Prima facie dicendum, columna ſecunda, numero decimo, verſic. Et primo moueor, cum ſequentib. Andreas Alciat. conſilio quinquageſimonono, Teſtamentum, numer.3.libr. nono, Ioan. Franciſcus Purpur. conſilio 263. Periculoſum eſt, columna ſecunda, numero 6. libro 1.

Probatur huiuſmodi concluſio in d.l.cui eorum, §. affinitatis, & in l.ſoceri, in l.generi, in l. nurus, d.titul.de verbor.ſignif.& in d.l.Gallus,

§.inſtituens, ſecundum verum germanumque intellectum.

9 Et quamuis† And.de Piſis, Rayn.de Forliu. Dyn. Bal. Ang. Franciſ. Aretin. & Iaſ. num. 15. verſic. Quid tenendum, poſt gloſſ. in d.§. inſtituens, contrarium aſſeruerint, & Corn. d. conſ. 143. Ex themate præmiſſo, colum. 2. numer. 5. verſ. Item quòd appellatione nepotis, libr. tertio, Hippol. Riminald. conſ. 389. D. Franciſcus Zocchus, col. 5. num. 18. verſ. Præterea conſide randum eſt, lib. 4. vbi dicit cum præcitatis, alios communiter tranſire, teſte Iaſone eo loci, num. 8. qui ſolum dicit gloſſ. intellectum communiter approbatum eſſe; & cum prædictis pertranſit etiam Petr. Rebuff. in d.l. liberorum appella tione nepotes, §. ſed & Papirius Fronto, ante fin. verſic. Appellatione etiam nepotis, d. tit. de verbor. ſignif. non tamen arbitror à priori opi-
10 nio. Bartoli, quæ magis communis † eſt, fore recedendum. Præſertim ſi eſſemus (vt in nepote dicebam) in fideicommiſſo à communi aſcédente iniuncto, quemadmodum ex reſponſo Franciſci Accurſij, & traditis per Cyn. Bald. & Io. de Imol. in d.§. inſtituens, ac etiam ex Alex. conſ. 26. Videretur fortaſſe, num. 5. libr. 3. cum ſimil. concludit Andr. Alciat. in d. conſ. 59. nu. 3. d. lib. 9.

Veniunt itaque pronepotes appellatione ne potum in caſibus, in quibus appellatione filio-
11 rum † comprehenduntur nepotes, Bart. in dicta l. liberorum, numero decimoſeptimo, verſic. Et ideo puto, Alexand. d. conſilio 125. numero vndecimo, verſic. Quia reſpondetur, d. libro quinto, Ioan. Crot. de Montetterrato, conſilio 25. Eccleſia conceſſit, numero 2. 12. 15. & 16. libro primo, & ſic affirmatiuè non negatiuè, vt aduertit Alexand. in præcitato conſil. colum na tertia, d. num. 12. verſic. Quia reſpondetur primo.

Vltimò dicta concluſio, vt appellatione nepotum propriè pronepotes comprehendãtur,
12 non procederet † vbicunque teſtator ad certas perſonas relationem habuiſſet, vt tradit Carolus Ruin. conſilio 117. Viſo teſtamento Antonij, columna prima, numero ſecundo, verſicul. Cum ergo, libro ſecundo, quod in ſua diſtinctione voluit etiam Fortun. Garz. in d. l. Gallus, §. idem credendum, ante numerum decimumquintum, verſic. Vnde ego ita diſtinguerem, de liber. & poſthum. dicens ex mente Iuriſconſulti in dicta l. liberorum. Quòd aut nepotes appellantur in materia deſtinata ad poſteritatem, & tunc nepotes intelligantur omnes poſteri, & ita loquantur rationes ſuperiores per eum adductæ, Aut materia deſtinata eſt ad ſingulares poſteritatis perſonas, ideſt ad certum gradum, & tunc certæ perſonæ comprehẽſæ tantum in illo gradu diſtincto comprehendentur. In dubio verò adaptatur appellatio vel poſteritati, vel gradui ſecũdum ſubiectam materiam, hactenus Fortunius.

HYPOTHESIS.

Filiorum maſculorum ſi mentio fiat, nepotem maſculum ex filia non comprehendi, idque inſigniter explicari; Pluresque Interpretum autoritates circa hoc aperiri; Textumque in l. 1. §. fin. ff. de iur. immunit. nouo ſenſu exornari.

SVMMARIVM.

1 *Nepotem ex filia maſculorum filiorum appellatione non venire, ac num. 10. Et quamuis aliqui cõtradixerint, num. 31. nihilominus à magis communi recedendum non fore, num. 32.*
2 *Radice infecta, & excluſa omnia illinc proueniẽtia excludi; Et infectam radicem non producere fructiferum ramum poſſe.*
3 *Cauſato plus virtutis non ineſſe quàm cauſa, Exẽplumque de filia Francorum Regis afferri.*
4 *Succeſſionis ius ex ſuperuenienti qualitate etiam in eadem perſona mutari.*
5 *L. 1. §. fin. ff. de iur immunit. interpretari, nouoq. intellectu ornari, num. 6.*
7 *Immunitatem ſemper conditionem illam continere, vt is cui conceditur idoneus ſit.*
8 *Agnationem ex virilis linea non ex ſexus qualitate dignoſci.*
9 *Neptem ex filio, licet virilis ſexus non ſit, adhuc tamen agnatam, & de linea maſculina eſſe.*
10 *Agnationis conſeruandæ rationẽ ex adiecta qualitate maſculinitatis deduci.*
11 *Statutum excludens fœminas à ſucceſſione aſcendentium propter maſculos, neptem ex fœmina non excludere iuxta opinionem Franciſci Tigrini de Piſis: Sed illam opinionem communiter reprobari, numero 12. Et quamuis Baldus circa hoc diſtinxerit, nihilominus eius diſtinctionem ab omnibus non recipi, nu. 13.*
13 *Raphaelis Fulgoſ. conſ. 85. Ex facto proponitur, declarari.*
14 *Neptem ex filia liberius appellatione deſcendentium includi ceſſante agnationis conſeruandæ ratione.*
15 *Guidonis Papæ conſ. 176. Pro definitione, in 4. q. explicari.*
16 *Donationem alicui factam pro ſe, & deſcendentibus maſculis, de maſculis ex maſculis, & ſic de agnatis intelligendam eſſe.*
17 *Curtij iun. conſ. 1. Primam ampectitur dubitationẽ, interpretari.*

Feudum

28 *Feudum regulare deſcendentibus maſculis ex fœmina non aperiri.*

29 *Baldi dictum in auth. ceſſante, ſub nu. 3. C. de legitim. heredibus, vſquequaque iuſtum non videri.*

30 *Nepotes maſculos ex filia ſub voce filiorum maſculorum non comprehendi iuxta communẽ Speculateris opinionem etiam ſi teſtator filiorum, ac nepotum meminerit.*

31 *Inhabilitatem medij, inhabilitatem in extremo inducere.*

32 *Nepotes ex filia maſculorum filiorum appellatione includi, ſi fœmina ſubſtitutionem quis faciat.*

33 *Nepotes ex filia appellatione filiorum maſculorum uenire ſi verbo, Quibuſcũque, teſtator vſus fuerit.*

34 *Quibuſcunque verbum latiſſimè patere, & ſub ille in diſpoſitione venire, qui aliàs non comprehenderentur.*

35 *Feudum ſub verbis, Quibuſcunq. haredibus, conceſſum, ad haredes etiam extraneos, etiam ad ſingulares ſucceſſores deuolui, Necnon in vim fideicommiſſi poſſe tranſmitti: Imo feudum ex vi verbi, Quibuſcunque, allodialis rei naturam ſortiri, num. 26.*

37 *Clauſulam, Et quibus dederit, & Pro quibuſcunque haredibus, equiparari.*

38 *Immunitatem conceſſam à quibuſcunque oneribus, poſſe etiam onera Cæſarea complecti.*

39 *Quibuſcunque, verbum, quicquid ſit in legis diſpoſitione, in hominis diſpoſitione, de habilitate reſtrictionem non recipere: In hocque ex Andr. Alciato poſt Gozadinum, & Ruinum diſtingui, num. 30.*

33 *Statutum vocans parẽtes maſculos, vſque ad certum gradum, de maſculis ex maſculis fauore agnationis debere intelligi.*

CAP. XVI.

EX filia nepotem ſub ſimplici voce liberorum comprehendi ſuperius eſt oſtenſum, an ſub voce maſculorum liberorum includatur indagãdum remanet. Vt quia Titius habens duos fratres Seium, ſcilicet & Męuium, Seium hæredem inſtituerit, rogans, quòd ſi decederet ſine liberis hæreditatẽ Męuio fratri, vel eius liberis maſculiș reſtitueret, mortuo Titio, moritur Męuius, relicto nepote ex filia præmortua. Demum moritur Seius hæres rogatus, ſi ſine liberis deceſſiſſet, &c. an fideicommiſſo locus ſit? Et in hac facti ſpecie, fideicommiſſo locum eſſe, nepotemque ex filia ſub conditione maſculorum liberorũ non contineri. Licet Spec. in tit. de loc. §. nunc aliqua, verſic. 146. Quæritur quid ſi aliquis percepit rem in emphyteuſim, Ioan. Andr. in addit. ad tit. de teſtam. ſuper rubr. verſic. Super hoc titulo generali, vbi aſſerit iſtam fuiſſe quæſtionẽ Dom. Richardi de Malumbris celeberrimi Doctoris Cremonenſis.

Hancque Richardi, Ioannis Andreæ, necnõ Speculatoris opin. ſequuti ſunt, Cyn. in l. 1. C. ad l. Iul. de adult. Bald. in auth. ſi quas ruinas, in fin. num. 8. verſic. Illud not. C. de ſacroſ. eccleſ. in L. maximum vitium, ante numerum vndecimum, verſ. Ego finaliter concludo, C. de liber. præterit. in l. ſed ſi hac, col. 1. in fin. verſic. Quidam accepit emphyteuſim, poſt Specul. quem citat, ff. de in ius voc. vbi Ang. de Peruſ. in §. liberos, nume. 3. verſ. Eodem modo, Alex. in l. Gallus, §. nunc de lege, ſub num. 3. verſ. Sũ ſolitus, & ante num. 4. verſic. Quod autem nepos ex filia, vbi Caſtrenſ. verſic. Secus ſi dixiſſet, & Claud. de Seiſell. colum. fin. num. 13. dicit eſſe communem opin. ff. de liber. & poſthu. & in L. ex facto, §. fin. numero tertio, verſic. Sed bene eſt dubium, ff. ad Trebell. vbi poſt Franciſc. Aretin. idem voluit Iaſ. num. 14. & Socin. ſen. in fin. verſi. Quarto deciditur, & in §. etiam ſi parente, numero quarto, verſic. Ad hoc facit, Franciſc. Rip. in d. §. fin. num. 8. colum. 2. Socinus ſen. hic, columna 47. verſic. Tertius caſus, Dec. in cap. in præſentia, numero 49. extra de probat. Matth. de Affliã. in capit. primo, in 3. not. columna quinta, verſic. Tertio not. ex textu, de gradib. ſucceſſ. in feud. & in cap. primo, in princ. num. 113. in fin. verſic. In gloſſ. quinto, & ſexto, dic, colum. pen. de natur. ſucceſſ. feud. Andr. Alciat. in L. liberorum, numero vndecimo, ff. de verborum ſignif. Matth. de Matheſi. in not. 129. Nota vnum dictum, vbi relatis Richardo de Malumbriș, & Ioanne Andreæ dicit ita conſuluiſſe Antonium de Butrio, Petrum de Anchar. Ioannem de Monte Granato, Bartolom. de Saliceto, & Florianum de S. Petro, ac ipſummet Matheſilanum in eius propria cauſa: & Butrius verè ſic conſuluit in conſil. 9. Viſo puncto, in 1. dub. ſed apertius conſil. 46. Rectè deciſum, & Richardi opinionem videtur comprobaſſe Bald. conſ. 88. Circa ſecundũ quæſitum, in finali b. verbis, lib. 3. & expreſſius Bened. Capr. conſ. 18. Cum uiſo, col. 2. num. 7. uerſ. Et primo quia, Paul. de Caſtr. conſ. 300. Viſo quodam proceſſu agitato coram arbitris, col. 2. lib. 2. Alex. conſ. 56. Aldrouandus teſtamentum condidit, col. 2. num. 4. uerſic. Quarto pro hoc adducitur, lib. 5. cõſ. 38. Perſpectis his quæ in themate narrantur, col. 2. nu. 2. & 3. lib. 6. Corn. conſ. 146. In hac conſultatione, col. 3. ſub nu. 10. uerſ. Sic etiam aliàs dicimus, quòd ſi teſtator, & infra, libro ſecundo, ubi meminit de dicto cõſilio Antonij de Butrio, & aliorum per Matheſilanum relatorum, & conſilio 124.

Ardua primo aſpectu, colum.4.num.14.verſi. Nam ſi teſtator ſubſtituit,& conſ.57. Videtur prima facie dicendum,colum. pen.numer. 11. verſic.Et aliàs volunt Doct.eodem libr.2. vbi Salicetum refert,in conſ.incip. Præſuppoſito, Iaſ.conſil.115.Præſens conſultatio tota,columna prima,num.tertio,lib.4. Socin.ſen. conſilio 251. Quoniam in præſenti conſultatione, columna 8.in princ.num. 9.verſic. Confirmatur iſta concluſio,lib.ſecundo,conſ.94.Pro clariori intelligentia,columna prima,in fin.num.tertio,verſic.Et probatur iſta concluſio,lib.quarto,Dec.conſil.85.Et diligenter,in final.verbis, & idem dicit,conſ.311. In caſu propoſito, columna prima, num.3. verſic. Et quòd non veniant,conſ.399. Concluſionem plenè, colum. fin.verſic.Et quia teſtator expreſſe,Stephanus Bertrand.cõſ.54. Dudum fuit in humanis,numero 2.lib.1.conſ.161.Circa proceſſum, num. quarto,conſ.245. Viſo teſtamento poſt princ. lib.3.rurſus Bartolom.Socin.conſilio 20. Viſa quæſt.quę vertitur,colum.2.poſt princ.verſic. Nam Ioan.Andr.inter conſil. Albert. Brun.libro 1.Curt.iun.conſ.145.Facti contingentia talis eſt,colum.pen.num.23.verſ.Ad quod bene facit,Hieronym. Grat.conſ.120. Anno præterito,colum.3.num.11.& infra,vbi num.14. de communi teſtatur, lib.2.Socin.iun.conſ.2.Viſo ac maturè conſiderato,colum.2. numero 5. verſic.Tertio idem probatur,lib.3.vbi communem vſſe dicit,conſ.37.Agitur in præſenti conſultatione,colum.2.nume.3.verſ. Facit etiam, vbi de eadem communi,conſil. 69. Iam annus eſt,colum.4.num.21.verſic.Ac etiam ex eo, & conſ.116.Viſo teſtaméto magiſtri Petri Pauli, colum. 1.num.3.verſ.Ad hoc facit etiam,lib.3. Carol. Ruin. conſ. 39. Viſis & bene intellectis omnibus,colum.6.num.11.verſ. Et prout deciditur,lib.1.conſil. 120. Viſo ac perlecto inſtrumento,colum.1.num.1.& 4.in fin.ac numer.8. eodem vol.Guid.Pap.conſ.18. Super caſu, numero 8.& deciſ.133.Sed poſito,353. Teſtator tres habens maſculos,& 612. Pro latiori declaratione,Hippol.de Marſil.in not.33.Neptis ex filio maſculo,poſt princ.Franciſc.Cremenſ. in not.21.Teſtator inſtituit fratrem, Aym. Crau. conſ.22.Magnificus Dom. Gulielmus,colum. pen.in fin.num.10.verſ.Circa teſtamentum,libro 1. Hanc eandem ſententiam comprobatũt Dom.Sforcia Odd.in eius tract.de Compend. ſubſtit.partic.6.artic.4.fol.144. in prima limit. dicens quòd quamuis cõtrarium tenuerint Iacobus Alb. in locis infra allegandis, opinio tamen Ioan.Andreę,& Ricchardi Malumbry magis communis eſt, magisque congrua teſtantis voluntati,Marc.Anton. Peregrin. artic. 26. in illa quæſt.num.15.verſ. In vltimis verò voluntatibus.

Mouentur ad id dicendum ex pluribus, Pri-
2 mò, nam inſpecta ac excluſa radice † omnia illius dependentia, ac prouenientia excludũtur, cap.1.§.hoc autem,qui feud.dar.poſſ.cap.cauſam quæ,de dol.& contum. Curt.iun.cõſ.123. Contra conſilium,colum.prima, num.2.verſi. Cum igitur,conſil.145. Facti contingentia,numero 23. Vt radix ſemper inſpicienda ſit, l.qui id quod,ff.de donat.Iaſ.conſil. 39. In præſenti conſultatione,colum.4.lib.3.qua ſubmota omnes ſtirpes ſubmoueri,dicebat Andr. Alciat.cõſil.6.Quæritur,numer.10.lib.2.conſ.97.Rugia Comitum S.Angeli,num.quinto,lib.5.conſ.7. Statuti verba ſunt,numer.2.conſil.34.Nullam in propoſito,num.1.lib.9.alibique dicebat Raphael Fulgoſ.conſil.12.Ad id de quo quæritur, poſt princ. infectam radicem non poſſe fructiferum ramum producere, & conſ.85. Ex facto proponitur,colum.2.Socin.iun.conſ.63. Præſuppoſito,num.28.conſ.50.Præſens conſultatio,num.10.lib.3. Vnde gloſſ.in l.quòd ſi nolit, §.qui mancipia,ff.de ædilit.edict.dicebat,morbidam radicem,non producere virentem ſtipitem, Vdalric.Zaſ.conſ.14.Reuerend.Pater,numero 99.conſ.15. Quamuis,num.45.conſil.18. Superioribus annis,num.30.poſt Corn. conſ. 21. Videtur prima facie dicendum, poſt princ. verſ.Et excluſa radice,lib.1.conſ.25.In præſenti conſultatione,col.3.num.4.cod.vol.ſed mater erga filium ſe habet in propoſito tanquam radix,igitur excluſa matre,& is excluſus (quãuis maſculus)cenſendus eſt.

Sed contrarium ſuſtinendo, primæ huic rationi poſſet reſponderi, ob id filiam excluſam remanere,cum illi volũtas teſtatoris modo aliquo nequeat applicari,qui maſculos tãtum reſpexit,quod non cõtingit reſpectu neporis maſculi,cui bene teſtantis voluntas congruit,cum ſit de liberis,& ſit maſculus,ac vtranque qualitatem retineat. Et quamuis mater in procreando filium,veluti radix ſe habeat,non tamen idẽ dici debet reſpectu maſculinæ qualitatis,teſtãtis menti inhærentis.

Secundò dicunt, non plus virtutis in cauſa-
3 to† reſidere,quam in influenti potentia cauſæ, Bald.in l.1.numer.3.verſ. Quia in cauſato,ff.de Senat. Hinc euenit,quòd cum filia Regis Francorũ in Regno non ſuccedat ex rationabili Frãcorum cõſuetudine,ſeu ex lege Salica illius Regni, non poterit eius filius Rex Angliæ ſuccedere,quia vt eſt dictum,in cauſato plus eſſe vigoris,& efficaciæ non poteſt,quam in influenti potentia cauſæ,ac ideo vbi non ſuccedit fœmina,filius eius non ſuccedit, Ioan.Andr.in c.ad Apoſtolicę,de re iudic.in 6.hocque exemplum afferebat Bald.in prælleg.l.1.d.num.3.verſ. Et ideo filia Regis Francorum, Socin.iun.conſ.21. Viſo ac maturè conſiderato,num.7.lib.2.

Pro

Pro quo eſt text. in c. 1. §.hoc autem notandum, de his qui feud.dar.poſſ.vbi Andr.nu.19. verſic. Item dicit gloſſ. reddendo rationẽ illius text.inquit ideo ibi decidi maſculos filios fęminæ in feudo nõ ſuccedere, nam debet ſucceſſori obſtare, quod obſtat ei cui ſucceditur, l.in omnibus, §.non debeo, ff.de reg.iur.

Hæc quoque ratio, euitari poſſe videtur, q mater quamuis reſpectu generationis, ac productionis, cauſa cenſeatur reſpectu filij, non tamen iſto caſu cauſa influens eſt ſucceſſionis, filius enim maſculus marte ſuo, & ex propria perſona vi quadam comprehẽſiua admitti debet, cũ ſit de liberis quod verbum latiſſimè patet, ſitque maſculus, & tum ex mente, tũ ex verbis, tum ex natura, tum ex qualitate ipſa maſculina includatur: prout mater etiam vti deſcendens includeretur niſi eſſet fęmina: & ſic mater quæ circa dictam generationem potius tanquã cauſa finalis habenda eſt, nõ poteſt ex ſui qualitate fęminina reſpectu ſucceſſionis, filio eius maſculo, & teſtatoris nepoti circa dictam comprehenſionem præiudicium aliquod inferre.

Neque obſtat text.in d.l.in omnibus, §.non debeo, ab Iſernia allegatus: Nam id tantum dicit, nõ debere inquam plus iuris in me eſſe quã in auctore meo reſideat, ideſt tale eſſe ius debitoris, quale ius eſt obligatoris, vt per hanc regulam ſic alibi dixit Bald.conſ.22.lib.2. Secus autem in re tranſeunte de vna perſona ad aliam, quia mutata perſona mutatur ſtatus rei, qualitas enim ſuperueniens ius mutat† ſucceſſionis, 4
etiã in perſona eiuſdem, l.ſi ſeruus, §.qui fideicommiſſariam, ff.de hæred.inſtituend.ibi. Non vt deſinat hæres eſſe, ſed vt ius mutetur in eo ſucceſſionis. Et in alijs caſibus clarum eſt, quòd cauſa extrinſeca, ſcilicet accedẽte, mutatur conditio, & natura rei, vt in ſucceſſione, cuius qualitas alteratur mutatione pſonæ, l. Paulus, aliàs incip. Per procuratorem, ff.de acquir. hæredit. vt alios textus prætermittam, Adeò quod pro ratione dicti cap.1.§.hoc autem notandũ, aliud magis conſonum intentioni inueſtientis de feudo, pro excluſione deſcẽdentium maſculorum ex fęmina afferri oporteat, quicquid doctiſſimus noſter Andręas de Iſernia eo loci dixerit ex d.§.nõ debeo, qui in propoſito ad rumbum nequaquam facit, de quo opportunius alibi, cũ textus in d.§.hoc autem notãdum, viua, ac formali ratione non careat.

Tertiò allegatur text.in l.1.§.fi.ff.de iur.immunit.dũ dicit, Sed, & generi, poſterisque datæ cuſtoditęque ad eos qui ex fęminis nati ſunt, non pertinent.

Hic etiam text. qui plurimũ vrgere videtur tolli poteſt. † Primò, ſecũdum communem in- 5
tellectum, vt id ibi cueniat, cũ verſemur in priuilegio, ſcilicet immunitatis, quemadmodum text.loquitur, Secus vero eſſet in beneficio cõceſſo à Principe, tũc enim ille text. nõ procederet, vt tradit Io.de Imol.in l.ſi ita ſcriptũ, col.3. nu.8.verſ. Vltimo caſu, ff.de lega.2. & conſ.62. Poſt exhibitum conſilium ſupraſcriptum, in fi. verſic. Ad tertium, & vltimum, vbi vult.text.in d.l.1. §.fi. procedere in priuilegijs cõceſſis contra ius commune, vt ibi, & ideo in contrariũ eſt ius ipſum commune, per id quod legitur, & notatur in l.ius ſingulare, ff.de legibus, & in l.1. ad fin.ff.ad municipal.

Secundò, reſponderi poteſt dictum text. ſolum habere locum in priuilegio immunitatis, vt ſupra, prout loquitur, quod quidem priuilegiũ contra publicam vtilitatem reflectitur, ſecus eſſet in alio priuilegio, quia etiam ex fęminis deſcendentes comprehẽderẽtur, ſecundum gloſſ. in d.l. ſi ita ſcriptum ſit filiabus, & quod dicta lex in iure tantum immunitatis procedat, poſt multos Doctores quos ipſe citat, tenet Andr. Tiraq.in tract.de retract.lign.§.1.gloſſ.9.num. 240.fol.208. vbi inter alios affert Luc. de Pen. in l.vlt.col.pen. C.de collat. præd. ciuil. lib.11. Neque obſtat text. l.1. C.de impon.lucr.deſcr. lib.10.nam replicari poteſt, text.in d.l.1.§.fi.loqui de immunitate generali, quæ magis nocet Reipubl. & tollit legem communem, ſecus videtur in illa immunitate particulari de qua loquitur text.in d.l.1.C.de impon. lucr.deſcr.loquitur enim ſpecialiter de curialibus, & cauſis lucratiuis, ibique priuilegium immunitatis illã legem ſpecialem aufert, & quia ad ius commune reuertitur, lata eſt facienda interpretatio, gl. in c.ſtatutum, in verb. Numerandum, de præben.in 6. Aliũ intellectum affert, & refellit Dec. in d.l. fęminæ, num.62. verſ. Tertiò reperio ad illum text. vbi multa effundit circa eiuſdem legis ſenſum.

Ego aũt† omiſſis cęteris interpretationibus, 6
veram propriamque eius intelligentiam illam eſſe cenſeo. Quòd non mirum ſi ibi afferatur, immunitatẽ generi poſterisque datam cuſtoditamque ad natos ex filia non pertinere, cum ipſum immunitatis priuilegium ob ſui odium adeo perſonale ſit, vt reſtrictionem pati, ac ſubire debeat: ita vt ad agnatos tantum, non vero ad alios diuerſæ agnationis porrigatur. Et quamuis immunitas reſpectu eius cui conceditur fauorabilis videatur, præponderat tamen aliorum odium qui ob ipſam immunitatẽ prægrauãtur, vt Luc. de Penn. ſcribit in rubr.nu.2. verſic. Vel dic, & fortè melius, C.de excuſ. muner.lib.10.concludens immunitatem propterea redundare in diminutionem publicæ vtilitatis. Licetque hoc communiter à Scribentibus ad eundem text.afferatur, ſtringi nihilominus ita vlterius poteſt, quòd cum immunitas ob aliquam cauſam, ſiue alicuius meritum concedi ſoleat,

ſoleat,& veluti in præmium, ſiue remunerationem quandam, cõſequens eſt, vt extra illius lineam non protendatur,attenta intentione concedentis,adeo quòd immunitatis fauor ſemper primi acquirentis perſonam reſpicere debeat, & ſic agnatos illiuſmet perſonæ, in quos dicti primi acquiſitoris meritum directo trãsfunditur,& vi quadam repreſentatiua velut ex præexiſtenti ſubſtantia inhæret,ac cuſtoditur. Vt nõ abre perſonalitatem iſtam,quam Iuriſconſultus in eadem lege indicat,conſiderans Andr. de Iſern.in c.1.num.33. verſ.Sicut cum conce-
7 ditur,de capitul.Corrad.dixerit,† immunitatẽ ſemper conditionem illam continere, vt is cui conceditur,idoneus ſit,ex l.vt gradatim,§.1.ff. de muner.& honoribus.

Quartò ex eo mouentur, cum ſi contrariam opinionem verã dicẽs,ſequeretur quod in voce hac maſculorum,virilem ſexum, non agnationem ſpectaremus, ſed cõſequens eſt falſum,
8 cum ex virili linea deſcendentiam † conſideremus,& agnationem,non ſexus qualitatem, l.2. ff.de ſuis & legitim.in princ.Paul.de Caſt.conſil.409. Caſus iſte frequenter contingit, col.2. num.2.lib.2.Socin.ſen. hic, col.52.verſ.Quartus caſus, Dec. conſil.15. & pro tenui facultate mea,col.2. verſ.Teſtator ergo, & ſic iſta verba qualitatem denotant maſculinam inhærentem producenti,ac generanti ipſum deſcendentem, non autem qualitatem inhærentem ipſi deſcendenti, Ias. conſ.115. Præſens conſultatio tota, colum.1.nume.3.lib.4.facit text. in l.lege 12.tabul.verſic.Huius itaque legis,C.de legitim.hęredib. in §. item vetuſtas, Inſt.de haredit.quæ ab inteſt.& §.cæterum, Inſtit. de legit.agn.ſucceſſ. Proinde neptis ex filio † licet virilis ſexus
9 non exiſtat,& maſculinitatis qualitatem nõ retineat, adhuc tamen agnata dicitur, & de linea maſculina,d.l.2.§.1.& §.nos vero, Inſtit. de legitim.agnat.ſucceſſ.Ludouic.Gozad. conſ.87. Prima facie videtur dicendum, colum.2. nu.7. verſ.Septimò ſi comprehẽſus eſt, igitur falſum eſt antecedens, vt nil obeſſe videatur ſpectata contrarium aſſerẽtium maſculinitatis qualitas ceſſante agnationis fauore,Niſi diſputando dixerimus,rationem prędictam potius in contrarium poſſe retorqueri, quam quod probet id pro quo inducitur,cum illa attenta non ſanguinem, ſed ſexum maſculinum inſpiceremus, eſt ſiquidem iſta neptis ex filio eiusque ſanguine deſcendens,& in filio inſuper ex nepte adeſt qualitas maſculina, vt abſonũ videatur huiuſmodi maſculum à voce liberorum maſculorum excludi, dum in eo vis ſanguinis concurrit, & qualitas maſculinitatis non recedit,iſtaque neptis in medio exiſtens,& à maſculo proueniẽs, ante ſe maſculinitatem præſupponit, & poſt ſe maſculinitatem producit,ac gignit,vt menti,ac verbis ſummopere ſit conſultum dum qualitas maſculina deriuatiua,ac productiua influit.

Quicquid autem ad rationem pro communi
10 ni traditam dictum fuerit, non arbitror † ab ea conſulendo,& iudicando recedendũ fore ex vltimo potiſſimũ fundamento,teſtator enim maſculinam qualitatem conſiderando,agnationis fauorem reſpexiſſe cenſetur,vt voluit Iacob.de Aren.in ſua diſput.quam refert Io.Andr.in addit.ad Specul.in rubr.de ſucceſſ.ab inteſt. Bald. in l.maximum vitium,colum.2.verſ. Præterea, cum ratio,C.de lib.præterit.Paul.de Caſtr.cõſil.421.Quod iſta mater,colum.2. ad fin. lib.1. Dec.cõſ.371.In cauſa,colum.3.poſt med.nu.6. conſ.516.Quoniam cauſa iſta,colum.4.nu.16. Ruin.conſ.95.Circa ea,num.8.lib.2. conſ.139. Viſo,ac perlecto,nume.17.lib.3. & per fęminas familia non conſeruatur,ſed extinguitur,l.pronunciatio,§.fin.ff.de verb.ſign.facitque text.in l.1.§.ſed & ſi ſeruus,ff.de vent. inſpic. Bal. in l. quod verò,in princip.ff.de legibus, Socin. ſen. conſ.12. Præſens conſultatio,num.12.verſ. Sed placet conſ.63. Viſis,colum.10.in princ.lib.3.

Et communi antedictę concluſioni non ob-
11 ſtat,quod conſuluit† Franciſc.Tigrini de Piſis in cõſ.incip.Super quæſtione quę oritur,vt ſtatutum excludens fęminas à ſucceſſione aſcẽdentium propter maſculos, non excludat nepotem ex fęmina.Cũ quo ſentiunt Paul.de Caſtr.conſil.339. Præſuppoſito quod dictum ſtatutum, colum.3.& 4.in antiquis, ſed conſ.91. in princ. & num.4.lib.2.in nouiſ. Bart.conſ.132.licet in queſt.prędicta,num.2.Bend.Capr.conſil.137. Et ſi viſo,colum.2.num.13.Carol.Ruin.conſil. 141.Viſo teſtamento,num.3.lib.2.

Nam dicta Tigrini,& aliorum opin.commu-
12 niter † reprobatur, contrariumque tenẽt Bart. in l.2.§.videndum,in fi.nu.3. verſ.Et idem puto,ff.ad Tertull.dicẽs,ſe ita in Ciuitate Florentię conſuluiſſe,in l.liberorum,colum.6.in fi.nu. 14.verſic.Quęro quod ſi filia dotata, ff.de verb. ſign.Bal.in l.maximum vitium,colum.4.nu.10. verſ.Ego finaliter,C.de liber. pręter. vbi Salic. colum.2.in fi.Nic.de Mattarell. & Cyn.de Piſtorio in l.1.C.quę ſit long.conſuet.Angel.in §. ſed neque,in auth.de trient.& ſemiſſ. Salic.in l. venia,colum.2.num.3.verſic.Sed dubitari fortius poſſet,C.de in ius voc. & in l. illud,ſub nu. 6.in fi.verſ.Et prędicta faciunt ad quęſtionem, C.de ſacr.eccleſ.And.de Iſern.in c.1.col.4. nu. 13.verſ.Item ſuccedit nepos,de nat.ſucceſſ.feudi, Franciſc.Aret.in l.Gallus,§.nunc de lege, in fin.verſ.Sed quicquid ipſi ſentiant, vbi de veriori opinione teſtatur,de liber. & poſth. Petr. de Anchar.in Clemen.1.in fin.de baptiſm.Ias. in l.1.col.penult.num.10,verſ. Confirmo etiam per illud,C.de ſucc.edict. Raph.Fulgoſ.conſil. 54.Item quod quęlibet hęreditas,ſub nume.2.

& infr. cui ſubſcripſere ſe Chriſtophorus de Caſtelliono,& Io. Franciſcus de Capitibus Liſtæ de Padua præclariſſimi legũ Doctores, Ludouic. Roman. conſ. 40. Viſis, ac diſcuſſis, col. 1. verſic. Secundo præmitto, dicens firmam eſſe concluſionem, poſt Cynum, Bart. & Baldum, quos ibi citat Iaſ. ſuper teſtaméto Chriſtophori Capitis ferri reſpondens, conſ. 141. In iſta difficillima quæſtione, colum. 5. in fin. verſ. Item ſtatutum excludens filias fœminas, lib. 2. & ſuper ſtatuto Brixiæ conſ. 115. Præſens conſultatio tota, col. 5. in fi. verſic. Tertiò principaliter, lib. 4. Corn. conſ. 234. Pro deciſione præſentis conſultationis, colum. 2. num. 4. referens Paulum de Caſtro dicentem hoc eſſe verum, ſicut Euangelium, lib. 4. Georg. Natt. in cap. quamuis, colum. 30. de pact. in 6. Ioan. Anton. Rub. Alexandr. conſ. 16. In'cauſa Ioannis,& Danielis, colum. 4. num. 13. dicens contra opinionem Baldi in l. ſcimus, in princ. ff. de inoffic. teſtam. vigere veritatem, & quamplures Doctores pro ſe allegans, vt per eum. Laurent. Calcan. conſil. 11. Quòd non præſumatur, in 4. dub.

Et quamuis circa hoc diſtinxerit Bal. in d. l. maximum vitium, col. 4. num. 10. quem ſecutus eſt Alex. cõſ. 75. Viſis, & diligenter perſpectis, colum. fin. nume. 14. & infr. lib. 1. Quod aut filia fuit patri ſuperſtes, tũcque nepos excludatur, aut prædeceſſit, & ſit ſecus, hæc tamẽ diſtinctio
13 † à Georg. Natt. in prælleg. c. quamuis, col. 30. reprobatur; circa quod nõ eſt ad præſens aliud indagandum; & prædictam concluſionẽ in ſtatuto excluſiuo fœminarum tenet etiam indiſtinctè Carol. Ruin. conſ. 22. Viſis ſtatutis Ciuitatis Aretinæ, colum. 3. ſub num. 8. verſ. Et idem eſt è conuerſo, lib. 2. cõſ. 47. Circa dubia, col. 2. ſub nume. 3. verſ. Et iſtud manifeſtè probatur, eodem volumine.

Prædictæque concluſioni nihil per Socinum iuniorem allegata officiunt, nempè Raphaelis Fulgoſij autoritas, d. conſ. 85. colum. 1. num. 1. & 2. dicentis non ſolos ex maſculis deſcendentes, ſed ex fœminis, deſcendentium maſculorum appellatione comprehendi, qui erant filij filiarum Domini Rambaldi de Capitibus vaccæ,
14 Nã ibi Fulgoſius † reſpondit ſuper teſtamento D. Agnetis, & ſic in teſtamẽto fœminæ, quæ deſcẽdentes vocauerat, Et in illo themate nõ fuit habita ratio agnationis conſeruandæ, quæ quidem ratio cum recedit, fateri oportet deſcẽdentium appellatione liberius ex fœmina nepotes comprehendi, vt per Socin. in d. l. Gallus, §. nũc de lege, in fi. verſ. Secundus caſus, Corn. conſil. 246. Videtur prima facie dicendum, colum. fi. lib. 2. & in l. 11. in 4. & 5. colum. C. de cond. inſtit. & poſt illos declarat Socinus iunior ſuper teſtamento Baronis Antonij Caroſij Siculi conſil. 69. Iam annus eſt, colum. 4. num. 15. verſic. Quartò pro Hercule facit, lib. 3. Et Fulgoſio ex diametro repugnat Spec. in titu. de loc. §. nunc aliqua, verſ. 146. quem referẽdo ſequitur Paul. de Caſtr. in d. l. Gallus, §. nunc de lege, num. 6. verſ. Secus ſi dixiſſet, vbi Franciſc. Aretin. col. penult. verſ. Sed quicquid ipſi ſentiant, dicentes quòd pro ſe, & deſcẽdentibus maſculis emphyteuſi recepta, ex filia nepotes non includuntur, Socin. iun. d. conſ. 69. num. 22. conſilio 116. Viſo teſtamento, nu. 5. lib. 3.

15 Nec etiam † Guidonis Papæ aſſertio conſil. 176. Pro definitione, in 4. q. dictę cõmuni opinioni refragatur, dum reſpondit Ioanni factam donationem pro ſe, & nepotibus maſculis, in ea ex filia nepotes complecti, quem hęredem maſculum dici concludit, licet enim ex d. l. 1. C. de condit. inſert. id videatur elicere, præſupponit tamen iura ibi allegata, loqui nõ habito reſpectu ad conſeruandam agnationem, quam quidem agnationis rationem cum inferius prę ſupposuerit, ad trãſitum donationis, ſubijcit Claudium de quo ibi nepotem maſculum, fuiſſe de agnatione, & cognomine teſtatoris, arma inſigniaque domus Clarimontis ferentem, vt videatur donatorem de nepote illo ſuæ agnationis maſculo ſenſiſſe; Et in indiuiduo circa donationem alicui factam pro ſe, & deſcendenti-
16 bus maſculis, vt intelligatur de maſculis † ex maſculis, & ſic de agnatis, non verò de maſculis ex fœminis, apud Ferrariam conſuluiſſe ſcribit Socin. iun. d. conſ. 116. nume. 6. d. lib. 3.

17 Quantũ verò pertinet † ad tradita per Curt. iun. conſil. 1. Primam amplector dubitationem, colum. 3. verſ. Etſi dicatur, quod ſicut fœminę, vbi aſſerit, feudum pro ſe, & hęredibus quibuſcunque maſculis, non obſtante matris à feudo excluſione, nepoti ex filia deuolui, & aperiri, tanquam rationes matrem excludentes nõ militent in filij perſona. Dici poteſt, quod cum in caſu Curtij iun. in inueſtitura verbum, quibuſcunque reperiretur appoſitum, nulla hæſitatio oriri contingit, imò ſi bene aduertatur, in iſtis terminis de quibus agimus, contrarium cõcludit, ex cap. 1. §. hoc autem notandum, Qui feud. dar. poſſ. c. 1. in princ. de grad. ſucc. in feud. iũct. cap. 1. in princip. & §. filia de ſucceſſ. feud. cap. 1. §. quin etiam, Epiſc. vel Abb. ac etiam ex not. per Bald. in l. fin. colum. 1. num. 2. & 3. C. de ſuis & legitim. vbi magiſtraliter ſcribit, Quod ſicut fœmina non ſuccedit, ita non ſuccedit maſculus deſcendens per fœminam, non quia nõ poſſit pugnã facere, ſed quia caret principio producente, fœmina enim non eſt agens aptũ operari tranſmiſſionem, licet maſculus eſſet patiẽs aptus confirmari ſi fieret tranſmiſſio. Sicut igitur medium prędium quod non ſeruit impedit ſeruitutem, ita media perſona quę non ſeruit in feudo, impedit ſeruitutem, ideſt feudum, quod

eſt

eſt quædam ſeruitus,arg.l.qui ſella', §.in ruſticis,ff.de ſeruit. ruſtic. præd. Nam omnis fidelitas eſt libertati contraria, c.cum olim propter, ext. de priuil. Et ſic eſt ſeruitus quędã, & not. in l.ſicut, in princip. ff.de vſufr.ex dictis itaque iuribus quæ per Curt. allegãtur à regulari feu-
18 do † deſcẽdentes maſculi ex fęminis excludentur, Ias.conſ.8. Circa primum cõſultationis articulum,colum.3.verſic.In primis ergo facit,& conſil.9. D.Ioannes de Scarampis,colum.2.in princip.verſ.Et ſicut Io.Campeg.conſ.11. Viſo themate trãſmiſſo,col.3. verſic. Quibus verbis ſtantibus,inter conſilia Alberti Bruni feudalia, Iacob.Mandell.Alba, conſ.86. Quòd D.Franciſcus,in princip.conſ.87.Dicebam,num.1. & 2.lib.1.Gulielm.Bernus, conſ.1. Aggrediamur modo,in princip.Io.Thom.de Marin. in tract. de Generib.feud.in tit.de feud.fœmin.ſiue materno,in princip.num.3.verſ.Imò nedum fęminæ,fol.103.quod voluit Bal. in d.c.1. in princ. vbi dicit,q filię neptes, & proneptes non ſuccedunt ipſi, nec nati ex eis, niſi feudum ſit fęmineum, vel eo pacto acquiſitum, vt per eum d.tit.de gradibus ſucced.in feud.

Denique nec nos illud agitabit, vt cum quis ex propria vocatur perſona nõ vt alium repręſentet,inhabilitas nõ repręſentati † eius admiſ-
19 ſionem nõ impediat, vt ex Cin. voluit Bald. in auth.ceſſante,ſub num.3. verſ. Pone quidã Baro,poſt Iac.de Rau. & Cinum quos allegat,C. de legitim. hęredib. inde concludens ex fęmina nepotem in Baronia, cum ex propria vocatur perſona ſuccedere,licet mater eius fuiſſet inhabilis, quem refert Franc. Aretin. in d.l.Gallus, §.nunc de lege, col.4. verſ. Sed iſta ratio poſſet reuocari in dubium,quam cõcluſionem firmat Bal.in l.ſi auus, in 4.opp.nu.4.C.de liber.præter.& conſentit Bart.in l.1.§.1.poſt princ.ff.de coll.dot.& in l.1.§.ſi ſit filius,in 1.ſolutio. ff.de coniung.cum emancip.liber. Socin.ſen.in præcitato §.nunc de lege,colum.2.verſ.Tertio etiã deciditur, cũ ex ſuperioribus reſpõſio in promptu ſit,falſumque videatur aſſumptum ex propria perſona nepotem maſculum ex filia vocari,vnde cum ſucceſſionis origo atque principiũ maculam retineat, vitioque impotentiæ ſuccedendi affecta ſit,tota illinc ſequens ſucceſſio afficitur,ita dixit Benedict.Capr.conſ.1.Cum vt præſupponitur,colum.5.in fi.nume.24.verſic. Vnde cum ipſa cognatio, allegat Bald.in l.fi. in fi.C.de verb.ſign. qui ex textu notabili in l.fin. C.de naturalibus liber.dixit,quòd nulla poteſt eſſe conſequentia legitima ex illegitimo naſcendi principio & radice corrupta.

20 Procedit etiam† communis prędicta principalis cõcluſio,etiam ſi teſtator filiorum, ac nepotum maſculorũ meminerit, quãtumuis enim de vtriſque inſimul verba fiant, adhuc ex filia nepotes non comprehenduntur, nec conditionem iſtam euoluunt,vt tradit Bal.in d.authent. ſi quas ruinas,num.8.in fin. verſ. Illud not. C. de ſacroſ. eccleſ. de emphyteuſi loquens, poſt Specul.quem citat, & rationem afferens. Quia inhabili exiſtente in medio, ideſt ipſa filia, per quam nepos agnaſcitur auo materno, neceſſe eſt etiam quòd ipſe nepos ſit inhabilis, inhabi-
21 litas enim medij † inducit inhabilitatem in extremo,l.tria prędia,ff.de ſeruit.ruſtic.prędd.& in 10.collat.tit.1.§.hoc autem notandum.

Cęterum quę ſuperius dicta ſunt, Primo de-
22 clarantur, vt non procedant † cum ſubſtitutio fieret fęminę de filijs maſculis, tunc enim agnationis conſeruandę ratione ne militante,nõ mirum ſi ſub voce maſculorum filiorum,vel liberorum ex filia nepotes intelligentur,Socin.ſen. in d.l.Gallus,§.nunc de lege,in fi.dicens ſolennes Doctores ita ſępe conſuluiſſe,quod etiã ſuper hoc contextu aſſeruit,colum.52.verſic.Secundus caſus eſt,vtrobique citãs text.in l.quotiens cum ibi not.C.de ſuis, & legitim.ſed in d. §.nunc de lege,allegans Petrum de Anch. conſil.339. Pro maiori intelligentia dicendorum, colum.4.in fi. verſ. Sed dicere, & ſentire oppoſitum,& cum Socino ibidem pertranſit Claud. de Seiſell.Aquenſis,colum.fin.num.14. verſic. Secũdo ponit exemplum, Corn. conſ.246. Videtur prima facie dicendum,colum.fin. nu.10. verſic.Nec obſtat, lib.2. Io.Anton.Rub. Alex. cõſ. 22. Teſtator habens quattuor filias,col.2. num.11.verſ.Quartus caſus eſt, & num.12.repetitur,conſ.128.Socin.iun. d.conſil.2.Viſo,ac mature conſiderato,colum.3.numero 11.12. & 13.lib.3.

23 Secũdò ſi teſtator † verbo, Quibuſcunque, vſus fuerit, & ſic vniuerſali ſigno, ſiue quibuſcunque liberis, iſto nanque caſu dubioprocul nepotes ex filia allicerentur excluſo ſubſtituto, Steph. Bertr.d.conſ.245.Viſo teſtamẽto,nu.2. lib.3.Io.de Monteferrato, in cap.1.colum.pen. de reſcript.in ſexto, Curt.iun. d.conſil.1.col.2. num.7.conſ.48. Pręſupponitur in facto, col.2. nu.3. quibus in locis Curtius ſignificationem atque importantiã huius verbi, Quibuſcũque, latè proſequitur,quod quidem verbum omnes comprehendit,Lait Diuus,l.edicto, in princip. ff.de iur.fiſci, Dec. conſil.599. Conſului aliàs, colum.2.nume.3. & 4.vbi voluit ex huiuſmodi
24 verbo illos in diſpoſitione venire † qui aliàs de natura actus nequaquam comprehenderẽtur, Ias.conſ.115.Statutum nouum,colum.8.verſ. Secundò adeſt,lib.4.Socin.iun. conſil.38. Pro reſolutione,col.1.nu.1.& 2.lib.3.Pariſ.conſil.9. Sereniſſimum & illuſtriſſimum Dominiũ, nu. 8.lib.1.Laurent.Siluan.conſil.25.Viſo puncto, num.21.verſ.Bene facit,in 1.part. Andr.Alciat. conſ.6.Fundata videtur,colum.1.nu.6.verſ.At

dictio

d by Google

dictio quibuſcunque, lib. 3. conſ. 3. Cum in hac cauſa, colum. 1. num. 2. lib. 4. conſ. 5. Quia priuilegium, colum. penult. num. 53. verſ. Sed in caſu noſtro, lib. 5. rurſus Alciat. inter conſil. Laurent. Siluani prædicti conſilio 61. Quum in hac cauſa, num. 2. in 2. part.

Hinc eſt, quòd per iſtud verbũ, Quibuſcunque, feudum † conceſſum deuoluitur etiam ad
25 hæredes extraneos etiam ad ſingulares ſucceſſores, & ad alias perſonas prorſus inhabiles, c. 1. de feud. non hab. nat. feud. Bald. in l. 1. q. 34. nu. 27. & q. 48. nu. 39. ff. de rer. diuiſ. in cap. Imperialem, in princip. de prohib. feud. al. per Frideric. Alex. in d. l. Gallus, §. etiam ſi parente, col. 3. vbi Socin. idem Alex. in l. ſi patroni, in princip. ff. ad Trebell. & conſil. 30. Ponderatis narratis, num. 14. lib. 5. conſ. 95. Requiſitus, nu. 7. col. 2. in fi. verſ. Bene facit vltra ſuperius dicta, lib. 7. Socin. conſ. 19. Pro deciſione, col. 1. nu. 4. lib. 1. Iaſ. d. conſ. 115. col. 8. d. verſ. Secũdo adeſt, lib. 4. conſ. 155. Vt veritas præſentis conſultationis, col. 2. circ. med. verſic. Tertio facit, lib. 2. cõſ. 17. Dubium facere videntur, col. 3. in princ. verſic. Vnde ponderãda eſt illa dictio, lib. 3. & in prælud. feud. in 15. diuiſ. feud. Curt. iun. conſil. 183. Omiſſa argumentatione, nume. 5. & 6. & in ſuo tract. feud. in 3. part. q. penult. fol. 32. colum. 2. verſ. Secunda eſt, Socin. iun. conſ. 52. Viſo themate prædicto, num. 2. colum. 1. lib. 2. Andr. Alciat. d. conſ. 6. colum. 1. num. 6. lib. 3. d. conſ. 13. colum. 2. nu. 2. verſ. Vnde tali caſu, eod. volum. & conſil. 26. Marchionatus Soranniæ, col. pen. circ. med. num. 11. citans Iacobin. de S. Georg. & Matth. de Afflicto, deque communi opin. atteſtans, lib. 6. vbi dicit aliquos tenere, quod vigore iſtorum verborũ poſſit feudum tranſmitti etiam per vim fideicommiſſi, de quo nos alibi, rurſus Iaſ. conſ. 9. colum. 3. num. 7. inter conſil. Alberti Bruni, lib. 1. Auguſtin. Bero. cõſ. 66. In cauſa caſtri Turricellarum, colum. 4. nu. 12. verſ. Niſi eſſent expreſſa, lib. 1. & conſil. antecedenti, ſcilicet 65. Pluribus ſe offerẽtibus dubitationibus, colum. 10. nu. 58. verſ. Et quod ſub illis verbis, eodem volum. Carol. Ruin. conſ. 18. Quæritur an Laurentius, col. fin. in fin. ſub n. 19. verſ. & per Baldum, lib. 2. cõſ. 98. Quia per priuilegium conceſſum, colum. 4. num. 10. verſ. Et probatur ex notatis, lib. 5. Rol. de Vall. cõſ. 54. Dolco profecto, num. 40. verſ. Faciunt quæ latè dixi, lib. 3.

Et quòd verbum iſtud, Quibuſcũque, faciat
26 feudum ſortiri † naturam rei allodialis, ſcribit Laurent. Siluan. cõſ. 30. Facti quæſtio ſic ſe habet, num. 26. verſ. Quo caſu clariſſimi iuris eſt, in 1. part. vbi inferius latiſſimè inſiſtit plura afferendo.

27 Idem etiam eſſet, ſi diceretur, † & quibus dederit, cum hæc clauſula æquiparetur illi, ſcilicet hęredibus quibuſcunque, vt latè per Rolan. de Vall. conſ. 55. Siue feudum grauare, colum. 5. num. 35. lib. 3.

Hinc eſt etiam, quòd immediate conceſſa à quibuſcunque oneribus, talia verba de ſui na-
28 tura poſſunt comprehẽdere etiam onera † Cęſarea licet inſolita, tanquam de illis fuerit ſaltẽ in genere cogitatum, vt voluit Franciſc. Rip. in l. 1. colum. 6. nu. 51. verſ. Et iſta concluſio facit, ff. de vulga. & pupill. dicens iſtud eſſe de mente Aretini, & Socini ibi, quos ſequitur idẽ Siluan. conſil. 60. Conſiderato tenore inueſtiturarum, num. 53. verſ. Tertio reſpondetur, in 2. part.

Nec prędictis obſtat, quòd verbum iſtud recipiat reſtrictionem de habilitate, l. 2. §. prætor ait, ff. qui ſatiſd. cog. c. 1. §. fin. de Iur. iur. in 6. l. inſtrumenta, in verb. Quibuſcunque, C. de fid. inſtrum. & iur. haſt. fiſc. lib. 10. Nam reſponde-
29 tur hoc verum eſſe † in diſpoſitione legis, ſecus in hominis diſpoſitione, vt diſtinguit Iaſ. in l. 1. §. nunciatio, colum. 4. num. 6. verſ. Tertio limita, ff. de nou. oper. nunc. poſt Baldum quem refert, & idem voluit Alciat. d. conſ. 13. nu. 3. lib. 3. Socin. ſen. conſ. 10. Viſa quæſtione, col. 1. in fin. num. 3. inter conſ. feudalia Alberti Bruni, lib. 1. Roland. de Vall. d. conſil. 54. columna fin. num. 42. lib. 3.

Vel dici poteſt, dictam reſtrictionem de ha-
30 bilitate poſſe procedere, † aut quando reſultaret duplex inconueniens, vt poſt Lud. Gozad. & Ruinum ſcripſit Alciat. in prælleg. conſil. numero 4. Aut, vt idem ibidem ſubdit quando inhabilitas à iure naturę procederet, tali nãque iuri, derogatum cenſeretur, l. promittendo, ff. de iur. dot. Cum igitur in diſpoſitione hominis circa vltimas voluntates loquamur, nec reſultet duplex incõueniẽs, nec inhabilitas ex iure naturæ procedat, dicendum videtur dictam limitationem veram eſſe, ac incõcuſſam manere.

Cæterum quamuis aliqui dictæ principali
31 concluſioni reluctentur † quam crebriorem eſſe dicebã, ſentientes quod indifferenter de proprietate ſermonis nepotes maſculi ex fęminis, veniant liberorum maſculorum appellatione, dũmodo aliud ſubiecta materia non ſuadeat, vt in feudo, emphyteuſi, & ſimilibus, videturque eſſe de intentione Caſtrenſis in d. l. 1. colum. 1. in 2. not. C. de condit. inſert. Socin. in d. l. Gallus, §. nunc de lege, in fi. quib. aſſentiuntur Carol. Ruin. conſ. 142. Quia teſtator, num. 2. lib. 2. Ioan. Ant. Rub. d. conſ. 22. cõlum. 2. Curt. iun. d. conſ. 1. colum. 7. num. 24. verſ. Sextò aduertendum, Iacob. Mandell. Alba, d. cõſ. 86. col. 2. nu. 4. verſ. Et quamuis voluerint aliqui, & conſ. 87. Dicebam ſuperioribus diebus, col. 2. nu. 3. 4. & 5. d. lib. 1. poſt Corn. in d. l. 1. colum. 4. rurſus Alba, conſ. 7. In cauſa iſta, colum. 9. verſic. Item ſæpe contingit, & conſ. 13. Cũ periculoſum ſit,

col. 3.

col.3.num.8.eod.volum. poſt Dec. in loco per eum citato,iterum Ruin.conſil.49. Quęritur,& in dubium reuocatur,col.1.num.2.& 3.lib.1.

32 Nihilominus tamen † audacter eſt trãſeundum cum prædicta opinione quã tenui, & quæ in rei veritate magis communiter recepta, atque approbata eſt, vt ex calculo Doctorum inſigniũ deſuper relatorũ, facillimè dignoſci põt.

33 Ad cuius certè confirmationem † congruit quod voluit Marian.Socin.ſen. conſ.31. Proſequendo ordinem,colum.3.num.6.lib.1. Quòd ſi ſtatutum vocet parentes maſculos vſque ad certum gradum, in quo verbum illud parentes ſumitur pro ſanguine coniũctis,vulgari modo, licet ex vi verborum etiam maſculi deſcendentes ex fęminis videantur vocati,tamen ex mente diſponentis vocati ſolum maſculi ex maſculis prouenientes intelligẽtur,illa etenim diſpoſitio agnationis conſeruandę gratia facta cẽſetur, ſuitque hæc deciſio Baldi in c.1. quemad. feud.ad fil. pertin. illamque referẽdo ſequitur Andr.Barbat.in l.cum acutiſſimi, columna 53. verſ. Quid ſi teſtator dixerit, ſi hæres meus deceſſerit ſine parẽtibus maſculis,C.de fideicõm. & Socin.iun.conſ.23.Statuto ciuitatis Rauennæ, nu.34. verſ. Demum accedat in argumentum,lib.1.

HYPOTHESIS.

Differentia quam inter verbum liberos, & & filios, Interpretes faciunt, an in diſpoſitione idiotæ ſit conſiderabilis perquiri.

SVMMARIVM.

1 *Liberorum, & filiorum diſcrimen in teſtamento idiota non conſtitui. Sed tamen Notario ſtandum fore qui in Latinum teſtãtis verba redegit, num.12.*

2 *Emere,verbum,licet à verbo comparare differat, talem tamen diſtinctionẽ apud idiotas non conſiderari.*

3 *Inſtituo verbum non ab omnibus ſcite proferri.*

4 *Exceptiones recuſationis, & excommunicationis licet explicitè proponi debeãt, poſſe nihilominus idiotã factum proponere ex quo dicta exceptiones reſultent.*

5 *Matrimonium ſuſtineri quamuis verba cõgruentia ab idiota non proferantur.*

6 *Idiotam inter filium naturalem legaliter, & naturalem, ſecundum veram naturalitatem, & communem, ac vulgarem loquendi vſum non diſtinguere.*

7 *L. cum anus,ratio,vt inducatur,inſpiciendum eſſe, an à perito iuris, an ab imperito ſubſtituto fiat.*

8 *Vulgariter, verbum,ab imperito ſubſtituẽte prolatum non debere intelligi prout ſpeciem dicit ſubſtitutionis ab alijs diſtinctam.*

9 *Negatiuam duplicem non affirmare, ſed negare ab idiota prolatam.*

10 *Familiam, vel parentelam quis vocando, etſi ordine ſucceſſiuo intelligatur, hanc tamen conſiderationem in idiotam non cadere.*

11 *Verba à vulgaribus prolata,debere groſſo modo intelligi.*

12 *Liberorum,verbum,ex Rogerio antiquo Gloſſatore, non habere vulgare ſecundum noſtrum idioma.*

13 *Verba per notarium in Latinum ſermonẽ redacta, vt vulgariter ruditerque ſumuntur non debere interpretari, atque accipi, ſed vt in Latino ſermone ſignificant.*

CAP. XVII.

VIDENDVM etiam arbitror, an differentia quam inter verbũ,liberos, atque filios,iura,& Interpretes cõſtituunt, in diſpoſitione idiotæ imperitique hominis fieri debeat,ſuper quo Accurſ.cẽſuit diſcrimen

1 hoc † in verbis ab idiota prolatis conſtitui non poſſe,in l. quid ſi nepotes, in verb. Non continebuntur,verſic.Et not. ſecundum Rogerium, ff.de teſtam.tut.idemque voluere, Bart. in d.l. liberorum,colum.penult.num.20.verſ. Quęro, ff.de leg.3.in l.qui filiabus,nu.3.verſ. Aduerte tamen,d.tit.de teſtam.tut.quod ſi in teſtamento alicuius illiterati,de verb.ſign. & in l. ſi quid earum,in princip.verſ.Simile dicam, Alexand. conſ.44. Videretur prima facie dicẽdum,col.3. nu.7.verſ.Nam verba prolata,lib.5.Corn.conſil.124.Ardua primo aſpectu,colum.7.nu.23. verſ.Huiuſmodi enim differentiæ, lib.2. Io.de Amic.conſil.15.In cauſa & lite,col.fin.num.15. verſic.Non enim omnes,Ang.de Aret.in §.fin. nu.3.verſic. Adde etiam, Inſtit. qui teſtam.tut. dar.poſſ. Vdalric.Zaſ.in tracta.ſubſtit. in fin. & conſ.7.In cauſa,nume.1.Guid.Pap. conſil.51. Factum tale eſt,colum.3.Nic.Boer. deciſ.155. Guillardus de Duroforti,colum.2. num.3.verſic.Ideo dicit ibi gloſſ.in 1.part.Marian.Socin. ſen.in ſua ſubſcript. incip. Profectò ſi rectè põderentur,num.8.verſ. Septimo probatur, quæ eſt ſecunda ad conſil.D.Ottonis Lapi Nicolini de Florentia, & in ordine reperitur conſil.102. inter conſil.Bartolom. Socini, lib.1. Ant.Rub. Alexand.conſ.144. Viſo, & diligenter conſiderato caſu,colum.fin.num.5.verſic.Et in terminis cõcludit,Bart.Iacob.Menoch.conſ.56.Per difficilis eſt conſultatio, nume.41. verſic. Sicuti videmus,lib.1.

Et pro ſupradicta gloſſę concluſione.Primo facit dictum Bart.in d.l.ſi quid earum,in princ.

vbi

vbi licet † verba emere, & comparare differãt, vt ex illo tex. tamen huiuſmodi diſcrimen apud idiotas non conſiderari ibi annotauit, quem referendo ſequitur Menoch. dicto conſilio 56. numero 43. verſicu. Ita videmus, d. lib. 1.

Secundò, congruit illud traditum à gloſſ. & Doctor. in l. quoties, C. famil. erciſc. quòd non omnis † ſcit dicere, inſtituo, Veronenſ. conſ. ciuil. 1. ſuper cauſa matrimoniali, numero 7. Socin. iunior, conſil. 87. Ieſu Chriſti nomine præmiſſo, columna 2. nume. 9. verſicu. Nec refert, lib. 1. vbi dicit, quòd non omnis ſcit dicere, ſubſtituo, & proinde ex alijs verbis in teſtamento appoſitis elici poteſt, vt ibi, Vnde Io. de Amic. dicto conſilio 15. columna 2. nu. 15. verſ. Non enim, dicit non omnes verbis legalibus loqui ſcire, quod ante eum dicebat Raphel. Cuman. conſi. 2. Proponitur quod Ser Blancus, colum. fina. ante num. 9. verſ. Nec omnes ſciunt, idem de verbis, Hæredes inſtituo, vt non omnes illa proferre ſciant, poſt gloſſ. in dicta l. quoties; ſcribit Menoch. d. conſ. 56. nume. 44. verſ. Ita videmus.

Tertiò licet ſufficiat in exceptionibus factũ proponere, ex quo exceptio reſultet, quamuis non dicatur excipio, Barto. in lege prima, colum. 3. numero 6. verſicu. Quæro quid ſi non dico, ff. de except. Affict. deciſio. 354. In cauſa reuocationis, nume. 10. verſicu. Probatur nam opponenti, Niſi ſimus in exceptione recuſationis, & excommunicationis, in alijsque caſibus de quibus in capit. cum cauſa, de offic. delega. & per Iaſ. in lege admonendi, in ſecunda lectura, numero 14. verſic. Confirmo etiam, ff. de Iureiur. tamen quando ſumus † in idiota, licet agatur de dictis exceptionibus recuſationis vel excõicationis, illi ſufficit factum tãtum proponere, vnde reſultet exceptio, ita poſt Andr. Barbat. quem refert, tradit Petr. Rebuf. in arbore except. in 2. diuiſ. except. circ. princ. non enim omnis ſcit dicere, excipio.

Quartò pertinet huc dictum Specul. in titu. de Sponſal. in 4. part. §. 1. circ. princip. quòd non omnes verba ad matrimonium congruentia proferre ſciunt, quod tamen † ſuſtinetur, ipſumque referẽdo ſequitur Veronenſ. d. conſil. 1. num. 7.

Quintò, quòd idiota diſtinctionem inter filium naturalem † legaliter, & ſecundum ſtricti iuris rigorem, atque naturalem ſecundum veram naturalitatem, & communem vulgaremq. vſum loquendi ignorare dicitur, vt voluit Iaſ. conſ. 51. Circa primum dubium, col. pen. verſ. Vnde in propoſito, lib. 3.

Sextò, congruit id quod Lancellott. Polit. tradidit in eius 13. ſubſcript. ad Soci. iun. conſilio 128. Præſentis conſultationis materia, numero 261. verſic. Aut enim peritus iuris, lib. 1. quæ ſubſcriptio incip. Cum à Clariſſimis tot Doctor. inſpiciendum inquam eſſe, † an à perito iuris, vel ab imperito fiat ſubſtitutio ad inducendam rationem huius l. cum auus, vt per eum dicentem in caſu de quo ibi, conſiderationem illam medullarem eſſe, ad quam prudentes illi Iudices debebant aduertere.

Septimò dicebat notãter maximus Doctor Oldr. conſilio 45. Cum in narratione facti, columna prima, numero ſecundo, in caſu ſubſtitutionis, de quo ibi, verbum, vulgariter prolatum ab literarum ignaro, non debere intelligi, prout ſpeciem † dicit ſubſtitutionis ab alijs diſtinctam, quia hoc nõ intelligebat, nec cognoſcebat proferens, de qua etiam Iuriſperiti ſæpè concertant, ſed ad ſimplex nudumque factum, & quandam vulgaritatem non iuris ſubtilitatem eſſe referendum, argum. l. quibus diebus, §. dominus, ff. hoc tit. l. nec ſeruus, ff. de pecul. l. ſtipulatio iſta, §. hæc quoque ſtipulatio, vbi not. ff. de verbor. obligat. ſubdens In cauſa teſtatoris, nec ad definitionem, ideſt ſtrictã verborum ſignificationem deſcendendum eſſe, cum plerumque abuſiuè loquantur, l. non aliter, de leg. 3. l. inſula, in fin. de acquir. rerum domin.

Octauò, quamuis duæ negatiuæ affirmare dicantur, l. duobus negatiuis, de verborum ſignificatione, hæc tamen interpretatio idiotæ negationibus aptari nequit, nam pro negatione haberi † debent, vt declarat Bald. in l. qui ſe patris, colum. 3. numero 2. verſicu. Et prædicta faciunt ad quæſt. C. vnde liber. vbi ſi idiota reſpondendo, dixerit: nego me non debere, expo nitur ſane, ideſt negando dico, ita quod talis duplex negatio affirmationem non faciat, ſecundum Cynum in lectura ibi, quem refert, rurſus Bald. in lege prima, columna 6. ſub numero 17. verſic. Vnde ſi reſpondens, C. de ſeruis fugit. Iacobus Menochius dicto conſil. 56. numero 44. verſicu. Confert quod cenſuit Socin. d. lib. 1. & ante eum idem cenſuit Socin. iunior conſilio 116. Viſo puncto prædicto, columna 6. numero 21. verſicu. Sic etiam in ſimili, lib. 1.

Nono, licet quis vocando familiam, vel parentelam † ex iuris diſpoſitione ordine ſucceſſiuo intelligatur, vt primo admittantur priores in gradu, tamen iſta conſideratio in perſonam idiotam nõ cadit, capiunt enim vulgares, quod dicendo parentelam quis de tota parentela intelligat, ita ſcribit Socin. ſenio. conſilio 37. Viſo teſtamento D. Pariboni, columna tertia, numero octauo, verſicu. Quinto iſta concluſio, lib. 3. dicens talia verba debere intelligi groſſo modo, iuxt. not. per Innocent. in capit. cum clamor, de teſtibus, Bal. in l. mancipia, nu. 2. & 3.

C.de ſeru.fugit.Abb. conſil.78. Punctus quæſtionis,columna ſecunda,verſic.Præſertim hoc dicendum, lib.2. vbi dicit, quod idiotæ diſponendo non capiunt quid ſit conditio niſi exprimatur ſpecialiter, & verba debere aliquando groſſo modo ſecundum qualitatem loquentis intelligi, ex not. in l.ſi ita ſtipulatus, §.hi quoque, de verbor. oblig. Socin.iunior.d.conſilio 116.numero 20.verſicu.Perſonæ enim vulgares,d.volum.1.

11 Et quod verba à vulgaribus prolata † debeant groſſo modo intelligi, tradunt latè Alexander conſil.102. Viſo themate ſupraſcripto, colum.fin. num.12.verſicu. Vnde verba prolata à vulgaribus,lib.6. Iaſ.d.conſilio 51. columna penultima,ante numerũ 2.verſic. Vnde verba, lib.3.

Sed multis alijs ſimilibus conſultò prætermiſſis redeundo ad concluſionem gloſſ. in d.l. quid ſi nepotes, dicit Bartol.in dicta lege liberorum, columna penult. nume. 20. Rogerium antiquum gloſſatorem, voluiſſe dicere, vt ipſe
12 putat,verbum hoc liberorũ,non habere † vulgare, ſecundum noſtrum idioma, & ideò ab idiota non potuiſſe proferri, & Bartolum ſequebatur Ioan.Bapt.Caccialup.de S.Seuer.in vlt. ſubſcriptio.incip. Concurro in ſententiam præfatorum, ad conſil. Dom.Ottonis Lapi de Sirigattis inter conſ.Socin.ſen.152.Caſus iſte, columna penultima, verſiculo Nam Bartol. lib. 1.

Sed tamen hoc non referre, poſito nanque quòd à teſtatore illiterato tale verbum ſit prolatum,tamen credendum eſſe notario, qui tale teſtamentum ſcripſit, ſcripſiſſe inquam verba importantia illud quod teſtator exprimebat, & volebat, Nam verba redacta per notarium in Latino ſermone, non debent accipi, vt vulgariter ruditerque ſumuntur, ſed vt in legali
13 ſermone † accipiuntur, Barto. in d. l. ſi quis filiabus, numero tertio, verſic.Puto tamen, ff. de teſtament. tut. Bald. in l. lege duodecim tabularum, ante numerũ 4.verſic. Sed prælatos, C.de legitim.hæredibus,& in capit. 1. in princ. columna penultima,verſicu.In contrarium arguitur, de ſucceſſ. feud. Alexander conſilio 2. Viſis codicillis, columna octaua, numero 17. verſic.Secundo quia quotieſcunque,lib.1.conſilio 9. Viſis verbis teſtamenti,columna tertia, numero quarto,verſic. Bene facit,& conſil.82. In cauſa,columna prima, nume. ſecundo, verſicu. Subdo quod iſtud,eodem volumine,conſilio 37. Viſo themate ſupraſcripto, columna finali, numero decimo octauo, verſicu. Poteſt reſponderi,lib.6. Dec.conſilio 366. Pro declaratione eorum,columna quarta, numero octauo,verſic. Non obſtat quod dicitur, Abb.conſilio 79. Illud de iure quæritur, columna finaverſicu.Iura autem,lib.1. Et in puncto propo-
14 ſitæ quæſtionis † tradunt Ioan. Bapt. Caccialup. de S.Seuerin. in d. vlt. ſubſcriptio. quam fecit ad conſil. Dom. Ottonis de Nicolinis inter conſil. Bartholom. Socin. conſ.152. d. lib.1. Anton.Rub.Alexandr. d.conſilio 144.columna penultima,numero quinto, & ſexto. Prænarratisque adſtipulantur tradita per Affict. deciſione 44. De tribus mihi occurrit, numero vigeſimotertio; verſicu. Sexto oſtenditur, vbi vult illa verba, quòd legat animo compenſandi cum ſeruitijs, & alijs iuſtis cauſis, debere intelligi ciuiliter, tanquam eſſent in ſcripturam redacta, & non ſecundum vulgarem, & communem vſum loquendi, ex ijs quæ ſcribit Bal. in d.l.lege 12.tabul.circ.fin.& Cyn. in l.ſi cum autoritate, C.de donatio. ante nupt. Franciſc. Mantic.Illuſtriſſimus,ac Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis, & famoſiſſimus Iuriſconſultus, in tracta.de coniect.vltim.volunt. lib.3. tit.5. numero 8. verſ. Cæterum verba imperiti, fol.42.

HYPOTHESIS.

Latè excuti,an fructus in Trebellianicam in nepotibus primi gradus ſubducto patre imputentur: Differentiæ rationem inter liberos primi gradus, atque nepotes prædictos excogitari; Textumque in l. iubemus, §. finali, C. ad Trebellian. nouo intellectu ornari.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes primi gradus ſubducto inquam patre, ſecundum aliquos Doctores ad inſtar liberorum primi gradus in Trebellianicam fructus non imputare: Sed Doctores alios contrarium tenentes, nume.16. afferri, hancque ſecundam opinionem vti veram, & communem eſſe ſequendam, num.18.*

2 *Nepotes primi gradus patre ſubducto, eius locum, ſine gradum tenere, gradumque ipſum non cerrumpi, ſed repræſentari.*

3 *Nepotes primi gradus licet gradum patris repræſentent, & in eum ſubintrent, tamen ipſos non ex iure tranſmiſſo, ſed ex propria perſona ſuccedere.*

4 *Nepotes in ſucceſſionibus gradum patris ingredi, illumque repræſentare, cum de aui, aut patrui ſucceſſione agi contingat.*

5 *Gradus repræſentationem in nepotibus per quandam fictionem fieri.*

6 *Fictioni locum eſſe non debere, quando aliter fieri poteſt.*

Repre-

7 *Repraſentationem gradus de filio in nepotem ex iure quodam ſpeciali induci.*

8 *Fictioni locum non eſſe vbi diuerſitatis ratio inter caſum verum, & caſum fictum conſtitui poteſt.*

9 *Nepotes, vt in patris gradum ſuccedant ex aquitate quadam inductum eſſe.*

10 *Trebellianica quod filijs primi gradus non poſſit prohiberi quid maius eſſe quam quod fructus in ipſam Trebellian. imputentur, & vide num. 16*

11 *Nepotibus primi gradus Trebellianicam ex Parisio prohiberi non poſſe. Contrarium autem ex communi verius videri, num. 12.*

13 *Argumentum de fructuum imputatione in Trebellianicam ad eius prohibitionem non currere.*

14 *Argumentum de minori ad maius affirmatiue validum non eſſe.*

15 *Nepotes primi gradus ſecundum Placentini opinionem ſub conditione calculi inſtitui poſſe, quicquid in liberis primi gradus contingat. Sed Alonis, & Ioannis contrariam ſententiam attenta aquitate ſeruandam eſſe, nepotes ſcilicet primi gradus ſub conditione caſuali inſtitui nõ poſſe, haneque opinionem Bartolo placuiſſe.*

17 *Fructus cur in nepotibus primi gradus in Trebellianicam imputentur, in liberis primi gradus nequaquam, rationem differentiæ ex Paulo à Monte Pico afferri: & num. 20.*

18 *L. iubemus, §. fin. C. ad Trebell. nouo ſenſu interpretari.*

19 *Trebellianicam contra voluntatem teſtatoris hodie etiam detrahi.*

21 *Bernardinum Nerettum præclariſſimum aduocatum Florentinum merito laudari.*

22 *Audaciam nonnullorum Modernorum qui maledictis grauiſſimos interpretes mordere nituntur, ac de ipſorum ſtudijs indicium facere præſumunt, M. Seruilij viri Conſularis egregio exemplo damnari.*

CAP. XVIII.

VAMVIS multa in ſuperioribus circa nepotum comprehenſionem ſub voce filiorum dicta fuerint, aliud tamen dubium nõ incõgruè addi poterit, nunquid priuilegium quod ex l. iubemus, C. ad Trebell. filijs primi gradus competit ne fructus in Trebellianicam imputent, nepotibus immediatis ex filio præmortuo pariter cõpetat, Super quo

1 † Petr. de Bellapertis, in eadem l. iubemus, in affirmatiuam opinionem ad fauorem nepotũ primi gradus conſenſit, vbi idem voluit Odofred. col. fin. & inſimul Alberic. de Roſat. in fi. Bald. conſ. 391. Licet de multis punctis, nu. 4. ibi Nam ſpeciale eſt in filijs, ideſt in liberis primi gradus, lib. 5. dum vult illam Frãciſcam fructus in Trebellianicam non imputare, Claud. de Seyſell. Aquenſ. in l. baliſta, num. 2. cum de deſcẽdentibus loquatur, ff. ad Trebell. Didac. Couarr. in c. Rainutius, §. 11. nu. 4, circ. med. verſic. Nec obſtat, l. iubemus, non poſſe extendi, extr. de teſtam. & Berengar. Fernand. in l. in quartam, nu. 331. ff. ad leg. Falc. iſtamque opinionem aliàs in Alma Rota Florentina in cauſa illorũ de Fineſchis defendere acriter ex multis rationibus conabatur Dominus Leonardus Fabronius, qui repetitis iurium alligationibus nil ferè intactum reliquit, omnem, vt dicũt, lapidem eleganter, ac ſubtiliter reuoluendo.

Et pro eadem opinione facit Primò, nam

2 nihil † deciſum eſt in filijs, quod idẽ in his nepotibus primi gradus dicendum non ſit, l. Gallus Aquilius, ff. de liber. & poſthum. §. ſui, Inſtit. de hæred. qualit. & differ. §. 1. auth. de hæred. ab inteſt. venien. & ſic iſti nepotes in locũ patris ſuccedunt, ideſt in gradum patris, Bart. in l. ſi auus, in 1. not. C. de liber. præterit. ſicut enim filius primum tenebat gradum, nunc tenet nepos ſubducto filio de medio, Bart. in l. 1. §. ſi ſit nepos, verſ. Vnde prima ſolutio ſit, ff. de collat. dot. & in l. 1. §. ſi ſit filius, in princ. verſ. Sed mihi non placet, ff. de coniung. cũ emancip. liber. quod voluit Alberic. in l. ſi qua pœna, num. 2. verſ. Ibi loco filij, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. deque iſta ſubintratione, diffuſe Carol. Ruin. conſ. 127. In præſenti conſultatione, nu. 2. lib. 3. & ne multis immorer, idem proſequitur Hipp. Riminald. conſ. 222. Magnifici D. Bartolomæus, & Iac. Philipp. nu. 120. verſic. Nepos enim, lib. 2. & longe ante Dec. cõſ. 527. In Ciuitate Rauennæ, nu. 8. verſ. Et bene facit, dicens quod quando filius locum patris ingreditur, gradus non corrumpitur, ſed repræſentatur, poſt Bald. in l. 1. in rep. col. 4. nu. 7. verſ. Et nota iſtum textũ, pone quod ſtatutum aſſerẽs, id à quodam Doctore Neapoli audiuiſſe, C. de ſecund. nupt. citat Baldus text. in §. cum filius, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. Alex. conſil. 26. Videretur fortaſſe, col. 2. nu. 10. lib. 3. Iac. Philipp. Port. conſ. 55. Ex hoc ſanè, num. 88. verſ. Sed eſto, lib. 1. Socin. iun. conſ. 116. Viſo puncto prædicto, nu. 28. verſ. Nec in propoſito offenditur, lib. 1. Iacob. Menoch. conſil. 200. Vtinam quod Iuſtinianus, nu. 44. verſ. Primò ita argumentatur, lib. 2. & multum egregiè per Socin. ſen. conſ. 252. Viſis inſtrumentis conceſſionũ, col. 2. in princ. verſic. De iure autem communi, & col. 4. in 5. fundam. lib. 2. ſecũdum ordinem in antiquis, ſi igitur prædicta vera ſunt, ſequitur priuilegium præfatum ex d. l. iubemus, de non imputandis fructibus in Trebell. filijs primi gradus competens, ad nepotes etiam primi gradus ſubducto filio eodem iure ſpectare.

Huic rationi multipliciter reſpõderi poteſt; Primò, quòd licet nepos ſubducto patre illius
3 gradum teneat, ex perſona tamen ſua ſuccedit, vt dicit Bart. in d.l.ſi auus, in fi.verſ.Quod ergo dicit, d.tit.de liber.præter.& in d.l.1.§.ſi ſit nepos, poſt princ.verſ. Tamen in veritate, Socin.ſen.d.conſil.252.colum.4.in 5.fundam. in princ.& infr.verſ.Cum ergo, dicens non poſſe ſuccedere ex perſona patris quaſi iure trãſmiſſo, cum hęreditas non fuerit filio in vita delata, ita declarat not.Bart.in d.l.1.§. ſi ſit nepos, & ideò inquit Bald.in d.l.ſi auus, quod nepos ſuccedit in locum patris priuatiuè non tranſmiſſiuè, nam ſi tranſmiſſiuè, tunc ſi filius eſſet inſtitutus non foret neceſſe nepotẽ inſtituere, quia tranſmiſſio fit à ſucceſſore cum eiſdem qualitatibus, quod tamẽ eſt falſum, vt in d.l.ſi auus, & in l.Gallus, §.nunc de lege, d. tit.de liber. & poſthum. ſed perſona patris magis dilecta eſt, quia proximior naturaliter, vt infra dicemus, meritò nõ idem de nepote primi gradus quod de filio primi gradus in propoſito dicendũ erit.

Secundò text. in d. §. cum filius, ſuper quo ius repræſentationis, & ſubingreſſionis prædictæ fundatur, non ſemper procedit, ſed tantum
4 quando tractatur † de ſucceſſione aui, vel patrui, idque legis virtute obuenit, ſecus ſi de ſucceſſione alterius, Cyn.Bart. & omnes in auth. poſt fratres, C.de legitim.hęred. Spec. in tit.de ſucceſſ.ab inteſt.§. 1.verſ.Sed an filij fratris, in addit. incip. Secus ſi cum patruo, verſ.Sed circa hoc fuit alia quæſtio, Ruin.d.conſ.127.nu.9. verſ.Secũdò etiam referatur ad textum, lib.3. Rimin.iun.d.conſ.222.nu.120.d.vol.2. vt nõ poſſit in hoc de fructibus imputandis iſta repræſentatio cõmodè, ac concludenter allegari.

5 Tertiò, talis repręſentatio gradus† per quandam fictionem fieri dicitur, Ant.Rub.Alexãd. conſ.39. Circa quæſtionem mihi propoſitam, col.2.in fi.nu.5.verſ.Quæ vltra præmiſſa, poſt Socin.ſen.d.conſil.252.col.9. verſ. Sed iterum contra prædictam rationem, & col.antepenult. verſ.Præterea ex quo ſubrogatur, d.lib.2.dum poteſt d.l.iubemus, procedere in caſu vero, nõ
6 eſt extendenda ad caſum fictum, nõ enim † recurrendum eſt ad fictum quãdo aliter fieri poteſt, Bart.in l.non dubium, nu.15. verſ.Debes etiam ſcire, C.de legibus, per tex. in l.quia ratio, ff.de condit.inſtit.& in l.& per iuſiurandũ, §.fin.poſt princ.verſ.Item debes ſcire, ff.de acceptil. Ruin.d.conſ.127.nu.4.d.lib.3.

Stringitur hæc reſponſio, nam repræſentatio †
7 fit ex quodam iure ſpeciali, Iacob.de Beluiſ.in §.reliquum, in auth.de hæred. ab inteſt. ven. Bart.in l.poſt cõſanguineos, §.1.ff.de ſuis, & legitim. dum appellat hoc priuilegium, Caſtrenſ. in d. auth. poſt fratres, Iac. Menoch. d. cõſ.200.nu.42. cum autem ex priuilegio quodam fructus in filijs primi gradus nõ imputentur in Trebellianicã, d.l.iubemus, inconueniẽs eſt, vt idem text.ad alium caſum ſpecialem extẽdatur, & circa idem duo ſpecialia cõcurrant.

Quarto congruit, nã cum in nepotibus primi gradus non militet eadem ratio quæ in filijs primi gradus, vt ſtatim dicam, aſſignando diuerſitatis rationem in qua præſens diſputatio
8 conſiſtit, meritò diſpoſitio † erit intelligenda in caſu vero non in caſu per repręſentationem, l.ex ea parte, §.inſulam, de verbor.oblig.l.Deo nobis, C.de Epiſc. & cleric. Io.de Imol. in d.l. Gallus, §. & quid ſi tãtum, d.tit.de liber. & poſthu. & in l.1.§.lex Falcidia, ff.ad leg.Falc. Prę-
9 terea ex quadam † æquitate diſpenſatum eſt, vt nepos ſuccedat cum patruo, & intret in ſui patris locum, d.§.cum filius, Socin. d.cõſ.252. num.5. d.lib.2. quæ quidem æquitas ponitur, dicta fictione admiſſa, & illa ceſſante fictio ceſſare debet, l.poſtliminium, in princip. ff.de captiu. Soc.vbi ſupra, nu.13. ergo ſubmota ęquitate nõ habebit locum ſubintratio, vt traditur in l.1.C.de legib.& in l.placuit, C.de iudic.

Secundò, cum in d.l.iubemus, duo priuilegia liberis primi gradus concedantur, vnum vt fructus in Trebellianicam non imputentur, alterum quod Trebellianica ipſis nõ poſſit pro-
10 hiberi, certum eſt maius † eſſe priuilegiũ, quod nõ poſſit quarta Trebellianica prohiberi, quã quod fructus in eam nõ imputentur, quia prohibitio in totum aufert Trebellianicam, imputatio nequaquam, nam per imputationem fructuum nõ priuatur hæres omni commodo hæreditario, cum ſibi quarta remaneat, ſecus ſuiſſet ſi quarta in totum prohiberi potuiſſet, vt ſcribit Socin.iun.conſ.131. Quæſtio propoſita, num. 55. lib.1. quando enim agitur quod fructus in Trebellianicam imputẽtur de diminutione aliqua Trebellianicæ agitur, prohibitio autem tendit ad illam in totum tollendam, ſi igitur nepotibus immediatis illud quod eſt
11 plus conceditur, ſcilicet vt illis† Trebellianica prohiberi non poſſit, vt firmat latè Pariſ.in nepotibus immediatis verba faciens, conſi. 36. Circa primum dubium, nu.24.lib.2. quod patet ex initio conſilij relato ad num.54. verſicu. Sequitur neceſſario quod etiam dicti filij habeant hoc priuilegiũ, debet cõcedi illud quod minus eſt, auth. multo magis, C. de ſacroſ.eccleſ. ita in his terminis argumẽtatur Socin.iun. d.conſil.136.nume.56. d.volum.1. vbi inquit, prohibitionem quartę ab imputatione fructuũ pendere in eam facienda, argumentum negatiuè ſumendo, videlicet non poteſt induci vt fructus imputentur, & ſic quod Trebellianica minuatur, ergo minus dicta quarta poteſt in totum prohiberi, argum. l.qui indignus, ff. de Senat.

Sed

Sed ſuſtinendo aliam opinionem hæc quoque ratio corruit. Primò ex eo in quo fundatur, ſcilicet nepotibus primi gradus Trebellianicam prohiberi non poſſe, quamuis enim videatur hoc ex Pariſio in prȩcitato eius conſilio
12 colligi poſſe, tamen contraria opinio † videtur verior, & receptior, quòd inquam nepotibus primi gradus dicta quartæ Trebellianicæ detractio prohiberi poſſit, Alexan. conſil. 67. Conſideratis his, colum. 2. in princip. verſic. Tamen prius reſpondebo, lib. 1. Dec. conſ. 480. In caſu occurrenti, colum. pen. numero 14. Anton. Rub. Alexandrin. conſ. 143. Subtiliter adeo, numero 6. verſic. Et ita fere in terminis, Carolus Ruin. conſ. 147. Quæſtio quæ proponitur eſt, colum. fin. numer. 5. verſ. Et ita etiam in terminis, lib. 2. conſ. 149. Quamuis primum dubium, colum. 3. in fin. num. 7. verſic. Vnde & in caſu noſtro, eodem vol. Tobias Nonius, conſil. 32. Viſo, colum. fin. ante numerum 48. verſ. Nam dicta l. iubemus, Simon de Pretis in trac. de interpret. vltim. volun. fol. 6. ante numerum 27. verſic. Sed aduerte, fol. 366. colum. 4. Surdus conſil. 77. Condito teſtamento, colum. 3. num. 4. lib. 1.

Secundò dici poteſt, dictam l. iubemus, non loqui de prohibitione Trebellianicę, ſed de fructuum imputatione, & vtique de ipſa imputatione fructuum ad Trebellianicam argumentari non licere: cum ſint diuerſa, arg. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſeſſ. cum vulg. & probatur euidenter, nam ſi verum eſſet quòd prohibitus detrahere Trebellianicam de fructibus, ſequeretur etiam prohibitus fructus in ipſam Trebellianicam imputare, & è contra, ſequeretur quod iure Digeſtorum fructus in Trebellianicam imputandi non eſſent, cum eo iure Trebellianica prohiberi à teſtatore nõ poſſet, l. 1. §. inde Neratius, ff. ad Trebell. Doct. communiter in l. Marcellus, in princip. eodem tit. ſed conſe-
13 quens † eſt falſum, l. in fideicommiſſariam, vbi latè Scribentes, d. tit. ergo falſum eſt etiam antecedens, & ſic quòd ab imputatione fructuum ad prohibitionem Trebellianicæ inferri poſſit, & ita reſpondet Soc. in d. l. Marcellus, §. quod autem, & Ludouic. Gozadin. conſ. 45. Viſis allegationibus, colum. antepen. numer. 21. verſic. Secundo reſpondetur, & poſt iſtos Tobias Nonius, d. conſ. 32. colum. 11. in fin. num. 26. verſ. Secundo non obſtat, d. l. iubemus, & hoc argumentum iſto caſu non procedere tradit Hipp. Riminald. conſil. 595. Quòd prima conſideratione, colum. fin. in princ. numer. 80. lib. 5. tanquam non valeat argumentum de minori ad
14 maius † affirmatiuè, l. 2. & 3. ff. de ſeru. export. cap. fin. de transl. prælat. cap. ſuper quæſtionũ, §. ſi vero, de offic. deleg. Bald. in cap. 1. §. naturales, ſi de feud. fuer. controuer. ibidem Riminald. num. 81. ſique rectè aduertatur, perperam in contrarium tale argumentum conceptum, atque formatum fuit.

Tertiò ad iſtam partem corroborandam allegatur tex. iunct. gloſſ. in l. ſed etſi in conditione, §. nepotes autem, ff. de hæred. inſtit. vbi Vlpianus inquit, Nepotes & alios cæteros liberos qui ex lege Velleia inſtituti non rumpunt teſtamentum, ſub omni conditione inſtitui poſſe, etſi ad filij conditionem redigantur; & tamen hoc dictum Accurſius in verb. Sub omni, interpretatur in nepotibus primum locum tenentibus ſubducto patre non procedere, vt hinc reſultet, nepotes primi gradus adeo exæquatos filijs primi gradus eſſe, vt omnia quæ patri competunt, ipſis etiam competere firmandum ſit, & propterea abſonum non videri, ſi quod filijs primi gradus circa fructuum non imputationem in Trebellianicam, nepotibus ijſdem primi gradus ſubducto patre competant.

15 Sed reſponderi poteſt, †quòd quamuis Azo in Summa de inſtit. & ſubſtit. opinionem gloſſæ amplexus fuerit, vt nepotes prædicti nõ poſſint ſub conditione caſuali inſtitui, quã æquiorem eſſe dixit ibi Bart. in fin. proindeque tenendam, & idem voluit Cyn. in l. ſi pater, d. tit. tamen Placentinus contrariam ſententiam ſuſtinuit, & videtur probari ex l. prima, §. ſciẽdum, ff. de ſuis & legitim. & ibi per gloſ. & in l. tertia, §. ſi ſub ea, ff. de contrab. tabul. iunct. l. illud, §. 1. eodem tit. iſtasque leges multum vrgere dicit Bart. in d. §. nepotes, verſ. In contrarium, & Placentini opinionem eſſe veriſſimam tradidit Hieronym. Gabriel. conſ. 122. Quamuis negari nequeat, colum. 2. num. 3. lib. 1. ex textu claro in d. §. nepotes, quam ſequitur Bald. in l. lege 11. tabul. colum. 1. verſ. Vlterius dicas, C. de legitim. hæredib. vbi ad hoc præmittit ab inteſtato deberi hæreditatem de iure naturali filijs primi gradus, non vlterioribus, ex d. l. ſed etſi in conditione, §. nepotes, & idem videtur ſentire Socin. iun. conſil. 131. Quæſtio propoſita, col. 8. num. 43. lib. 1.

Quia autem ſemper mihi multum arridet æquitas, retinendo Ioannis antiqui Gloſſatoris, & Azonis opinionem Bartoli conſiliũ non videtur adhuc obſtare: Nam ratio prohibitionis, vt filij ſub conditione caſuali inſtitui non poſſint, eſt qualitas ſuitatis, quæ cum in illis nepotibus æque adſit, non fuit abſurdum ita firmare, ad l. fin. C. de natural. liber. Bart. in l. liberorum, colum. 4. de verborum ſignif. Sed ratio priuilegij in d. l. iubemus, non eſt ſuitatis, quia competit etiam inſtitutis à matre, ſed ſola qualitas filiationis, quæ verè abeſt à nepotibus, Bartol. in l. is poteſt, columna ſecunda, ff. acq. hæredit. ergo eis id priuilegium competere nõ poteſt, quod optime aſſerit gloſſ. in prȩcitato

§. nepotes autem, in fin. vbi ad probandum, quòd liberi primi gradus pluſculum habent, dicit eſſe text. in d. l. iubemus, §. fi. vt ibi.

Cum ergo nulla vrgens ratio pro opinione Petri de Bellapertica, Odofr. Alberici de Roſate, & aliorum prædictorum conſpiciatur cui reſponderi congruè non poſſit, Altera eſt opi-
16 nio † priori contraria, quòd inquam in nepotibus primi gradus fructus in Trebellianicam imputentur, dictaque l. iubemus, in filijs primi gradus tãtum locum habeat in quibus fructuum imputatio nõ fiat, & hanc ſequuti ſunt, Gloſſ. magna in eadem l. iubemus, in fin. Cyn. columna prima, verſic. Dicunt quidam, Bald. columna penult. ante nume. 12. verſicu. Fallit in filijs primi gradus, Angel. in vlt. not. & in verſicu. Et quòd nepos, & reliqui teneantur, vbi etiam Dionyſius de Peruſio præclarus Doctor diſputata hac quæſtione aſſentitur, gloſ. in l. quod de bonis, §. quod auus, in verb. Compenſabuntur, ff. ad l. Falcid. rurſus ipſe Accurſius in alia gl. magna, in l. in fideicõmiſſariam, verſic. Sed hic ideò ibi, ff. ad Trebellian. dum diluit cõtrarium de d. l. quod de bonis, §. quod auus, Bart. in d. l. liberorum, ante nume. 7. verſic. Vbicunque autem, de verb. ſignif. ad illud namque ſuum propoſitum dictam l. iubemus, allegat, itcrum Bart. in præalleg. §. quod auus, num. 1. & in fi. verſic. Sed ſi eſt nepos, aſſerens eſſe commune dictum, Raph. Fulgoſ. conſ. 41. Caſus talis proponitur, Franciſcus de Treuis, colum. fin. num. 6. verſ. Ad quartum quo quæritur, Alexand. conſil. 165. Circa præſentem conſultationem, in fin. ſub num. 9. verſic. Et licet habeamus, lib. 5. ſed clarius conſil. 36. Ponderatis narratis in themate, colum. 2. nume. 4. verſic. Computari tamen, lib. 7. Iaſ. conſ. 108. Circa primum dubium, ſub numero 2. colum. penult. circa med. verſic. Aut iſtæ filiæ impuberes, lib. 4. Socin. ſen. conſilio 222. Viſis inſtrumentis conceſſionum, colum. 2. in princip. verſic. Ad idem adducitur, lib. 2. conſil. 82. In cauſa vertente inter Fraternitatem Sanctæ Mariæ, numero 35. verſicu. Sed hunc articulum non proſequor, lib. 4. Franciſc. Rip. in d. l. in fideicommiſſariam, nume. 25. d. tit. ad Trebellian. Paul. de Monte Pico, in d. rep. l. in quartam, nu. 98. circa fi. rep. col. ante p. verſ. Et ſi dicatur quare hoc, ff. ad leg. Falc. Hier. Grat. cõſ. 132. In cauſa Magiſtri Dominici, col. pen. num. 13. verſ. Non omitto etiam, lib. 2. Tho. Grãmatic. deciſ. 1. Orta lite, nume. 5. verſic. Tertiò adducuntur ea, Laurent. de Pinu conſilio 22. Opizo de Raſponibus, nume. 5. verſic. Et ideo erit cogitandum, vbi communem opinionem eſſe teſtatur, Hieronym. Gabriel. d. conſilio 122. numero octauo, verſic. Et hanc opin. puto communem, lib. 1. vbi de communi explicitè meminit, & alios Doctores illam tenentes ante nume. 10. verſicu. Et idem vult, ſcilicet Imolam, & Caſtrenſem, in d. §. nepotes autem, citat, vltra gloſſam de qua infra, Roland. de Vall. conſilio 30. Omiſſo longo apparatu, columna prima, & ſecunda, ac numero primo, & ſecundo, vbi receptiorem eſſe affirmat, lib. 1. Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 256. num. 32. verſic. Nam hoc fallit, fol. 237. Io. Anton. Rub. Alexandrin. conſil. 41. Circa dubium mihi propoſitum, columna penultima, verſicu. Præmiſſis tamen non obſtantibus, eſtque ipſius Rubei ſubſcriptio in cauſa Frãciſci Palauicini ad Caroli Ruini cõſilium immediatè præcedens, vbi vult dictam l. iubemus, ex magis vera, & communi opin. habere locum tantum in caſibus, & perſonis ibidem enumeratis, poſt Iacobum de Rauani, & alios quos affert, & ſic in non expreſſis caſibus, & perſonis ipſam eandem legem non extendi etiam ex maioritate rationis, vt per eum, Hippol. Riminal. conſ. 595. Quod prima conſideratione, nume. 69. verſicu. Solus Baldus, & numero 80. verſicu. Nec obſtat doctrina Baldi, d. lib. 5. & vltra dictas gloſſas addo aliam in d. l. ſed ſi in cõditione, in gloſſ. magna in fi. quæ notabiliter loquitur, & quã Hieronymus Gabriclius d. conſ. 122. nu. 10. etiam inducebat, vt ibi.

Hoc negocium inde ad ſummum pendere videtur an inter filios primi gradus, nepotes primi gradus ipſorũ patre ſubducto ratio aliqua differentiæ poſſit in propoſito conſiderari, & circa iſtud quemadmodum ex iam dictis liquet inſiſtendum arbitror, & licet Bald. in d. l. iubemus, ſcripſerit non poſſe rationem differentiæ inter filios, & vlteriores reddi, niſi ſit, quia legiſlatori ſic viſum fuerit, vt hoc caſu filius non concipiat nepotem, quia eſt priuilegium taxatum, ſiue limitatum, attamen mihi durum videtur aſſerere iſtam differentiam ra-
17 tione carere, Vnde Paulus de Monte Pico † in præalleg. l. in quartam, nume. 98. illam eſſe rationem dicebat, cum liberi primi gradus proximiores ipſi aſcẽdenti ſint, non mirũ ſi eis lex magis fauet. Hinc videmus, quod ſtantibus liberis primi gradus non admittuntur nepotes, nec alij vlterioris gradus, vt in auth. de hæredibus ab inteſt. venien. in princ. §. ita demum, de hæredit. quæ ab inteſt. Proinde ſi auus filium, & nepotes inſtituerit, ex prærordinata charitate, & affectione primò vocare filium intelligitur deinde nepotẽ, vt not. in d. l. Gallus, §. quidam rectè, in hocque primogenituram conſiderari poſſe reſpectu liberorum vlterioris gradus ſubdit. Et quamuis hæc ratio ex iam dictis fundamentis contrariæ opinionis dubia reddatur, loquimur enim vbi filius non adeſt, & ſuperſunt primi gradus nepotes filio ſubducto,

patrem

patrem ipſorum repreſentantes, quam dubietatem ponderat contra iſtam rationem etiam Riminald.iun.d.conſ.595.in fi.num.83.vol.5. attamen cum antedictis rationibus non infeliciter fuerit reſponſum, non aliundè rationem differentiæ deducemus.

Vt igitur ſuper hac difficultate meum calcu-
18 lum addam, exiſtimo † non fore ab hac poſteriori opinione recedendum, tanquam veriori, & re vera magis communiter recepta, ad veritatemque huiuſmodi opinionis ponderãdum arbitror textum in ſæpius citata l. iubemus, §. illud, in fi. ibi, Non vlterius oportere produci; productio nãque gradus reſpicit, filius itaque cum in primo, nepos verò in ſecũdo gradu exiſtat, non poteſt illa diſpoſitio extendi, maximè ex verbo, oportet, quod neceſſitatem denotat, præpoſita ei dictione, non, quæ omnem potentiam excludere videtur. Accedente nam text. non ſolum perſonas conſiderat, verum etiã caſus, ſumuſq. in diſpoſitione relatiua ibi, Quã in ijs quorum ſuperius facta eſt mentio, vt non plus in referente ſit quàm in relato; Stringitur iſte text. ex verſ. Idemque in retinenda, vbi expreſſit de nepotibus quibus fieri reſtitutio iniungitur, vnde cum in alijs caſibus de nepotibus non meminerit, non poteſt caſus nepotum ſuppleri, vel extendi. Ad intelligentiamq. eiuſdem text. plurimum congruit text. in d.l. liberorum, ff. de verb. ſign. vbi habetur, quod licet lex 12. tabul. nepotes pronepotes cæterosque qui ex his deſcendunt ſuorũ appellatione comprehendat, nihilominus toties leges neceſſariũ ducunt cognationem ſingulorum nominibus vti, veluti filij nepotes pronepotes cęterorumque qui ex his deſcendunt, quoties non omnibus qui poſt eos ſunt præſtitum voluerunt, ſed ſolis his ſuccurrent quos nominatim enumerent; Imperator ergo cum ſolis filijs primi gradus ſuccurrere ibi ſtuduerit, expreſſio nepotum erat nominatim neceſſaria, vt ex eodẽ textu tollatur hoc caſu ſuitatis fundamentum, repræſentationis, vel ſubrogationis etiam.

Siquæ differentiæ rationẽ inter filios primi gradus nepotesque itidem primi gradus mortuo patre intimius perquirere voluerimus, cõſiderari poterit, Trebellianicam contra volun-
19 tatem † teſtatoris etiã nouiſſimo iure detrahi, c. Raynaldus, & ibi Abb. ext. de teſtam. Carol. Ruin. conſ. 146. In caſu de quo quæritur, num. 13. lib. 3. Marc. Ant. Peregrin. in tract. de fideicõmiſſ. art. 3. nu. 86. verſ. Ex hoc autem, fol. 34. Fabius Turret. conſ. 100. Quo ad primũ quęſitum, nu. 14. lib. 2. Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Carolus Anton. Puteus olim Archiepiſcopus Piſarum cuius virtus in ęternum viuet, conſil. vltimo Præſupponitur quòd quidam Illuſtr. vir. num. 84. verſ. Et tamen, inter Sfortiæ Oddi conſ. lib. 1. & licet Franc. Rip. in d. l. in fideicommiſſaria, nu. 15. ff. ad Trebell. dictionem contra in d. tex. debere intelligi crediderit pro dictione præter., & aduerſus communem Alexandri aliorumq. Doctorum opinionẽ ſenſerit, in deciſiuis tamen ab ipſo Alexandro, & recepta ſententia diſcedere non auderẽ, propterea cũ non ſolum Digeſtorum iure id contingat, vt huiuſmodi detractio cõtra voluntatẽ teſtatorũ fiat, l. Titia, ff. ad l. Falcid. ſed (vt dictum) iure nouiſſimo authenticorũ, nõ mirũ ſi extenſio nõ permittatur ad caſum qui impropriè ſub alio continetur, l. iuſta, ibi, Videtur, d. tit. de verb. ſign.
20 cum ſimil. Nunc autem ad rationẽ motiuã † in filio primi gradus redeundo, illam eſſe omninò crediderim, identitatis, ſcilicet perſonarum patris, & filij primi gradus, cui taliter ipſius patris debetur hęreditas quod quaſi dominus in eius vita dicatur, l. in ſuis, ff. de lib. & poſthum. quã quidem rationem ad text. in d. l. iubemus, poſt Paulum de Monte Pico, vbi ſupra, conſiderat etiam Vinc. de Franch. deciſ. 11. In cauſa, nu. 11. in 1. part. & hãc certè perſonarum identitatem vltrà filios primi gradus non ita in alijs ſtrictè leges conſiderant; Atq; eo liberius hanc in opinionem pedibus eũdem videtur, quo Gloſſ. in verb. Perſonis, in d. l. iubemus, idem apertè ſenſit, ac pronunciauit, quanta autem gloſſę ſit autoritas omnibus in confeſſo eſt, vt ita dubio procul ſit concludendum.

Sicut autem Leonardum Fabronium hanc communẽ, & firmam opinionem impugnantẽ inter alios præcitatos Doctores aſcripſi, magnaque laude dignum virum concelebraui, ita
21 etiam † optimo iure Bernardinum Nerettũ inſignem Aduocatum Florentinum in eadẽ cauſa de iure reſpõdentem, & cõem iſtam opinionem tenentem, tuncque in Alma Rota doctiſſimè informãtem aſpexi, qui præter eruditionẽ permaximam, moribus, atque vitę integritate adeo effulget, vt dux, & exemplar ſit omnibus qui gloriã aſſequi cupiunt, & conantur, poſterisq. variarum ſcientiarũ ſemina ſtudẽt relinquere: ego cum iſtos præcellentes Iuriſcõſultos ad aliquid firmandum, vel diſputandũ de reb. dubijs aduoco, animi motus comprimere nequeo quin in ipſorũ laudes erumpam, quas ſi pro dignitate afferre nõ valeam, vſq; quo poſſum progredior: Suaptè nihilominus natura
22 abominor † aliquorũ neotericorum D D. temeritatẽ qui iuris ſcientiã vix extremis labiorum diguſtarũt, dum audent graues Iuriſcõſultos pungere, & ad ſingulare certamen trahere, quaſi in aliquo inepti ſint, eorũdemq. claritatẽ obumbrare, ipſorumq. famę præconium intercidere: cõtra quos M. Seruilij viri Cõſularis in Sergiũ Galbã oratione, ac facto opus eſſe cẽſeo: cum .n. milites Sergio ipſo hoſtiliter cooperãte

Pauli

Pauli Æmilij de Perſeo Macedonię Rege triũphum interrũpere ſtuderent, ferunt Seruilium inter alia in Senatu ad Populum dixiſſe, Vſque adeo corruptos eſſe mores ac prolapſã diſciplinam, vt Sergius Galba homo nitida cute, & corpore, propter cõtinuam vmbram mol li, nec vnquam vulnus perpeſſo, de re militari, ac de fortitudine, & ignauia Imperatorum verba facere audeat, contra eos qui vulneribus innutriti ſunt; & ſimul hæc dicens pectus aperuit incredibili cicatricum multitudine repletum, ac deinde conuerſus nonnullas ex his partibus, quę non ſatis decore nudari poſſunt compreſſit, Tu inquit ob hæc rides Galba? ego autem glorior apud Populum Romanum, nam pro his noſtra diuque militando hæc vulnera ſuſcepi. Sed age voca iſtos in ſuffragium, ego autem deſcendens ſequar eos, vt cognoſcam improbos & ingratos ciues: His verbis ita decidiſſe, ac repreſſos fuiſſe illorum animos, vt ſtatim omnes tribus Æmilio triumphum decreuerint; credunt quidam quos honeſtate ſilentij obtegam, editione alicuius deplorati opuſculi libertatem quandam fuiſſe aſſecutos, ſe de ſummis ingenijs, de excelſis Iuriſconſultis iudicium referre poſſe, huncque extollere, alterum deprimere, ſed obcæcati è vaſtis rupibus ſe præcipites dant, præclaris viris illis inconcuſſis velut firmis ſcopulis conſiſtentibus, & horum veras ineptias ſiue fabulas irridẽtibus, de magnis nanq. ſcriptoribus iudicium facient qui florida eruditione, ſcientiaque incomparabili poſt multos labores perpeſſos, ſudoresque emiſſos ad inſtar Pauli Æmilij de Macedonis, de legali diſciplina non minus ij triumphum gloriosè reportant.

FINIS.

Digitized by Google

PERORATIO.

VT quis longo arrepto itinere ex diuturna peregrinatione tandem in patriam redit, accersitis propinquis necessarijsque, solet de causis absentiæ, ac de ijs quæ vidit passusque fuit diligenter interrogari; is autem, vt omnibus morem gerat, multa & varia, ac aliquando ferè incredibilia, licet vera, prolixa serie, vt res expostulat, recensere, ac velut itinerarium quoddam in medium proferre aggreditur; idem mihi in horum Commentariorum editione contigit, qui cum diu in lucem ea mittere differrem, à doctissimis Viris frequenter impulsus sum, vt editionem properarem, ipsisque dilationis longioris causas requirentibus, & notam quasi negligentiæ inurentibus, quòd nondum Doctorali insula assumpta quasi eiusdem rei opusculum, adhuc informe per multas partes pernagatum fuerit, ac circumuolitaret, post Doctoratum multo prolapso tempore Commentaria ipsa materiam non solum huius l.cum anus, continentia, sed etiam priorem illam mihi denuo dilatandam, & disputandam propositam, & ad frugem (vt dicunt) perducta antea non ediderim. Quod cum laboriosæ diuturnæque peregrinationi non ab re comparari possit, & itineris quasi imaginem referat, nunc aliquorum, quæ mihi acciderunt breuem rationem reddam, perpessaque discrimina recenseam. Ediderat Regni huius Prorex, vt Studiosi omnes eius imperio subditi, alijs relictis gymnasijs ad Neapolitanum ipsum Regnum sese reuocarent, quod cum mihi in Almo Perusino Studio per quinquennium profitenti innotuisset, illo (vt mandatis parerem) non sine animi mœrore relicto, Neapolim me contuli, vt vltimam externis studijs manum admouerem, postque septennium ad patriam me referrem; Eam vero Nobilissimam Vrbem vix attigeram, cum in publicam Academiam Inflammatorum apud S. Angelum Nidi me Clarissimi Viri cooptarunt, vbi post Leonardi Columbini Senensis Iurisconsulti vespertinas statutas prælectiones, Academicæ exercitationes frequentißime habebantur, cumque in dies horum laborum publicorum rumor excresceret, iusserunt Academici complures quibus cum per biennium publice conueni, quorum autoritas Nobilitatis splendore, virtutibus, & morum præstantia coniuncta, multum apud me valuit, vt idem Opusculum licet informe, typis imprimeretur, quod Perusiæ inter alia meorum studiorum exercitamenta ad meum solatium, & otium composueram, vt & scribendi normam paulatim adipiscerer, non vt illud in lucem ederem. Porrò ij Academiæ nomen animo dilatandi persuadebant, quibus vt resistere nequiui, sic factum hoc faces animo admouit, vt eandem materiam velut indigestam, tunc & lituris refertam accuratius pertractarem, meliorique subsequuta concoctione peruulgarem, & aliam finitimam illi ex præsenti lege latè disputatam meritò coniungerem imò præferrem. Vrsam quam parientem pauci inspexere imitatus, quæ dum imperfectum partum gignit lambendo delineat ad propriamque formam natura monente perducit, Mustelæ etiam exemplum amplexus, quæ debiles piſciculos immaturè partos in ventrem reuocat, vt perficiat, vegetioresque redditos iterum aquis enixa paterno tradat domicilio, Opusculum illud ego vti debilem, imperfectum, & abortiuum quendam partum casu editum, post-

quam

quam Iuriſconſultus euaſi ad mea ſtudia retraxi, & in eo immutando, tergendo, atque amplificando tantum immoratus fui, vt maxima tarditate priorem Academicorum celeritatem compenſarem, & tanquam alter piſciculus Muſtelæ non imbecillis, ſed propriam naturalemque vim adeptus, per altas excurrens aquas, volumen iſtud vtranque conditionem continens, per maria tranſuectum ad omnes fere Orbis partes penetraret, ſcirentque Iuriſconſulti qui illud legerent, nunc lento, nunc vehementi igne excoctum, mendis omnibus expurgatum, ſubtilioris limæ manum, augmentumque non immodicum recepiſſe. Et quemadmodum Caſtor ac feræ quædam eas corporis partes abijciunt propter quas peti ſe à venatoribus vident, ſic ego ea vltro induxi, propter quæ æmulis me expoſitum fortaſſe viderer: ſunt nanque aliqui adeo tumidi, & impudentes, vt non ſinant alienos labores inſano quodam iudicio damnare, ac velut Hyſtrices acutiſſima tela in omnes conijcere profiteantur. Pro reiectis & deletis meliora, atque ſolidiora (ni fallor) ſuffeci, quod permultos eruditißimos Iuriſconſultos præſtitiſſe, aggredique paſſim intuemur, qui paucos ſtudiorum labores, & imperfectos conatus, vt riuulos ingeniorum relaxant, tractuque temporis velut in latos, ac profundos fluuios additis aquarum maximarum copijs immutant, & adaugent, ſic Eridanus, ſic Tybur, ſic Arnus, ſic Aternus, quid rogo eſt, quod incipiat ſubitoque excellat? id igitur Inflammati Academici effecere, vt quod inter alios multos ſcriptos meos labores delitescere potuiſſet, editione illa intempeſtiua δίμας πυρὸς αἰθομένοιο, incenſus grauiter arderem, vt inceptum opus perficerem, quinimò nouo labore curaque aßidua torquerer donec Commentaria hæc compoſuiſſem, elimaſſem, & expurgaſſem. Quæ nunc in ampliſſimum nobiliſſimumque Iurisprudentiæ theatrum produco, vt pateat ea quæ ad ſtudiorum ornatum iurisque ciuilis notionem pertinent non neglexiſſe. Quo in exequendo aliud meum opus in lucem primo dare volui, quod de poſitis in conditione liberis materiam complectitur, vt præſtantium ſubtiliumque ingeniorum de eo experirer iudicium, meique periculum facerem, indeque liberius ad huius voluminis, quam in ætatis maturitate facio, editionem deuenirem; vidi quid Interpretes de eo ſcripſerint, audiui quid alij ſenſerint, geminas expectaui editiones, vt alijs meorum operum poſthabitis modo voluminibus, prælo ipſa Commentaria ſubijcerem, materiam (vt repetam) ſubintellectæ conditionis diffuſius tractantia, ſi quæ placuerint, quod Deus faxit, & Iuriſconſultis fortaſſe non iniucunda, ardentius ad alia me tradam volumina prodenda, vt quam citius lenta tamen feſtinatione proſpiciantur, ſin autem ſtomachum fecerint eruditis, auctorisque caſum velut Icari, & Phaetontis irriſerint, modeſtam (vt dicam) audaciam, & ſuperbos animi motus non eludent.

Digitized by Google

AD GLORIOSISS. MARIAM
SEMPER VIRGINEM,
Sacratiſs. omnipotentis Dei Genitricem.

MAGNVM quid eſſe veteres putarunt, in eam credulitatem dilabi leges diuinitus acceptas fuiſſe, vt potiſſimum ex Demoſthenis, & Chryſippi aſſertionibus Marcianus Iuriſconſultus nobis oſtendere ſtuduit, dum acerrimus ille Orator legem eſſe dixit, cui omnes homines obtemperare conuenit, cum ob alia multa, tum vel maxime, quòd omnis lex inuentum, ac munus Deorum eſt. Itidem inſignis Philoſophus Stoicorum diſciplinæ Chryſippus legem eſſe omnium diuinarum humanarumque rerum Dominam, & Reginam, quæ probis, & improbis Princeps eſt Dux & Regula, iuſtorum & iniuſtorum, & eorum quæ natura ciuilia ſunt animantium. Ea de cauſa qui primi leges ſtatuerunt, eis religionem maximam tribuerunt. Apud vetuſtiſſimos Ægyptios autorem legum Minos Cyllenium fuiſſe dixerat, Minoa verò Cretenſibus, Lycurgum Lacędemonijs tradidiſſe leges, illum ab Ioue, hunc ab Apolline acceptas. Nec ſatis id fuit Lycurgo, nam profecturus Delphos ad conſulendum Apollinem, iureiurando ciues ſuos aſtrinxit, ne quid de legibus immutarent donec redijſſet, ille autem Delum profectus accepto Oraculo, quæ ſanxiſſet omnia iuſta eſſe, nec Lacedæmonem perituram dum ijs legibus pareret, carmen Oraculi miſit quidem Lacædemonijs, ipſe verò mortem ſibi conſciuit, vt deſperato eius reditu, deſperarent fieri vnquam poſſe, vt ſuæ leges abrogarentur, & deperirent. Getarum quoque legislator Zamolſis inſtituta ſua Veſtæ Deæ accepta retulit. Et Numa Pompilius in ſtabiliendis religionis cæremonijs apud Romanos Ægeriæ Nymphæ congreſſum ſimulauit. Hoc ſi mirum in modum antiquis illis legumlatoribus, atque Ethnicis qui inanes Deos colebant variaſque religiones obſeruabant placuit, adeo neceſſarium ad ea quæ inſtituerent, & ſancirent, vt non aliter leges ipſas ferri cogitarent: quanto certius nobis inſitum eſſe debet, qui Chriſtianam religionem Dei Optimi Maximi beneficio profitemur? vt comprehenſionem legum, obſeruantiam, interpretationem ſoli Deo, ac Sanctiſſimæ Genitricis adminiculis, ac fauoribus præferamus & adſcribamus. Igitur non me fugit ſapientiæ initia ex Dei timore deriuari. Timidus valde ad hæc Commentaria conſcribenda acceſſi, putans ſine Diuinis auſpicijs me boni quicquam non aſſecuturum. Quamobrem cum hæc ſcribebam ea omnia ad Deum conditorem Cæli & terræ dirigebam, & ad Sanctiſſimam Virginem ſedulo orabam (ad quam ſemper humillimus confugi) quæ in Cælis, in terris do-

ris dominatur, quę ſupra Lunam, & Stellas in Empyreo Orbe amicta Sole plus quã Sol rutilat, & præfulget, quæ eius gratia indigentibus adeſt, vt mentis meæ tenebras excuteret, lumenque ſuum impartiri vellet ad ſcribendum ea quæ ad Dei gloriam conducerent, ad hominum emolumentum eſſent profutura. Quid in me eſt Virgo Dei Genitrix, quod abs te non acceperim, tu in omnibus neceſſitatibus fuiſti mihi pia auxiliatrix, miſericors protectrix, Sol fulgentiſſimus in obſcuritatibus, dux in ambiguitatibus, ſolatium in laboribus, refugium in tribulationibus. Quid ſine tui fauore poteram interpretari, intelligere, aut in medium proferre? certè nihil, cum ſine te ſim nihil, ſine te pericliter, ſine te intellectus meus cæcutiat, memoria langueat, voluntas depereat. O Glorioſiſſima mundi Domina; ò precioſiſſima Regina cælorum, ò perpetua Virgo virginum, ò vera conſolatrix afflictorum, ò decus excelſum Angelorum, ò lumen fulgentiſſimum Apoſtolorum, ò fortitudo firmiſſima Martyrum, ò deterſum ſpecimen Patriarcharum, ò Imperatrix potentiſſima Sanctorum omnium, dignare pro immenſa tui miſericordia hiſce Commentarijs tuum auxilium impartiri, vt in lucem te propitiante prodeant, te annuente legantur, te protegente incolumes à peruerſorum, ac inuidorum calumnijs reddantur, te inſpirante prudentum iuſtum applauſum, atque iudicium recipiant. Tu enim cuncta cordi, ac menti meæ infudiſti, tu animum incendiſti, vt hæc in Dei omnipotentis dulciſſimi filij tui honorem, tuamque laudem meditarer & componerem. Proinde ego Ioſephus ingentibus tuis benignitatibus onuſtus, recurro ad te SACRATISSIMAM MARIAM VIRGINEM venuſtiſſimum virtutum omnium, ac gratiarum florem, cuius inuocatione cor meum præ reuerentia, & amore ſicut cera liqueſcit, innumerasque tuæ Maieſtati refero gratias; quòd dignata fueris pro tua clementia ac ſanctitate, tantum tui luminis mihi concedere, atque benigniſſime elargiri, quòd Opus hoc antequam deficerem in tuum honorem, tuamque gloriam abſoluerim. Aliam genuflexus, ac ſupplex à tua pietate exopto gratiam præcipuam atque maximam, vt in hora mortis meæ recorderis clementiſſima Regina, ac Domina Ioſephi de Ruſticis deditiſſimi humiliſſimique ſerui tui, efficaciſſimisque tuis meritis, tuis ingentibus fauoribus, & auxilijs, animam meam ad Cęleſtem gloriam conducere velis, illamque ab ore Leonis eripere, atque ad Ieſum Chriſtum tuum filium humani generis eius precioſiſſimo ſanguine in excelſo ſacratiſſimoque Ligno Crucis redemptorem in Cęlis offerre, ibique tui ſereniſſimi, ac lucidiſſimi vultus viſione, & indiuiduæ ſanctiſſimæque Trinitatis fruitione me in ſæcula ſæculorum compotem reddere.

LAVS DEO.

VENETIIS, M DC XIII.
Apud Bartholomæum Rodellam, Damiani Zenarij hæredem,
ſub candentis Salamandræ ſigno.

Digitized by Googl

PAPINIANVS

Iosephi de Rusticis Patricij ac I. C. Aquilani

LIBELLVS

IN AEMILII PAVLI PAPINIANI IVRISCONSVLTI VITAM.

Ad Illustris. atque Excellentis. Dominum

DON FRANCISCVM DE CASTRO,

Comitem Castri, Ducem Larenzani,

ORDINIS SANCTI IACOBI DE SPATA,

COMMENDATARIVM ORNACCHII,

Pro Inuictissimo, Potentissimoque DON PHILIPPO IIII. AVSTRIACO,
Hispaniarum Rege Catholico, apud Summum Pont. Legatum.



VENETIIS Apud Hæredem Damiani Zenarij M DC XIII.

Permissu Superiorum, & Priuilegijs.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO,
AC EXCELLENTISSIMO
DOMINO
DON FRANCISCO DE CASTRO
Comiti Caſtri, Duci Larenzani,
ORDINIS SANCTI IACOBI DE SPATA,
COMMENDATARIO ORNACCHII,

Pro Glorioſiſsimo Auguſtiſsimoq. DON PHILIPPO III. AVSTRIACO
Hiſpaniarum Rege Catholico, apud Pont. Opt. Max.
Legato Ampliſsimo.

Ioſephus de Ruſticis Iuriſconſultus Aquilanus P.

INTER alia illuſtria memoratuque digna quæ Græcorum annalibus continentur, illud permagnum adeſſe comperi, Athenis Sapientes Viros diſceptaſſe plurimum, quid hominibus difficilius contingeret, dum vitalem hanc auram carperent, in eamque opinionem tandem deueniſſe, ingentem laborem in conciliandis animis, aliosque homines ad ſui votum trahendos, alliciendosque verſari, idque non alio nos aſſequi, quàm eloquentia, & dicendi (quam appellant) arte, eamque ſi attingere cælorum benignitate, exercitatione, variarum ſcientiarum, ac rerum cognitione liceat, neſcio quid quaſi diuinum, & excelſum ad omnia obtinendum aſſecutos fuiſſe, dubio procul ſit autumandum. Non mirum ſi apud Græcos ipſos primum, deinde apud Romanos ſtudium hoc adeo inoleuit, & increbruit, vt nulli rei homines ardentius, & vehementius incumberent, quàm eloquentiæ, ad perſuadendum, ſuperandum, alliciendum, ad ſenſus animorum, atque motus, vel inflammandos, vel etiam extinguendos, Vt enim hominis decus omnium confeſſione eſt ingenium, ſic ingenij ipſius lumen eſt eloquentia. Quamuis autem multi huic arti ſe dediderint, perpauci nihilominus Oratores antiquitus, ſucceſſiuis verò temporibus longè pauciores fuiſſe viſos, qui tanta copia verborum, dicendi vi, exemplis, eruditioneque fulgerent, vt Claros inter Oratores aſcribi poſſent, nemo enim in Oratorum numero eſt habendus, qui non ſit omnibus ijs artibus quæ ſunt libero ho-

Digitized by Google

mine dignæ perpolitus. Hanc ſanè felicitatem Princeps Magnanime quaſi diuinitatis quodam afflatu innataque virtute te numeris omnibus conſecutum fuiſſe quis ignorat? ad tuam nanque Nobilitatem veruſtæque Proſapiæ Celſitudinem variarum ſcientiarum ornamentum addidiſti, & inter alias eloquentiam, cuius vim affabrè adeo attigiſti, vt ſummi Oratoris nomen, gradumque promerueris, imo clariſſimos Oratores hac arte non tantum adæquaueris, ſed longo interuallo admirabiliter ſuperaueris, vt dum te Proceres orantem, ac declamantem audiunt, alterum Demoſthenem, aut Periclem, alterum Q. Hortenſium, aut L. Craſſum, quinimo Tullium ipſum Ciceronem, iſtisque omnibus eminentiorem audire credant. Quid aliud Illuſtriſſime, atque Excellentiſſime Princeps, diſperſos homines vnum in locum potuit congregare, aut à fera agreſtique vita ad hunc hominum ciuilem cultum deducere, aut iam conſtitutis ciuitatibus, leges, iudicia, iura deſcribere? Quid Sabinorum connubia coniungere, aut finitimorum vim Vrbe à Romulo condita reprimere? Quid denique exercitus ad acriter cum hoſte pugnandum ardentius inflammare, militesque ad ingentia Flumina tranſuehendum, altiſſimos montes, & horridos aſcendendum, ac pertranſeundum, frigora, niues, imbres, immenſosque calores patienter, atque animoſe tolerandum famem, & ſitim etiam, quam exercituum Ducum eloquentia, quam illorum Romanorum Conſulum incitatio? Hoc tu bene noſti, cum non minus armorum peritia valeas, ac belli exercitatione, diſciplinaque præfulgeas, quàm aliarum diſciplinarum dignitate, Anteceſſoresque tui idem apprime nouerunt, cum tot diſcrimina ad obtinendos honorificos triumphos, pertulerint, ex quibus immortalitatis famam ſibi conquiſierunt. Extollitur quidem Generis Nobilitas, placent diuitiæ, laudantur Dominia, ſed ſi Marti coniunctam Mineruam intueamur, in viro inquam Nobili militiam, atque ſapientiam, nihil pulchrius, nihil dignius intueri fas eſt, tuncque videtur veluti lucentem Gemmam fuluo auro colligare. Hinc factum eſt, quod GLORIOSISSIMVS ATQVE CATHOLICVS DON PHILIPPVS III. POTENTISSIMVS REX noſter, ex tota Hiſpania, quæ vt aliarum Nobilium rerum omnium opulentiſſima ſic virorum fortium, ingeniorumque ſublimium generoſa procreatrix te vnum clariſſimum, ac verum alumnum ad PAVLVM V. Pontificem Maximum Legatum Ampliſſimum delegit, ac miſit, quòd Romæ maneres cum Pontifice ipſo, Cardinalibus alijsque Magnatibus grauia imo ardua vice OPTIMI REGIS gereres, conferres, reſolueres, prouideres, quæ non ſolum Italiæ, ſed totius Orbis tranquillitatem, ac potiſſimum Fidei defenſionem, ſplendorem, incolumitatemque reſpicerent. Quo in munere te Principem tanta affabilitate, prudentia, manſuetudine, ac erga REGEM fide, in omneſque beneficentia oſtendiſti, vt omnes gentes ſummis te laudibus efferant, tuaſque excelſas virtutes atque egregia præclaraque facinora admirentur, cum verè ſis virtutum omnium exemplar, teque veluti quandam Græcorum normam imitentur, & vbique locorum viuis ac indefeſſis vocibus te ſublimiſſimi animi Principem prædicent. Quantum autem in negotio illo proximis hiſce temporibus quum non ab re verebatur, quod vniuerſa Italia diſſentionibus ac belli facibus arderet, ignisque trans Alpes irreperet, fortiter magnanimiter ac inceſſanter iuſſu AVGVSTISSIMI REGIS AVSTRIACI egeris, felix exitus apertiſſimè teſtatur, cum Venetijs non receſſeris, donec inter Summum Pontificem PAVLVM V. Venetiarumque Rempublicam tranquilla omnia pacataque reliqueris. percurrit rumor tantorum ornamentorum non ſolum ad omnes Italiæ oras, ad Felices Hiſpanias, ac alias vltra montes regiones, ſed ad Indos vſque, imo ſuper Garamantas.

Vellem

Vellem ornatiſſimis, & grauiſſimis verbis tuum immortalitate dignum ingenium, ſummam authoritatem, Nobilitatem permaximam, omnia vitæ conſilia, Anteceſſorum tuorum florentiſſimam gloriam, pro dignitate proſequi, ſed dum hæc mente reuoluo, in immenſum trahor, videoque vires deficere, voces faucibus hærere, amplitudineque rei pectus adeo comprimi vt vix fari poſſim, vndè non vagabitur Princeps optime oratio mea longius. Quid enim pluribus opus eſt, ſi tua Triumphalia duris inciſa marmoribus ad memoriæ æternitatem fuerunt, dum hoc in Regno Neapolis pro PHILIPPO II. REGE vices ſupremas obtinuiſti, teque Ἔξοχον ἥρωϊ illud optimè gubernantem inſpeximus? vbi nunc Illuſtriſſimi ac Excellentiſſimi Domini Don Fernandi de Caſtro Fratris tui eadem ſublimi authoritate, & non abſimili in regendo gubernandoque iuſtitia atque clementia feliciſſimè potimur. His ego Heroicis factis allectus, & incenſus, dum REGI MAXIMO offerre aliquid valdè cupiebam, vt illi meam ſingularem deuotionem humiliter Domus inclytæ de Caſtro fauoribus ac protectione inſinuarem, Don Petrum Fernandumque tuum ſcriptis orarem, vt REGI ipſi mea quædam Commentaria excudenda ad Papiniani illud Reſponſum lib. IX. offerre dignaretur, illico in animum venit, vt & tibi Principi Nobiliſſimo meorum laborum quidpiam, licet modicum, pro tua Amplitudine, ſed vna me ipſum conſecrarem. Proinde libellum qui Papinianus inſcribitur, vitam acutiſſimi huius Iuriſconſulti continentem tuo Nomini illuſtriſſimo dedico, qui cum veruſtatem quandam redoleat, in eoque multa conſpiciantur quæ paſſim nequeunt inueniri, neque communia, & è medio ſublata videantur, fortaſsè tibi Principi doctiſſimo (qui primis ſcientijs ac ſublimarum rerum cognitione delectaris) iniucunda non erunt. Quod ſi Cęlorum beneficio, tuaq. ineffabili benignitate contigerit, nihil gratius, nihil optabilius toto vitæ tempore euenire mihi poterit. Fateor rei exiguitatem, voluiſſem longè maiora atque excelſiora conferre, ſublimiſſimis enimuero dignus conſpiceris: ſed ſi animi vim atque magnitudinem intueri dignaberis, munus hoc non exiguum aut leue arbitraberis, cum ſoleas humilia ſereno vultu excipere, dum tamen, vt ita dixerim κοδαλιμὰν χεῖρ tibi offerantur at inſcribantur. Vale ſæculi huius clariſſimum ornamentum, & Hiſpaniarum ſidus fulgentiſſimum.

AQVILAE SAMNITVM.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO
DOMINO
FVLVIO CONSTANTIO,
EQVITI PRIMARIO,
PATRICIOQVE CIVITATIS NEAPOLIS,
MARCHIONI CORLETI,
AMPLISSIMI REGII PRAETORII
Præfecto meritiſs. Iuriſconſultoq. eminentiſs.

Ioſephus de Ruſticis Iuriſconſultus Aquilanus Salutem.

PLVRA me de Aemilio Papiniano acutiſſimi ingenij Juriſconſulto ad ſcribendum impulerunt, mentio argenteæ vrnæ eius cum cineribus inſcriptioneque propè Tibur reperta à Bartolemæo Socino Senenſi facta, vt ipſum immortalibus dignum laudibus Doctorem pro viribus quaſi tuerer, germanamque nihilominus inſcriptionem à nonnullis concelebratam, & ex antiquo lapide erutam afferrem, ac non minus vt pro malo (liceat ſic dicere) Socino, ipſi ſubtiliſſimo legum Interpreti, bonum aliqua ex parte rependerem. Cum enim eius præclara volumina præ manibus admirabili doctrina delectatus frequenter habuerim, & cum eius quaſi Diuinum ingenium contemplatus eas ſubtilitates penetrare ſtuduerim, tantum laboris, temporis ac cogitationis impendi, vt viribus non mediocriter debilitatus, agnouerim nociſſe ac profeciſſe ſimul illius peracutas nobileſque commentationes indagaſſe, diſceptationibus quandoque impugnaſſe, ſæpeque excepiſſe, ac fortaſſe proprij ſenſibus roboraſſe. Quoniam verò multos reperi qui Papiniani curſim imò raptim meminerunt, nullum autem qui exactè (pareat mihi Rutilius) eius vitam ſcripſerit, in mentem venit illam vberiori ſtylo deſcriptam poſteris demandare, vt ijdem de Papiniano ampliora illuſtrioraque dicendi occaſionem relinquerem. Denique cum ad ſubſtitutiones, & fideicommiſſa plus ſatis animum ac ſtudium conuerterim, vt videar res alias aliquando deguſtaſſe, ſciuiſſeque manum de illa tabula tollere, vitio nanque Pyreico Serapionique arte paucis poſtferendis datum fuit, quòd certas res tantum pingerent, alias nequaquam, imò Serapionem omnia adamuſſim pinxiſſe, hominem tamen pingere nunquam potuiſſe. exceſſi coniecturarum fines, dum vt Homerus Παντων μιξω κορυς δη, & ὑπνῳ & φιλοτητος, atque alias materias non paucis vigilijs à me digeſtas literis exarani, eas etiam quæ elegantiori cognitione dignæ exiſtunt, vt puta Aemilij Papiniani vitam ſiue hiſtoriam, in qua non-

nulla

nulla ex vetuſtatis penetralibus deprompta inuenire fas eſt. Cum verò Nobiliſſimi ingenij Principem Don Franciſcum de Caſtro Illuſtriſſimum atque Excellentiſſimum ad Pontificem Maximum pro Catholico noſtro Rege Legatum, cuius Celſitudinem tu Fului Conſtanti Illuſtriſſime valde admiraris & ſuſpicis, non minus hiſce ſtudijs quam aliarum ſcientiarum altiſſimis inueſtigationibus delectari nouerim, omnesque alliciat ad ſe colendum, & obſeruandum, libellum ipſum tantæ Amplitudini inſcribere pereximium autumaui. Caterum quia vt Socrates apud Græcos oraculo Apollinis Pythij prælatus cunctis, ſic tu Nobiliſſime Fului vinæ vocis Don Philippi II. Regis Auſtriaci oraculo, quod longè magis eſt, poſt Conſiliarij celeberrimum munus apud Sacrum Conſilium Sanctæ Claræ ampliſſimum ſanè Regis Conciſtorium glorioſe præſtitum, poſtque alia præclara à te geſta, in eius ſupremo Prætorio Præfectum, ſiue Regentem ad Regiam Cancellariam electus ac prælatus, cunctis gentibus conſpicuus exiſtis, & admirabilis & ἥτέσὲ φασι θαυμαστὸς ἔμμεναι ἄλλων, hoc enim gignit excelſa virtus in te prægrandis, vetuſtiſſima Nobilitas in te perinſignis, ac ſumma integritas qua plurimum emicas; te etiam ego delegi vt tanquam alter Vlpianus aut Scæuola quos eminentiſſimè ſcientia ingenioque non ſolum imitaris, ſed antecellis, Opus iſtud de Papiniano meum qua ſoles benignitate, & humanitate Principi ipſi Don Franciſco quem cum Illuſtriſſimo ac Excellentiſſimo D. Don Petro Fernando de Caſtro nunc Neapolis optimo Prorege eius Fratre patronum mihi ſtatui, offerre digneris, vt hinc ille meam perpetuam obſeruantiam concipiat, tu verò officij ac deuotionis meæ vim maximam, pro compertoque habeas, hoc abs te primariæ Neapolitanæ Nobilitatis Equite incomparabili, Iuriſconſultoque præſtantiſſimo atque ſapientiſſimo ad ſingularem gratiam me relaturum. Vale AQVILAE *Samnitum.*

Digitized by Google

IN ACVTISSIMVM IVRISCONSVLTVM D. IOSEPHVM DE RVSTICIS,

Optimè de Papiniano meritum.

MERCVRII FONTIS I.V. DOCT. Abbatis S. Siluestri.

RVSTICVS *argento clausos quos repperit vndis*
Proiecit cineres PAPINIANE *tuos.*
Rusticus argentum retinet, seruanda repellit
Quo tua de memori pectore facta cadant.
RVSTICVS *exoritur titulis insignis auitis,*
Viuida in hoc VIRTVS NOBILITAS *micat.*
Hic apices, aciemque tuam referabit, is Orbi
Primus inoffenso calle legendus erit.
Sed quamuis sit nomen idem sortitus vterque
Non facit hoc illos nomine reque pares.

ELEGIA IN LAVDEM AVCTORIS. PAPINIANI CINERES.

HIERONYMI RIVERII AQVILANI, è Societate IESV.

SVPREMOS *cineres, & marmorea cassa sepulchri*
Rusticus in medio rure reperta fodit.
Ignarus tituli, lapidis contentus honore
Praterit elogium Papiniane tuum.
Credit auarus opes immensum condere saxum:
Arida sed gelidus protulit ossa silex.
Felix sorte tua es, si verum congeris aurum:
Prome hinc Samnitũ Regia quicquid habet.
Nunquam tale decus meruerunt claudere saxa:
Nunquam tale dedit diuite terra sinu.
Quo ruis ab demens? ah quis furor impius? ah sic
Effundis cineres, quos tegit vrna breues?
Quid Pharius lapis ad cinerem, quem profluis? auro
Dignior, ideo dignior est lapide.
Ergo iuris honos inhumate iacebis arena?
Et tua inoffensus proteret ossa pedes?
Ergo vacans titulis, & digno cassus honore
Puluis eris? puluis nude legeris humo?
Heu male suada fames auri furata sepulchrum.
O saltem patria hæc ossa recondat humus.
Aut tegat ignota cumulus vallatus arena:
Aut vmbra crebris arbor amica comis.
O populi permixta tuas monumenta reseruent
Reliquias: media non iuuat esse via.
Heu vereare decus legum, o nunc marmora reddis
RVSTICVS, *& priscum cum lapide elogium.*
RVSTICVS *insignis proauis ab origine longa*
RVSTICVS *hic tantum nomina vuris habet.*
Iura legit, non ossa legit, monumenta laboris
Eruit ex humili semisepulta solo.
Prospecta meliore locat; lucem addit, vt omni
Qui legit in salebris non cadat ille tuis.
Circum honor exculta lingua nitidissimus ornat,
Et mentem claudunt aurea sensa tuam.
Quid quereris sortem ad tumulos elate superbos?
Proque vno elogio tot meritus titulos?
Cur nunc inuideas ditissime Mausolæa?
RVSTICVS *ossa, tuum & nomen ad astra tulit.*
Heu tibi regali placeas Auguste sepulchro:
Tempus edax auido, marmora dente vorat.
Atque vbi visuntur Regum monumenta superbum
Sine lapis Cyri, sine Africane tuus.
Corruit ab male fulta silex, & fraudat honore
Depositum, sic cum marmore fama perit.
Charta quidem nunquam morituros seruat honores:
Non vrna, chartis nomina crede magis.

SAPIENTISSIMO, ac excellentiss. LL. Interpreti, D. IOSEPHO DE RVSTICIS AQVILANO.

Didacus Castellioneus Iurisconsl.

TANTVS *es & talis dicendo iure,* PHILIPPVM
Ter magnum vt scriptis promereare tuis.

Digitized by Googl

AD LECTOREM.

ETSI varia hominum cernantur ſtudia ſaluberrima ad optimarum artium inſtitutionem proprio quodam iure conſtituta, Hiſtoriam tamen præteritarum rerum omnibus præſtare exploratum eſt, quæ licet priſcis nil aliud eſſet niſi annalium confectio, cuius rei memoriæque publicæ retinendæ cauſa ab initio rerum Romanarum vſque ad P. Mutium Pontificem Max. res omnes ſingulorum annorum mandabat literis Pontifex Maximus, efferebatque in album, tabulamque domi proponebat, poteſtas vt eſſet Populo cognoſcendi, qui etiam nunc annales Maximi nominantur. Quod genus ſcribendi apud Græcos Pherecides, Hellonicus, Accuſilas receperunt, ampliorem nihilominus campum in Græcia ipſa labentibus annis ſtudium iſtud obtinuit, Herodotus nanque, Tucidides, & Syracuſius Philliſtus ornatiori politiorique methodo hiſtorias conſcribere cæperunt, necnon Theopompus & Ephotus, vt Cicero in Oratore meminit: apud noſtrates autem longè plures qui hac arte claruerunt, nempè C. Criſpus Salluſtius Amiterninus extra controuerſiam Romana primus in hiſtoria, Titus Liuius, nec C. Iulium Cæſarem præterierim, qui admodum illuſtres Commentarios Senatui Populoque Romano dicauit, in quibus de omnibus literis non ſecus, ac de ciuitatibus, prouincijs, Regnis, gentibusque fortiſſimis a ſe ſubactis glorioſiſſimè duplicem triumphum ducere viſus eſt. Nec mirum eſſe debet tot viros præſtantes ingenio Hiſtoriæ operam nauaſſe, illa nanque teſtis eſt temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis, cumque non alia voce niſi oratoris immortalitate digna ſit commendari, quo eloquentiam ad hiſtoriæ laudes explicandas conquiram, quo rerum copiam, ſententiarum varietatem, rhetoris grauitatem aſſequar, ad ipſius dignitatem ſi non augendam ſaltem iuſtè explicandam feliciterque exornandam? rectius itaque & congruentius erit, munus hoc hiſtoricis ipſis imò rhetoribus relinquere, qui ex clariſſimis ipſorummet rhetorum officinis omne artificium dicendi, rerum frequentiam, verborum ac ſententiarum numerum depromant, quandoquidem nihil eſſe poteſt hiſtoria præſtantius, nihil quod hominum aut auribus aut mentibus iucundius percipi poſſit, ac admirabilius nihil quam res ſplendore illuſtrata hiſtoriæ. Quia autem ſtudium hoc aut ſeriem temporum, aut locorum, aut hominum, aut actionum, & rerum geſtarum formas ſimilitudinesque complectitur, nullum cenſeo ex his fortaſſe vtilius, aut præclarius monumentum quam quod in illuſtrium virorum vitis, & geſtis conſcribendis verſatur: quo in genere Plutarchum Mineruæ miraculum, & totius Græciæ illæſum honorem Athenis præfulſiſſe conſtat, Romæ verò P. Cornelium Tacitum, C. Suetonium Tranquillum, Aelium Spartianum, pluresque alios excelluiſſe, qui maxima exemplaria virtutum, res mirificas, geſta inſignia, ac trophea victricia accuratè orbi depinxerunt; nec vitia prorſus deteſtando reticuerunt, aut obumbrarunt, vt ex his omnibus poßemus immoderatos appetitus effrenatosque animi motus velut ex nobili quadam Philoſophia coercere, animumque ipſum ad virtutem, ad gloriam, ad æternitatem impellere. Cumque Milciadis Tropheum mihi in mentem venit quod Thæſeum incendebat, hiſtoriæ quoddam ſimulachrum contemplor, quæ nos præclarorum

virorum

virorum geſtis antepoſitis ad ſublimia excitat atque erigit, vt & illos antiquos Heroas glorioſè imitemur, non minus tacito quodam ſenſu, & tanquam mutis vocibus efflagitat: exiſtimo etiam haſce præſtantium virorum vitas antidotum efficax ad nos præſeruandum ne vitiorum oblectamentis quaſi venenoſorum aſpidum morſibus cruciemur, & intereamus. Rerum nanque imperiti qui vniuſcuiusque rei de rebus ante geſtis exempla petere non poſſunt, per imprudentiam, vt ad Herennium Cicero, facile deducuntur in fraudem, at qui ſciunt quid alijs acciderit, facilè ex aliorum euentibus ſuis rationibus poßunt prouidere. Porrò idem ſtudium adeò antiquitati placuit, quòd Pomponius iuris originem pandens, de antiquis Iuriſconſultis plurima, & quidem præclara attulerit, Bernardinoque Rutilio viro inſigni non leuem occaſionem dederit eorundem Iuriſconſultorum vitas exactius eleganti volumine perſtringendi, in quo cum Aemilij Pauli Papiniani vitam quam breuiſſime conciſeque deſcriptam vidiſſem, non ab re propoſui de eo aliqua longiori oratione proferre, vt pauca forſitan deeßent, quæ pro hiſtoria eius originis, eruditionis, & iuris ciuilis eminentis peritiæ concelebrari poſſent, laudibus eße credens alienam potius hiſtoriam lectori inſinuare, quam (vt aliqui faciunt) propriam decantare: quod alacrius ſuſcepi poſtquam Bartolomæus Socinus Iuriſconſultus Senenſis ſubtilitate ingenijque perſpicacia nulli ſecundus, in eius acutiſſimis Commentarijs ad Papinianum lib. IX. Reſponſorum, vt de eo agerem eiuſque eminentiam in veritatis lucem proferrem anſam præbuit, quod mihi apprime arriſit, in quo aſſequendo illam primam hiſtoriæ texendæ legem aſſumpſi, ne quid verè non auderem, ne qua ſuſpicio gratiæ in ſcribendo adeſſet, ne qua ſimultatis, hæc certe fundamenta nota ſunt omnibus, ipſius autem exædificatio cum in rebus, & verbis poſita ſit, rerumque ratio ordinem temporum deſideret, regionum deſcriptionem velit etiam, quoniam tamen in rebus magnis memoriaq. dignis conſilia primum, deinde acta, poſtea euentus expectantur, & de conſilijs ſignificaui quid ego probarem, & in rebus geſtis declaraui non ſolum quid actum aut geſtum fuerit, ſed etiam quomodo, & cum de euentu diceretur, cauſas explicaui omnes vel caſus, vel ſapientiæ, vel temeritatis, hominumque ipſorum non ſolum res geſtas, ſed etiam qui fama ac nomine excelluerunt, de cuiuſque vita atque natura: verborum autem rationem genusque orationis fuſum atque tractum, & cum lenitate quadam æquabili profluens ſine iudiciali aſperitate, & ſine ſententiarum forenſium aculeis ipſa in Papiniani hiſtoria, an fuerim adeptus affirmare non audeo, nec eſt meum dicere, propterea quòd minimè ſibiquisque notus eſt, & difficillimè de ſe quisque ſentit. Sed hoc totum candido Lectori iudicandum relinquo, nec vagabitur oratio mea longius.

Digitized by Google

PAPINIANVS
IOSEPHO DE RVSTICIS
AQVILANO IVRISCONS.
AVCTORE.

SVMMARIVM.

1 *Aemilium, Paulum Papinianum dignitate Prafectoria claruisse.*
2 *Prafectorum pratorio originem afferri.*
3 *Titum Vespesianum Prafecturam pratorio eius susceptione magis atque magis illustrasse.*
4 *Prafectum pratorio à coherte qua pratoria dicebatur fuisse appellatum.*
5 *Pratorem omnem magistratum cui pareret exercitus dictum, einsque autoritatem ex Cassiodoro, sub nu.11. latius explicari.*
6 *Amittere Pratorium adhuc subsistere.*
7 *Appellare à sententia Prafecti pratorio non licere.*
8 *Minores à sententijs Prafecti pratorio non ab alio Magistratu quam ab ipsimet Prafectis restitui.*
9 *Prafectos pratorio illustres esse, quicquid Alciatus crediderit illos Clarissimos vocari.*
10 *Regentes Regiam Cancellariam Prafectos pratorio censeri.*
11 *Gulielmum Budeum omnium ferè antiquitatum eruditissimum esse.*
12 *Regentem Cancellariam Regiam, vel alium Regis Consiliarium interficiens, pœnam lesæ maiestatis incurrere. In hoc autem Andreã de Isernia, & Afflictum distinxisse num.14. At in Regno edictum Regina Ioanna I. seruandum fore, numero 15. Salicetum etiam atque Guidonem Papæ de hac re fortasse perperam fuisse loquutos, num.16.*
13 *Andream de Isernia Regium Consiliarium ante portam Petruciam Neapoli interemptum fuisse, eiusque mortem pro crimine lesæ maiestatis fuisse habitam.*

PROOEMIVM.

NE hic libellus sua præfatione carere videretur, cum Aemilius Paulus
1 Præfecti prætorio † dignitate claruerit, vt in procem. ff. §. ne autem, ibi, & maneat viri subtilissimi Præfectorij Papiniani, per hoc in æternum memoria, & apud Triphonin. in l. rescriptum, in princ. ff. de distract. pign. Rescriptum est ab Imperatore libellos agẽte Papiniano, atque alibi frequenter, de Præfectis prætorio pauca enarrare non erit incongruum; vtque ab ipsorum origine initium summam, ad vicem Magistri equitum Præfe-
2 ctos prætorio antiquitus institutos fuisse, à quibusdam scriptoribus traditum est, cum enim apud veteres Dictatoribus ad tempus summa potestas crederetur, & Magistros equitum sibi adlegerent, qui associati principali curæ militiæ secundam post eos potestatem gererent, regimentis Reip. ad Imperatores perpetuo translatis, ad similitudinem Magistrorum equitũ Præfecti prætorio à principibus electi sunt, data eis pleniore licentia, vt Arcadius scribit ad disciplinæ publicæ emendationem, l. 1. ff. de offic. præfect. prætor. L. Fenestella de Magistratib. Roman. cap. 22. qui Vlpiani verba ferè in caput illud transtulit. De Præfectura prætorij Tranquillus in Tito, Præfecturam quoque (inquit) suscepit, nunquam ad id tempus nisi ab equite Romano administratam. Vnde Plinius in præfatione ad eundem Titum loquens. Et quod his ait, nobilius fecisti dum illud patri pariter, & ordini equestri præstas Præfectus prætorij

torij eius, quibus verbis Plinius (vt Budæus scribit) significat, & Equestrem ordinem, & Præfecturam prætorij Titum ingenti honore
3 affeciſſe, cum Præfectus patris ſui † Veſpaſiani, & dici & eſſe voluit, quod antè Equeſtris tantum ordinis munus fuerat, non etiam Senatorij. Præfectus autem prætorij à cohorte Prætoris
4 † dictus eſt, apud antiquos enim cohors quędam erat quæ Prætoria vocabatur, quæ Conſuli, aut Prætori in prouincia præſto ſemper erat, quaſique latus eius cingebat. Cicero ad Q. Fratrem Aſiæ Proconſulem lib. 1. Quos verò aut ex domeſticis conuictoribus, aut ex neceſſarijs apparitoribus tecum eſſe voluiſti, qui quaſi ex cohorte prætoria appellari ſolent, horum non modo facta, ſed etiam dicta omnia præſtanda tibi ſunt; itaque quod Cicero cohortem Prætoriam in prætura vrbana dixit, Aſconius Conſulares comites interpretatur, veteres enim (inquit) omnem magiſtratum cui pa-
5 reret exercitus Prætorem † appellauerunt, vnde & Prætorium, tabernaculum eius, & in caſtris porta Prætoria, & hodie quoque Præfectus prętorio. Hactenus Aſconius. Et 9 Prætor diceretur quicunque magiſtratus, quod iure & exercitu præiret, tradidit Varro, hinc illud Lucilij, Ergo Prætorum eſt ante præire. Meminitque Franc. Connan. lib. 1. commentar. iuris ciuil. cap. 15. num. 1. ſed latius lib. 3. cap. 10.
6 num. 6. Inde † Amiterni Prætorium, quod vſque hodie nomen ſeruat, deque Prætorij ſignificatione Andr. Alciat. in l. vrbana prædia, in verb. Prætoria, ff. de verbor. ſignificat. In tantum Præfectorum prętorio autoritas curſu tem
7 poris meruit † augeri, vt appellari à Præfectis prætorio non poſſit, d. l. 1. verſic. His cunabulis, credidit enim princeps eos qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide, & grauitate ad huius officij magnitudinem adhiberentur, non aliter iudicaturos eſſe, pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret iudicaturus, quamuis Principi ſupplicari non denegetur, l. 1. C. de ſentent. Præfect. prætor. authent. quæ ſupplicatio, C. de precib. Imper. offer. Subnixi ſunt etiam alio priuilegio, Præfe-
8 ctí prætorio, ne à ſententijs eorum † minores ætate ab alijs magiſtratibus, niſi ab ipſis Præfectis prætorio reſtitui poſſint, d. l. 1. ff. de offic. Præfect. prætor. Conſtat ex pleriſque omnibus ſolitum ab Imperatore cingulum vna cum gladio dari Præfecto prætorio, & memorabilem vocem Traiani literis mandatam eſſe, qui cum Præfectum ſuum cingulo donaret, ita dixiſſe traditur. Accipe hunc enſem, & ſiquidem recte atque ę Repub. imperauero, pro me, ſin ſecus, in me vtere. Quam fortaſſe vocem ſuam in Panegyrico Plinij ſignificans, ita loquitur, ego quidem in me ſi omnium vtilitas ita poſceret, etiam Præfecti manum armaui. Creuiſſe hanc poteſtatem Præfectorum prætorio ex alio poſterorum Cęſarum beneficijs apparet, vt etiam poſtremis temporibus ad prouincias regendas cum ſummo imperio miſſi ſint, vt ex illis Iuſtiniani Conſtitutionibus de offic. Prętect. prętor. Africæ, de offic. Præfect. prætor. Orientis. Hos
9 illuſtres eſſe † profert gloſſ. in rubric. d. tit. Sed Andr. Alciatus in l. ſpecioſas perſonas, de verb. ſignific. & Diſpunct. lib. 4. cap. 4. Præfectos prętorio Clariſſimos appellari contendit, quandoquidem in iure Opilius Macrinus, qui priuſquam imperaret Præfectus prætorio Seueri fuit, clariſſimus appellatur, in l. 1. C. de ſentent. paſſis. Sed receptior eſt Accurſij ſententia ex tex. in §. illo videlicet obſeruando, auth. de appellat. & intra quę tempora. Neque obſtat tex. per Alciatum citatus, cum Imperator Papinianum Præfectum prætorij varijs titulis exornauerit, qui ſi inuicem conferantur, non illum illuſtrem tantum, ſed valdè illuſtrem cõſtituunt, non mirũ ergo ſi ſemel Opilium Macrinum Dacianum, & Aucntum clariſſimos eſſe dicat, & cum gloſſa ſentit Anton. Capyc. deciſ. 130. Primum dubium, numero quadrageſimoquinto, verſic. Item facit, & eſt text. in l. præcipuus, poſt princ. §. ſed ſi à Procõſulibus, C. de appel. & in l. 4. C. de mod. mult. Illuſtres (inquit) viros Præfectos prætorijs vſque ad quinquaginta libras auri multã cum peccatum grauiſſimũ erit, peruenire ſinimus. Idemque ſentiunt Dec. numero vndecimo, verſic. In ſecundo gradu, & Pyrrhus Alſan. in l. 1. numero ſecundo, verſic. Nos verò verius dicamus, ff. de off. eius. Nunc
10 Præfecti prætorio † ſunt Regiam Cancellariam regẽtes, hi libellos agentes, vel libellorum præfecti appellantur, ſic Vlpian. dicit in d. l. reſcriptum, in princip. de quibus meminit Marinus Freccia in tract. de ſubfeud. libro primo, capit. incip. Alia fuit quæſtio, numero ſecundo, verſi. Hi libello, fol. 22. quod ante eum ſcripſit Gu-
11 lielmus Budæus † omnium ferè antiquitatum eruditiſſimus Doctor Pariſienſis, in annot. ad Pandect. ad l. nec quicquã eſt, fol. 2. ff. de offic. proconſ. & leg. dicens non opus eſſe pęnitere, quos hodie requęſtarum præfectos vocamus, poſt Papinianum tanti nominis Iuriſconſultũ qui iuris aſylum dictus eſt, prętectos ſe libellorum vocitari. Sed Cancellariam regentes non ſolum libellos agunt, ſed alia ad trãquillitatem vrbium, populorũ, ac totius Regni conſeruationem potiſſimum iubente Principe prouident, Collateraleq. Conſilium faciunt. De Præfectis itaque prętorio Caſſiodori epiſt. lib. 6. autoritatem non fileam, Poteſtati Prętecti prætorio (aſſerit) nulla dignitas eſt æqualis, vice ſacra iudicat, nullus ei miles fori autoritate prętcribit, excepto officiali Magiſtri militum, curiales etiam verberat,

verberat,in officio ſuo ius retinet ſingulare, & talibus tantiſq. noſcitur iubere quos etiã prouinciarum nõ auderent iudices in qualibet parte contemnere. Militia perfunctis Tribunorũ, & notariorum honorem tribuit,& milites ſuos illis exæquat, gratanter implet Imperator quæ ille conſtituit, hactenus Caſſiodorus, quem etiam refert Franciſcus Hotomanus in eius Magiſtratuum deſcriptione,tit.de Præfect.prætor. fol.313.Cũ verò Papinianus ab Antonino Caracalla Seueri Pertinacis filio tyrannica ſæuitia contrucidatus fuerit, vt mox dicemus, quæro quænam ſit pœna Præfectum prætorio occidentis. Circa quod dilucida Imperatoris adeſt ſanctio in l.quiſquis,in princ.vbi Bart.Bald. & alij annotarunt, C.ad l.Iul.maieſt.vt tanquam
12 læſæ maieſtatis reus gladio feriatur † bonis eius omnibus fiſco Regio addictis. vult enim aperte text. ſceleſtam ineuntes factionem de nece etiam virorum illuſtrium,qui conſilijs, & conſiſtorio Principis interſunt Senatorum etiam, nam & ipſi pars corporis Principis ſunt, dictã pœnam incurrere. Illuſtres autem ſunt Præfecti prætorio, vt ſupra diximus, & ad latus Principis ſtant, deque eius cõſiſtorio ſunt,vt dubium non videatur,in eos crimen maieſtatis commit-
13 ti. Vnde cum Andreas de Iſernia † in Conſiſtorio Regis militaret, fuiſſetque occiſus Neapoli ante portam Petrucij rediens domum a Caſtello nouo,per quendam Gallicum contra quem ſententiam protulerat,eius mors pro crimine læſæ maieſtatis habita fuit, vt per Capyc. d.deciſ.130.num.43.deque morte Andreæ meminit adhuc Afflict. in tit. quæ ſunt regal. in verb.Et bona committentium crimen læſæ maieſt.num.107.qui num.38.inquit ſe vidiſſe priuilegium ſiue edictum Regis Ludouici, & Reginæ Ioannæ I. vindicantium mortem Andreæ de Iſernia antedicti eorum Conſiliarij, & prædeceſſorum Regum, occiſi die 11. Octobris 1353.Indict.12.de ſero per quoſdam Teutonicos acriter de crimine læſæ maieſtatis condemnatos ad pœnam mortis, confiſcationis bonorum, & domorum demolitionem, vt per eum num.11.atteſtantem dictam Reginam edixiſſe, crimen læſæ maieſtatis per occidentem Regis conſiliarium committi, ſiue particulari odio,& inimicitia, ſiue, vt Rex illo careat Conſiliario vtili Reipub.atque Regi tale ſcelus incurrat, & Andream ibi quaſi præſcium(ait Afflictus)ſuæ mortis violentæ,dictam quæſtionem per duas magnas columnas prolixius examinaſſe, ſed numero 63. inter offendentem officialem Regis merum imperium a Rege cauſa officij ha-
14 bentem,vel odio particulari diſtinguat † autoritate eiuſdem Andreæ in Conſtit. Vt participatio,in princ.verſ.Secus ſi,dicens illo caſu crimen læſæ maieſtatis incurri, quando contra Principem hoſtili animo quis animatur, l. vlt. in fin. ff. ad l.Iul. maieſt. quod non contingit, vbi ad priuatam vindictam offendit, licet tali homine carens Princeps lædatur, iudicatur enim delictum a principali intentione,quæ fuit non cõtra Principem ſcelus moliri, cum etiam ſecundum Auguſtinum, peccatum in voluntate conſideat,l.qui iniuriæ,in princ.ff.de furt.l.ſi quis ingenuam, §. in ciuilibus diſſentionibus, ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ. quomodo (aduertit Andr.) peccauerit contra Principem ille qui in animo hoc non gerebat, ſed ad ſui tantum vindictam occidit ? idem voluit ipſe Andr. in dictis verb.Et bona committen.crim. læſæ maieſt.nu.81.verſ.Sed voluntas, & nu.82. verſ.Quid ſi quis,& 84.verſ.Item ille,& de dicto Andreę interitu, Hieronym.Gigas in tract. de crim.læſæ maieſt.lib.1,cap.14.nu.7.& lib.2.
15 capit.35.num.4. Sed in Regno † ſeruanda erit Conſtitutio Reginæ Ioannæ, quæ rectè ſtatuit delicti immanitatem attendens,& ueluti quoddam portentum. Idem Gigas d.lib.1.cap.14.in fin.nu.9.quicquid Iſernia, Afflictus, & Gigas pariter extra edicti terminos diſtinxerint,indifferenter quoque eandem pœnam iſtis occiſoribus dandam fore autumarũt. Auguſt.de Arim. ad Ang.Aretin. in tract. malefic. tit. Quòd patriæ proditor fuiſti, num.5.verſ. Item inquantum dicitur, Bartolom. Caſſan. in Catal.glor. mundi,in 7.part.in 9. conſider.col.2.verſic.Et poteſtas Senatorum,& in 13.conſider.in princ. Iacob.de Nouell.in eius tract.crimin.tit. de crimin.læſæ maieſt.incip.Scire debes,numero 13. verſic. Attentans occidere, quorum reſolutio maximè uerbis,d.l.quiſquis,roborari uidetur, ibi, Nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt, ut
16 perperam fortaſſe † loquutus fuerit Guid. Papæ deciſ.344. Pone aliquis, numero ſecundo, in fin.verſ. An machinans, Saliceti autoritate fretus,in d.l.quiſquis,ibi Tertio quęro,Quamuis autem hæc occaſione mortis Papiniani uiri Præfectorij tetigerim, eius tamen dira mors non obduratum Caracallæ animum Maieſtatemq. ei inhærentẽ,ſed Imperatoriam dignitatem ab illo abdicatam remotamque accerrimè offendit, Præfecturæque ſplendorem obſcurauit, uariæ hinc dubitationes diſcutiendæ occurrerent atque exorirentur, quas breuiſſimus Epilogus reſpuit, ut conſcripta tantum præfationis uice inſeruiant.

PAPINIANVS.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſconſultos legum conditores maxima gloria fulgere, ſed extra omnem controuerſiam, Aemilium Paulum, Papinianum priſcis illis ſcientia præſtitiſſe.*

2 *Patriam ciuibus ſplendorem tribuere.*

3 *Samnites longiſſimis temporum curſibus infeſtos Romanis extitiſſe, in hocq. L. Flori mendum animaduerti.*

4 *Samnitibus Romanos gentem vllam aſperiorem ferocioremque belli artibus non ſenſiſſe.*

5 *Beneuentum vetuſtiſſimum Samnitum opidum à Diomede conditum Romanorum fuiſſe coloniam, & num. 8.*

6 *Beneuentum antea Maleuentum dictum, & quare.*

7 *P. Decium de Samnitibus duxiſſe triumphum.*

8 *Sp. Caruilium Hatuam ſenis Victoris, è Samnitum conflaſſe pectoralibus atque galeis.*

9 *Beneuentanos agros L. Munatium Planeum diuiſiſſe.*

10 *L. Munatium Ciceroni extitiſſe amiciſſimum.*

11 *Septem viros Epulones præfuiſſe ſacris Epulis.*

12 *Beneuentanos Romano Populo conſtitiſſe fide.*

13 *Beneuentanorũ erga Romanos milites munificentiæ ſimulachrum iuſſu Tib. Gracchi in æde Libertatis fuiſſe depictam.*

14 *Beneuentanos gratitudine excelluiſſe, deque eadem virtute complura.*

15 *Beneuentum antiquam nobilitatem dignitatemque Samnitum demonſtrare.*

16 *Nerua m Traianum Imp. viam è Beneuento Brundiſium ſtraniſſe ſilice.*

17 *Papinianum ex Beneuento originem duxiſſe, Papiniano Hoſtilio Eugeniaque Gracili parentibus genitum, indeq. etiam Roffredum, Odofredum, atque Bartolomæum Camerarium.*

18 *Papinianum iuris ciuilis cognitionem a Cernidio Scæuola didiciſſe. Cernidiumq. prudentiſſimum Iuriſconſultorum nominari.*

19 *Papiniani è ludo tanquam ex equo Troiano innumerabiles exiiſſe ciuilis ſcientiæ proceres.*

20 *Papiniani dignitates recenſeri.*

21 *Pauli, Vlpianique Iuriſconſultorum laudes afferri.*

22 *Papinianum ab Imperatore maximis elogijs ornari.*

23 *Papinianum antiquitatis autoritate ob eius æquitatem, elegantiam, rectitudinem, veritatem atque pietatem fulgere.*

24 *Papinianum in omni Digeſtorum ordinatione tertij anni ſui prælusiſſe recitationem, tuncque auditores Papinianiſtas fuiſſe vocatos.*

25 *Papinianum a Iulio, Paulo, Vlpiano, Martianoque eius auditoribus extitiſſe notatum: Notas autem in laudes redundaſſe.*

26 *Papiniani quandam inconſtantiam velut albam cornicem à Iuſtiniano obſeruari, ab ea tamen excuſari.*

27 *Epitaphium Papiniani verum atque germanum afferri: & aliud a Bartolomæo Socino traditum reijci.*

28 *Bartolomæum Socinum defendi ac laudari.*

29 *Iuriſprudentiæ adem deſignari, aliudque Papiniani epitaphium ex Callideme afferri.*

30 *Papinianum Antonini Caracallæ iuſſu poſt Getam interemptum a Prætorianis militibus occiſum fuiſſe, cauſamque mortis, & Papiniani prædictiones exprimi.*

31 *Antoninum Caracallam die ſui natalis Opilij Macrini iuſſu confoſſum.*

32 *Antonini Caracallæ flagitium ob ſubſequutam Papiniani mortem, vti piaculum execrari.*

33 *Getæ nobiliſſimi Imperatoris virtutes deſcribi.*

34 *Antonini Caracallæ miram crudelitatem oſtendi.*

35 *Militum genus truculentum eſſe.*

36 *Antoninum Caracallam vti Getæ fratris occiſorem Geticum ioco fuiſſe ab Aelio Pertinace appellatum.*

37 *Antoninorum nuncupationem à Populo Romano fuiſſe in magna veneratione habitam.*

38 *Antonini Caracallæ ſtudium circa magos, aruſpices, aſtrologos oſtendi.*

39 *Gregorium VIII. Pontificem Maximum, & Orbilios Grammaticos ex Beneuento progenitos.*

40 *Victorem III. Pontificem antea Dauferium dictum, ex Beneuento duxiſſe originem.*

41 *Albertum de Mora Cardinalem Sancti Laurentij in Lucina ex ipſo Beneuento fuiſſe ortum.*

42 *Bernardum Cardinalem Præneſtinum, & Petrum de Mora Cardinalem S. Angeli inde etiam eſſe genitos.*

43 *Aquila Vrbis in Samnio præclaram originem afferi vti Veſtinorum Metropolis totiuſque illius regionis*

d by Google

regionis principis: eiusque Episcopum nullum Metropolitanum recognoscere, sed immediate ac solum Summum Pontificem.

44 *Aquilam vetustiorem esse, quam habitatores existiment.*

45 *Amiternum nunc Aquilam esse: ipsamque non ex solius Amiterni reliquijs, sed ex alijs Vestinorum vrbibus extitisse erectam.*

46 *Amiterni claritatem explicari.*

47 *Aquila Vrbis praestantiam ex Iouiano Pontano, Ioanneque Baptista Carapha demonstrari.*

48 *Antonium Camponiscum Ducem strenuum fuisse.*

49 *Amicum Agniphylum Cardinalem tit. S. Mariæ trans Tiberim, nobile decus Aquilæ perpetuo splendere.*

50 *Amiterni antiquitatem inscriptionibus etiam vetustissimorum marmorum exultare.*

51 *Amiternini agri fertilitatem amœnitatemque describi.*

QVAM ingens vltimæ ferè antiquitatis Iurisconsultorum, qui sacras leges condidere sit gloria atque maiestas, ius ipsum ciuile ingẽs, & admirabile ostendit, fuit nanque summo magisterio compositum, & enucleatum, omnem naturæ æquitatem bonitatemque velut dulcedinem quandã ad beate viuendum complectens: Natura siquidem viros illos genuit ingenij fecunditate præcellentes, vt naturali dexteritate ac summa ratione leges disponerent, æquum ab iniquo separarent, humanosque actus in vitæ rectitudinem optimorumque morum consonantiam instituerent. His omnibus † ingenio 1
ac prudentia ÆMILIVM PAPINIANVM præstitisse compertum est, cuius non hic laudes enumerare profiteor, cũ non illius solum vbertate, & torrente orationis indigerem qui claros Oratores M. Bruto tot nominibus indicauit, sed aliorum omnium serenitate elocutionis qui apud Romanas Græcasque gentes dicendi arte floruerunt, id tãtum quod Bartolomæus Socinus Doctor præclarissimus Senensis in fronte suæ interpretationis ad hanc legem de Papiniano tradidit, in calce velut commodiori loco allata occasione aliquantisper attingere: nec obscuram rem aggredior, cum de eo multa, & certe præstantia Iaf. in l. post dotem, in princ. ff. solut. matrim. Vdalric. Zasius in l. 2. ff. de origin. iur. Hieronym. Cagnol. in procem. ff. numero 131. Andr. Tiraquel. in l. si vnquàm, in verb. Donatione largitus, numero 273. C. de reuoc. donat. Paul. de Oriano in l. 1. in princ. ff. de offic. eius, Marian. Socin. iun. in l. ita stipulatus, numero primo, ff. de verb. obligat. Hieronym. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, numero decimoquinto, ff. ad S. C. Trebel. Cotta in Papiniano, Ang. Politianus epistola vlt. libro quinto, Cælius Calcagninus in eius oratione in laudem iuris peritiæ, Francisc. Connan. commentar. iuris ciuil. libro primo, cap. vlt. numero decimo, ac super eodem responso Ioãnes Saportel. Tolosanus in procem. numero quinto, alijque seriosè scripserint. Origo igitur maximi huius Iurisc. primum perquirenda est, patria 2
enim † dignitatis amplitudinem nobilitatisque splendorem quandoque tribuit, sæpè auget: adhocque exequendum Samnitum præstantia, qui non solum externis acres verum etiam Romano Populo infesti atque obnoxij lõgissimis 3
temporum interuallis extitere, † nunc repetenda esset, qua de re ad Annibalem lib. 23. apud Liuium ita loquuntur. Per centum propè annos cum Populo Romano bellum gessimus, nullo externo adiuti nec duce, nec exercitu, nisi quòd per biẽnium Pyrrhus nostro magis milite suas auxit vires, quam suis viribus nos defendit. Sed hic cum duce barbaro rerum, & temporum ignaro, & hæc non curante loquentibus sua augere atque extollere licuit; Mirum L. Florum, nisi in eo mendum sit, Romanæ historiæ indagatorem non vulgarem id bellum per annos quinquaginta gestum scribere: Appianumque in procemio octuaginta prodere, Vltimi (inquit) Samnites erant qui Ionium incolunt, & magno difficilique bello per annos octuaginta conflictati sunt: constat enim Anno Vrbis 410. Coss. M. Valerio Coruo III. & A. Cornelio Cosso, Romanos arma in Samnites cepisse, quòd Campanos opprimerent, quisse suaque omnia Reipublicæ Romanæ dedidere-runt, & Anno 481. Coss. Sp. Caruilio, & L. Papirio Cursore, bellum fuisse confectum attritis & afflictis Samnitum rebus, & de his vigesimumquartum nouissimum actum triumphũ: Accedit igitur ad veritatem Liuius libro 31. in oratione legati Romani in concilio Aetolorum scribens per annos septuaginta bellatum: ex quibus ausim affirmare, felicem illã inclytamque Romanorum Rempublicam nullam gen- 4
tem † belli artibus asperiorem ferocioremque Samnitibus adinuenisse, qui vt Liuius Decad. 1. libro nono, inquit, Victoriam non præclaram solum, sed etiam perpetuam de illis habuere, cepisse nanque eos constat non Romam sicut ante Gallos, sed quod multo bellicosius fuerit Romanam virtutem. Proindeque L. Veturium, ac Sp. Posthumium Consules sub iugum ad Caudium missos ad fœdus faciendum compulisse, fudisseque Q. Fabium Consulem cum qui Gurges dicebatur ancipiti prælio cum innumeris hostium copijs sæpè conflixisse, ex his opida plura in potestatem redegisse, nec

aduersæ

aduerſæ ſuccubuiſſe fortunæ, ſed inuictis animis poſt clades acceptas, poſt cædes ſemper animoſiores, ac pertinaciores reparaſſe exercitum, quoad feſſi quas cum Populo Romano placuit neceſſarias, at honeſtas pacis conditiones acceperunt, quæ vt multa alia vetuſtate obſoleta minimè ad nos peruenerunt. Vnum tacitus non præteribo, poſtquam Samnites ſibi adiunxit Romanus per exteras gentes, & nationes longè lateque nomen, & imperium propagauit, & fidei illorum vſus virtute ad defectionem nunquam, vel animis aſpirare ipſos vidit, vt alios quos propterea ſędifragos appellatos conſtat, quibus aptè conuenit quod in Theſſalos vſurpat Euripides πολλοὶ γὰρ ἦσαν ἀλλάπτιοι θέτται. Samnitum plura opida illuſtria fuere inter quæ BENEVENTVM vetuſtiſſi-
5 mum † teſte Solino capit. 8. & Blondo in XII. regione poſt Seruium, à Diomede conditum eo anno quo Ariminum Colonia deducta eſt Velleio, & Eutropio auctoribus, de qua ſic lib. de Colonijs Frontinus ſcribit, Beneuentum muro ducta colonia Concordia dicta, deduxit Nero Claudius Cæſar, iter populo non debetur, ager eius lege II I. virali veteranis eſt aſſignatus, Caudinum aliàs Caudium opidum muro ductum iter Populo debetur pedum L. à Cæſare Auguſto Coloniæ Beneuentanæ cum territorio ſuo eſt adiudicatum, ager eius veteranis fuerat aſſignatus, poſtea menſuratus limitibus & cenſitus; Et Plinius lib. 3. cap. 11. Cætera intus in ſecunda regione Hirpinorum Colonia vna Beneuentum auſpicatius mutato nomi-
6 ne, quæ quondam appellata † Maleuentum, Sext. etiam Pompeius Beneuentum (inquit) Colonia cum deduceretur appellari cęptũ eſt, melioris hominis cauſa, nanque eam vrbem antea Gręci incolentes Maleuentum appellarunt; hocque nomen ex turbine ventorum illi contigiſſe auctor eſt Procopius libro 1. & à Liuio in 8, Triginta millia Samnitum à Sulpitio, & Petilio Conſulibus occiſis, & captis propè Maleuentum, poſtea vt idem in 14. teſtatur, deductis nouis colonis poſt, vbi in locum aduenerunt, bene ueniſſe affirmaſſe. Polybius lib. 3. Hannibal Beneuentum Coloniam diripuit. & alibi Liuius lib. inquam 7. tertiæ Decadis, Ne nunc quidẽ poſt tot ſęcula ſileantur fraudẽtur ve laude ſua, Signini fuere, & Nolani Satrico lanique, & Brunduſini, & Fregellani, & Lucerini, & Venuſini, & Adriani, & Firmani, & Arimi nenſes: & ab altero mari Pontiani, & Peſtani, & Coſſani: & mediterranei Beneuentani, & Eſſernini, & Spoletini, & Placentini, & Cremonenſes, harum Coloniarum ſubſidio tum imperium Populi Romani ſtetit, ijſque gratiæ, & in Senatu & apud Populum actæ. & alibi libro 9. primæ Decadis, Tota deinde iam vincere acie Romanus, & omiſſo certamine cædi capique Samnites, niſi qui Maleuentum cui nunc Vrbi Beneuentum nomen eſt perfugerunt. turſus Liuius d. lib. 9. Samnitibus Appuli ſe ante præliũ coniunxiſſent, ni P. Decius Coſ. ijs ad Maleuentũ caſtra obieciſſet, extractosque deinde ad certamen fudiſſet, vt de Samnitibus tunc trium
7 phum † duxerit; inſcriptioneque illa oſtẽditur.

P. DECIVS DECII
F. PRIMO. COS
DE SAMNITIBVS
TRIVMPHANS
SPOLIA. EX IEIS
CERERI. CON
SECRAVIT
ITERVM. ET
TERTIO. CON
SVL

Congruit plurimum Romanorum contra Samnites *illuſtria facta recenſere*, cum Romanos ſuperare, & ab ijs aliquando vinci præclarum ſemper fuerit & glorioſum. Vt & illud etiã non minus ad Samnitum præſtantiam quam Romanorum virtutem exurgere videatur, feciſ-
8 ſe † ſcilicet Sp. Caruilium Iouem qui erat in Capitolio victis Samnitibus ſacrata lege pugnantibus è pectoralibus eorum ocreiſque & galeis, amplitudo tanta erat vt conſpiceretur à Latiario Ioue, reliquijs limæ ſuam ſtatuam feciſſe, quæ erat ante pedes ſimulachri eius, vt ſcribit Plinius lib. 34. cap. 7. dum de coloſſis in Vrbe celeberrimis meminit. Vetuſtaque *inſuper* Epigrammata Beneuenti adhuc exiſtentia eiuſdem Coloniæ ſic reſtantur.

P. VEIDIVS. P. FILIVS. POLLIO
CAESAREVM. IMP. CAESARI. AVGVSTO
ET COLONIAI BENEVENTANAI

COLONIAE
BENEVENTANAE
CESSIA. C. L. FIDELIS
SVA. PECVNIA. FECIT
LOCO D. D. II

Ipſeque Papinianus lib. 8. reſponſ. in d. l. hæredes mei, in princ. Beneuentum Coloniam appellat, Hæredes mei quicquid ad eos ex hæreditate bonisve meis puenerit, id omne poſt mortem ſuã reſtituant PATRIAE MEAE COLONIAE BENEVENTANORVM. Eiuſdem rei Onuphrius

Panui-

Panuinius omnis omninò antiquitatis particeps in libro de Romano Imperio tit. de colonijs, colon. 43. apertum teſtimonium reddidit. Porrò Beneuentanos agros L. Munatium Plan
9 cum diuiſiſſe † inſcriptione quæ Caictæ infixa eſt, aperitur.

L. MVNATIVS. L. F. L. N. L. PRON. PLANCVS
COS. CENS. IMP. ITER. VII. VIR. EPVLON
TRIVMPH. EX. ROETEIS
AEDEM. SATVRNI. FECIT. DE. MANVBIIS
AGROS. DIVISIT. IN. ITALIA. BENEVENTI
IN. GALLIA. COLONIAS DEDVXIT
LVGDVNVM. ET. RAVRICAM

Fuit L. Munatius iſte M. Ciceroni amiciſſi-
10 mus, extant enim amborum † mutuæ epiſtolæ lib. 10. ſcriptæ, quo tempore Munatius Plancus Conſul deſignatus tranſalpinam Galliam adminiſtrabat, qui ſui in Ciceronem amoris tres enumerat cauſas epiſtola quarta, Nullum enim in te officium ne minimum quidem, ſine maxima culpa videor poſſe præterire, in quo tuendo habeo cauſas plurimas, vel paternæ neceſſitudinis, vel meæ à pueritia obſeruantiæ, vel tui erga me mutui amoris. Fuit autem Septem-
11 uir Epulonum. Septemuirorum † meminit Alexander Genialium dierum lib. 11. & ipſos ait ſacris epulis præfuiſſe, cenarumque Pontificum quæ Adijciales dicebantur curam habuiſſe: Hunc etiam ſacrum Magiſtratum intelligit Lucanus lib. 1. in Vrbis luſtratione.

Tum quis fata Deum, ſecretaq. carmina ſeruant,
Et lucam parus reuocant Almone Cybellen,
Et doctus volucres augur ſeruare ſiniſtras,
Septemuirque epulis feſtis, Titijque ſodales,
Et Salius lato portans ancilia collo,
Aſtollensque apicem generoſo vertice flamen.

Tam magna dictæ Vrbis claritas eſt ac gloria, ut paſſim Beneuentanorum illuſtria facta præluceant, conſtitere ex Liuio (vt dicebam) fi-
12 dem † in aliarum Coloniarum defectione Romanæ Reipublicæ, cuius milites liberaliter ſuſcepere, Romanorumque copijs auxiliati fuere; ſique Romani Conſules Beneuentanam munificentiam atque præſtantiam perennem celebri picturæ teſtimonio reddere ſtuduerunt, cur hic non coloribus fictiſque imaginibus, ſed vero antiquitatis teſtimonio ac hiſtoriæ autoritate inurere ipſam noluerim? Liuius igitur lib. 4. tertiæ Decadis de Tib. Graccho agēs ſic inquit,
13 Signum deinde colligendi † vaſa dedit, militeſque prædam portantes agenteſque per laſciuiam ac iocum, ita ludibundi Beneuentum rediere, vt ab epulis per celebrem feſtumq. diem actis, non ex acie reuerti viderentur: Beneuentani omnes turba effuſa cum obuiam ad portas exiſſent, complecti milites, gratulari, vocare in hoſpitium, apparata conuiuia omnibus in propatulo ædium fuerant, ad ea inuitabant Gracchumque orabant, vt epiulari permitteret militibus, & Gracchus ita permiſit in publico epularentur omnes; Ante ſuas quisque fores prolata omnia, pileati aut lana alba velatis capitibus volones epulati ſunt, alij accubantes, alij ſtantes qui ſimul miniſtrabant veſcebanturque, digna res viſu, vt ſimulachrum celebrati eius diei Gracchus poſtquam Romam redijt, pingi iuberet in ęde Libertatis quā pater eius in Auentino ex multaticia pecunia faciendam curauit, dedicauitque. Dum hæc ad Beneuētum gerun tur Annibal depopulatus agrum Neapolitanum ad Nolam caſtra mouet. Claruere Beneuentani variarum virtutum ornamētis, & quod
14 ipſos valde extulit mutuæ gratitudinis † reflexione, hocque etſi multifariā oſtēdere valerem duorum marmorum fides ſufficiat, quorum hæ vetuſtæ apud Beneuentum extāt inſcriptiones.

T. ANNIO. MARCELLINO
V. C. CONS. CAMPANIAE. PATRONO. DIGNISSIMO
OB INSIGNIA. BENEFICIA
QVIBVS. LONGA. POPVLI. TAEDIA SEDAVIT
VNIVERSA. PLEBS. BENEVENTANA
CENSVIT. PONENDVM

CLAVDIO — IVLIO
PACATO. V. C. CONS
CAMP. OB AEQVITATEM
IVDICIS. ET. PATROCINIA
IAM PRIVATI. ORDO
BENEVENTANVS. PATRONO. POST
FASCES. DEPOSITOS. CENSVIT
CONLOCANDAM

O quam maxime gratitudo ingenuis hominibus proxima eſt, nō mirum ſi ipſam vt animi virtutem honeſtiſſimam à Philoſophis cōmendari intueamur, quemadmodum Franciſcus Duarenus in l. ſi pupillus, verſic. Et certum eſt, ff. de verb. oblig. apprime ſcribit, proinde à Iureconſultis dictum eſt, naturaliter nos ad remunerandum obligari, vt apud Vlpianum lib. xv. ad edict. in l. ſed & ſi lege, §. conſuluit, ff. de petit. hæred. intueri licet. Quamuis turpe ſit, viroque prudenti indecens, ab eo in quem beneficium collatum eſt, ἀντιδωρὸν aliquod ſeu debitum petere, alioquin beneficium non eſſet, ſed creditum, vt Seneca lib. 3. de benefic. tradidit. Cū itaque liberalitatem exercemus in aliū, damus vel perdituri, totumque accipientium arbitrio demandamus, vt idē Seneca ait. Quicquid autem apud Vlpianum de naturali obli-

by Google

gatione reperire fas eſt, hic nullam proprie naturalem obligationem adeſſe dicendum eſt, nam hoc non agitur inter dantem beneficium, & accipientem vt aliquid eo nomine is qui dedit recipiat, quod Duarenus ipſe Iuriſconſultus naturalibus ac ciuilibus ornamentis omnibus bene inſtitutus afferebat,& Cicero in Dialogo cui titulus eſt Lælius, ſeu de amicitia, elegantius fuit proſecutus, volens enim docere amicitiam non ſpe expectationeque vtilitatis neque precij mercediſque cauſa colendam,ſed quo ipſa per ſeſe plena virtutis honeſtatiſque ſit, expetendam diligendamque eſſe, etiam ſi nihil opis nihilque emolumenti ex ea percipiatur, his verbis vſus eſt. Quid enim Africanus indigens mei? ne ego quidem illius,ſed ego admiratione quadam virtutis eius, ille viciſſim opinione fortaſſe nonnulla quam de meis moribus habebat me dilexit, auxit beneuolentiam conſuetudo. Sed quanquam vtilitates multæ, & magnę conſecutæ ſunt,non ſunt tſi ab eorum ſpe cauſæ diligendi profectæ, vt enim benefici liberaleſque ſumus non vt exigamus gratiã (neque enim beneficiũ feneramur,ſed natura propenſi ad liberalitatem ſumus) ſic amicitiam nõ ſpe mercedis adducti,ſed quòd omnis eius fructus in ipſo amore ineſt,expetendam putamus, de quo Aul. Gell.lib. Noct.Attic.17.cap.5. latius diſputat.

Stat Beneuentum in campeſtri ſolo cui colles fertiliſſimi adiacẽt amęnitate inſignes,quod excelſis ædificijs marmoreo lapide extructis, & compoſitis ornatum conſpicitur, vt antiquam
15 illam Samniticam nobilitatem † dignitatemque præ ſe ferat,ac admirationem præbeat conſideranti tot Romanos Conſules, & fortiſſimos ex Romanis milites, ipſumq. Annibalem res præclaras atque memorandas apud Beneuentum geſſiſſe, cuius viam Brunduſium ver-
16 ſus † ſilice Neruæ Imperatoris ſtudio impenſaque ſtratam fuiſſe ipſius Neruæ antiquum numiſma demonſtrat, ex muliere iacente ſiniſtro cum bracchio rotæ innixa, quod ſubtus has literas habet, VIA TRAIANA et S.C. Supra verò inſcriptionem hanc, S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Circum autem Imperatoris imaginem IMP. CAES. NERVAE TRAIANO AVG. GER. DAC. P. M. eiuſdemque viæ Dion in Neruę vita meminit, Complura (inquit) & valdè quidem neceſſaria ædificari curauit, vt portas & ædes publicas, Vias item muniuit, in quibus ſternendis aptandiſque fortunas, aut ſanguinem alicuius nunquam abſumpſit. Natura magnificus, & gloriæ appetens erat. Sed dilucidius hoc Neruæ opus antiquum hoc marmor explicat.

IMP. CAESAR
DIVI NERVAE F
NERVA TRAIANVS
AVG. GERM. DACIC
PONT. MAX. TR. POT
XIII. IMP. VI COS. V
P. P
VIAM A BENEVENTO
BRVNDVSIVM. PECVN
SVA. FECIT

Et Horatius lib. 1. Satyra 5.

Tendimus hinc recta Beneuentũ vbi ſedulus hoſpes
Pene arſit, macros dum turdos verſat in igne.

Aemilium igitur Papinianum, Papiniano Hoſtilio Eugeniaque Gracili parentibus pro-
17 genitum, † ex Beneuento originem duxiſſe ferunt, indeque etiam Roffredum maximi Azonis auditorem,Odofredumque Iacobi Balduini diſcipulum proueniſſe Ioannes Ficchardus ſcribit, quorum vnus libellorum ſanè egregiũ opus,& quæſtiones non iniucundas edidit, alter verò viuida quadã eruditione, ac ſolido interpretandi genere in Codicem atque Digeſta compoſuit excelſos cõmentarios, quibus Bartholomęus Camerarius acceſſit, qui etſi cõplura conſcripſerit ad feuda,tamen celeberrimum volumen ſuper c.Imperialem,de prohib. feud. alien. per Feder.& aliud ſuper c.1.tit. an agnat. vt Beneuentũ vrbem alioqui multis ornamentis illuſtrem,& præclarã Athenarum vice ob fecundam Iuriſprudentium genituram celebrare atque extollere laudibus debeamus: vtque ad Papinianũ reuertar, is ciuilis iuris cognitionẽ
18 † à Ceruidio Scęuola quem prudentiſſimũ Iuriſconſultorũ Theodoſius lib.4.Codicis Theodoſiani tit.de teſt.& codicilli, ac Franc. Duarenus in Scęuola,ad l.qui Romæ, §. Augerius,de verb.oblig.appellant,perfectè didicit, & ab eodẽ,qui de iure reſpondere ſolebat,l.à teſtatore, d.tit.de cond.& dem. Bald.in l.omnes populi, nu.18.ff.de iuſt. & iur.Marcum Antonium Philoſophum,Septimiumq. Seuerum Afrum,Imperatores ius ciuile hauſiſſe tradunt. Ex Papiniani poſtmodum ludo tanquã ex equo Troia-
19 no pene innumerabiles † ciuilis ſcientiæ proceres exierunt,vt Lampridius in Seuero, Iaſ.in l. poſt dotem, in princ.fol.matrim. Vdalric. Zaſius in d.l.2. de orig.iur. ad fin. nu.109. Anton. Cõtius ad Pandectas,& Minſyngerius in §. nõ eſſe autem, num.4. Inſtit.de excuſ. tut. teſtantur, fuit enim iuris aſylum, & doctrinæ legum Theſaurus, eiuſque diſcipuli ac auditores inter cæteros Claudius Venuleius, Saturninus, Domitius Vlpianus,Iulius Paulus,Africanus,Aelius Martianus, Calliſtratus, Herennius, Modeſtinus, Hermogenes, Tryphoninus, Celſus,Alfenus,Pomponius, Proculus,Metianus,

ac Flo-

ac Florentinus leguntur, qui omnes ferè Alexandri consiliarij fuerunt: scripsit vt Antonius Contius in citato loco in Papiniano,& Minsyngerius in §. sed quia,numero secundo,de fideicommis. hæredit. inquiunt, multa volumina, scilicet (vt in procem. Digestorum) libros Responsorum xix. Quæstionum xxxvii. Definitionum ii. de Adulterio i. ad edictum Aedilium Curulium i. Digestorum xix. quantum scripsisset hic Iurisconsultus scientiæ, & rebus optimè gestis inclytus, nisi acerbissimè atque intempestiua morte fuisset ereptus? Procurationem fisci, post Septimium Seuerum exer-
20 cuit† cui vel ex condiscipulatu, vel per secundam vxorem affinitate erat amicissimus, & vbi rerum potitus est, Papinianum Prætorio Prefectum constituit, §. vobis autem, in d. procem. ff.quo in magistratu (vt dicebam) libellos supplices agebat, d.l.rescriptum, ff. de distract.pignor.l.posthumus inofficiosum,§. si quis instituta,ff.de inoff.testam.Francisc.Connan.libro quarto, cap.14.numero quarto, Commentar. qui Seuero Principi aut darentur aut mitterentur: Paulumque ac Vlpianum discipulos suos assessores habuit, quorum alter sacrorum scri-
21 niorum magister† Alexandro pro tutore datus, annonæ Præfectus fuit, l.4. C.de contrah. stipul.demum Prætorio, l.4.C.locati, & Lampridius ac Dion meminere,alter verò Vlpiano doctrina honoreque non impar, numero tamẽ scriptorum superior ad Præturam, & Consulatum tandem ad Prætorij Præfecturam summũ tunc a Principe locum peruenit: fuit Paulus, vt Spartianus refert, non solum Papiniani assessor, sed successor, ac vtriusque consilio omnia Alexãder gerebat, auctore Lampridio, ambo etiam nobilissimi atque egregij vertices legis vocabantur,l.scire oportet, ff. de excus.tut. fuit præterea Aemilius tãtæ synceritatis,ac virtutis, vt moriens Seuerus filios suos non alij q̃ ipsi commẽdauerit, qui optimi Iurisconsul. fidẽ, prudẽtiam,integritatemque accuratè nouerat, cum si tot arduis in rebus Republicaque gubernanda Papiniani consilijs tamdiu vsus fuerat, tutissimè filios eidem regendos demandauit, quem virtute duce ad supremam dignitatem Imperiali munificentia Seuerus ipse euexerat, vt a sapientissimo viro grati animi officia vicissitudinemque sperare iure debuisset; Meruit etiã Imperatorum elogijs sæpissimè laudari ac orna-
22 ri,cum ipsum Iustinianus Imperator† non solum acutissimi ingenij virũ,& merito ante alios excellẽtem,in l.cum acutissimi, C.de fideicom. §.& hoc tres libros,in procem.ff. sed excelsi, in d. l. generaliter, §. cum autem, C. de instit. & substit.quinimò summi ingenij,in l.i.§. sed neque C. de veteri iur. enucl. l. cum Papinianus, C.de sentent.appellauerit, alibi quoque in C. Theodosiano, tit. de responsis prudentum,ab Imperatoribus Theodosio, & Valẽtiniano excellentis ingenij vir dictus est: eiusque prudentiam Iustinianus admiratus, Papinianum crebro prudẽtissimum vocauit,in l.cum virũ,d.tit. de fideicom.l.vtere,C.de prẽd. minor.l.cum responso,C.de legatis, animi insuper & corporis candorem illæsum,tantique viri maiestatẽ perpendens pulcherrimum in proem. ff.§.ne autẽ, ac splendidissimum,in d.l.i.§.sed neque, C.de veter.iur.enucl.eundẽ nominauit, dignitatemque attendens sublimissimum virum præfectorium,in d.§. ne autem, & non solum magnum, auth.vt creditores,§.neque.n.vetus, sed maximum dixit,vt in eadem auth.& in §. si quis igitur,Instit.de fideiuss.denique ob eius admirabilem in iure ciuili scientiã, quæ inter cæteros incomparabili lumine clarissimè rutilabat virum sapientissimum, §. nos igitur,auth.de restit.disertissimumque, in l.fin. C. de instit. & substit. nuncupauit. Vnde Ioannes Corasius de Papiniano loquens,in d.l.cum virum,num.19.C.de fideicom.in hęc verba prorupit. Tãtæ fuit apud omnes autoritatis Papinianus,ut Imperatores nusquam nisi insigni aliquo, aut honorifico titulo præmisso eius mentionem faciant. Hic tot supremis titulis Imperatorijsq. laudibus quis unquã mortalium aliquid addiderit?quis obsecro dubitare cęperit Papiniani memoriam vllo tempore fore interituramè non marmorib.non metallis pro æternitate eius nominis opus est, cum sacrosanctis legibus Imperiale eius virtutum testimoniũ clausum atque insertũ conspiciamus,vt firmius præsidium & munimẽ quærendum non sit aut sperandũ. Vndique tamen
23 omnis antiquitatis autoritas† ad optimi Iurisconsulti gloriã confluit:nam si ęquitatem uelis, ubi largiorem humanitatẽ reperies è non mirũ si in iure ipso Iuliani explosa sentẽtia,Papiniani humanior opinio, in l.pro hærede, §. si quid tamen,ff.de acq.hæred.comprobatur. Si Iurisconsulti elegãtiam,ab eo eleganter scripta, in l. si fundus, §.eleganter, ff. de lege commissoria, laudantur: quid nõ rectissimè dixit aut scripsit? l.Papinianus, ff. de inoff.testam.l. Papinianus rectè,ff.de donat.inter uirum & uxorem,l.si uerò non remunerandi,§.si post,ff.mandati,quid etiam non verè? l.creditor, §.sciendum, ff. qui potior.in pign.hab. Cæterum his virtutibus,& ornamentis naturalis annectitur pietas, vbi.n. magis ac expressius quam eius Responso lib.9. cõtinetur? l.cum auus,ff.de cond.& dem.cuius sensum Imperator admiratus,d.l.cũ acutissimi, pleniſſimum ei donauit eucntũ,imò latius atq. pinguius interpretandũ optimo intellectu esse credidit.d.l.generaliter,§.cum aũt,cui aliud responsum lib.i.consequens esse uidetur, in l.tale pactum, §.fin.ff.de pactis. Proprio itaque iu-

re factum eſt, vt in procem. ff. §. vobis autem,
25 quod in omni Digeſtorum ordinatione † Papinianus præfulgens, omnibus partibus præclarus tertij anni recitationem ſui præbeat, in quo auditores Papinianiſtæ vocentur, eiuſque reminiſcentes, & lætificentur, & feſtum diem cum leges eius accipiebant celebrare ſolebant, peragãt, vt Imperiali lege maneat viri ſublimiſſimi Præfectorij Papiniani (vt dicebam) ex hoc in æternam memoria, quod Hieronymus Magius in Miſcellaneis cap. xi. recenſuit. In hunc omni ex parte eruditum Iuriconſultum notas ſcripſere Iulius, Paulus, Domitius, Vlpianus, & Martianus eius auditores, l. i. §. ſed neque, C. de veter. iur. enucl. l. qui pupillam (vbi de notis Martiani) ff. de adulter. Vlpiani quattuor notæ in Pandectis recitantur, quas ipſe lib. xi. ad edictum in l. ait prætor, §. ſed quod Papinianus, ff. de minor. & lib. xx. ad Sabinum, in l. quæſitum, §. idem reſpondit, ff. de fund. inſtruct. ac rurſus ad eundẽ lib. xxiii. in l. 3. §. cõditio, ff. de adim. leg. conſcripſit, Iulij verò Pauli duo adſunt lib. ſing. ad Orationem Diui Seueri, in l. pen. §. fin. ff. de reb. eor. & lib. iii. Decretorum in l. Clodius Clodianus, ff. de acq. hæredit. & aduertit Viglius in §. ex eo. Quib. mod. teſtam. infirm. Sed tãto honore ſublimiſſimus Papinianus antiquitati fuit, vt quæ in notis prædictis aſcripta erant, nullam vim ob eius honorem obtinerẽt, nec Iuſtinianus in notas, magis autem illas in Papiniani laudem, & ornamentum receperit, in virum itaque egregium iniecta maculã inijcientibus impreſſere, Papiniano claritatem atque ſplendorem, quinimò longè ipſum cenſoribus celſiorem dum de notis iſtis egit Imperator cõſtituit, ſed neque (in d. l. i. §. ſed neque, C. de veter. iur. enucl. inquit) ex multitudine auctorum, quod melius & æquius eſt iudicatote, cum poſſit vnius forſan, & deterioris ſententia multos & maiores aliqua in parte ſuperare, & ideo ea, quæ in notis Aemilij Papiniani ex Vlpiano, & Paulo, necnon & Martiano aſcripta ſunt, quæ antea nullam vim propter honorem ſplendidiſſimi Papiniani obtinebant, nõ ſtatim reſpuere, ſed ſi quid ex his ad repletionem ſummi ingenij Papiniani laborũ, vel interpretationem neceſſariam eſſe perſpexeritis, & hoc pone re legis vicem obtinentes non moremini. Vere etiam labores monumenta eius dicta ſunt, cum ſubtilitate, & ingenij ſummo acumine compoſita fuerint, viuaciſſimiſque rationibus exornata, nec fortuita, ſed maximo ſtudio atque mẽtis elimata cogitatione adinuenta, cum non labores dicentur ſi tanquam alter Macedo Alexander in iuris ciuilis ſciẽtia tot Heroica geſſit? vtque ad Notas reuertar, nõ mirum ſi Vlpianus, Paulus, & Martianus id egerunt, cum ad ſummum faſtigium anhelantes, vt Principi ſe Papiniano prudentiores fortaſſe, ac ſapientiores oſtenderent, virum eminentem redarguere moliebantur, à quo edocti ſingulari doctrina fuerãt, ſed præclara virtus offenſores effugere nunquam potuit, nec inuidorum latratus morſu-
26 que euadere. Eius inſuper inconſtantiam † in l. manifeſtiſſimi, §. ſed cum in ſecundum, C. de furtis, velut albam cornicem Iuſtiniano obſeruatam eſſe apud Federicum Scotum in rubr. ff. de nou. oper. nunc. & Andream Tiraquel. in l. ſi vnquam, in verb. Donatione largitus, numero 273. C. de reuoc. donat. inſpicere eſt, Sed ſi Papiniani perſpicaciã ingenij attenderimus, non inſcitiæ, ſed acumini contrarietas illa aſcribenda erit, cum in meliorem definitionem eius ſenſum conuerterit ab Imperatore nõ indigne comprobatam atque ſancitam. Et quid mirandum eſt, cum non tantum ab ipſo Papiniano ſed ab alijs etiam antiquis Iuriſconſultis in illa dubitatione variatum fuerit? ſatis videtur non aliorum, ſed vnius Aemilij definitionem, vti veram, rationabilem, & conſtantem Iuſtiniano arriſiſſe. Quid rurſus mirandum erit cum hoc Papinianus de ſeipſo profiteatur, in l. ſi venditor, §. ſi. ff. de ſeru. expor. licet enim aliàs ſolius vindictæ ratione, ideſt, quòd animo fæuientis non ſit ſatisfactum Papiniano libro x. Quæſtionum placueritne ex pacto quidem incontinenti appoſito actio ſit, quòd crudele nimium videatur, & indignum, ſi res familiaris nullum damnum patiatur ob pœnam, vel contumeliam homini non inrogatam hominem experiri, idem tamen libro xxvii. mutauit ſententiam, & a Sabino teſtatus eſt ſe in contrarium trahi, quòd ſemper interſit venditoris, propterea quòd vt lex ſeruaretur, ideò viliore precio ſeruum vendidiſſe credatur. Vtinam (vt Obſeruationum libro ſecundo, capit. 37. Iacobus Cuiacius inquit) qui hoc tempore ius noſtrum interpretantur Papinianum imitati, quæ vel falſo, vel ineptè aliquando, & ſenſerint, & ſcripſerint ingenue emendarent, nec in eis contra quam poſtea reſciuerint, tam obſtinato tamque obfirmato animo, vti faciunt perſeuerarent. Obijt Annum agens xxxvi. dies x. & Menſes iii. vt illo eleganti
27 Epitaphio † demonſtratur.

D . M
AEMILIO . PAVLO . PAPINIANO
PRAEFECTO . PRAETORIO
IVRISCONSVLTO
QVI VIXIT ANNOS . XXXVI
DIES . X . ET MENSES . III
PAPINIANVS . HOSTILIVS . EVGENIA . GRACILIS
TVRBATO . ORDINE . IN . SEMIO
HEV . PARENTES . FECERVNT . FILIO . OPTIMO

Hanc

Hanc germanam vrnę Papiniani inſcriptionem eſſe liquido affirmant Ioannes Baptiſta Egnatius ad Spartianum in Seuero, Marcus Mantua in Apophtegmatibus. Aldus iunior, Cotta, Bernardinus Rutilius, Hieronymus Magius Miſcellan. lib. 2. cap. 11. Ioannes Coraſius, in d.l. cum virum, num. 18. Minſyngerius in §. ſed an poſt, num. 2. de fideicommiſ. hæredit. & Franciſc. Hotomannus in Iuriſconſultorum deſcriptione, fol. 345. & quam Bartolomæus Socinus, in d.l. cum auus, in princ. afferebat tãquam adulterinam mendoſamque deteſtantur, doctiſſimum etiam Iuriſconſultum velut ſemibarbarum, & infantem acriter aliqui explodunt, inter quos Magius d. cap. 11. quòd quaſi literarum ignaro rudique lectori fucum facere voluerit reiectam inſcriptionem conſarcinaſſet, in ſuiſque commentarjs vti veram obtruſiſſet: Nec mirum eſſe hominem ab elegantia ſermoniſque cultu omninò alienum, vel ex ſuo, vel ex patris penore talia protuliſſe.

28 Sed licet † in iure interpretando orationis elegantia dicendique puritate Bartholomæus Socinus caruerit, quis neſcit ipſum legum ornamentum fuiſſe? vt ſi hæc ſermonis impuritas reliquis eius virtutibus, atque ſcientijs conferatur, non a quoquam poteſt reprehendi, ſed profuſiſſimè laudandus erit, cum nullus hucuſque Papiniani aliorumque Iuriſconſultorum ſenſa ſubtilius, & inſignius Socino penetrauerit, nullus etiam iuris difficultates explanauerit ſublimius, nodoſque diſſoluerit perfectius ac ingenioſius, omnem enim intricatã, & aſperrimam fideicommiſſorum materiam interpretatur, ſubſtitutionum quæſtiones declarat, conditionum ænigmata pandit, quæ etiam ad tranſmiſſiones Senatuſque Conſultũ Trebellianum pertinent aperit, de rebus dubijs tractationem dilucidat, poſthumorum inſtitutiones edocet, quæve ad alias duriores quidem iuris partes congruunt, ſic diſputationibus enucleat, vt nihil illuſtrius: quid nunc ſi ſermonis exquiſita elegantia, eloquutionis vi, copia atque ornatu deſtitutus ſuorum temporum more inſtituroque in legibus declarandis vſus fuerit? conſuetudini potius quam viro ſummi ingenij tribuendum erit atque aſcribendum; ſicque Hieronymum Magium virum eloquẽtiſſimum Socini ſubtiles commentarij non delectant, alios qui eruditionem non minus quam elegantiam deſiderant impenſe delectabunt, ſicut vt Cicero libro 1. de Natura Deorum inquit, næuus in articulo pueri delectabat Alceum, at eſt corporis macula næuus. Sed ſubmotis nunc Socini laudibus, non enim breuibus verbis poteſt præſtantiſſimi eius ingenij amplitudo concludi, rectius cerne Magius non argentea vrna, ſed longè nobiliori prècioſioríque exiſtimaſſet Papinianum, iurgia erga Socinum compeſcendo Callidemi non incelebri exemplo, is enim altam ſuperbamque illam Iuriſprudentiæ ædem

29 † ingreſſus, quæ tota porticibus, & columnis ex Selenite ambiebatur, cuius etiam teſtudo de pario marmore compacta erat, tam indiſcreta lapidum commiſſura, vt propè eadem muri videretur compages, lateribus vtrinque ex eadem nitentibus materia, varijs figuris atque imaginibus mirè Protogenis penicillo Apellis ſæculo exornatis Olympiade CXII. Romulum leges Curiatas ibi meditantem Sextumque Papirium, ac poſt eum Hermodorum illum Epheſium adinuenit, &. X. tabulas in quibus veteres illæ leges inciſæ fuerunt materia æris Deliaci, conſpexit; Neruæ etiam Iuriſconſulti imaginem qui XVII. ætatis anno de iure publicè reſpondit, Cumque poſtica delubri egreſſus fuiſſet in Polyandrion ampliſſimum Sepulchris Cenotaphijſq. Iuriſconſultorum inſigne ſe contulit, per tot ſepulchra mœſtus ambiens ob virorum nobilium interitum qui iam cinis, & vmbra eſſent: Vidit Solonis ſepulchrum quod ferè tale erat, ſtabat pyramis adamantina altitudine C. & XV. cubitorum ſtellis aureis guttulis cum hac inſcriptione.

O VIATOR
HIC SITVS EST SOLON SOLVS
E SEPTEM LEGISLATOR.
LACRIMIS IVSTA PERAGITO
ET MANES LESSO PROPITIATO

Nec omiſit Pomponij, Vlpiani, Pauli, Marcelli, & aliorum monumenta, quę ferè de lapide Chemite conſtabant, qui corpora a putredine vindicat, flagrabant myrrha, coſto, & cedrino liquore: agnouit titulum L. Cęlij Antipatri qui hiſtorias conſcripſit, & plus eloquentiæ quam iuriſprudentiæ operam dedit, Iuliani etiam arcam lapideam ex illa inſcriptione,

Κἂν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχω προσμαθεῖν βουλόμενον.

Præcellebat, (ait) reliquis Papiniani monumentum inferiore parte ſolida, turris de Alabaſtrite ſuperior de Porphyritico tecto ac faſtigio exornata, perangulto aditu, intus in Stylopide argento inciſum legit.

PROH DOLOR
PRAEFECTE AEMILI INSONS FVISTI
VALE

Et paulò inferius virtuti haud vitã poſtpſouiſſe pudet. In circuitu tãti monumẽti porticationes ex vario marmore cõſtructæ ex more ſumptuoſæ antiquitatis ſtabant. Quid tũ, ſi quæ illuſtria monumẽta manu fabrefacta illi veteres Iuriſc.

merebant miro ingenij artificio Callidemus ijſdem adiunxit & effinxit? Illius etiam veræ inſcriptionis ad monumentum Papiniani teſtatur ſublimis Iuriſconſ. Iacobus Cuiacius Obſeru.lib.8.cap.23. vbi aliam non abſimilem veterem inſcriptionem adiecit præpoſteritatem naturæ oſtendentē. Cum Antoninus Baſſianus Caracalla ad imperium fauore exercitus peruenisſet, Getamque interimere propoſuiſſet, ac in caſtris eius inſidias prætorianis militibus quærula voce inſinuaſſet, Æmilius Papinianus etiã tunc Prætorij Prefecturam obtinens, fratrũ concordiam quam potuit maximè fouit, egitque ne Geta occideretur, Baſſianus verò qđ animo reuoluebat cum ob ſequutam iam fratris cędē expleuiſſet, Papinianumque cũ alijs concordię
30 auctoribus † ac Getæ fautoribus occidere inſimul deliberaſſet, ipſum è Capitolio ad palatiũ redeuntem inſimul cum Imperatore qui eidem Papiniano & Chiloni innitebatur, quos enim occidere cogitabat affabiliter alloquebatur, nõ multo poſt alijs ſublatis compluribus Getæ fautoribus, à militibus permittente ac ſuadente Caracalla occiſum tradunt, ſimulque cum eo filium eius, & Petronium, quod Spartianus in Antonino Caracalla, itemque in Geta, ac Petrus Gregorius in Syntag.iuris, part. 2. lib.18. cap.11.num.6. vltra alios literis demandarunt. Sunt qui in Caracalli conſpectu ſecuri percuſſum, eoque improbante quòd non gladio res perfecta fuiſſet, militumque obiectum gladijs confoſſum ſcribant, huiuſque diræ mortis occaſionem in Getam Papiniani amorem, vel magis deſiderium fratrum concordiæ ac pacis fuiſſe. Plures tamen dixerunt nempè Vdal. Zaſ. in d.l.2.§. primus Diu. Auguſt. in verb. Cæſar, ff. de origin. iur. Cotta in Papiniano, Ioachimus Minſyngerius in §. non eſſe autem, nu.4. de excuſ.tut. in §. ſed quia, num.2. de fideicom.hæredit. Io. Coraſ. in l. qui liberos, in verb. Fraternum. 129. ff. de rit. nupt. Franciſc. Hotoman. in eius libello deſcriptionis Iuriſconſultorum, & Franciſc. Connanus, lib.1. Comentar. iuris ciuil. cap. vlt. num.10. occiſo Geta fratre, Caracallam Aemilio Papiniano iuſſiſſe, vt in Senatu pro ſe, & ad populum facinus diſſueret, illum reſpondiſſe: Non tam facile parricidium excuſari poſſe quàm fieri. Alij inter quos Rutilius, & is in Papiniano, rogatum ferunt a Principe, vt orationem qua inueheretur in fratrē ſibi dictaret, recuſaſſe Papinianum, dixiſſeque: aliud eſſe parricidam accuſare innocentem occiſum: ſed hæc non conuenire Spartianus ſcribit, nam neque Præfectus poterat orationem dictare, conſtatque eum quaſi fautorem Getæ occiſum: Illud etiam teſtantur, admirabilem ab eo morientē editam vocem, cum enim raptus a militibus ad palatium occidendus traheretur. Stultiſſimum fore dixiſſe qui ſibi ſuccedebat Præfectũ niſi violatam crudeliter Præfecturam vindicaret, id ipſumque euenisſe, ſucceſſor enim Papi-
31 niani Opilius Macrinus † in foro verſatus, & legum conſultiſſimus per Martialem Centurionem (ſi Herodiano lib.4. & Aelio Spartiano in Caracalla credimus) vnum è cuſtodibus Principis occiſo Caracalla in medio itineris inter Carras, & Edeſſam die ſui natalis ad requiſita naturæ diuertente, cum leuandæ veſicæ gratia ex equo deſcendiſſet, dum aduerſus Parthos iterum moliretur ex Præfecto Prætorij imperium inuaſit, de quo Auſonius,

Principis hinc cuſtos ſumptum pro Cæſare ferrum
Vertit in auctorem: cade Macrinus iuere.

32 Sed quis talia recenſendo † a lacrymis, atque animi cruciatu ſe temperet? quis immaniſſimi Caracallæ ſcelus funeſta oratione non improbet, & penitus abominetur? cum Senatui maximum decus, Præfecturæ authoritatem, legum conditorem, atque magiſtrum, nec Romæ ſolum, ſed totius orbis ſplendorem abſtulerit: Quid Baſſiane egerat Papinianus, vt a te naturæ immani ac tetro monſtro interfici, & per plateam eius cadauer ſine aliqua humanitatis reuerentia trahi meruerit? quòd a tuo flagitio ſtare noluerit? quòd parricidium excuſare recuſauerit? quòd tui ſędiſſimi animi contra fratris ſanguinem violentiam reprimere ſtuduerit? quòd pietatis ardore flagrans concordiam iniri ſuaſerit cum Geta fratre tuo, cuius irrupto cubiculo nihil eum tale expectantem ſupra matris Iuliæ pectus multo vndantem ſanguine ſæuus obtruncaſti? nullus alius niſi tu improbiſſime, tam graue ſcelus perpetraſſet, non Nero, non Vitellius, non Caligula, aut alius quiſquam tunc Imperatorum crudelior, & ſceleſtior, nullus alius ſiquidem niſi tu naturali pietati obnoxius, aut Heliogabalus tuus filius probris omnibus pollutus, ac te duro patre durior Aemilium Papinianum naturæ rationibus inſtitutum, artiſque ornamentis decoratum mundo ſurripuiſſet: tibi æque fatale fuit Papiniane ac bonis omnibus, improbi, & ſceleſti Imperatoris iuſſu occidi, qui domeſticos omnes fratris atque amicos ſuſtulit, & in ædibus habitantes quas ille incoluerat, miniſtros item vniuerſos, ſic, vt ne ætati quidem infantium parceret: non enim quas virtutes in fratre oderat, harum quandam imaginem præferri ab amicis, & illius deſiderio paſſim quæri populum Romanum patiebatur, vt Hero-
33 dianus libro 4. ſcribit, probitate † namque Geta inſignis erat, animi moderatione, & lenitate in congreſſibus admirabilis, quē ſtudia delectabat honeſta, diſciplinarũ laude celebres circa ſe frequētes eſſe iuſſerat, & in paleſtris, ac reliquis ingenui exercitationibus verſabatur, mi-

tis

tis etiam in omnes & benignus, fama & gloria quadam optima plurimos ad amicitiam beneuolentiamque ſuam allexerat, vt ante Nobiliſſimi cognomen meruerit quam ad Imperij faſtigium eueheretur, quod oſtendit lapis ad Quirinalem in ædibus Pomponij Læti.

PRO. SALVTE. DD. NN. AVGG
HERCVLEM DEFENSOREM
GENIO. CENTYRIAE. EX. VOTO. POSVIT
L. DOMITIVS VALERIANVS
DOMO. KAPITOLIA. DE. STIP. X VIII
MIL. COH. X. PR. P. V. 7. FL. CARALITANI
LECTVS. IN. PRAETORIO. DD. NN
EX LEG. VI. PER. R. F. C
DIMISSVS HONESTA MISSIONE
VII. IDVS. IANVAR. DD. NN
IMP. ANTONINO PIO. AVG. III. ET
GETA NOBILISSIMO CAES. II. COS

Nobiliſſimum itaque Getam niſi totius ferè Vrbis, & Orbis excidio extingui poſſe non
34 putauit† nefarius parricida, hinc ille antea inauditus furor & immanitas pluſquam Tyrannica, & nulli vel leuiter fratri cogniti euaſerint, non atletæ, non aurigæ, non hiſtriones, non liberti, non omnes eiuſdem amici, confoſſi ordinis Senatorij quicunque aut genere aut diuitijs præſtabant, interfectus Lætus, confoſſus frater patruelis Afer, cui pridie partes de cena miſerat, interfecta Commodi ſoror iam anus, atque ab omnibus Imperatoribus, vt par erat maximo in honore habita, quòd Getæ necem apud matrem defleuiſſet, quin etiam cõiugem ſuam Plautiani filiam quæ in Siciliam relegata a Seuero fuerat, interimi iuſsit, & Pertinacis filium ex Lucilla Commodi ſorore ſuſceptum, poſtremo ex cognatione Imperatoria, & ex Patricia Nobilitate quotquot ſupererant funditus deleuit. Ducesque prouinciarum, Præſides & procuratores vniuerſos veluti Getæ amicos capite multauit, Veſtaleſque Virgines viuas obruit terra, quaſi inceſto pollutas, in Circenſibus ludis, quod nunquam antea euenisſe memorant, omnem exercitum in Populum facere impetum irruereque edixit, & ex inermi multitudine raturi eos atque occidi qui antigam ſuum maledictis fixiſſent, ſe enim non illum ludibrio habitum exiſtimabat. Ac mili-
35 tes genus hominum † truculentum, & natura ferum, ſemel habita ſæuiendi licentia prætimore ſe proteruius locutum fatentè nemine paſſim, vt quemque ſors obtulerat trucidarunt, aut omnibus direptis quaſi vita redempta ægrè dimiſerunt. Præterea Alexandriæ in Aegypto iuuenes omnes quos honorum, & præmiorum ſpe extra Vrbem vbi exceptus perhonorificè fuerat, euocauerat, & circumiens contrectanſque blandè, quoſque alloquens aliud in alio laudauerat, militum armis concluſos cum cæteris qui aderant tanta cæde contrucidauit, vt profundiſſimas foſſas cadaueribus, & ſanguine oppleuerit, in quas a ſemiuiuis præcipites acti aliquot etiam militum mox decidentium pondere oppreſſi fuerunt, & riuis cruoris defluentibus cum fauces ipſæ Nili ingentes, tum litus omne circa Vrbem purpuraſceret, id patrauit ſcilicet, quod non diſſimulata fraterna cæde, Alexandrini Iuliam matrem Iocaſtam multo ante vulgo appellauerant, irriſerantque eum, quòd puſillus ac tantulæ ſtaturæ geſtiret haberi, & videri Alexander & Achilles qui maximi ac fortiſſimi heroes fuerunt. Quam etiam fidem publicam dederat acceperatque perditiſſimus ſacrilegus violauit & fregit, qui enim gentium iure naturæ infenſiſſimus hoſtis teneretur? nempe ſimulatis nuptijs cum Parthorum Rege Artabano, omnem barbarorum nobilitatem lætam Romano fœdere, & gloriantem affinitate ſibi obuiam circumuenit & occidit, Artabanus alia omnia cogitans illi periculo vix a ſuis ereptus equum conſcendit, & celeri fuga ſe in tutum recepit: atque ad te reuertor te tota mente reſpicio Papiniane, malum te in illa incidiſſe tempora quibus tutos eſſe non licuit niſi malos, quid immerens hic offenderat Baſſiane? ſic populos Romani Imperij magnaminiter deuiciſti, imperiumque feliciter propagaſti, dum innocentem Getam occidiſti, dum Iuriſconſultum omnis omnino bonitatis ac virtutis exemplar virumque Præfectorium coram te ſecuri percuti iuſſiſti, ictibuſque gladiorum confodi, hæc ſunt ſpolia Britannica, hi triumphi Parthici more maiorum parti, hæ victoriæ Cæſaris. Sic captiuos inimicos ducis, exercituſque inimicarum gentium proſternis debellaſque, tegna ciuitateſque ſuperas, dum domi fratris ſanguinem effundis, Præfectoriumque amicum ac defenſorem laceras, orbem etiam ſanguine ſpargas, o dedecus æternum Auguſtorum imò eius tantum nominis, vt optimè illud Diaſyrticum
36 dictum † ab Aelio Pertinace emiſſum exiſtimemus, dum tibi fauſtum Prætorij recitanti, dicentique te Sarmaticum, Germanicum, Parthicum, Arabicum, Alemanicum, Maximum ioco obiecit, adde ſi placet etiam Geticum Maximum quod Getam occideras fratrem. Nec tua rabies tyrannica (cum tyrãnicum odium merueris) tãtis ſceleribus ſatiari potuit, verum etiam innocentiſſimi filij cædem (vt hoc horrendum non ab re repetam) patris acerbiſſimo funeri addidiſti, vt non Imperij Romani princeps ſolum, ſed crudelitatis ac feritatis videreris, ſic ciuicis muralibuſque coronis exornaris, dum ciuitatis Romanæ rectorẽ ac ſapientẽ mo-

deratorem, præclaramque eius ſobolem ferro trucidas ac profligis, in quo innocens & infelix filius deliquerat? in quo alij in quos efferatam illam tuam effudiſti rabiem? non ex alio id te egiſſe putandum eſt, quàm ne patris virtus in filio reuiuiſceret, vt etiam publicũ virtutis hoſtem dirumque perſecutorem te manifeſtares, vt nihil ad tuam crudelitatem deeſſet, ſeminarium omne iuris ciuilis Baſſiane intercidebas, niſi complures grauiſſimi Iuriſconſulti hauſtã ab Aemilij puriſſimis nitidiſſimiſque fontibus diſciplinam & ſcientiam ſeruaſſent, totque præclara eius volumina illęſa remanſiſſent, in quibus naturales & ſelectæ ciuilis Philoſophiæ rationes continerentur, quæ poſtmodũ vniuerſi iuris ciuilis ſolida fundamenta extiterunt: Non meruiſti Baſſiane in Antoninorũ nomen adoptari, cum ob tuos deprauatos mores & impietatem Diuo illi Antonino diſſimilis prorſus extiteris, & Imperiali culmine indignus omnibus gentibus viſus fueris: Antoninorum ſiquidem nuncupatio, vt Mariangelus Accurſius † in Diatribis ad Auſonium in Baſſiano 37 inquit, venerabilis ac Romano Populo vſque adeo fuit amabilis, vt illa te Seuerus pater decorandum exiſtimauerit, ſed nomini gratiam, & imperio dignitatem ademiſti, ac vna tantum re dignus apparuiſti quòd Opilij Macrini mandato occidereris, cum nullum tyrannicum imperium ferro vacet, & ſanguine: licet itaque in- 38 ſidiarum metu Baſſianus curioſior † impendio fuerit oraculorum, dęmonumque arcana inquirendi, accitis vndique Magis, aſtrologis, aruſpicibus, nemineque prætermiſſo qui huiuſmodi fallacias profiteretur, Romamque, quemadmodũ Mariangelus Accurſius ſubdebat, dum in Meſopotamia ageret ad amicum ſibi intimũ Maternianum ſcripſerit, vt optimos quoſque Magos de eius vitæ termino conſuleret, punitus tamen fine cruento quem vates prænotauerunt extitit, cuius proinde necem Populus nõ ſine riſu accepit, prout ioco aſſumendum fuit dum putauit Magno Alexandro Macedoniæ ſe æquandum fore, dumque ad Herculis virtutem acceſſiſſe ſe iactauit. Quod totum latè etiam Herodianus enarrat illis verbis ex Politiani verſione lib. 4. Sed eos quoque ſuſpectãs vt parum vera loquentes, omniaque ad aſſentationem vaticinantes, ſcribit ad Maternianum quendam cui rerum ſuarum omnium curam in Vrbe crediderat, & quem ſibi ex amicis omnibus fidiſſimum putabat, conſciumque omnium ſecretorum habuerat, Magos vndique optimos conquirat, atque euocatis Manibus de fine ipſius vitæ conſulat, & an quiſquam Imperio inſidietur: At Maternianus nauata principi opera, ſiue id reuera Manes ſignificauerant, ſiue alioqui Macrinum peroſus reſcirebit Antonino Macrinũ eſſe qui inſidietur imperio, eumque è medio tollendum. Nil ad ſe excuſandũ profuit Getæ imaginem honorare, Diuum ipſum appellare, eiuſque mortem toties flere, quoties nominis eius mentio fieret, quoties etiam eiuſdem imaginem videret, aut ſtatuam, ſi Diuum illum dixit dummodo non eſſet viuus, ſi fletum cocodrili lacrymis ſimilem fuiſſe conſtat, ſi tyranno credendum non erat, q uemadmodũ de Sylla milites Pompeiani dicebant. Ad parricidium Caracalla natura truculentus, & iniuriarum memor, inceſtum iungere voluit, cum Iuliam eius nouercã ac Getæ matrem alioqui pulcherrimam quam nudam maxima corporis parte per negligentiam viderat, vxorem duxerit, dicente Baſſiano vellem ſi liceret, eaque reſpondente ſi libet licet, an neſcis te Imperatorem eſſe, & leges dare nõ accipere? Demoſthenis nunc & Hortenſij, vel ipſiusmet Æmilij Papiniani omnem declamandi artem exercitationemque expeterem, qua tetrum factum perditiſſimi Imperatoris pro ipſius magnitudine luminoſa oratione abundanti eloquẽtiæ quadam maiore vi fluẽte ſic vberibus ſententijs deteſtarer, vt verbis veluti fulminibus infandum eius nomẽ concuterem atque diſperderem, quod tamen pro eius indigno facinore, illius exemplo qui Dianæ Epheſiæ templum incendit, deleri nunquam poterit aut obliterari, æquumque videtur, vt turpis prorſuſque infamis memoria diutiſſimè velut in pœnam perduret: illud denique de Aemilio Papiniano nequaquam prætermiſerim, ſcientias ac virtutes omnes quæ in cæteris Iuriſconſultis ſparſim adfuere, in vno hoc Aemilio perfectius in ſuo quoque genere floruiſſe, nã quid rogo iucundius auribus noſtris vnquam accidit huius oratione Papiniani, eiuſque operum quæ nunc extant lectione? quæ eſt pura ſic vt Latine loqui pene ſolus videatur, ſic autem grauis, vt in ſingulari dignitate omnis tamen adſit humanitas ac lepos, quid illuſtrius quàm vĩuas ex naturæ fontibus depromptas rationes atque inſtitutiones in eius ſcriptis reſpõſiſque, imò omnem æquitatem ad veram effigiem inueriè quid multa? ipſum perlegẽs ſic iudicare ſoleo, quicquid aut addideris, aut mutaueris, aut detraxeris vitioſius, & deterius futurum, cum eius dictis nil limatius, nil terſius, nil perfectius valeat excogitari. Beneuentanorum illuſtrium virorum ordini celebritatique Gregorius VIII. Pontifex Maximus vitæ ſan- 39 ctitate, † prudentia, teſte Platina in eius vita, & Blondo libro decimoſexto reque ipſa inſignis, Orbilijque grammatici addendi ſunt, quorum Tranquillus meminit, ac ſolius Seruij Orbilij eius præceptoris illis carminibus lib. 2. ad Auguſtum epiſt. 1. Horatius.

Non

Non equidem insector, delendaque carmine lini
Esse reor, memini quæ plagosum mihi parvo
Orbilium dictare, sed emendata videri
Pulcraque & exactis minimum distantia miror.

Silentio etiam præterire non audeo Victo-
40 rem III. Pontificem † qui ante Desiderius seu Dauferius vocabatur, Beneuenti in Samnio patre eius ciuitatis principe natum, cuius corpus in Casinate Capitulo vbi Abbas fuerat in sepulchro marmoreo clauditur, eleganti addito elogio. Albertum de Mora Diaconum
41 † Cardinalem S. Laurentij in Lucina postea S.R.Ecclesiæ Cancellarium ab Alex. III. factum, virum doctrina facundiaque præpollentem, Bernardum Beneuentanum Cardinalem
42 Prænestinum † cuius in Casinano Monasterio mortui extat epitaphium, Petrum denique de Mora Cardinalem S.Angeli. Possem de Principibus Beneuentanis quos aliqui Duces nominant, multa scriptis insinuare, quæ cum à pluribus Historicis, & exactius à præclarissimo Iurisconsulto, & Patricio Viro Neapolitano Marino Freccia tradantur in eius erudito opere quod de subfeudis inscripsit, lib. 1. cap. de Prouincijs, & Ciuitatibus Regni, num. 50. fol. 89. & cap. de Antiquo statu Regni, num. 19. fol. 62. non erunt hic repetenda, neque alia quæ ad vetustorum ædificiorum structurã excellentiamque pertinent. Dominum tamen Ioannem Baptistam Mascambrunum Nobilem Beneuentanum Iurisconsul. hac tempestate præclarissimũ, prædictis addendum autumo, qui scientijs, authoritate ac integritate, Beneuentum extollit plurimum, hunc in eminentissimo Regio Magistratu Magnę Curiæ Vicaria ad causas crimina les Iudicem promotum meritissimo intuemur.
43 Cumque Freccia eodem volumine † de Aquila Ciuitate pertractans, licet ipsam celebrem nobilemque ex Amiterno Furconioque Samnitum Vrbibus antiquissimam Nobilitatem, trahentem, Amiterninos etiã Coloniam deducere, ipsumque Amiternum Crispi Sallustij patriam fuisse scribat, & Aquilanum Episcopum exemptum; quemadmodum re vera est, nullũ Metropolitanum recognoscentem affirmet, nihilominus tamẽ longè maiora pauciss imis quidem verbis de ipsa Aquilæ Vrbe dicere potuisset, cum prout veram originem non solum ex Amiterno Furconioque sed etiã ex Duconia, Forulis, Abienſi, alijsque Samnij vrbibus deducit, quarum habitatores locì indigenes a temporibus vsque Iani, ita non earundem tantum sed Vestinorum ferè in vniuersum vetustatem celebritatemque repræsentat, estque non immeritò ipsorum Vestinorum princeps ac Metropolis, quam etsi aliqui nouam Vrbem appellare voluerint, hoc ad eius ampliationem ab Imperatore Federico factam & a Carolo II. prosecutam, ad Furconensisque Episcopatus in Aquilensem translationem sub Alex. IIII. referendum est, cum antiquissimis antea temporibus Aquilæ Oppidum fortissimũ in amœnis collibus propè Amiternum vbi hæc ciuitas sita est, viguerit ac steterit, & Blondus Forolivienſis fidelis Historicus est auctor, dum ipsam
44 vetustiorem quàm habitatores existiment † esse testatur, ex Fridericique diplomate clarè colligitur: quia autem ciues non ædificia verè ciuitates constituunt, cum Aquilani ipsi Amiternini sint, & Furconenses, & Duronienses, & Forulenses, Abienseſque ex Vestinis populis Samnij, quid refert quòd relictis primis ædificijs Consulum Romanorum, & exercituum vi deuastatis ac disiectis, etiam nunc ex vestigijs ipsis admirabilibus iuxta se congregarint, in eodemque agro Amiternino vrbem Aquilam ampliss imorum ædificiorum, platearum, viarum, fontium, turrium & Basilicarum fastu glorioſam ac præpotentem, ciuiumque nobilitate vetustissimam, & virtute clarissimam, ex illis priscorum Samnitum roboribus collapsisque ruderibus erexerint? unum tantum quòd ipsam non Amiternum, non Furconium aut ex præmemoratis aliam, sed Imperatoris edicto Aquilam appellauerint, quamuis ex Historicis plerique non incelebres Amiternum nunc
45 † Aquilam uocitent esseque affirment, de quo Amiterno Plinius libro 3. cap. 5. & rursus li-
46 bro 14. cap. 3. de Pumula uua † agri Amiternini tractans, sæpeque Liuius, ac illis carminibus Virg. lib. 7. de Forulis pariter uerba faciens.

Vna ingens Amiterna cohors, Priscique Quirites
Ereti manus omnis, oliuiferæque Mutuscæ,
Qui Nomentum Urbem, qui rosea rura Velini,
Qui Tetrica horrentes rupes, Mõtemque severum,
Casperiamq. colunt, Foruloſq. & flumen Hymellæ,
Qui Tyberim Fabarimq. bibunt, quos frigida misit
Nursia, & Ortina classes, populique Latini.

Quibus alia Sylij Italici carmina lib. 8. concinunt.

Esse inter primos Theramon a sanguine clausus,
Exultat rapidis Nero non imitabilis ausis,
Hunc Amiterna cohors, & Baccho nomina ducẽs
Casperula, hunc Foruli, magnaque Reate dicatum
Calicolum matri, necnon habitata pruinis
Nursia, & a Tetrica comitantur rupe cohortes.

De P. Aufidio Pontiano Amiternino meminit M. Varro libro secundo de re rustica capit. 9. & Amiterni L. Iunius Columella pariter de re rustica lib. 10. dum de cultu hortorum in fine Carminum scribit.

Quin etiam tardipedi sacris iam rite solutis
Nube nova feritur, cali pendentibus vndis,
Congilis illustri mittit quam Nursia campo,
Quaque Amiterninis defertur hernias aruis.

Sed cum huius antiquitatis plena sint ferè omnia,

omnia, latiorem de ea discursum alium in locũ reijciam, tantũ Iouiniani Pontani de gestis Ferdinandi Regis lib. 5. pauca hęc verba subnectã, Prolatis etiã, inquit, confinibus facta est Aqui
47 la, Vrbs quidem † ipsa ciuibus, autoritate, & operibus clara, regionisque totius caput, Nam & populus ipse quanquam lanificio deditus ac texturę, maximè etiam bellicosus est, finitimisque vndique formidini, nec minus etiam Regibus qui Neapoli imperant. quod Ioannes Baptista Carapha in suis historijs tradidit, Aquilanos inquam militiæ addictos esse. Quid mirum si hæc inclyta Vrbs belli Duces strenuos
48 forteſque, ac inter alios † Antonutium ex Illustrissima, & Generosa Camponiscorum Montorij Sanctæque Agathæ Comitũ familia exercitus Ladislai Ducem, ac itidem Eugenij IIII. progenuit, sub cuius quoque ducta Aquilanus Populus Bracchio Fortibracchio apud Aquilam dimicando occiso, eius inimicum exercitum fudit, profligauit, vicit atque consumpsit; alios quoque eminentissimos ciues produxit, & ne omnes memorem, Amicum Agniphylũ
49 Cardinalem tituli S. Mariæ trãs Tyberim, † & Aquilanum Antistitem, doctissimum Iurisconsultum, vitæ sanctitate, nobilitateque præclarissimum non reticebo velut summis virtutibus exornatum, quicquid de eo Hieronymus Garimbertus Parmensis, & Frater Alfonsus Ciaconius scribere ausi fuerint, ab æmulis (vt credendum est) nobilium gentis Agniphylæ perperam instructi, cum Cardinalis iste nõ solum purpuræ fulgore, sed antique eius antecessorũ nobilitatis radijs coruscauerit, qđ Aquilanis ciuibus magis quã externis ipsis scriptoribus innotescit, quibus Historicis, vt ignoscẽdum est, ita æmulis illud obijci poterit:

Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum.

Emicat eadẽ Aquilæ vrbs familiarũ antiquissima nobilitate, ciuiumq. tum armorũ tũ scientiarũ oĩum claritate. Vtque aliquantisper ad Ami
50 terni fastigiũ †redeã, non minora vetustissimorũ lapidũ apparent eius monumẽta, inscriptionemq. illã quę Beneuẽti adhuc extat subijciam.

M. MARIO. M. F.
STEL. TITIO RVFINO
COS.
LEG. LEG. I. MINER. P. F.
CVR. COL. CLAVD. AVG.
AGRIPPINENSIVM
PRO. COS. PROV. SICILIAE
CVR. AMITERNOR. PRAET.
TR. PL. Q. PROV. MACEDON.
SEVIR. TVRMAT. EQ. ROM.
TRIB. LATICL. LEG. I. ADIVT. P. F.
III. VIRO. IVSTITIB. IVD.

En aliã de Amiterno ipso quæ maiori Aquilæ vrbis Palatio infixa conspicitur.

C. SALLIO C. F.
QVI. PROCVLO
SACERDOTI. LANVVI
NORVM. IMMVNI. PON
TIFICI. PATRONO. CIVI
TATIS. AMITERNINORVM
ITERVM. Q. Q. SVMMO
MAGISTRO. SEPTAQVIS
OB. MERITA. ET. AMOREM
EIVS VICANI FORVLANI
PATRONO BENEMERENTI
L. D. D. D.

51 Denique palã est † in vno agro Amiternino gaudentis opus esse naturæ, imò tota in eo vitalis ac perennis salubritatis cæli temperies est, vt eo nihil mollius, tam fertiles cãpi, tam aprici colles, tam innoxij saltus, tam opaca nemora, tam munifica siluarum genera, tot montiũ afflatus, tanta frugum & vitium fertilitas, tot lacus, tot amnium fontiumque vbertas totum illum perfundens, vt mirabile visu sit, hinc Martialis.

Nos Amiternus ager felicibus educat vris.

Tantæ amœnitati decus ingens tribuunt, Amiterni vetustissimum amplissimumq. theatrum, pontes maximi ex quadrato lapide supra Aternum amnem altis fornicibus, marmorum crustæ & statuæ, leones erant enim dictæ ciuitatis insignia, nõdum collapsæ omnino turres, aquæductus, columnę, variorum marmorũ inscriptiones, aliaque ingentia ac insignia mirę vetustatis quę in agro ipso visuntur, vrbis Amiterni potentiam atque eminentiam, & Samnitum gloriam clarè ostendentia; Ne autem encomiũ magis quam historiam illustrissimæ Vrbis Aquilæ patriæ meæ contexere videar, multa relinquere præclariora expedit, potissimum quæ ad tot illustrium familiarum nobilitatem ciuiumque præstantiam pertinent, cum absolutum modo Imperatoris Federici elogium sufficiat, quo gloriari poterit, dum eius manuum Nobile opus ipsam esse promulgauit, & tum ex ipsius loci vocabulo, tum ex victricium Imperialium signorum auspicijs Aquilæ nomine inscribendam decreuit. Nunc verò vt quæ de Aemilio Papiniano veluti per Satyram dicere institueram, omnino concludam, constitutum illud est, Virtutem ferro non extingui, eiusque præmium æternitatem esse.

Digitized by Google

PERORATIO.

QVAE *de Æmilio Paulo iam dixi, etsi nequaquam paria illius ingenio, ac pro mei tamen ſtudio poſſibilia, cum eius virtutes ſenſu hominum non poſſint aut cogitatione comprehendi, cenſeo equidem ipſum Diuino conſilio ortum, Iuriſprudentiæ ornamentis ſuaui quodam nexu colligari oportere: cum verò ipſam laudibus veluti vberrimis eloquentiæ torrentibus irrigatam aſperſamque aſpexerim, eripuit libertatem mihi dicendi eius panegyricorum gloria; cum eruditorum teſtimonio totiuſque iudicio Græciæ, quinimò re ipſa ſummarum ſcientiarum virtutumque quam ſe cumque in partem vertat facilè princeps exiſtat: licet enim omnes virtutes ſint, attamen eſt ſpecies alia magis alia formoſa, & illuſtris, ſicut hæc exstet Iuris ſcientia: ſilentio inuolutis ijs quæ de ea affluenter dici poſſent vſquequaque efflorescentibus, cygnea namque voce opus eſſet, Iſocratis ſuauitate, Hyperidis acumine, Aeſchinis ſonitu, atque vi Demoſthenis ſuffulta, Iuriſconſultorum prægrande decus qui ipſam Iuriſprudentiam excoluere in quorum filo Papinianus multum omnibus gloria, & honore præſtitit, aliquibus coloribus adumbrare enitar. Qua in re carmen illud mihi primò occurrit repetendum, quo clariſſimus vir ille ob hanc iuris ciuilis ſcientiam ſic appellatus à ſummo Poeta eſt.*

Egregie cordatus homo Caius Aelius Sextus.

Plurimum namque ijs qui iuri dicendo præſunt, honoris, gratiæ, & dignitatis ius ciuile tribuere quis ignorat? cum vt Plutarchus Iuriſprudentiam omnium ſcientiarum præclariſſimam Pyndari teſtimonio appellat, ſic Juriſconſultos omnibus numeris præſtantes ſumma cum ratione nominabo. Quod enim præclarius, & illuſtrius quam honoribus, & Reipublicæ muneribus perfunctum, poſſe ſuo iure dicere id quod apud Ennium dicat Pythius Apollo, ſe eſſe eum vnde ſibi ſi non populi, & Reges at omnes ſui ciues conſilium expetant?

Suarum rerum incerti quos ego mea ope ex
Incertis certos, compoteſque conſili
Dimitto, vt ne res temere tractent turbidas.

Eſt namque, vt de Oratore Cicero, ſine dubio domus Iuriſconſulti totius oraculum ciuitatis, cuius rei vt teſtis tunc Romæ erat Q. Mutij ianua; & veſtibulum quod in eius infirmiſſima valetudine affectaque iam ætate maxima quotidie frequentia ciuium ac ſummorum hominum ſplendore celebrabatur, ita nunc (mihi liceat præſentibus vti exemplis atque viuis) Hieronymi Macchiauellij Præclariſs. Iuriſconſulti Bononienſis domum velut alterius Q. Mutij exiſtimo, totius Vrbis Romæ itidem admirandum oraculum, quem etiam C. Aquilio æquandum fore cenſeo, cuius prudentiam Populus Romanus in cauendo non in decipiendo perſpexerit, vt qui Iuris ciuilis rationem nunquam ab æquitate ſeiunxerit, qui tot annos, ingenium, laborem, fidem ſuam Populo Romano promptam expoſitamque habuerit, qui ita iuſtus & bonus vir fuerit, vt natura non diſciplina conſultus, ita peritus ac prudens, vt

ex iure

PERORATIO.

ex iure ciuili non ſcientia ſolum verum etiam bonitas nata eſſe videretur, cuius tantum ingenium erat, tam prompta fides vt quicquid inde hauſires purum liquidumque te hauſrire ſentires. Non ad leges XII. tabularum interpretandas quarum vnum libellum obſcurum valde, & aſperſum vetuſtate bibliothecis omnium Philoſophorum Cicero præferebat, Ermodoro Epheſio in Italia exulanti opus fuiſſet, ſi illa aurea florenſque ætas Macchiauellium iuris diſertiſſimum, ac maximi animi virum cognouiſſet. Vt tamen illuc vnde abij redeam, cum Iuriſprudentiæ celebritas adeò eminens ſit, quòd eius ſectatores immortalitate dignos reddat, omnes qui virtutem colunt admoneo, vt fortiſſimo quodam animi impetu, in hanc Iuriſprudentiam mentis aciem defigant tanquam in illuſtrem diſciplinam, vt patriæ, vt parentibus, vt amicis adiumento eſſe poſſint, ac denique vt ſibimet conſulant, arbitror etenim nil aptius mortalibus contingere, ut æternitate nominis ornari atque illuſtrari valeant. Nec labor aliquis illos fortaſſe deterreat, cum ſummi labores magna competenti gloria mitigentur, & quænam gloria fulgentior quam quæ optimos Juriſconſultos felices, & claros reddit? Fremant omnes licet, vt iſtud vſurpem, dicam quid ſentio, veteres inquam illos maius quiddam animo complexos fuiſſe, plus multo etiam vidiſſe videri quam quantum veſtrorum ingeniorum acies intueri poſſit, eoſdemque Iuriſprudentiam ſumma veneratione honeſtaſſe, proindeque Solonem, Lycurgum, Draconem, alioſque latores legum vti Heroas ſuſpexiſſe, quorum nihilominus leges ſi cum Romanis legibus conferantur, incredibile eſt quam ſit omne ius ciuile præter hoc noſtrum inconditum, ac penè ridiculum, cum quantum præſtiterint noſtri maiores prudentia ingenioque cæteris gentibus, tantum leges Romanæ præualeant, vt illarum latores tanto ardentius admirari nos conueniat, & ex iuris cognitione lætitiam voluptatemque educere, atque etiam Iuriſconſultos ſummo in honore dignitateque retinere, qua fortaſſe altius aut illuſtrius nihil.

LAVS DEO.

Digitized by Google

INDEX RERVM LOCORVMQVE INSIGNIVM QVAE IN HOC LIBELLO CONTINENTVR.

A

AEMILIVM *Paulum Papinianum priſcis Iuriſconſultis ſcientia præſtitiſſe. in Papin. numero 1.*

Aemilium Paulum Papinianum Præfectoria dignitate claruiſſe. in Proœm.nu.1

Albertum de Mora Cardinalem, ex Beneuento ortum fuiſſe. in Papin.nu.41

Amicum Agniphylum Cardinalem, nobile decus Vrbis Aquilæ perpetuò fulgere. ibid.nu.49

Amiternis Prætorium adhuc ſtare. in Proœm.nu.6

Amiterni claritatem explicari. in Papin.nu.46

Amiterni antiquitatem vetuſtiſſimis marmorum inſcriptionibus oſtendi. ibid.nu.50

Amiternini agri fertilitatem deſignari. ibid.nu.51

Amiternum nunc Aquilam eſſe. ibid.nu.45

Andreæ de Iſernia occiſionem pro crimine læſæ maieſtatis fuiſſe habitam. in Proœm.nu.13

Antonini Caracallæ flagitium ob Papiniani mortem vt piaculum execratum. in Papin.nu.32

Antonini Caracallæ miram crudelitatem oſtendi. ibid.nu.34

Antoninum Caracallam vti Getæ occiſorem Geticum ioco fuiſſe dictum. ibid.nu.36

Antonini Caracallæ circa Magos, Aruſpices, & Aſtrologos ſtudium. ibid.nu.38

Antoninorum nuncupationem Populo Romano magna in veneratione fuiſſe. ibid.nu.37

Antoninum Caracallam die ſui natalis interfectum iuſſu Opilij Macrini. ibid.nu.31

Antonium Camponiſcum Ducē ſtrenuum indicari. ibi.nu.48

Appellare a ſententia Præfecti Prætorio nō licere. in Proœm. numero 7

Aquilam Vrbem vetuſtiorem eſſe, quam habitatores exiſtiment. in Papin.num.44

Aquilæ Vrbis in Samnio originem aſſerri. Veſtinorum eſſe Metropolim, Epiſcopumque Aquilanum nullum recognoſcere Metropolitanum, ſed immediatè ſummum Pont. ibid.num.43

Aquila Vrbis præſtantiam ex Iouiniano Pontano, & Ioanne Baptiſta Caraſa explicari. ibid.nu.47

Artabano Parthorum Regi inſidias Caracallam paraſſe. ibid.nu.35

B

BARTOLOMAEVM *Socinum Iuriſconſ. Senenſem defendi, laudarique. in Papin.nu.28*

Bartolomæum Camerarium ex Beneuento proueniſſe. ibid. ſub num.14

Beneuenti agros L. Munatium Plancum diuiſiſſe. ibid.nu.9

Beneuentum vetuſtiſſimum Samnitum opidum a Diomede conditum, & Romanorum fuiſſe Coloniam. ibid.nu.5

Beneuentum antea Maleuentum dictum, & quare. ibid.nu.6

Beneuentanos Populo Romano conſtitiſſe fide. ibid.nu.12

Beneuentanorum erga Romanos milites munificentiam Tib. Gracchi ordinatione in æde libertatis fuiſſe depictam. ibid. numero 13

Beneuentanos gratitudine excelluiſſe. ibid.nu.14

Beneuentum antiquam nobilitatem Samnitum demonſtrare. ibid.num.15

Bernardum Cardinalem Præneſtinum ex Beneuento progenitum. ibid.num.42

Bracchium Fortibracchium apud Aquilam extinctum. ibid. num.47

C

CAQVILII *prudentiam Populo Romano celeberrimam fuiſſe. in Perorat.*

C. Criſpum Salluſtium ex Amiterno traxiſſe originem. in Papin. ſub num.43

Camponiſcorum familiam Comitatum Montorij in Aprutio, & S. Agathæ in Apulea obtinuiſſe. ibid.nu.48

Ciues, non ædificia Ciuitates conſtituere. ibid.nu.44

D

DVCVM *Beneuentanorum hiſtoria, tanquam egregie à Marino Freccia Neapolitano Iuriſconſ. pertracta, ab Auctore tantum loca indicari. in Papin. ſub nu.42*

Duroniam Samnitum Vrbem memorari. ibid.nu.43

E

EPITAPHIVM *Papiniani vetuſtiſſimum aſſerri. in Papin.num.27*

Ermadorum Ephæſium ad leges XII. tabul. interpretandas accerſitum fuiſſe. in Perorat.

F

FORVLOS *in Samnio propè Amiternum viguiſſe. in Papin. ſub nu.43*

Furconenſem Epiſcopatum in Aquilenſem translatum ſub Alex. IIII. Pont.Max. in Papin. ſub d. nu.43

Furconium Ciuitatem Samnitum memorari. ibid. d. nu.43

G

GETAE *Nobiliſſimi Imperatoris virtutes recenſeri. in Papin.num.33*

Gratitudinem maximam animi eſſe virtutem, de eaque multa. ibid.num.14

Gregorium VIII. Pont.Max. ex Beneuento ortū. ibid.nu.39

Gulielmum Budæum omnium ferè antiquitatum eruditiſſimum extitiſſe. in Proœm.nu.11

H

HIERONYMVM *Macchiauellium Iuriſconſultū Bononienſem alterum Q. Mutium, aut C. Aquilium fore cenſendum. in Perorat.*

I

IVRISCONSVLTOS *legum conditores magna fulgere gloria. in Papin.nu.1*

Iuris

Digitized by Google

Index rerum insignium.

Iuris interpretes si in exilibus opinionibus quas insipidè proferunt se emendarent, optimum ex Iacobo Cuiatio fore censendum. ibid. sub nu. 17
Iurisprudentiæ eadem describi. ibid. nu. 29
Iurisprudantiam omnium scientiarum præclarissimã ex Pyndaro vocari. in Perorat.

L

LEGES *Romanas tanto cæteras leges anteire, quanto maiores nostri cæteris gentibus prudentia, & ingenio præfulsere. in Perorat.*
L. Munatium Plancum Ciceroni fuisse amicissimum. in Pap. nu. 10

M

MARCVM *Antoninum Philosophum Septimiumque Severum Afrum a Cervidio Scævola ius didicisse. in Papin. nu. 18*
Militum genus truculentum esse. ibid. nu. 35
Minores a sententijs Præfecti Prætorio non ab alio Magistratu quam ab ipsis Præfectis restitui. in Præm. nu. 8

N

NERVAM *Traianum Imp. viam è Beneuento Brundusium silice sua impensa strauisse. in Papin. nu. 16*

O

ODOFREDVM *Iurisconsultum ex Beneuento ortum fuisse. in Papin. sub nu. 14*
Orbilios Grammaticos a Beneuento originem traxisse. ibid. sub nu. 14

P

PAPINIANVM *ex Beneuento ortum, indeque alios Iurisconsultos primarios prouenisse. in Papin. sub nu. 17*
Papinianum iuris ciuilis cognitionem a Cervidio Scævola reportasse. ibid. nu. 18
Papiniani è ludo tanquam ex equo Troiano innumerabiles ciuilis scientiæ antistites eximisse. ibid. nu. 19
Papiniani dignitates recenseri. in Papin. nu. 20
Papinianum ab Imperatoribus exornari maximis laudibus solere. ibid. nu. 22
Papinianus autoritate antiquitatis propter eius virtutes coruscare. ibid. nu. 23
Papinianum in omni Digestorum ordinatione tertij anni sui recitationem præbuisse. in Papin. nu. 24
Papinianum a Iulio, Paulo, Vlpiano, Martianoque notatum. ibid. num. 25
Papiniani inconstantiam vt alham cornicem fuisse inspectam. eo loci nu. 26
Papinianum iussu Caracallæ fuisse interẽptum. eo loci nu. 30
Patriam luminosam ciuibus splendorem tribuere. eo loci nu. 2
Petrum de Mora Cardinalem ex Beneuento genitum. eo loci num. 42
Præfectorum Prætorio originem afferri. in Præm. nu. 2
Præfectum Prætorio a coborte quæ Prætoria dicebatur fuisse appellatum. ibid. nu. 4
Præfectos Prætorio Illustres esse, quicquid Andreas Alciatus crediderit. ibid. nu. 9
Prætorem omnem Magistratum cui pareret exercitus dictũ, eiusque autoritatem ex Cassiodoro afferri. ibid. nu 5. & 11
P. Ausidium Põtianum Amiterninũ fuisse. in Pap. sub nu. 46
P. Decium de Samnitibus duxisse triumphum. eo loci nu. 7

Q

QVINTI *Mutij Iurisconsulti celebritatem permaximã fuisse. in Perorat.*

R

REGENTES *Cancellarium Regium Præfectos esse Prætorio. in Præm. nu. 10*
Regentem Cancellarium, vel alium Regium Consiliarium interficientem, pœnam læsæ maiestatis incurrere. ibid. nu. 12
Reffredum Azonis auditorem ex Beneuento progenitum. in Pap. sub nu. 17

S

SAMNITES *longissimis temporibus infestos Romanis extitisse. in Papin. nu. 3*
Samnitibus Romanos vllam gentem asperiorem belli artibus non sensisse. ibid. nu. 4
Septem viros Epulones præfuisse sacris epulis. in Pap. nu. 11
Sp. Carnilium statuam Iouis Victoris è pectoralibus, & ocreis Samnitum conflasse. eo loci nu. 8

T

TYRANNO *credendum non esse. in Papin. sub nu. 38*
T. Vespesianum Præfecturam Prætorio coboneſtasse. in Præm. nu. 3

V

VICTORIEM III. *Pont. Max. ante Dauferium dictum, ex Beneuento ortum. in Pap. nu. 40*
Vuam Pumulam in agro Amiternino gigni. ibid. sub nu. 46

FINIS.

VENETIIS, M DC XIII.
Apud Bartholomæum Rodellam, Damiani Zenarij hæredem, sub candentis Salamandræ signo.

ANT Δ31862
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

GENESIS

Digitized by Google